


Del Collegio de la Compañia de Jesus de granada B.

P-5234

DE PROBATA  
SANCTORVM  
HISTORIIS. PARTIM  
EX TOMIS ALOYSII LIPOMANI,  
DOCTISSIMI EPISCOPI, PARTIM ETIAM  
EX EGREGIIS MANUSCRIPTIS CODICIBVS, QVAVM  
permultæ antehac nunquam in lucem prodire, optima fide col-  
lectis, & nunc recens recognitis, atque aliquot Vita-  
rum accessione auctis per F. LAURENTIVM  
SVRIVM CARTHVSIVM,

TOMVS PRIMVS.  
COMPLECTENS SANCTOS MENSIVM  
IANVARIJ ET FEBRVARIJ.




Ex commissione Officii S. Inquisi-  
tionis libere ete expurgatus et ad  
prescriptum Index expurgatorij  
sini anni 1700. Exanate die 22. Januarii  
anni 1711.

COLONIAE AGRIPPINAE,  
Apud Gerinum Calenium et heredes Quentelios Anno M. D. LXXVI.  
Cum priuilegio P II V. Pontificis Maximi, & CAESARAE  
Maestatis in decennium.




2 300 40  
Marta  
MADE IN SPAIN





DE PROBATIS  
 SANCTORVM  
 HISTORIIS. PARTIM  
 EX TOMIS ALOYSII LIPOMANI,  
 DOCTISSIMI EPISCOPI, PARTIM ETIAM  
 EX EGREGIIS MANVSRIPTIS CODICIBVS, QVARVM  
 permultæ antehac nunquam in lucem prodire, optima fide col-  
 lectis, & nunc recens recognitis, atque aliquot Virarum  
 accessione auctis per F. LAURENTIUM  
 SVRIUM CARTHVSIANVM,

TOMVS PRIMVS.  
 COMPLECTENS SANCTOS MENSIVM  
 IANVARIJ ET FEBRVARIJ.



*Ex commissione Officij S. Inquisi-  
 tionis, libere ete expurgatus et ad  
 prescriptum Index expurgatorij  
 anni 1700. Exanat die 22. Januarii  
 anni 1711.*

COLONIAE AGRIPPINAE,  
 Apud Gerinum Calenium et heredes Quentelios Anno M. D. LXXXVI.

Cum priuilegio PII V. Pontificis Maximi, & CAESARAE  
 Maestatis in decennium.



PIVS PAPA V. DI-  
LECTO FILIO GERVINO  
CALENIO, TYPOGRAPHO  
COLONIEN.



*ILECTE* Fili Salutem & Apostolicam benedictionem.  
Cum tu, sicut accepimus, nonnullos de probatis Sanctorum  
historijs à dilecto filio Laurentio Surio optima fide colle-  
ctis, necnō alios Tomos seu libros dilecti filij Petri Canisij  
presbyteri seu religiosi Societatis IESV, de doctrina siue  
Institutione Christiana inscriptos, vnā cum certis Annota-  
tionibus, nōdum impressos, tua impensa imprimi facere de-  
sideres: Nos tibi, quem in excudendis huiusmodi Tomis seu  
libris graues impensas subire neceſſè est, nè ex beneficio

omnibus Christi fidelibus collato detrimētum aliquod sen-  
tias, opportune providere, ac te in tuo laudabili & Reipub. Christiane perutili proposito  
confouere volentes, & à quibusuis Excommunicationis, suspensionis & interdicti, alijsq;  
Ecclesiasticis sententijs, censuris & pœnis à iure vel ab homine quauis occasione vel cau-  
sa latis, si quibus quomodolibet inmodatus existis, ad effectū presentium dūtaxat conse-  
quendum, harū serie absoluentes & absolutū fore censentes: Motu proprio nō ad tuam vel  
alicuius pro te nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia & mera  
deliberatione nostris tibi Tomos seu libros præfatos per te vel alium seu alios imprimendi,  
& impressos vendendi licentiam & facultatem plenam & liberam Apostolica authorita-  
te per presentes concedimus: Necnon omnibus & singulis impressoribus, librarijs, &  
mercatoribus tam in Italia quam extra Italiā constitutis, in virtute sanctæ obedientiæ &  
sub Excommunicationis sententiæ, necnon in terris sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè vel  
immediatè subiectis, sub amissionis Tomorum seu librorum huiusmodi, ac mille ducatorū  
auri de Camera, pro vna Camere Apostolicæ, et altera medietatibus tibi, tuisq; hæredibus  
& successoribus irremissibiliter loco damnorū applicandorum pœnis, per alios absq; tuū &  
hæredum vel successorum tuorū expresso mandato aut licentia habita excudentes, seu im-  
primētes, aut vendentes, totiès quotiès id fecerint, eo ipso incurrendis, nè eosdem tomos  
seu libros infra decennium proximè futurum ab illorum impressione computandum, in qui-  
busuis literarum characteribus, aut parua, mediocri, seu magna, vel alia quacumq; forma  
alicubi imprimere, neq; per alios impressos vendere absq; expressa tuū vel hæredum & suc-  
cessorum præfatorū licentia vel consensu audeant vel præsumant, & ita per quoscumq; iu-  
dices & commissarios quauis authoritate fungentes, sublata eis & eorum cuiilibet quauis  
aliter iudicandi, interpretandi facultate & authoritate, iudicari & diffiniri debere: Ac  
quicquid secus super his à quoquam quauis authoritate scienter vel ignoranter attentari  
contigerit, irritum & inane decernimus: Mandantes nihilominus Motu simili sub inter-  
dicti Ecclesiastici & ingressus ecclesiarum Venerabilibus Fratribus nostris Coloniensibus, &  
quorūuis aliorum ciuitatum & locorum Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs illorum  
vicarijs seu officialibus, legatis, vel Vicelegatis, ac sub primò dictis pœnis, Gubernatori-  
bus, Potestatibus, & alijs quibusuis Iudicibus quibuscūque authoritate & officio fungen-  
tibus, quatenus quotiès pro parte tua, & successorū tuorum, vel alicuius eorum huiusmodi  
fuerint requisiti in præmissis, efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate  
nostra

PRIVILEGIUM APOSTOLICVM.

nostra inhibitionem præfatã inuolabiliter obseruari: ac te, tuosq. hæredes & successores præfatos huiusmodi, illorumq. singulos concessione pacificè frui & gaudere: Ac impressores, librarios, mercatores, fautores, scientes & non reuelãtes, quos inhibitioni præfatæ contrãuenisse eis constiterit, excommunicationis & alias sententias, censuras & pœnas huiusmodi incurrisse declarèt, ac pro talibus publicè nunciari mandent, & faciant contradictores quoslibet & rebelles per easdem censuras & pœnas, appellatione postposita, compescendo: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis: Nõ obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, Priuilegijs quoque, Indultis, et literis Apostolicis super imprimendorum Tomorum facultate quibusuis personis cuiuscũque dignitatis & præeminentiæ existentibus etiam motu & scientia similibus, ac sub quibusuis tenoribus & formis, necnon clausulis & decretis concessis: Quibus omnibus etiam si de illis, eorumq. totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua: non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, illis aliã in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter & expressè derogamus: Aut si impressoribus, librarijs, & mercatoribus præfatis vel quibusuis alijs, communiter vel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenã & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem & eadem auctoritate decernimus præsentium literarum transcripta in ipsis Tomis impressa in iudicio & extra sufficere, & plenam fidem facere, regula contraria non obstante. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXIII. Septembris, M. D. LXIX. Pontificatus nostri anno quarto.

Ca. Glorierius.

ILLV

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI

ET DOMINO, D. GABRIELI PALAEO TO, S. ROM. ECCLESIAE CARDINALI, ET BONONIEN.

Episcopo, Domino & Patrono eximio,  
S. P. D.



NTE annos non adeò multos, Illustrissime Cardinalis, Antistes Reuerendissime, vir immortali memoria dignus, Aloysius Lipomanus, tum Veronenfis Episcopus, aliquot Tomos edidit de Vitis Sanctorum: sed confusè & absque certo ordine, quòd ei tum primùm hoc opus multi & sudoris & temporis suscipienti, non ita facile & promptum esset in menses distribuere Vitas, quas ex diuersis authoribus collegerat: quanquam postea id in Simone Metaphraste ab eo præstitum est. Sed cum in illis Tomis permultæ sacræ Historiæ desiderarentur, accessi ego rogatus ab amicis, & propè compulsus, & in ordinem aliquem redigere conatus sum tum ab Aloysio iam euulgatas, tum meo studio vndecunque conquirendas Historias. Neque tamen omnia, quæ in suos Tomos contulerat Aloysius, in meos referre voluit: immò exijs plurima omisi, quòd meo instituto minùs congruerent, nimiaque esset operis mei futura moles, si vellem omnia illius in mea transferre volumina. Vt autem maiori cum fructu id, quòd conabar, possem efficere, D. Geruinus Calenius LL. Licentiat, singularis amicus meus, & iuuandæ Reip. Christianæ cum primis studiosus, complures hinc inde collegit manuscriptos codices, nec pauci ab alijs amicis è diuersis locis ad me missi sunt: quorum fretus copia, non parùm multas, easque sanè lectu dignas, in sex Tomos congeffi Historias Sanctorum, quæ ita gratæ fuerunt Christianis lectoribus, vt intra paucos annos primus Tomus distractus sit, & iam denuò recusus. Quemadmodum autem Aloysio, quem dixi, id in primis curæ fuit, vt non nisi graues & fide dignas Sanctorum Vitas in lucem emitteret: ita sanè etiam ego summo opere in id incubui, nè quid vanum aut commentitiũ, aut parùm grauiter conscriptum, in meos Tomosmitterem: quæ etiam causa fuit, vt pleraque, immò permultas historias omiserim, non quòd contemnendas putem, sed nè habeant vllam occasionem ad maledicendum nati hæretici nostri, vel calumniandi labores meos, vel Ecclesiæ Dei insultandi. Atque interim tamen affertur ad me à quodam amico, noui huius Euangelij concionatorculum quendam (qui etiam vt stultitiam declararet suam, ausus est decreta celeberrimæ Synodi Tridentinæ, cui tam multi interfuere summa auctoritate & doctrina viri, censoria virgula notare, & ea sibi examinanda sumere) tum Aloysium, tum me quoque hoc nomine palàm traducere, quòd sub veterum nominibus nouas confarcinauerimus Legendas, quas etiam confidenter fabulas vocat. De cuius hominis eminenti

P R A E F A T I O.

nenti audacia & impudentia equidem non video quid pro dignitate dici queat. Dolet infelici ex his historijs adstrui inuocationem Sanctorum, & licet grauiſſimos earum proferamus authores, ille nos sub pretextu quasi veterum & Græcorum authorum ait nouam fabulam in theatrum producere. O singularem hæretici petulantiam. O os impurum, non verbis, sed verberibus contundendum. Non opus est multis tam magnum & impudens confutare mendacium: vnum aut alterum tantum ex vetustis patribus attulisse sat erit. Scripsit Gregorius Nazanzenus, quem Basilius Magnus os Christi dicere non dubitat, Orationem in laudem Cypriani Episcopi & martyris: in ea extrema inuocat sanctissimum martyrem: Tu nos, inquit, è cælo benignus aspicias, sermonesque & vitam gubernes &c. Scripsit aliam in Basilij, itemque tertiam in Athanasij laudem, in vtraque illos inuocans. B. Hieronymus incomparabili doctrina & sanctitate vir scripsit Viam Paulæ viduæ, & in ea his verbis eam inuocat: Vale, ô Paula, & cultoris ultimam semper orationibus iuuat. Sed hæc & id genus innumera alia, & nugata, & si ab Aloysio & Surio confictæ fabulæ erunt. Quid istis facias, qui non nisi dedita opera mentiri, & contra suam ipsorum conscientiam, malo dæmone impellente, clarissimam veritatem oppugnare videantur? Hæc teterrima mentiendi libido grassatur in nouo Euangelio, hac innumerata fascinat ab istis scophantis, vt turpissima eorum mendacia pro ipso Euangelio completantur, putentque vera esse, quæ isti petulanter confingere non verentur. Et reuera cum huiusmodi deploratæ nequitie hominibus contendere, nihil est aliud, quam bonas horas malè collocare, nisi quod miserorum saluti consulendum est, quos iam sub specie veri in errorem induxerunt: & præmonendi illi, qui necdum ab eis euerſi sunt. Hac ego, Illustrissime Cardinalis, paucis volui apud tuam Celsitudinem cõqueri de perfrecta nostrorum hæreticorum fronte, proiectaque audacia: nec mihi necesse fuit hæretici nomen exprimere, quippe quem ego indignum censeam, qui in hoc sanctarum historiarum opere nominetur. Nobis id prorsus curæ esse non debet, quid de sacris Historijs sentiant tales, omni vera luce destituti: immò verò tanto gratiores eæ nobis esse debebunt, quanto ab illis impudentius reiiciuntur. Nihil habent illi de spiritu Christi: non est igitur mirum, si fastidiant illustri illius spiritus munera & charismata, quibus is ornauit sanctos suos. Atque vtinã fastidirent tantum, non etiam sceleratè calumniarentur. Audent enim illi Paulo & Hilarioni, quorū vitas scripsit B. Hieronymus, partim fidem detrahere, partim homicidij crimen affingere: S. Martinum Apostolicæ gratiæ pōtificem, necromanticū appellare, Brigidam Scotiæ sanctissimam virginem, magam dicere: Antonij, Hilarionis, Macarij, &c. res gestas non solum incredibiles, sed ridiculas etiam asserere: pleni scilicet illo spiritu, qui per os Phariseorum olim de CHRISTO garriebat, eum in Beelzebub principe dæmoniorum eijcere dæmonia. Itã planè in eam impietatis voraginem iam deuoluti sunt, vt rectè quadret in eos illud Salomonis: Impius cum in profundum venerit malorum, contemnit. Indè aded est, quod semper seipsis fiunt deteriores, & ab alijs in alios errores prolabantur, ex Luteranis subindè fiunt Calviniani, misereque tanquam paleæ quædam à nequam spiritibus sursum deorsum iactantur. Sed abeant illi, quò digni sunt. Nos in sanctis

Luc. ii.

Prou. 15.

P R A E F A T I O.

ctis hominibus Christi potetiam suspicimus & prædicamus, Discimus ex illorū rebus gestis, qua via nobis gradiendum sit, si velimus ad Christum peruenire. Ea via arcta est, nec admittit desides & voluptarios. Propter verba laborum tuorum, ait Propheta ex persona sanctorum omnium, ego custodiui vias duras. Sed eæ tamen quanuis duræ sint laborantibus, vt ait Augustinus, mitemſcunt amantibus. Viam mandatorum tuorum cucurri, dicit idem Propheta, cum dilatasti cor meum, nempe spiritu charitatis. Et rursus idem ipse, In Deo meo, inquit, transgrediar murum. Et Apostolus, Omnia possum, inquit, in eo, qui me confortat. Et multa sanè ille & fecit & pertulit, quæ impossibilia & incredibilia videantur, si humano sensu, non diuinæ gratiæ efficaciam, ea metiri velis. Idem de innumeris alijs DEI amicis sentiendum est: in quorum Vitis cum legimus eiusmodi res, quæ fidem excedere videantur, animum ad Christi virtutem referre debemus, qui est mirabilis in Sanctis suis. Contemnere verò eas res, aut etiam calumniari, hominum impiorum est. O si ferueremus spiritu, si Christi ardens cor totos nos vendicaret sibi, possemus & nos, quæ in illis admiramur. Animalis homo, ait Apostolus, nō percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. stultitia enim est illi, & nō potest intelligere. Ex animali ergo fiat spiritalis, & sentiet efficaciam spiritus. Vtinam efficere possemus, vt sacrarū historiariū lectione delectaretur plerique omnes. Habēt enim exempla Sanctorū singularē quandā vim, & cum attentè leguntur vel audiuntur, quibusdā stimulis animos pungūt. Fatetur hoc de seipso B. Augustinus in Confessionū libris, cum audisset legi vitam S. Antonij eremitæ, quam hæretici nō solum incredibiles, sed etiam ridiculas res habere mentiuntur. Potest autem diligens Lector etiam hoc non absque ingenti fructu in his historijs obseruare, eos omnes, quorum in Tomis nostris Vitas edimus, eiusdem planè fuisse fidei & religionis, cuius est hodiè Romana, eademque Catholica Christi Ecclesia, à qua hæretici omnes, ceu paleæ ex horreis excussi, discesserunt. Hinc illæ lachrymæ, hinc illud odium sacrarum historiariū. Vident boni viri suas nœnias, quas puram doctrinam vocant, longè ab horum doctrina & moribus discrepare, vidēt se horum illustribus exemplis, & insignibus miraculis miserè premi: & cum non possint aliud, veritatis pondere oppressi, fabulas esse calumniatur, tametsi nos reuera non nisi graues & fide dignas historias orbi depromere voluimus. Scio laborem hunc meum gratissimum fuisse etiam maximis & clarissimis Principibus, & in ijs duobus summis Pontificibus Pio V. & Gregorio XIII. quorum priori quidem inscripseram Primum Tomum, qui nunc aliquot historijs auctus denuò prodit in lucem: sed cum ille sanctissimæ memoriæ Pontifex abiērit è vita, huic alteri editioni nouus quærendus erat patronus. Itaque tua Celsitudo, amplissime Cardinalis, non immeritò mihi cum primis digna visa est, cui Tomum hunc & recognitum diligenter & locupletatum propensissimo animi studio dedicarem. Non semel enim expertus sum illius erga me singularem beneuolentiam & humanitatem, itã vt ego ingratitude turpem omninò notam vix euasurus sim, si non aliquo officio publicè omnibus testatum efficiam, multorum eius beneficiorum haudquaquam immemorem me esse. Oro autem quàm possum obnixè, vt T. C. gratum habeat, quod ab homine tenui offertur. Nolebam hîc immorari T. C. laudibus, tametsi possem etiam absque vlla adulationis suspitione. Maior est enim T. C. & lon-

Matt. 7.

Psal. 118.  
Psal. 117.  
Philip. 4.

Psal. 67.

1. Cor. 2.

P R A E F A T I O.

gè illustrior virtus, quam vt debeat tam inepti & imperiti hominis inculta & rudi oratione celebrari. Deus Opt. Max. velit C. T. Ecclesie sue diu permanere saluam & incolumem, Cardinalis Amplissime, Patrone obseruandissime. Ex Carthusia Coloniensi 7. Martij, Anno LXXVI.

C. T. obseruantissimus cliens  
F. Laurentius Surius  
Carthusianus.

PIO ET CANDIDO  
LECTORI S.



Lib. 8. ca. 6.

1. Mach. 2.

Heb. 11.

Quod plus moueant, fortiusq; ad Christianam pietatem extimulent exempla quam verba, plenusq; opere docere, vt inquit Magnus ille Leo Pontifex, quam verbo, testantur tam multi sancti & eruditissimi Patres, qui Sanctorum vtriusque sexus hominum Vitas describendas sibi sumpserunt, & cum ineffabili fructu ad posteritatis notitiam transmiserunt. Nouimus ex D. Augustini Confessionibus, quantum illi adhuc vacillanti contulerit audita vita beatissimi Antonij Eremitae: nec dubium, quin innumeris alijs idē euenerit. Nostri instituti primus author & patriarcha Dominicus Patrum exemplis summo opere delectatus, ad supremam vite spiritualis & religiose perfectionem peruenit. D. Thomas Aquinas, sui patris Dominici vestigijs insistens, eiusmodi lectione haud vulgariter afficiebatur: nec id sane absq; ingenti fructu. Quod si verò his solidiora petimus, non desunt nobis ne ipsius quidem scripturae diuinae testimonia. Iesus Syrach à cap. 44. vsque ad quinquagesimum primum in suo Ecclesiastico quid aliud, quam Sanctorum, qui in hac vita Deo placuerunt, exempla commemorat, eaq; nobis ob oculos spectanda & imitanda proponit? Matathias ille legis excimius & zelator cum ab hac vita esset abiturus, filios suos nullare alia magis, quam recitadis Patrum gestis, ad agendum fortiter pro Deo eiusq; sanctissimis legibus exhortatur & confirmat. Sed & in nouo Testamento D. Paulus prolixus est in praecedentium sanctorum Patrum celebranda fide. Possent huius generis permulta alia adduci, sed res per se adeo illustris & perspicua est, vt superuacaneū videri possit illi docendae rationes & argumenta adhibere. Itaq; non possum non approbare, atque etiam commendare tam piū studium R. Patris D. Laurentij Suriij Carthusiani, qui nō paruo labore has Sanctorum Vitas ex diuersis authoribus & egregijs manuscriptis exemplaribus collegit, & tanquam rarum quendam thesaurū Catholicæ Ecclesiae hominibus contulit: quam spectabilis viri D. Geruini Licentiati vtriusq; Iuris diligentiam & sedulitatē, tum in ponenda sua in MS. exemplaribus conquirendis opera, tum in excudendo opere tam pio & Ecclesiae salutari. Tu itaq; his fruere, Lector amice, nihil ambigens, quin eorum lectio non solum detrimentum nullum aut perniciem, sed ingentes potius & vberimos tibi sit fructus allatura. Vale.

F. Theodoricus Buscoducensis, fratrum  
Dominicanorum intra Coloniā Prior,  
& Apostolicus Inquisitor.

INDEX GE-

INDEX GENERALIS VI-  
TARVM SS. HOC TOMO COMPRAE-  
HENSARVM.

IANVARIII DIE

I.	De circuncisione Domini &c.	I
	De S. Basilio Magno.	4. & 5
	De S. Martina virgine & martyre.	20
	De S. Concordio martyre.	22
	De S. Fulgentio episcopo.	23. & 24
	De S. Euphrosyne virgine.	43
	De S. Odilone abbate.	48
	De S. Eugendo abbate.	56. 57
	De S. Claro abbate.	63
II. & XV.	De SS. duobus Macarijs eremitis, Marcoq; monac.	66
	De S. Adelhardo abbate.	72
	De S. Petro Aulano martyre.	96
	De S. Gordio martyre.	97
III.	De S. Genouefa virgine.	102
	De S. Gregorio Lingonensi episcopo.	109
III.	De S. Rigoberto archiepiscopo Rhemenfi.	111
V.	De S. Apollinari virgine.	116
	De S. Simeone Stylita. 120. aliundè versio alia.	125
	De S. Eduardo rege. 127. eiusq; translatione.	139
	De S. Ermenoldo abbate primo Brunfeningensi.	141
VI.	De S. Raimundo confessore.	147
	De S. Andrea episcopo Fesulano.	148
VII.	De S. Luciano martyre.	154
	De S. Seuerino Norico apostolo.	159
VIII.	De S. Gudila virgine. 167. eiusq; corporis eleuatione.	171
	De S. Laurentio patriarcha Veneto.	176 177
IX.	De S. Polyeucto martyre.	194
	De S. Iuliano martyre cum reliquis, & Basilissa virgine 198. auctarium historiae eiusdem.	204
X.	De S. Paulo primo eremita.	216
	De S. Martiano presbytero.	220
	De S. Guilielmo archiepiscopo Bituricensi.	228
XI.	De S. Theodosio cœnobiarcha.	239
XII.	De S. Archadio martyre.	263
	De S. Benedicto Anglo abbate.	264
XIII.	De SS. Hermylo & Stratonico martyribus.	267
	De S. Hilario episcopo Pictauiensi. 271. eiusq; miraculis.	275. 276
	De S. Remigio episcopo Rhemen. 278. 280. eiusdem translatio duplex.	306. 308
XIII.	De S. Pontiano martyre.	311
	De S. Felice Nolano confessore.	313
	De SS. Eremitis in Sina & circuncircā interemptis, ex relatione Nili.	318
XV.	De S. Iohanne Calybita.	336
	De S. Mauro abbate.	341
	De S. Bonito episcopo Aruernorum.	357
XVI.	De S. Marcello papa & martyre.	366
	De S. Honorato episcopo Arlatensi.	370
	De S. Furseo.	381
	De SS.	

	De SS. martyribus, Berardo, Petro, Accursio, Adiu- to &c. ex ordine S. Francisci.	388
XVII.	De SS. martyrib. Speusippo, Eleusippo & Meleusip- po.	392
	De S. Antonio abbate & eremita.	398
	De SS. martyrum, Diodori, Mariani, & aliorum in- numerabilium inuentione.	424
	De S. Sulpitio Pio archiepiscopo Bitur.	427
XVIII.	De S. Leobardo recluso monacho.	436
XIX.	De S. Launomaro abbate.	438
	De S. Vuoltano episcopo Vuigornienfi.	445
XX.	De S. Sebastiano martyre &c.	449
	De S. Mauro episcopo Cæsennat.	467
	De S. Euthymio abbate.	471
XXI.	De S. Agnere virgine & martyre.	507
	De S. Patroclo martyre.	511
	De SS. Fruaoso, Augurio, & Eulogio martyri- bus.	514
	De S. Meinrado eremita & martyre.	516
XXII.	De S. apostolo & episcopo Timotheo.	520
	De S. Vincentio martyre.	523
	De S. Anastasio Perfa martyre.	529
	De S. Bleilla vidua.	540
	De S. Epiphano episcopo Ticinens.	545
XXIII.	De S. Clemente Ancyrano episc. & martyre.	548
	De S. Iohanne archiepiscopo Alexandrino, Elec- mone seu Elecmofynario dicto.	570
	De S. Hildephonfo episcopo Toletano.	590
XXIII.	De S. Babyla episcopo & martyre.	592
XXV.	De SS. Iuuentino & Maximo martyribus.	612
	De S. Eusebia Hospita.	615
	De S. Praiecto episcopo & martyre.	621
	De S. Poppone abbate.	626. 627
XXVI.	De S. Polycarpo episcopo & martyre.	646
XXVII.	De S. Iohanne Chrysoftomo.	651
	De S. Paula vidua & abbatissa.	723
XXVIII.	De S. Iacobo eremita.	716
	De S. Margareta virgine, Regis Hungarici filia, or- dinis Prædicatorij.	744
XXIX.	De S. Valerio episcopo Treuirens.	750
	De S. Costantio episcopo & martyre Perusino.	751
XXXI.	De SS. Cyro & Iohanne martyrib.	759
	De S. Melana Romana.	765
	De S. Marcella vidua.	777

## FEBRVARII DIE


I.	De S. Ignatio episcopo & martyre.	781
	De S. Pionio martyre presbytero.	787
	De S. Ephram Syro.	793
	De testamento S. Ephram Syri.	798
	De S. Brigida virgine.	806
	De S. Seucro episcopo Rauennatens.	809
	De S. Tryphone martyre.	813
	De S. Purificatiõe B. Mariæ virginis, Homilia Am- philochij episcopi Iconies.	818
	De oc-	

	De occurfu Domini nostri Iesu Christi, & de Dei- parente & Simeone, S. Chrysoftomi sermo.	822
	Sermo item S. Gregorij Nysseni de occurfu Domi- ni, & de Deiparente & iusto Simeone.	825
	Oratio item S. Cyrilli episcopi Hierosolymitani de occurfu Domini nostri Iesu Christi, & de Sime- one qui Deum excepit.	833
	Timothei item presbyteri Hierosolymitani oratio de Propheta Simeone DE Iusceptore, & de eo quod est, Nunc dimittis seruum tuum Domine.	836
	De S. Laurentio episcopo Cantuariens.	839
III.	De S. Celerino & socijs eius martyribus.	840
	De S. Blasio episcopo & martyre.	841
III.	De SS. Philoromo & Philea martyribus.	845
	De S. Theophilo œconomõ &c.	849
	De S. Remberto archiepiscopo Bremensi.	853
V.	De S. Isidoro martyre.	863
	De S. Agatha virgine & martyre.	865
	De S. Bertulpho confessore.	869
	De S. Adelheide siue Aleide abbatissa.	886. 887
VI.	De SS. Fausta, Euclasio, & Maximino martyrib.	893
	De S. Dorothea virgine & martyre.	896
	De S. Vedasto episcopo Atrebatensi.	900. 911
	De S. Amando episcopo Traiectensi.	907. 908
	Visio S. Aldegundis virginis de S. Amandi gloria & beatitudine.	914
	De S. Guarino episcopo Prænestino.	916
VII.	De S. Theodoro martyre, exercitus duce insigni.	918
	De S. Parthenio episcopo Lampfaceno.	922
	De S. Richardi regis Angliæ epitaphio.	927
VIII.	De S. Eugenio & eius filia Maria.	928
	De S. Paulo episcopo Virdunensi.	931
IX.	De S. Apollonia virgine & martyre.	935
	De S. Nicephoro martyre.	936
	De S. Ansberto episcopo Rothomagens.	938
X.	De S. Austrebertha virgine.	949
	De S. Vuilhelmo Eremita.	955. 957
XI.	De SS. Saturnino, Datio, Felice, & plurimis alijs martyribus.	981
	De S. Seuerino abbate Agaunensi.	987
XII.	De S. Meletio archiepiscopo Antiocheno.	989
	De S. Antonio patriarcha Constantinop.	992
XIII.	De S. Martiniano eremita.	1002
XIII.	De S. Valentino, Asterio, Mario, Martha, Audiface & Habacuc martyribus.	1010
	De S. Valentino episcopo Interamneñ.	1014
	De S. Auxentio abbate.	1016
XV.	De SS. martyrib. Faustino & Iouita fratribus.	1033
XVI.	De S. Onesimo apostolo, S. Pauli discipulo.	1038
	De S. Iuliana virgine & martyre singulari & incli- ta.	1041
	De SS. Martyribus Leone & Paregorio.	1043
XIX.	De S. Auxibio archiepiscopo Solensi.	1048
XX.	De S. Sadoth episcopo & martyre, & centum vigin- tiocto martyribus.	1054
	De S. Eu-	



	De S. Eucherio episcopo Aurelianens.	1055
XXI.	De S. Pipino confessore.	1059
XXIII.	De SS. Montano, Lucio, Iuliano, Victorico, Flauiano, martyribus.	1060
XXV.	De S. Tarasio archiepiscopo Constantinopolitano.	1065
XXVI.	De S. Nestore episcopo & martyre.	1083
	De S. Porphyrio insigni Gazorum episcopo.	1085
	De S. Victore confessore, Sermo beati Bernardi abbatis.	1110
XXVII.	De SS. Andronico & Athanasia coniugibus, & postmodum eremitis.	1111
	De SS. Lupicino & Romano abbatibus.	1114

## INDEX CO



# INDEX COPIOSVS IN PRIMUM HVNC, DE SANCTORVM VITIS, REBVS GESTIS AC MARTYRIIS TOMVM, QVI RECENS ex diuersis auctoribus ac bibliothecis collectus, duos menses Ianuariam ac Februariam complectitur: in quo A priorem, B alteram paginae partem designat.

Restituantur suis locis in sequenti hoc Tomo primo, numeri sequentes hi:  
479. 789. 803. 804. 948.

- A** Bagari ad Christum epistola citata 800. b  
abbatis officium 900.  
abbatis ad suos fratres pulchra ante mortem admonitio 92. b  
abbatis de electione priuilegium Fontanellensis monasterij 944. a  
abbatem sibi substituit S. Maiolus 49. b  
abbatis viuientis successor designatur S. Adelhardus 76. b  
abbates absque sacerdotali eminentia Eugendus, Lupicinus 58. a b 59. a b  
abbas S. Ephraem presbyteri honorem se refugeret, quod peccator sit, affirmat 15. b  
abbas Fulgentius 27. b  
abibio monachus 121. a  
abragila presbyter Arrianus 37. b  
abrenunciatio in baptismo 297. b  
absentes iudicandi non sunt 690. b  
absentis iniqua condemnatio 692. a  
abstinentiae vis 491. a  
abstinentia sanctorum 242. b aqua & herbis victitat S. Basilius 5. b pane & aqua contentus est, a Libanio inuitatus 7. a etiam aqua in mensura Dei feruum bibere debere S. Vuilhelmus dicere solitus 944. a Semel cibo se in die reficit S. Lucianus 154. a b  
abstinentia Christianorum in cibo & potu celebris 786. a  
abstinentiam a carnibus & vini potu imperant eis, quos a morbis curarant Sancti 71. a  
abstinentiae mirificae memorabilia exempla 67. b 68. a 69. b 70. a 124. b 342. a 445. b 618. a  
abstinentia monachorum 27. a 490. b  
abstinentia eremitarum insignis 322. b  
abstinentes a carnibus irridendum quorundam poena 622. a  
Acephalorum haeresim propugnans Imperator 252. b 255. b  
accusatio Chrysoctomi iniquissima & contra Canones 689. b  
Adalbero episcopus Metensis 887. b  
adam sepultum in loco cranij, & in eodem Christum crucifixum, traditio maiorum 242. a  
adelhardi vita 72.  
adelhardus exilium constanter perfert 83. a septenne hoc fuit 83. b  
S. adelheidis siue Aleidis primae Abbatissae Vilecensis vita 886. a  
S. adelheidis ad literarum studia adhibetur 887. b praeficitur virginibus in nouo monasterio Vilecensi 888. b amplectitur regulam S. Benedicti 889. a quomodo virgines castigari, ibid. praeficitur monasterio S. Mariae 890. b claret miraculis 891. a incidit in morbum, & sanctam Eucharistiam sumit 891. b moritur 892. a miracula ad sepulcrum eius edita 892. b 893. a b apparet pauperulae cuidam mulieri in somno 893. a  
S. adelheidis parentes 888. b extruunt monasterium Vilecense, ibid.  
S. adelheidis sollicitudo 889. b benignitas in pauperes 890. a  
adiurari demones queunt 805. a  
adulescentes vtilibus preceptis instruit S. Basilius 7. a  
adulescentibus quae grata, quae ue ingrata 652. a  
adraldus abbas Bremensis monasterij 49. a  
adriano imperatori quantus fuerit Sol Deus 1024. a  
adriani Papae epistola ad Turpinum Aurelianensem episcopum 114. b  
Aegidius Romanus eiusque filius Syagrius, quae Gallicae partem obtinuerint 294. a  
aegrotorum curam suscipere, praecipuum indicium charitatis 248. a  
aegyptum petit S. Basilius, sacras literas meditaturus 5. b  
aegyptiorum monachorum vitae admirabiles 30. a  
aegyptiorum mos, nobilium & martyrum corpora terra non recondentium, ab Antonio reprehensus 422. a  
amilianus Iudex cui sistitur Fructuosus 515. a  
Agapius monachus 45. b  
agapitus Rom. Pontifex 255. a  
agareni multi baptizantur a S. Euthymio 477. a 479. a  
agareni praeficitur episcopus 479. a  
agareni monasterium euertunt monachorum Senecari haeresi infectorum 259. a  
S. agathe martyrium 865.  
agathangelus a Clemente Ancyrano baptizatus 356. a quinto mensis Nouembris capite plectitur 568. b  
S. agilei Basilica Carthagine 39. b  
agnetis vita 507. a  
agrestius Chromatius vrbs Romae praefectus 449. b 457. b  
agrippinus praefectus sub Maximiano 559. a  
Alaricus 294. a  
alaricus Gothorum rex Tolose sedem habuit 293. a  
alaricus a Clodoueo occisus 302. a  
albertus Magnus Praedicatorij ordinis vicarius generalis creatus 147. b  
S. albertus minister S. Vuilhelmi, eius vitam descripsit 956. b  
albinus magistri epistolae 78. a  
aldegundis neptis S. Gudulae 168. a  
S. aldegundis de S. Amando uisita 914. a  
alemannia nondum Christiana 870. a  
alemanni atque Sueui cum Francis praesidium confecerunt 295. b  
alemannorum seuitia 61. a  
alexander Imperator Christianorum persecutor 20. a  
alexander III. canonizat Eduardum regem 139.  
alexandria Perfugradaenda 588. b  
alleluia in cunis Paula canit S. Paulae neptis 735. b  
alpais Ludouici Imperatoris filia 114. a  
alredus Rhiuallus Anglus Cisterciensis abbas vitam Eduard.

IN TOMVM PRIMVM SEQVENTEM

Eduardi regis scripsit 127. b  
 altare ad offerendum incruentum & spiritale sacrificium in templis Christianorum 923. a  
 altaria in honorem Sanctorum 305. a  
 alypius sacerdos dicendi peritus 769. b  
 S. Amandus 631. b. eius vita 908. excitat vita functum furem 910. b. Traiectensi sedi prescitur 911. b. Vafconibus pradicit Euangelium 912. a. item Sclauis 911. a. Dagobertus eum se obiurgantem regno pellit. post ad eius se pedes abijcit ibid. eius discipuli 915. a. corpus translatum 914. b. eleuatum ibid. b  
 amanes rex Barbarorum 332. b  
 S. amantius S. Bauonis corpori iunctus 915. b  
 S. ambrosius Mediolani existens Martini exequis apud vltimas Gallias interfuit 188. b. Stilicidis seruum falsarium tradendum satana censuit 164. b. Satyri fratris laudes scripsit 177. a  
 S. amelberga à S. Vuillibrordo velata 834. a. eius reliquie vt reperta ibid. earundem translatio 882. a  
 amelberga mater S. Gudulæ 167. b  
 amicorum par 194. b  
 amniamus & Eusebius monachi celebres 120. b  
 Sammonis animam in caelum pergentem videt S. Antonius 414. a  
 S. ammonius martyrio affectus in ciuitate Cyzico 864. b  
 amor sibi ipsi maxima lex 94. b  
 amphilocheus S. Basilij vitam scripsit 4.  
 amphilocheij in Purificationem B. Mariæ homil. 818. a  
 ampullæ distinctæ etiam antiquitatis, quibus oleum exorcizatum, & quibus sacrum chrisma continebatur 294. a  
 Anastasij Persæ vita 529. a & seq.  
 S. anastasius à mortuis excitatus martyr 215. b  
 anastasius, Carpophorus & alij cum Constantio capiuntur 755. a  
 anastasij presbyteri mirabilis continentia & sanctitas 13. b. 14. a  
 S. anastasia templum 221. b. 865. a  
 anastasius Rom. Pontifex vir insignis 778. a  
 anastasius Imp. 480. a. Clodoueam consulem creat 302. a  
 andreg. Fesulani episcopi vita 148. b  
 S. andreas Elnonensis monast. abbas 915. a  
 SS. andochius, Benignus & Thyrsus, à S. Polycarpo in Galliam missi 392. b. Augustuduni martyrio coronati 393. a  
 andragathius in philosophia Chrysofomi institutor 652. b  
 angeli ministerio hominum deputati 384. b  
 angelum proprium custodem habuisse Paulam Hieronymus scribit 724. a  
 angeli visitant martyres carceribus inclusos 577. b. 535. b  
 angeli S. Sebastianum candidissimo pallio amiciunt 454. a  
 angelus ad Theophylum rosas & poma defert ex S. Dorotheæ mandato 898. b. 899. a  
 angelicis consolationibus eruditur ac recreatur S. Vuilhelmus 968. b  
 angeli desertores Magis inferniunt, & prestigiarum authoresunt 791. a  
 angeli boni à malis quomodo queant internosci 407. b  
 angelus Acciarolus 153. a  
 angli fidem suscipiunt doctore Augustino 174. a  
 anglie rex Christianissimus suscipit 840. a  
 anglorum in regem primus à summo pontifice vinctus & consecratus Alfredus 137. b

anglicana ecclesie deuotio erga sedem Romanam 139. a  
 ex anglia Romam pecunia que S. Petri appellabatur, cur transmissa 133. a  
 anglorum reges aliquot Adelstanus 878. b  
 anglorum orientalium rex Anna 387. b  
 anglie regnum Canutus Danus occupat 129. a  
 anglorum rex Edgerus 878. a. anglorum S. Eduardus rex 446. a. eius translatio 140. b  
 anglie rex Eduuinus mirabiliter à Deo conseruatus 129. a. Haraldus rex 446. b. eius filia Gunildis sanctimonialis 446. b. Henricus II. 140. b. Offo 927. b. Otualdus exul rex factus 129. a. Richardus 927. b.  
 anglie rex Vuilhelmus 445.  
 anglie aliquot regum successio 138. a  
 anglicani regni de statu proceres atque episcopi consultant 128. a  
 angliam barbari vastant ibid.  
 angli tributum grauissimum ad classem Danicam pendunt. remittit hoc Eduardus 134. a  
 anglicanam ad historiam pertinencia 128. a  
 anglie de cladibus vaticinatio 136. b. 137. a. b  
 animæ sanctorum corporibus exute in celum transfunt 414. quod de animæ Babyliæ legas pag. 601. a  
 Epiphaniij 548. a. Dorothee 888. b  
 animas defunctorum orationes & elemosynæ piorum hominum adiuuant 53. a  
 animas defunctorum viuus apparere in somnis sepe legas 42. b. 53. a. 53. b. 55. a  
 anima à corpore separata, & angelorum ac demonum alloquij, gaudij & pœnarum facta particeps, ad corpus iterum reuertit 382. 387. a  
 animam frumento, corpus paleæ sapienter comparat S. Agatha 867. b  
 anima viri iusti, paradisi est 75. a  
 anima ex habitu externo affici solita 652.  
 animus relaxandus interdum 285. b  
 S. annæ encomium 819. b  
 S. annianus obsidione Aurelianensem urbem precipibus ad Deum fuis liberat 104. a. eius basilica Aurelij 107. b  
 anolinus proconsul 950. a  
 S. ansbertus delatus apud Pipinum, in exilium deportatur 945. a. eiusdem vita 938.  
 S. ansberti ad reliquias miracula exhibita 948. a. in eius honorem templa extructa 949. a  
 anscharius I. Hambugen archiepiscopus 853. b. eius vitam Rembertus iuceffor & alius discipulus scripsere 856. b  
 anscharij indiuiduus comes Rembertus 854. b  
 S. anscharij de Remberto testimonium 857. a  
 ansegarius archidiaconus Andegaueis ecclesie 355. a  
 anthemius Imperator 116. a  
 anthemius princeps 446. b. ad Epiphaniij preces Ricimeri conciliatur 547. b  
 antichristus Christi personam induet 791. b  
 anthimus Nicomedie episcopus martyrio coronatus 155. a  
 antiochia etiam Theopolis 127. a  
 antiochia scholam S. Lucianus erigit 154. b  
 antiochia terræ motu corrui 260. a  
 antiochenus episcopus Ioannes ad Nestorij sententiam seductus descendit 483. b  
 antiphonarum vsus antiquissimus 672. a. quâdo ceperit in ecclesia 712. b. 713. a  
 S. antoliani vitam S. Præictus scripsit 622. a  
 anthropomorphanij 681. b  
 antonini persecutio grauiss. 22. b. 311. a  
 antoninus pius Imperator 751. b  
 S. antonij genus, patria, & reliqua vita 399.

anto-

I N D E X.

antonij vitam ab Anastasio cognoscit Marcella 778. b  
 antonium scire quod fuerit perfecta ad virtutem via 397. b  
 antonius cum literas non didicisset, erat tamen prudentissimus 417. a  
 S. antonium ad interius desertum, Dei monitu, secedit 411. a. bellij imperat b  
 D. antonius sanitarum gratia donatus 413. a  
 antonium Imperatores & aulici celebrat 419. b. qualia Imp. rescripsit 420. a  
 antonij discipuli Amathas & Macarius 216. b  
 antonij ad fratres suprema oratio 422. a. ad Balatium monachos persequentem literæ 421. a  
 antonius centum & quinque annos natus moritur 422. 423. a  
 B. antonius de Padua Ordinis Minorum 391. a. b  
 antonius presbyter Antiochiæ, ob quam causam à persecutione immunis fuerit 209. a. 213. a  
 Aphrica à barbaris vastatur 28. a. Mauris b  
 aphri Grecæ locuti 25. a  
 aphrodisius Persa Christianus affligit sub Maximiano 567. a  
 apollonius quidam episcopus latitando rabiem persecutorum declinat 1036. a  
 apollinaris 3. b  
 S. apollinaris virginis vita 116.  
 apollinaris Alexandrinus episcopus, templi trium puerorum Alexandriæ extruit 759. b. 760. a  
 apollinaris hæreticus falsæ suæ dogmata duobus libris complexus 796. b  
 apollinis fallacia & ambigua responsa 606. b  
 apollinis delubrum eueritur, simulacrum committitur ad preces S. Martine 20. b  
 apollo diuinitus, ad preces S. Babylæ, in cineres redactus 608. a  
 S. apolloniae martyrium 935. a  
 apophthegma Macarij, Vexo vexantem me 71. a  
 apophthegmata & preclaræ dicta Laurentij Iustiniæni 189. a. b  
 apophthegmata S. Vuilhelmi comitis Pictauorum 976. a. b  
 apostolus Francorum Remigius 285. a  
 apostoli non solum iudicabunt cum Christo, sed & ois ij, qui ad eorum exemplum omnia sua reliquerunt 265. a  
 apromianus martyrio coronatus 367. a  
 apum natura cuiusmodi 97. b  
 Aras Christianorum euerunt tyranni persecutores 99. a  
 archadius ad Constantinopol. sedem Chrysofomij accersit 662. b  
 S. archadij martyrium 263.  
 archadij filius Theodosius 711. a  
 archidiaconus que curare oporteat 943. b  
 archidiaconi aliquot 7. b. 15. a. 104. a. 344. b. 355. b. 621. a. 926. a  
 archiepiscopi à prouinciæ episcopis suffraganeis consecrari soliti 857. b. 858. a. Hambugen antequam suffraganeos haberet, à quibus consecratus ibid.  
 archipresbyter curam pastoralis vice episcopi agens 915. b  
 archipresbyter S. Amandi Landoaldus ibid.  
 archipresbyteri 514. 906.  
 arelatenses Honoratum Episcopum petunt 377. b  
 argentinei episcopatum qua techna Poppo abbas subterfugerit 636. b  
 arrius 3. b  
 arriani 416. b  
 arrianorum doctrina demonum est ac patris eorum diaboli 420. b

arrianismus viget 223. a. 472. a  
 arrianis dat Ecclesiam Catholicis ablatam Valens 16. a  
 arriana hæresis protector Trasamundus rex 36. a  
 arriani Constantinopoli exacti 671. b. rursus coguntur ibid.  
 arriani Catholicos persequuntur 18. b  
 arriani apud Valentem Basilium accusant 10. b  
 arriana hæresis persecutionem declinans Athanasius, Romam venit 778. b  
 arriani sunt Gothi, item Burgundiones 294. b  
 arriani Gothi prelio per Clodoueam deuicti 302. a  
 arrianizates Celtas conuertit D. Chrysofomus 667. a  
 arrianos palam damnat Antonius 416. b. idem per arrianos ecclesijs inferendam vastitatem prædixit 420. a  
 arrianorum strenuus oppugnator S. Hilarius 272. a. b  
 arrianos conuicit, eorumque plurimos reconciliat S. Fulgentius 37. a. b  
 Aqua benedicta 71. a  
 aquæ benedictio, & quomodo per eam Deus miraretur 67. a  
 aqua benedicta cum sale, contra dæmonum malas operationes adhibita 925. a  
 aqua benedicta S. Brigida lepram sanat 807. a. & alios morbos ibid.  
 aqua benedicta sanatur morbus caducus 54. a. ames 55. a  
 aquæ benedictæ in dedicandis templis vsus 132. b  
 aquilinus prefectus Orientis 815. a  
 aquitanizatus 272. a  
 aquitaniam ab Agarenis inuadi 1057. a  
 aquitani mobiles 307. a  
 Aristides magnus 805. a  
 arnulphi Marchionis genus 878. a. & dñia. ibid. b  
 arfacius Constantinopolitanus episcopus 697. b  
 arfenius Archadij & Honorij Imp. instituit 484. a  
 eius æmulorum Euthymius ibid.  
 S. artemia à Maximiano fratre martyrio coronata 369. b  
 artemius reliquias S. Timothei transfert 522. b  
 S. Asclepiades 787. a. 789. b  
 aspasius vicarius Agnen neci dat 509. b  
 astrologia apud Christianos non est locus 815. b  
 astrologica prædictionis vanitas explicata 262. a  
 astronomiam cognoscit S. Basilus 5. b  
 Athanasius Alexandrinus persecutionis Arrianae hæresis declinans, Romam confugit 778. b  
 athanasius validum Ecclesie propugnaculum canone quodam impetitur ab Arrianis à se composito 691. b. 692. a  
 S. athanasius Antonium frequenter visitare solitus 397. b. eius vitam rogatus scripsit 398. a  
 athanasius episcopus pallium Antonio dedit 219. b  
 idem ei legat Antonius 423. a  
 S. athanasia cum tribus filiabus martyrii subit 762. a. 762. b  
 anthemius Chrysofomum emulatione profectus, à demone corripitur 653. b  
 Athenis S. Basilus philosophiæ dat operam. a Gregorius Nazanzenus, Iulianus, Libanius ibid. D. Chrysofomus 652. b. 703. a  
 atrebatensibus Euangelium prædicat Vedastus, ed à S. Remigio missus 904. a  
 attila Hunnorum rex, Atrebatum deuastauit 874. b  
 attila mortuo, filij de regno decerant 159. a  
 Auaritia arx vitiorum 709. b  
 auaritia ad prodendos etiam coniunctissimos perducit 217. b  
 auaritia episcopi pauperum facultates vsurpantis b. 2. puniti-



punita 925. b  
 aharitiam Chrysofomus assidue infectatur 676. b  
 idip faciens, multos offendit 712. a  
 auari felix conuersio 580. b  
 auarus & largus an quis sit, quomodo internoscendum 78. b  
 S. autoënus velat Angadrisinam 939. a cōsecrat presbyterum S. Ansberrum 940. b moritur 942. b corpus transfertur 945. a  
 S. audomarus S. Austrebertham Christo consecrat 951. a eius ossa cum dēte Blaudiniū trās lata 880. b  
 augustinus xxxvj. psalmum exponentis disputatio ad monachatum suscipiendum, Fulgētium inflammat 26. a  
 augustinus Angliæ fidei lumen infert 132. a  
 augustudunensis comitatus 109. b  
 augustudunenses ad fidem per Andochium & Thyrsium conuersi 393. a  
 aulici heresi additi 671. b  
 aureliæ obfisione Hunnorum ad pias S. Aniani ad Deum preces soluuntur 104. a  
 atrelianus princeps Christianorū persecutor 393. a  
 511. b à suis interemptus 514. a  
 aurelianus consiliarius Clodouei regis 295. a  
 aurelius Carthagineñ episcopus, ex Africano concilio dandas literas solus scribebat 35. b  
 austratorum rex Ludouicus 147. a b  
 S. austreberthæ virginis vita 949. b quam scripsit ei obxgavos 952. a  
 S. austregilius Bituricē episcopus, clementissimè & humaniter suscipit S. Amandum. 908. b  
 S. austremonij vitam S. Præiectus scripsit 622. a  
 auxentius qualia tantum munera reciperet, & quod vteretur 1028. b  
 auxentius qualibus aut rhythmis, aut dramatis, aut canticis apud quos piē sit vsus 1027. a  
 auxentij vigilie & propheta 1030. a  
 auxibius quomodo ex Marci cōsilio, sacerdotem Iouis aliquem conuerterit 1049. a b  
 auxibij Solensis vita 1048. b  
 auxibij ars & mirus in conuertendis ethnicis successus 1052. a  
 auxibium à Marco Euangelista baptizati esse 1049. a  
**B**abylē episcopi & martyris passio 592. b  
 babylē cineres nec Imp. nec dēmon sustinuit 607. a  
 balatius dux Aegypti Arrianus 421. a eius interitus ibid. b  
 baldricus comes 176. b idē Lambertus vocatus ibid.  
 balneis sibi interdicit Fulgentius, pręparans sic se ad vitam monasticam 26. a & eis vti, suadētibus hoc medicis, infirmus S. Fulgentius detrectat 41. b  
 balneis nunquā vsus Antonius 423. a  
 balneas nisi periclitans non adijt Paula 729. a  
 baptisimi typus circuncisio 4. a  
 baptisimus resurrectionis typus 822. b  
 baptisterium mirifici operis 225. a  
 baptisimi fons cōsecratus à priscis etiam Christianis 294. a 368. a  
 baptisimi fons sanctificari & chrismate perfundi solitus 297. b  
 baptisimi fontem consecrāsse Marcellum Papam legas 370. a  
 baptizantur in Iordane SS. Basilius & Eubulus 7. b  
 baptisimus sanguinis 197. b  
 baptizata in suo sanguine S. Emerantiana 510. a  
 baptisimi necessitas 209. a 213. a 289. a  
 baptismum suscipere cogēdos per regē qui id spontē facere nollent, Amandus censuit 910. a  
 sine baptismō defunctus infans, pœna futuri seculi

non carete pronūciatur 274. a  
 baptizati à priscis Christianis infantes 295. b  
 baptisimo regeneratus infans Melanæ simulac natus 766. a  
 baptizatus infans XL. dierū, ad orationem S. Amandi respondet, amen 911. b  
 baptisimi minister sacerdos 209. a 213. a 455. b 456. a  
 baptizat diaconus S. Sifinnius 366. b 367. a  
 baptizati multi à Theodoro exercitūs duce 919. a  
 baptizandi catechizati primū & de fide instructi 394. a 366. b 368. a 460. b  
 baptizandis ieiunium indictum 296. a 456. b 460. b  
 baptizandis Quadragesimæ tempus iniungi cur solitum 463. a  
 baptizādus prius secundū ecclesiasticas sanctiones pœnitentię la chrymis abluitur Clodoueus 903. b  
 baptizatum antiquitūs sabbato Pasche postquam de fide per Quadragesimā essent instructi 106. b idēq; baptisimi tempus legitimum 296. a 719. b  
 baptizati in sabbato Pasche ad 300. homines 720. b  
 ad baptisimi fontem quibus caremonijs procedi solitum 297. a  
 baptizandi nomina dabant 456. a 457. a  
 in baptisimo testis regenerationis & spiritalis matres seu patres 168. a  
 baptisimi ex fonte masculos viri, fœmellas fœming susceperunt antiquitūs 457. b  
 baptisimi ex fonte matrem suscipit filius 213. b  
 in baptisimo nomina mutata inuenies 96. b liberis nomina sanctorum cur à parentibus imposita 990. a  
 baptizandi exuti vestibus, & induti resurrectionis Christi vestimentis 7. b  
 in baptisimo solennes interrogationes 463. a  
 in baptisimo preces solennes 477. 556. a  
 in baptisimo abrenunciatio 297. b  
 in baptisimo iam olim chrisma adhibitum 457. b  
 baptizati in ecclesiastica traditione post abrenunciationē oleo exorcizato, post baptismū sacro chrismate liniti 293. b 7. b ab episcopo 366. b  
 baptizati candidis vestibus induti 720. b in Albis decessit Ingomirus 295. b  
 baptizatis sacramenta viuifica data 19. a 7. b 366. b 556. a  
 baptizati octoginta dies apud presbyterum perseuerant 530. b  
 in baptisimo morbis obnoxij sanati 457. b  
 in baptisimo Basilij miraculum 7. b  
 barbarorum crudelitas in Christianos 318. b 327. a  
 barbarorum sacrificia horrenda 322. a  
 barchinoneñ episcopus Raimundus 147. a  
 barnabas vbinām martyrij corona redimitus 1048. b  
 barziorum familia Perusia 751. b  
 basilica S. Maioli Ticini vt videtur 50. b  
 basilicas subuertunt Dioclet. & Maxi. 981. b  
 basiliscus occupat Imperium 495. b  
 basiliscus episcopus 701. a apparet S. Chrysofomo  
 basiliscus martyr Chrysofomo apparet 722. b  
 basiliffæ & Iuliani vita & martyrium 198. b  
 basiliius auxentij discipulus quid à dēmonibus passus 1029. a  
 basilij vita 5. b  
 basilij vitam qui descriperint 3. b 4. b  
 basiliius vndē sic dictus 4. a  
 basilij Magni encomium 2. b hereticorum fuit profigitor 3. a 5. a os Ecclesiæ, fons dogmatum 795. a  
 de S. Basilio S. Ephræm visio 795. a  
 basilij scripta 10. b  
 basiliius Chrysofomi socius & familiaris, alius à Basilio Cappadocum episcopo 654. a b

basina

basina regina Thuringorum 294. a  
 bauarorum fines Hungari populantur 175. a  
 S. bauo Alouinus vocatus à S. Amādo ad finem conuersus 915. a mortuum ad vitam reuocat ibid.  
 Bego 114. a  
 beatitudo quo acquiritur, nullus labor durus, nullū tempus longum videri debet 384. a  
 S. benedicti excellentia 349. b  
 S. benedicti cœnobium in Cassino castro 341. b eius abstinentia 343. a claret miraculis 292. a in Galias ablegat S. Maurum ad propagandam monasticam religionem 342. a eidem regulam suam manu scriptam tradit 345. a  
 S. benedicti in cælum transitus B. Mauro & alteri cui-dam per visum reuelatus 348. b 349. a  
 S. benedicti Angli historiola 266. a  
 S. benedictus fit monachus 266. a monasterium construit ibid. quomodo centuplum receperit ibid. a b feliciter exit è vita 267. a  
 beneuentum & Spoletum, Adelhardo sequestro, reconciliantur 80. a  
 S. benignus apud castrum Diuionem martyrio coronatus 394. b  
 bennefense litus in Africa 32. a  
 S. berardi discipuli S. Francisci & sociorum eius aliquot martyrium 388. b  
 bercharius presbyter vitas episcoporum Viridunen- sium scripsit 934. a  
 S. bernardi insignis laus 958. a episcopatus recusat ibid. b  
 S. bernardus fratre Gerardū laudibus exornat 177. a  
 S. bernardus in schismate vter Pontifex censendus decernit 959. a eidem componendo operam nauat 960. a  
 D. bernardi ardentis ac assidue preces pro comite Pictaorum & C. Vuilhelmo 962. a  
 berfoniacum villa monasterij Cluniacē 50. a  
 S. bertini reliquiæ Blandinium translata 881. a  
 bertrada vel Berta soror Abbatis Bruuilerēsis scripsit vitam S. Adelheidis 886. a  
 bertrada Adelheidis soror 890. b  
 S. bertulphi vita 869. b  
 S. bertulphus Harlebecam primū, deindē Blandinium translatus 880. a  
 bestia in Leonem martyre immiffa, quomodo immissores ipsos inuaserint 1035. b  
 Bituricē episcopus Aquitaniæ primas 229. b 429. a  
 Bona & diuitiæ Ecclesiasticæ ex piorum hominum largitione 769. b 623. a  
 bono id quod melius est, semper præferendum esse 1031. b  
 bona Ecclesię, Christi & pauperū bona 589. a 677. b  
 S. bonifacius 114. b  
 S. bonifacius archiepiscopus Moguntinus Anglus 927. b ei committit filios Vuillibaldum & Vuinibaldum Richardus rex, ad limina Apostolorū profecturus ibid.  
 bonifacius Papa approbavit historiam de S. Mauri vita 343. a  
 bonifacius episcopus Carthagineñ 40. a 41. a  
 boniti Auernorum episcopi vita 357. & seq.  
 bononiæ Galliæ situs 877. b  
 bononię ciuilem discordiam sedat Andreas Fesularum episcopus, ad eam rem legatus ab Urbano V. missus 152. b  
 Blandinium à B. Amādo in castro Gandauo extructum, egregiè promouetur per Arnulphum 878. a  
 reliquijs auctum & illustratum 880. b 881. a  
 S. blandinæ cœnobium viduarum 64. a  
 S. blasij vita & martyrium 841. b

S. blasius quomodo memoriam sui voluerit peragi 642. b  
 S. blefillæ vita 540. b  
 Brabantensis pagus 167. b  
 S. brigidæ vita 806. b  
 brixia quorum sit martyrum sub Adriano Imperatore mater 1033. b  
 brithuualdus Vuintoniensis in Anglia episc. 128. a  
 brumafius Caralitanus episcopus 38. b  
 bruxellas S. Gudulæ corpus transfertur 176. a  
 Bullæ Apostolicæ episcopatus grandem pecuniā requirunt 183. b  
 burgundionum sedes 294. a  
 burgundiones Arriani ibid.  
 burgundiones à Clodoueo prelio victi 301. b  
 burgundionum principem & Lugdunē episcopum concordat S. Bonitus 361. a  
 burni Carthagineñ diocēsi subiectus locus 41. a  
 Byzacium 24. b  
 byzacena prouincia Africa 31. a 40. a  
 byzacenum concilium 31. a  
**C**aballarij apud Persas Magi 532. a  
 cædes pueri crudelissima 328. a  
 cædes ad faciendas exercentur iuuenes barbari 328. a  
 caremonijs veteris Ecclesiæ 297. a  
 in caremonijs vsu thuribulo Christiani prisci 245. b  
 caremonijs in sepeliēdis Christianis 271. a ritus Christianorum sacros celebrari vetant Diocletianus & Maximianus 981. b  
 cæsarea 5. a  
 cæsareę excidium minatur Iulianus 9. b  
 cefennā sub ditione Romanę ecclesiæ 468. b  
 calamitates Deus iustus immittit, vt probet peccatoribus, vt puniat 543. b 970. a  
 calceamēta in scripturis quid mysticè designēt 291. b  
 calix argenteus altaris 166. a  
 calimerus quidā Romanus quomodo ex improuiso factus Mediolani episcopus 1037. b  
 calocerus recēns conuersus, quomodo à quibus in tormentis confortatus 1037. a  
 calumnijs aures non statim accommodandę 586. a b  
 campanis seu signis ad officium diuinum peragendum conuocandi mos 110. a ligno ad congregationem in ecclesiam conuocati 258. b 259. a 669. b  
 canonum obseruator diligens Chrysofomus 715. b  
 canone Arriano oppugnatur Chrysofomus 703. a  
 canonicos instituit Rigobertus episcopus 112. a  
 canonicos vult canonicè viuere S. Paulus Viridunensis episcopus 934. b  
 canonicatus conferendi ius collegiam in episcopum transfert, isq; hoc repudiat 229. b  
 canonizatio Eduardi regis 139. a  
 cantandi in Ecclesia mos antiquus 276. b 691. b per diem noctemq; 250. a  
 cantus in diuinis peragendis officijs 348. a 433. b in monasterijs apud cœnobitas & eremitas 12. a 244. a 324. a  
 cantica populis cantanda componit D. Chrysofomus 672. a  
 cantica martyrum agones exprimentia, cani à priscis solita 158. a  
 cantus suis commendat S. Ephrem 781. a  
 cantandi pericia præditus S. Præiectus 622. a  
 cantici Simeonis explicatio 830. b  
 S. caprasius 373. b  
 captiuorum infelix conditio 319. a  
 captiuus redimendis vasa sacra impendit Rembertus 860. a b

carbonum candentium gestatione innocentia comprobata 587.b  
 caralitanus antistes Brumafus 38.b  
 caralitana in ciuitate exul S. Fulgentius 35.b  
 carinus Imp. ad Margum occisus 463.b Christianis non nimium infestus ibid.  
 carifus præfes Perusæ tempore persecutionis 753.b  
 carmelitarum institutū amplexus Andreas pōst fe-  
 fulanus episcopus 149.b  
 carni & vitij perpetuum bellum indicendum 379.a  
 carnibus & vino plurimi monachi abstinent 400.a  
 carnibus abstinent eremite 322.b  
 carnibus abstinent Cisterciē 230.  
 carnibus perpetuū abstinuit S. Fulgentius 34.b  
 carniū abstinentia in Marcella laudata 778.a  
 carniū esui qua occasione renunciārit S. Vuolsta-  
 nus 445.a  
 carnibus quadragesimali ieiunio vesci non vult &  
 septuagenarius & ægrotus ac medico suadente  
 180.a  
 cum carne bellum quomodō gefferint sancti viri  
 179.b  
 carnium barbari deditio occupant 444.b  
 carolus Martellus cum Remanfredo de principatu  
 contendit 113.a 114.a cum Ragenfrido 278.b à S.  
 Rigoberto baptizatur 113.a Rigobertum sede sua  
 exturbat 114.a S. Eucherium ibid.  
 carolus Martellus supplicij æternis quam ob cau-  
 sam additus 114.a eius damnatio Eucherio reue-  
 lata 279.a 1057.b  
 caroli Martelli de Agarenis victoria 1057.a eius laus  
 & vituperium 1056.b 1057.a b  
 carolus Magnus 516. b Desiderij filia, vel, vltij, so-  
 rorem repudiat 74.a Saxones ad fidem cōuertit,  
 episcopusq; per Saxoniam constituit 853.a est  
 ecclesiārum Dei amator 172.b Sanctimonialia  
 Mortzellæ dotat ibid.  
 carolus Crassus 425.b  
 carolus III. Nortmannos regno expulit 175.a  
 caroli ducis Lotharingæ zelus erga religionē 175.b  
 carpalus vicarius 369.a  
 carpophorus cum Constantio capitur 755.a  
 carthaginiem Hunericus rex victor ingressus, sena-  
 tores exilatum in Italiam profligat 24.b episco-  
 pos Catholicos proscribit 26.a  
 cassianus Gentilium sacerdos 761.b  
 cassinense monasterium totius fons religionis & ori-  
 go existimatum 75.b  
 S. cassij vitam S. Præictus scripsit 622.b  
 cassius Alexandri cubicularius 22.a  
 castitas humilitate custoditur, elatiōe perditur 859.a  
 castitatis exemplar Ioseph 98.a  
 castitatem corporis conseruauit S. Agatha 866.a  
 castulus Zetarius Christianorum hospes & martyr  
 464.b 466.b  
 catana ab Aetnæ igne, S. Agathæ ob reliquias salua  
 præseruatur 869.  
 catechumeni 508.a  
 catechumenorum tabulatum in templis Christia-  
 norum 924.a  
 catechizati primū, qui baptizandi erant 10.b  
 460.b  
 catechumeni de fide per Quadragesimā instruebantur  
 olim 106.b  
 catechistica S. Remigij ad Clodoueam regem oratio  
 296.b  
 catholica pro religione tanquā pro patria vitam  
 profundere paratus cœnobiarcha Theodosius  
 253.a b  
 catholica fides auro tentata 254.b

catholicam religionem Arriani paganorum præsi-  
 dijs oppugnānt 420.b  
 catholica Ecclesia persecutiones perfert ab Acepha-  
 lis fauente Imperatore 255.  
 catholicorum persecutio schismatis tempore 959.b  
 catullacensi vico S. Dionysius sepultus 104.b  
 S. Celerina martyr 840.b  
 S. celerinus Confessor 840.  
 celsus puer Martiani præsidis filius martyr 211.b  
 centuleū monasterium 95.b  
 centuplum recipere quid sit 165.b  
 centuriones pij aliquot recensentur 101.b  
 cerealis Consul Marcellam vxorem petit 777.b  
 cerei & thuribulum 13.b  
 cerei ad Sanctorum sepulcra accenti 278.a 305.a  
 1058. b  
 cerei in dedicandis templis 132.b  
 cereos in manibus Purificationis festo gestandi per-  
 uentus mos 836.a  
 cerei in festo Blasij vnde originem traxerint 843.a  
 845.a cereorum miracula 1058.a  
 Chalcedonenis synodus 240.b 486.b eam Theodo-  
 sius pseudomonachus oppugnat, propugnat autē  
 Euthymius 487.a  
 chalcedonensem fidem monachi multi amplectun-  
 tur, quam antea damnant 487.a  
 chalcedonen contra concilium Basiliscus concilia-  
 bulum cogit 495.b  
 charitas hoc virtutibus, quod pani sal 494.a  
 charitatem demon nequit imitari 772.b  
 charitatis Christiani inigne exemplum 29.a  
 charitas D. Chrysolomi eximia 666.a  
 childbertus rex super monumentum S. Seuerini  
 templum extruit, & muneribus auget 989.a  
 childericus Francorum rex 294.a occupat Aurelia-  
 num & Andegauos 294.b  
 childericus Francorum rex licet gentilis, Genouefa  
 tamen deditus 105.b  
 childericus rex 623.b  
 childericus Francorum rex municipium largitur S.  
 Amando, in quo monasterium extruit 912.b  
 chilpericus Clotarij filius 442.a  
 chilmi scopulus in Circina insula 41.b  
 chorepiscopus 484.a  
 chrismate sacro baptizati à priscis etiam Christianis  
 liniti 7.b 293.b 458.b  
 chrisimate episcopus confignat baptizatos 366.b  
 chrisimatis in defectu precibus illud S. Remigius  
 impetrat 293.b  
 chrisma cęlitus adfertur cum Clodoueus baptizatur  
 297.b  
 chrisimate episcopi consecrantur 663.b  
 chrisimate sanitas reddita 443.b  
 de Christo vaticinia 833.a 834.b 835.a  
 christi humanitas opus totius Trinitatis 288.b  
 christus Deus & homo non nisi vnus Dei filius 289.a  
 christus à cælo ad terras cur descenderit 466.a  
 christus cur homo factus à Christianis colatur, ele-  
 ganti similitudine illustratur 459.a  
 christo anima rationalis, dum carnem suscepit, ne-  
 quaquam defuit 37.b  
 christus quibus in ruinā, & quibus in resurrectionē  
 positus 837.a b quōve hoc sensu dicatur 821.a  
 christus cur circumcisus 1.b 2.b 822.a  
 christus cur passus 549.b  
 christi mortis meritum explicatum 290.a  
 christus sacerdos & sacrificium 289.b  
 christi meritum quomodō nobis applicetur 290.a  
 de christo quid credendum ex trium primorum ge-  
 neralium conciliorum decreto 487.a

chri-

christum non corde tantummodo, sed lingua & ore  
 etiam confiteri oportet 101.b  
 de christo pijssimæ contemplationes 823.b 834.a  
 de christo Iudæorum blasphemæ 790.b  
 christus apparet per visum Polyucto 296.a  
 christiana professione nullum quis maius officium  
 habere potest 96.b  
 christianorum regum quis cur iam olim simul cor-  
 pore & anima inferni pœnis additus 1057.b  
 christiani quomodō apud Imperatorem Adrianum  
 habiti 1034.a  
 christiani hominis institutio 212.a  
 christiani cur pœnas non metuant 453.b  
 christiani sancti propostii continuus rigor tenen-  
 dus 403.a b  
 christianorum ad perfectionem contendendum pia  
 exercitia 168.  
 christiani negligenter viuentes, mundi vanitatibus  
 dediti 99.b  
 christiani alio modo, quā philosophi, bona sua  
 relinquunt 264.b  
 christianos Iulianus Galilaos nominat 610.b  
 christiana religio quo plūs afflicta, eo magis floruit  
 418.b  
 christophori martyris ecclesia 305.a  
 chromatius prefectus, Christianus efficitur 460.b  
 huius pater, Tarquinius 261.b filius Tiburtius  
 262.b  
 chrysanthus & Daria sub Numeriano passi 424.b  
 chryppus presbyter scriptis clarus 490.a 493.a  
 ciborum tenuitas & delectus 154. b  
 cibo simplici pij viri vti 473.  
 cibus & potus ad solam necessitatē restringēda 976.b  
 cilicium carnem domantium & piē viuentium 187.b  
 230.b 765.b 909.a eodem vti sancti 44.b 50.a  
 124.b  
 cilicium mollibus vestibus præfert S. Euphrosyne  
 44.a  
 cilicio asperrimo vsa Margareta Hungarica 745.b  
 cilicium S. Theodosij induit comes Orientis, & de-  
 bellat Persas 259.a  
 circina insula 41. b  
 circuncisio typus baptismi 4.a  
 circuncisio necessarium & inuitabile antea manda-  
 tum 1.b circuncisionis spiritalis vmbra gestit.  
 ibidē.  
 circuncisio cur octauo die 2.a 822.a  
 cisterciensis Ordinis sanctitas 229.a  
 cisterciensis Ordinis viri, hæresi grassanti se obijciūt  
 135.a  
 Clari abbatis Viennensis vita ac res gestæ 63.b 64.  
 clausi fluius 756.a  
 claudius commentariensis Christianus factus 457.a  
 & martyr 465.b  
 clementis Ancyran episcopi vita 548.  
 clementis nominis interpretatio, 549.a  
 clerici à monachis, professione, vestitu & viuendi  
 norma distincti 34.a 35.b  
 clericos ex monachis ordinat S. Fulgentius 40.b  
 clerum honore D. Antonius persecutus 416.a  
 cleri mores quomodō formārit S. Fulgentius 40.b  
 clerici in vnum viuentes, ac Apostolicam vitam tenen-  
 tes Viennæ 64.a  
 clerus candidis vestibus amictus 15.a  
 clericorum tonsura 428.b  
 clericis psallendi cura & canonicas Horas celebra-  
 di incumbit 40.b  
 clericos prætextu cognationis mulieres secum habē-  
 tes, grauitèr à D. Chrysofomo reprehensi 665.a  
 Clodio Francorum rex 294.a

clodoaldus F. Clodomiri Clodouei N. clericus pōst  
 Parisijs presbyter ordinatus 303.a b  
 clodomirus natus 295.b  
 clodoueus 949.b eius parentes 294.a fugat occiditq;  
 Syagriū Rom. ducē 294.b Croildem ducit vxorē  
 Thuringia subiugata 295.a liberi 295.b eius  
 visio, & victoria, 277.a bellū facit Alemanis 901.b  
 gentilis etiamnum preces offert Christo & vorū  
 902.a qua occasione Christianus factus 296.a S.  
 Vedastum socium adfciscit, ad S. Remigium itu-  
 rus 902.a à S. Remigio baptizatus 438.a Ludouic-  
 cus post baptismum nominatus 302.b  
 clodouei humanitas 294.a in Remigium liberalitas  
 112.b honorificē suscipit S. Fursem 387.  
 clodouei liberalitas erga ecclesiam 298.a 299.b  
 clodoueus ad S. Genouefa preces, multos absoluit  
 extrema supplicia meritis 109.a Templum mira-  
 bili opere extruere cogitat, perficit vxor Clotil-  
 dis ibid.  
 clodouei cum Burgundionibus prælium 301.b  
 clodoueus cum Alarico de federe tractat, quē præ-  
 lio victum cædit 201.b 203.a  
 clodoueus febrī correptus, vocat ad se S. Seuerinum  
 abbatem 987. b eius obitus 303.a  
 clotarius Clodouei filius 438.b  
 clotarij filius Chilpericus 442.a  
 clotildis regina 901.b  
 cluniacum monasterium in Aquitania 52.b  
 cluniacensis monasterij rector Hugo 48.a Odilo ibid.  
 Maiolus 49.a  
 calibatum eisdem armis satanā oppugnare legas,  
 quibus hodiè heretici 1004.a b.  
 calibes etiam apud Orientales presbyteri 667.a  
 cœmeterium Priscillæ via Salaria 370.a  
 in cœna Domini pœnitentes reconciliari, antiquus  
 mos 299.a  
 cœnobium ex diuina reuelatione extruitur 496.b  
 cœnobitis diuites subministrare de suis facultatibus  
 vide 244.b 245.a 248.a  
 cœnobitæ S. Theodosij discipuli plusq; mille 250.a  
 cœnobarum hospitalitas 246.b 247.a  
 in cœnobijs gerontocomia, nosocomia 248.b  
 cogitationibus à fordidis animus præcussodiendus  
 422.a 772.b  
 cogitationibus improbis qui grauantur, eorum ma-  
 ximam esse agendam curam admonet S. Euthy-  
 mius 494. a b  
 cogitationes fordidæ à diabolo immittæ, oratione,  
 vigilijs, ieiunijs summouentur 399.a 404.b  
 cogitationes noxias scribendo S. Leoberus discutit  
 437.b  
 cogitationes suas aperit cœnobitæ 251.a  
 collecta Christianorum integrè celebratur cum ad-  
 est etiam presbyter 982.b  
 colobium monasticum 540.a  
 colonia Agrippina à Francis capta 294.a inuaditur  
 à Nortmannis 174.b  
 colonia Rheneſ, quantum aliquandō episcopi exu-  
 lem hospita 1057.b eiq; quid debeat exul epi-  
 scopus Aureliē ibid.  
 coloniensis archiepiscopi suffraganeus Mindēſis epi-  
 scopus 858.a  
 columba aurea super altare pendens, in quā Eucha-  
 ristia inclusa, 8.b  
 S. columbæ Viennæ cœnobium 64.a  
 columbanus in Gallijs abbas 839.b  
 columna celebris S. Simeonis Stylitæ 125.b  
 comes Orientis quis dicitur 259.a  
 comes Tuscæ Torquatus 22.b  
 comes Palatinus Badesfridus 950.a

IN TOMVM PRIMVM SEQVENTEM

comitatus Augustodunensis 110.a  
 commentariensis 455.b 456.b  
 communione alienos clericos non impertit Chryso-  
 stomus, antequam ad suum episcopum de eis per-  
 scripisset 683.b  
 composstellam ad S. Jacobi limina peregrinatur S.  
 Vuilhelmus 972.a  
 compunctionis ardens ignis in Ephrem 793.b  
 conciliorum decreta seruanda 302.a etiam si mors  
 idcirco perferenda 253.a  
 concilia quatuor oecumenica 253.a eorum quanta  
 auctoritas 254.a  
 concilioru quatuor generaliu fides profiteda 489.b  
 concilium Chalcedonenſe 240.a  
 concilio generali V. Constantinopoli coactio, Orige-  
 nis & Nestorij dogmata damnata 506.a  
 concilium Rhemis habitum ab Eugenio 966.a  
 concionum sacrarum fructus 679.b  
 concio S. Antonij ad discipulos 402.b  
 S. concordij martyrium 22.b  
 concordius & Pontianus dira tormenta pro Christo  
 patiuntur 756.a  
 confessio poenitentis 966.b  
 confessio peccati abſolutionem antecedit 589.b  
 confessionem sacramentalem confirmans locus 739.a  
 confessio peccatorum a peccato pudore illa & con-  
 fessione quam hac ingerit, abſterret 413.a  
 confessio peccatorum morbo a Deo visitatis impe-  
 rata 232.a  
 confessio ab episcopo audita 448.a  
 confitentur suas cogitationes monachi 475.a  
 confessores inter Christianos 464.a  
 confirmationis sacramento sanat caecum S. Rember-  
 tus 861.a  
 coniuges virginitatem in coniugio seruantes, Iulia-  
 nus & Basilissa 200.b  
 coniugij incommoda quasi ad viuū depicta 1031.b 1032.a  
 Conradus Constantiensis episcopus 141.b  
 conscientia magnas ad ferendum vires habet 676.b  
 consecratio sacrorum vasorum 282.a  
 consiliorum euangelicorum mundissima, rectissima  
 ac strictissima semita 962.a  
 constantia insignis martyrii 533.a eius exempla pre-  
 clara 83.a 466.a 524.b  
 constantia admiranda in femina exemplum 330.a  
 constantinopolitana synodus 699.b  
 constantinopolitanus Imper. Emanuel 178.a  
 constantinus Magnus 158.b 522.b egros visitat, ido-  
 lorum templa demolitur, sumptus basilicis ex-  
 trahendis suppeditat 923.a  
 constantinus Magnus eiusque liberi, Antonij ami-  
 citiam literis ambiunt, eius se filios nominari  
 gaudent 419.b  
 constantini Imp. dictum memorabile 585.b  
 constantinus Hieratheon extruxit locum, in quo  
 quotannis crux exaltetur 255.b  
 constantini filia Constantia ad sepulcrum Agnetis  
 orans, sanatur 510.b  
 constantinus Imp. Heraclij successor 573.a  
 constantius Constantini filius 522.b templum Apo-  
 stolorum extruxit, ibid.  
 constantius episcopus Caesennatis Ecclesiae 469.b  
 S. constantij episcopi & martyris vita 751.  
 S. constantius martyrij cupidus 751.a eligitur in epi-  
 scopum Perusia 752.a Attasiae mulieri caecae vi-  
 sum restituit 752.b 753.a Crescentium quendam  
 a pedum morbo liberatum baptizat 753.a b pre-  
 clare Lucio respondet 754.a loris cogitur ibid. mi-  
 lites carceris custodes conuersos baptizat 754.b  
 S. constantius & Crescentius vinciti ad Lucium dedu-

cuntur 754.a ad defectionem frustra sollicitan-  
 tur 754.a b  
 S. constantius Carifio respondet 755.a candentibus  
 carbonibus torquetur 755.b in carcere aegrotos  
 curat 755.b inuitus a carcere educitur ibidem. du-  
 riter caesus, ab Angelo sanatur 756.a Alisium pri-  
 mo, inde Hispellum abducitur 756.b. capite a mi-  
 litibus truncatur, ibid. suavis odor ex interfecti  
 corpore diffunditur 757.b  
 S. constantij educatio 751.b pietas & beneficentia in  
 pauperes 751.b 752.b  
 S. constantij anima in caelum ab Angelis defertur  
 757.a corpus eius Perusiam diuina vox depor-  
 tari iubet 768.a  
 ad S. constantij interfecti corpus quatuor caeci vi-  
 sum recipiunt 757.b 758.a  
 continentia presbyteri admiranda 14.a  
 consuetudinis mala vis 685.b  
 consuetudo ad maiora via fit 229.a  
 continentia perpetua monachorum 25.b  
 continentiae studium in sanctis 109.b  
 continentiae certamen magnum, magnum etiam pra-  
 mium 1031.a  
 continentiae mirae exemplum 445.b  
 conuiuia cur vitant D. Chrysofomus 667.b 710.a  
 corbeia 74.b 82.a  
 corbeia aluerium monachorum 94.b mater reli-  
 gionis inclita 95.b  
 corbeia duplex, Galliae & Saxoniae 90.a  
 corbeia Saxoniae insigne coenobium fundatur 90.a  
 corbeiae Saxonicae abbas Adelgarius 857.b  
 cornelius sub Decio & Valeriano passus 217.a  
 cosmia quaedam vxor alicius adhuc viuentis, quo-  
 modo religionem affectans, ab Auxentio exce-  
 pta 1031.a  
 cosmas Medices 153.a  
 Crescentianus martyrio coronatus 369.a  
 crispinus scriptor vitae S. Parthenij 922.a  
 crocus Ignatij comes 785.a  
 crotildis regina 303.a  
 crux signum in nouo & veteri testamento nomi-  
 natum 821.b  
 crux Domini salutaris 158.b  
 crux quanta virtus 706.b  
 crux custodes constituti 489.b 493.a  
 S. crux lignum quantae virtutis 346.a b  
 crux Christi particula flammis iniecta, incendium  
 restinguit 317.a  
 crux veneranda anima propugnaculum 851.a  
 crux viuificae lignum in Perfidem translatum 529.a  
 crucem venerandam & beatam resurrectionem ad-  
 orandi gratia Hierosolymitana peregrinatio sus-  
 cepta 116.b  
 crux quotannis exaltatur in loco a Constantino desi-  
 gnato 255.b  
 S. crux exaltationis festum 536.a  
 S. crux lignum adoratur 499.b 500.b  
 crux vexillum praeferrunt solum, clero ad ecclesias  
 procedente 364.a  
 cruces in precio sunt apud pios 1030.b  
 cruces palatae processuris ad baptismi fontem 297.a  
 cruces in litanis etiam antiquitatis gestatae 485.b  
 ante crucem prostrata Paula, quasi pendente Dom-  
 initum cerneret, adoratur 726.a  
 crucem erga sanctam singularis deuotio 744.b  
 crux lignea in publica via erecta ad quam miracula  
 exhibita 948.b  
 crux collocata ex Chrysofomi mandato, a leonis im-  
 manitate locum immunem facit 658.b  
 crux signum & fides ad Dominum, murus inex-  
 pugna-

INDEX.

pugnabilis 401.a  
 crux signum mundi salutare 823.b  
 crux signum munitionis ac frontem armat SS. mar-  
 tyres martyrium subituri 20.b 21.a b 215.a 311.b  
 324.b 466.b SS. Gordius 102.a Iulianus 204.b  
 Ildorus 864.b Theodorus 921.b  
 cruce se per totum corpus signat Maximinus ex-  
 secutionis administro Christianus factus 895.b  
 crux signum conſignat Eduardum Christus, ipsi visi-  
 biliter in ara sacrificij tempore apparet 133.b  
 crux signum insignium nummum collo appendere  
 iussa S. Genouefa 103.a  
 crux signum in labijs pingit Paula moritura 736.a  
 crux se signum munit Chrysofomus moriturus  
 701.b item S. Severinus 166.a S. Ansbertus 946.b  
 Martinianus 1008.b  
 crux signum benedicit moriens suos 192.b 946.b  
 crux signum frequentiff. Christianis 1009.a  
 crux signi efficacia 484.b  
 crux signaculum quanto perere reformident daemo-  
 nes 407.b  
 crux signum daemones fugantur, curanturq; daemo-  
 niaci 110.a 419.a 427.b 709.a  
 crux signum & inuocatio S. Trinitatis, daemonia-  
 cum curat D. Chrysofomus 665.a  
 crux signum contra daemones ostenta praesidium.  
 402. 404.b 645.a 738.a  
 crux signum frontes armat contra daemones spe-  
 ctra Antonius 218.a  
 crux signum conſignans ad S. Brigidae monitionem,  
 daemones cernit ante sibi non visum virgo qua-  
 dam 807.a  
 crux Christi signum conſignatur poenitens contra di-  
 aboli insultus 13.b  
 crux signum expresso per S. Vedastum incantationi-  
 bus infecta vascula franguntur 905.b  
 crux signum immanem pellit serpentem S. Amadus  
 908.a b  
 crux signum & prece se munit Theodorus dux con-  
 tra immanem draconem 912.b  
 crux signum contra tentationes, contra pericula non  
 frustra vti sancti viri 445.b  
 crux signum adhibitur in morbis miraculose sa-  
 nandis 165.a 443.b 441.b 483.a 708.a  
 crux signum peccata infirmarum mulierum munit non de-  
 finit Iacobus eremita 738.b  
 crux signum letale vulnus curatum 54.b  
 crux signum caecae oculos aperit S. Amadus 913.a  
 crux signum & oratione Terebonem sanat Euthymi-  
 us 477.a  
 cruce os Zoë signans Sebastianus, mutā curat 454.a  
 crux signum per S. Genouefam conſignata aqua se la-  
 uans visum recipit mater 103.a  
 crux signum os & stomachum signans Paula, dolorem  
 lenire ex suorum mortibus ortum nititur 733.a  
 crux signum aqua signata Chrysofomus sanat inte-  
 stinorum dolorem 661.b  
 crux signum & prece S. Vedastus sanat caecum 903.a  
 crux edito signo S. Austrebertha cum alijs super  
 aquas ambulat 951.a  
 crux signum edito mittit se in mare & delphinorum  
 tergis ad litus vehitur S. Martinianus 1008.b  
 crux signum reprimatur vis fluminis 163.a  
 crux signum incendium profligatum 291.b 440.b  
 crux signum hostes vincit Osiwaldus 129.a  
 crux signum in miraculis ededis adhibitur 105.a  
 106.a b 107.a b 108. 134.b 207.a 225.a 287.a 344.a  
 346.a 352.a 352.b 356.b 359.a 429.b 430.a 431.a  
 437.a 922.a 952.a 1008.a  
 crux signum, signum cui contradicetur 821.b 823.b

crux signum nihil opis adferre hominibus, ludibri-  
 um & fraudem Christianorum esse, magus affir-  
 mat 848.a  
 crux irrisores haeretici 235.a  
 cruce signati cum cruce, irrisoribus praesidium com-  
 missuri 235.a  
 crudelitas immanis barbarorum 328.a 330.  
 crudelitas immanis in infantes exerta 155.a b  
 Cuculla monachi priſci vti 256.a 343.a 519.  
 cucullo S. Ephraem abbas indutus 15.a  
 cuculla monialium 117.a  
 cumanus episcopus 52.a  
 cunibertus antistes Colonienſis quanta fuerit suo  
 tempore auctoritatis 1059.a  
 cupiditas virtutis aemula 81.a  
 in cupiditatem caecam 81.a  
 cura matrimonij quanta 1031.b  
 S. Cyprianus magus poenitentia ductus, martyrij  
 coronam fortitur 850.b  
 cyprianus sub Decio & Valeriano passus 217.a  
 cyriacus Anachoreta 482.a  
 cyriacus diaconus a S. Marcello consecratus 366.a  
 Artemiam Diocletiani filiam & Iobiam regis Per-  
 sarum a daemone liberat, & ad fidem conuertit 368.  
 martyrio coronatus 369.b  
 S. cyriaci templum 115.a  
 cyrillus Alexandrinus episcopus 771.a pro fide or-  
 thodoxa contra Nestorium acriter pugnat 483.a  
 cyrilli Hierosolymitani episcopi oratio in Purifica-  
 tione B. Mariae 833.  
 SS. Cyrus & Iohannes Gazae 582.b  
 SS. Cyri abbas & Iohannis vita 759. templū 584.b  
 cyri reliquiae 28. Iulij in Manutho translatae 764.b  
 Ado vir illustris ex Palatino sacerdos  
 egregius 911.b  
 daemones descriptio 453.a  
 daemones videns Gordiano exhi-  
 bet S. Tryphon 813.b  
 daemones quod mali sint, eorum est voluntate, non  
 ex natura 404.b  
 daemones ingens turba aere peruolat 404.b 406.a  
 daemones alij alijs nequiores, & ad nocendum ho-  
 minibus magis instructi 404.b  
 daemones inter se voluntate differunt 67. b  
 daemones quomodo nos oppugnant 1029.a & quo-  
 modo vincantur 1029.b  
 daemones fornicationis ad accendendum in animis  
 amorem 12.a  
 daemones legio flammea nuncupata 67.b  
 daemones futurorum praedictione sibi arrogat 405.b  
 407.a  
 daemones nec vera dicenti credendum 405.b  
 daemones & mundum animarum hostes 376.b  
 daemones cur hominibus infecti 404.a 406.a quae  
 causa inuidiae contra hominem 524.b  
 daemones hominum post mortem accusatores, quos  
 tuentur angeli 382.b 383.a 415.b  
 daemones robur Christi aduentu elanguit 406.a b  
 daemones aduersum nos grassandi potestatem du-  
 pliciter permittit Deus 406.b  
 daemones astus, versutia & variae artes 100.b 404.b  
 406.a 407. 408. 599. a 605.b 606.  
 daemones in varias se bestiarum formas transformant  
 401.a 404.b  
 daemones ad orandum, ad ieiunandum nonnunquam  
 fraudulenter incitant 405.a b  
 daemones tentationes, quas ingerit emendationem  
 meditantibus, & pia vita aggressis 45. 169.a 969.  
 b 973.a 948.b cum omnes Christianos tum ma-  
 xime monachos & virgines infidels petunt 404.b  
 da-

dæmon in patris figura apparet & loquitur S. Vuilhelmo 973. a S. Melaniam in mari effugit apparet terret 774. a  
 dæmonum clamores & cum S. Macario colloquium 68. b  
 dæmones D. Antonium atrocissimè verberant 400. b & S. Vuilhelmum 973. b  
 dæmones quibus armis Christiani superare queant 406. b  
 dæmonum infestationes ac tentationes quomodo superarint viri sancti 399. b 531. b 433. a b  
 dæmon famulum S. Amandi mergere volens, quomodo sit fugatus 909. b  
 diabolo insultat S. Basilissa 203. b  
 dæmonis contra infidias & ostenta crux & fides ad Dominum præsidium 401. a  
 dæmon quis aut qualis quomodo à Iuliana virgine carcerata captus, ligatus & cæsus 1043. a b quo successu rursùm Iulianam tentarit 1044. b  
 dæmones crucis signo fugantur 419. a eorumq; spectra euanescent. 404. b  
 dæmones in quos obtineant vires 814. b  
 dæmonibus vires p. nostrâ inertia præbetur 409. a b  
 Debitoris aut obæratu cuiusdam ad sacra confugiens mirus successus 1073. a  
 Diabolo qui se manciparat dato chirographo, vt Christo sit reconciliatus 13. a  
 diabolus homines cur obsidere sinatur 249. a  
 dæmoniaci qualia patiantur 503. b  
 dæmones adiurari possunt, fugiuntq; cum cõtra eos Christus pronunciat 805. a  
 dæmones pellendi gratia sanctis viris tributa 187. b ac per eos curati dæmoniaci 67. b 69. a 71. a 110. a 108. a 923. a 924. a  
 dæmones per literas expellit S. Eugendus 59. b  
 dæmon expellitur ab officina purpuram tingentium 925. a  
 dagobertus S. Amandum se ob flagitia obiurgatemi regno pellit 911. a post penitentia ductus, ad eius se pedes abijcit ibid.  
 dagoberti filius Sigebertus 912. a nepos Grimo qui etiã Adalgifilus, Paulo Virdunensi familiaris 933. a  
 damnis in maximis insignis patientia 584. b  
 danorum rex Canutus occupat Angliam 129. a  
 dani monasterium Morzellenfense incendunt 174. a  
 danorũ regis interitus per visum S. Eduardo innouit 130. a  
 datianus primas 42. b  
 datianus iudex atrocissimus 523. b  
 datus martyr 981. a eius insignis constantia b  
 dauidis turris cœnobium 136. b  
 Decimas subtrahentis fraus diuinitus punita 123. b  
 decius Imperator persequitur Christianos 194. b 814. a 787. a  
 decij persecutione Quintilianus proconsul 792. b  
 decij persecutione Polemo ædituus Christianos ad idolis sacrificandum inducere conatur 787. b  
 decio & Valeriano persecutoribus, Cornelius & Cyprianus passi 217. b Isidorus 864. Agatha 865. b  
 dedicatio ecclesiarum 388. a 446. b 500. a  
 dedicationum antiqui ritus 498. a  
 in dedicationibus ecclesiarum sub ara reliquiarum sanctarum partes à priscis collocatæ 497. b pavimento alphabetum duplex inscriptum, oleo sancto parietes liniti & c. 132. b  
 dedicat templum in sui honorem extructum S. Petrus 132. a  
 dedicatio ecclesie S. Stephani Hierosolymis 492. b  
 S. Michaelis Bruxellæ 176. b  
 dedicationis Ecclesiarum dies apud priscos celebres

222. b 775. b  
 dedicationis templi anniuersaria apud antiquos 226. defensor 10. b 11. a  
 defensor Prominius 107. b  
 defunctos scriptura cur dormientes vocet 72. b  
 defunctos laudari cur præterquam viuentes 371. a  
 defunctorum corpora lauari solita 119. b  
 defunctorum animabus pia viuorum exercitia professe 53. a 52. b 293. b Anigarius Remberti xl. dierũ ieiunio adiuuatur 856. a  
 defunctis profunt quæ pro eis sunt commemoratiõnes, sacra ministeria & oblationes 582. b 802. a  
 defunctos memorijs nostrarum oblationum oblectari, eleganti simili ostenditur 802. a  
 defunctum se orationibus fidelium commendat S. Ephræm 797. b 801. a offerri pro se postulat, psalmis & orationibus se vult comitari, trigesimo die memoriam sui haberi 802. a b  
 defunctum se orationũ suffragijs vt populus profequatur, desiderat Eduardus 137. b ite S. Eusebia 619. a  
 defunctorum memoria celebratur 44. b  
 defunctorum exequiæ 877. a  
 defunctorum pro requie sacrificium 352. b  
 defunctos orationibus & lachrymis prosequi pium est 980. a  
 defuncti sepulcri honore vigilijsq; profequedi 204. b  
 defunctos hymnis & psalmis prosequi, traditio est Christiana 219. b  
 defuncti Geminiani animam S. Seuerus Domino commendat 810. a  
 defunctum Ignatium hymnis & vigilijs sepulcralibus profecuti fideles 786. a super Melaniam defunctam rota nocte pro more canunt 776. b  
 pro defunctis fidelibus sancti intercessores implorantur 869. b  
 pro defunctis sacrificia offerri 841. a  
 defunctus Arnulphus apparet Remberto, quæ circa se sint exponens 856. b 857. a  
 delatoribus non temerè fides habenda 577. b  
 decretales epistolæ, Gregorij 9. mandato, Raimundus collegit 147. a  
 depositionis sanctorum dies celebres 165. b  
 depositionis dies S. Seuerini Norici 167. a  
 desperationis cogitationes peccatoribus diabolus immittit 741. a  
 desperationi ob flagitia & prementem paupertatem vicinus, in viam redit 188. a  
 detrahens viro sancto, diuinitus punitus 352. a  
 Deus in trinitate vnus & in vnitate trinus 213. a  
 Deus cur homo factus 1. b  
 de Deo dissentientes monachorum Aegypti opinionones 681. a  
 Dei prouidentia 155. 245. a  
 Dei prouidentia & præscientia 611. b  
 Dei mira prouidentia erga sanctos homines 315. b  
 Dei sine iudicio nihil fit, eius quantum ignota nobis sint iudicia 583. b  
 Dei voluntatem nemo valet impedire quo minus fiat 327. a  
 Deus necessario tempore auxilio suo præstet est afflicto 335. a  
 Dei immensa benignitas in peccatores penitentes 741. a  
 Dei disciplina & castigatio non iræ, sed dilectionis est, ad correctionem peccatorum 249. a  
 Deus cur toleret malos 611. b  
 Deus nihil fecit quod malum sit 404. a  
 dij falsi iridentur 200. b perstringuntur 418. a 458. a 555. a 606. a 783. a 867. 868. b

deos

deos suos quomodo allegoricè interpretentur philofophi 817. a  
 diaconus 276. b 933. a  
 diaconus factus S. Ephræm abbas 15. b  
 diaconus consecratur Deo minister 267. b  
 diaconus stolam accipit ordinatus 344. a. eam primo anno gestare mos antiquitatis 344. a  
 diaconus S. Sifinnius baptizat 366. b  
 diaconus S. Basilus parabolicos sermones edisseruit 7. b  
 diaconus D. Chrysofomus orationibus suis Ecclesiam irrigat 642. b  
 diaconi mysteriorum tempore mulieri, inuictis penitentia 10. a  
 diaconissa ecclesie 718. b  
 diaconissa ordinatur Dionysia 473. a Eusebia hospita 618. a Olympias 693. b alia item 694. a  
 diaconicum 531. b  
 digamia diffuadet 832. b  
 diocletianus 761. a  
 diocletiani filia Arthemisia fit Christiana 368. a eiusdem vxor Serena ibid.  
 diocletiani & Maximiani persecutio 202. a 556. a  
 diocletiani in Galatia vicarius Domitianus ibid.  
 diocletianus & Maximianus tradi scripturas diuinas voluit 981. a basilicas subuertunt ibid.  
 diocletianus in Dalmatia moritur 368. b  
 diodorus presbyter & Marianus diaconus martyres 425. a  
 diodori, Mariani & aliorum martyrum inuictio 424. a  
 diogenes perstringitur 597. b  
 S. Diomedis templum 16. b  
 S. Dionysius vico Catullacensi sepultus, à S. Clemente in Gallias missus 104. b  
 S. Dionysij basilica constructa 104. b  
 disciplina monastica à Paula obseruata 732. b  
 dispensante Adriano, monacha Constantia nubit Henrico Imperatori 178. a  
 dispensat cum Nicolao Iustiniano monacho Alexad. 3. & vxorem ducendi potestatem facit 178. a  
 dispensare in voto solemnè Papam posse, affirmanti Margareta Hungarica responsum 747. a  
 diuina officia cursum appellati 110. b  
 diuina officia intimo cordis affectu & cum magna reuerentia celebranda 900. b  
 diuina officia morti vicinus nõ intermittit Guilielmus episcopus 237. b  
 diuina officia hymnodia & cantu priscis peracta 249. b  
 diuina officia psallendo peracta 110. ad ea signis pulsatis conuocati b  
 diuina officia chori altè canunt 93. a b  
 diuina officia alternatim chori decantant 50. a  
 diuina officia statim temporibus peracta 473. b  
 diuina officia vigilijs, matutinis, & vespertinis orationibus, cantu item peraguntur 40. b nocturnæ, matutinae & vespertinae preces 668. a ad matutina cantica ligni pulvis Constantinopoli excitandi mos 711. b  
 diuina officia noctis medio decantata 93. b nocti hymnos Christiani perigiles dicere soliti 465. b  
 nocturnæ vigiliæ atque hymni 493. b nocturnæ preces monachorum 656. b Matutina cantica 771. b matutina cantica in monasterijs virginum 618. a  
 Completorium. 518. a  
 diuina officia hymni & vigiliæ sepulcrales 786. a  
 diuina officia formam inuenientem sacrificij tradit Chrysofomus, regulas item psalmodie & orationum 697. a  
 diuina officia Missas duas in laudem Cosmae & Da-

miani miro modulationis modo composuit Hiladephonus Toleranus 590. b scripsit librum Missarum hymnorum 591. b  
 diuina officia de S. Vedasto Antiphona 907. a  
 diuina officia lingua sua Armeni, & sua Græci decantant in cœnobio Theodosij vsque ad Euagelia, post omnes in Græcia Ecclesia collecti 249. b  
 diues quomodo saluari possit 190. a  
 in diuites inuictia 220. b  
 diuitiæ cur collatæ à Deo, cum sint ex eius præscripto contemnendæ 452. a  
 diuitiæ immensæ à Melana & marito in pauperes distributæ 768. a  
 Doctores lumina ecclesie 901. b  
 doctoribus ecclesie duo necessaria 23. b  
 doctrina quantum præclara erubescit, quam propria reprehendit conscientia 778. a  
 doloris lenimenta 319. a b  
 dominico die laborans, manuum officio diuinitus mulcatur 109. a  
 dominicum, spem & salutem Christianorũ esse 985. a  
 domitianus Iohannem in Patmon relegat 522. a  
 domitianus Diocletiani in Galatia vicarius 551. b  
 domitius apud Amesenos præses 562. a  
 domnus Antiochenus episcopus 125. b  
 S. Dorothæa martyrium 896. b  
 S. Dunstanus calamitatem Angliæ imminente prædixit 137. b  
 Brietatis perniciës quæ aut quanta 1039. a  
 Ecclesia vna est, nec potest distrahi 956. a extra quam nulli salus 960. b  
 Ecclesia vna catholica 789. b in qua permanendum 956. b cuiusq; fides nequaquam deferenda 199. b 804. a  
 ecclesia persecutionis Dioclet. & Maxim. tempore nõ apud traditores, sed apud martyres eiusq; communiantes 955. b  
 ecclesie pax reddita ab Arriana impietate 472. b  
 ecclesie lumina doctores 901. b  
 ecclesie res episcopis commissa, ciuiliũ rerum potestas Imperatoribus 693. a  
 ecclesiasticis in rebus Imperatori, si velit esse pius, nihil licere debet 673. a  
 ecclesiarum Dei curam non abijcit Chrysofomus etiam in exilio positus 695. b  
 ecclesiarum immunitas 300. a ad eas rei confugiens feruantur, ibid.  
 ecclesiarum immunitatem violare conatus, penam non euadit 307. a  
 ecclesiasticam libertatem & ius etiam cum regis offensâ tueri Guilielmus episcopus 133. b 134. a  
 ecclesiarum immunitati lege lata derogatur 671. a  
 ecclesiarum immunitatem imminuens lege lata, suo postea ense iugulatus 712. b  
 ecclesie pecunie atque bona 572. a  
 ecclesie thesaurus & opes ex fidelium oblatione 10. b 302. b 934. b ex regum & principum largitione 112. a 298. a  
 in ecclesiam largi 176. a b 299. b  
 ecclesiarum incrementis incubit Ludouicus Pius 853. a  
 ecclesiastica bona in quos usus expendenda 184. b  
 ecclesie thesaurum & sacra vasa in pauperes elargitur S. Odilo abbas famis tempore 49. a eadẽ pro redimendis captiuis expensa 232. b  
 ecclesiasticarum rerum inuadentes & vsurpatores vltionem & penam non euadunt 114. a 176. 305. b 306. a 307. a b 308. b 501. b  
 ecclesiastica bona inuadentes, diuinitus terretur Pipinus 306. b  
 ecclesie pecunias Nicetam auferre volentẽ non quidem

IN TOMVM PRIMVM SEQVENTEM

dem prohibet Iohanes episcopus, nec tamē spon-  
tē dare vult, sacrilegiū hoc esse ratus 575. b 576. a  
Eden hortus deliciarum interpretatus 75. a  
edessa ciuitas à Christo per Apostolos bñdcta 800. b  
eduardi regis vita 127. b 128. b  
Electio abbatis vt semper libera monachis sui mo-  
nasterij permitteretur, à Clotario impetrat S. Mau-  
rus 355. b  
electorum duo ordines 265. a Item damnandorum  
265. a b  
eleemosynæ quanta vis 580. a  
eleemosynā omnium bonorum operationem con-  
tinet 709. b  
eleemosynæ castitas, dilectio fraterna gradus in cæ-  
lum præparant 900. b  
eleemosynis diues saluari potest 188. b  
eleemosynas largiēs S. Bertulphus, domini sui opes  
auctiores facit 891. b  
eleemosyna an cuius danda 573. a  
eleemosynæ mercedem vana gloria tollit 584. b  
eleemosynarum largitās miraculo cōmendata 151. a  
ad eleemosynam & benignitatē in pauperes multos  
incitauit S. Ephrām 796. a  
ad eleemosynam conferendam alioquin tenaces in-  
ducit Iohannes eleemosynarius 583. b  
eleemosynaria mirabilis Paula 734. b quæ eleemo-  
synis largiēdis ad egestatem deuenit, ad eō vt ma-  
gnū æs alienum filia dereliquit 736. b  
eleemosynas largē dispersit S. Odilo 49. a  
eleemosynarum liberalissimus elargitor 572. a  
eleemosynas largitur ex cibo sibi diurno suppedi-  
tato Launomarus puerulus 438. b  
eleemosyna sæpē causa superbiæ est ei, qui non ad-  
uertit 584. b  
eleuthera quedam religionem affectans, quomodd  
ab Auxentio excepta 1031. a  
eligius 911. b  
eligius confessor transtulit corpus S. Amandi 914. b  
S. Emerentiana Agnetis collactanea lapidibus obrui-  
tur 510. a  
emeritus lector martyr 984. a  
S. emmeramni monasterium Ratifonæ 142. a  
Encomiorum quæ lex 98. a b  
Ephesion autē respicit S. Melana obrusum 771. b  
ephesina Synodus coacta 483. b  
S. ephrām Syri vita 793. b  
ephrām Græcē nescit 15. a  
ephrām Cæsareę Cappadocia; inuist S. Basilii 794. a  
ephrām abbas adest concioni S. Basilij 8. b  
ephrām in spiritu quid de Basilio viderit 15. a  
ephrām Basilij Epitaphium scriptū 4. b  
epiphaniæ festum 110. b  
epiphanius 732. b  
epiphanius Salamina; episcopus, Romam ob ecclesi-  
asticam necessitatē venit cum Hieronymo & Pau-  
lino 779. a  
epiphanius hospes S. Paulæ Romæ fuit 725. a  
epiphanius per fraudē sibi iungit Theophilus Ale-  
xand. contra Chrysostrum 714. a  
epiphanius Synodum cogit, item ordinat in aliena  
diocesi, idq; contra canones 715. b  
epiphanius de Origenis libris vitandis ad Chrysosto-  
mum scribit fraude Theophili circumuentus 684. b  
vitat Chrysostrum 686. b  
epiphanius prædicat Chrysostrum quodd sedem su-  
am visurus non sit 687. b  
epiphanius Ticinensis episcopi vita 545. a  
epiphanius Ticinensis legatus ad Anthemium prin-  
cipem missus 547. a  
episcopi quorum auspicijs cōsensuq; electi antiqui-

tus a 429. a 857. b 933. b 943. a  
episcopus per compromissum electus 229. a  
episcopi episcopum Basilium eligunt diuinitus an-  
teā præcessori designatum 8. a  
episcoporum electio potētium persæpē beneuolen-  
tia gubernatur 662. b  
episcopi in electione annua contentio laicorum &  
clericorum 42. a  
episcopus designatus S. Seuerus miraculo inuitus ad  
sedem rapitur 809. b  
episcopatum largitione & malis artibus adeptus ci-  
tō interit 622. b  
episcopatum per vim inuadentis exemplum 698. a  
episcopum sibi ordinatum Maximianensis plebs re-  
cipere recusat 40. b  
episcopi laicis donata 279. a  
episcopatus regni Francorum laicis hominibus &  
comitibus confert Carolus Martellus 114. b  
episcopi electio ad Metropolitanū refertur pro ap-  
probatione & ordinatione 847. b  
episcopi per baculum & annulum à regibus inuesti-  
ti in Anglia 448. a  
episcopatus dominium cum potētialibus baculi com-  
mendatione Lud. rex Remberto tradit 857. b  
episcopi electio regis calculo approbata 358. a 360. a  
episcopatus bullæ Apostolicæ gradēm pecuniam re-  
quirunt 187. b  
episcopus a nno 20 factus Clemens Ancyranus 551. a  
& S. Remigius 282. b electio alioquin cōtra cano-  
nes facta, miraculo comprobata 283. a  
episcopi viuentis sedem inuadentis poena 137. a  
episcopo successor futurus per reuelationē designa-  
tus 7. b  
in episcopatu S. Valerius Maternum sibi decernit suc-  
cessorem ex diuina reuelatione 750. b  
in episcopatu successorem sibi designat Bonitū Aui-  
tus 350. a episcopatu sic contra Canones adepto  
se abdicat 359. b 360. a  
episcopus coadiuorem sibi adiūgit, cū officio suo  
senio grauatus solus non sufficeret 432. a S. Rem-  
bertus 861. b  
episcopatus oblatos qui refugerunt vel susceperunt  
inuiti, exempla 151. a 161. b 182. b 129. b 316. a 446. a  
546. a 571. a 622. b 636. b 663. a 708. b 909. a 933. b  
942. a 958. b  
episcopi ex cœnobitis 250. a  
episcopus ex monacho factus Fulgentius, professio-  
nem semel susceptam sanctē tuetur 34. a  
episcopus ex monacho habitum non mutat 230. a  
episcopi ex coniugatis sumpti S. Gregorius Lingo-  
nensis 109. b Hilarius 272. a S. Seuerus 809. b  
episcopus ex coniugato 298. a idem per frequentem  
coniugis visitationem cadens, per penitentiam  
resurgit 298. a b  
episcopus apud Orientales vxoribus renuciāsse, &  
si ad eas reuerterentur, crimini datum 674. a  
episcoporum consecratio 8. a 229. b 692. b  
episcoporum consecrationi prouinciæ episcopi ad-  
sunt 233. a  
episcopi in consecratione manus imponuntur 812. b  
annulus tradit solitus 448. b  
episcopi sacro chrismate vngi soliti 810. b 812. b 663. b  
in excelso loco ecclesiæ collocantur 663. b  
episcopus Remigius diuinitus inungitur 233. a  
episcoporum vinctio quid designet 233. a  
episcoporum mitra, annulus 958. b  
episcoporum sacerdotes infulæ 233. a  
episcopus stola candida indutus 15. a  
episcoporum quanta potestas 598. b  
episcopi personam suscipiens de eius potestatis am-  
plitu-

INDEX.

plitudine nē quiddetrāhi sinat 598. b 601. a  
episcopi munus 664. a  
episcopi munus q̄ ducis aut Imp. difficilius 189. b  
episcoporum quantum periculū, quanta item præ-  
mia 709. a  
episcopi spiritualia præcipuē, temporalia tamen cu-  
ræ etiam sint 301. a  
episcopi œconomos habent 847. b  
episcopo apertum periculum est nō arguere iniqui-  
tatem 679. a  
episcopi munus, concionari ad populum 236. a dedi-  
care ecclesias, monasteria 351. b 446. b 480. a or-  
dines tribuere 480. a consignare baptizatos 1012. b  
in cœna Domini recubare pœnitentes 299. a  
episcopi admirabilis diligentia & labor in pœniten-  
tis reconciliatione 13. a b  
episcopi parocias & diocesis visitant 286. a 287. a  
945. b 977. b  
episcoporum visitandi dioceses munus quod in qui-  
bus versetur 231. b  
episcopum extra terminum suæ diocesis iudicare  
non oportere, neque alienis clericis communio-  
nem impartire antequam ad proprium episcopū  
scripserit 683. b  
episcopi abbas & monachi subiecti 15. a 32. a  
episcopi benedicere populo soliti 988. a  
episcopus populum capita inclinantem benedicere,  
antiquus mos 40. a  
episcopi auscultandum & mos gerendus 104. b  
episcopi qua reuerentia venientes excipi soliti 13. b  
14. a  
episcoporum arma quibus rebelles debellant, præ-  
ces, vigilia, ieiunia, admonitiones & c. 233. b  
episcopus ius dicit pauperibus, viduis, orphanis  
967. b  
episcopus intercedit nē princeps populum exactio-  
ne grauet 431. b  
episcopi de iniuria implorati egregium responsum,  
584. b  
episcopus pauperes dominos suos vocat 571. a  
episcopus visitat in Nosocomio positos 574. a  
episcopi de pauperibus singularis cura 571. a  
episcopus exploratricibus viduis vitur ad indagand-  
os verē pauperes 184. a  
episcopus bona pauperum vsurpans, morbo immif-  
so punitus 410. a  
episcopi de bonis Ecclesiæ in cognatos minimē lar-  
gi exemplum 183. b  
episcopi disciplina domestica 447. b  
episcopi frugalitas 435. a  
episcopi viuum exemplar 183. a  
episcopi accusatio in Synodo discussa 674. b 675. a  
episcopali munere abstinet episcopus pœnitēs 299. b  
episcopo ecclesiæ & oues non deferendæ 839. b  
episcoporum seu ecclesiam suam nisi vi expellatur  
non sibi spontē deferendam existimat Chrysosto-  
mus 692. a 719. b  
ab episcopatu suo clam se absentat S. Fulgentius 41. b  
episcopatu se abdicat Raimundus Barcinonensis epi-  
scopus 147. a  
episcopi sexaginta exules 35. b  
episcopi in sepultura episcopi præsentēs adsunt 927. a  
episcopi cū vestibus sacris sepeliri soliti 946. b 947. a  
episcoporum animas ritu pontificio Deo commen-  
datis lege 810. b  
epistolæ Ecclesiasticæ tradi olim solitæ, vt qui has  
haberent, eos communicāsse ecclesiæ cōstare pos-

ser 780. a  
epitaphium Paulæ 737. a  
Eremiticæ vitæ commendatio 318. a  
eremiticam nē exemplo Antonij plurimi sectarentur  
plagis illatis ab ea Antonium absterere conatur  
clemō 400. b alijq; infidijs colloctis 401. b 402. a  
eremita solitarij viuūt domibus ab inuicem præcil  
distictis 321. b cōueniunt Dominicis diebus ibid.  
eremitis omnia communia, neque vllus inter eos  
contractus 323. b  
eremum incolentium victus 322. b  
eremita S. Bernardi seculo 962. b  
eremus ab Arabia vsq; ad Aegyptum rubro mari  
& Iordane hincindē distenta 221. b  
S. ermenoldi vita 141. b  
S. ermenoldus Sueuus 142. a fit monachus & cre-  
atur Abbas Laurishaimensis 142. a post Brunfe-  
ningensis 143. a 141. b cur Abbatiam resignarit  
142. b clauso ostio in templum ingreditur 144. b  
mortem conuenit 145. a fuste à quodam cædi-  
tur ibid. horam mortis prædicat 145. a moritur  
145. b precibus suis monachum quendam liberat  
146. a  
S. ermenoldi tentationes 142. a studium in obeundo  
munere b. vigiliæ, ieiunia 143. b verba ad Héricum  
V. Imperatorem 143. b insignis humanitas 144. b  
charitas & liberalitas in pauperes & peregrinos,  
ibid. visio 145. a  
ad S. ermenoldi sepulcrū cæcus visum recipit 146. b  
& alia sunt miracula, ibid.  
Esaiam nudum vaticinari Deus cur voluerit 122. b  
Ethelredus Angliæ rex 127. b ethelbertus rex in Can-  
tia Augustini prædicatione fidem suscipit 132. a  
ethnicorum turpis & obscena religio perstringitur  
418. a  
Eua vndenam quomodd supplantata 1039. a  
euāgelium cur post reliquos scripserit Iohānes 528. a  
euāgelium Iohannis primas Christi continet actio-  
nes 522. a  
eubulus magister Basilij 5. b  
eucharistiæ epitheta & præclaræ appellationes, im-  
maculata, immortalia & viuifica mysteria, 12. b  
Dominica, intemerata sacramenta 491. a sacrifi-  
cium incruentum 1000. a sancta mysteria 71. a  
diuina & mystica mensa 838. b  
eucharistia viuificū Christi corpus 14. b vera caro  
& verus sanguis 290. b 244. a 293. b 339. a 236. b  
929. b  
eucharistiæ in diuisione infantē diuidi cernit, eamq;  
sumens, veram carnem sumpsit Iudeus 8. b  
in eucharistiæ sacramento transubstantiario 290. b  
eucharistiam eleuatam Spiritus sanctus in ignis spe-  
cie circūdat 14. b  
eucharistiæ adoratio 236. b asseruatio 8. b in Missa  
eleuatio 8. a 10. a 130. a 672. a  
eucharistia ad absentes transmittitur à S. Luciano  
157. b festo corporis Christi circumferunt 186. a  
ante eucharistiā pœnitentia peccata expianda 488. b  
eucharistiæ ad sumptionem vt se præparariq; Mar-  
gareta Hungarica 745. a  
eucharistiam sumendi mirum desiderium 188. b  
erga eucharistiam reuerentia 236. b  
eucharistiæ frequens participatio contra præstigijs  
præsidium 67. b  
eucharistia claudus curatur 440. a  
eucharistia qui illuminati, qui obscurati & mortē  
affecti, reuelatione diuinitus cognoscit S. Euthy-  
mius 488. b  
eucharistiæ post communicationem aquam vel vi-  
num vel pastillū cur gustandum censuerit Chry-  
sosto-



foetorius 688. b obiectum hoc ei 716. b  
 eucharistia pulcherrimum viaticum ex hac vita mi-  
 grantium 750. b 774. b eo se muniunt sancti vi-  
 ri morti vicini 231. a 518. b 954. b 980. a S. Valerius  
 750. b Bertulphus 870. b Vedastus 906. a An-  
 bertus 996. b  
 eucharistiam intemeratam oblationem pedibus con-  
 culcant impij tyranni 569. b  
 S. eucherius Aurelianensis episcopus sede sua per Car-  
 olem Martellum eiectus 114. b Colonia ad Rhe-  
 num exulat 1057. a  
 eucherius Caroli Martelli damnationem per reue-  
 lationem cognoscit 279. a  
 eucherius quomodo obtinuerit pontificatum Au-  
 relianensem 1056. b  
 eucherij episcopi Aurelianensis natales, vita & gesta  
 1055. b & deinde quomodo is, velut Samson, ma-  
 tri sit praenunciatus 1055. b 1056. a  
 euthemon praesul dijs sacrificat 791. b 792. a  
 eudocia Imperatrix 773. b 775. a  
 eudocia templum plurima aedificauit, Gerontocomia  
 item & Prochorophia & monasteria 492. a eius  
 obitus ibid.  
 eudociam contra Chalcedonensem synodum in su-  
 am sententiam pertrahit Theodosius pseudomo-  
 nachus 486. b poenitentia ducta, redit ad rectam  
 fidem 489. a  
 eudoxia Imperatrix ancilla pecuniae 676. b infesta  
 cur Chrysofomo 678. b vxorem Achab imitata  
 685. b Herodiadem item 687. a templo exclusa à  
 S. Chrysofomo 715. a eius vox execrabilis b  
 euerhelmus vitam S. Popponis scripsit 646. a  
 eugendi abbas vita 56. b  
 S. eugenij & Mariae eius filiae vita 92. b  
 eugenius Papa Rhemis concilium celebrat 965. b  
 eugenius III. pontifex 153. a b  
 eulogiae 438. a  
 eumenius 21. b Alexandri cognatus 22. a  
 eunica mater Timothei 520. a  
 eunomius 3. b  
 euodius Antiochenus episcopus 78.  
 S. euphemiae templum apud Caesareae Palaestinae 532. a  
 S. euphrosynae parentes, patria & reliqua vita 43.  
 eusebius Caesareae Cappadocum episcopus 7. b  
 eusebius celebris monachus 120. b  
 S. eusebiae vita 615.  
 eusebonas monachus 121. a  
 eustochium virginitatis decora à Marcella nutrita 778. b  
 euthymius vir religiosus 39. a  
 euthymij abbas vita 471. b  
 euthymij vitam Cyrillus monachus scripsit 506. a  
 S. eutyches 22. b  
 eutyches quis error 254. b  
 Exactione insolita plebem acclerum grauans, diuini-  
 tatis punitus 432. a  
 excommunicatio miraculo comprobata 447. b à sa-  
 cris vestibus peccantes arcet D. Chrysofomus  
 670. a Babylas Imperatorem à Dei templo pellit  
 594. b  
 excommunicatis multam pecuniariam irrogat mo-  
 re patrio, nec exigit Guilielmus episcopus 233. a  
 excommunicationis comminatione ad probationem  
 accusator & reus prosequendas coguntur 674. b  
 excommunicationem etiam iniuste laram non con-  
 temptam vide 260. a  
 exemprio Vuestmonasterij in Anglia 133. b  
 exequiae funebres 56. a 42. a à priscis celebratae 42. a  
 643. b 722. b 876. b sanctorum funeribus per Chri-  
 stianos adhibita 528. a mortuus in veteri lege ex-  
 hibita 543. a

exequiae cum psalmis & hymnis & multis lumini-  
 bus 930. b sumptuose leuiter taxatae 540. b  
 exequijs S. Martini Ambrosius, Geminiani Scuerus  
 Rauennas in spiritu interfuerunt 188. b  
 exercitia sanctorum pia 242. b 966. a  
 exercitia honesta S. Melanae 770. a  
 exhortatio grauis ad vitam emendationem 251. a  
 exilium immerentes sancti saepe pertulerunt 81. a  
 exilium sanctis in paradysum vertitur 84. a  
 exul mundo ciuis paradisi 90. a  
 exorcismis daemones adiurantur 620. b 292. a  
 exorcista inter ecclesiae ministros 315. b  
 exorcista à S. Hilario B. Martinus constituitur 147. b  
 extremae vnctionis sacramentum 236. a  
**F** abianus quidam de praedestinatione & gra-  
 tia erronea scripsit, quem confutauit S.  
 Fulgentius 41. b  
 fabianus vrbis praefectus persecutione Dio-  
 cletiani 465. b  
 fabianus iudex persecutionis sub Antonino 311. a  
 fabula de Daphne 602. a  
 falsus Dei testis laudator eius mendax 468. a  
 falsarius traditus à sancto Ambrosio satanae 164. b  
 fames Dei flagellum & malorum factorum fructus 247. b  
 fames in Bauaria 144. b  
 famis publicae tempore fruges recondere reprehen-  
 sum 160. a  
 fame laborantes Viennenses quibus remedijs releua-  
 ti 159. b 160. a  
 fata necessitatem rebus non adferunt 334. a  
 fauni, Satyri, seu incubi cuiusmodi figura 218. a An-  
 tonio apparuit ibid. Alexandriam, Constantino  
 Imp. Faunus perductus 218. b  
 faustinus & Louisa fratres, vbi & vnde religionis Chri-  
 stianae ergo copraehensi 1033. b & quid appraeheso-  
 ri responderint, & cur Adriano Imperatori praes-  
 entati ibid. b. post multas poenas cur Mediolanum  
 ducti 1036. a quomodo à Mediolanensi certamine  
 Romam perducti 1037. a quod eadem à Roma Bri-  
 xiam reducti, ibiq; sint gloriose caesi 1037. b  
 faustini & Louisa martyrum natales & origo 1033. a  
 faustino & Louisa martyribus neque bestias, neque  
 ignem nocere 1035. a 1036. a  
 faustus episcopus pro fide catholica exulat 26. a gra-  
 uior eius sit persecutio 27. b  
 faustus presbyter scriptor vitae S. Senerini Augu-  
 stis abbas 987. a 988. b  
 faustus episcopus Galliae Pelagianus 39. b  
 SS. Faustae, Euelasij & Maximini martyrium 893. b  
 Felicianus Ruspensis episcopus 23. b  
 felicianus Fulgentij successor 42. b  
 felix abbas 27. b  
 felix martyrium 984. b  
 felix Nolani vita, authore Beda 313.  
 felix praeses administrator persecutionis Decij 197.  
 felix presbyter Arrianus Fulgentio infestus 28. b  
 parochiae episcopi Carthaginensis 29. b  
 S. ferreoli reliquiae 63. b monasterium 64. a  
 festa oportunis diebus plebs Christiana celebrat 905. b  
 festa celebrant Christiani à Deo beneficia adepti gra-  
 titudinis ergo 10. b  
 festiuitatibus SS. Christiani congregari soliti 612. b  
 festa vt Christianis celebranda 825. b  
 festis diebus praedicandum populo Dei verbum 900. b  
 festum natiuitatis Christi 719. b  
 festus dies Theophaniorum seu Epiphaniae 15. a 106. b  
 157. a 569. a 671. b Theophaniorum octauus dies  
 485. b  
 festum luminum 474. a Purificationis perantiquum 826. a  
 festo Purificationis cereos in manibus ferre perue-  
 nient

tustus mos 835. b  
 in festo Purificationis SS. aliquot patrum homiliae  
 518. a & seq.  
 dies festus palmarum 474. a 474. a cena Domini 106. b  
 festum salutaris passionis Christi 775. a magnam fab-  
 batum 787. a  
 festum Paschae 219. b  
 festorum praecipuum pascha 244. a  
 festum resurrectionis Dominicae 531. a Dominica re-  
 surrectionis diem violatam vindicat Deus 434. b  
 festum Pentecostes 220. a 884. a  
 festo corporis Christi Eucharistia solenni pompa  
 circumferuntur 186. a  
 festum insignis & solenne virginis Dei matris 247. b  
 festa B. virginis quatuor 745. b  
 festum assumptionis B. Mariae 691. b Exaltationis S.  
 crucis 536. a 686. a 701. a B. Michaelis 114. a  
 festum omnium Sanctorum primo die Nouembris  
 53. a 881. a  
 festum animarum seu fidelium defunctorum 881. b  
 qua occasione & à quo institutum 53. a  
 festi sanctorum dies 19. b 98. b 222. b 441. a marty-  
 rum passionis & dies anniuersaria commemora-  
 tione celebrati 841. a  
 festa sanctorum anniuersaria, hymnodia & cantu ce-  
 lebrata antiquitus 590. b spicidide ab antiquis ce-  
 lebrata 618. b cur celebrentur 651. a  
 festa solennia martyrum ad imitationem exhorta-  
 tio sunt 424. a  
 festa sanctorum, natales ipsorum dies 425. a 441. a natali  
 apostolorum ad confessionem S. Petri orans Zoë à pa-  
 ganis copraehensa 465. a octaua Apostolorum ad  
 confessionem B. Pauli accedens Tranquillinus la-  
 pidibus obruitur à paganis 466. b  
 festum S. Laurentij 766. a S. Andreae pridie Calend.  
 Decemb. 148. b  
 festi & celebris martyrij S. Polycarpi dies 651. a 787.  
 festum S. Agathae 869. a Agnetis, Ambrosij etate cele-  
 bre 507. a S. Antonij antiquius item celebre 493. b  
 festiuitas annua diei resolutionis D. Basilij 3. a S. Blasij  
 spiritu memoria sui celebrari voluerit 842. b 83. a  
 festum S. Hilarij 277. b B. Dominici 749. b S. Eduar-  
 di 128. b D. Ephraim episcopi Mylaffeni 618. b S.  
 Andreae Fesulani episcopi Florentiae instituitur 153. b  
 festum depositionis S. Fulgentij 42. b S. Valentini  
 Rhetiarum episcopi 165. b  
 festum eleuationis S. Amadij xij. Calend. Octobr. 915. a  
 festum traslationis S. Audoueni celebre Rothomagi 945. a  
 festum translationis reliquiarum Bertulphi, Amel-  
 bergae &c. 886. a  
 festi dies consecrationis ecclesiae 222. b  
 festum dedicationis templi 775. a  
 festa episcopi in diocesi sua instituitur 886. a  
 Fides Christiana operibus etiam demonstranda est  
 1015. a  
 fides oppugnata magis floret 613. a  
 fidei Christianae summaria explicatio 288. a  
 fidei obseruantiam sancti quam sancta mater ecclesia te-  
 net 199. a  
 fidei operationis quam disputationis ex argumētis  
 ducta, maior vis 418. b  
 fides, spes, charitas, funiculus triplex 73. b  
 contra fidem solam iactantes locus insignis 251. b  
 fidem datam violans, Deum testem contemnit 77. b  
 fiducia in Deum animae vita 189. b  
 S. figdriani ecclesia 916. b  
 fiscalini pauperes affligentes, puniti diuinitus 307. b  
 Flandrorum monarchiam Arnulphus marchio for-  
 titur 878. a  
 flandriae marchiones Arnulphus magnus, Arnulphus

junior, Balduinus 882. a  
 flandriae princeps Balduinus 629. a 632. a 640. b  
 flandrig marchio Robertus anno MLXXII. 881. b 885. b  
 flauia Domicilla exulat in Pontia insula sub Domi-  
 tiano 725. b  
 flauiani martyris visio, & qualis eius ad mortem ac-  
 cessus & praeconia 1064. a b  
 floberthus abbas Blandiniensis 915. a  
 florentini Mediolanenses cadunt 153. a  
 florentinam ad historiam pertinentia 153. a  
 Florianus tertius abbas à S. Mauro 370. a  
 florus vir illustris monachus factus 354. a b  
 flori Floriacensis monasterij conditoris encomium  
 350. b 351. a  
 femina pietate insignis 779. a  
 femina mirabilis constantia 330. a  
 femina aditu templi S. Simeonis arcentur 127. a  
 folcardus abbas 869. b  
 folco presbyter 307. a b  
 fornicationis spiritu tentatus & victus 485. a  
 fornicatio sacerdotis punita 70. b  
 fortitudo animi admirabilis 197. a  
 fortitudo ingens in femina 725. a  
 fortitudinis exemplar Samson 98. a  
 fortuna apud Christianos nec est, neq; dicitur 815. b  
 fortunatus Hilarij vitam scripsit 271. a  
 fortunati laus 278. b  
 Franci vnde oriundi 294. a quando in Belgicam re-  
 liquamve Gallia venerint ibid. Sicambria à Fran-  
 cis extructa 294. a  
 franci Merouingi vnde sic dicti 294. a primiliquot  
 Francorum reges ibid. 295. b  
 franci Romanis de fide suspecti fuisse apparent 77. b  
 francorum apostolus Remigius 279. b 285. a  
 franci qua occasione Christiani facti 296. a  
 franci in regno Ecclesia floret sub Dagoberto 949. b  
 francorum aliquot reges 944. Carolus ab Heruber-  
 to comite Viromandorum captus 876. b Chil-  
 debertus, Dagobertus, Chilpericus III. Childer-  
 icus 912. b Childericus II. 623. b Clodoueus 901. b  
 Clotarius 428. a 905. b Clotarius, Childericus,  
 Theodoricus, Clodouei filij 938. a Dagobertus  
 910. a quartus à Clodoueo. 949. b  
 francorum regem Hericum & Conradum Imp. con-  
 cordat Poppo 636. b  
 francorum rex Philippus 886. a Robertus Rosalami  
 relictam Arnulphi Flandriae marchionis vxorem  
 ducit 927. a Theodoricus princeps 428. a  
 francorum rex futurus praedicitur Theodoricus ab  
 Ansberto 940. b Fontanellam bonis auget 941. b  
 francorum rex Theodoricus Lambertum ad episco-  
 patum Lugdunensem promouet 941. b 942. a  
 francorum rex Theodebertus 350. b 352. b  
 francorum rex Theodebertus regnavit annis xiii. 355. a  
 eius filius Theobaldus ibid. b post hunc Clota-  
 rius solus regnat ibid.  
 francorum rex Theodoricus, cuius magister equi-  
 tum Pipinus 358. b  
 franciae principum discordia 945. b  
 francorum in regno Praefecti 945. b  
 franci cum Alemannis & Sueuis praelium conseruit  
 295. b  
 franci obsidione Parisienses cinxere 107. a  
 francorum fines inuadit Ludouicus rex Austrasio-  
 rum 174. b  
 francisca bipennis vocata 295. a  
 francisci Sforciae Blanca vxor, filius Galeatus 190. a  
 S. franciscus Mahometanis fidem praedicaturus, &  
 ipse & per suos fratres huic negotio diligenter in-  
 cumbit 388. b

IN TOMVM PRIMVM SEQVENTEM

franciscus Tarulianus Carthusianus 176. b  
 fratrum syncerus & verus amor 187. a  
 frater fratrem persequitur 135. a 138. a  
 fridericus dux 887. b  
 S. frigidiani basilica, Luca in Italia 927. b  
 fructuosus episcopus martyr 515. a  
 Fulradus abbas S. Dionysij, Pipini regis summus Capellanus 114. b  
 fulgentij auus, parentes, patria, institutio & reliqua eius vita 24. & seq.  
 fulgentij vitam scripsit eius discipulus 24. b  
 fulgentij scripta 37. b 39. b 41. a b  
 fulgencius obiit anno vite lxxv. episcopatus, xxv. 42. a  
 funus Paulæ episcopi ferunt, episcopi item alij lampades & cereos præferunt 736. b  
 S. fursei vita 381. & seq.  
 fursei fratres Foillanus & Vltanus 387. b requiescit Peronæ 388. a  
 futurorum prædictio & prænotio quanti faciendâ 407. a  
**G**aius administer Alexandri persequentis Christianos 20. a  
 galliam à Rheno ad Ligerim Romani Aegidio duce, vltra Ligerim Gothorū princeps Alaricus obrinet 294. a  
 galliarum pro conuersione discipulos suos Polycarpus mittit 392. b  
 galliam Vuandali vastarunt 280. b pōst Franci ibid.  
 gandauenſium priscorum stultitia & impietas 909. b  
 gaudani Ecclesiam S. Iohānis extruxit Lanfus 628. b  
 gandersheimense monasterium 888. b  
 S. gaugerici ecclesia Bruxellæ excepit reliquias S. Gudilæ 176. a  
 Gebenna 57. a 60. b  
 geminianum defunctum absens in ecclasi cognoscit S. Seuerus 810. a  
 in genua procumbere oraturos, priscus mos 331. a  
 genuum flexiones frequentes piorum 168. b  
 genuflexione preces fundere & cum lachrymis pietati dediti assidue 154. b  
 geniculatione ex frequenti calli in genibus & cubitis S. Ansberti 946. b  
 genesis presbyter 105. a  
 S. genouefa vita 102. b 103.  
 genouefa familiarissima fuit S. Remigio 715. a in eius honorem altare Rhemis ibid.  
 genuense maximum & memorabile bellum 178. b  
 gerasimus & eius monasticum institutum 490. a  
 gerbertus Papa obsidet Casennam 470. b  
 gerbirga mater Adelheidis 887. a filia ducis Godefridi b moritur 888. b  
 germania prima 305. b  
 germania diu sterilis, multos tandē Samueles protulit 142. a  
 germanus Antifodorenſis episcopus, Pelagianā ad hæresim extirpandam in Britanniam accitus 102. b 103. a b  
 S. germani Parisiensis episcopi frater Paulus Virduensis 933. b  
 germanici martyris fortitudo 647. b  
 gerontocomium ab episcopo extructum 760. a  
 gerontocomium in cenobijs 248. b  
 S. gertrudis è sacro fonte suscipit S. Gudilam 168. a à S. Amando velamine consecrata 915. a miraculis clara ibid.  
 S. gerulphi martyris reliquie 885. a  
 gloria virtutem velut umbra sequitur 725.  
 gloria pedissequa & comes virtutis sit, non domina 124. b  
 gloria yana cauenda 323. b

gloria inanis, virus virtutum est & dæmoniu meridiano 964. a  
 gloria vana elemosynā mercedem tollit 584. b  
 gloriam humanam quaerens, excidit à vera mercede & gloria 323. a b 324. a  
 gloriam vanam vincit Macarius 71. b  
 S. Glyceriæ templum Heracleæ 926. a  
 Godegiffus Burgundio 301. b  
 godefridus dux Gerbirgæ pater 887. b  
 godefridus alius eiusdem Gerbirgæ frater 887. b sine liberis moritur ibid.  
 godefridus tertius Gerbirgæ filius & frater Adelheidis 887. b occidit in bello cōtra Bohemos 888. a  
 goduinus penas proditionis luit 135. b  
 gordianus presbyter S. Concordij pater 22. b  
 gordianus 789. b  
 Imper. gordianus Christianis non aded grauis 813. b eius filia Gordiana corripitur à dæmone ibid.  
 S. gordij martyrium 97. b 98.  
 gothorum rex Alaricus in qua Gallia parte dominatum tenuerit 294. a  
 gothorum rex Galliarum Alaricus magnam partem obtinens Tolosā sedem habuit 292. a  
 gothi à Clodoueo prælio victi, eorumq; rex Alaricus occisus 302. a  
 gothi Aspar & Ardaburius 228. a  
 gothi Pannoniam vastant 160. b  
 gothi Arriani 294. a  
 gothica lingua scriptura sacra Constantinopoli legi permissa 228. a  
 gozelo dux 176. b  
 Gradenſis patriar chatus Venetias translatus 189. a  
 græcæ erudita Melana 770. b  
 gratiæ & prædestinationis differentias explicauit S. Fulgentius 39. b  
 gratia Dei præueniens ac subsequens 341. a  
 gratitudo erga præceptorem 5. b  
 gratitudinis exemplum 259. a 311. a  
 S. gregori Nazianzeni vaticinium impletum 221. a  
 gregorius Theologus Basilium epitaphijs illustrauit 4. b  
 gregorius item Nyssæ episcopus ibid.  
 gregori Nysseni sermo in festo Purificationis 825.  
 gregori Lingonenſis episcopi vita 109. a b  
 grimmo nepos Dagoberti 933. a  
 S. Guarini episcopi Prænestini & Cardinalis vita 916. a  
 S. guarinus sit clericus 916. a induit habitum Canonicorum secundum D. Augustini regulam 917. a  
 consecratur episcopus Prænestinus 917. b moritur 6. Februarij, ibid. miracula ad eiusdem sepulcrum edita 917. b  
 S. gudilæ vita 167. b  
 S. gudualis Britonis corpus repertum 879. b translatum Blandinum 880.  
 guilhelmus Pictaorū episcopus profigatur 959. a restituitur 961. b  
 B. guilhelmus Abbas Hirsaugiensis 142. a  
 S. guilhelmi comitis Pictaorum eremita vita 955. eam quoque descripsit eius protodiscipulus Albertus 956. b  
 gula cauenda 323. b  
 gula & libido focia 84. a  
 gundebaldus Burgundio 301. b  
 gundrada 82. a  
**H**æreses contentio & elatio animi gignit 253. b  
 hæretici Apostatæ Christi 780. a mulie comparati 420. b  
 hæreticorum fastus 303. a versutia 272. b 273. b

INDEX.

273. b simulatum & iactabundum ingeniu 36. a b  
 hæretici calumnia & sacras synodos onerāt 487. a  
 sanctos viros secū sentire fraude summa in vulgus spargunt. sic Arriani Antonio suum errorem affinxere 416. b qualia designant flagitia 420. b  
 hæretici qui quomodò à Montano martyre confutati 1062. b  
 hæreticorum scuitia 28. b 29. b  
 hæreticos altaria & sacra omnia subuersuros, per visum hoc mulos facere cernens, prædixit Antonius 420. a  
 hæretici diuinum cultum abolent, templa prophanant 234. b catica suæ opinioni cōuenienter cōposita frequentāt 671. b grassantur in Aqtania 234. b  
 hæretica tempestas Romæ exorta cūcta turbat 779. b  
 hinc Orientem peruadit 780. a  
 hæretici Meletium expellunt 990. a  
 hæreticam gentem debellat Clodoueus 277. a  
 hæreticorum patroni cuiusmodi 16. a  
 hæresim auro & largitionibus suadere conatus Imperator vto excidit, auri iacturā etiā facit 252. a b  
 hæreticis etiā à seculari potestate, propugnatis non accedendum 422. a  
 hæreticis templum permittendum renuit Chrysoſtomus etiā ab Imp. sollicitatus 672. b  
 hæreticorum fugienda communio 422. a 423. a  
 hæreticorum amicitia atque sermones animæ perditio 416. b  
 hæretici vitandi non minus, immò amplius, quàm dæmones 805. a  
 hæreticorum conuiuia fugienda 272. a  
 hæretici Arriani non sinuntur degere Cōstantinopoli 671. b  
 hæretici etiā olim ab ingressu ecclesiarū arcebantur 661. b 708. a  
 hæretici à Catholicis profigantur 235. b  
 hæretici maiori supplicio digni, quàm ædificatores Babylonicæ turris 503. b  
 in hæreticos grauis Dei vltio 708. a  
 hæreticos Marcionistas ruina domūs in qua congregabantur, Deus opprimit 662. a  
 hæresis Seueri monachi participes penas dant 258. b  
 hæretici nisi errorem execerent, ad cōmunionem non admittendi 680. a  
 hæretici apostatæ difficilimè erudiuntur 805. a  
 in hæreticos ecclesie catholice desertores S. Ephrēm male imprecationes 804. a  
 hæreticorum profigator S. Basilius 3. a 5. a  
 hæreticos Apostoli & eorum discipuli quantoperè vitauerint 647. b S. Hilarius 272. a S. Antonius 416. b S. Euthymius 487. a S. Melana 770. b S. Ephrēm 803. b  
 hæresarchæ aliquot recententur 3. b 803. b Arrianorum cœtus cogi Constantinopoli nō finit Chrysoſtomus 712. b  
 hæreticorum Arrianorum aduersus ecclesiam bellū & grassatio cuiusmodi etiā nostra vidit etas 420. a  
 hæresis Marcionis 661. a Phrygum 790. a  
 S. heribertus episcopus Colonienſis 890. b præclarum Adelheidis dat testimonium 892. a  
 hamburgenſis I. Archiepisc. Anfcharius 853. legatus ad Suedos, Nortuegos & c. conuertendos 854. a  
 hamburgenſis archiepiscopus cōuertendorum gentium legatione probè functus 860. a  
 hamburgenſis ecclesie monasterioli in Gallijs nomine Turholt cur attributum 854. a  
 hartuicus episcopus Ratisbonenſis 145. b  
 harlebecum incenditur 882. b  
 hasbania cuius episcopi exilio illustrata 1057. b  
 hasbanienſe bellum 627. a  
 hatto ex abbate Augiensis episcopus Basileensis 517. a  
 Hebraica ex lingua sacros libros S. Lucianus corrigit 154. b  
 hebreæ lingue difficultates paruo tempore vincunt Origenes, Blesilla 540. b  
 hebræam linguam Paula didicit, & ea psalmos decantauit 735. b & Eustochium ibid.  
 S. helena Luciano martyri templum maximum edificauit 159. b  
 helladius S. Basilij successor ii. b  
 hemorodromi 330. b  
 henricus Imperator Odiloni coronā donauit 49. b  
 henricus II. Imp. 176. b  
 henricus V. Imperator 143. a cōuentus agit Ratisbonæ 143. a excommunicatus 143. b cur monachus Brunfeningenſis cœnobij pepercerit 144. a  
 henrici regis capellani Albericus & Landolphus 52. a  
 henricus Anglorum rex Canonizationem Eduardi sollicitat 139. a  
 heracleæ metropolis Thraciæ 925. b  
 heraclides quō Auxibiū Solos introduxerit 1050. b  
 heraclius Imp. 571. a ducit in Persas 530. a  
 heriberti Colonienſis archiepiscopi quanta fuerit suo tempore auctoritas 634. b  
 herenfrida 170. a  
 SS. hermyli & Stratonici martyrium 267. a  
 hesychio Syro viso oblata de S. Chrysoſt. 656. b 705.  
 hesychij sancti & illustriſis martyris templum Casaræg 19. b  
 Hierarchia ecclesiastica 3. a 8. a  
 hieronymus ob scripturarum intelligentiam ceteris nominis 779. a cum Paulino & Epiphano Ecclesiasticam ob necessitatem Romā venit 779. a  
 hierusalem trinominis 726. a  
 hierosolymitana mater ecclesiarum appellata 496. a  
 hierosolymam orationis causa petir D. Basilius 5. b 6. b 7. b  
 hierosolymis lapis seruatur, in quo Christi pedum vestigia cernuntur impressa 291. b  
 hierosolymitanam ecclesiam hæretici turbāt 496. a  
 ei pax rursum reddita 498. a  
 hierosolymitanū templū Christi virtute solo equatum, instaurare Iulianus frustra molitur 610. a  
 hierosolyma à Persis capta 529. a  
 hierosolymā Rasimis dux exercitus Chosroes, depopulatur 572. a  
 hilarius Valente & Valentiniano Imp. moritur 275. a  
 S. hilarij vita per Fortunatum 271. a  
 hilarius filia Abrā ad virginitatē per epistolā adhortatus 272. b tres libellos Imp. Constantio obtulit 273. a  
 S. hilarij episcopi Arelatenſis sermo de vita & morte Honorati 370. a  
 S. hilarius in locum Honorati episcopus Arelatenſis eligitur 380. a  
 hilariani pueri virilis animus in martyrio 986. b  
 hildephonsi episcopi vita 590. b scripta 591. a  
 hildericus rex Catholicus 39. b  
 hippocentaurus apparet Antonio 218. a  
 historiarū sacre quid conferant 141. a  
 Hodæporicum Paulg 725.  
 homilia à S. Fulgentio multæ perscripte 41. a  
 homilia venerabilis Bedæ de S. Benedicto Anglo abbate 264. b  
 homouſij fides à S. Basilio propugnata 10. b  
 honor improbos deturpat magis 84. b  
 honores qui sibi ab alijs deferuntur, suspectos habet sancti 537. a  
 S. honorati vita 370. a  
 S. honoratus baptizari desiderat 731. a dat se pietati

IN TOMVM PRIMVM SEQVENTEM

371. b mundi delectamenta contemnit 372. a contumax patri vult Dei filius 372. b condetur ibid. fratrem exemplo suo conuertit 372. b  
**S.** honoratus Lirinensem insulam ingreditur 374. a initiatur sacerdotio 374. b  
**S.** honoratus amator simul atque timeatur, & quare 375. a feuerus in se, in alios humanus 375. b abundat caelestibus charismatis 377. b pecuniam ab alijs collectam distribuit 378. a  
**S.** honoratus quomodo Hilarium Christo lucratus fit 376. b 377. a mortem nec optauit, nec expauit 378. b suauiter obdormit 379. b martyr Christi 379. b etiam in somno de Christo loquitur 380. b  
**S.** honoratus virtutum studio cum fratre contendit 372. b notii duo sunt omnibus dum latere cupiunt 373. a senes in iuuentute quomodo 373. a vendunt omnia bona sua in vsum pauperum 373. b  
**S.** honorati hospitalitas & summa liberalitas 375. b 376. a vultus constantia 377. b studium concordiae ibid. feror spiritus 378. a mentis vigor 378. b mors 378. b 379. b exequit 379. b 380. a  
**horæ** canonicæ diuini officij 96. a 668. a 900. b 905. b 934. b  
**horarum** canonicarum tempus certum, & miraculo stabilitum 205. b  
**ad horas** diuini officij signis pulsatur 96. b  
**horæ** canonicæ septem à presbiteris monachis frequentatæ 250. a 447. b  
**horæ** canonicæ, vigiliæ, matutinæ, vespertinæ orationes 40. b manè, hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio psalterium per ordinem cantare cum suis virginibus Paula solita 732. a cantica cõsuetæ & hymnos matutinos frequetatur S. Melana 776. b  
**horæ** nonæ præces 102. b  
**horarias** præces B. Mariæ virginis quadrima persoluit 744. b  
**hormisæ** Papæ ad Remigium epistola 302. b  
**hospitalitas** lectanda 804. b  
**hospitalitatis** insignis exemplum 78. b 375. b 376. a  
**hospitalitas** monachorum 484. a 494. a  
**hospitalitas** prificorum cœnobarum 246. a b vno die plusquam centum mensæ apparatus 247. a  
**hospitales** domos ad infirmos refocillandos erigit Basilius 11. a  
**hospitalis** domus in diocesi Hamburgensi 858. b  
**hospitale** constructum pauperum ad refectiõnem S. Vuilhelmi 972. b  
**Hubaldo** cuidam opifici grauius lapsus, qui S. Popomirè subuenerit 638. a b  
**hugo** Cluniacensis monasterij rector 48. a  
**humane** vitæ fallacia 99. b  
**humbertus** 915. a  
**humilitas** quid sit, non cognoscit nisi humilis 189. b  
**humilitas**, ceterarum virtutum regina 180. b eius illustre exemplum ibid.  
**humilitas** mater & custos fidelissima virtutum aliarum omnium 665. b 230. b multa bona habenti conciliat 737. b torrenti cõparata 189. b in quibus maior emineat 977. a  
**humilitatis** exempla illustria 40. b 269. a 323. a 577. a 653. a 784. b 930. a  
**humilitatis** studiosiss. D. Chrysof. 702. b  
**humilitas** summa Paulæ 729. a S. Ephræm 800. a  
**hungarorum** rex Bela 744. b Fredericum Austriæ ducem prælio vicit 749. b  
**hungari** Bauarorum & Lotharingæ fines depopulantur 175. a ab Ottone superantur 175. b  
**humi** Gallias vastant 104. a  
**ad hymnum**, Sanctus Sanctus Sanctus, Petri Cnaphæi blaiphema additio 571. b

**I** Acobi eremite vita 733 b  
**ianitores** templi 686. a  
**Iconomachorum** iam olim minæ 1070. b & confutatio 1080. a  
**Iconomachorum** rabies viget 993. b  
**Ididi** ciuitas Aphricæ Mauris finitima 30. a  
**idololatricæ** perniciosa quanta 1039. b  
**idololatricam** quæ res conferuent 597. a  
**idola** perfringuntur 899. b  
**idolorum** templa demolienda mandat Constantinus Imp. 922. b  
**ieiunium** cum cæteris virtutibus coniungendum 773. a  
**ieiunia** & orationes valent ad impetrandum beneficia à Deo 68. a ad promerendum aliquid à Deo 43. a 46. a  
**ieiunia** & preces, in aduersis Christianorum præfidium 9. b  
**ieiunia** & preces iungunt sancti, à Deo aliquid impetrantur 428. b  
**ieiunij**, elemosynis, orationibus placant iratum Deum Pannonij, & hostes fugant 154. a 159. b 160. a  
**ieiunio** imminens periculum suadetur auertendum esse 164. b  
**ieiunij** & orationibus vt se contra hostium insultus communirent, suadetur Parisiensibus 103. b 104. a  
**ieiunium**, preces, vigiliæ, Christianorum in rebus necessarijs a iylam 199. b  
**ieiunium** contra tyrannidem & vim principum indicitur 431. b  
**ieiunia** ab episcopo siccitatis tempore ad impetrandam à Deo pluuiam indicita 359. a  
**ieiunio** triduo & precibus paralyticus sanatus 739. b  
**ieiunium** domat pestes carnis 965. a  
**ieiunij** duplicatis frangit lasciuientium adolescentularum carnem Paula 732. a b  
**ieiunio**, vigilijs, orationibus, diaboli infidias submoventur 399. a 400. a 404. b 406. b  
**ieiunio** & precibus vincitur S. Tryphon, vt videndum Gordiano dæmonem exhibere posset 814. a  
**ieiunij** & c. penitentia peragitur 849. a 850. a  
**ieiunia**, vigiliæ, orationes, Christianorum pie viuere meditancium exercitia 99. b  
**ieiunium**, vigiliæ, humicubatio, paupertas, piæ exercitationes 793. b  
**ieiunia**, labores, vigiliæ & c. sanctorum & piorum exercitia 45. b 109. b 969. b quibus ipsos insistere scilicet macerare legas pag. 22. b 150. a 163. a 286. a 946. a  
**ieiunij** affuecit adhuc laicus Fulgentius, præparas hoc se pacto ad vitam monasticam 25. b 26. a adfuecit puerulus Launomarus 498. b multum dedita Melana 770. a  
**ieiunij** & vigilijs se conficit S. Antonius 410. b  
**ieiunia** suis commendat S. Ephræm 804. b  
**ieiunia** in Marcella laudata ab Hieronymo 778. a  
**ieiunij** & orationibus quod se subduceret, repræhensus à Tiburtio Torquatus 465. b  
**ieiunia** & orationes Anna viduæ imitandæ 832. b  
**ieiunia** & abstinentiæ Paulæ 730. a  
**ieiunij** corpusculi infirmitatē cõtraxit Paula 723. b  
**ieiunat** quotidie nihil sumens præter panem & aquam S. Anastasius, excepto Dominico & Sabbato 14. a ab animatis abstinit Clemens Ancyranus, legitimibus contentus 551. a  
**ieiunus** xl. dies perseuerat Gerasimus 492. a dies 14. S. Lucianus, cum nil ei quæ dijs erant immolata, suppeditaretur 157. a tota hebdomada S. Simeon 121. a item dies xl. id quod quotannis 121. b xl. dies pane & aqua victitat S. Rembertus 856. a  
**ieiunij**, precibus & sacris studijs dedita Anna & aliarum viduæ, 831. b

ieiun.

I N D E X

**ieiunium** S. Genouefæ austerum 104. b assiduum S. Vuilhelmi 977. b  
**ieiunia** assidua 746. b  
**ieiunium** quartæ feriæ & sextæ suis clericis, viduis & qui ex laicis possent, præscribit S. Fulgentius 40. b  
**ieiunium** ante constitutam horam soluere non vult Fructuosus episcopus 519. a  
**ieiunij** indicit tempore carne qui comederat, defuncti poena 856. a  
**ieiuniorum** se cruce ante resurrectionis Domini diem macerantur presbiteri 548. a 296. a  
**ieiunium** triduum 9. b  
**ieiunium** baptizandis imperatum 456. b 1013. b triduum 460. b  
**ieiunium** per sortum satanas impugnat 1004. a b  
**Iesu** crucifixi imago quæ quid in quibus efficiat 1080. b  
**S. Ignatij** vita 781. b  
**ignatius** discipulus dictus 782. a angelos videt per Antiphona Deum laudantes 712. b  
**ignatij** epistola ad Romanos 784. a  
**Imago** crucifixi Iesu conspecta quid efficiat 1080. b  
**ieiunium** vltus apud presbiteros Christianos 122. b 851. b  
**imaginem** S. Pauli semper sibi propositam habuit D. Chrysofomus 670. a  
**imagines** Simeonis in omnium officinarum vestibulis & porticibus Romæ 122. b  
**imperator** benedicitur à Chrysofomo 709. a  
**imperator** in ecclesiasticis negocijs nihil licet 673. a  
**imperatoris** cuiusdam præclarum dictum 709. a  
**imp. Carinus** 209. a  
**imp. Claudij** edictum cõtra Christianos 1010. b  
**Conradus** 636. b Constantius Arrianorum patronus 272. b  
**Henricus** 632. a Marcus 198. a Martianus 220. b  
**imp. Henricus** Frid. Barbaroffe filius ducit Constantiam Guilielmi Siciliae regis filiam 178. a  
**imperatrix** Verina 767. b  
**Incommoda** matrimonij quasi penicillo ob oculos posita 1031. b 1032. a  
**infantes** martyrium fortiter subeunt 155. a  
**infernæ** poenæ 451. b & terror 453. a  
**infernæ** ignem & æterna supplicia cogitatis, reducitur à peccando 1005. a  
**innocentius Magnus** Romæ episcopus ad Chrysofomum mittit literas 711. a  
**innocentio** scribit Chrysofomus de damnatione sua 689. a b 692. b eidem scribit Theophilus 690. a  
**innocentius** hereticos armis profligados scribit 235. a  
**innocentij** II. 139. a  
**innocentij** II. laus 958. b 959. a  
**inobedientia** plebscitur 797. b 913. a  
**inobedientis** monachi poena 481. b  
**inobedientia**, Soror immorigera abbatissæ mandato opprimitur ruina parietis 954. a  
**invidia** quæ quas artes aliquando præuenient 1073. b  
**inuentio** Diodori, Mariani, & aliorum innumerabilium martyrum 424. a  
**invidia** inuictum malum quod semper Lonis infidiat 671. a  
**inuidiæ** perniciosa quanta 1039. a  
**inuidia** bona opera & virtutes sequi solet 223. a 730. a  
**inuidiam** patientia, non fuga, sibi superandam censet Paula 730. b 732. a  
**inuidiæ** grauis vindicta 301. a  
**inuidia** contra Chrysof. motum Anthemium demon inuadit 653. b  
**intercessio** sanctorum 288. a 292. a 293. a 880. b pro nobis assidua 308. b quàm efficax 285. a  
**intercessio** sanctorum ambienda 275. b per quam beneficia & sanitates multis tributa 276. b  
**Intercessio** rogat Dominum pro matre, & veniam peccatorum

**Hieronymo** impetrat 544. b  
**inuocata** S. Maria à penitente Theophilo, præstet est cum auxilio 850. a b & filium pro eo rogat 851. b  
**Iohannes** Euangelium cur sibi post reliquos scribendum existimaret 521. b  
**Iohannes** apostolus Ephesij præficit Timotheum episcopum 521. b à Domitiano Imperatore in Patmon relegatus 522. b sub Nerua Ephesum redit 523. a  
**S. Iohannis** apostoli de relaxando nonnunquam animo sententia 285. b  
**Iohannes** Apostolus quàm vitæ Cerinthum 647. a  
**Iohannis** discipuli Polycarpus, Ignatius 781. b  
**S. Iohannem** Apostolum singulariter amore complexus Eduardus rex 136. a eidem quàm grata Eduardi regis castitas 136. a  
**Iohannis** Calybitæ vita per Metaphrasten 336. b  
**Iohannis** Chrysofomi vita 651. b  
**Iohan.** Chrysofomi vitæ epitome 723. a Chrysofomus mittitur in exilium 690. a 717. b reducitur in sedem 691. a 718. b rursus eicitur 713. b  
**Iohan.** Chrysof. curat Isauros ab omnibus morbis 721. a  
**Iohannis** Chrysofomi studiosi, Iohannitæ ab æmulis eius vocati 720. variè 697. a obijt 14. Septemb. 722. b  
**Iohannis** Elemosynarij vita & res gestæ 570. b  
**Iohannes** Silentiarius 500. b  
**Iohannes** abbas, Archicantor Romanæ ecclesiæ 266. a  
**S. Iouille** egregia fortitudo & martyrium 397. a  
**Iouis** sacerdos sit Auxibij discipulus 1049. b  
**Iouita** martyr quomodo cum Adriano Imperatore ducit 1034. a  
**Iordanis** in flumine baptizari optat Basilius 7. b  
**Ioseph** Iudæus Basilio familiaris, Christianus factus cum familia 19. a  
**Ire** perniciosa quæ aut quanta 1039. a  
**S. irenæus** admirabilis martyr. eius templum 219. a 865. a  
**irene** vxor Castuli Zetarij S. Sebastianum refocillat 467. a  
**irenæus** Lugdunensis Ignatij sepè meminit 786. a  
**irmenrudis** auia Henrici ducis & Adelberonis Mentensis Episcopi 887. b  
**Isardorus** vicus quidam Gallica lingua sic vocatus 57. a  
**S. Isidori** martyrium 863. a  
**S. Isidori** mart. in memoria templum extructa 865. a  
**S. Isidori** templum, reliquiae 225. b  
**Isidorus** Pelusiota 680. a  
**S. Isidorus** Sucelauræ monasterij abbas 255. b  
**Isidori** episcopi discipulus Hildephonus 796. a  
**Italia** & Pipinus rex Adelhardi consilij sustentantur 77. a  
**italicus** quidam comes ethnicus quomodo Adrianum Imperatorem contra martyres & fratres Faustinum & Iouitam incitavit 1033. b quomodo à quibus confectus bestijs 1035. b  
**Iudeorum** variè ex præstanae præuaricationes 788. a  
**Iudei** cur quando quæ sub alieno rege fuerint 830. a  
**Iudeorum** de Christo blasphemie 790. b in mortuis fiendis superstitio 543. a  
**Iudei** ad tantas redacti angustias, infantes pro pane vt comederent 764. a  
**Iudeis** ablatis synagogas restitui mandat Theodosius, id quod statim edictum rescindit 126. a b  
**Iudeorum** conuiuia Christianis fugienda 272. a  
**Iudæus**, eucharistiæ distribuente Basilio, infantem ab eo diuidi cernens, ad fidem cum suis conuertitur 8. b  
**Iudæos** conuertit prædicando in Gallijs Sulpicius Pius 429. b



IN TOMVM PRIMVM SEQUENTEM

iudæi ad fidem conuersio mirabilis 18. b 19. a  
iudicia Domini abyffus 541. a  
iudicij dies terminus à Deo constitutus remunerandi ea quæ facta sunt 321. b  
iudicij extremi metus incutitur 251. b  
iudicium Dei extremum S. Ephræm perpetuò obuerfatur 793. b 798. a 801. a  
iudicabit Deus quæquæ in eo in quo inuenerit 403. a  
iudicabit Deus hominem secundum proprias cuiusque actiones 799. b  
iudicibus Dei timor odio & gratiæ anteponeudus 421. a  
iudicium non procrastinandum 585. a  
iudicia temeraria cauenda 582. a  
ad iudicandum tardos esse oportet 585. 586. 587. b  
S. iulianus martyr 49. b  
S. iuliani ecclesia 299. a  
S. iuliani & Basilisæ vita & martyrium 198. a b  
S. iuliana & Mama 370. a  
iulianus & Victorius martyres quomoddò martyriū accefferint 1062. b  
iuliana virgo & martyr quomoddò à iudice sponfo suo ad tribunal tractata 1042. b 1043. a & quibus affecta pœnis ibid. b quomoddò fatanam sibi infidiantem vinxerit aut tractarit 1043. b fornaci ardenti iniecta, quomoddò illæsa exierit 1044. a quomoddò tandem gladij ictum exceperit 1045. a nuberè non vult præfetto alienæ religionis 1042. a  
iulianæ martyrium 1041. a  
iulianæ quæta & quam diuersa supplicia illata, & diuinitis euafa 1044. a b  
iulianæ reliquias à Nicomedia Romam translata 1045. a  
iuramenta puniuntur lepra 1020. a  
iulianus Imp. 472. a à teneris Christianus Philosophi Athenis operam dat 5. b idololatriâ instaurat 604. b Apollinem consulit b. Christianū nomen extinctum vult. Galilæos vocat Christianos 610. b eius obitus 611. b Hierosolymitanum templum Iudæis sumptu suppeditato incaffam instaurare molitus 610. a sæpè ad penitentiam à Deo admonitus ibid. quemadmodum cegus 10. a  
iuliani apostatæ verfusia 613. a in Persas mouentis, in Basilium se alloquentem contumelia 9. a  
iuliani mater Basilina 674. a  
iulianum Constantius Cæsarem creat 604. a  
iulianū S. Trinitatis hoste profigauit S. Basilus 5. a  
iuliateus 37. b  
iupiter qualis fuerit & quibus genitus 816. a 418. a  
iuramentis abstinet D. Chrysoftomus, neq; alijs defert 763. a  
iuramentum ad Sanctorū sepulcra & reliquias præfari solitum 505. a  
iurenfes Alpes 54. a  
iurenfis monachus S. Eugendus 59. a  
iustus cur multæ hic inferantur calamitates & molestiæ 715. a  
iustinus præfectus Alexandro Imp. 21. b  
SS. iuuentini & Maximi passio 612.  
**K** Yrieleson &c. populus preces fundens cantat 13. a b 16. b  
**L** Abores huius vitæ præmium habent in cælis 264. b  
lachrymarum gratia 359. a 748. a  
lachrymarum gratia præcipua 79. a  
lachrymarum gratia præditus S. Ephræm 793. b 795. b  
laurentius Iustinianus 186. a  
lachrymis & precibus vacant sancti 154. a 642. b  
lachrymis orationes suas rigant pij & sancti viri 164. b 168. b 223. b 242. b  
lachrymis preces rigat S. Agatha 866. a  
lachrymarum quasi fontes effundit Paula 729. a  
lachrymæ penitentium quàm efficaces ad peccata diluenda 851. b  
lampades ardentes in templis 519. a 625. b  
lampades ad sepulcra Sanctorum appensæ 436. a 946. a  
lamproate loculum S. Ephræm vt facere possit, ipsum rogat 805. a  
S. landoaldus presbyter S. Amadii, reliquijs S. Bauonis iunctus 915. b  
lantbertus abbas Fontanellensis 939. a 941. a eius laudes ibid. fit episcopus Lugdunensis 942. a  
S. lantberti vitam scripsit Angradus monachus ibid.  
laodicius Præfectus 366. b  
S. laurentij Cantuarien archiepiscopi quædam gesta 839. a  
laurentij Iustiniani patru sui vitam scribit Bernardus Iustinianus 176. b 177. a  
laurentius Iustinianus quæ scripserit 185. a b  
laudense oppidum 50. b  
Lebetis bullientis feruor quomoddò iniectæ Iulianæ fuerit loco lauacri 1044. b  
lectores inter ecclesiæ ministros 313. a 515. 655. a  
lectoris in ecclesia officium & ordo 240. a  
lectores super pulpitu Euangelij & præcepta Domini legunt 841. a  
lector ordinatus D. Chrysoftomus 704. b  
lecticis gestari, reprehensum à S. Ephræm 805. b  
lectorum molliem fugiunt sancti viri 191. a  
leo Iunior Imp. 495. b  
leo Imperator obit ibid.  
leonis Papæ epistola ad Eduardum Angliæ regem 131. a  
leo Pontifex Adelardo familiariter vsus 77. b  
leo martyr Patarenfis, qua in re Baptiste Ioani similis 1045. b quomoddò ite Ioseph Patriarche 1046. a  
leonis & Paregorij martyrum historia 1045. & deif.  
leones in martyrem Leonem imimiffi, nihil nocent 1035. a  
leontius episcopus 374. a  
leopardos & vsfos Leoni martyri nihil nocuisse 1035. a  
S. leoberti vita 436.  
S. leochadiæ reliquie diuinitis declarantur 591. b  
leodium incendunt Nortmanni 174. b  
leofricus comes in Anglia 134. b  
S. leonilla martyr 397. a  
leonilla illustris matrona Lingonicæ vrbs 393.  
leontij martyris monasterium 499. a  
leontius episcopus Cæsarensis 19. b  
leprosum horridum fouet domi suæ S. Anastasius, sanat S. Basilus 14. b  
S. leunianus Viennensis vrbs abbas 57. b  
S. Launomari vita 438.  
leuianus vir pius de sepeliendo Constantio in fornix admonetur 756. b 757. a  
leunomari abbas successor Ragnobertus 443. b  
lex vetus ad Christi aduentum obsoleta 829. b  
lex vmbra, non imaginè, bonorū futurorū habet 1. a  
lex pedagogus ad perfectionem 2. a  
lex, ne quis Imperatorem aperto capite siue vir siue mulier adeat 767. b  
lex iniqua 714. b  
libanius sophista Questor Iuliani in Persas ducentis 9. b narrate eius cædem 10. b fit Christianus b.  
libanius 5. b 6. b Chrysofomi in oratoria præceptor 652. b 703. a  
liberalitas in puero 438. b

libe.

INDEX.

liberalitas insignis in pauperem 222. b  
libero ex nostro arbitrio Dei gratia adiuto, virtutū studium dependet 404. a  
liberum arbitrium sic, vt oportet, homini administrandum 324. b  
libido & gula sociæ 84. b  
libidinosus animus verbis turpibus ostenditur 732. b  
libidinis flammæ, flamma pedibus suis admota, exinguit puella 808. b  
licentia mater vitiorum 482. b  
licentia iuuenilis summum seruitutis genus 372. b  
licinius fororis Constantini maritus persequitur Christianos 918. a  
licinij persecutio 267. a  
linguarum donum 15. b  
linguarū cognitione prædita Melana 770. b S. Adelhardus 93. b  
linguæ libertate quemadmodum vtendum 596. a 597. b  
S. linus presbyter 787. a 790. a  
lirinensis insula 63. b  
litania 16. b  
litaniarum antiquitas 485. b cruce in eis gestata.  
litanie Sanctorum nominibus acclamat in processione ad fontem 297. a  
litanie triduanæ ante assumptionis festum ab Hildephonso peractæ 592. a  
litanie in translatione reliquiarum 885. a  
litterarū studijs traditus S. Basilus septennis puer 5. a  
S. liuini martyris reliquie 885. a  
Loca sancta & venerabilia, templa seu monasteria vocantur 11. b  
locorum sanctorum veneratio 337. a  
loca sacra reuenter visitant sancti, & prisca Christiani 7. b 548. a 971. b orationis gratia 532. a 909. a vide peregrinatio. relig. ergo &c.  
longobardorum rex Aripertus 361. b  
Iois auia Timothei 520. a  
lonatus 915. a  
lotharingæ dux Carolus, Lotharij Francorum regis frater 175. b  
lotharingæ fines Dani populantur 175. a  
lotharingæ regnum occupant Hungari ibid.  
Lucij cuiusdam martyris descriptio & commendatio 1062. b  
Iuciani martyris vita 154. a  
S. lucillus presbyter 166. b  
S. lucillus presbyter diem depositionis S. Valentini Rhetiarum episcopi celebrat 165. b  
Iucina matrona SS. corpora condita sepulture mandata 369. b donat ecclesiæ bona sua ibid. proscritur hanc ob causam à Maximiano ibid.  
Iucina sepelitur S. Sebastianum 457. b domum suam in ecclesiam imputat ibid.  
Iucius præfes Ancyra sub Maximino 567. b  
Iucius consul Constantium hortatur ad immolandum dijs 754. a  
Iucius secundus Papa 917. a  
Iudouicus Imp. 517. a  
Iudouici Pij consiliarij 81. b  
Iudouicus Imperator filij Alpaidæ donat monasterium S. Petri Rhemis 113. b  
Iudouici Pij studium erga ecclesias augendas 853. a  
Iudouici Pij filij regnum patris inter se post eius obitum diuidunt 307. b  
Iudouicus in fratres ducit, cum eisdem pacem componit, configit cum Nortmannis, moritur Francofort. 174. a b  
Iudouicum Germaniæ regem Carolus fugat regnū suum inuadentem 306. a b

Iudouicus Imp. publicam penitentiam egit 86. b  
lumina in oratorijs. vide Lampades.  
S. Lupicinus 57. a  
Iupus Trecafenus episcopus Pelagianam hæresim extirpaturus, in Britanniam profectus 102. b  
**M** Acarij duo, & vtriusque vita 66.  
macarius Lucianum instruit in sacris litteris 154. a  
macarius Antonij discipulus 216. b  
S. macarius sanctæ Apollinari cellam apud fratres suos præbet 118. a  
S. macedonia 787. a  
macedonius 3. b  
machabæi martyres 550. a  
magnanimitatis exemplum 328. b  
magni viri multa patiuntur 378. b  
magis angeli desultores inferiunt 791. a vbi, an Samuel fuerit excitatus.  
magorum patronus diabolus 848. a b  
magi ad diabolum epistola 11. b  
magus suam opem imploranti crucis signo se consignare vetat 848. a  
mahometanis conuertendis operam ponit S. Franciscus 388. b & socij eius fratres 389. a  
S. maiolus confessor 49. a  
S. maioli basilica 50. b  
maledicentia punita 186. a 258.  
maledicentia pernicies quanta 1039. a  
malefici cuiusdam præstigiæ, foemina in equam conuertentis 66. b  
malos Deus cur toleret 611. b  
S. mama & Iuliana 370. a  
mandra ouium spiritalium 245. b  
manichei 417. a  
manicheos auersatus maximè Euthymius 486. a  
manicheos conuertit Euthymius 478. b  
maphæus patriarcha Venerus 180. b  
S. marcelli Papæ gesta 366. a  
S. marcellus seruitio animalium deputatur 369. b  
S. marcelli martyris monasterium 51. a  
marcellæ domum Gothi ingressi, ipsam fustibus caedunt 780. b  
SS. marcellianus & Marcus gemini, insignes martyres 449. b eorū pater Tranquillinus, mater Martia ibid. martyrio coronati 466. b  
S. marcianus œconomus & presbyter templa in honorem SS. extruit 865. a  
marcianus abbas 164. b  
marcionis hæresim per Orientem extirpat Chrysoftomus 710. a  
marcus Euangelista quomoddò Auxibium baptizatū instruxerit 1049. a consummato Barnaba, fugiès, vbi aut quomoddò Auxibium inuenerit 1048. b  
marcus Imperator persequitur Christianos 751. a 753. b Lucium consulem Perusiam mittit ob eam causam ibid.  
marcionistarum ex secta Metrodorus cum S. Pionio supplicio affectus 792. b  
S. marcus monachus 71. b  
marco Imperatore, Christiana legio preces fundes, plutiam impetrat in sitis necessitate 198. a  
mare mortuum 788. a  
margaretæ filia regis Hungarorum vita 744. a  
matri monum ducis Poloniæ, regis Boëmæ, & Caroli regis Siciliæ recusat 747. a  
B. maria nihil peccauit 824. a  
B. mariæ præconia eximia & potentia 850. a b 851. a b 852. a  
S. maria post Deum defensio & protectio nostra 851. b

mariam

IN TOMVM PRIMVM SEQVENTEM

mariam matrem Domini vnde agnouerit Simeon 836.b  
 marie virginis animam doloris gladius pertransiuit 821.b 822.b  
 B. marie singulariter deuota Margareta Hungarica 745.b  
 B. marie singulariter deuotus S. Hildephonus, vestem ab ea accipit 592.a  
 B. maria apparet S. Andreæ episcopo Fesulano 150.b 152.a apparet S. Vuilhelmo, eius curat vulnera que demones inflixerant 974.a  
 marianus diaconus martyr 425.a  
 marinus presbyter abbas Lirinensis 62.a  
 S. marionilla prædis Martiani vxor, Christiana facta 212.b 213.a 216.a  
 martianus Imp. 240.b  
 martianus inuistur à Theodosio cœnobiarcha 256.b  
 martianus persecutione Diocletiani per Syriam præses 204.b eius filius Celsus martyrio coronatur 208. 211.  
 S. martiani presbyteri & cœnometri Constantinopol. ecclesie vita 220.b  
 S. martinae martyrium 20.  
 S. martini laus 273.b Exorcista à S. Hilario constitutus ibid. mortuum excitat 274.a  
 S. martinus Vangiones eorumque hostes conciliat 104.a  
 martini de corpore contendunt Condatenses & Turoni 194.a  
 S. martini in honorem templum consecratum 351.a  
 S. martini ad tumulum infirmi curati 437.a  
 B. martino singulariter deuotus S. Adelhardus 93.a  
 S. martiniani vita 1002.b  
 ad martyrium exhortatio 102.a 156.a 549.a b  
 ad martyrium exhortatio grauis S. Sebastiani 450.a  
 martyrium quotidianum est deuotæ mentis seruitus quotidiana 736.b  
 ad martyrium Christiani tanquam ad aluicariū apes volare 613.a  
 martyrij desiderium ingens 748.a  
 martyrij audis S. Antonius 410.a Ignatius 784.a  
 martyres persecutionis procella imminente latent 260.a  
 martyrum multiples cruciatus & iniuriæ 845.b 846. immania tormenta 920.a b  
 martyrum constantia & fortitudo 762.b  
 martyres cxxvij. Perfici simul occisi, eorumque sub mortem precatio 1056.a  
 martyres esse nostros patronos 1080.a  
 martyres pœnas cur non metuunt 453.b  
 martyrum arma 982.z  
 martyrum nunc blanditijs, nunc tormentis tentata constantia 101.a 553.a 554.a  
 martyribus cognati molestiam generant, & grauissimè tentant 449.b  
 martyres tentati, vt verbis tantummodò Christum negent, fortiter recusant 536.a  
 martyriū fortiter sustinet, prius tormētis victi 156.a  
 S. martyres xlix. Viennæ 65.b  
 martyres xl. milites Sebaſteæ, cclxx. centuriones in Macedonia à Licinio neci traditi 918.a  
 martyres vij. fratres 215.b  
 milites xx. milites ibid.  
 martyrium infantes multi fortiter perferunt 155.b  
 martyrum plurimorum nomina Dioclet. & Maxim. persecutione 981.b  
 martyrum carnifices ab ipsis ad fidem conuersi 21.a  
 martyres vij. S. Martine tortores 17. die Nouēb. 21.a  
 martyrum corporibus canes feręque parant 539. a  
 palliones conscribi Steph. papa curat 424.b actus legendi 981. a' certamina quid nobis conferant 424.a b  
 S. martyrum ad memorias orandi priscus mos 63. b  
 S. martyrum sepulcra religiose visitata 31. b orandi causa 465.a  
 martyrum gloriam càm celebrant, innumeri Christiani necantur 425.a  
 martyrum memoria quid præstet Christianis 918.a  
 martyrum ad sepulcra multa Deus ad eorum intercessionem largitur beneficia 23. b 424. b 981.  
 vide miracula: Sepulcrum: Reliquiæ.  
 martyrum oleo dæmoniacus curatur 675. b vinculis cera impressa, remedium morbis curandis fortita 538.a  
 martyrium locus in quo martyris reliquiæ conditæ 9. b 10.a  
 marzabanus 533.a  
 maternę fortitudinis erga filium iamiam pro Christo moriturum specimen insigne 3063. a b  
 maternus Valerio succedit 750. b  
 mathematici perfringuntur 462.a  
 matrimonij incommoda quomodò & quibus ob oculos posita 1031. b 1032.a  
 matrimonium dissuadet nepoti Apollinaris Alexandrinus episcopus 759.a  
 matrimonia disparis religionis qualia 1042. b  
 matrimonium parentum consensu & voluntate initum 100.a  
 matrimonium contra parentis voluntatem contractum infelix 12. a b  
 matrimonij principalis finis liberorū pcreatio 43. a  
 matrimonium antè sterile, fit fertile ieiunijs, precibus, benignitate in pauperes 43. a b  
 matrimonio iuncti, castitate vident Melana & Apelianus 766. b  
 matrimonium post susceptas proles dissolutum per religionis ingressum 320. a  
 matrimonio into cum coniuge S. Eduardus pacificatur de seruanda corporis integritate 130. a  
 matutina laudes 93. a  
 matutina cœtica in monasterijs sanctimonialiū 618. b  
 S. mauritius martyr in Auguſti monasterio requiescit 987. a  
 S. mauritij templum 115. a 347. a  
 maurontus leuita à S. Amando tonsus 915. a  
 maurus S. Benedicti discipulus ad cœnobicam religionem propagandam in Gallias missus 342. a  
 S. mauri comites Antonius & Constantianus mortui 357. a  
 mauri cooperatores & socij 342. b  
 S. maurus xxxvij. à fundatione monasterij anno, abbatē sibi substituit Bertulfū 356. a moritur 357. a  
 mauri Ruspense territorium populantur 42. b  
 S. mauri episcopi Cœlennatis vita 467. b  
 S. maurus Cœlennę episcopus præficitur 468. b ædiculam sibi in monte construit 469. a & paruam Ecclesiam ibid. iuxta quam sepelitur ibid. b  
 S. mauri moderatio 466. a  
 S. mauri tumulus miraculo innotescit 469. b 470. a  
 ad S. mauri reliquias fiunt multa miracula 469. b 470. a b 471. a  
 maxentius centurio Licinij 920. a  
 maximianus martyr 985. a  
 maximiani persecutio & in Christianos seuitia 155. a 410. a 413. b  
 maximianus ex Aphrica Romam reuersus persecutionem in Christianos excitat 366. a post mortem Diocletiani patris maiorem 368. b Artemiam forem Christianam interfecit 369. b  
 maximiano in Nicomediā transmittitur S. Clemens Ancyranus 557. a

maxi-

I N D E X.

maximiiani persecutione SS. Faustæ, Euelasius & Maximinus martyres 893. b  
 maximianus impius sceptrum tradit Licinio æquè impio 918. a  
 sub Maximiano Agrippina præses 559. a  
 maximianę plebs 40. b  
 maximino ex oculis pupillæ exiliierunt 607. b  
 maximinus Imp. 567. b  
 maximinus ex ministro persecutionis Christianus fit 895. b  
 maximus Nolanus episcopus moritur 316.  
 Medicus nobilissimus Gerardus Veronenſis 194. a  
 medicus S. Cyrus 759. a  
 medicus Ioseph Iudeus ex contactu arteriæ, obitus diem prædicere nouit 18. a  
 mediolanum quorū martyriū certamine sub Adriano illustratum 1036. b  
 mediolanę dux Philippus bellum cum Venetis gerit 190. b  
 mediolanę dux Philippus Maria Florentinos anno 1440. bello lacessit 178. b Franciscus Sfortia 190. a  
 mediolanense bellum 178. b  
 megengor Comes pater Adelheidis 887. a moritur 889. a apparet filia & alijs noctū in fornix ibid. b  
 meinradi eremitæ vita & passio 516. b  
 S. melanae vita 785.  
 S. melana in lignea arca arctissimè degit 771. a in domunculam se includit 772. a  
 S. melania 71. b  
 meletius Antiochenus episcopus 7. b 122. a  
 S. meletij encomiū 989. expellitur ab hæreticis 990. b  
 meletiani hæretici 422. a  
 melitene Armeniæ ciuitas 198. a  
 mellitus & lufus in Angliam reuocantur 840. a  
 S. mena 117. a  
 mendacium res est timida 689. a  
 mendacium nequaquam efferendum, veritas quantum celari queat 617. a  
 mendicanti cuius suppeditandam elemosinā censet Ioannes Eleemosyn 573. a  
 mendicant monachi 180. b ad humilitatem eos mendicatio hæc informat. b  
 mendicantes monachi pro accipiendis elemosynis sabbato ciuium domos adire soliti 150. a  
 mensam ad episcopi lectio adhibita 447. a  
 meretrices conuersæ 227. a 586. a  
 meretricem à se cõuersam in mulierum monasterio collocat S. Ephræm 794. b  
 meretricis penitentia 1006. a  
 meretricum continentia precio redimit Vitalis monachus 585. b  
 meretrix impudica tentat S. Ephræm 794. a & superata respicit 794. b  
 meretrix improperti S. Ephræm, cur se fixis oculis intueretur, pulchrè respondet 794. a  
 meroueus Francorum rex 294.  
 mesquita 389. a  
 metropolitanus, adstantibus episcopis suæ prouinciæ, consecratur 663. b  
 metropolitanis priuilegia sua salua esse, vult suas vices Remigio per Ludouici regnum committens Hormisdæ 302. a b  
 metus effectus 332. a  
 militaris viri deuotio 190. a  
 milo monachus monast. S. Amandi, vitam scripsit S. Amandi 907. b  
 ministri fidelis exemplum 871.  
 de miraculis S. Fulgentij sententia 38. a  
 miraculum magnum facit, qui se vel alium de peccato conuertit 946. a  
 miracula 28. b 29. b 48. b 650. b'  
 miracula edunt Sancti non sua, sed Dei & Christi seu virtute 224. a 421. a  
 miracula diuina quomodò ethnici suis dijs falso ascribere soliti 1035. a  
 miracula ad S. Eucherij tumulum qualia 1058. a b  
 miracula per Sanctos facta, maiora his quæ Christus fecit 123. b  
 miracula sanctis viris edita 706. a 946. à S. Brigida 807. b à S. Odilone 50. a ad SS. reliquias & sepulcra 23. b 865. b 915. b 955. b 978. 999. b 1000. a b 989. a ad corpus S. Theodori martyris 921. b ad tumulum S. Seueri innumera edita 811. a S. Bertulphi 877. a  
 miracula cur ad Sanctorum reliquias à Deo fiant 471. a  
 miracula in translatione reliquiarum Bertulphi & Amelbergæ 884. a  
 miraculum in defuncto corpore 914. b  
 miracula cur postremis temporibus tam frequentia non apparent 308. a  
 misericordiæ opera 232. a non manu tantum, verum tota animi affectione exhibenda 248. b  
 misericordiæ opera in cibandis vestiendisq; pauperibus 163. a  
 misericordiæ operibus mirabiliter studet Theodosius cœnobiarcha 246. a b  
 Missa 14. a 19. a 169. 170. 438. a 518. b  
 missæ insignia epitheta, Sacrificiū 229. a 440. a sanctæ oblationis mysteria 558. b  
 missæ sacrificium incruentum 488. a 577. a  
 missa sanctum & diuinum sacrificiū 70. b intemperatum, incruentum & diuinum sacrificium 569. a  
 missæ sacrificium sacrum mysterium 536. b  
 myssæ mysterium vbi peragitur, vela cur appensa 10. a  
 missarum in solennijs post lectum Euangeliū ad populum S. Ansbertus concionatus 943. b  
 in missa sacerdotis solennis exhortatio, SVRSVM CORDA 488. b & hæc item SANCTA SANCTI S. ibid.  
 in missa ter Sancti glorificatio 488. a  
 missæ in sacro S. Euthymius angelorum visionē secum sacra contremantem sæpè conspexit ibid.  
 missarum solennia S. Seuerus celebrans, ecstasin passus 810. a  
 missarum in solennijs Christus in ara visibiliter Eduardo regi & comiti Leofrico apparet 134. a b  
 in missa Eucharistiæ eleuatio 8. a 672. a  
 missa S. Basilij 8. a  
 missæ incruenti sacrificij formam tradit Chrysoſtomus 697. a  
 missarum celebratio 54. a 304. b  
 missas celebrat S. Marcellus Papa in Lucinæ domo, ex qua Ecclesiam consecraverat 369. b Rigobertus episcopus 115. a Eulalius 988. a  
 missæ sacrificium offert S. Seuerus 811. a  
 missas assidue celebrat abbas Odilo 49. b quotidie Laurentius Iustinianus 189. a  
 missam canit S. Vuolstanus 445. a  
 missas in media persecutione S. Marcellus celebrat 369. b  
 missam sibi celebrari curat S. Ansbertus morti vicinus 946. b  
 missæ seu salutaris hostiæ oblatio pro defunctorum animabus 393. b  
 missarum sacrificium, defunctorum animabus præfidium est 53. a b  
 missarum solennia negligenter aliquando ob egestatem

IN TOMVM PRIMVM SEQUENTEM

statem à Viridunensibus celebrata 934. b  
 missarum solennijs assidue adest Eduardus rex puerulus 128. a  
 missam quotidie audit, licet ægrotus, S. Adelhardus sub mortem 93. b  
 missam celebrare sacerdotem, mulieres accedere propius vetantur 10. a  
 Mocius martyr 226. a  
 modum tenere in omnibus est difficile 733. a  
 monachi hospitales valde 1024. a  
 monachorum institutum antiquissimum 216. b  
 monachus aspera quidem, sed questuosa via, quæ sola potest bonos mercatores traducere ad illam verè preciosam margaritam 994. a  
 monasticæ vitæ præconium 44. a felicitas 25. b 189. b  
 monastica vita angelica vita appellata 634. a summa philosophia 120. b  
 monachorum Romæ frequentia 779. b & gloriosum illorum nomen habitum, quod antefuerat vile ibid. 778. b  
 monasterium episcopus ingressus 941. b  
 ad monasticen multos S. Fulgentius pertrahit 36. a  
 monachum clarissimi viri suscipiunt 82. b sub B. Mauro multi nobiles 354. b S. Lucianus 353. b S. Lucianus 154. a D. Chrysofomus 655. b 705. a  
 monasticum complectitur institutum Poppo posthabitis nuptijs etiam arrha firmatis 629. b 630. a  
 monachorum decem millium pater Iulianus 202. b  
 monasticæ religionis propositum à spiritu sancto non ab humana persuasione esse debet 189. b  
 monachorum tentatio parentes relinquere 27. a  
 monachi futuri à parentibus oblatis 341. b 343. a  
 monachus parentibus ignorantibus factus 338. a b  
 monachismi à professione nate etate etiam iuvenes arceret, in somnis admonetur Euthymius 480. a  
 monachus puerulus 54. a  
 monasterium petit Heliodorus trium annorum puer 121. a septennis puer Faustus 341. b Maurus annos xij. natus 313. a Eugendus septennis puer 57. b alius item puer octennis 351. b S. Sabas admodum iuuenis 490. a Leontius valde iuuenis 499. a Adelhardus xx. annorum adolescens 74. b alius xij. annos natus 994. a b  
 monachus factus Fulgentius, fratre iunioris præterito, cur substantiæ suæ portionem matri donarit 27. b  
 monachi suorum episcoporum iurisdictioni subiecti 32. b  
 monachi præfici regulas habere 251. a  
 monachorum regula 337. a  
 monachorum regula à Benedicto scripta 345. a  
 monasticæ exercitationis decreta atq; ordinem conscripsit D. Chrysofomus 705. a b  
 monasticæ leges fœminis dare 772. a  
 monasticum institutum Gerasimi 490. a  
 monachorum certum numerum in suo monasterio S. Maurus instituit 354. b  
 monachos ædiculis singulis in quibus cubabant dirutis, vno dormitorio conclusit Eugendus 62. a  
 monachi habitum & vitam mutant 658. a  
 monachi habitum mutabant 26. a  
 monachi & moniales singularem habitum accipiunt, precesq; super eos solennes fiunt 44. a b  
 monachorum vestitus & proprius habitus 117. a 338. b 351. a 354. a 500. a 540. a 761. a 933. a  
 monasticus, sanctus habitus vocatur 117. b preciosus 585. b  
 monachorum venerandum amictus 534. 537. b exvili panno 537. b 26. a  
 monasticus habitus, lorica frigoris 89. a b

monachi cucullo induti 15. a 256. a  
 monachi superhumerali indutus, & baculum gestans, in hostem feliciter ducit Theodosius 764. a  
 monachi lanae interula ad carnem induti 49. b  
 ex monacho episcopus factus neque vestitum neque professionem mutat 34. a  
 monachi institutum non deserit Fulgentius episcopus factus 40. a  
 monachi comam capitis deponere soliti 353. a 354. a 761. a  
 monasticum habitum quinam irrideant 1000. b  
 monachi eremice barbati 476. b  
 monachorum perpetua clausura 121. b  
 monachum corporis sola solitudo non facit 245. b  
 monachi veri qui censendi 38. b  
 monachus futurus Euangelium lectitat, vt ei conuenienter viuat 337. b  
 monachi instruantur 90. b  
 monachis quæ sectanda 475. a  
 monachum quanta esse præditum patientia oportet 773. a  
 monachorum studium conuertere peccatores 25. b  
 monachus tribus rebus opus habet 189. b  
 monasticæ vitæ solidum ac validum fundamentum obedientia 45. a  
 monachi obedientiam nouitiorum primum explorant 149. b 150. a  
 monachi inobedientis poena 481. b 638. a 913. a  
 monachos proprium non possidere 35. b 62. b hoc qui volunt, monachi non censendi 38. b  
 monachus si habet fidem, non indiget pecunijs 582. b  
 monachorum silentium 475. b  
 monachi sub Gerasimo, quinque per hebdomadam dies silebant 490. a  
 monachus abhorret à propinquorum frequenti visitatione eius exemplum præclarum 187. a  
 monachi humanis confabulationibus resoluuntur non secus ac pisces ab aqua extracti 421. a  
 monacho vero frequentationes crebre propinquorum molestæ 75. b  
 monachos præcipue infestant demones 404. b  
 monachum cogitationes quæ à maligno suggeruntur, non oportet admittere 482. a  
 monachorum mira abstinentia 217. b 490. b  
 monachorum plurimi carnibus & vino abstinerunt 400. a  
 monachorum præcorum ieiunia quotidiana 34. b vestitus ibid. in tunicis dormiunt ibid.  
 monachi manibus operantur 25. b segetes ipsi metunt, & in horrea congerunt 344. a 440. b  
 monachorum præcorum hospitalitas 932. a  
 monachi spectent, ne inopes fiant quorum ipsi largitione ditescunt 90. b  
 monachi institutum suum non deserant 483. b  
 monachus Nicolaus Iustinianus, Alexandro III. dispensante, vxorem ducit 178. a redit ad monasterium ibid.  
 monachos olli sacerdotes promiscue non fuisse 58. b  
 monachi ad reipub. negocia adhibiti cur aliquando fuerint 91. a  
 monachi iracundi exemplum 482. b  
 monachorum salutaris labor, inertie per calumniâ accusatur 150. a  
 monachorum insectatio qualis, quæ à nostris hereticis ipsis infertur 544. a  
 monachos verberat in publico Balatius dux Arrianus 421. a  
 monasteriorum encômium 410. a  
 monasterio oblatis, Deo offerri dicuntur 11. b  
 monasterium ex monachis & clericis 36. a

mona-

I N D E X.

monasterij ingressus exclusæ fœminæ 502. b  
 in monasterijs ampla ædificia displicent Laurentio Iustiniano 189. a b  
 monasteria extruunt præfici Christiani pietate insignes, reges, principes, alijq; fideles, eorumq; liberalitate dotantur & opibus augentur 352. 353. 354. 350. a 623. a 443. b 932. a 948. b 949. b 942. a  
 monasteria extruit S. Melana 774. a 775. a Fulgentius 24. b 30. a 32. a 38. b 41. a  
 monasterium alterum extruit S. Fulgentius, agrum ad hoc offerente Posthumiano 35. b  
 monasteria extruit S. Anandus 911. a Eudocia 492. a virorum atq; virginum Melana & maritus eius 770. a item Paula 732. a quæ in eis disciplina ibid.  
 monasteria ab Odilone constructa, instaurata, prædij & donis aucta 55. b  
 monasterium Agaliense in Hispania 591. a Agaumenfense 63. a 362. b de cuius informatione monachus eiusdem tres libros scripsit 63. a Altimontense 642. a seu Altus mons 637. Altimontense in territorio Hannoniense super Sambre fluuio 945. b Afrinense 888. b Atrebat 640. b Augiense à S. Pirminio extructum 517. b  
 monasterium Blandiniense 636. a 878. a Blandiniuni vocatum 878. a in Belloacensi pago virginum 929. b Bofenthorff 637. a Bremenie 94. a Brunfeningense 142. a Brunullarium 637. b  
 monasterium Cisterciensis ordinis Catholilocus 228. b Clarquall fundat 958. a Cella S. Gislens 637. b Condarefense 58. a 61. b Corbionis sue Turbionis extructum 442. a  
 monasterium in Deibrense villa virginum, ab Hildophono dotatum 591. a S. Dionysij in Taruaniensiu finibus à Vuamberto comite extructum 870. a  
 monasterium extruit S. Amandus in loco Nanto sibi à rege donato 912. b quod vocauit Elnone 913. b in quo sepultura S. Amandi honorifica ibid.  
 monasterium Eluonenfense 631. b ad S. Eucharium Treueris 637. Fons rogi in pago Antifodorenfi à S. Romano ædificatum 348. a  
 monasterium Fontanellenfense 938. a 939. a in territorio Rothomagensi 939. b 946. b prædij auctum 948. b attribuitur ei Dusera per Theodorici regem 941. b ex hoc alia monasteria propagata ibid. eius priuilegium de abbatis electione 944. b  
 monasterium S. Galli versus Alpiu iuga 637. a Gardsheimense 888. b Glastoniense in Anglia 128. a in saltu Gemmeticensi à Philiberto fundatum 949. b  
 monasterium Hasteriacum 637. b Herfeldiense ibid.  
 monasterium in Iurenfi territorio 54. a  
 monasterium à S. Furso in Latiniaco in Gallijs extructum 388. a Lateranense S. Benedicti, eius abbatem Valentinus, Theodorus 342. b Lintburg in Vosago situ 637. a 639. b Lirineu insule 63. b Lirinenfense 348. a 374. b  
 monasterij Magnilocensis abbas Bobo 359. a Adelphius 359. b eius situs 360. b & à quo extructum ibid.  
 monasterium virg. Malbodiense 914. a Malmesbiri in Anglia 448. a Malmundariense 635. a 638. b 639. a Malmudarias & Stabulaus incendit Nortmanni 174. b item Prumienfense ibid. Maluernie in Anglia 448. a S. Marcelli martyris 51. a S. Mariæ in monte Auentino 51. b S. Maioli Papiæ 53. a Marriacensium 630. b Martianas vocatum 641. b 915. a S. Maximini apud Treuiros 629. a 635. b 637. a sanctimonialium Mortcellæ à Carolo Mag. dotatum 172. b Dani populantur 274. b  
 monasterium Niuellesense 171. b Niularium 637. b

monasterium Paterniacum 54. a S. Pauli apud Traiectum 637. b virginum Pauliacense 949. b à quo conditum & dotatum, auctum miracis 953. a Pauline apud Bethleem 1006. a S. Petri in Anglia 132. a S. Polyeucti apud Melitenam urbem 473. b  
 monasterium virginum Porcus appellatum super fluuii Somam 951. b B. Martini ad publicam stratum vocatum 51. a  
 monasterium Quedelburgense 888. b  
 monasterium Remense abbatia in Anglia 138. b Rubiacense virginum 360. a situm inter montes non procul ab Aruernorum urbe ibid.  
 monasterium Seridonis Magni 585. a S. Seuerini Norici in loco Barotro 164. a S. Seuerini apud Neapolim 167. b  
 monachi Sinæ à Barbaris trucidati 324. b  
 monasterium Stabulense 629. a 174. b 634. a 638. b 636. b Sichelauræ 255. b  
 monasterium Tabuleium antiquitatis, postea Theologium appellatum in Vosagi solitudine 932. a in Thebaide mille quadringentorum monachorum 69. b magni Theodosij cœnobiarthæ 246. 247. S. Trudonis 646. a Teclatense in Gallijs 363. b Turholt in Gallijs 854. a  
 monasterium Vallis aurea nuncupatum 50. a 55. a Vasloy siue Beloacus 628. b S. Vedasti 632. a 633. a Vesprimiense 744. b Dominicanorum insule Mariæ in Danubio & diocesi Vesprimiensi ibid.  
 monasteria Viennensis diocesis 64. a  
 monasterium ad Vincense litus 31. b 32. a Metis ad S. Vincentium 637. a Viridunense 631. a Volnicense in Gallijs 363. a  
 monasterium Vualciodorenfense 637. b  
 monasterium S. Vuaplœi Maurinij dictum 634. a mutato nomine Beloacum dicitur ibid.  
 monasterium Vuicorniense 445. a in Vuilika extruitur 888. a  
 monasterij Augunens abbas S. Seuerinus 987. a  
 moniales regulam monasticam antiquitatis habere 116. a  
 monasterijs in virginum, Præposita 953. b  
 monasterium inscio parente ingressa Euphrosyne 44. 46.  
 monasterijs in virginum, Infantulæ 954. a  
 monasterium ingressa trima S. Margareta Hungarica 744. b 749. b  
 in monasterijs virginibus operatæ 732. a nihil habet proprium b Vnus omnium habitus ibid.  
 monasterium virorum Euphrosyne virgo petit 44. b 45. a  
 monasterium virorum ingressa Maria virili amictu 928. a  
 monimus vir religiosus 139. b  
 mons Mauri 469. b  
 montanus monachus insignis 280. b  
 montani alicuius martyris visio 1062. a  
 montani martyris & sociorum eius complurium historia 1060. & deïn.  
 morbi fructus peccati nonnunquam 797. b  
 morbi ob peccata immisi his penitentiâ expiatis auferuntur 925. b  
 mors duplex 292. b  
 mors quam diuersa à diuersis imaginetur aut æstimetur 1060. a  
 mors quor modis contingat 102. a  
 mortaria qualis locus 916. b  
 mortis horam protrahere naturæ author valet 19. a  
 morte omnis peccati effugitur periculum 330. a  
 mortis meditatio quid conferat 916. b 917. a  
 mortis memoria vera philosophia 245. a

d mor-

mortis perpetuam memoriã quomodo animo ob-  
uerfari fecerit Iohannes Eleemon 579.a  
mortis certã incerta hora, à peccando nos debet  
abſtrahere 403.b  
mortis horror exaggeratus 450.a  
mortis pro contemptu oratio 191.b 192.a  
mortis ad contemptum exhortatio grauis 450.b  
mortem contempſere ſancti viri 444.b  
mori præparato ſepulcro deſiderans, voti compos  
factus 243.b  
mortẽ filij ſuis precibus impetrat S. Hilarius 274.b  
& coniugis 275.a  
mortis dies reuelatus Sanctis 165. a 589.a 946.b  
954.b  
morituri, viuificis ſacramentis Euchariftiã viatico  
munit 93.b 170.b 236.b 356.b 811.a  
moriturus S. Seuerus ſacramentorum perceptione  
ſe munit 811.a  
moriturus S. Bertulphus viaticum corporis & ſan-  
guinis accipit 876.b S. Vedafus 906.a Seuerus  
811.a S. Rembertus 862.b  
morti vicinus, Miſſam celebrari curat, Euchariftia  
ſe muniens, S. Anſbertus 946.b  
morituri euchariftia & crucis ſe ſigno muniunt 954.b  
moriturus communicat, ſignat ſe cruce Chryſoſto-  
mus 722.b  
moriturus S. Vuilhelmus, eccleſiã ſe ſacramentis per  
ſacerdotem munit 980.a  
morituri inunguntur 236.a 862.b  
mori in cinere & cilicio Chriftianum decet 191.a  
moriturus Laurentius Iuſtinianus cum ſiducia me-  
tuit, & confidit cum timore 191.a b  
morituri abbatis ad ſuos fratres elegans admonitio  
92. b  
apud morituros Sancti ſeriatim inuocati 955.a  
morietum in egreſſu Antiphona, ſubuenite Sancti,  
cum pſalmis dici ſolita 980.a  
mortuos lauandi priſcus mos 227.a  
mortuorum corpora abluta, & induta veſtibus 989.a  
mortui qui lugendi, & qui non ſint 542.a b  
mortuos flere & quomodo liceat 72.b 73.a  
mortibus ſuorum nimium Paula fracta 733.a  
mortuis ſepulturã mandandis dediti ſancti 226.b  
mortuos pſalmis, hymnis & canticis ſpiritualibus  
perſeuta eſt antiquitas 42.a b  
mortuis quæ ex vſu eccleſiã fiunt Tertianã, nonã,  
quadragenã antiquiſimã 243.b  
mortui per ſanctos viros ad vitam reuocati 430.a  
923.b 924.b  
mortuum ad vitam reuocat S. Agnes 509. a S. Remi-  
gius 292.b  
mortui ſuſcitati oratiuncula 210.b  
mortuorum reſurrectio comprobatur ex martyri  
illuſtribus poſt obitum factis 607.a  
Mulierum de ornatu decretum edidit Laurẽtius Iu-  
ſtinianus maritis vxorijſ ingratum 184. b 185.b  
mulier leuis & inanis gloriã ludibrium 678.b  
mulieris irã vehementia 715.b  
mulierum colloquia tanquam ſemina vitiorum fu-  
giant ſancti 151.b  
mulieris adſpectus res valde periculofa & inſidioſa  
eſt 480.a  
mulieres à viris ſeparatã in ſuperiori tabulatu 672.a  
mulieres tenãt pios monachos 1004.a 1007.b 1008.a  
mundus quid 6.a  
mundus Chriftianis exilium eſt 466.a  
mundi oblectamentis non capiuntur ſancti 200.b  
(miraculum inſigne de tribus pueris in puteum la-  
pis 1105.b)  
Myrope veneranda & pia ſcœmina 864.b

**N**atalis martyrum dies celebris priſcis  
Chriftianis 425.a  
naturã vinculum 325.a  
Nearchis 196.a  
necceſſitas puram voluptatem non facit  
334.b  
nemefis dea 393.a  
S. neon martyr hiftoriã tergemini ſcriptor 397. b  
nerius Caponius 153.a  
nero Perum & Paulum interfecit 521.b  
nerua Imp. 523.a  
neſtorius paruo tempore Conſtãtinopoli præſidens,  
totum ferẽ orbem ſua hæreſi conturbauit 483.a  
aduẽrſus cum Epheſina Synodus coacta ibid.  
neſtorius præfectus Alexandriã 421.a  
neſtoris epifcopi & martyris zelus & conſtantia  
1086.a  
neſtoris crucifixi concio & obdormitio 1087.a  
neſtorij hæreſis 254.b blaſphemia exorta 774. b  
S. Nicaſij baſilica 291.a  
niceã eccleſiam Catholicis ablatã dat Arrianis Va-  
lens 16.a  
nicenã ſynodi canon citatus 717.b  
nicenã ſynodi ſecundã patres catholici, quomodo  
ſe geſſerint erga conuerſos iconomachos 1072.  
nicenam fidem oppugnans Imperator 252.a b  
S. nicephori martyrium 938.a  
nicolaï Pape ad Eduardum epiftoła 133.a  
nicolaus Piceninus 152.b  
nicoſtratus Chriftianus factus S. Sebãſtiani prædica-  
tione 454. b martyrium ſubit 455.b  
nitriq̃ mons 680.b  
nitriq̃ monachus Ammon celo ſuſcipitur 414.b  
Nobilitas vera non ex ſanguine, ſed ex virtute formã  
accipit 578.b  
nobilitas ſumma, in filijs Dei numerari 371.a  
nomen cum à Deo imponitur, ſingularis meriti in-  
dicium eſt 281.b  
norici Metropolis Tigurina 163.b  
à normannis Chriftiani vaſis ſacris redempti 282.b  
normanni palatium Noniomagi, Leodium, Traie-  
ctum, Tungros, Coloniam &c. incendunt 174.b  
normannos omnia cœde & flammis vaſtantes Ca-  
rolus III. regno expulit 174.b  
noſocomia à Baſilio erecta 11.a  
noſocomia peregrinis extruit D. Chryſoſtomus  
667. b & medicos ac preſbyteros adhibet ibid.  
bona eccleſiã in que inſumenda ibid.  
noſocomio periti medici adhibentur 623.a  
nouati & Iouiniani hæreſes apud Aruernos 360.b  
Nudus conſpici erubefcens S. Antonius, diuinitus in  
altera Lyci ripa collocatur 414.b  
numerianus grauiffimẽ Chriftianos pſequitur 425.a  
nuptiarum commendatio 818.b  
nuptiã qua pompa celebratẽ 200.a b  
nuptias reſpuit Dorothea 897. b Victoria 986.a  
nuptias cum ſene elegantĩ reſponſo contrahere de-  
trectat Marcella 777.b  
Obedientia 14.a  
obedientia Sanctorum prompta 126.a  
obedientia monachorum 259. b  
obedientia monachorum ante profeſſio-  
nem ſolemne explorari ſolita 149. b  
150.a  
obedientia ſolidum & validum fundamentum ad  
perfectionem 45.a  
ſine obedientia omnis ordo cadit 773.a  
obedientia ſpiritum ex Deo eſſe probatur 126.a  
oblaciones monaſterijſ pro peccatorum venia im-  
petranda à fidelibus factę 443. b

obla-

oblaciones piorum ſuſcipientes monachi, quid con-  
ſiderare debeant 90. b  
oblacionem pecuniã raptã partã reſpuit S. Launo-  
marus 442. b  
oblatio Chriftianorum thymiama 99.a  
oblatio pro defunctis 802.a  
obuari quomodo pijs aut gratiſ hoſpitibus ſolitum  
1100. b  
Oda Gazelonis ducis filia 176. b  
odoacer Italiã rex S. Seuerino Norico ſcribit 163. b  
quo de rebus futuris admonetur 161.a  
odoacri frater Onulphus 166. b  
odoacer expugnat Rugios ibid.  
S. odilo 881. b  
odilonis abbatis vita 48. b  
odium ſummẽ vitandum 937. b  
odij irrecõciliabilis exemplũ eiusq̃ fructus 936.a b  
Oeconomus 221.a  
œconomi adminiſtrationem eccleſiã poſſeſſionum  
habuerunt 849.a  
œconomus eccleſiã Theophilus 847.a orphanis, vi-  
duis, pupillis neceſſaria ſuppeditat 847. a b 848.  
Officia diuina nocturna & diurna audiendo cæcus  
addidit 347. b Officia diuina cantando peracta  
348.a nocturnę preces, horę Canonicę vij. 447. b  
nocturnale officium 345. a noctũ nocturnalia of-  
ficia cantata 443. a b hymni nocturni 532. a Ma-  
tutinã pſalmodiã ibid. 535.a  
officiũ nocturnale itinere celebrat S. Maurus cum  
ſocijs fratribus 345.a  
officiũ matutinale 351.a  
officiũ in Paraſceue ſolenne 348. b  
officiũ ſabbato ante Paſchã ſecretũ & priuatim  
apud ſe quiſque dicit antiquo eccleſiã Rom. mo-  
re 348. b  
officio quiſq̃ ſuo fungatur, etiamſi indẽ nullum ad  
alios lucrum di manet 599.a  
Oleum ſanctũ ad quã à viris ſanctis adhibetur 71.a  
oleo ſancto ritu eccleſiaſtico epifcoporum liniuntur  
manus 812. b  
oleo benedictionis perungitur infirmus ex apoſtoli  
ſanctiõne 93. b  
olei exorcizati in baptiſmo vſus antiquus 293. b  
oleum ſanctum in dedicationibus templorum ad-  
hibetur 132. b  
oleo ſancto morbi curati 64. b  
oleo ſancto paralyſis curata 69. b 441. b  
oleum benedictum ad dæmoniacos curandos adhi-  
bitum 108. b 441. a  
oleo benedicto ſanatur ruina parietis fauciata ſoror  
957. a  
oleum ſacrũ curationibus adhibet S. Eugendus 60. a  
Parthenius 926.a  
oleo ſanctorum curatur ægra 924. b  
oleo ex B. Perri ſepulcro Romã ſumpto ægri ſana-  
ti 362.a  
oleum benedictum à S. Simeone tranſmiſſum Perſã  
quanti fecerint 124.a  
oleo benedicto arcentur noxia animantia 258. b  
oleum in medijs flammis non inflammatur 61. b  
olympias præclara ſcœmina 693. b 718. b  
Oneſimum quid aut quã præclarẽ vrbis præfecto  
reſponderit 1039.a  
oneſimi laus, & quomodo is à Tertullo vrbis præfe-  
cto tractatus 1038. b  
oneſimi corpus ponitur in argentea theca 1040. b  
oneſimum Paulo Apoſtolo & filium & fratrem fu-  
iſſe 1038. b  
oneſimi apoſtoli & martyris certamen pro Chriſto  
1038. & deſci.

ad Opera bona ad beatitudinem adſpirantes excitari-  
tur 251. a b  
per opera bona ſuadet vt nos confirmemus S. Ephrẽ,  
vt adſtare iuſtę ſententię immutabili iudici vale-  
amus 805. a  
operum bonorum meritum ac præmia 326. b 584. a  
operum præmium pro cuiuſque meritis in iudicio  
Deus tribuet 799. b reddet Deus vnicuique con-  
uenienter ſuis actionibus 816. a 851. a  
opera noſtra debita Deus remunerat 336. a  
opera ſua bona Sancti diuine gratię tribuunt 323. a  
opera bona ſibi adſcribere, & non Chriſti auxilio,  
grandis inſolentia vel amentia potiũs 249. a  
per opera noſtra Deum glorificamus 248. a  
oratio omnes epifcopi vſi 34. a non vitur Fulgen-  
tius, ex monacho epifcopus factus ibid.  
oratio & operatio altera alteram fulcire debet 287. b  
oratio cuiuſmodi eſſe debeat. 772. b  
oranti quid agendum 287. b  
Preces ad Deum futuri omnes reliquas cogitationes  
ante oſtium relinquunt 79. b precũ forſiſſimum  
preſidium 232. b  
oratio martyrum etiam in medijs tormetis refugium  
563. a b 568. preces martyri medicina dolorum  
ſunt 268. b ardentes inter tormenta preces 982. b  
oratio ſanctis conſuetum præſidium 912. b  
oratio fideliffimus conſiliarius Laurentio Iuſtiniano  
185. a  
preces Antonij ſolenne in aduerſis præſidium 412. a  
in orando ritus & cõgemoniã Chriftianorum, genu-  
flexio, manuum extenſio, in altum eleuatio 118. b  
198. a 219. b 414. b 562. b 866. a 868. a 923. b 924. b  
926. b  
orat ad orientem ſolem conuerſus Iacobus eremita  
738. b  
oratio cum manuũ extenſione & crucis ſigno 225. a  
orat S. Maurus in modum crucis proſtratus 346. a  
orant ſancti cum lachrymis, iſtę preces ſuas rigant  
118. b 232. b 334. b 562. b 919. b 925.  
oratione & ieiunio nil non impetrari à Deo 1102. b  
preces lachrymis irrigatę efficaciẽs ad diaboli inſi-  
dias extinguendas 182. a  
oratione cum lachrymis fuſa à ſacra æde ignis repeſ-  
litur 223. b  
orationis ieiunio iunctã vis 43. a 46. b 925. b  
orationi ad Deum inſtant Sancti 557. b 558. a  
orationis magna aſſiduitas 747. b  
precum ex frequentatione in genibus & cubitis S.  
Anſberti calli 947. a  
oratio iuſti quantum valeat 17. b  
oratio domat peſtes mentis 964. b  
precum piarum tanta vis, vt per eas mortui exciten-  
tur 274. a  
orationes piã, ſiue ſanctorum ac piorum hominum  
preces, quã ſint efficaciẽs, & quã earum vis ſit  
63. b 104. a 106. b 124. a 170. a 180. a 199. b 212. b  
244. b 148. a 258. a 335. 428. b 429. b 442. a 509. a  
497. b 775. b 777. b 902. a 920. b 975. a  
oratio S. Polycarpi 650. a S. Agnetis in medijs flammis  
509. b S. Fulgentij in ſummis doloribus 41. b Cle-  
mentis Ancyran epifcopi pro ſua vrbe 553. b  
oratio S. Melanã morti vicinã 776. a b Item S. Au-  
ſtreberthę 955. a  
oratio S. Ephrẽm 794. a eiufdem oratio morituri  
801. b  
precatio ad Deum in periculis conſtituti 334. a  
orationes pro defunctis priſcis notę 619. a  
precum publicarum quantã vis 162. b 225. a  
preces publicã quantum valeant ad impetrandum  
quiduis à Deo 13. a b

IN TOMVM PRIMVM SEQVENTEM

ordinibus sacris se indignos viri sanctissimi existi-  
mârunt 336.b  
ordines sacri gratis tribuendi 300.b 576.b 577.a  
ordinationum venditio graue crimen 674.b  
ordinati Simoniacè, sacerdotio priuancur 676.a &  
pecunia eis redditur ibid.  
ordinantur coniugati apud Orientales 588.b  
ordines ad maiores bigami non promouendi 576.b  
in ordinationibus diligentis. & accuratissimus fuit  
D. Chrysothomus 676.a  
ordinationes cum examine & sine muneribus vt ste-  
rent, curat S. Ioannes Eleemosynarius 571.b  
ordines aliena in diœcesi tribuere, contra Canones  
est 715. b  
ordinationem peragit in aliena diœcesi Epiphanius  
contra canones 686.b  
ordines sacri ab episcopis collati 474.a 480.a  
ordinat Melitus episcopus Parthenium presbyterû  
922.a  
ordines sacri eorumq; gradus 15. b 221.a 313.a 333.a  
428.a  
ordo Leuitarum seu diaconorû 523.b 267.b 659.b  
ordo presbyteratûs 313.a 659. b in eius ordinatione  
manu imponit episcopus 669.a initiatur chrisma-  
te presbyterij Antonius patriarcha 711. b ad sacer-  
dotium per gradus intermedios ascenditur 711.  
in ordinatione D. Chrysothomi columba eius capiti  
infidet 660.b 707.a  
ordo seu religio S. Mariæ 148.b  
origenes paucis mensibus Hebræe linguæ difficulta-  
tes vicit 540. b  
originem auerfat Theodosius cœnobiarcha 255.a  
origenis nugas maxime auerfatus Euthym. 486.a  
origenis libros anathematizari postulant monachi  
Aegyptij 681.a  
origenis scripta damnat cum Epiphanio Theophi-  
lus Alexand. 714.a  
origenis libros prius damnatos Synodice, admittit  
rursus Theophilus 690.a  
origenis librorum lectionem prohibuit cum episco-  
pis Cypri Theophilus Alexandrinus 684. b scri-  
bit aduersus eos Epiphanius 686.b  
Osculator pedes Basilij Anastasius 14. a  
Ostiarus 333.a Exorcista 274.a 313.a Lector 313. a  
743.a 655.a Lector Emeritus 984.a Lector à Cy-  
priano Celerinus ordinatus 840. b Lector Eccle-  
siasticus S. Epiphanius 545.a Subdiaconus anno  
xviii. b Diaconus anno xx. b  
S. ofualdus rex ecclesiam extruxit 447. b  
Otto Babenbergenfis episcopus extruit Brunfenin-  
genfe cœnobiû 143.a visionem mirâ videt ibid.  
Otto senior Hungaros Bauariam & Locharingia de-  
uastantes bello superat 176.a  
Pachomius 62. b 63. b  
pachomij monasteriorum disciplinam ab  
Athanasio cognoscit Marcella 778. b  
paderburne episcopus Moguntini suffra-  
ganeus 857. b  
palmarum festum 493.a  
panes miraculosè aucti 480. b  
pannoniam vastant Gothi 160. b  
pannoniæ euentura antè prædicta 165.a  
papa episcoporum episcopus 464.a  
papæ sacerdotes appellati 214.a  
paphiorum erga Auxibium reuerentia 1053. b  
paphnutius Euphrosynes pater 43.a  
S. paphnutio oculus Maximiani persecutione effo-  
sus 413. b  
papias & Maurus milites martyrio coronatur 367.a

paradisi celestis gaudia & felicitas 451. b  
paradisus iusti viri animus est 75.a  
parascue 296.a  
parascues solenne officium 348. b  
parentum de salute solliciti sancti sunt 340.a  
parentibus non obediens, in miseriam magnam de-  
cidit 12. b à dæmone corripitur 924.a  
parente ignorante, & vbi rescit reclamante, mona-  
chus fit Fulgentius 26. b  
parisenses à Francis obsidentur 107.a  
parisij sedem sibi figit Clodoueus rex, Ecclesiâ Apo-  
stolorum Petri & Pauli illic extruit 301. b  
parisenses moluntur necem S. Genouefg 104.a  
S. parthenij vita 922.a  
paschæ sabbato baptizatus Clodoueus cû suis Fran-  
cis 304. b  
pascha festorum præcipuum 244.a  
paschæ festum non suo tempore à Scotis & Brito-  
nibus seruatum 839. b  
paschafius Ratbertus vitam scribit Adelhardi 72.a  
paschafius & Vrsicinus presbyteri 988. b  
passer mysticè in scripturis quid designet 285.a  
pastor presbyter 1011.a  
paterni amoris exemplum 333.  
patientia Deo gratissimum sacrificium 386.a  
patientia insignis in maximis damnis 584. b  
patientia Iob inuisita 543. b  
S. Melanię virtus ac patientia 543. b  
patientia insignis 124. a b 180.a 260. b 578. b  
patriarchatus Gradensis Venetias transfertur 189.a  
S. patrocli martyrium 511.  
paulæ vita 723.  
paula obiit Honorio Aug. vij. & Arestenio coss. 737. b  
S. paulina & eius monasterium 1006.a  
S. paulinus 769.a  
paulinus Antiochenus episcopus Romæ venit 779.a  
paulinus Felicis Nolan vitam carmine scripsit 312. b  
paulinus episcopus Tigrinę 163. b  
S. pauli Virdunensis episcopi vita 931.  
pauli primi eremite vita per D. Hieronymum 216.  
S. paulo Apostolo plurimum delectatur D. Chryso-  
thomus 688. b  
paupertatis bonû quantum sit, quânam intelligat 189. b  
paupertatis voluntariæ amator Felix Nolanus 316.a  
paupertatis Euangelicę exempla 6. b 47. b 154. a 582.  
a 767. a 797. a 795. b  
pauperimi spontè fiunt ex ditissimis Melana & Ape-  
nianus 768. a  
pauperes dominos suos vocat Ioânes Eleemon epi-  
scopus 572.a  
in pauperes largi vt essent, mutuo accipiunt pecuniâ  
quidam sancti 78. b  
pauperes negligentis episcopi punitio 925. b  
peccatis non contaminari, certa salus 274. b  
peccatorum occasiones cautè cauendæ 298.a  
peccandi occasio quam vim obtineat 1003. b 1004.a  
peccati occasiones quod nō præciderit quidam san-  
ctus, grauissimè cadit 740. b  
peccatum, animæ mors 326.a  
peccatû qui facit, is solus seruus, coronas licet sex-  
centas gesserit 595.a  
peccata transitum in cœlum præcludunt 415. b  
peccata nostra Dei aduersum nos iram commouet,  
vt varijs nos flagellis conficiat 249.a 485. b velut  
hostium ferocitû incurfu 280. b 904. b fame 247. b  
morbis alijsq; calamitatibus 661.a 706.a 707. b  
797. b  
peccates nō statim punit Deus, sed tempus relinquit,  
intra quod peccatorum pœnitentiâ deleant 594.a  
peccata etiam grauissima pœnitentiâ expiantur, vt  
Chri.

INDEX

Christi abnegatio 897. b  
peccatum quod pœnitentiâ non deletur, accessione  
noua robur accipit 599.a  
peccata sua omnia in charta descripta episcopo of-  
fert mulier 17.a  
peccatoris per omne genus peccatorû volutati con-  
uersio 958.  
peccatoribus desperationis cogitationes immitte-  
re dæmon solitus 741.a  
peccatorum de remissione scripsit S. Fulgētius 39.a  
pecunię insignis contemptus 129. b  
pecuniam manu accipere ceu virus multi sancti ca-  
uerunt 771. b  
pedes Basilij osculatur Anastasius 14. a  
S. Pelagia martyr ex discipulis S. Luciani vna 156. b  
pelagianus Paulus episcopus Gallus 39. b cuius con-  
tra gratiam libellis respondit S. Fulgentius 39. b  
pelagiana hæresis in Britannia grassatur 102. b  
pentapolis 788.a  
peregrinatio religionis ergò voto concepta 337.a  
peregrinationes ad loca sancta voti & adorationis  
causa 581. a  
peregrinatio ad sancta loca Hieronymi græte frequē-  
tissima 724.  
peregrinatio religionis ergò 190.a 361.a 362.a  
peregrinatio religionis ergò, ad sacras adorandas re-  
liquias & loca sancta Edeffam venit S. Ephræm  
794.a  
peregrinationem religionis ergò suscipit Richardus  
rex Angliæ 927. b ad SS. reliquias 129.a  
peregrinatio ad loca sancta adorationis causa à Me-  
lana suscepta 771.a 776.a ab Eudocia suscepta  
777.a eius fructus ibid.  
peregrinatio religionis causa versùs Hierosolymam  
suscepta 5. b 6. b 7. b 116. b 258. b 486.a 967.a  
peregrinatio ad loca sancta, Hierusalem orandi &  
adorandi gratia 116. b  
peregrinatio Hierosolymitana & sanctorum locorû  
adoratio 241.a  
peregrinatio Hierosolymitana ad sepulcrum Domi-  
ni adorandum suscepta 136.a 627. b  
peregrinatio pœnitentiâ Hierosolymâ versùs 227. b  
peregrinatio religionis causa Bethleem 256.a  
peregrinatio ad Apostolorum memoriam religionis  
ergò suscepta 31.a 55. b 628. b 643. c 1010. b 1012. b  
peregrinationem ad limina Apostolorum pietatis  
causa peragit S. Amandus 909.a  
peregrinationem ad limina Apostolorum, Vuam-  
bertus comes cum vxore suscipiunt 872. b secun-  
da item vice 875.a  
peregrinatio ad S. Iacobi limina 972.a  
persecutionibus res Christianorû inclarescunt 596. b  
persecutionis tempore secedit Maximus Nolanus  
episcopus 313.  
persecutionis tempore amicorum hortatu fugit Po-  
lycarpus 648. a  
persecutione saeuiente latent sancti, nè temerè adire  
petricula videantur 155.a  
persecutio Christianis inflicta 99.a  
persecutionis atrocißimę duo exempla 217.a  
persecutio grauis Catholicorum episcoporum 31.a  
qua episcopus viduat ecclesijs ordinari interd-  
ctum 32. b  
persecutio ecclesiarum & Catholicæ fidei ab Arria-  
nis illata 420. b 421.a  
persecutione episcoporum Catholicorum etiam S.  
Fulgētius in exilium in Sardiniam missus 35.a  
persecutio sub Antonino 311.a  
persecutio Christianorû à Balatio Aegypti duce 421.a  
persecutio Decij 787.a 863. b 865. b

persecutio Decij & Valeriani 194. b cuius administrator  
Felix 196. b  
persecutio remissior Carino & Diocletiano Impp.  
463. b Carino occiso immanior. ibid.  
persecutio Diocletiani 761. b 155.a  
persecutio Diocletiani & Maximiani 202. b cuius  
præfes per Syriam Martianus 204. b  
persecutione Diocletiani septem fratribus Christi-  
anis libera sua cur religio permiffa 209.a  
persecutio Catholicorû ab Hunerico intetata 24. b  
26. a grauior deinde facta 27. b 28.  
persecutio atrox sub Licinio 267.a  
persecutione Licinij xl. milites Sebathea ccclxx. cen-  
turiones in Macedonia neci traditi 918.a  
persecutio Maximiani in Christianos 155.a 893. b  
Maximinus in ea præfectus 894.a  
persecutio Numeriani 424.a  
persecutio Christianorum apud Persas 476.a  
persecutio Traiani 782.a  
persecutio Trasamundi 36. b  
persecutio Trasamundi morte eius finita 39. b  
persecutio Valeriani & Galli 936.  
peronæ S. Fursei corpus in ecclesia ab Erchenaldo  
extructa requiescit 388.a  
perius diuinitus punitus 504.a  
perfarum regis Saporis ad fidem cum familia sua  
conuersio 368.  
perfarum rex Chosroës 529. b  
perfarû rex Idigerdis persequitur Christianos 476.  
perfa Syriam populati 572.a Hierosolymam capiunt  
529.a  
perfa deuisti 239. b  
petrus Clementem adiutorem & successorem conse-  
cravit 839.a  
petrus & Paulus martyrio affecti à Nerone 521. b  
petrus Alexandriæ antistes martyrio coronatus 155.a  
S. petri Aulani martyrium 96. b  
petri Cnaphæ blasphemia 571. b  
S. Pharaïdis virginis reliquiæ 885.a  
phengon & Eucarpus milites martyres 563.a  
philibertus cœnobiium fundat in saltu Gemmeti-  
censi 949. b  
philippus Imp. execrandus & impius interfectus in  
bello aduersus Troglodytas 814. b  
philippus Maria vexas Florentinos 152. b  
philoromus martyr Alexandriæ 198.a  
SS. philoromi & Phileæ martyrium 845. b  
philosophiæ definitio 6.a  
philosophia mortis meditatio 779.a  
philosophis solenne disputare de varijs rebus 5. b  
philosophiæ dat operâ Basilij Athenis, & alij item  
præclari viri 5.  
philosophi à S. Antonio oppugnati 417. b 418. a b  
crux philosophis scandalum 510.a  
philosophi taxantur 598.a  
philoxenus 6. b  
photina virgo sancta 1010.a  
picturæ pię coloratæ seu effigiatæ reuerentiâ q̄ 1080.  
picturarum sacrarum antiquitas 530. b  
pietas insignis in puerili ætate 745.a 950.a  
pinta Arrianus episcopus 37. b  
pionij presbyteri vita 787. eius gesta etiam Eufe-  
bius scripsit ibid.a  
pipinus rex flagellatus à S. Remigio 306. b  
pipinus Franciæ præfectus 945. b  
pipinus Maior domus Caroli Martelli pater qua mu-  
nificentiâ profectus Rhemen episc. 112. b  
pipinus S. confessor, dux Brabantæ, & S. Gertru-  
dis pater, qualis quantusve fuerit 1059.a b  
pipinus senior regni monarchiam obtinet 170. b  
d 3 pipi-



pipini regis frater Bernardus cuius filius S. Ad-  
hardus 89. a  
pipinus rex Italię ab Adelhardi consilij dependet  
77. a  
pipinus Ansegisi filius Vuadregisili cōsobrinus 941. b  
pipini ē cognatione aliquot recensentur 167. b  
piscium miraculosa captio 1058. b  
S. pirminus monasterium Augienfe extruxit 516. b  
pius Rom. pontifex 22. b  
Plage à Deo immiffę hominibus quemadmodum  
accipiendę & interpretandę 249. a b  
planete vestium genus 40. a  
plumbo liquefacto qui martyres quomodo vexati  
1037. a  
Pœnarum in Sicilia loca 53. b  
pœna ad æternam vitā non perducit, sed causa 455. b  
pœnitentia citō mouetur eorum que non rectē facta  
sunt, generosus & virtutis amans 576. a  
ad pœnitentiam Deus inuitare calamitatibus immif-  
sis solitus 610. a  
pœnitentia Dei à nobis iram & immiffas calamita-  
tes remouebimus 661. a  
pœnitentię portus tutissimus peccatorib. 741. a 742. a  
pœnitentię quantus fructus 737. b  
pœnitentię beneficio ijs pares euadimus qui nullum  
peccatum admiserunt 594. a  
pœnitentia peccati qui non ducitur, in deteriora  
ruit 599. a  
pœnitentia quid nature deprauatę profit aut confe-  
rat 1028. a  
pœnitentium exempla ex scripturis 850. a b  
pœnitentium exemplar Dauid 664. a  
pœnitentię assiduus inculcator D. Chrysoftomus  
664. b  
pœnitentiam agere iubentur Christiani qui idolis  
immolauerant 791. b  
pœnitentia acta qui chirographo dato diabolo se  
manciparat, misericordiam consequitur 12. b 13.  
pœnitentia acta respiscunt que à Christo defecerāt  
Christe & Caliste 897. b  
pœnitentiam agit qui Christum & eius matrem pa-  
ctus per literas cum demone negarat 848. b  
pœnitentia grauissimis sceleribus expiatis miraculis  
claret Iacobus eremita 743. b 744.  
pœnitentia dura 68. a  
pœnitentia aspera B. Fulgentij 41. b  
pœnitentia septennalis 299. a  
pœnitentium exempla 299. a 742. 926. a  
pœnitentia suspiria 850. a  
pœnitentia vera ieiunij, precibus, & lachrymis per-  
agitur 849. a b  
pœnitentis & satisfactiois impostę illustre exem-  
plum 965. a  
pœnitenti ieiunium & vigilię & elemosynę indi-  
cta 10. a  
pœnitentiam publicam egit Ludouicus Imper. 86. b  
pœnitentium vestes certę 427. b  
pœnitentes in cena Dñi reconciliati à priscis 299. a  
pœnitentia Eucharistię sumptionē antecedit 488. b  
sine pœnitentia mortuus, in sacro non est sepelien-  
dus loco 386. b  
Po lemo aditus Decij persecutione Christianos sa-  
cificaturos ducit 787. b  
polycratia virgo sancta curata S. Antonij ad Deum  
precibus 414. b 415. a  
S. polycarpi gesta & martyrium 646.  
polycarpi præclarum responsum 649. a  
polycarpum Smyrnę Ignatius salutat, cum Romam  
bestijs obijciendus duceretur 783. b  
polycarpus discipulos in Gallias mittit Euāgelium

illic annuntiatus 392. b  
S. polycarpus presbyter persecutione Diocleriani &  
Maximiani 456. a  
S. polyuctus Felicis præsidis gener 196. b ex legione  
fulminea Marco Imp. martyr sub Decio 198. a  
S. pontiani martyrium 311.  
pontianus Thēnitanus episcopus 42. b  
popiliensis diocesis 471. b  
S. popponis abbas vita 626. obitus 643. a  
popponis pacifici laus 636. b  
popponi virus porrectum, nihil nocet 645. a  
poppo & Ezechias rex qua in re quodammodo simi-  
les 636. a  
popponi quid regionis aut dominij traditum ab  
Imperatore 637. a eius conuiciator vnde qua  
pœna affectus 638. a  
S. poppo fit abbas Stabuleñ 644. b ac postea Maxi-  
mineñ ibid.  
porphyrius Archimandrita 5. b  
porphyrius episcopus periculum à seditiosis sibi il-  
latum, quomodo euaserit 1108. b  
porphyrij insignis Gazæ episcopi obitus 1109. b  
porphyrius episcopus vnde & quomodo in visione  
instructus 1100. b  
porphyrius episcopus Gazensis vnde aut qui factus  
presbyter 1090. a  
porphyrij episcopi virtutū catalogus 1089. b 1090. a  
porphyrij episcopi cum Manthæa femina disputa-  
tio, quam mirum habuerit exitum 1106. b 1107. a  
portarij seu ianitores in aulis principum, quāti con-  
sistent hospitibus 1097. a  
portugalliæ regina Oracha 388. b  
Prædeterminationis & gratiæ negocium pertractauit S.  
Fulgentius 41. b  
prædicationis euangelicę fructus 905. b  
prædicatorij ordinis vicarius generalis Albertus  
Magnus, & eius ætate quis magister ordinis, ali-  
quot item prouinciales recensentur 147. b 148. a  
prædicatorij ordinis tertij magister Ramūdus 147. a  
prædicatorij ordinis magister generalis renunciare  
quod officio possit sancitum, eadem sanctio ab-  
rogata 148. b  
S. prædicti episcopi vita 621.  
præpositus inter monachos sine abbatibus officio nil  
agere finitur 38. b  
præstigijs additi quidam 597. b  
præstigijs pernicies quæ 1039. a  
preces, vide, oratio  
presbyteri iudicio pontificali ac plebis testimonio  
designati 58. a  
presbyter fieri detrectat abbas Ephræm, quod se  
peccatorem affirmaret 15. b  
presbyteri veri viuum exemplar 14. b  
presbyter agrum colit 13. b 14. a  
sine presbytero integrè non seruant collectam Chri-  
stiani 667. b  
presbyter Anastasius vxorem habet nomine tenus,  
quæ vsu non nisi foror erat 13. b apud eum xl. an-  
nos versata virgo permansit 14. a  
presbyter S. Eugendi pater 57. a  
presbyterium 15. a  
primicerius Cantorum S. ecclesię Neapolitanę 167.  
primicerius 454. a  
primitijs in celebrandis pompam declinat Andreas  
Fesulanus episcopus 150. b  
principij Suestionē episcopi parentes 281. a  
priuilegia indebita illa quibus prioribus nostris præ-  
ferri volumus 41. b  
priuilegia monasterijs Roman. pontifex concedit &  
confirmat 131. b 133. b

pro-

processiones iam olim quomodo fieri solite 1104. b  
processiones cum crucibus cereisq; per vrbium cir-  
cuitum 305. b  
proclus Constantinop. episcopus 774. a  
professio monachorum solennis 150. a  
prophetiæ dono sancti claruere 65. ab 136. a 151. a  
157. a 160. b 162. 182. a. 187. b 259. b 484. b 569. b  
prouidentij diuine arcana scrutatu difficilia 321. a  
protoscriniarius 454. a  
Psalmi quo ordine collocati 280. a  
psalmos decantat Gordianus tormentis laceratus  
100. b  
psalmum, Exurgat Deus, cōtra demōnis impressio-  
nem recitat S. Martinianus 1006. b alioq; 1007. b  
Publicæ utilitati vir bonus studere debet 598. a  
publicani auari felix metamorphosis 580. b  
pudicitia encomium 82. a  
pudicitia admirabilis 329. a  
pudicitia inter carnalia blandimenta seruatu diffi-  
cilis 189. b  
puer editus septimo mense Poppo 627. a  
pueri martyrium fortiter passi, Hilarianus, Saturni-  
ni F. 986. b  
purgatorium 179. b  
purgatorij ignis 293. a  
**Q**uadragesima demōniaci quo miraculo in  
via ad vrbem Solos liberati 1053. a  
quartillosa martyris, quæ & vxor &  
mater martyris erat, visio 1061. a b  
quadragesima 10. b 296. a 544.  
quadragesimale ieiunium semper fuit in maxima  
veneratione 67. b  
quadragesimæ ieiunium quomodo peregerint mo-  
nachi Thebaidis 69. b  
quadragesimale ieiunium quanta abstinentia tran-  
actum à sanctis monachis 343. a  
quadragesima tota fuerunt qui nil cocti cibi gusta-  
rent 67. b  
quadragesimam integram ieiunus perseuerat Gera-  
simus 491. a  
quadragesimali ieiunio tribus per septimanam die-  
bus tantum comedit S. Aufrebertha 953. b  
quadragesimali ieiunio carnibus vt vescatur & se-  
ptuagenarius & ægrotus adduci non potest 180. a  
quadragesimale S. Simeonis Stylitę ieiunium 121. b  
quadragesimæ diebus commercia secularium homi-  
num declinare solitus S. Prædictus 621. b  
quadragesimalis ieiunij primæ hebdomada quarta  
feria caput ieiunij vocata 50. a  
quadragesimæ primo die cinerem cum benedictione  
accipiunt Christiani 182. a  
quadragesimæ tempus his qui baptizabantur, cur in-  
dici solitum 463. a  
quadragesima Catechumeni in fide instituebantur  
in vigilia paschatis baptizandi 106. b  
Quingentos viros & 130. fceminas quomodo Iuliana  
conuerterit 1044. a  
quintianus Sicilia præses persecutione Decij 865. b  
perit in flumine 869. a  
quintilianus proconsul Decij persecutione 792. b  
quirinus martyr 1010. b 1011. b  
quintus martyr 985. a  
Quoduultus episcopus 41. a  
Adegundes regina 82. b  
radon abbas 900. a  
ragenfridus cum Carolo Martello de  
principatu contendit 278. b  
S. ramundi vita 147. a eius scripta b  
ramuoldus sanctus abbas 142. a  
ranganarius à Clodoueo occisus 298. a

Rebaptizare Catholicos Gifa Felethi Rugorum re-  
gis coniunx conatur 161. a  
redemptus Fulgentij socius 30. a  
regulas & viuendi cōstitutiones prisci cœnobitæ ha-  
buerunt 247. a 251. a  
regula S. Basilij 251. a  
religio Christiana cum gentilium comparata 418. a  
religionis dogmata cui tractanda non sint 16. a  
religionis per ingressum sponsalia contracta irrita  
sunt 106. a  
religionis ergo peregrinatio ad apostolorum memo-  
riam 31. a Vide, peregrinatio.  
regnum diuisum in se desolatur, exemplum huius  
rei 175.  
regnum & sacerdotium magno inter se interuallo  
distant 612. a 673. a  
rex Alfredus primus à summo pontifice vnctus &  
consecratus in regem 137. b  
rex Eduardus inungitur & consecratur 129. a  
regum cæterorumq; hominum eadem nascēdi mo-  
riēdiq; conditio 419. b  
regum in monasteria liberalitas 355. 356.  
religiosarum feminarum habitus sub Auxentio ab-  
bate qualis 1031. b  
reliquiæ sanctorum 110. a  
reliquias sanctorum corpora vel bestijs deuoranda  
proijcere vel mari mergere frustra tyranni co-  
nantur 528. a  
reliquiæ miraculose conseruata, impijs eas in cine-  
res redigere frustra molientibus 390. b  
reliquias martyrum etiam cum vitæ periculo rapiūt  
& sepulturæ mandat pij viri 615. a  
reliquias martyris in mare coniecti inquirunt disci-  
puli 157. b S. Luciani corpus mari submersum  
miraculose effert Delphinus 158. a S. Anastasij cor-  
pus à carnifice precio numerato impetrant Chri-  
stiani 539. a  
reliquiæ sanctorum reuerenter quæritæ & in vrbem  
delatæ 513. a Martyrum cineres colligunt Christi-  
ani 515. b  
reliquias S. Polycarpi quantoperè Christiani habere  
desiderarint 650. b carnes ex SS. corporibus fla-  
gellatis decedentes Christiani velut thesaurum  
honorum & benedictionem colligunt 566. a  
reliquiæ martyrum inter alia cadauera miraculose  
cognitæ 216. a  
reliquias suas produnt ipsi sancti, & sepultura man-  
dari desiderant in somnis apparentes 528. a  
reliquiæ S. Leochadiæ diuinitus declarantur 591. b  
reliquiæ S. Berrulphi miraculo declarantur 883. b  
reliq. S. Anastasij ad corpus stellā videtur 539. b S. Epi-  
phanij corpus luce & splendore cælitus circun-  
fusum per triduum stetit 548. a  
ex reliquijs martyrum odor mirificus 425. b corpo-  
ra SS. diu integra & incorrupta perseuerant 126. b  
138. b 140. a 166. b 308. b 914. a  
reliquiæ sanctæ ac venerandæ nuncupatę 47. b 120. a  
805. b 930. b  
reliquiæ sanctorū quæra in veneratione priscis 261. b  
262. b 309. a 518. b 620. a b  
reliquias Christiani salutat, osculatur, amplectun-  
tur 256. b  
ad reliquias SS. ardentis perpetuè lampades conser-  
uatæ 625. a  
reliquias sanctorum reuerenter accipit & colligit S.  
Senerinus 161. b  
reliquiæ Apostolorum reuerenter accipiuntur 61. a  
reliquias sanctorum & iam sedibus pulsi secum fide-  
les abportant 877. b  
reliquias furto sublatas quam anxie sibi restitui cu-  
rârūt,

IN TOMVM PRIMVM SEQVENTEM

rârît, qualem eis honorem haberi voluerit Arnulphus Marchio 879. b  
 reliquiæ sanctorum emptæ à Christianis 390. b  
 erga reliquias populi fidelis affectus & pium desiderium nè incendio consumerentur 883. a  
 reliquias sacras & loca sancta adoratum venit Edefam S. Ephræm 794. a  
 reliquias ad S. Chrysothomi confluunt turbæ 701. b  
 reliquias sacratiss. S. Petri se inuisurum promittit rex Eduardus 129. a  
 reliquias Apostolorum venerantur Vuambertus comit cum vxore, Romam idcirco profecti 872. b 875. a  
 reliquiæ sanctorum ad virtutē eorum æmulandam excitant 601. b  
 reliquiarum sanctorum vis 345. b  
 reliquijs SS. quantū tribuat D. Chrysothomus 615. a  
 reliquiæ S. Simeonis Stylitæ quanti factæ 126. b  
 reliquias Tryphonis custodes suę ciuitatis futuras recondere Niceenses voluit 818. b  
 reliquias Philippicus pro felici expeditione habere apud se contendit 126. b sanctorum corpora tanquam opes & thesaurum prisçi Christiani habet 262. b sanguis S. Polyesti arma salutis & verè beata hæreditas Cananotis donatus 197. b  
 reliquiæ sanctorum vrbes reddunt illustres 620. earum sunt ornamentum, turres, thesauri 620. b vrbes ijs muniuntur 363. b  
 reliquias S. Simeonis pro muro & munitionibus retinendas sibi censent Antiocheni 126. b  
 reliquiæ demonum fuga à morbis liberatio appellata 764. a  
 reliq. ex ossibus S. Ignatii ciuitates per quas delatę benedictionem accipiunt 785. b  
 reliquias Cyri & Marci in vico demonum domicilio collocari iubet angelus 764. b  
 ad reliquias SS. beneficia populis exhibentur 915. b  
 dæmoniaca curata 930. b lintea reliquijs S. Eusebii imposta sanant morbos 620. b  
 ad reliquias SS. sanitates & miracula exhibentur 47. b 125. a 167. a 172. 225. 275. b 307. a 309. a 364. 391. a 426. a 498. a 499. b 502. b 510. b 602. b 540. a 593. b 620. b 624. b 868. b  
 reliquiæ nouis ecclesijs & sacris locis extructis quaruntur 163. b  
 reliquię reuerenter à Christianis translata 390. b cum ingenti honore 881. a cum cereis & sufficitibus 921. b  
 reliquijs in transferendis magna adhibita solennitas 885. a  
 reliquiarum translationi operam impendit S. Prejeatus 623. a  
 reliquiæ seu sanctorum corpora translata in aliū locum, integra & illęsa post longum tempus apparent 111. a  
 reliquię reuerenter suscipiuntur 163. b  
 reliquias S. Agathæ cum omni reuerentia & honore deponit populus 868. b  
 reliq. amictus S. Agathæ profigat ignem 869. a  
 reliquiæ Amelbergæ quemadmodum repertæ 884. a  
 colobium S. Anastasij pellit dæmonem 540. a  
 reliquiæ S. Babylæ trāsata 602. a ob quas in Daphne repositas Apollo responsum dare cessauit 605. a b  
 reliquiæ S. Bertulphi de Rentica Bononiam translata 877. b hinc Blandinium ibid.  
 reliquiæ SS. Cyri & Iohannis, Athanasie item & trium filiarum religiosè conditæ, deinde etiam translata 739. b  
 reliquiæ Cyrici 631. b  
 reliquiæ S. Ferreoli martyris 63. b vbi conseruatur b

reliquię SS. Geruasij & Protasij Viennam apportatę 161. b  
 reliqu. ossa S. Ignatii fideles reuerenter colligunt & componunt, eadem postea Antiochiam translata 785. a  
 ad reliquias S. Hilarij eiusq. intercessione quæ miracula edita 275.  
 reliquiæ B. Chrysothomi Constantinopolim translata 723. a S. Isidori ad quas mira perpetrata 225. b  
 reliquias venerandas & sanctas Isidori inquirunt Myrope 865. a  
 reliquiæ S. Mercurij martyris corpus eius, arma, lancea 10. a  
 reliquias SS. Petri, Pauli, Andreæ Roma curauit adferri S. Bonitus 265. a  
 reliquiarum S. Timothei translatio 522. b  
 reliquias Apostolorum in ecclesia suę ciuitatis constituit S. Fulgentius 42. b ossa & cineres S. Polycarpi reuerenter reponunt Christiani 651. a  
 S. Remacii reliquię in Stabulensi monasterio 645. b  
 reliquiæ sacræ S. Rigoberti episcopi 115. b  
 reliquiæ Tarachi, Probi, & Andronici 498. a  
 reliquię venerandæ & sanctę Theodori martyris cum cereis & sufficitibus translata 921. b  
 reliquijs sacris S. Theodosij diues spelunca 241. b  
 reliquię Vincentij preciosissimæ 528. a  
 reliquias SS. Zacharię proph. Stephani & xl. martyrum templo à se extructo infert Melana 773. a  
 reliquiæ vini sancti varijs in locis cõseruatę 625. b  
 reliq. S. crucis ligni particulæ 499. a  
 reliquię sanctę crucis tres portiunculæ de S. virgine Maria &c. S. Mauro in Gallias ituro à S. Benedicto transmissæ 345. b crucis Christi particula incendium restinctum 317. b  
 reliquiarum particulas accipit Arnulpho Theodradus presbyter 880. b  
 reliquias de Domini sepulcro Hierosolymis reportat Poppo abbas 628. a  
 reliqu. cineres Babylæ cum eius catenis conseruati 600. b  
 reliquiarum S. Bertulphi portiunculam petunt fideles populi 885. a dentes fidelium manibus euulsi 126. b catena ferrea S. Simeonis asseruata b  
 reliquiarum S. Isidori patrem deponit in templum in eius honorem conditum Marcianus 865. a  
 reliquiarum particulæ de S. Amadi corpore per Lotharium ædituam sumptę 914. b  
 reliquias trium puerorum Babylone sibi impertiri epistola ad ipsos Martyres missa postulat Apollinaris Alexandrinus episcopus 760. a & miraculosè manum impetrat 760. b  
 reliq. resurrectionis lapidem osculatur Paula & locum in quo Dominus iacuerat 726. b columna infecta cruore Domini ibid.  
 reliquias Bertulphi & aliorum furto subreptas venum exponit quidam sacrilegus 878. b  
 reliquias sui corporis Alexandriam Antonius deferri cur veter. 423. a  
 reliq. vestes suas seruari monumenti causa prohibet S. Ephræm 800. a  
 rembertus Ansgarij vitam edidit 856. a  
 S. remberti Bremensis archiepiscopi vita 853.  
 S. remberti epistola ad sacras virgines 859.  
 remigius Francorum Apostolus 279. b  
 remigius aliàs Remedius cognominatus & ytriusq. nominis ratio 281. b 282. a  
 remigij cum sanctis veteris testamenti collatio 309. b  
 de remigij vita ingens liber qua occasione perierit 279. a  
 remigij sobrina Celsa 287. a

remi-

INDEX

remigio vices suas committit Hormisda per Ludouici regnum 302. a b  
 S. remigius Clodouē regem baptismatis vnda abluat 438. b 902. a 983. a S. Vedastum episcopum Atrebatensibus euangelizatum ordinat 904. a etiam Laudunensem ecclesiā respicit 298. b moritur anno ætatis 96. episcopus Ixiii. 304. b  
 S. remigij translatio prima 306. a altera 308. b  
 reliquijs S. Remigij obiectis, oratorium edificat nobilis quidam 307. b  
 reliq. S. Remigij capilli, casula, ac tunica ipsius 306. b  
 res aduersæ sempiternam conciliant felicitatē 100. b  
 resurrectio duplex 292. b  
 resurrectio corporū cuiusmodi futura sit 737. b 734.  
 reuelatio S. Ephræm facta 15. a S. Claro 65. a  
 Rhemorum ad vrhem Barbarica via vndē sic dicta 294. a porta Collaticia seu Basilicaris 113. b  
 rhenis antiquius quæ templa 113. 305. a Basilica S. Iohannis 293. b  
 rhenensis metropolis xij. sub se episcopos habuit antiquitūs 302. a  
 rhenensis ecclesia aucta bonis 299. b 300. a 303. a vilam donatione accipit nomine Celtum 287. b  
 rhenensis episcopatus vastatus 279. a 307.  
 rhenorum præcepta vbi Christianis negligenda 98. b  
 Ribuariorum fines populantur Nortmanni 174. b  
 Ricimer patricius 546. b  
 S. richardus 96. a  
 rigoberti Rhemorū archiepiscopi vita 111. b  
 risu sibi temperant sancti 154.  
 Roma à Gothis capta 780. b  
 romæ custodia Mamertini 366. b  
 romæ locus palma aurea vocatus 31. b  
 romę thernas Diocletiani extruit Maximianus 366. a  
 roma tutissimus Christianæ communionis portus 778. b  
 romani Athanasius, Petrus, Arrianam persecutionē declinantes, fugiunt 778. b  
 rom. Pontificis autoritas 53. b 302. b  
 romano pontifice paret ois ecclesiæ sanctorum 961. a  
 ad romanum episcopū scribit Theophilus de Chrysothomi damnatione 718. a  
 romano pontifice inficio & inconsulto quoddam damnari fuerit Chrysothomum Archadius, indignè fert Honorius 718. a  
 romanum pontificem sollicitat Archadius, vt legatos mittat cognituros Theophili Alexandrini causam 714. b 716. a  
 romanus episcopus euocatur tanquam maior cogniturus per legatos de cõtrouersia inter Alexandrinum episcopum & monachos Nitriæ 684. a  
 romam euocati per imperiales literas Orientis & Occidentis episcopi ob quosdam ecclesiarum dissensiones 725. a  
 romano pontifici queruntur de iniurijs Chrysothomum illatis ipsi additi 698. b cognoscere de causa vult per legatos ibid.  
 romani legati ad causam Chrysothomi cognoscendā missi, crudeliter vexantur 721. b  
 roman. pontificem de voto consulit rex Eduardus 131. a  
 rom. pontifex priuilegia ecclesijs impertit & confirmat 131. a 133. b  
 rom. pontifex priuilegium archiepiscopi Hamburgensi sedi contulit 857. b  
 romanum pontificem nudis pedibus adit Vuilhelmus Pictaorum comes, schismatis studium in se puniturus 965. b eius osculatur pedes 966. a  
 romanus pontifex alijs vices suas committens, suas sic excubias releuat 302. a b

romā ex Anglia pecunia quæ S. Petri vocabatur, curā transmissa 133. a  
 romam S. Petro munera per reges sæpè missa 302. b  
 roma hæretica tempestate turbata 779. b 780. a  
 romana ab ecclesia Thebaidis monachi perfidē disenserunt 36. b  
 romani pōtificis ob electionē graue schisma 959. a b  
 romanam curiam fugit Laurentius Iustinianus 189. a  
 S. romanus 57. a  
 S. romanus adiutor S. Benedicti 348. b  
 robertus Cantuariensis archiepiscopus 137. a  
 rogatianus 514. b  
 rogatianus martyr 985. a  
 rotenensis pagus in Aquitania 52. b  
 Rufinianus episcopus 31. a  
 rugiorum rex Flacitheus 160. b eius filius Feletheus 161. a huius Fridericus ibid.  
 rugiorum rex & populi ab Odoacre deuicti, in Italiam huius iussu migrant 166. a  
 rugiorum regem Feletheum vt S. Severinus instruxerit 164. b  
 rumor falsus à mala cõscientia facilè creditur 684. b  
 ruspenis in Africa episcopus Fulgentius 23. b  
 rusticus quispiam quod responsum à S. Auxerio obtinuerit 1030. b 1031. a  
 Abę vitam Cyrillus monachus scripsit 506. b  
 sabbatum magnum 692. a  
 sabellius 3. b  
 S. Sabina 787. b eius virile pectus 789. b  
 Theodora cur vocata, ibid.  
 sacerdotium nouæ legis 2. b  
 sacerdotium & regnum magno inter se interuallo dissident 612. a  
 sacerdotij dignitas & eminentia 58. b 66. b quæ quantitas, est à D. Chrysothomo expositum 655. b 656. a  
 sacerdotibus quantus honor deferendus 977. a  
 sacerdotio se indignos sancti etiam viri exstimarunt 336. a  
 sacerdotium à se amolitur Eugendus abbas 58. b  
 sacerdotum collegia 99. a  
 sacerdos fornicatus à morbo ob hoc crimen inflicto non antè curatur, quam se sacerdotis officio non functurum, inter laicos autem futurum sponderet 70. b  
 sacramentorum spiritalium clauē ianuā regni celestis referatur 196. a  
 sacramentorum liber aureis literis exaratus 54. b  
 sacrificium diuinum celebrant sacerdotes 222. b  
 sacrificij Missæ oblatio 440. a  
 sacrificium incruentum 8. a 707. a 1001. a  
 sacrificio incruento offerendo in templo à se extructo altare erigit S. Parthenius 923. a  
 sacrificium incruentum offert S. Euthymius 488. a  
 sacrificat in altari Eulalius episcopus ex muto & surdo sanus per Seuerinum abbatem factus 988. a  
 sacrificium in carcere peragit S. Lucianus: vbi templum, circumstantes se discipuli: mensa, cui signa sacrificij imposta, pectus suum 157. a  
 sacrificia pro defunctis offerri 841. a  
 sacrificium Missæ pro defuncto 352. b  
 in sacrificio Christianorū corpus Christi 246. a 434.  
 sacrificij tempore egredi solitos quo modo ab hac praua consuetudine reduxerit S. Iohan. Eleemon 588. a  
 sacrificia demonibus quę offeruntur, qualia sint 604. a  
 sacrificia barbarorum horrenda 322. a ad ea, quęnam adhiberi solita, tanquam materiæ & instrumenta 334. a  
 sacrorum locorum visitatio 117. a 362. a vide sepulcra, peregrinatio, loca sacra

e sacri-

facrilegium quemadmodum diuinitus punitū 166.a  
171.a 426.a 500.a 501.a  
facrilegi hominis supplicium 295.a  
facrilegij grauis vindicta 306.a  
facrilegus fugam molitus, fugere nequit 505.b  
fadoth episcopus quis, & quot habuerit sibi comar-  
tyres 1054.a  
fadoth episcopus & sui, quid suis cruciatoribus re-  
sponderint 1055.a  
fadoth martyrem, Simeonis Stylitæ imitatorum fu-  
isse 1054.b  
fadoth quid sit aut sonet 1054.b  
fadoth episcopus & martyr quo tandem supplicio  
consummatus 1055.b  
fadoth (aut Sadothi) martyris ad commartyres suos  
hortatio præclara 1054.a  
fadoth quanta cum multitudine a rege Sapore com-  
prehensus 1054.a, & quanta cum ijs in carcere  
passus ibid.b  
falaminam Cypri, postea Constantiam dictam esse  
1048.b  
falaphtha quid sonet, & quid eius nominis puella de  
Porphyrio episcopo merita 1108.b  
falaphthæ mira postmodum religio, continentia, &  
abstinentia 1109.a b  
falec & Ctesiphon quales Persarū sint vrbes 1054.a  
faluiani præclarum de S. Honorato testimonium 375.b  
famofata Syriæ vrbs 154.a  
samuel an & quomodo ad vitam reuocatus per Py-  
thonissam 791.a b  
sanctia Sanctij regis filia 389.a  
sanctimonialis 981.b  
sanctimonialium præclara institutio 772.a  
sanctimonialium habitus singularis 950.b  
sanctimoniales in monasterijs psalmos, hymnos &  
cantica spiritalia decantabant 12.a  
sanctimoniales Mortzellenfes à Carolo dotantur  
172.b  
sanctimoniales S. Columbæ Viennæ 64.a  
sanctimoniales Suesione 82.a  
sanctimonialem impudicus iuuenis seducit 587.a  
sanctorū res gestæ quo fructu commemorantur 98.a  
sanctorum virorum pia exercitia 437.b  
sancti de rebus futuris vaticinati 123.b  
sanctorum iniurias & necem aliās Deus statim vltus,  
aliās vltionem distulit 321. 325.b 326.a  
sancti cur se vindicent 308.a  
sanctorum martyrum præclara & in vita & post obi-  
tum virtus 612.a  
per sanctos miracula operatur Deus 256.a b  
sanctorū superstitū vmbra & vestes vita sanctorū  
etiam loculos demones reformidant 603.b  
sancta Melana per zonam curat periculosè ex partu  
laborantem 776.a  
sanctorum corporum proiecta prorsus illæsa 331.a  
corpus Pionij inter flammam illæsum & admira-  
bile 793.a corpora sanctorum incorrupta & illig-  
sa diu perseuerant 193.a 388.a 448.b diu mortua  
suauiter redolent 949.a  
sanctorum animæ in celo 3.b  
sancti corporibus expediti, celos penetrat 293.a vbi  
apud Deum sive in regno Christi viuunt florentiq;  
275.b 330. 590.a Blefilla Iesum sequi & angelorū  
& sanctorum confortio frui dicitur 541.a 542.a  
544.a b  
sancti non rectè mortui, cum viuant in Christo, di-  
centur 248.a  
sancti in vitam felicem translati, iuuare mortales  
posse existimandi 51.a

sanctos etiam post mortem morbos sanare, peccata  
condonare legas 18.a nostri curam gerere 19.a mi-  
raculis quæ per eos Deus operatur, clarere & il-  
lustres esse 227.a 248.a 309.a 504.a 999.b 1000.b  
sancti in caelis viuentes, patroni nostri & præfentio-  
res nobis sunt, quàm cum uiuerent 348.a  
sanctus Iohannes Eleemon, patronus Alexandriæ nun-  
cupatur 570.b  
sanctus Vedastus Atrebatum 907.a  
sancta Agatha patriæ redemptio nominata 869.a  
sancti in Dei lumine sciunt quæ circa nos aguntur, sic  
S. Petrus Agathæ tormenta 868.a  
sancti per visum atque somnum apparent viuus 61.a  
256.b 259.b 510.a 516.a 705.b 999.b 1000.b  
sancti apparent sepe viuus, vt B. Maria S. V. uilhelmo  
974.a Iohannes & Petrus Chrysofomus 700.a  
722.b Basiliscus item 701.a S. Eucharius S. Vale-  
rio 750.b S. Isidorus Marciano œconomus 865.a  
S. Agathæ S. Petrus mamillam eius restituens  
867.b 868.a idem S. Amando 909.a b Ignatius  
fidelibus vacantijs hymnis sepulcralibus 786.a  
sanctus Tryphon apprensus in soninis, Campfadem  
reliquias suas deferri mandat 817.b S. Ansgarius  
S. Remberto 861.a Petrus Laurentium Cantuari-  
ensem episcopum flagellans 839.b  
sancti nobis patrocinantur 61. intercedunt pro no-  
bis apud Deum 96.a 228.a 900.  
sancti multi in Germania 141.b  
sanctorum intercessione nos adiuuari 885.b  
sanctorum suffragia & preces cur sint ad impetran-  
dum effiaaces 615.a  
sanctorū suffragia atq; intercessio 363.b 396.b 437.a  
503.b 570.a 842. 869. 885.b 972.a 989.a 1013.a  
sancta Maria semper intercedit pro peccatorib. 851.b  
sanctorum se indigere suffragijs S. Maurus agnoscit  
347.a Meletium precum suarum socium Antio-  
chenos suaderat accipere Chrysof. quod ei maior  
fiducia & amor in eos sit feruentior 992.a  
sanctorum Amandi & discipulorum suffragia & in-  
tercessiones petit vitæ eius scriptor 915.b  
sanctorum se suffragijs commendant Vnabertus  
comes & Homburga vxor 875.a  
sanctorum pro se preces implorat Popo 642.a  
sancti Babylæ defuncti ad preces, Apollo in cinerem  
redactus 608.a  
sanctorum pro defunctis fidelibus intercessio 869.b  
sanctus Isidorus Deum rogat, exaudire velit in ne-  
cessitate in suo nomine Deum implorantes 864.b  
sancti vt pro nobis orent, inuocandi 109.a  
sanctorum inuocatio 73.b 139.b 149.a 501.a 503.b  
570.a 645.b 1013.a  
sanctos piè inuocantibus Dominus propè est 980.b  
sanctorum pia inuocatio voti cōpotem fecit 177.a b  
vt pro se oret rogat S. Martinianū episcopus Athe-  
niensis 1008.b S. Maria securè inuocada 974.a in-  
uocat S. Paulam D. Hieronymus 737.a auxilium  
S. Euthymij implorat naufragus & experitur  
496.a  
sanctorū patrocinia implorat S. Bonitus 361.b 362.a  
sancti Iuliani suffragia ambit S. Præiectus 621.b  
sanctorum pro inuocacione magnū miraculū 110. b  
sanctorum veneratio 108. 302.a 555.b  
sancti & prisci & recentiores alacriter à priscis culti  
612.b  
sanctos honorans, Christum honorat 869.a  
sanctis qui exhibetur & qui Deo, diuersus cultus  
650.b  
sanctos quonam modo rectè honoremus 4.a  
sanctorum memoria non illorū, sed nostri causa, ce-  
lebran-

leranda 98.b  
sancti annis celebritatibus honorantur obitus sui  
die 3. a 4.a  
sanctorum memoria cum hymnis & canticis spiri-  
tibus celebranda 19.b  
sanctorum ad sepulcra & basilicas populus confluit  
98.a 437.a  
sanctorum ad sepulcra vigilia peractæ 510.a  
sanctorum ad sepulcra munera prisci Christiani ob-  
tulerunt 277.b  
sanctorum ad sepulcra confugientes, beneficia con-  
sequuntur 111.b  
sanctorum nomina liberis suis parentes cur impo-  
nant 989.b  
sanctas quibusdam perniciofa 164.a  
sanctas restituendæ gratia præditi sancti 164.  
sapores Persarum rex, qualis Christianorum perse-  
cutor 1054.b  
saporis Persarum regis cum familia ad fidem con-  
uersio 358.  
saprificus præfectus in Dorotheæ martyrio 896.b  
saraceni 63. b in Aegyptum mercaturæ causa com-  
meant 411.a  
saraceni multi Christianismum amplectuntur 477.b  
479.a & episcopum accipiunt 479.a  
satanas sub Veneris specie quomodo Gazzos olim  
fefellerit 1101.a  
satana traditi vitijs immerfi, ab eo cum sint liberati,  
vitia quocūq; deseruerunt 164.b  
satisfactionem pro delictis offert pœnitens de ad-  
missis sceleribus 963.a  
satisfactionis peccatis expiandis proposita exēplum  
965.a  
S. Saturnini martyrium 367.a  
saturninus presbyter, martyr 951.b  
S. Saturnini martyris basilica 38.b  
S. Saturnini basilica, Viriduni 934.a  
saturninus saturnini filius 983.b  
satyri figura cuiusmodi 218.a vitus quidam Alexan-  
driam perductus 218.a Antonio se quidam offert  
218.a  
saxonum rex Sigebertus 387.b  
Scetim deserta in Aegypto loca 66.b 763.b  
scetis patres 117. b 118.a b  
scientia vera quæ 189.b  
schisma in Romana ecclesia 958.b 959.  
scholam Antiochiæ erigit S. Lucianus 154.b  
scholæ Antiochiæ præest Libanius Sophista 6. b 7.a  
scythas ad Danubij fluentia pietatem doceri curat D.  
Chrysof. 667.a  
sclaus euangelium prædicat S. Amandus 910. b 911.a  
scotis prædicat S. Furseus 387.a  
scriniarius maximi ordinis 815.b  
scripturæ diuinæ mens ac summa quæ 1040.a  
scripturæ ad omnem mandatorum disciplinā suffi-  
cere possunt 402.b  
scripturæ sacræ multa perire 279.a  
scripturæ sacræ libros & temporis iniuria, & varia  
trāslatione, & gentilium improbitate corruptos,  
ex Hebraica lingua restituit S. Lucianus 154.b  
scripturas sacras qua S. Lucianus restituit, eam ma-  
num sine honore Deus esse noluit 158.a b  
scripturarum studium excolendum cur sit ecclesi-  
asticis 901.a  
scripturas sacras post philosophiæ nauatam operant  
euoluit S. Basilus 5.b  
scripturæ sacræ assidua lectio 250.b  
scripturæ sacræ ter singulis annis plegit Melana 770.a  
scripturarum diuinarum incredibili ardore tenetur  
Marcella 778.a Hieronymum de his sæpè inter-

rogat 779.a  
in scripturis historicus sensus veritatis fundamentū  
735.a  
scripturæ de mystica interpretatione allegorica 826. b  
827.a  
scripturæ sacræ Edessæ interpretatur Macarius 15. a  
scripturis sacris diligenter incumbit, easq; interpre-  
tatur D. Chrysofomus 655.b ex illi comprahē-  
su faciles cælitus promittuntur 657.b 668.b ex-  
ponit Pauli epistolas 668.b interpretanti has ad-  
est S. Paulus 669.a 711.b  
scripturarum interpretationem non à seipso, sed ab  
illustrib. ecclesiæ viris Hieronymus desumit 735.a  
scripturarum ex intelligentia celebre nomen habet  
Hieronymus 779.a  
scriptura sacra vt Gothica lingua Constantinopoli  
legeretur, permiffum 228.a  
scripturas sacras tradi sibi volunt Diocle. & Maximi.  
981.b  
scripturæ diuino miraculo seruantur 982.a  
scriptores, Chrysofom. sex libros aduersus Iudæos  
704.b de sacerdotio lib. 6. ad Stagiriū tres de in-  
comprehensibili & dissimili, & sex de introducti-  
tius 707.a Chrysofomi libri de sacerdotio citati  
654.b 655.b & alia item b  
scriptor. Chrysofomus epistolis Constantinopoli-  
tanos instruit exul 721.b  
scripta S. Præiecti 622.b Polycarpus epistolā ad Phi-  
lippenfes scriptit 647.b  
S. Sebastiani martyris gesta 449. eiusdē insigne mar-  
tyriūm 467.b  
sebertus Orientalium Anglorum rex 131. b  
secretarium 15.b  
secundiacensis parochia 59.a  
seditiosi idololatræ qui quas vbi pœnas dederint  
1108. b  
senuphius monachus precibus victoriam Theodo-  
sio à Deo impetrat 764.a  
de septem dormientibus viro mirabilis S. Eduardū  
135.b  
sepulcræ curam gesserunt sancti 65.a  
sepulcræ locum sibi deligunt sollicitè etiam sancti  
viri 946.a  
sepulcræ sua corpora mandari cupiunt sancti, in so-  
mnis ad hoc officium pios homines adhortantes  
528.a  
sepeliri Babylas vult cum catenis ferreis 600.b  
de sepulcræ quæ suis mandarit S. Ephræm 796.a  
sepeliri in Maiorum suorum possessione vult S. The-  
odoros martyr 921.b  
sepulcra extra ciuitatem esse, quod ea locus viuorū  
sit, voluit S. Vedastus 906.  
sepelire in basilicis mortuos, fuit quādo fas non es-  
set 42.a  
sepeliendi in suis ecclesijs prælati ex ecclesiastico ca-  
none 193.b  
sepeliri se extra templum humilitatis causa mandat  
S. Rembertus 862.b  
sepeliri in cœmeterio vult S. Ephræm 801.b  
sepeliendus non est in sancto loco impœnitens mor-  
tuus 386.b  
sepeliendi sacerdotes cum sacerdotalibus infulis  
mos 643.a  
sepul. sepeliri corpora episcoporum cum vestibus  
sacris solita 946.b  
sepeliri se preciosa in veste vetat S. Ephræm 796.a  
797.a  
sepulcra operosa repræsentā 220.b  
sepulcrū sibi S. Ephræm petit minis sumptuosam  
800.a sine cereis, sine aromatibus 800.a  
e 2 sepul.



sepultura quam sibi in horto Iamnes & Mambres  
mirificam extruxerunt 68.b  
sepultura iusta exoluunt sancti viri charis suis 492.b  
sepultura officium pium prisci Christiani defunctis  
exhibuerunt 550.a  
sepultura honorifica Christiani mandari soliti 19. b  
in sepultura Christianorum ecclesiastici ritus 270.b  
sepulcri honore prosequuti se Christiani, vigiliis  
spiritalibus adhibentes 204.a  
in sepultura Paulæ psalmi Hebræo, Græco, Latino,  
Syracico sermone personant 736.b Feretrum epi-  
scopi gestant, episcopi lampades & cereos præfe-  
runt ibid.  
sepultura Parthenij honorifica cum psalmis, hymnis  
& spiritalibus canticis 927.b  
sepulcra floribus spargendi mos 73.b  
sepulcra defunctorum corpora non mandare, im-  
misericordis censetur 740.b  
sepulcri martyres prohibiti à tyrannibus 864.b  
sepulcrum martyrum corpora Christiani 312. b 326.b  
562.a 569.a 1013.b  
sepulcrum vt officium S. Anastasio impenderent, à  
carnificibus corpus eius redimunt Christiani  
539.a  
sepulcro, iustis ipsi de more factis, conditur S. Luci-  
anus 158.b  
sepultura gloriosa honorati merito sancti viri 226.a  
sepultura S. Euthymij admodum honorifica 495.a  
sepulcra mandandum Iohannem elemosynarium  
duo episcopi defuncti locum dantes, miraculose  
medium excipiunt 589.a  
ad sanctorum sepulcra cerei accendi à priscis soliti  
305.a  
ad sepulcra sanctorum lampades appensæ 436.a 947.  
863.a  
sepulcra cum lucernis præclare exemplum 569.b  
sepulcra sanctorum floribus cereisque apportatis ve-  
nerantur Christiani 177.a  
sancta loca sanctorumq; sepulcra in veneratione ha-  
beri, eaq; orandi causa adiri, priscus mos 117.a  
sepulcri tremendi cancellos appellari, in quo S. Hila-  
rij corpus conditum vide 278.a  
sepulcra ad sanctorum demones torquentur 728.a  
miracula Dei virtute facta 239.a 590.a  
ex sepulcro S. Euthymij oleum promanans, morbos  
curat 498.b demoniacus apud illud curatur 500.b  
sepulcrum viuus ingressus S. Seuerus 811.a  
sepulcri violator diuinitus punitus 171.b  
sepulcro non condebant nobilium & martyrum cor-  
pora Aegyptij, quod redarguit Antonius 422. a b  
serapidis apud Pataras festum quale 1046.b  
S. serapion Sidonius 581.b  
serapion episcopo vestem legat Antonius 423.a  
serapion diaconus infestus Chrysofomo 710. b 712.a  
sergius martyr 539.a  
S. Seuerini Noricorum apostoli vita 159. a reliquie in  
Italiam deportata, & translata demum honorifi-  
cè in castellum Lucullanum prope Neapolim 167.a  
S. seuerini in honorem ecclesia extructa 353.a  
seuerini Auguensis abbatis vita 987.  
S. seueri Rauennatis episcopi vita 809.  
seuerus Sulpitius 164.b  
seueri hæresis affines monachi pœnas dant 259.a  
seuerus præses 96.b  
sextus proconsul Licinij persecutione 921.a  
Siccenfe territorium in Aphrica 28. b in parochia  
Carthag. episcopi 29.b  
siccitate flagellat nostra peccata nonnunquam De-  
us 485.b  
in Sicilia pœnarum loca 52. b

ficilia rex Carolus 747.a  
ficilia regis Gulielmi filia Constantia monacha nu-  
bit, dispensante Alexandro, Henrico Imp. 178.b  
figebertus rex 870.a  
figebertus rex Dagoberti F. 167. b 911.b  
figura quæ quibus pueris in puteum lapsis miraculo-  
sè impressa 1105.b  
figorum seu campanarum vsus 96.b  
silentium amplexi sancti, meditationi incumbunt  
154.a 445.a  
silentij & quietis perquam studiosus S. Euthymius  
477. 479.a 484.a  
silentium monachorum 475.b  
silentium quinque dierum per hebdomadam mo-  
nachi seruant 480.a  
simeon primus & vltimus iustus 836.a  
simeon vnde agnouerit matrem Domini 836.b  
simeonis Stylitæ mors quomodo Auxentio diuini-  
tatis innotuerit 1030.a  
simeonis Stylitæ vita 120. per quos authores scripta  
125.a b per spiritum cognouit S. Genouesam 106.a  
futura prædicit Theodosio postea cœnobiarum  
240.b  
simeonem orbis miraculum de recta fide cõsultat Eu-  
dokia 489.a  
similitudo à pictoribus petita 1.a  
simulacra demonum corruunt ad preces martyrum  
215.  
simonia vnde quomodo profligata 1072. b infigne  
muliebris fortitudinis exemplum 1063.a  
simulator quidam Christianissimus, quomodo & vbi  
diuinitus punitus 1103.a  
simulationis pernicies quæ 1039.a  
simulacrum Veneris apud Gazæos olim quale 1101.a  
finæ montis parum interemptio 324.b  
S. sifinnius diaconus à S. Marcello consecratus, eius  
martyrium 366.b  
sitim triduanam fert S. Macarius 69. a  
SS. Sixti & Sinicij templum 305.a  
Slesuici ecclesia apud Sclaus 860.a  
Solitudinis magno desiderio tenetur D. Chryso-  
stomus 655.b  
sol quantum fuerit Adriano Imperatorij deus 1034.  
sol & ignis, quanti sint Perfarum dii 1055.a  
solis statua quomodo per quem coram Adriano Im-  
peratore deturpata 1034.b  
solorum vrbs cuius pontificatu illustrata 1050.a  
solorum vrbs laus & claritas 1054.b  
solenses quomodo per quem conuersi 1050. b 1051.a  
somnia 329 b 330.a  
somnia varia genera 641.b  
somnia de futuris sancti admonentur 531.b  
somnia breuissimum S. Ephrem 795.b  
somnia quemadmodum represserit & moderatus  
sit D. Chrysofomus 656.a  
somnia vt vincat, viginti diebus infomnis perse-  
uerat S. Macarius 68.a  
in somnis apparuisse pijs hominibus sanctos legas  
157.  
in somnis diuinæ visiones ostense 386.a  
in somnis visio Terebonis 476.b  
sophistæ crudele inuentum 155.a  
sophronius 572. b 579.a  
sophronia vitam Marcellæ imitata 778. b  
Spatha 21. a b  
spatiani saltus qualis locus 469.a  
à spectaculorum vanitate reducitur Imp. Popponia  
admonitione 633. b  
speusippi, Eleusippi & Meleusippi martyrium 392.a  
spiritus sanctus cum patre & filio Deus vnus 37.a  
spi-

spiritum sanctum impugnavit Macedonius 3. b  
spiritus sanctus ignis specie corpus Christi in altari  
eleuatum circundat 14. b  
spiritus sancti donum lege non constringitur 280. b  
spiritus boni à malis vt queant internocti 407. b  
409. b  
spiritus ex Deo esset necne, quo ductus S. Simeon no-  
uum viuendi genus sequebatur, obedientia pro-  
batur 226.a  
spoleum & Beneuentum Adelhardus ad concordia  
reuocat 80.a  
sponsæ annulus datus 436. b  
sponsalia per religionis ingressum irrita facta 1066.a  
spretus Tribunus 366.a  
Stamfordbrig in Anglia loci nomen 138. b  
stationem solennem in carcere celebrat S. Fructuo-  
sus 515.a  
statua Veneris quanti Gazæos olim habita 1101.a  
statuarum gentilium & imaginum sacrarum quale  
aut quantum discrimen 1042. b  
stephanus papa martyrum agones conscribi curat  
424. b  
stephanus vt sanctorum reliquias inquirat 425. a b ec-  
clesiam renouauit quæ ad Apostolos dicitur ibid.  
stephani & Teclæ collatio 1080.a  
stolam indefinenter primo ordinationis anno diaco-  
ni gestare soliti 334.a  
stola candida episcopus induitur 15. a  
stratonici & Hermylly martyrium 267. a  
S. stratonicus Rhegij 226. b  
studia quæ quibus præponenda 1027.a  
Subdiaconus 22. b 276. b  
summa de casibus conscientia à Raimundo scripta  
147.a  
summa aut summarium totius sacrae scripturae, ex  
Onesimi sententia, quæ aut quod 1040.a  
superbia in rectè factis periculosus scopulus 323. b  
superbia quis fructus 740. b  
superbia malorum omnium causa 385. b  
superbia castigata & sanata 164. b  
S. Iulpij Pij Bituricensis episcopi vita 427.  
supererogationis ad cacumina adspirat eremitæ qui-  
dam 962. b  
suppliciorum martyribus inflictorum varia genera  
846.a  
susceptores in baptismo 463. b  
in suspensiones qui sint maxime propensi 587.  
Syagrius fugatus & occisus à Clodoueo 254. a  
S. syluestri vita citata 78. b  
sylviniacum 56.a  
simoniacè ordinati priuantur sacerdotio 676.a  
symphorianus martyr 465.a  
symphorianus à patre baptizandus offertur 363. a  
symphronius præfectus vrbs 508. a  
synodo Ariminensi præualuit diaboli mendacium 273. b  
synodus Aurelianensis sub Clodoueo 301. b  
syn. Constantinopolitana 659. b  
synodi Gallicana crebre per Hilarium coacta 273. b  
synodus Chalcedonenensis 1021. b  
synodus magna Nicena vitur sententijs Patrum  
1025. b  
synodus in Gallijs sub Remigio 303. a ob Arrianam  
vt apparet hgesim.  
synodus Rothomagensis ann. dclxxxij. 944. b  
sardicense concilium abrogat canonem ab Arrianis  
conditum 691. b  
synodus apud Seleuciam 273. a  
Suphetanum concilium 41. a  
syrianus preses & iudex Diocletiani persecutione  
762. a

**T** Arasij erga refugam aliquæ mirabilis mi-  
sericordia 1073. a b  
tarasius quomodo cõtra quos excommu-  
nicatiõis seu autoritate sua vsus 1073. b  
tarasij mors & laus eximia 1083. a b  
tarasij ad tumulum miracula 1084. a b  
taurinenfis episcopus 52. a  
Teclæ & Stephani collatio 1080. a  
temperantia pij Marciani 1017. a  
tempestas quæ qui aliquando cessarit 1101. a  
tempestatum cause aliquando quæ quales 1101. a  
templum Gazense Christianum quo studio ædifica-  
tum 1104. & deif.  
templa idolorum Gazæ quot, & quibus dicta nomi-  
nibus 1101. b  
templa idolorum Gazæ olim quot aut qualia ibid.  
templis restaurandis & edificandis student pij & fan-  
cti 104. b 221. b 224. b 226. 341. a 571. b 905. a  
templa plurima extruit Eudocia 492. a Vuamber-  
tus pius comes 870. b  
templum mirificum extruit Clotildis à Clodoueo in-  
choatum 109. a  
templorum ad extructionem sumptus largitur Con-  
stantinus Imp. 922. b  
templi extructionem signo edito probat Deus 246. a  
templi ædificationem vrget Deus 224. b impediunt  
dæmones ibid. 221. b  
templa domus orationis vastantur à persecutoribus  
tyrannis 99. a  
templa diripuerunt etiam Arriani 420. a  
templa prophanant heretici 235. a b  
templa per Francos vastata 294. b  
templa in honore SS. extructa 301. b  
templum S. Agnes Romæ 510.  
templum venerandum S. Irenes & S. Anastasia, itemq;  
aliud S. Isidori à S. Marciano conditum 865. a  
templum in honorem Felicis Nolani extruit Pauli-  
nus 317. a  
templum S. Luciano ædificat S. Helena 153. a Isidori  
martyris Chij ciues extruunt 865. a  
templum S. Mauritij apud Aruernos 363. b  
templum S. Pauli Londonijs à Seberto post fidem  
susceptam extructum 132. a  
templum super S. Seuerini corpus extruit Childeber-  
tus rex 989. a  
templum S. Simeonis Stylitæ 127. a  
S. Theodori 224. a 1000. b  
S. theodoricus 115. a  
S. Timothei & Apollinaris ecclesia 305. a  
S. Vedasti in honorem templum 870. a  
templis in exornandis sumptibus non parcunt fan-  
cti viri 226. b  
templum ornat S. Basilius 10. b  
in templo tabulatum catechumenorum 924. b  
in templis separato à viris loco scemine sedebat 672. a  
templorum consecratio 231. a 396. b 480. b  
templa ab episcopis consecrata 41. a 446. b 840. a  
templa in honorem sanctorum consecrata 351. b  
templum sanctorum reliquijs consecratum 773. b  
templi Stabulensis solennis consecratio 638. b  
templa ad religionis cultum ædificata, honore pro-  
sequenda 297. b  
templa & diuinas congregationes frequentare, rem  
familiarem damno non afficit 588.  
templa orationis & deuotionis studio adeuntur vi-  
sitanturq; 103. a 105. a 115. b 168. 585. a  
templum ingressus S. Basilius, preces cum populo ne-  
cessario tempore fusurus 16. b  
templum Dei genitricis in monte Didymi cum po-  
pulo

pulo orandi causa conscendit S. Basilius 9. b  
 templa visitat S. Parthenius, confuetas in eis preces  
 peragens 926. a  
 in templo colloquijs vacantes, ab hac praua confue-  
 tudine quomodo abducti 588. a  
 templorum pia visitatio sanctis visitata 151. b  
 templa visitat nocte, nudis pedibus visitat S. Gudila  
 169. a  
 templum suum frequentatibus B. Maria auxilio ad-  
 est 850. a  
 templum primum querere, urbem aliquam ingres-  
 sos, antiquus Christianorum mos 333. a 347. a  
 templis tanquam in asylo belli tempore bona illata 307.  
 tentationes diabolicæ 1002. b 1004. a 1007. b 1008. a  
 tentationes quales diabolus immittit pie viuere me-  
 ditantibus 44. b 45. a b 745. a  
 tentationes immittit hominibus demon, vt à pro-  
 posito sanctitatis abducat 969. b 973. a  
 tentatio vehemens martyribus à cognatis inflicta se-  
 pe 449. a 450.  
 tergemini fratres Lingonicæ urbis Martyres 394.  
 testamentum episcopi 587. a  
 testamentum S. Ephrem 798. a  
 testamentum quale S. Fulgentij 42. a  
 retramphodos quid sonet 1101. a  
 Thebæis panes in sex menses & annum integrum per-  
 durant incorrupti 401. b  
 thebaid is monachi rectam fidem reliquerunt 30. b  
 thelica martyr fortissimus 982. b  
 themistagora, qui fuit frater S. Auxibij, quanta hu-  
 militas 1053. b  
 thenitanus episc. Byzacenæ prouinciæ 42. b  
 theodisti abbatis obitus 493. a  
 S. theodisti puella xv. annorum, martyrium subit  
 762. a b  
 theodebertus Francorum rex 350. b 353. a eius filius  
 Theobaldus 353. b 355. a  
 theodoretus episcopus Cyreni Simeoni Stylite fami-  
 liaris 123. a  
 theodorius in Italia Gothorum rex 31. a  
 S. theodorus in Tanaro 226. b  
 theodorus episcopus 266. a  
 theodosius Iunior Imp. quando & quàm mirè natus  
 & baptizatus 1098. a & quid in eius à baptisterio  
 domum relatione miri acciderit 1098. b  
 theodosius princeps & author cœnobiorum ad mo-  
 nasticen perductus à Marino & Luca 475. a  
 theodori ducis exercitus martyrium 918. a describit  
 hoc oculatus testis 920. b  
 theodosij Cœnobiarchæ vita 139.  
 theodosij cadem plangit Nilus monachus 318. b  
 theodosius Imp. 774. b  
 theodosius Imp. Senuphium monachum ad se vo-  
 cat 676. b  
 theodosium Imp. obiurgat Simeon Stylites 126. a  
 theodosius pseudomonachus, Chalcedonensi synodi  
 grauis aduersarius 486. b obit 488. a  
 S. theodulus 326. b  
 theologia luminare S. Basilius 3. a b  
 theophania 326. b 493. vide festum.  
 theophilus Alexandrinus episcopus Isidorum Pelu-  
 siotam persequitur 678. a & alios item pios vi-  
 ros 681. b eiusdem malignè in Chrysostronum ma-  
 chinationes 717. 718. a  
 theophilus aduocatus præsidij Sapritij S. Dorotheæ  
 condemnantis, credit in Christum 898. b  
 theophilus œconomus Adanæ ciuitatis, eiusque lapsus  
 & penitentia 847. a & seq.  
 theopolis Antiochia etiam vocata 127. a  
 thracon alit SS. martyres persecutione Diocletiani

366. a  
 thuribulum 535. a  
 thuribulum ad sacras cœremonias habent præsci 245. b  
 thuribulo & cereis obuiam itur episcopo 13. b  
 thuringiæ regnum 294. a  
 thuringiam subiugat Clodoueus 295. a  
 thymiamate vsi præsci Christiani 99. a  
 thynnus piscis 925. a  
 Timothei vita 520. peregrinationes 521. b Ephesiorum  
 episcopus 522. b  
 timotheus Aelurus conturbat Alexandriam, episco-  
 pum Proterium occidit 491. a  
 titulus pastoris in vrbe Roma 22. b  
 Tonfi capilli eorum qui clero adscribebantur 428. a  
 854. a  
 tondet caput S. Amandus in clerum adoptandus 908. b  
 tonsura monachorum 338. b 761. b 353. a 354. a  
 531. a  
 tormenta cur non metuant martyres 453. b  
 tormentorum varia genera & instrumenta 554. a  
 tormentorum, quibus martyres torti, varia genera  
 155. a 156. b 21. 23. 100. a 555. b 556. b 560. a  
 tornacum 910. a  
 torquatus Tuscig comes 22. b  
 Traditio patrum seruanda 422. a  
 traditiones sine scripto pro certis habentur in eccle-  
 sia 242. a  
 traditio ecclesiastica exorcizati olei & chrisimatis in  
 baptismo vsus 293. b  
 traditio Christiana, hymnos & psalmos in defun-  
 ctorum sepulchra decantare 220. a  
 traditores qui diuinas scripturas exurendas tradidê-  
 re 981. b  
 traiani Imp. 781. b persequitur Christianos b  
 traiani de Christianis rescriptum 786. a  
 traiectioni sedi præficitur S. Amandus 911. b  
 traiectionem castrum incendunt Nortmanni 174. b  
 translatio S. Ansberti ad monast. Fontanellense, qua  
 celebritate facta 947. a  
 translatio corporis S. Audoeni 945. a Eduardi regis  
 139. 140. b corporis S. Gudilæ 172. a  
 translata S. Gudila Bruxellas 176. a b corporis S. Eu-  
 thymij 495. b reliquiarum S. Timothei 522. b cor-  
 poris S. Remigij 306. a 308. b S. Simeonis Stylitæ  
 Antiochiam 126. b  
 transubstantiatio in eucharistia 290. a  
 trasamundi persecutio 36. b  
 trasamundi mors, cui Hildericus succedit, pacem ca-  
 tholicis reddens 39. b  
 treuerim incendunt Nortmanni 164. b  
 treueris ab Htinnis diruta 294. a à Francis item oc-  
 cupata ibid.  
 triangularis figuræ excellentia 90. a  
 tribunus aliquis simulatè Christianus, qui de impro-  
 uisò exultus 1103. a  
 tributum remittit Anglis Eduardus 134. a  
 trinitas 90.  
 trinitas vnus Deus 206. a  
 trinitatis fides summariè explicata 288. a  
 trinitatis diuiores & hostes heretici 804. a  
 trinitatis hostis Iulianus à sancto Basilio profiga-  
 tus 5. a  
 trudonis in abbacia exulat S. Eucherus Aurelianen-  
 episcopatu eiectus 114. b  
 tryphonis martyris vita 813. a  
 S. Turbon martyr 397. a  
 turpinus Aurelianens episcopus 114. b  
 Tychon mirabilem operum effector 589. a 590. a  
 tyranni cum blanditijs nihil proficerent, martyrum  
 constantiam tormentis tentant 156. b

Val-

**V** Albodonis episcopi Leodiensis laus &  
 strenuitas 835. a  
 valens Imperator 472. a  
 valens Imp. Arrianus 5. a 10. b  
 valens ecclesiam Catholicis ablatam dat  
 Arrianus 16. a  
 valentis filius Galates 11. a  
 valentis interitus 17. a 472. b  
 valens & Vrsatius Hilarij exilium & in Gallias redi-  
 tum qua fraude procurarint 272. b 273. b  
 valentinus necatur medio noctis silentio eiectus de  
 carcere 1016. a  
 valentinianus ad hospitalium extruccionem multa  
 largitur 11. a  
 valentinianus Basilium muneribus honorat 11. a non  
 secus ac parentem colit b  
 valentini episcopi Interamnensis passio 1014. a  
 valerianus & Gallus Imp. 936.  
 S. valerij Treuirorum episcopi vita 750. a  
 vasa sacra 484. a  
 vasa sacra in templis Christianorum 222. a 228. a  
 vasa sacra ad redimendos Christianos expensa 232. b  
 vasa sacra impendit captiuis redimendis S. Rember-  
 tus 860. a  
 vasa sacra Arriani temerant 420.  
 vasa in sacra contumeliosum Iuliani patrum gra-  
 uissimè Deus est vltus 607. b  
 vasconibus Euangelium prædicat S. Amandus 912. a  
 vaticiniorum varietas & vanitas 712. a  
 S. Valericus episcopus Augustanus 141. b  
 S. Vedastus 95. b  
 S. vedasti vita per Albinum 900.  
 S. vedastus ecclesiam Atrebatensem rexit annis xl.  
 905. b  
 S. vedastus ab Autberto & Audomaro episcopis trãf-  
 fertur 906. b 907. a  
 velum virginum sacrarum 806. b 510. b 884. a 806.  
 b 939. a 951. a  
 velum virginum sacrarum subtilissimum 952. b  
 velamen sacrum accipit à S. Audoeno Angadrifina  
 939. S. Gertrudis à S. Amando 915. a  
 velum accipit vidua Popponis mater 632. a  
 venantius S. Honorati frater moritur 373. b  
 veneficos quos quæ tandem secuta pena 635. b  
 venus cur ita foemina olim venerabilis 1101. a  
 venus quali effugit apud Gazaxos coli solita ibid.  
 venenis oracula quæ qualia, aut quàm fallacia ibid.  
 venetorum bellum cum Philippo Mediolanensi du-  
 ce 190. b  
 venetorum clades, & ad Venetam historiã pertinen-  
 tia 178.  
 veneti cum suis episcopis sæpe discordes 189. a  
 venetias Gradenis patriarchatus translatus ibid.  
 verbis lasciuus libidinosus animus ostenditur 732. b  
 verecundia bonorum operum mater 545. a  
 verina Augusta 769. a  
 vesperæ psalmodia 166. b 381. b  
 vestes sacre 365. b  
 vestes sacerdotales peculiare 223. a  
 vestitus sacerdotalis allegoria 855.  
 vestitus sacris induci apparent angeli 535. b  
 vestitus vilis Marcellæ 778. a  
 vestitus S. Antonij 423. a  
 vestimentum Antonio palma præbet 217. b & Paulo  
 219. b 220. a  
 vestitu superbie 554. b  
 victoriæ virg. encomium & certamen ergenti 986. a  
 victorinus martyr 465. a  
 S. victorini vitam S. Prætextus descripsit 622. a  
 viduæ quæ memoriam coniugis cum eorum sepul-

cris obruunt, repræhenfè 820. b  
 viduis spectatæ fidei & virtutis ad indagandam ino-  
 piam vtitur Laurentius Iustinianus 184. a  
 viduitatis laudem & commendationem scripsit D.  
 Chrysoftomus 656. a  
 viduitatis ferrea fornax, cuius mala nisi quæ passæ  
 sunt, scire aperte nequeunt 854. b 655. a  
 viduitatis Christianæ exemplum 777. b 819. b  
 viduæ insignis & singularis pietatis Quirina 178. b  
 viduitatis sanctæ exemplar insigne Anna 819. b  
 viduæ sanctimoniales Viennæ 64. a  
 viduis sanctimonialibus monachi præfecti ibid.  
 viduarum defensor S. Chrysoftomus 678. a  
 viennensis diocesis cœnobita 54. a  
 viennæ depredatio prædicta 65. a  
 vigiliæ nocturnæ 16. b 93. b 417. b 623. b  
 vigiliæ precibus & supplicationibus peragere viris  
 suadet, mulieribus id non permittit Chrysosto-  
 mus 667. b 710. b  
 vigiliæ nocturnæ à clero officio solito celebrantur  
 276. b  
 vigiliæ precibus & hymnis traduntur 994. b  
 vigiliæ nocturnæ à sanctis viris frequenter peractæ  
 110. a  
 vsigilia S. Ephrem 795. b  
 vigiliæ nocturnæ S. Genouesæ 105. b  
 vigiliæ suis commendat S. Ephrem 804. b  
 vigiliæ, orationes, ieiunia, Christianorum pie viuere  
 meditantium exercitia 99. b  
 vigiliæ nocturnæ ad SS. sepulchra & reliquias 510. a  
 514. a 884. b  
 vigiliæ defunctorum 165. b  
 vincen litus in Aphrica 32. a  
 vinctense concilium 41. a  
 vinum vt bibat, persuaderi Paulâ etiam grauissimè  
 ægrotan non potest 732. b  
 virdunensium episcoporum Catalogum scripsit Ber-  
 charius, rogatus à Dadone 634. a  
 virg. sacro velo insignitæ, vt Gertrudis à S. Amando  
 915. a  
 virginitatis encomium 818. a  
 virginitatis præstantia 665. b  
 virginitatis laudes scripsit D. Chrysoftomus 655. b  
 virginitatem singulariter amat Deus, nec est ea Chri-  
 sti per gratiam seruatu impossibilis 199. b 201. a  
 virginitatem seruandam Ignatius suadet 782. a  
 virginitatem, quod sponsa Christi sit, seruaturam se  
 Dorothea nuptias suadenti respondet 897. b  
 virginitatem filia quæ ad nuptias sollicitabatur, sua-  
 det per literas Hilarius 272. b 273. a  
 virginitatem amplexæ puellæ desponsatæ Antonij  
 hortatu 419. b  
 virginitatem repudiatis nuptijs sectantur Ansber-  
 tus & Angadrifina desponsati 938. b 939. a  
 virginitas corporis nihil proderit, vbi cordis ira &  
 simulas fuerit 202. b  
 virgines sacras consecrat episcopus 103. a  
 virginum sacrarum velamen sacrum 951. a  
 virgines multæ sacra velamina suscipiunt Constan-  
 tiæ exemplo 510. b  
 virgines velo sumpto sic parietibus conuixisse 951. a  
 virginibus sacris velum ab episcopo imponi solitum  
 806. b  
 virginem Angadrifinam velat episcopus Audoenus  
 939. a  
 virgo velum sumit parentibus ignorantibus & inui-  
 tis 951. a  
 virgines sacre spiritalem matrem habent 103. a  
 virgines sacre, religioso habitu indutæ 106. a  
 ad virgines sacras epistola S. Remberti 859.

virgi-

IN TOMVM PRIMVM

virginum violatio quantum fit scelus 1032.a  
 virgines sacræ à dæmonibus varijs laqueis petuntur 404.b  
 virgo virili habitu sumpto, virorum ingressa monasterium 928.b  
 viromanduorum comes Heribertus Carolū Francorum regem capit 877.b  
 virtutum quadriga 76.b  
 virtus animos magis quàm quæuis cognatio coniungit 531.a  
 virtutes preciosissimæ opes 81.a  
 virtutes è calamitate quales & quàm variæ 1103.a  
 virtus possessorem vt lucerna ferentis ostendit 241.a  
 virtutis comes & pedissequa fit gloria, non domina 190.a  
 visio S. Basilij 9.b Brituualdi episc. 129.b S. Eduardi 130.a Ephrazm adhuc pueri 759.a S. Theodori ducis 919.b  
 visio fratris cuiusdam in obitu Ermenoldi 146.a alterius cuiusdam ibid.  
 visio in obitu S. Honorati 379.b  
 visio tristissima S. Antonij 420.a  
 visio Eugendo puero oblata 57.a 58.a  
 visio S. Porphyrij 1089.b 1098.a  
 visio morituro oblata 63.a  
 vitæ nostræ fallacia 455.b  
 vitæ præfens, vitæ, item mundinis comparata 717.a  
 vitæ res molesta & planè carcer 823.a  
 vitæ amor, scelera omnium incentiuum 451.a  
 vitæ solitaria, egregia adiutrix ad philosophiã 240.a  
 vitæ æternæ quæ retribuitur fidelibus merces est & gratia 326.b  
 vitas Sanctorum cur scribendas sibi putarint earum auctores, & quem fructum earum scriptio lectiove habeat 4.b 72.a 98.a b 280.a 471.b 570.b 955. 956. 981.a  
 vitæ æternæ via qua ratione angusta fit 1046.a  
 vitas Sanctorum sedulo legere, & apud alios narrare solitus Ioannes Eleemosynarius 581.b  
 vitas Sanctorum expendere animum ad virtutem incitat exempli memoria 412.b  
 vitæ admirabiles monachorum Aegyptiorum lectæ, mirificè affecerunt B. Fulgentium 30.a  
 vitæ Sanctorum tanquàm exempla nobis ad bene operandum propolitæ 471.b  
 vitas Sanctorum sibi imitandas Adelhardus proponebat 77.b  
 vitis martyriū legendis Anastasius Persa ad martyriū inflammatus 531.a  
 vitas quorundam Sanctorum descripsit S. Prædictus 622.a  
 vitalis monachi historia memorabilis 585.a  
 vitalis comes 20.a  
 S. vito 632.a  
 vitia contrarijs virtutibus curanda 385.a  
 Vlricus XVI. Abbas Brunfeningensis 141.b iubet scribi vitam Ermenoldi 141.b 145.b  
 vltionem suam differre Deus cur solet 611. 612.  
 vltio diuina cur in loca sepè & vrbes, & non in ipsos homines exeratur 609.a 609.b  
 vltio diuina in votifragum 470.b  
 Vnctio infirmorum 63.a  
 vnctio extrema morituri 191.a 627.a

SEQUENTEM INDEX.

vnctio extrema infirmorum Sacramentum 94.b  
 vnctioem extremam petit sibi dari Poppo 642.a  
 vnctioem sacram & Eucharistiã moriturus S. Rembertus accipit 862.a  
 voluptas pura non est vbi necessitas est 332.b  
 voluptates cur respuendæ, cum corporibus naturalis delectio sit indita 452.a  
 voluptatum contemptus quid præstet 452.a  
 volufianus S. Melanç patrius vrbs præfectus credit in Christum 774.a  
 voracitas immanis 67.b 957.b  
 votum virginitatis 807.b  
 votum virginitatis Deo factum 199.b  
 votum monasticum sacræ virginis 951.a  
 vota solennia religionis 150.a  
 votum monasticum quò tenebatur obstrictus Rembertus, episcopus factus persoluit 858.a  
 votum sub conditione 42.b 335.b  
 votum S. Eduardi regis 129.a  
 votum impleat an redimat consulens Pontificem Eduardus, redimere iubetur 131.a  
 votum parentum Andreç Fesulani episcopi 148.b  
 votum Hiero solymitanæ peregrinationis 337.a  
 vrbs Gazensis ante Porphyrium episcopi aliquot quales 1090.a  
 vrbs Gazensis seditio aduersus Christianos 1108.a  
 vrbiũ vera ornamenta viri pij & religiosi 220.b  
 vrũ quo successu in martyrem Leonem immisit 1035.a  
 Vuala Ludouici Pij intimus consiliarius 81.b Corbeien abbas 82.b  
 vuala successor Adelhardi 95.b  
 S. vualpurgis pater 927.b  
 vuadeltrudis neptis S. Gudilæ 168.a  
 vuamberus pius comes 870.b  
 vuandalorum grassatio prædicta 65.b  
 vuandali Galliam vastarunt 280.b  
 S. vuandregifilus 946.a 939.a monasterium Fontanelleũ construxit 939.b  
 S. vuandregifilus Pipini Ansegifilij filij nepos 941.b 942.a  
 S. vuandregifilij sepulcrum 947.a  
 vuaftron Franciç præfectus 945.b  
 Vuestmonasterij in Anglia priuilegia confirmantur 133.a b  
 S. Vuillebaldi pater Richardus Angliç rex 927. b  
 S. vuilibordus S. Amelbergam velauit 884.a  
 vuiterus pater Gudulæ 167.b  
 S. Vunibaldi pater Richardus Angliç rex 927.b  
 Vuoltani episcopi vita 445. moritur an. 1067. pag. 448.a  
 vultus animi imago 332.b. mentis speculum 410.b  
 virtutis nuncijs 680.a  
**X**eno dochium instituit S. Adelhardus 88.b  
 Xenodochium à S. Ainsberto extructum 942.b  
 Elus pro religioe Catholica S. Ephrem 796.a  
**Z**eno Imp. 475.b recuperat Imp. superato Baflisco b  
 Zoe fidelis facta ad S. Sebastiani prædicationem 451.a 457.a martyrio coronata 465.a  
 zophili festum 470.b

DE CIRCVN-

DE CIRCVNCISIONE

DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI, QVAE FACTA EST OCTAVO DIE: ET BREVIS LAVS

Magni Basilij, auctore Simeone Metaphrasste.



MBR A M quidem futurorum bonorum, non ipsam autem rerum imaginem, legem habere scripturæ, magnus pronunciauit Paulus. Quomodo enim pictores ad exemplar & ad formam animatam ad spectum intēdentes, primum quidem atramento, eius quod depingitur, speciem in tabula adumbrant: deinde diuersos colores artificiosè contemperantes, & adumbratæ figuræ adijciētes, primum exemplar referunt per imitationem, quæ fit ad imaginem: ita etiam lex spiritus, tanquàm ad viua exemplaria, & ad res, in quas non cadit interitus, intuens ad bona quæ sunt reposita in cælis, ipsorum quidem vmbas & figuras per Mosem & vetus testamentum, prius obscurè & exiliter descripsit: per Christum autem, & nouæ pietatis & veritatis dogmata, veluti floridiores & splendidiore coloribus, caelestium, & quæ sub ad spectum non cadunt, bonorum imaginem subijcit eorum, qui vidēt, oculis. Quomodo autem cum imago perfecta est coloribus, & suam accepit pulchritudinem, quæ prius delineata fuerat vmbra, deletur & euanescit: ita etiam cum quæ nunc absconsa sunt, in cælis postea reuelantur, ipsa quoque imago rerū cessabit & abolebitur. Sive enim, inquit, Prophetiæ abolebuntur, siue cognitiones cessabunt. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Quando autem venerit id quod est perfectum, tunc quod ex parte, abolebitur.

Postquam ergo vetera quidem præterierūt, noua autem facta sunt omnia: & vmbra quidem & figuræ sunt abolitæ, euidentes autem rerum imagines per gratiam spiritus & Apostolicam exortē sunt sapientiam: legis deinceps figuras & vmbas negligamus, ipsius autem rerum expressioris formæ curam geramus, & quod dicit diuinus Apostolus, eorum quæ retrō sunt, obliuiscētes, ad ea autem quæ ante sunt, nos extendentes, ex instituto persequamur brauium supernæ Dei vocationis: vt non simus amplius paruuli fluctibus agitati, & omni vento doctrinæ seu spiritus circumacti: neque, tanquàm infantes loquamur, aut sentiamus, aut cogitemus, quomodo Iudæi, qui infantilia sapiunt, aut desipiunt: sed in virum perfectum ad mensuram ætatis plenitudinis Christi perueniamus, peragendo & contemplando eius legem spiritualiter. Ad hoc enim vnigenitus Deus Verbum carne fuit indutus. Ad hoc Deus Dominus inter nos apparuit, se pro infante gerens, vt infantilem & imperfectam nostram cogitationem, ad sensum perfectum, & qui virum decet, transmutaret. Quamobrem legales quoque expiationes & obseruationes, & alias adumbratas traditiones, & octauo quoque die circuncisionem subiit is, qui est supra omnem essentiam. Quo factum est, vt cum in his debitum pro nobis exoluerit, ab omni legali seruitute, & quæ paruulis conuenit, nos liberauerit cōsuetudine. Erat enim necessarium & inuitabile mandatum circuncisionis, non solum quatenus est lege antiquior, & ab Abrahamo accipit initium, & ab ipso Mose & lege, & ijs qui deinceps sunt secuti Prophetis, confirmata est & deducta ad posteras generationes: sed etiam quod ea necessariò à Deo data signum melioris circuncisionis & spiritualis, in omnes suum iugum imposuit, donec eius legislator, cum æquè ac nos pro sua benignitate fuisset carnis particeps, & se ad aliorum demittendo similitudinem fuisset circuncisus, & deinde meliorem ostendisset circuncisionē, nempe eam quæ est in baptisate, eam deceterò, vt quæ esset imperfecta & inutilis, aboleret, & vt cessaret effecit.

Circunciditur ergo Iesus ex ea lege quam tulerat, die octauo: non vt doceret circuncidi, sed vt faceret cessare circuncisionem: vel potius, vt veteris quidem & inutilis cuelleret anticipationem, nouæ autem & salutaris aperiret potentiam: vt aboleret qui-

A qui-

quidam eam, quæ est secundum carnem: produceret autem eam, quæ est secundum spiritum: & illius quidem argueret imbecillitatem, huius autem ostenderet fortitudinem. Circumciditur Christus. Non enim venit ad dissoluendam legem tanquam alienam, sed tanquam propriam & à se compositam, eam re ipsa adimpleturus. Tanquam suum dogma & Dei mandatum venit adimpleturus literam, & spiritum prædicaturus. Et quomodo quispiam pictor optimus, cum in se, sicut dictum est, veritatis umbram prius figurasset, & ita imaginis expressisset pulchritudinem, per ipsam recta erigit & deducit ad archetypi exemplaris perfectionem, idque apertissimè atque diuinissimè. Etenim quæ est secundum carnem circumcisio, non describit solum & adumbrat peccatorum depositionem, & eam, quæ est in baptisate Christi, circumcisionem: sed etiam tanquam in umbra describit ipsam vniuersi resurrectionem & alterationem: per quam omnis carnalis hominum sensus & cogitatio circumciditur & execatur, & in aliam vitam transformatur. Huius veluti quædam obscura & adumbrata præfiguratio erat ea, quæ est secundum carnem, circumcisio. Quocirca ea quoque octauo die fuit primùm constituta, ut potè quod octauus dies, octauum, ut arbitror, seculum tacitè significet.

Circumcisio  
cur octauo  
die.

Cum ergò rerum imago, ut dictum est, & quæ est in spiritu circumcisio, nondum locum haberet, necessaria fortè est existimata secundum carnem circumcisio. Cum autem ea, quæ est in spiritu, per Christum manifesta fieret, per ipsum oportebat omnino quoque aboleri eam, quæ erat in carne, circumcisionem. Etenim si hæc circumcisionis, quæ in carne fiebat, & animalium sacrificiorum ratio aut lex fuisset perfecta, ut quæ posset perficere eos, qui illa ritè peragebant, ea nullo tempore aut modo potuisset dissolui: Verbum enim Domini, inquit, manet in æternum. Quoniam autem data erat ad pædagogicam institutionem eorum, qui erant habitu imperfecti & infantes, usque ad tempus correctionis, cum id, quod est perfectum, suo tempore refulsisset, oportebat omnino id, quod est imperfectum & minus, aboleri & supprimi: oportebat, oriente sole, lunam & stellas obscurari & minui, & aperta vera circumcisio & cultu, umbras veritatis imagines & figuras cedere.

Es. 40.

Propterea ergò Deus verbū, cum prius esset caro factus, hodiè octauo die in corpulo circumciditur, ut cum literæ debitum pro nobis exoluisset, legem spiritus, quæ manet in æternum, induceret: & id quod est minus, eo quod est præstantius, occultaret & teget. Propterea Sacerdotium quoque, quod est secundum ordinem Melchisedech, prælatum est Sacerdotio, quod est secundum ordinem Aaron: ut umbræ quidem cessarent, liberè autem ageret veritas: & ut legalium quidem traditionum imperfectio & infantia euanesceret, Euangelicorum autem dogmatum exoriretur perfectio & magnificentia. Idè cum Petrum quoque & Paulū diuinissimorum mystarum summos, & omnes sacros Apostolos & discipulos lege literæ prius instituisset, & exercuisset in ea, quæ est secundum carnem, circumcisionem, traduxit ad eam, quæ est in spiritu & baptisate, circumcisionem: ut cum etiam spiritum seruitutis per ipsos aboluisset, spiritum gratiæ & filiorum adoptionis per diuinum baptismum in nobis excitaret in Christo Iesu. Idè omnes quoque diuinissimos Sacerdotes, tam alios, quam Magnum quoque Basilium, eo tempore magnum in Ecclesia excitauit Sacerdotem, qui non corpore peruasit cælos, sed contemplatione & spiritu est primus sacrorum antistes, & qui erat in principio Deus, imitās Iesum Christum, & in velum ingreditur intimum, & illinc legum spiritus & dogmarum magnificentiam magno ore detonat, & legem literæ, eiusque, quæ est in carne, circumcisionis, angelica abolens & cessare faciens grandiloquentia.

Sacerdotiū  
nouæ legis.

Encomium  
Basilij Ma-  
gri.

Hic est Basilius, qui est magni & præclari nominis, qui est fax Catholice Ecclesie, qui Sol insignis veritatis, qui illustrat omnem terram radijs suæ Theologie, qui in actione est inimitabilis, & in contemplatione talis, ut ad eum nequeat vllus peruenire: qui vita perfectus, & sermone sapientissimus: qui virtutis est omnibus numeris absolutus, & in diuina & humana doctrina est planè consummatus & cui nihil deest: qui omni mundana sapientia & scientia prius exercitatus, eas deinde subiecit vestigijs discipulorum Iesu: qui omnem librum veterem & propheticum summè & sacrosanctè meditando perlegit, & per ipsos ad perfectissimam Iesu Christi fidem rectè deductus fuit & confirmatus: qui Euangelio quidem duce aut introductore vsus est ad pro-

ad propheticam veram cognitionem, diuina autem Prophetarum dictione ad sacri Euangelij accuratam notitiam: & per vtrunque sublatus est ad purissimam diuinitatis agnitionem. Hic est sublimis & excelsa Ecclesie Dei columna, luminare Theologie, ornamentum Hierarchie, patris homo verissimus, vniuersi nuncijs acerrimus, sancti spiritus œconomus & scriba fidelissimus, sapientiæ partus, plenitudo intelligentiæ, penarium cognitionis, ludus docendæ pietatis, sacri & diuini consilij eruditor, & Christi potentia & virtutis turris infracta & immobilis. Hic est, qui Dei timorem, & præceptum Domini, & virtutem omnes homines docet, magnus Basilius, Dei verbi tuba vel maximè regia, quæ suæ vocis magnitudine omnes fines orbis terræ comprehendit.

Hic est, qui eam, quæ est in spiritu & diuino baptisate, præclare prædicauit circumcisionem, & si vllus alius ex Theologis, cessare fecit eam, quæ est in carne, circumcisionem. Quocirca eius ad Deum è terra & corpore solutio & transitus, non casu nec temerè, ut inconsideratè existimauerit quispiam, inter diuinum Christi natalem & baptismum, concurrir hodiè cum Iesu circumcisione: sed quomodo in laudando & extollendo Christi ortum & baptismum, eam quæ fit in spiritu, circumcisionem extulit beatissimus in sacra eius commemoratione, ipse quoque dignus est habitus, qui vnà extolleretur per resolutionem ad Christum: & statutum est, ut annuis eo die honoraretur commemoracionibus & celebritatibus. Quamobrem sanctissimam eius memoriam hodiè vniuersa sanctorum Ecclesia, in omni parte vniuersi orbis terræ peragens & glorificans gratissimis Deo laudationibus, eum qui in sanctis suis glorificatur, simul laudat & glorificat Christum: ut quæ ab omni hæresi per ipsum fuerit liberata, totius autem pietatis dogmatibus confirmata: & ut quæ à cuiuslibet quidem, qui aliena sentit, doctrina fuerit liberata: soli autè Dominicæ fidei & doctrinæ se adiunxerit.

Dies resolu-  
tionis be-  
ati Basilij  
annuis ce-  
lebritati-  
bus hono-  
ratur.

Etenim per huius, instar tonitruum sonantem, Theologi linguam, attonitus quidem fuit & sublatus Arrius, Eunomius autem dissolutus, & tanquam ardentibus fulminibus, eius contradictionibus in cinerem fuit redactus & consumptus: Sabellius autem interiit & est deletus: & Macedonius quidem, qui aduersus sanctum spiritum insanijt, Basilij spiritu eiectus fuit & periit: Apollinaris autem amentissimus, & insipientiæ diuinis eius dictis conuincitur, & ad perpetuam transmittitur ignominiam. & ut semel dicam, quæuis enata zizania, & quæuis Deo inuisarum hæresum differentia, quas & longum ante ipsum tempus attexuit, & quas post eius ad Deum excessum tempus est editurum, omnes diuini Basilij theologie igni mandata, exuruntur & consumuntur, non minus quam holocausta & ara Eliæ & ligna, igne, qui per orationem fuit è cælo demissus. Hic excelsus Basilius, non solum Cæsarensium ecclesie, cuius etiam fuit creatus episcopus, neque suo solum tempore & suæ ætati, sed etiam omnibus vniuersi orbis terræ regionibus & ciuitatibus, & toti huic seculo, & omnibus hominibus fuit vtilis & maximè salutaris Magister.

Hereticorū  
profigator  
Basilius.

3. Reg. 17.

Atque quisnam quidem fuerit eius ab initio ortus & educatio, & quod studium in sacris disciplinis, quomodo autem à Græca disciplina transferit beatissimus ad Christianam philosophiam, & vita optima & oratione pulcherrima omnes ferè superauerit, tam qui ante ipsum fuerunt Philosophos, quam qui post ipsum, & dehinc quomodo ad sedem euectus Archiepiscopalem, & tanquam tota lucens lucerna positus supra candelabrum sanctæ Ecclesie, sacris, quæ actione exequatur, verbis vniuersum orbem terræ illustrauerit, & quemadmodum cum hæresiarchis & veritatis aduersarijs fortiter pugnant, tanquam lupos Arabicos à sacro suo grege expulerit: & cum impijs quidem decertans Imperatoribus, cum iniquis autem manus conferens Præsidibus, præclarissima victoriæ trophæa aduersus omnes erexit, & cum in bonis pascuis & pinguibus, & sacrorum miraculorum ostensionibus, verborumque & legum celestium ac diuinarum expositionibus, Christi oues tanquam bonus pastor ipse pulchrè paussit, & tanquam sanctus Pontifex, simplex, impollutus, à peccatoribus separatus, & ipsis cælis, si mihi quid est aucter dicendum, effectus altior, ipse in Euangelio esset multorum salutem operatus, postea ab hoc humili solutus tabernaculo, & in loco tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei, in voce exultationis & confessionis soni festum celebrantium peruasisset, cum primogenitis cælestis Sion filijs vnà accubuerit & cum eis quiescat: cum de his omnibus à sacris, ut arbitror, theologis

1  
Anima Ba-  
silij collo-  
cat in cælo.



<sup>2</sup> Gregorius Nazianzenus & Nyssenus, & Amphilochius dicit. <sup>2</sup> theologis sit fati's philosophatum, eaque fati's laudata fuerint, superuacaneū existi-  
maui de his loqui prolixius.

Nos autem glorificemus diuini patris memoriam: Hodiē hymnis & diuinitus inspiratis laudationibus Præceptoris virtutes celebremus, pro dignitate. Quicunque ab eo didicimus honorare virtutem, eum tanquam verum patrem honoremus, sicut debemus: vt qui in Christo Iesu nati sumus per Euangeliū, & ab eius doctrina internum nostri cordis hominem, tanquam Dei filij, habemus formatum. Quomodo autem honorabimus? Circuncidamus, non carnem quidē nostri præputij, vt vetus ille Israel, sed internum cordis hominem. Circuncidamus omnes occultas animi perturbationes & mentis, eas auferentes aut morte afficiētes, & vnā cum Christo prompto & alacri animo morte affecti, & simul cum eo crucifixi & consepulti in expoliatione corporis peccatorum carnis, in circūcisione Iesu Christi in baptismo, quomodo magnus quoque doctor nobis præcipit, & in alijs diuinissimis suis admonitionibus, & in exhortatorijs ad baptismū orationibus. Sinamus ergo eam, quæ est secundum carnem, circūcisionem. Resurgamus ad baptismum. Præcurramus vmbra, accurramus ad veritatem. Moſen despiciamus, ad Ioannem exeamus. Modò enim clarè sonat vox clamantis in deserto, & ad se conuocat orbem terræ. Modò vox præcurrit verbum, & pronubus sponſum: & nuncius Regis præmittitur, & præit ad dirigendas vias eius, & ad populum Domino præparandum, accedit ad Iordanem. Nunc Iesus postquam ex lege fuerat carne circūcisus octauo die, venit ad Ioannem triginta annos natus, vt aqua baptizaretur: vt cum literæ infantilem fecisset cessare circūcisionem, lege ita-  
tueret eam, quæ est in spiritu, perfectionem. Nunc magnus ille præco & præcursor, magna voce turbis præcipit in deserto, vt agant pœnitentiam, quoniam appropinquauit regnum cælorum. Vbi enim Rex, illic est omnino cum eo regnum. Quoniam ergo Rex cælorum ad aquam baptismatis appropinquauit, necessariò simul quoque cum eo aderat regnum cælorum. Nunc autem is quoque, qui nomen aut cognomen habet regni cælorum, post magnum illum Baptista, hodierno die, qui est dies suæ resolutionis, dum & commemoratur, & tacet & loquitur, omnes populos ad baptismum adhortatur. Paremus ergo vias Domini Dei nostri, dirigamus semitas eius. Christo omnium Regi, qui apparet in Iordane, corda digna reddamus per opera pœnitentiæ, & cum eo consepulti per baptismum, & in vitæ cōstituti nouitate, vnā cum eo conglorificemur & conregnemus in secula, Amen.

Circūcisio  
typus ba-  
ptismi.  
Ioan 1.

Matth. 3.

Luc 3.

Ibidem.

Basiliius di-  
ctus à rō  
basiliat, i.  
à regno.

DE BASILIO MAGNO, AVTHORE AMPHILO-  
CHIO ICONII EPISCOPO: SED OB STYLI TVM BARBA-  
riem, tum obscuritatem, quo interpres incertus vsus est, hic paulo Latinius pleraque omnia  
reddidimus, nihil de industria mutata sententia, sed additis non paucis ex ve-  
tustis manuscriptis libris, quæ in excusis desiderantur.

PRAEFATIO AMPHILOCHII EPISCOPI.

**N**ON potest videri iadecorum, dilectissimi, si fideles & probi filij pa-  
tris obitu doleant: immò verò eius causa etiam lachrymari par est:  
quemadmodum etiam omnes nos hucusque, dolore perurgente,  
fecimus. At postquam lachrymarum, vt scriptum est, caliginem de-  
tersimus, & ad obsecrandum omnium nostrum verum Deum eum  
gratiarum actione nos contrulimus, necessariam putamus memo-  
ratu digna, veraque & insignia patris & præceptoris nostri Basilij  
miracula scripturæ tradere, nè per temporariam afflictionem profunda obliuione  
obruatur. Cum enim tres admirabiles & sacratissimi viri, Gregorius Theologus exi-  
mius, Gregorius Nyssæ episcopus \* memorabilis, atque Ephræm beatissimus, diuersis  
eum epitaphijs illustrarint: visum est & mihi tanquam abortiuo, vt verbis vtar Aposto-  
li, quæ ab ijs venerabilibus patribus in illorum narrationibus, quas in manibus habeo,  
prætermissa sunt, adijcere, vti hoc ipso ceu integer filius optimo parenti debitum  
perfoluam. Si enim ea vis est nubium, vt possint solem obtegere: multo facilius eius-  
modi temporalis plaga bonas rerum gestarum explicationes siue narrationes obscu-  
rare

\*admiran-  
dus  
1. Cor. 15.

rare obliuione potest. Iam igitur facta conquestione, dicere & commemorare ag-  
grediar, quippe qui partim præsens adfuerim, quemadmodum magnus ille pastor  
noster, toto celebratus orbe, qui cum cælestibus Virtutibus miscere colloquia con-  
suevit, angelicoque; sanctus est ministerio, grandiloquus Ecclesiæ prædicator, solida or-  
thodoxorum dogmatum columna, earum que sunt, rerum naturam explicarit, sacro-  
sanctæ Trinitatis hostem Iulianum apostatam profigarit, Valentis os blasphemum  
oppresserit, Arrianorum expugnarit cacodoxiam, siue prauam opinionem, Christiano-  
rum planè confirmarit orthodoxiam, rectamque; sententiam, pastor destinatus Ecclesiæ  
populi, regali ornatus sacerdotio, ouium Christi aries, diuinæ fidei doctor gloriosus, &  
viuens & vita sanctus magnis claruerit miraculis, eius oratio, vt dictum est, Iuliani  
Deo inuisi, extollentis in altum cornu, & loquentis aduersus Deum iniquitatem, facta  
corripuerit vel eliserit: denique vt Valens indignè arrepta Imperij purpura, & prauæ  
Arrianorum opinionis patronus, venerit ad eam, quæ apud nos est, illustrem Cæsa-  
ream. Sed iam ordine ab eius natiuitate ad finem vitæ vsque, illius virtutes narrare  
tentabimus.

VITA S. PATRIS BASILII MAGNI, CAESAR-  
REAE CAPPADOCIAE ARCHIEPISCOPI,

authore Amphilochio.



**B**asiliius itaque; solus, vt ita dicam, in terris æquabilè & decen-  
tenti dictis & factis sectatus est viuēdi rationem, vitam suam  
ad diuinæ sapientiæ præscriptum componens, omnia sua  
Christo dedens, sed & animā & corpus, sermonumque; ma-  
gnus, quibus gentiliū errores perindè atque araneorum te-  
las dissipauit. Cum puer esset septennis, à parentibus adhi-  
bitus est studijs literarum: quibus quinquennium vacans, Traditur  
ingenij bonitate magnos in philosophia fecit progressus. literis,  
Indè relicto paterno solo, erat autem natione Cappadox,  
Athenas se contulit sermonum parentem: cumque; esset ca-  
stitate, cōtinentia, multaque; abstinentia ornatus, in discipli-  
nam Eubulo Græcæ sapientiæ magistro se tradidit. Atque; ita ille se doctrinæ dedit, ipsis  
etiam præceptoribus admirandus. Cōdiscipulos autem habuit Gregorium Magnum, IANVAR. I.  
postea Nazanzenum episcopum, qui etiam Cōstantinopolitanæ sedis clauum tenuit. itemque; Sed Roma-  
Iulianum à teneris annis Christianum, atque; Libanium. Porro secum ipse cōstituit, vir num calen-  
omnium admiratione dignus, nihil neque; panis neque; vini sumere, donèc diuinitus id il-  
li præstaretur, scire vt posset diuinæ sapientiæ arcana. Versatus igitur in literis annos darium ha-  
quindecim, Græcamque; omnem philosophiam percurrens, ad extremum etiam Astro- ber cum 14,  
nomiam, atque; optima quæque; colligens, nec tamen per hæc inuenire valens omnium Iunij.  
conditorem, cum nocte quadam vigilaret, diuinus quidam fidei splendor eum inflama-  
mauit, vt totius religionis scripturam peruestigaret. Surgens itaque, in Aegyptum pro-  
fectus est: adiensque; Archimadritam Porphyrium nomine, petijt ab eo sibi suppedita-  
ri sacros codices, è quibus diuina posset dogmata capeſſere. Ea re impetrata, mansit il-  
lic, oblectans sese diuinorum meditatione sermonum, & aqua herbisque; victitans. An-  
num autem ibi demoratus, verbumque; veritatis fide considerans, in eius perſcrutatio-  
ne permansit. Postea verò Hierosolymam orationis causa se dimitti petijt, simul etiam  
vt eius loci miracula videre liceret. At ille fusa super eum oratione, dimisit eum. Vt  
verò eò peruenit, vbi Græcæ philosophiæ erat disciplinis imbutus, coepit multis per-  
suadere philosophis, turbisque; gentiliū, viamque; eis salutis monstrans, offer-  
re illos Christo. Inquirebat autem præceptorem suum Eubulum, cuius erat ea in vrbe  
existimatio celeberrima, cupiensque; illi laboris. rependere vicem, nitebatur eum im-  
maculata fide imbueri, quippe qui ad eam capeſſendam non malè tendere videretur:  
eumque; cæteri omnes, qui se philosophiæ addixerant, veluti magistrum sectabantur.  
Querens autem illum passim per cuncta auditoria, in suburbio illū offendit, cum cæteris  
philosophis sermonē conferentē. Hoc enim apud illos in more positū erat, vel dicere,  
vel audire aliquid noui. Disputantē ergo illū Basiliius superueniēs repræhēdit: At illi quæ  
eū eo erant, Quis te, inquit, o philoſophe, repræhēdit? Tū ille, Aut Deus, inquit, aut  
Basiliius.

A 3 Agnoscens

IANVAR. I.  
Sed Roma-  
num calen-  
darium ha-  
ber cum 14,  
Iunij.

Traditur  
literis.

It Athenas.

Eius condi-  
scipuli.  
Alij Liba-  
nium volūt  
Basilij &  
Gregorij  
fuisse præ-  
ceptorem.

Abit in Aeg-  
gyptum.

Inuisit Hi-  
erosolymā.

Eubulus adhæret Basilio. Philosophia quid. Matth. 6. Johan. 5. Luc. 15. ibidem. Matth. 20. 1. Cor. 2. Eubulus credit. Vendit facultates suas, & eunt Hierosolymam. Agnoscens igitur Basilius, dimissis qui apud ipsum erant, illi adhæsit, & triduo nihil accipientes cibi, inter se cōquirebant. Sciscitabatur autem ex Basilio Eubulus, quæ sit philosophiæ definitio. Respondit Basilius, primariam philosophiæ definitionem eam esse, quod sit meditatio mortis. Admirans Eubulus, porrò percontatur, quis sit mundus. Ait ille: Qui est mundo superior. Nam tametsi suaues sunt mundi sermones, at tamen amarus valde mundus est illi, qui cum vitiosè complectitur. Alia est enim corporis voluptas, & alia substantiæ incorporeæ: nec quiquam simul utraq; potest perfrui. Nemo enim potest duobus dominis seruire. Veruntamen ut se virtus haberet, frangimus esurientibus panem scientiæ, & qui per malitiam sunt absq; recto, illos per virtutem ducimus sub rectum: si quem nudum cernimus, illum operimus, nec carnem nostram despiciamus. Hæc dicens, eumq; locutione parabolica exacuens, commemorando Saluatoris erga nos pœnitentes clementiam, tres catinos menti proposuit in vestibulo cogitationis: superliminare quidem portarum, virtutem adducentem prudentiam, fortitudinem, iustitiam, temperantiam: à sinistris verò suadela. Ex utraque autem eius parte intemperantiam, libidinem, ebrietatem, impudiciam, segnitiam, maledicentiam, garrulitatem, maleficia, & id genus vitiorum examen: eamq; pœnitentiam honestè consistentem, increpitantem & irridentem, leuem, aduersarios quidem obiurgantem, sed proprios nullos habentē populos. Porrò iuxta illam abstinentiam, intelligentiam, lenitatem, reuerentiam, timorem, clementiam, plurimq; bonorum frequentiam. Ipsius autem historiæ textus, menti quidē diuini intentæ adducit cautionem, auditoribus verò meliorum æmulationum occasionem. Hæc ergò ipse contempletus, benè affectus sum, atq; eò perductus ô Eubule. Sunt enim apud nos non figuræ nec ænigmata, sed ipsa planè veritas, ducens ad salutem. Resurgemus enim omnes, alij in vitam æternam, alij in opprobrium & ignominiam sempiternam, adstabimusq; ad tribunal Christi, vti docent nos vocales admōdum propheta, Esaias, Ieremias, Daniel, Dauid rex, & diuinus Paulus, atq; post hos ipse etiam pœnitentiæ dator, & agonotheta siue præmiorum distributor, qui ouem quæ suam perditâ, & desertorem filium è patris sinu profugum, multas opes & seipsum quoq; prodigè perdentem, & postea fame afflictum atq; reuertentem sincerè amplexus est, & stola cãdida ornauit, preciosq; induit annulo: atq; etiam fratrem à peccatis immunem, sed indignabundum, horratu est illi tâquam fratri veniam dare: quod cum ille, stimulante inuidia, facere contemneret, Dominus benignitate vincens eum suscepit. Idem ipse autem etiam parem mercedem reddidit ad vndecimâ horam venientibus, nobisq; pœnitentibus, atq; ex aqua & spiritu sancto renascentibus ea daturus est, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se.

His obstupescens Eubulus, ait: O Basili, cælestis demonstrator Trinitatis, per te credo in vnum Deum patrem omnipotentem, deinceps vsq; expectans resurrectionem mortuorum & vitam futuri seculi, Amen. Fidem autem meam hac ego ratione tibi restitam reddo: Res meas omnes tibi trado, & quod superest vitæ, si sic Deo visum erit, apud te transigam, atque ex aqua sancta & spiritu volo regenerari. Ad quæ Basilius: Benedictus sis, inquit, Dominus Deus noster ex hoc nunc & vsq; in seculum, qui in tua mente Eubule accendit lucem veram, & de multiplici errore transfudit te in cognitionem misericordiæ suæ. Quando verò, ut dicis, apud me permanere vis, indicabo tibi quemadmodum cōsulamus salutem nostram, nexibus huius vitæ nos expedites & explicantes. Vendamus facultates nostras omnes, & egenis distribuamus: ac deinde proficiscamur ad sanctam ciuitatem, visuri quæ illic sunt miracula, atq; apud Deum fidutiam nobis conciliemus. Venditis igitur, distractisq; & distributis rebus suis, comparatisq; solummodò vestibus ad sanctum baptisma necessarijs, ibant Hierosolymam, ingentem hominum gentiliū turbam Christo lucrificantes.

Cum venissent autem Antiochiam, ducti sunt in diuersorium quoddam. Porrò cauponis filius, nomine Philoxenus, assidebat portæ multum anxius: erat autem Libanij sophistæ discipulus: à quo acceperat versus quosdam Homericos prosa oratione reditos, quibus non mediocriter discruciabatur. Viso illo, dicit ei Basilius: Quæ huius tui mœroris causa est ô adolescens? Cui ille, Ecquid verò, inquit, mihi cōtulerit, si id tibi dixero? Insistente autem Basilio, & promittente quod non frustra diceret, indicauit ei & sophistam & versus, & quod hæc sibi esset materia doloris. Tum Basilius ad se versus acci-

accipiens, eorum dixit interpretationem. Stupens autem adolescens, & hilaritate perfusus, rogauit scripto sibi ea, quæ dixerat, digeri. Scripsit itaq; eorum triplicem explanationem. Latus puer cum illis abiit ad Libanium, offerens ei carminum expositionem. Ijs acceptis attonitus Libanius, Per diuinam, ait, prouidentiam, nemo huius tempestatis sapientum eiusmodi potest adferre interpretationem. Quis igitur horum nouus effector est? At puer: Peregrinus, inquit, quidam ad meam diuertens cauponam, promptissimè hæc mihi interpretatus est. Nulla ergò mora interiecta, cursu rapido Libanius diuersorium perijt, vidensq; Basilius & Eubulum, eosq; agnoscens, illorum necopinato aduentu exhilaratus, orabat nè dedignarentur ad ipsius ædes diuertere. Ea re impetrata, rogabat eos sumere lautiores epulas. At illi pro sua perpetua consuetudine parum panis & aquæ capientes, gratias agebant bonorū omnium largitori Deo. Eo cognito, Libanius quæstiones eis mouit, & rethorum sermones pertexuit: illi contra ei fidei sermonem iniiciebant. Sentiens Libanius verborū vim, Huius, inquit, rei necdum opportunū adest tempus: vbi Dei iusserit prouidentia, non erit qui obstat: plurimum verò mihi contuleris Basili, si hæc adolescentibus, qui apud me sunt, dicere non graueris. Celeriter igitur in vnum coactis iuuenibus, docebat eos seruare animi munditiam, & corporis inconcusam integritatem, incessum sedatum, pronunciationem articulatim distinctam, sermonem benè compositum, cibum & potum minimè perturbantem vel concitantem, erga seniores taciturnitatem, erga sapientiores auscultationem, erga illos, qui in dignitate sunt subiectionem, erga pares & inferiores charitatem non fictam: pauca dicere, capere plurima: verborum cauere temeritatem, fugere loquacitatem, non faciles esse in risum, studere verecundiæ, cum foeminis pro-cacibus nō suscipere disputationem, oculos humi depressos, animum ad superna erectum habere, vitare contentiones, magisterij dignitatem ne utiquam vsurpare, mundanos honores omnes pro nihilo ducere. Quod si quis vestrum, inquit, etiam alijs potest proficere, expectet mercedem à Deo, æternorumque bonorum retributionem in Christo Iesu Domino nostro. Hæc cum apud Libanij discipulos dixisset Basilius, illique omnes non sine admiratione audissent, cum Eubulo coeprum carpebat iter.

Ut autem peruenerunt Hierosolymam, omnia sacra loca fide & dilectione perquirantes, & in ijs Deum qui est super omnia, adorantes, Maximo eius vrbs episcopo innorefcunt: ad cuius se pedes abijcientes, rogabant diuinum sibi conferri baptisma siue regenerationem in Iordanis flumine. Quos vbi ille sanctus episcopus vidit, cum esset insigni humanitate præditus, illorum annuit precibus, venitque cum fidelibus viris ad Iordanem: ibi tum Basilius in ripa consistens, humi se prostrauit, & cum clamore valido & lachrymis petebat à Deo aliquod suæ fidei signum ostendi: surgensque cum tremore, suis se vestibus spoliat, vnaque cum illis veterem exiit hominem: descendensque in aquas, orabat. Vnâ autem etiam sacerdos descendit, eumq; baptizauit. Et ecce coruscus ignis incidit super eos, atque ex eodem fulgure columba exijt in Iordanem, turbansque aquam, reuolauit in cælum. Eo viso, qui adstabant, timore correpti, glorificauerunt Deum: porrò Basilius baptizatus, exiit ab aquis. Admirans verò Item Eusebius Maximus episcopus Basilius in Deum amorem, orans induit eum resurrectionis Christi vestimentis. Baptizauit autem etiam Eubulum, vngensque eos sacro chrismate, tradidit illis viuificam communionem: rogauitque Basilius idem Dei sacerdos, ut orans cibum caperet: quod & fecit, dicens: Domine Iesu Christe, Deus noster, credo verbis euangelij tui, speroq; in benignitate tua cibum potumq; percipiens, aduersus diabolum nobiscū confligentem, ad futuram nobis sancti spiritus tui cooperationem. Stupens verò Dei sacerdos ad illius fidem, repetijt vnâ cum illis sanctam ciuitatem: vbi cum annū vnum fecissent, de cōmuni sententia venerunt Antiochiā. Et Basilius quidē sub Meletio episcopo illic diaconus ordinatus est, parabolicosq; sermones cum omnium admiratione edisseruit. At nō diū post cum Eubulo venit in Cappadociam regionem: vbi cum ingressuri essent Cæsareā, nocte per visum Eusebio eius vrbs Episcopo reuelata fuit eorū præsentia, quodque Basilius esset successorem habiturus. Is itaque excitatus, reuerendum ad se accessit archidiaconum, & quosdam venerabiles clericos: quibus cum visionem enarrasset, misit eos ad orientalem vrbs portam. Illis verò abeuntibus, obuiam facti sunt in vrbem ingredientibus: cumque ab illis conspecti & agniti essent, rogati sunt adire episcopum. Qui ut illos vidit intrantes, obstupuit ad visionis

similitudinem, & gratias egit Deo: simul etiam percontatus est ex illis, vnde venirent & quò haberent iter, quíve vocarentur. Ijs cognitís, iussit ministros eis mensam apponere. Ducti sunt ergò in insignem quendam locum, & apposita quæ ad corporis curam pertinerent. Eadem autem hora sanctissimus episcopus civitatis clerum conuocans, factam sibi à Deo reuelationem illis exposuit, qui vna voce dixerunt: Reuerà meruit hoc puritas vitæ tuæ, vt ex Dei voluntate indicaretur tibi, quis post te hierarchicam debeat ornare sedem. Nihil ergò hesitans, fac quod tibi visum est. Acciuit itaque ad se Basilius & Eubulum, cœpitq; cum eis scrutari scripturas: admiratusq; pelagus inhærentis eis sapientiæ, habens eos dextra lænaque sustentatores, non multò post excessit è viuís.

Eusebius  
episcopus  
obit.

Basilius  
creatur epi-  
scopus.

Missæ S. Ba-  
silij.

Psal. 70.

Eleuatio  
Eucharisti-  
æ in Missa.

Aseruatio  
Eucharis-  
tiæ.

Matth. 3.

Iudei viso  
stupenda.

Iudeus ad  
Christum  
conuertitur  
cum suis.

Conuenientes ergò episcopi, sancto spiritu id agente, Basilius elegerunt episcopus: qui accepta consecratione, regebat ecclesiam diuina fretus prouidentia. Elapso autem aliquanto tempore, rogauit diuinitus sibi dari gratiam, sapientiam & intellectum, vt proprijs sermonibus posset illi incruentum offerre sacrificium, & vt adueniret in ipsum spiritus sanctus. Post sex igitur dies velut in ecstasi factus, septimo die adueniente in illum spiritu sancto, cœpit ministrare Deo per singulos dies: (Interpres habet, ministrare: vnde satis constat, in Græco haberi *λετργεῖν*, quod nos vertere possumus, Missam facere, vel sacrificare) atque aliquo interiecto temporis spatio, fide & oratione cœpit propria manu ministerij (id est, Liturgiæ, sic enim euidenter apparet in Græco legi) mysteria scribere. Porro nocte quadam veniens ad eum Dominus in visione cum apostolis, propositionem panis faciens in sancto altari, excitauit eum, dicens ei: Secundum petitionem tuam repleatur os tuum laude, vt proprijs sermonibus offeras sacrificium incruentum. At ille non ferens oculis visionem, iurrexit cum tremore, & accedens ad sanctum altare, cœpit dicere, simul etiam scribere in charta: Repleatur os meum laude, vt hymnum dicat gloriæ tuæ Domine Deus, qui creasti nos, & adduxisti in vitam hanc: & cæteras orationes sanctæ liturgiæ, vel sancti ministerij. Et post finem orationum exaltauit panem, sine intermissione orans & dicens: Respice Domine Iesu Christe Deus noster de sancto habitaculo tuo, & veni ad sanctificandum nos, qui fursum cum patre sedes, & hic inuisibiliter nobiscum ades: dignare potenti manu tua tradere nobis, & per nos omni populo, sancta sanctis. Populus respondit: Vnus sanctus, vnus Dominus Iesus Christus cum sancto spiritu in gloria Dei patris, Amen. Diuidens autem panem in tres partes, vnã quidem sumpsit cum timore multo, alteram verò reseruauit, vt cum ipso sepeliretur: tertiam reposuit in columba aurea, eamque pendere voluit supra altare. Porro Eubulus & primi è Clero adstabant ad templi fores, videbantque, lucem intelligibilem in templo, & viros gloriosos & illustres candidis amictos vestibus: cumque audirent voces populi Deum glorificantis, & Basilius cernerent altari assistentem, stupescit in visione, corruerunt in facies suas, glorificantes Deum. Exeunte autem Basilio, ad illius pedes se deiecerunt: illoque sciscitante, quid sibi vellet isthac adoratio & illorum præsentia, indicauerunt ei visionem admirabilem, quam in templo vidissent. Tum ille gratias agens Deo sine intermissione, quod fecisset mirabilia, accersiuit aurifabrum, iussitq; confici columbam ex auro puro, in qua eam, quam diximus, reposuit portionem, suspendens eam supra mensam sanctam, in specie sanctæ columbæ illius, quæ apparuit in Iordane Domino baptizato. Eo peracto, orationem consolatoriam cœpit habere ad populum, conuenitq; in ecclesiam infinita multitudo, cui intererat etiam magnus ille Ephræm abbas, de quo postea referemus, quemadmodum demonstrante Deo viderit beatissimum patrem nostrum Basilius.

Quodam tempore diuina illo celebrante mysteria, Iudeus quidam se cen Christianus populo immiscuit, officij ministerium explorare volens, videretque in manibus Basilius in partes diuidi infantem: & cum omnes communicarent, accessit & ipse: dataq; est ei hostia, verè caro facta. Indè accepit & calicem sanguine repletum, vti reuerà est: illius quoque particeps effectus, vtriusque seruauit reliquias, & abiens domum, ostendit vxori suæ in dictorum confirmationem, narrauitque quid suis ipse oculis conspexisset. Itaque credens, quemadmodum re vera est, tremendum esse mysterium Christianorum, altera luce venit ad Basilius, postulans sine dilatione se Christi signo consignari. Sanctus autem episcopus nihil procrastinans, sed consuetam Eucharistiam offerens

offerens ei, qui vult omnes homines saluos fieri, baptizauit eum cum omni domo sua credentem Domino.

Entem quandoque sanctum virum muliercula adiit, & literas ab illo petijt ad regionis Præfectum, tanquam qui plurimum apud illum posset. Ille arrepta charta, scripsit Præfecto in hæc verba: Accessit ad me isthac inops muliercula, dicens literas meas habere apud te pondus: Si sic est, id fac ostendas. Tradiditque mulieri chartulam, quam illa obtulit Præfecto. At ille cum legisset, sic rescripsit: Tua causa, sancte pater, libens essem misertus mulierculæ, sed nò potui, eò quòd triburis subiaceat. Cui rursus Basilius ita respondit: Si quidem voluntas prompta fuit, at defuit facultas, tolerabile est. Si autem potuisti quidem, sed noluisti, Christus te rediget in ordinem inopum, vt vbi volueris, non possis. quod etiam re ipsa ita euenit. Nam non multò post, Imperatoris ira in illum concitata, in vincula coniectus est, pœnas illis pendens, quos iniuria affecerat. Tum verò preces offert Basilio, vt sua intercessione Imperatoris clementiam ipsi conciliet. idque sic factum est. Post sex nanque dies ab Imperatore iussus est vinculis absolui. Et ille quidem declaratam erga se clementiam intelligens, venit ad Basilius: & gratias illi agens, mulierculæ accitæ de suis facultatibus duplicarò restituit quod debebat.

Ea tempestate Iulianus impius Imperator bellum in Persas suscipiens, venit in partes Cæsareæ Cappadocum, obuiamque illi processit Basilius cum illis qui ei aderant. Quem vt vidit Iulianus, ait: In philosophia ego te excello, Basili. Cui Basilius, Vtinàm, inquit, philosophus esses: simul offerens illi pro benedictione tres panes hordeaceos: quos quidem Imperator voluit à satellitibus suis accipi, sed illi foenum reddi cum his verbis: Hordeum ab illo nobis datum, pabulum est iumentorum: recipiat igitur & ipse foenum. At Basilius illud suscipiens, ait: Nos quidem, ó Imperator, ea tibi obtulimus, quibus ipsi vescimur: tu verò ea nobis restituis, vnde bruta vitæ stant animantia: vltro quidem nos irridens, sed non spontè nobis hoc foenum in cibum conferens. Ijs Iulianus auditis, furore percitus, Huius, inquit, foeni alimentum sine subtractione dabitur tibi: at postquam edomitis Persis huc rediero, euertam vrbem hanc, eamque sic aratro profcindam, vt farris potiùs quam hominum ferax sit. Nec enim me clam est, vt te suasore populus ad eam proruperit audaciam & temeritatem, vt quam ego collocaram deæ à me adorata statuam, ille non ferens incantationem, penitus dissiparet & confringeret. His dictis, iter ad Persas intendit. Porro Basilius reuersus in vrbem, conuocata omni multitudine, exposuit eis quæ Imperator dixisset. atque huiusmodi sanè optimum eis proposuit consilium, dicens: Fratres mei, argentum ducentes pro nihilo, saluti vestræ consulite, vt si tyrannus superuixerit, muneribus eum placemus. At illi suas repetentes domos, singuli quæ habebant, ad eum suis manibus alacriter apportabant, putà auri, argenti, & lapidum preciosorum immensam copiam. Ille conspecta eorum alacritate & obedientia, reposuit ea in gazophylacio, inscribens vniuscuiusque nomen, aitque ad illos: Principum Dominus facile potest & illum atrectare, & vobis restituere res vestras. Mox verò præcepit clero & populo omni ciuitatis, vt cum foeminis & paruulis ascenderent in montem Didymi, in quo honoratur & colitur Dei genitricis venerabile templum: vbi tri-

duanum exigentes ieiunium, petierunt à Deo dissipari impij Iuliani propositum. Hoc cum illi precarentur, & in precibus corde contrito vigilarent, Basilius in visione multitudinem vidit cælestis exercitus hinc inde in monte, & in medio residentem quandam in throno præclaro in habitu muliebri, dicentemque viris eximijs, qui proximè illi adstabant: Vocate ad me Mercurium, vt eat ad interficiendum Iulianum, superbè blasphemantem Deum & filium meum. Sanctus autem eum suis armis adueniens, ea iubente velociter abcessit. Acciuit autem ad se eadem ipsa, muliebrem præ se ferens habitum, Basilius Magnum, deditque ei librum, continentem historiam creationis totius mundi, à dextris verò, hominis à Deo conditi. A fronte autem libri hæc erat inscriptio, Dic in finem: ad calcem autem creati hominis habebatur, Parce. Repentè verò expergefactus, timore & gaudio tenebatur. Non dissimilem cæsi Iuliani visum eadem nocte etiam Libanius sophista vidit, qui cum eo erat in Perside, quæstoris functus dignitate. Stupens igitur Magnus Basilius ad visionem, & cum solo Eubulo cuiuslibet signari. Sanctus autem episcopus nihil procrastinans, sed consuetam Eucharistiam offerens

Prophetia  
Basilij.

Iulianus ve-  
nit ad Basile-  
lium.

Contumeliam reddi-  
tior, pro gratia.

Minatur  
Cæsareæ  
excidium.

Basilius  
precibus  
pugnat cõ-  
tra tyranni-  
minas.  
Visio Ba-  
silij.

ditus erat, & eius arma afferuabantur, cum ea non inueniret, accersit custodem, perquisitque; ex eo, vbinam essent. Illo cum sacramento asseuerante, hora vespertina quo soleret loco ea fuisse: citra hæsitationem vllam pro indubitato habuit memorabilis pater noster Basilius, veram esse visionem: & glorificans Deum, qui non spernit in ipso confidentes, cum multa festinatione & gaudio ineffabili recurrit ad montem, cunctis etiamnum sopore correptis. Excitans autem illos, hortatus est vt precibus incumberent, atque hilari voce narravit eis diuinitus sibi factam reuelationem, de tyranno ea nocte perempto. Gratias verò agens Deo cum omnibus, redijt ad ciuitatem, adiensque sancti Mercurij martyrium, inuenit lanceam eius cruore madidam: rursumque cum omnibus gratias agens Deo, præcepit vt cuncti ad magnam ecclesiam accederent, participes futuri diuinæ liturgiæ, vel ministerij.

**De eleuati-  
one sacræ  
hostiæ di-  
cit.** Id verò cum fieret, & Basilius sancta eleuaret, non extitit eiusmodi signum, quale fieri consueuerat, putà vt columba moueretur, quæ cum sacramento Dominico perdebatur supra altare, & cum sanctum sacrificium eleuaretur, semper ter moueri solebat. Eo autem cogitante, quidnam hoc esset rei, vidit vnum ventilantium diaconum mulieri deorsum procumbenti innuere: deponensque eum ab altari, intra ecclesiam iussit custodiri: & ita cernens sancti spiritus aduentum, hortatus est omnem populum septem diebus ibidem in oratione permanere: porro diacono ieiunium & vigiliam indicit, & de ijs, quibus abundabat, iussit miserorum in opia subueniri: atque hoc pacto diuinitate placata, tum demum audere ad sacrum ministerium accedere. Vela etiam statim appendi iussit, præcipiens, si qua mulier visa fuerit extra vela se inclinare vel procumbere, ipso diuina mysteria peragente, eam foras poni extra ministerium vel liturgiam, & communionem priuari. Populis autem festa celebrantibus, & totos septem dies in ecclesia congregatis, ecce Libanius Iuliani quaestor fuga elapsus, venit Cæsaream: audiensque populum in ecclesia collectum, venit eò annuncians impium Iuliani tyranni obitum his verbis: Cum esset, inquit, ad Euphratem fluuium, & transacta nocte septima militum excubiæ cum custodirent, quidam ignotus miles cum armis aduenit, & lanceam validè vibrans, terribili impetu eum confodit, moxque abcedens nusquam comparuit: at miserimus ille horrendum in modum dirè vociferans, blasphemansque expirauit. Simul etiam per ordinem exposuit visionem, quæ ipsi nocte supra dicta oblata fuerat: aduolutusque genibus sancti pontificis, dari sibi postcebat Christi signaculum. Quod cum esset consecutus, sub eius telum receptus est. Postero die voluit magnus Basilius, vt singuli suas pecunias reciperent: at illi omnes vna voce dixerunt: Si mortali Imperatori eas elargiri volumus, nè vastaret vr bem nostram: multo magis immortali Imperatori Christo eas offerri conuenit, qui ab hoc excidio nos seruauit. Itaque in tua potestate sunt hæc omnia: fac inde, quicquid tibi præcepit Deus. Ille verò admiratus fidelissimæ plebis magnanimitatem, tertiam partem etiam inuitis restituit: de reliquo ornauit omne presbyterium cum ciborio, altare quoque auro puro & gemmis preciosis: & conuocans ciuim frequentiam, mensamque sacram sanctificans, tribus diebus iussit festa solenniter celebrari.

**Libanius  
narrat ce-  
de Iuliani.** Post hæc quidam gentilismi erroribus implicati, ad eum veniunt, eique dicunt: En tuis precibus ciuitatem nostram, nè deuastraretur, conseruasti, & templum Dei tui insigniter ornasti: superest vt quæ sint virtutes Dei tui, nos efficias certiores. Ille verò perpauca sermonibus ostendit eis salutis viam, certioresque reddidit, & catechizans baptizauit. Denique aduentante sacratissima Quadragesima, diuinam illam Hexæmeri operis explanationem populo proposuit, non absque plurimorum tum Iudæorum, tum gentilium ad Christianismum translatione.

**Ornat tem-  
plum Basi-  
lii.** Porro quidam ex ijs, qui ethnicismi erroribus adhuc tenebantur, & cum ijs Arriani, accusarunt eum apud Valentem Imperatorem, quòd Homousij fidem laudibus efferens, Arrianam hæresim respucet & abominaretur. Quibus inania sententibus Valens fidem adhibens, misit qui eum Antiochiam adducerent. Cum ergò Anastasius defensor Cæsaream venisset, & Basilio Imperatoris mandata indicaret, ait Basilius: Et ego fili ante paucos dies comperi, Imperatorem nullo iudicio præditis viris fidem commendantem, tres confregisse calamos, dum mei vellet exilij sententiam scribere, & veritatem obscurare. At calami nullo sensu præditi, eius inconstantem non tulere impetum, potiusque se confringi voluerunt, quam eius inseruire iniu-

**Accusatur  
apud Va-  
lentem.** stæ

**Basilij con-  
stantia.** stæ sententiæ: Veniens verò Antiochiam Basilius, sistitur iudicio præsidis: quo percontante, cur Imperatoris non amplecteretur fidem, respondit: Absit à me, vt veritatis viam deseram, & erraticam Arrianorum prauamque opinionem amplectar. Homousij quippe fidem à patribus accepi. Et quia Præses necem illi comminatus erat, dixit ei Basilius: Contingat mihi pro veritate huius corporis expediri vinculis, id enim iam pridem mihi in votis est. Vos igitur vestra nolite promissioni deesse. Præfectus autem beati viri constantiam & immutabilem sententiam aperuit Imperatori, dicens virum minis esse superiorem, inflexibilemque atque ab adulatione alienam habere sapientiam. Imperator igitur furore ardens, cogitabat qua illum morte afficeret. Et ecce filius eius Galates morbo corripitur, & à medicis vita eius desperatur. Mater autem Imperatori resistens, dixit: Malè disposuisti ea quæ à Deo sunt, & ecce puer moritur propter illam sacerdoti Dei iniuriam. Quibus auditis, Valens aduocat Basilius, eique dicit: Si vera sunt Deoque grata dogmata tua, precibus tuis filij mei ægritudinem depelle. Cui Basilius, Si amplexaris, inquit, Imperator, orthodoxam fidem, & Ecclesiæ restituitur vnitas & concordia, filius tuus viuere. Imperatore id promittente, Basilius sine mora pueri morbum releuauit. At prauæ sententiæ episcopi suam non ferentes ignominiam, si non victoria potirentur, persuaferunt Imperatori nè de sua opinione decederet, sed ipsorum religioni subscriberet, atque ita per ipsos puerum sanatum iri. Sed continuò in illorum manibus puer spiritum reddidit. Vidit hæc defensor, & postea ad Valentinianum Imperatorem retulit de Basilij virtutibus: quas ille admirans, glorificabat Deum, per ipsum defensorem multam illi largiens pecuniam, in vsu egenorum. Basilius autem Imperatoris magnifica dona recipiens, extruxit domos hospitalis languentium siue nosocomia, tum in vrbe, tum in quaque prouincia præfecturæ, in refectorem ægrotorum: in ijsque condidit grandem virorum, mulierum, puerorum multitudinem, curam illorum gerens, & tribuens quæ ad illos reficiendos pertinerent. Ijs verò cognitis, Imperator multa contulit ad illorum sustentationem, Christi sacerdotem haud secus atque parentem colens.

Helladius autem, qui illum sanctissimæ memoriæ virum vidit, & administer factus est miraculorum ab illo perpetratorum, atque etiam sedis successor post obitum eiusdem Apostolica memoriæ Basilij, vir admirandus & omni virtute instructus, commemorauit id, quod iam dicturus sum, apud me: Senator quidam (inquit) fidelis, nomine Proterius, loca sancta & venerabilia adiit, vt filiam suam illic consecraret & in monasterio collocatam, Deo offerret. Sed diabolus, qui ab initio homicida fuit, inuidens huic sancto proposito, vnum ex seruis illius in amorem puellæ inflammavit. Sed cum se sciret pro conditione indignum, qui aliquid eiusmodi attentaret, execrabilem quandam magum aggreditur, multam ei vim auri pollicens, si eius opera posset ea puella potiri. At ille se id efficere posse negauit: sed si vis, inquit, mita tam te ad dominum meum diabolum, qui te faciet voti compotem. Respondit ille: Quicquid dixeris, faciam. Et magus, Abrenuncias, inquit, Christo in scripto? Ait illi: Etiam, abrenuncio. Tum ille iniquus, Si isthuc, ait, facere non detrectas, ero tibi adiutor. Ego verò, inquit, facere paratus sum, tantum vt meo fruatur desiderio. Scripsit ergò iniquitatis administer literas ad diabolum, misitque illi in hanc sententiam: Quandoquidem mi domine non cunctanter in eam curam incumbendum mihi est, Epistola vt à Christiana religione homines abstraham, & tuæ adiungam voluntati, quò tua Magi ad diabolum. pars fiat auctior: en mitto ad te hunc, qui præsentem perfert literas, puellæ cupiditate inflammatus, petoque vt liceat ei adipisci quod appetit, vt & in illo gloriatur, & cum multa alacritate congregem alios, qui placeant tibi. Tradensque ei epistolam, ait: Abi, & tali noctis hora consiste super hominis ethnici monumentum, charitamque in aëra sustolle: aderuntque qui te perducant ad diabolum. Ille hilariter iussa capeffens, sublata misera voce, implorauit dæmonis opem. Mox verò adfuit principes potestatis tenebrarum, spiritalis nequitia; & lætabundi apprehensum miserè errantem, ad diaboli conspectum perducunt, monstrantque eum illi in sublimi throno sedentem, vallatum yndique turbis malignorum spirituum. Accipiens autem ille literas à mago missas, dixit ad miserum: Credis in me? At ille, Credo, inquit. Et abnegas Christum tuum? Respondit: Abnego. Tum diabolus, Perfidi, ait, estis



estis, vos Christiani: qui cum mea indigetis opera, venitis ad me: vbi autem, quod vultis, assecuti estis, abnegatis me, & reditis ad Christum vestrum, qui cum sit benignus & clementissimus, recipit vos. Sed manu tua scriptas mihi exhibe literas, quibus Christo tuo & baptismati vltro renunciatis, meque sponte in aeternum profitearis, & quod in die iudicii prae paratas poenas sempiternas mecum libens sis subiturus: & ita confessim efficiam te rei optatae compotem. Scripsit ille propria manu, vt erat postulatus. Nec mora, animarum corruptor draco tortuosus, misit fornicationis daemones, vt puellae animum iuuenis amore accenderent. Illa corruens in terram, coepit his vocibus compellere patrem: Miserere, miserere mei pater, quia dire crucior illius serui amore. Miserere viscerum tuorum, declara in me vnicam filiam tuam paternum amorem, & iunge me puero, cuius amore ardeo. Quod si id facere nolis, videbis me post paululum acerba morte exanimatam, & in die iudicii Christo pro me rationem reddes. Pater haec audiens, cum lachrymis dixit: Heu me miserum, quid accidit infelici filiae meae? Quis meum thesaurum furatus est? Quis meam filiam contaminavit? Quis dulce lumen meorum extinxit oculorum? Ego caelesti te volebam sponso coniungere, coeciue angelorum efficere, vt psalmos, hymnos, cantica spiritalia Deo caneres, denique per te saluum me fore sperabam, & tu lasciuos infaniens meditaris amores. Sed sine me, filia, sicut constitui, desponsare te Christo: non deducas senectutem meam cum dolore ad inferos, neque parentum tuorum nobilitati, ignominiae notam inuras. Illa vero patris monita ducens pro nihilo, instanter vociferabatur: Pater mi, aut meum comple desiderium, aut paulo post extinctam me videbis. Pater itaque praenimio deficiens animi dolore, & immenso meroore absorptus, amicorum quoque cedens consilijs, hortantium vt eius morem gereret voluntati, ne seipsam perderet, iussit fieri quod illa petebat, ne sibi ipsi exitium adferret. Adduxit ergo seruum ad filiam, tradensque eis omnem substantiam suam, dixit filiae: Vade filia vere misera. multum quandoque lugebis, cum te olim huius facti poenitebit, nec tamen mederi poteris. Inito igitur iniquo matrimonio, & eo mali daemones facinore perpetrato, cum non multum intercessisset temporis, animaduersum est a quibusdam, seruum illum non ingredi in ecclesiam, neque accedere ad immortalia & viuifica mysteria, dictumque est infelici coniugi illius: Nostin' virum tuum, quem tibi delegisti, non esse Christianum, sed a religione extorrem & alienum? Quod illa audiens, caligine ac meroore perfusa, humi se prostermit, suis sese vnguibus lacerat, pectus tundit & clamitat: Nemo parentibus non obediens, saluus vnquam fuit. Quis patri meo annunciabit ignominiam meam? Heu me miseram, in quantam me perditionis voraginem demersi? Cur in lucem edita sum, aut nata cur non continuo raptam sum? Ita eam plorantem cum cognouisset vir eius totus errabundus, accurrit ad eam, persuadereque illi voluit, rem se sic minimè habere. Illa vero ex eius verbis ad persuadendum compositis aliqua accepta consolatione, ait ad eum: Si vis mihi & miseram animam meam satisfacere, cras mecum pariter accedas ad ecclesiam, me praesente immaculata sumas mysteria: ita mihi erit satisfactum. Tum ille compulsus, dixit ei totius rei summam. At illa mox foemineam abiciens imbecillitatem, optimumque illi adhibens consilium, prope abit ad episcopum, Christi que sectatorem Basilium, clamansque aduersus impietatem, ait: Miserere, miserere mei sancte Dei: miserere mei sectator Domini, quae cum daemonebus commercium habui: Miserere, miserere mei, quae proprio parenti nequaquam obediui: remque vt gesta erat, per ordinem enarraui. Sanctus autem Dei vocans ad se illius maritum, sciscitabatur num se res ita haberet. At ille cum lachrymis: Etiam sancte Dei, inquit: quod si ego filere velim, facta mea clamabunt: coepitque etiam ipse a principio ad finem vsque prauas diaboli machinationes exponere. Ait autem ad illum sanctus episcopus: Visne reuerti ad Dominum Deum nostrum? Et ille: Vtique volo, inquit, Domine, sed non valeo. Cur ita, ait Basilium? Scripto, inquit ille, abnegavi Christum, & professus sum diabolo. At Basilium, Non sit, ait, tibi cura. Benignus est Deus noster, & suscipiet te poenitentem. Condolent enim ille iniquitatibus nostris. Coniunx aurem eius iactans se ad pedes sancti viri, Euangelicis verbis eum deprecata est, dicens: Sectator Christi Dei nostri, si quid potes, adiuua nos. Dicit vir sanctus ad eius maritum: Credis te posse saluum fieri? At ille, Credo, ait, Domine: adiuua incredulitatem meam. Et continuo apprehensa ma-

Amoris in  
fania corri-  
pit puellā.

Immorta-  
lia & viuifi-  
ca mysteria  
dicit Eu-  
charistiam.

Mar. 9.

fa manu illius, Christi que signum illi imprimens, & orans, in quodam loco interioris periboli siue ambitus eum inclusit, praescriptique ei quid ageret, & cum eo pariter etiam ipse laborem suscepit per tres dies. Quibus exactis, inuiscit eum, aitque illi: Vt habes fili? At ille: Multa, inquit, me Domine tenet defectio & angustia, nec ferre possum eorum clamores, terrores & ictus lapidum. Tenentes enim manibus chirographum meum, inculant me his verbis: Tu venisti ad nos, non nos ad te. Et Basilium ad illum: Ne timeas, inquit, fili: tantum crede. praebensque illi paucillum escae, consignansque eum Christi signo, & orans, inclusit eum: rursusque post dies paucos visitauit eum, & ait: Quomodo habes fili? At ille, Pater sancte, inquit, procul audio clamores eorum & minas, sed illos non video. Iterumque dans ei cibum, fusa prece claudens ostium, abscessit. Indè die quadragesimo reuersus, dicit: Vt tecum agitur frater? Et ille: Bene, inquit, habeo sancte Dei. Vidi enim te hodie in visu pugnantem pro me, & vincentem diabolum. Mox ergo vir sanctus more solito preces fundens, eduxit eum, adduxitque in cubiculum suum. Manè facto, conuocat sacrum clerum & monasticam vitam cultores, omnemque Christo amabilem populum, aitque ad illos: Filioli mei dilectissimi, omnes gratias agatis Deo: ecce enim ouem perditam debet pastor bonus reportare in humeris, & reddere sanctae Ecclesiae. Decet igitur etiam nos hac nocte vigiles permanere, & poscere eius clementiam, ne etiam in hoc opere victor euadat ille animarum perditor. Itaque populo alacriter congregato, per totam noctem cum pastore bono Deum deprecati sunt, cum lachrymis clamantes pro eo, Kyrie eleison: & mature cum omni populi frequentia accepit eum vir sanctus, tenensque eius manum dexteram, ducebat in sanctam ecclesiam cum psalmis & hymnis. Et ecce diabolus hominum perturbator, omni sua stipatus pestifera virtute accurrit, & inuisibiliter apprehendens illum, nitentur e sancti viri manibus abripere. At ille clamare coepit & dicere: Sancte Dei, adiuua me. tantaque instantia malignus ille aggressus est eum, vt etiam sanctum virum impelleret, trahens hominem. Conuersus autem vir sanctus ad diabolum, ait: Improbissime, animarum corruptor, pater tenebrarum & perditionis, non tibi tua sufficit perditio, qua te tibi que subditos affecisti, nisi etiam Dei mei tentes plasma? At diabolus ad eum: Praeuidicas mihi, inquit, Basili: quas demonum voces plurimi ex nobis, audiunt, clamante populo, Kyrie eleison. Porro vir sanctus respondit: Increpet te Dominus, satan. Et rursus ille: Praeuidicas mihi, ait, Basili. Non ego illum adij, sed ille venit ad me: Christo que abnegato, mihi professus est. Et ecce teneo chirographum eius, & in die iudicii ad communem omnium iudicem eum adducam. Tum vero Basilium: Benedictus, inquit, Dominus Deus meus: non deponet hic populus supplices in caelum manus, donec reddas chirographum. conuersusque ad populum, sustollite, inquit, in caelum manus vestras, clamantes cum lachrymis, Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison. Itaque sic permanente populo in horam multam sursum erectis manibus, in chirographum hominis illius per aera delatum, cunctis cernentibus, lapsus est in manus sancti patris & pastoris nostri. Suscipiens autem illud vir sanctus, & gratias agens DEO, gauisus est valde, & coram omni populo dixit ad hominem: Agnoscis frater haec literas? At ille: Immo, inquit, sancte Dei, meis manibus scriptae sunt. Porro Basilium illas discerpens, duxit eum ad Ecclesiam, dignumque fecit sancto ministerio, & communionem mysteriorum & munerum Christi: excipiensque omnem populum, refocillauit. Deinde cum hominem illum instruxisset, siue viuendi congruum canone illi tradidisset, reddidit eum coniugi suae, incessabili voce glorificantem & laudantem Deum.

Narrauit etiam aliud mihi idem vir beatus Helladius: Die quodam, inquit, diuino illustratus lumine sanctus pater noster & magnus Basilium, de nostra vrbe egressus fuit, nemini indicans quorsum ire instituisset. Exiens autem, coram omnibus dixit nobis: Filij mei, sequimini me, vt mecum pariter videatis gloriam Dei, & ex discipulis suscipiamus & admiremur magistrum. Postquam ergo ex ciuitate exijt communis pater noster Basilium, praesens hoc reuelante illi spiritu Dei, presbyter Anastasius, dicit que mulieri, quae nomine quidem eius dicebatur coniunx, sed vsu non nisi soror erat. Ego vado ad excolendum agrum, tu domina soror surge, & orna domum tuam: atque circa horam nonam, sumpto thuribulo & cereis, ito obuiam sancto Basilio archiepiscopo. venit enim, vt diuertat ad nos peccatores. Illa autem contremiscens ad eiusmodi ad-

Basilium dicit  
abolo deo  
tum homi-  
ne, vt Chri-  
sto recon-  
ciliabit.

Diabolus  
vinitur  
mancipiū  
suum sibi  
vindicare,  
sed frustra.

Presbyteri  
Anastasi  
mirabilis  
continen-  
tia & san-  
ctitas.

B

mirabi-

mirabilem sermonem, fecit quod erat monita. Erat enim virgo venerabilis vitæ & conuersationis, quæ iam quadraginta annos exegerat apud contubernalem suum, remque apud se tacitam habens, hominibus quasi vidua apparebat. Venienti autem nobis obuiam cum ea qua decebat reuerentia, & vt oportebat adoranti, primò quidem sanctus pater noster benè precatus est, deindè ait: Vt habes domina Theognia? Quæ expauescens ad sui nominis expressionem, respondit illi: Benè habeo sancte Dei. Et sanctus pater ad illam: Vbi est, inquit, dominus Anastasius presbyter, frater tuus? Cui illa: Maritus meus, ait, est, Domine, & iuit ad exercendam agricolationem. Et Basilius: Domi est, inquit: noli turbari. Obstupescens mulier ad has voces, & quòd se audisset nominatim appellari, tum etiam, quòd diuinus pater noster dixisset eam vocabulo coniugem, vsu sororem esse, tremore correpta est, & corruens in terram, clamauit: Sancte Dei, ora pro me peccatrice, quia res magnas & admirandas in te conspicio. Ille fusa super eam oratione, eorum omnibus dixit ei: Expande pannum inter vlnas tuas. Quod cum illa fecisset, iussit effundi carbones de thuribulo in pannum, ijsq; imponens incensum, nos antecedeat. Venientibus autem nobis ad domum presbyteri, occurrit etiam ille, osculatusque venerabiles pedes patris nostri, eumque in Domino salutans, ait: Vndè hoc mihi, vt veniat sanctus Domini mei ad me? Cui Basilius: Benè habet, inquit, quòd te inuenio discipule Christi. Veni, eamus ad peragendum sanctum Dei ministerium. Solebat enim & ille presbyter ieiunare quotidie, dempto sabbato & Dominico die, nec sumebat quicquam extra panem & aquam. Vbi ad ecclesiam ventum est, voluit vt presbyter faceret ministerium, siue liturgiam. At ille: Nòsti, ait, sancte Dei scriptum esse, minores à maioribus benedici. Et Basilius: Domine Anastasi, inquit, cum ceteris virtutibus tuis habeto etiam obedientiam. Tum ille acquiescens, accessit ad sanctum ministerium: & cum eleuaret viuificum corpus Domini nostri IESV Christi, vidit sanctus Basilius & quidam alij ea visione digni, spiritum sanctum descendentem in ignis specie, & tum ipsum presbyterum, tum sanctum altare circumdantem. Postquam autem communicauimus, gratijs Deo persolutis, abcessimus ad aedes presbyteri: & cum ederemus, dixit ad eum Basilius: Dic mihi, obsecro, vndè tibi hic thesaurus, & quæ est vita tua? Respondit presbyter: Ego, sancte Dei, homo peccator sum, publicis subditus tributis: & habeo boum iuga duo, quorum alterum ego ago, alterum mercenarius meus: & vnum quidem cedit in ministerium peregrinorum, alterum verò ad prestanda tributa. Mecum autem seruit hæc coniunx mea, ministerium impèdens tum egenis, tum mihi quoque. Ait verò sanctus Basilius: Voca eam sororem tuam, vt etiam reuera est: & explica mihi virtutes tuas. Dicit presbyter: Nihil in terris boni habeo, & omnis virtutis expertus sum. Tunc Basilius communis pater noster ad eum: Surge, inquit, & simul abeamus: duxitque eum ad quandam domus eius cellulam, & ait: Aperit mihi ostium. At presbyter, Nè, quæso te, inquit, sancte Dei, huc ingredi iubeas: sunt enim hic res domus necessariae. Et Basilius: Ego verò, inquit, ad hæc necessaria veni. Cum verò presbyter nollet clauis patefacere ostium, sanctus Basilius verbo illud referauit: ingressusque, inuenit ibi hominem leprosum, cuius iam multa corpus membra morbus exederat: nec quisquam nôrat eum illic esse præter presbyterum & sororem eius. Ait autem Basilius presbytero: Cur voluisti hunc tuum occultare thesaurum? Respondit presbyter: Domine, rabiosus est hic homo & contumeliosus, itaque verebar, nè sermo helaberetur. Cui Basilius: Bonum, inquit, certamen certasti erga illum: sed sine me nocte hac inserruire illi, & ego per te mercedem accipiam. Relicto ergò illo in cellula cum leproso, cuius morbi etiam vocem ademerat, clausoq; ostio, abcessimus. At ille vulnerum sanator preces pro eo ad Dominum fundens, & tota nocte obsecrans Deum, qui morbos & languores omnes curat, reddidit illum sanitati. Presbyter autem, qui nobiscum erat, ita ait: Gloria tibi Deus, qui fecisti voluntatem timentium te, deprecationem eorum exaudiens. Ecce enim medicus morbidum sanauit. Mox autem sanctus Basilius clamans ad ostium, produxit leprosum incolumem, nullam in corpore maculam habentem, distinctè sua prominentem verba, & Deum glorificantem. Hoc autem confecto miraculo, regressi sumus ad oppidum nostrum, cum gaudio laudantes & benedictentes Deum.

Iam porrò, fratres mei, quippiam referre volo de celeberrimo patre Basilio & Ephrem Syro, qui per visum didicistis, qualis esset apud Deum Basilius: quod equidem ex

Osculatur  
pedes Basili  
lij.

De Missa si  
ne liturgia  
dicit.

Heb. 7.

Leprosus  
horridus  
clam foue-  
tur ab Ana-  
stasio.

Leprosum  
illum Basili-  
us sanat.

ex homine sancto & minimè vano atque fallaci audiui. Est autem eiusmodi: Ephrem vir memorabilis cum esset eremi cultor, quodam sancti spiritus edoctus lumine, vidit hominem Basili amantem, eumque percontatus, cognouit ex illo admiranda illius sancti viri opera. Itaque sine intermissione petijt sibi à Deo reuelari, cuiusmodi esset Magnus Basilius. Vidit ergò in ecstasi columnam ignis, cuius vertex attingebat caelum, vocemque supernè allatam audiuit: Ephrem Ephrem, columna ignis, quam vidisti, Magnus Basilius est. Mox igitur adhibito sibi interprete, (nesciebat enim Græcè) venit ad magnam ecclesiam celeberrimæ vrbis Cæsareæ, ipsa sanctæ Theophaniæ sacra solennitate. & ingressus clanculo, conspexit Magnum Basilium in ecclesiam procedentem, aitque socio suo: Frustrà nos, opinor, mi frater, laborem hunc suscepimus. Hic nanque cum tali sit ordine constitutus, non est quem admodum per visum didici. Cernebat enim eum indutum stola candida, clerumque sacrum, qui iuxta illum erat, candidis amictum vestibus. Basilio autem procedente, ille stans in loco templi secreto, desperabat visionis ipsi ostensæ veritatem, ita secum dicens: Nos qui pora uimus pondus dici & astus, nihil consecuti sumus: & hic tantis stiparus turbis, tantaque præditus dignitate, ignis columna est? id mihi quidem prodigiosum videtur. Eo igitur talia secum agitante, sanctus episcopus mittit ad eum suum archidiaconum, dicens illi: Abi ad portam quæ respicit Occidentem, & illic in angulo templi inuenies abbatem opertum cucullo, & cum eo alium quendam barbatulum, statura humili: & cætera addidit, quæ ad eius vultum pertinerent: dicesque ei: Velis ingredi in presbyterium: vocat enim te pater tuus archiepiscopus. Beatus Ephrem vt per interpretem cognouit quæ dicebantur, respondit: Erras, frater: nos enim peregrini sumus. Abiens ergò archidiaconus, retulit hæc ad virum sanctum. Interè illo legente sacros codices, vidit sanctus Ephrem linguam igneam loquentem per os eius. Rursusque vir beatus dicit Archidiacono: Vade, & dic ei: Domine Ephrem, velis te intrò recipere in sanctum presbyterium. Obstupescens autem sanctus Ephrem ad visionem, dedit gloriam Deo, & flexo poplite, ait: Verè magnus Basilius, verè columna ignis Basilius, reuera spiritus sanctus loquitur per os eius. Petijt autem ab Archidiacono, vt ipsum excusaret: liceretque potius, expleto ministerio, in secretario eum salutare. Peracto igitur ministerio, sanctus Basilius intrauit in secretarium, & accito ad se sancto Ephrem, reddidit salutationem in Domino, dicens: Gratus nobis aduenisti, o pater eremico-larum, qui Christi sectatores in deserto multiplicasti, & dæmones in Christo profligasti. Sed quorsum Abba hunc tibi laborem sumpsisti? venisti videre hominem peccatorem: sed Dominus laborem tuum iusta mercede compenset. Respondit autem illi reuerendissimus Ephrem, & cum didicisset omnia quæ in illius corde suspicienda erant, vnà cum Abbate socio ex sanctis manibus eius communionem accepit: cumque eos Basilius cõuiuio excepisset, ait ad illum sanctus Ephrem: Pater reuerendissime, vnam abs te gratiam peto: fac, oro, vt ea mihi donetur. Cui Basilius: Dic, inquit, quid tibi velis: plurimum enim me tibi debere fateor, præcipue quòd ad meam vsque præsentiam accedere voluisti. Et reuerendissimus Ephrem: Scio, inquit, pater te facillè impetraturum à Deo, quicquid ab illo petieris: oroque vt preceris eum, præstet mihi Græcè vt possim loqui. Ad quod Basilius ita respondit: Rem postulasti, quæ meas excedat vires: sed quia cum bona fiducia petijsti, veni Abba colendissime & eremi magister, precemur vnà Dominum, potest enim is facere quod optas, sicut scriptum est: Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Simulque prolixè orantes, cum tandem surrexissent, dixit Magnus Basilius: Cur, domine Ephrem, non te pateris ordinari presbyterum, cum sis dignus & idoneus? Respondit ille per interpretem: Quia peccator sum. At Basilius: Vtinàm, inquit, talis ego peccator essem: addiditque: Flectamus genua, & cum essent humi prostrati, manus suas Magnus Basilius sancto Ephrem imposuit, eumque diaconum ordinauit: aitque illi: Iube nos surgere. Soluta igitur lingua eius, dicit sanctus Ephrem Græco sermone: Suscipe, salua, miserere, & custodi nos Deus gratia tua. Tunc nimirum impletum est illud Esaia: Tunc saliet sicut ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutorum. Eo igitur hora eadem Græcè loquente, Deum glorificârunt omnipotentem, preces orantium & timentium se exaudientem. Porrò tribus diebus spiritali iucunditate transactis, cum Basilius sanctus sacerdos interpretem quidem diaconum, Ephrem

Ephrem in  
spiritu quid  
de Basilio  
viderit.

Matth. 20.

Lingua  
ignea Ba-  
sili.

Psal. 144.

Ephrem sic  
diaconus,  
& accipit  
facultatem  
Græcè lo-  
quendi.  
Esa. 35.

Idem sa-  
cerdos or-  
dinatur.

verò presbyterum ordinasset, dimisit eos in pace, glorificantes Deum in omnibus, quæ audierant & viderant, sicut locutus est ad eos.

Ecclesiam  
catholicis  
ablatam,  
Valens dat  
Arrianis.

Basilium  
reperit.  
Psal. 98.

Arriani fru-  
stra sibi fo-  
res Ecclesie  
referant  
cantur.

Catholicis  
orantibus  
patet, un-  
ta fores.

Psal. 23.

Postquam à nobis discesserat Deo inuisus Valens Imperator, ipsemet illum pre-  
claram Constantinopolim, iterque facientem per Niceam, adierunt Arrianae heresis  
hexarchi siue duces & principes, petieruntque ab eo copiam orthodoxum Dei popu-  
lum eijciendi ex ecclesia doctrinae Catholicæ & apostolicæ, eamque tradendi Arria-  
nis. Itaque tyrannus ille, indignus purpura, quod abominanda heresis patronus esset,  
illorum precibus assensit: missaque militari manu, expulit fidelem populum, & dedit  
ecclesiam Arrianis. Multum igitur anxij pij omnes, noctuque diuque Deum deprecaba-  
bantur, nè sineret ecclesiam suam cedere in ius hæreticorum. Accessit autem ad eam  
urbem, putà Niceam, communis ecclesiarum defensor & aduocatus Basilius, vene-  
runtque ad eum Catholici omnes, clamantes & annunciantes ei illatam ipsi ab Im-  
peratore iniuriam. Quibus ille ait: Cessate à lachrymis filij charissimi: neque enim  
ad extremum permittet Deus, ut ita fiat, estote igitur longanimes, & Dei misericordi-  
am sustinete. Abiens autem Constantinopolim vir sanctus, ut vidit Imperatorem Va-  
lentem, ait ad illum: Scriptum est, ó Imperator: Honor regis iudicium diligit, & sapi-  
entia dicit: iudicium regis, iustitia. Quare igitur tuum imperium voluit eijcere ortho-  
doxos ex illorum ecclesia, & constituere in ea cacodoxos, homines deprauate senten-  
tiæ? Cui Valens: Iterum, inquit, ad contumelias reuerteris Basili? Isthuc minime te  
deceat. At Basilius: Me verò, inquit, pro iustitia deceat etiam mortem oppetere. Cumque  
inter se verba conferrent, ecce Demosthenes, epularum Imperatoris familiaris præfec-  
tus, hereticis dum vult patrocinari, blasphemias vomens, committit barbarissimum.  
Et Basilius: Etiam Demosthenem, inquit, vidimus sine literis. Sed cum ille adhuc in-  
staret: Tuum est, ait Basilius, de pulmentarijs cogitare, non dogmata diuina coquere.  
Et ille pudefactus, illico obmutuit. Ait autem Basilio Imperator: Abi, & iudicis inter  
eos fungere officio: non ita tamen, ut immodico populi tui amore ducaris, neque enim  
id par est. Et Basilius: Si iurè, inquit, poteris meum culpæ iudicium, & me iubero ire  
in exilium, & orthodoxos eijce, & ecclesiam da victoribus. Accepit ergò à Valente  
literis, profectus est Niceam, accitisque Arrianis, dixit: Imperator vult, ut negotij,  
quod vobis est cum orthodoxis ratione ecclesie, quam rapuistis, ego iudex sim. Tum  
illi: Iudica, inquit, sed ex sententia Imperatoris. Quibus Basilius: Claudatur, ait, ec-  
clesia, & tam vos quam Catholici obsignate eam: primique vos tres dies atque noctes  
expendite in precibus, & deinde si vobis ad ecclesiam euntibus illa patuerit, sit perpe-  
tuò vestri iuris. Sin minus, nos vnam vigilabimus noctem, & piallentes cum litania ibi-  
mus ad ecclesiam: & si nobis aperta fuerit, nos æternam eam obtinebimus. Quod si  
referata nobis non erit, sit vestra, vosque eam occupate. Placuit is sermo Arrianis: at  
orthodoxi contradicebant, affirmantes eum non æquam ferre sententiam, sed extor-  
tam metu Imperatoris. At verò multo studio clausa est ecclesia, vtriusque partis ho-  
minibus postulantibus, ut accuratissime & cautissime obseraretur. Orantibus igitur  
ex decreto Basilij Arrianis tres noctes atque dies, ac deinde venientibus ad sanctam  
Dei ecclesiam, & hærentibus ibi ab hora matutina vsque ad sextam, clamantibusque  
Kyrie eleison, non sunt reclusæ fores, at tandem declassati, inanes discesserunt. Ad quos  
sanctus Basilius: Fecistis, inquit, ut eratis iussi: sed ut audio, non sunt vobis aperte fo-  
res. Iam igitur etiam nos nocte vna agemus vigilias, & cum litania ibimus ad ecclesi-  
am: quæ si nobis quoque referata non fuerit, vos eam ex mea sententia vobis vsurpa-  
te. Tollens ergò vir sanctus orthodoxum populum cum mulieribus & pueris, exijt ex-  
tra oppidum ad sancti martyris Diomedis eadem: factisque ibi vigilijs & matutinis pre-  
cibus, produxit populū, cantans: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus & immortalis,  
miserere nobis: ingrediensque in vestibulum templi, vni etiam prius fecerant Arria-  
ni, dicit populo: Erigite sublimes manus in cælum ad Dominum, & prolixè clamate  
Kyrie eleison. Quod cum faceret plebs, sanctus episcopus illos cõsignans, iussit silen-  
tium fieri, terque signans fores templi, dixit: Benedictus Deus Christianorum in secu-  
la seculorum. Amen: populo autem pariter dicente, Amen, vi orationis contriti sunt  
vectes, deciderunt claues cum pefulis, ostia tanquam valido concussa vento patue-  
runt, & cum impetu quodam ferebantur ad parietes. Tum insignis ille Dei contem-  
plator irà præcinuit: Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introi-

introibit rex gloriæ, ingressusque in sanctum Dei templum cum omni orthodoxo po-  
pulo, diuinum fecit ministerium, ac deinde dimisit populum, cum gaudio & pace glo-  
rificantem Deum, qui non despicit in se confidentes.

Innumerabiles autem Arriani, eo comperto miraculo, renunciârunt prauæ opi-  
nioni, nostramque sunt complexi Catholicam fidem. Imperator verò ut rem gestam  
cognouit, respuit quidem Arrianorum prauè sentientium voluntatem: neque enim  
poterat Dei, & diuini patris nostri Basilij iudicium reprehendere: at tamen cordis  
oculis obtenebratis, instar multorum permanfit obstinatus & inflexibilis, neque se ad  
Dominum voluit conuertere: atque tandem infeliciter pugnans, in bello reddidit  
spiritum, palearum flammis concrematus in Thraciæ partibus, inde missus in poenas  
ignis æterni.

Fœmina quædam generis nobilitate & diuitijs pollens, cæterisque huius vitæ va-  
nitate excellens, cum quasi viduam se exhiberet, turpiter se dedit ventris inglu-  
uiei, rerum suarum admodum prodiga: nihil verò illi inerat ex his quæ placent Deo,  
sed instar porcorum in voluptatis cœno volutabatur. Tandem autem quandoque  
Deo ita disponente, ad mentem rediens, immensitatem facinorum suorum diuinitus  
illuminata, secum tacita considerabat, illorumque multitudine compuncta, cum la-  
chrymis ingemuit, dicens: Heu me vilissimam, nimiumque prodigam peccatricem:  
qua tandem ratione excusare poterò facta & flagitia mea? Templum sancti spiritus  
violauit, & animam in corpore degentem polluit. Heu me omnium abiectissimam: pu-  
tasne vlli me poterò superiorum temporum meretrici, aut publicano comparare? Sed  
nemo sic peccauit ut ego, maxime à percepto sacro baptismate. Qui igitur certa esse  
potero, quod me poenitentem suscipiet Deus? Hæc autem illa cogitante, qui omnes  
vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, hanc illi mentem adspirauit, ut à pri-  
mis ætatis initijs vsque ad senectutem admissa peccata omnia in charta describeret:  
quod cum fecisset, extremo loco scripsit quoddam grauissimum facinus, chartamque  
plumbo obsignauit. Deinde obseruans tempus opportunum, quando sanctus Epi-  
scopus ad solitas preces iret in templum, clam accurret, chartamque ad pedes eius  
proijciens, atque pronam se humi prosternens, ita clamabat: Miserere mei sancte  
Dei, quæ sum omnium maxima peccatrix. Substitit autem vir Dei, & tanti causam  
doloris ab ea inquisiuit. At illa: Ecce Domine, inquit, omnia peccata & scelera mea  
scripsi in hac charta, eamque obsignauit. Tu autem sancte Dei illam, quæso, nè resignes,  
sed tantum precibus tuis diluè, quæ in ea scripta sunt. Qui enim hanc mihi inspirauit  
cogitationem, omnino exaudiet te pro me deprecantem. Magnus autem Basilius tol-  
lens chartam, & suspiciens in cælum, ait: Domine, tu solus hoc præstare potes. Qui  
enim totius mundi aufers peccata, etià huius vnus animæ haud difficulter potes abole-  
re peccata. Omnes enim iniquitates nostræ apud te numeratæ sunt: misericordia au-  
tem tua neque dinumerari, neque peruestigari potest: atque his dictis, intrat in tem-  
plum, tenens manu chartam, eaque iuxta altare deposita, prosternit se, manens in pre-  
ce peruigil, die quoque sequenti per omne sanctum ministerium, siue totam sacram  
liturgiam Deum deprecans. Deinde sacrosanctis completis mysterijs, vocat secretò  
ad se fœminam, paucis adstantibus è clero, illique chartam ostendens, ait: Audistine  
mulier, neminem posse peccata dimittere, nisi solum Deum? Et illa, Audiui, inquit, ó  
senior, & propterea orauit te, ut pro me apud misericordissimum Deum intercederes.  
Et his dictis, aperuit chartam, & inuenta sunt prorsus deleta omnia, præter vnum illud  
immane flagitium. Quod illa cernens, consternata est, & verberans pectus suum ma-  
nibus, ad pedes eius collapsa, clamabat: Miserere mei serue Dei altissimi: & ut pro  
cæteris omnibus iniquitatibus meis laborasti, & exauditus es: sic etiam pro hac de-  
precare, & prorsus abolebitur. Lachrymatus est autem sanctus archiepiscopus præ  
commiseratione, dixitque illi: Surge mulier, nam & ego peccator sum, & mihi quo-  
que opus est venia: qui peccata tua ea quæ voluit, obliterauit, potest isthac quoque  
tollere, qui mundi aufert peccata, modò deinceps serues te immunem à vitijs, & am-  
bules in vijs Domini: quod si feceris, non tantum venia tibi dabitur, sed etiam cælesti  
gloria digna eris. Perge autem ad eremum, & inuenies illic virum sanctum, maximeque  
celebrem, nomine Ephraem. Illi da chartam, & orans conciliabit tibi Dominum. Il-  
le surgens, celeriter profecta est in desertum, & longa viarum spatia emetiens, ad indi-  
catum

Valentis  
interitus.

Mulier li-  
bidinibus  
dedita, re-  
spicit.

1. Tim. 2.

Luc. 5.

Basilij pre-  
cibus pecca-  
ta eius, vno  
dempto, di-  
luuntur.

Ablegatur  
mulier ad  
S. Ephraem.

catum ipsi locum magni eremite peruenit: pulsansque eius fores, clamitabat: Misere mei sancte Dei. At ille iam diuinitus edoctus erat, qua causa adesset, dixitque illi: Discede à me mulier, quia etià ego homo peccator sum, auxiliij indigus. Illa verò proccit chartam, dicens: Archiepiscopus Basilius misit me ad te, vt deprecans Dominum, deleas quæ in hac charta scripta sunt: cetera namque ipse suis precibus expuxit. Tu igitur noli detrectare vnus expiandi laborem. ad te enim missa sum. At ille: Nequaquam, inquit, filia: sed qui in multis potuit placare Dominum, etiam in hoc vno plus poterit,

Remittitur ad S. Basilium.

atque ego. Abi itaque sine mora, vt possis eum inuenire superstitem. Properè igitur mulier redit Casaream: sed dum in oppidum ingreditur, obuium habuit funus sancti viri. Cœpit ergo clamare miserè, & se humi volutare, querimoniamque habere de sancto: Heu me, inquit, heu me miseram sancte Dei. Idcõne ad cremum me misisti, vt liberatus hac molestia, hinc decederes? En nihil consecuta, domum redij, tam longo itinere frustra confecto. Videat Dominus, & iudicet inter te & me: quia cum tu posces propitiũ mihi illum reddere, aliò me ablegasti: sicque clamitans, iactauit chartam super feretrum, circumspectè admodum indicans causam omni populo. Vnus autem è clero scire cupiens, quale id esset flagitiũ, tulit chartam: eamque, referans, inuenit omni scriptura vacuum, magnaque voce dixit mulieri: Nihil hinc scriptum est, mulier: quid irà te discrucias, nesciēs te consecutam misericordiam? Porro omnis populi frequentia vt vidit stupendum miraculum, glorificauit Deum, qui dedit potestatem in terra remittendi peccata: atque seruis suis hanc contulit gratiam, vt etiam post mortem possint sanare morbos omnes, & peccata quoque cum fide accedentium condonare.

De Iosepho Iudæo.

Ioseph quidam Hebræus erat egregius, medendi peritissimus, & in ea arte insignis, adeò vt ex contactu arteriæ ante tres vel quinque dies prædicere posset decessum hominis ex hoc turbulento seculo ad illam futuram vitam inconcussam tranquillitatem. Hunc non sine multorum medicorum inuidia, diuinus pater noster Basilius, quòd ex Dei illuminatione præsciret illum sacrum baptismum consecuturum, valde charum habuit, assidueque ad suum colloquium acciuit, docens eum regiam salutis & veritatis amplecti viam, pollutamque Iudæorum abijcere religionem, & per baptismum Christum inducere. Sed ille non acquiescens, dicebat: In qua fide natus sum, in ea etià mori volo. Cui vir sanctus: Crede mihi, inquit, Ioseph, neque ego, neque tu ex hoc rerũ tumultu migrabimus, nisi te prius renouato per aquam & spiritum. nam sine his fieri non potest, vt cuiquam pateat aditus ad regna cælorum. Annon etiam patres tui baptizati fuere in nube & in mari, & biberunt ex spiritali conseqente eos petra? petra autem erat Christus: qui in nouissimis diebus ex Virgine carnem assumens, & propter nostram salutem homo factus, & mirifica agens opera, passus & à Maioribus tuis crucifixus & sepultus, & tertia resurgens die, in cælum ascendit, sedetque ad patris dexteram, inde venturus cum multa maiestate & multitudine angelorum, iudicare viuos & mortuos, & reddere vnicuique secundum opera sua. Vt ergo dictum est, impossibile est vt quispiam intret in regnum Dei, nisi per aquam & spiritum sanctum, & participationem viuificorum & immaculorum mysteriorum corporis & sanguinis Christi. Et eiusmodi quidem admonitionibus agebat apud eum probatus ille Dei administrator, sed nihil proficiebat. Sed tandem cum visum esset Deo, qui eum segregauit ex vtero matris suæ, vt perciperet sancti spiritus gratiam, imminente iam tempore, quo ex his mundi perturbationibus tollendus erat vir Dei, sub prætextu capiendæ medicinæ vocauit illum ad se, dixitque ei: Quid sentis de his, quæ circa me sunt? Tum ille ex venæ attractione sentiens mortem illi impendere, dixit ad domesticos illius, vt funeri necessaria indumenta præpararent. Hic enim iam planè moritur, inquit. Ad quem Basilius, Nescis, ait, quid loquaris. At contra Ioseph Hebræus: Crede mihi, inquit, domine: sol cum sole hodiè occumbet. Et Basilius: Quid, ait, dicturus es, si vsque in tempus matutinum superuixerò? Dicit Iudæus: Id quidem, mi domine, fieri nulla ratione potest. nam vix hora dimidia vitam producturus es. Itaque dispone iam de ecclesia tua & de rebus tuis. non enim ad occidentem vsque solem superstes eris. At Basilius: Quid facturus es, inquit, si in crastinum ad sextam vsque horam viuos permanfero? Ego profecto moriar, ait ille. Et vir sanctus: Etiam moriaris, inquit, peccato, viuos autem Christo. Scio quid dicas, ait Hebræus, & faciam sanè quod vis, si eoussuè vixeris: terribilibusque se sacramentis obligabat, quòd prorsus sancti spiritus perciperet gratiam, si

vir

vir sanctus ad eam vsque horam superesset. Itaque sanctus pater noster orabat Dominum, vt adderet aliquod vitæ suæ spatium, quò posset illum saluum facere. Facto manè, accessit Iudæus ad se. Ille verò iam planè extinctum illum arbitratus, diffidenter aduenit: cernens autem illum viuere, planè obstupescens, corruit ad pedes illius, aitque: Toto pectore loquor: non est Deus magnus, sicut Deus Christianorum, nec est alius extra illum Deus. Itaque abiuro iam Christo inuisam Iudæorum religionem, & fideliter accedo veritati. Iube ergo sine dilatione conferri Christi signũ, sacrumque baptismum & mihi & vniuersæ familiæ meæ. Ait illi vir sanctus: Ego meis manibus & te & omnem familiam tuam baptizabo. Accedens autem propius, denuò illius dexteram manum contrectauit Iudæus, dixitque: Delassatæ sunt vires tuæ, domine, & natura succumbit. At Basilius: Habemus, inquit, naturæ authorem, vires nobis suppeditantem: surgensque venit in sanctam ecclesiam, & sub aspectu totius populi baptizauit eum cum omni domo illius, vocauitque illum Ioannem: porrectisque illi vitalibus sacramentis, assumpsit eum, & adduxit in cubiculum suum, præbens ei escam, & infusa tuens illum de ijs, quæ ad æternam vitam pertinent, adiciensque suo ouili nouum Christi tyronem cum mulieribus & liberis illius. Hebræus autem ille insequentibus diebus per domos hospitales distribuere pecuniã, ex arte medica constaram, & quod supererat, pauperibus elargiebatur. Porro circa horam nonam magnus pater noster Basilius ad Missæ ministerium stetit in templo cum electis clericis, & Præfatis ciuitatis: iterumque cum eis panem sumens, dimisit eos benè instructos, adiuncto etiam osculo sancto: commendauitque Domino tum nouum Christi tyronem, tum ceteros omnes: atque tertiam illam communionis portionem, à Domino ipsi datam, cum qua sepulturæ tradi voluit, assumens, & in lecto recumbens, prolixè gratias egit Deo & Domino nostro tum pro sua è corpore migratione, tum pro medici Hebræi conuersione. Et cum gratiarum actiones adhuc eius ore promerentur, reddidit Domino spiritum, additus principibus sacerdotum, magnisque Dei prædicatoribus, magnum ipse verbi tonitruum. Cumque Hebræus ille ad fidem traductus cerneret, ita vt prædixerat, magnum illum principem sacerdotum obdormiuisset in Domino, procumbens in pectus illius, cum lachrymis dicebat: Reuerà serue Dei Basili, si non voluisses, neque modò mortuus esses. Postero die congregata est multitudo, duxeruntque venerabile corpus eius cum aromatibus & thymiamate sepulturæ mandandum: cumque fama obitus eius ad aures Gregorij Nazianzeni perlata esset, properè accurrit: vidensque corpus venerabile, corruit super illud, multumque lachrymans, horrabatur populum ad orationem, & vt cum hymnis & canticis spiritalibus & honore congruo gloriosam magni sacerdotis memoriam celebraret. Simul autem etiam alijs duodecim eò confluentibus episcopis, & vrbs multitudine, deposuerunt sacrum corpus in sarcophagum marmoreum in aede sancti & illustris martyris Hesychij, vbi etiam Leontius eius decessor episcopus, cum cæteris quiescit. Obijt autem Magnus Basilius, angelicam in terris vitam degens, mensis Ianuarij die primo, quinto anno Imperij Valentiniani & Valentis, memoriam sui derelinquens Ecclesiæ, quæ secundum operationem spiritus sancti cum illo conscripta est in libro vitæ, in laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto ac viuificante spiritu est honor & gloria nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Basilius ob-  
tinet à Deo  
mortis di-  
lationem.

Ioseph In-  
dæus credit  
in Christum.

Eum cum  
tota fami-  
lia baptizauit  
Basilius.

Basilius fe-  
liciter mis-  
erat à corpore  
potest.

QVAE D. D. GREGORIVS NAZIANZENSIS ET NYSSENUS de Basilio Magno præclare scripsere, Lector in illorum operibus offendet, quòd eum potius remittendum putauimus, quam nimia prolixitate onerandum.



DE S. MARTINA VIRGINE ET MARTYRE,  
EX VETVSTIS MANVSCRIPTIS CODICIBVS,  
quos etiam Ado Treuren. Episcopus secutus est: sed mutatus  
est hic stylus per F. Lauren. Surium.

I. IANVARII.

Genus Mar-  
tinæ virgi-  
nis.

1. Pet. 5.



Martina virgo, generis nobilitate sublimis, quippe patre consule nata, & multis aucta opibus, fide Christi ea tempestate constanter professæ est, cum Alexander rerum potiretur. Aderat ei feruorum & ancillarum ampla familia: nec tamen rebus suis ad fastum aut luxum, vt solent pleriq; diuites, abusa est, sed dedita operibus misericordie, in miseros & inopes valde se benignam & liberalem præbuit. Accinxit fortitudine lumbos suos, intenta operibus bonis, optimis prædita moribus, mente peruigili semper in acie persistens aduersus insidias rugietis leonis, qui circumir quærens quem deuoret. Missi autem ab Imperatore Vitalis comes & Cassius Imperatoris cubicularius, & cum ijs Gaius quidam, Romæ in ecclesia beatam Martinam alacri vultu Deo preces offerentem offendunt: quam cum apprehendissent, dicunt ei: Dominus orbis Alexander te veneratur, vt potè Romana nobilitate insignem: iussitque te spontè thura ponere Apollini magno deo. Respondit illa hilari vultu: Vbi me commendauero Deo, & sanctissimo Episcopo, vnâ proficiscemur ad Imperatorem. Itaque ingressa templum, Deoque se commendans, absoluta oratione, cum illis profecta est læta & alactis.

Vbi ad Imperatorem ventum est, nunciârunt illi, qui eam adduxerant, stare præ foribus palatij primæ dignitatis Christianam foeminam, quæ vltro eius voluntati paxrens, nihil recuset sacrificare dijs immortalibus, & cæteris etiam Christianis persuadere velit, vt similiter faciant. Eo nuncio exhilaratus Alexander, iussit eam introduci, aitque ad illam: Cum sis animo liberali & ingenuo, accingere ad offerenda dijs sacrificia, & immola Apollini hostias: ea re ita me tibi deuincies, vt maximos sis à me honores consecutura. At Martina virgo: Iube me, inquit, sacrificare semper viuenti Deo, qui ex nihilo omnia creauit: vt ita me sacrificante, pudefactus & eneruatus Apollo, desinat posthac illudere animis hominum sperantium in Dominum & Saluatorem nostrum Iesum Christum. Alexandro autè præcipiente, vt in delubrum ingressa, Apollini faceret sacrificium, dixit illi: Ingrederere tu, & sacerdotes Apollinis & quotquot eius estis cultores, & coram adspicite, quàm benignè sanctus & bonus Deus de manibus meis accipiat sacrificium. Itaque Imperator iussit omnes satellites suos, & qui ipsi assistebant, ire in templum, & videre quæ fierent à Martina. Illa verò signo Christi se muniens, Deo se commendauit: & cum precandi finem fecisset, terræ motus vehementer urbem concussit, Apollinis delubrum partim euertit, simulacrum comminuit, & cum sacerdotibus prophanis magnam populi multitudinem extinxit.

Adhibetur  
tormenta.

Ijs rebus commotus Imperator, cum præ cordis cecitate non intelligeret, virtute diuina ea omnia accidisse, sanctæ virginis faciem iussit alapis cedi, & vncis ferreis eius palpebras lacerari. Instabant nefario operi cruenti carnifices, sed inter cædendum viribus destituti, clamare coeperunt: Eheu dum hanc torqueamus, nos ipsi multo acrius cruciamur. Videmus enim quatuor viros splendidos ante illam, qui eam confirmant, & pœnas, quas illi inferre nitimur, in nos potiùs conuertunt. At verò ira percitus Imperator, culpansque carnifices, quod segnes manus ad torqueendam illam adhiberent, minaci & toruo vultu in eos respiciens, mandauit vt eam à terra leuarent, & testarum fragmentis caderent. Tum illa sursùm erectis luminibus: Benedictus es, inquit, Domine Iesu Christe, qui gratiam tuam largiris spem suam in te reponentibus. Exaudi me Domine te deprecantem, & præsta mihi tolerantiam, & eos qui me excruciant, ad te benignus conuerte. Hæc illa orante, atque animo inuictissimo in pœnis perdurante, cælestis lux eos, à quibus torquebatur, circumdedit: (erant autem octo) ruentesque in facies suas, obsecrabant sanctam Martinam, vt apud Deum veniam ipsi impetraret eorum, quæ compulsi ei irrogassent supplicia.

## DE S. MARTINA VIRGINE ET MARTYRE.

21

cia. Quibus illa ait: Si conuerti velitis ad Dominum meum Iesum Christum, & credere toto corde, quod reddet vniciquæ secundum opera sua, præmijs in celo repositis perfruemini. Sin verò aliter senseritis, æterna & horrenda vos tormenta excipient. Illi verò diuina iam illustrati gratia, in Christum se credere testati sunt, atque illic crudele ministerium execrantes, vna voce Alexandro dixerunt: Nos quidem his, qui dicuntur dijs, reuera autem idola sunt, deinceps non seruimus, edocti per beatam Martinam, quæ sit virtus omnipotentis Dei, & filij eius Iesu Christi. In eos autem accensus valde Imperator, voluit eos suspendi, & carnes eorum spathis lacerari: & illi quidem dum ijs afficerentur pœnis, nihil loquebantur penitus, sed oculos habebant in celum erectos. Sed cum diu ita excarnificati essent, gladio in eos iussit animaduerti, veritus ne alij quoque ab ijs discerent, quæ nostræ sunt religionis. Illi nihil terri, sed Deum orantes, & Crucis signum pingentes digitis in frontibus suis, læti iactum carnificis exceperunt die 17. mensis Nouembris: sicque felicia regna, martyres Christi esse cæti, petierunt.

Cõuertuntur ad Christum eius tortores.

Signo Crucis se muniunt.

Alia die rursùm Martina virgo ad sacrificandū dijs ab Alexandro inuitatur, sed verbis nihil obtinentibus, reditur ad supplicia. Iratus enim Imperator, iussit eam detrahit prius vestibus suspendi, & eius carnes toto corpore incidi: illa interim, dum sic affligeretur, Deum precante atque laudante. Inde in quatuor palos distenditur, & à duobus centurionibus fustibus verberatur. Cumque in confessione Christi perseueraret, mutati sunt per vices, qui eam cæderent, septem centuriones. Illa diuinitus roborata, pœnas irrisit, centurionibus Imperatorem obsecrantibus, vt ab inferendis martyri supplicijs liceret ipsis desistere, propterea quod se grauitè torqueari, & concremari, viribusque destitui sentirent. At Imperator magis magisque flagellari eam voluit. Aderat huic spectaculo vir quidam prædiues Eumenius nomine, qui Imperatori persuasit, vt Christi martyrem præcipere in carcerem retrudi, illicque adipe & pinguedine feruenti perungi. Ibat illa in carcerem gaudens & glorificans Deum, oransque feruenter, & totam noctem hymnis & laudibus Dei transigens: sunt verò etiam audita voces cum ea pariter Deum laudantium virorum. Altera luce producitur è carcere, sistitur rursùm Alexandro, iubetur se conferre ad templum Dianæ, & offerre illi sacrificium, nisi malè perire velit. Et martyr quidem signum sibi Crucis imprimens, in Christi nomine in templum intrauit: sed cum preces fudisset ad Dominum, demonemque in simulacro commorantem inde abscedere iussisset, tonitru cum fulgure repente extitit, lapsusque è calo ignis, idolum Dianæ in fauillam redegit, sacerdotes templi exussit, & templum corruens, multos è populo oppressit.

Noua S. Martinæ supplicia.

Signum Crucis sibi im-  
primi.

Tunc Imperator timore correptus, tradidit eam cuidam Iustino præfecto, vt impelleret eam ad sacrificandum. Qui mox extendi eam mandauit in conto, & iterum membra eius spathis incidi. Dixerat enim illi sancta virgo: Affige me quantum vis: non me adducere poteris, vt dijs tuis immolem. Circa mamillas etiam vngulis eam attritari voluit crudelis iudex, donec centum & octodecim ab vncis vulnera accepisset. Sub his vngularum cruciamentis nihil omnino loquebatur, sed oculis in celum defixis, Deum mente precabatur. Acceptis autem tot vulneribus cum iam eam expirasse iudex putaret, carnifices ab inferendis vltèriùs plagis cessare iussit. Sed vbi eam adhuc viuere cõperit, ait illi: Visne Martina sacrificare, & lucrari ea que etiam nunc supersunt tormenta? aut certè obstinato animo decreuisti manere cum Christo tuo? Respondit illa: Ego Christum habeo confortantem me, nec sacrificio abominandis dijs tuis. Præfectus ijs auditis, præ ira insanens, præcepit carnificibus, vt eam de conto deponerent, & tanquam præ nimijs doloribus pedibus consistere nõ valentem, in grabatum impostam, ad carcerem deportarēt. Illa verò stringens corpus suum, & impellens carnifices, properauit ad carcerem, psallens in eo & glorificans Deum, immenso vallata lumine. Præfectus autè ad Imperatorem abiens iam cœnantem, narrauit ei rem gestam, & quàm in sua sententia constans & immobilis Martina perstaret, nec vllis pœnis ab ea se deduci pateretur. Imperator ijs cognitis, bestijs eam madauit obijci deuorandam. Ducitur igitur in amphitheatrum iussu præfecti Iustini, & p̄sente Imperatore ad bestias damnatur. Ibi tum leo immanissimus dimittitur, vt martyrem deuoret. Et ille quidè irrugiens accurrit ad illam: at non modò nihil illi molestiæ intulit, sed etiam posita omni

Damnatur ad feras.



omni feritate, ad eius se pedes abiecit. Itaque sancta virgo prorumpit in laudes Dei, & cum ardentem orat, ne se sinat ab ipso separari. Porro leo cum in caueam reduceretur, impetu facto in Eumenium Imperatoris cognatum, cum interfecit. Furore itaque percitus Alexander, eam iubet in carcerem recipi: quem illa reperijt, laudans Deum, & festum illic agens diem.

Post biduum Imperatore sacrificandi causa templum adeunte, iterum illo iubente è carcere producit, & in delubro idolis sacrificium facere compellitur. At illa constanter dixit: Fac quod tibi visum est. me enim non poteris auellere ab eo, quem mecum habeo, Domino Iesu Christo. Rursus ergo suspenditur, & vngulis atrocissime laceratur, ita vt ad ossa vsq; caro scinderetur, & ad ipsas etiam ossium medullas ferrum penetraret. Tum vero clamabat præco: Confitere Martina Dianam deam, & salua eris. Respondit illa: Christiana sum: Christum Deum confiteor. Iam defecerant, qui eam cruciabant, dissolutis eorum brachijs & manibus. Alexander vero eam in ignem conijci voluit, vt periret. Fit ergo ignis copiosus, & martyr in illum iactatur: sed ea orante, lapsus imber è caelo, & cõcitatus turbo discussit flammam, & incensi sunt qui illic adstant. Sed hæc omnia nõ virtuti diuinæ, sed maleficis artibus adscribens Imperator, stultissimaq; opinione imbutus, maleficia in eius capillis hæere existimans, mandat radi pilos capitis eius. Parent ministri, radunt caput virginis. Imperator autem iam rase insultat, tãquam quæ omni sit virtute nudata. Sed cum neq; sic eam ad suam posset inflectere voluntatem, in templo Dianæ tribus diebus & noctibus eam includunt, vbi illa more suo hymnis & laudibus Dei insistebat: precibusq; suis obtinuit à Deo, vt Dianæ simulacrum in puluerem redigeretur. Tandem educta è fano, gladioq; percussa, læta migravit ad Dominum, atq; huiusmodi sine, vt ait Ado Treuirensis episcopus, martyr venerabilis celi regnum meruit, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant per infinita secula seculorũ, Amen.

Vngulis atrocissime disceperitur.

Cæditur gladio.

**DE S. CONCORDIO MARTYRE, EX ANTIQVIS MANVSRIPTIS EXEMPLARIBVS, QVIBVS FERÈ ad verbum Ado in suo Martyrologio concordat: at nomibilibic mutatus est stylus per F. Lauren. Surium.**

I. IANVARII.

Intelligendum esse Concordiũ, antequam pater eius esset presbyter.



Ieiunijs & orationibus sancti insistent.

Temporibus Antonini Imperatoris grauissima persecutio orta est in vrbe Roma, ita vt nec emendi, nec vendendi cuiquam facultas facile daretur, nisi qui dijs immolasset. Erat per id tempus Romæ vir quidam Concordius nomine, nobili familia ortus, cuius pater Gordianus dicebatur, sanctissima conuersatione presbyter de titulo pastoris. Hic itaque habens filium Concordium, erudiuit eum omni sanctæ scripturæ doctrina, effecitq; vt à sancto Romanæ vrbs episcopo Pio subdiaconus ordinaretur. Porro vterq; ad nihil vacabat aliud, nisi vt ieiunijs & orationibus die noctuq; & eleemosynis pauperum insisterent: petebantq; à Domino, vt rabiem Imperatoris possent effugere. Interim vero beatus Concordius dixit patri suo: Domine mi, si vis, permittite me ire ad sanctum Eutychem, & habitare cum eo paucis diebus, donec cesset rabies inimici Antonini Imperatoris. Dicit ei pater suus: Fili, hic potius cõmoremur, vt possimus coronari. At illi beatus Concordius: Vadam, si iubes: quia ibi coronam accipiam, vbi me Christus iusserit coronari. Dimissus igitur à patre suo, abiit ad sanctum Eutychem amicũ suum, qui tum morabatur in prædolo suo via Salaria iuxta ciuitatẽ Tribulim: quem beatus Eutyches cõ magno gaudio suscipiens, cœpit Deo gratias agere: habitaueruntq; simul in eodẽ loco, orationibus & ieiunijs insistentes. Venerunt autem ad illos multis & varijs languoribus vexati, quos illi orantes, in nomine Iesu Christi sanabatur. Interim fama rerũ ab ijs gestarũ perlata est ad Torquatũ Tuscię Comitẽ, qui id tẽporis habitabat in ciuitate Spolterana. Misit igitur, & accersiuit sanctum Concordiũ, aitq; illi: Quis vocaris? At ille respondit: Christianus sum. Dicit ei comes: De nomine tuo perquiro, nõ de Christo tuo. Sanctus Concordius respondit:

respondit: Iam tibi dixi, Christianus sum, & Christum confiteor. At Comes: Sacrificadijs immortalibus, & esto noster amicus: & ego te patris habebõ loco, suggeramq; domino meo Imperatori Antonino, vt faciat te sacerdotem deorum. Sanctus Concordius respondit: Vtinam tu efficiaris particeps deorum tuorum. Dicit ei Comes: Audi me, & sacrificadijs immortalibus. Ego vero, inquit sanctus Concordius, te hortor & admonco, vt tu potius me audias, & sacrifices Domino Iesu Christo, vt possis euadere tormẽta. Nam si non feceris, cum dijs tuis in igne sempiterno ardebis. Tum Comes iussit eum sustibus mactari, & in custodia publica includi. Venit autem nocte ad eum beatus Eutyches cum sancto Antimo Episcopo: & quia Antimus Episcopus amicus erat comitis, rogauit Comitem, vt ad paucos dies Concordium apud se permitteret commorari. Permisit id Comes Antimo, habitauitq; cum eo Concordius multis diebus. Tempore autem opportuno consecrauit eum presbyterum, & cœperunt pariter orationibus vacare. Post aliquantum vero temporis reuocatus est à Comite Concordius, aitq; illi Comes: Ecquid de salute tua deliberasti? Sanctus vir respondit: Salus mea Christus est, cui quotidie sacrifico sacrificium laudis. Nam tu vnã cum dijs tuis apud inferos concremaberis. Iratus Comes, iussit eum suspendi in eculeo. Ille autem vultu alacri dicebat: Gloria tibi Domine Iesu Christe. Iterum autem iubenti Comiti, vt sacrificaret magno Ioui, beatus martyr respondit: Ego non sacrificio lapidi surdo & muto: quia habeo Dominũ Iesum Christum, cui seruit anima mea. Commotus Comes, præcepit eum in imum protrudi carcerem, colloque eius & manibus ferrum iniici: simul etiam vetans, ne quis ad eum ingrederetur, sed fame necatus periret. Ibi beatus Concordius gratias agens Deo, Gloria, inquit, in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Ecce autem nocte media angelus Domini ei apparuit, dicens: Noli timere, viriliter age, quia ego tecum sum. Deinde post tres dies misit ad eum Comes media nocte duos satellites suos, qui eum aut sacrificare compellerent, aut recusantem interficerent. Qui cum ad eum venissent, paruam Iouis statuam illi offerunt, aiuntq; ad eum: Audisti, quæ Comes iusserit? Sanctus martyr respondit: Vos scitis. Aut sacrificium, inquam, Ioui offeres, aut capitalem sententiã excipies. Beatus martyr gratias Deo agens, Gloria tibi, inquit, Domine Iesu Christe: & expuit in faciem Iouis. Tum vnus satellitum euaginato gladio, amputauit ei caput: atq; ita in confessione Domini emisit spiritum. Venientes autem clerici cum religiosis viris, tulerunt corpus eius, & posuerunt non longè à ciuitate Spolterana, vbi multæ emanant aquæ. Passus est Calendis Ianuarij, eiusque orationibus cæci illuminantur, ægri sanantur, demones expelluntur, præstante eo, pro cuius nomine passus est, qui viuunt & regnant in secula seculorum. Amen.

Concordius initiatur sacerdotio.

Luc. 2.

Cæditur Christo.

**VITA S. FVLGENTII RVSPEN. EPISCOPI, PER QVENDAM EIVS DISCIPVLVM CONSCRIPTA GRAVITER & ERVDITÈ.**

**PROLOGVS AVTHORIS AD FELICIANVM EPISCOPVM, FVLGENTIJ SUCCESSOREM.**



Mnis noui testamẽti dispensator fidelissimus, in quo loquitur Christus, sancte pater Feliciane, vt exemplo suo credendũ sibi facile persuadeat, operum bonorum curam maximam gerit, & quicquid alijs faciendum dicit, ipse primitus facit. Sine causa quippe nititur docere sapienter, nisi vixerit innocenter. Duo igitur Ecclesiæ Catholicæ doctoribus necessaria iudicantur vita: bona, & sana doctrina. Vita enim bona commendat sapienter docentem: doctrina vero sana ornata bene viuentem. Vita bona facit amabilem, doctrina sana laudabilem, Vita bona continuè creditur imitanda: doctrina autem sana nunquam iudicatur repudianda. Vita bona tollit occasiones detrahentibus, doctrina sana resistit contradicentibus. Propterea mihi, diutissime beati Fulgentij pontificis, tui scilicet præcessoris, à quo simul nutriti sumus, & nomen & gratiam cogitanti, dum frequenter ante oculos cordis magister egregius versaretur, dolebam tanti viri solatio caruisse populos

Doctoribus Ecclesiæ duo necessaria.

populos Africanos: & quanuis ille gaudijs caelestibus oblectandus, ad meliora migrauerit, apud nos tamen modò similem deesse doctorem, sapientiae eius benè conscius, suspirabam. Dabatur sanè flebili recordationi quædam respiratio, quotiès dulcissimos libros eius, aut epistolas, aut quos edidit populo præfente sermones, vel ego legebam, vel legente alio audiebam. Veruntamen in illis præclaris opusculis ingenium viri sapientiamq; posse agnosci, raticus considerabam: cuius autem iustitiae, probitatis & misericordiae fuerit, & quomodò laudabiliter vitam suam, quod tu benè nosti, cum familiaribus suis transegerit, sicut docuit viuens, scire pleròq; non dubitabam, latere tamen plurimos sentiebam. In posterum verò nè obliuione longa, conuersationis eius bona nescirentur, semper & vehementiùs formidabam. Dixi ergò, diù cogitans: Ecce fulget beati Fulgentij sana doctrina, quoniam leguntur ab omnibus libri eius: quasi ipse loquitur, quandò codex eius titulus nomine, legitur: qui autem fiet, vt similiter nota sit omnibus vita ipsius bona? Quandiù viuunt adhuc, qui nouerunt eum, vel à certissimis testibus aliquid de eius virtutibus audièrunt, potest illi memoria præfens verum testimonium perhibere. Quid ager ventura progenies? Quid in transmarinis partibus longè constituta fidelium turba? Cùm peruenerint ad notitiam lectionis, in qua idem beatissimus pontifex absens loquitur, & mortuus uiuit, admirabuntur profectò sapientiam: vnde cognoscent innocentiam? Sicut ergò clara eius est doctrina, sic clarior fiat etiam vita. Loquamur & narremus fratribus nostris, quomodò tantus pontifex vixerit. Nec timendum est, nè minori facundia sacerdotem, qui per vniuersas orbis ecclesias magnum nomè obtinuit, ego faciam paruum. Cuiuslibet enim sit meriti oratio mea, nec augere poterit tanti viri merita, nec minuere: sed proficere tantummodò ad testimonium charitatis, in qua illi semper inhærere desiderans, salutiferis eius monitis ad suscipiendam professionem monachorum conuersus, in illo parauissimo monasterio, quod sibi apud Sardiniam pro Christi nomine relegatus effecerat, vbi iam tu presbyter habitas, diebus ac noctibus ante eum positus vixi: quandò me super mel & fauum dulciora caelestis eius eloquij flumina frequèter irrigabant, & nisi sterilitas arentis ingenij præpediret, centesimum fructum gleba nostri pectoris attulisset. Sed indignus ego, de tanta plenitudine vix exiguam capere valui portionem. Tu etiam paternitatis orationibus fretus, libelli præfentis laborem suscipere cogitauit: in quo omnia, quæ memoriter nobis audientibus ipse referebat, & illa insuper, quæ oculis nostris adspeximus, aut iam positi in doctrina illius, quemadmodum sint gesta, non ignoramus, breuiter explicabo, notam falsitatis incurrere nullatenus timès. Cuncta quippe senilem tuam paternitatem minimè latent: nec tibi nunc aliqua quasi nescienti dicuntur, sed tuo potiùs testimonio confirmanda simpliciter digeruntur.

### INCIPIT VITA.

I. IANVARI.  
Cap. I.  
Genus Fulgentij.

vide Victoriam de Persecutione Vandalica lib. I.



\* Bithynia

Institutio Fulgentij.

Beatus ergò & verè Fulgentius, nobili secundum carnem genere procreatus, parentes habuit ex numero Carthagenensium senatorum. Auus denique eius nomine Gordianus, dum rex Hunericus memoratam Carthaginem victor inuadens, senatores plurimos, immò cunctos, amissis omnibus bonis, ad Italiam nauigare compelleret, inter ceteros etiam ipse impositam peregrinationem libenti voluntate suscepit, volens, saltem facultatibus perditis, non perdere libertatem. Post cuius obitum, duo ex filijs eius, spe recuperandæ hæreditatis, Africanam prouinciam repetentes, manere iam intra Carthaginem minimè potuerunt, domo propria donata Artianis sacerdotibus: sed possessionibus suis ex parte per autoritatem regiam repetitis, ad \* Byzacium perrexerunt, ibiq; in Leptis ciuitate vnus eorum, nomine Claudius, ex coniuge nomine Mariana, Christiana scilicet & honesta femina, istum cui tanta gloria debebatur, feliciter genuit: eumq; statim, quasi præscia qualis esset futurus, Fulgentium nominauit. Quem religiosa mater, moriente celeriter patre, Græcis literis imbuedum primitus tradidit, & quandiù totum simul Homerum memoriter reddidisset, Menandri quoq; multa percurreret, nihil de Latinis literis permisit edoceri: volens eum peregrinam

grinæ linguæ teneris adhuc annis percipere notionem, quo faciliùs posset, victurus inter Aphros, locutionem Græcam, seruatim adspirationibus, tãquam ibi nutritus, exprimere. Nec sefellit matrem piam cauta prouisio. Sic enim quotiès ei loqui Græcè placebat, post longam desuetudinem locutionis eius & lectionis, non inconditis sonis verba proferebat, vt quasi quotidie inter Græcos habitare putaretur. Literarum proinde Græcarum percepta scientia, Latinis literis, quas magistri ludi docere conuenerunt, in domo edoctus, artis etiam Grammaticæ traditur auditorio, magnitudine ingenij cuncta sibi tradita memoriter & veraciter retinens. Vnde tamen, domesticorum negociorum cogente necessitate, citò sublati, paternæ domus gubernationem suscepit adolescens: ita se maternis subdens imperijs, vt ibi quoque Christi existere imitator, de quo sacra Euangelia testantur: Et erat subditus illis, id est, parentibus. Gaudebat venerabilis mater, & præclara indole sapientis filij mœrorem viri amissi consolabatur. Cœperat in illa familia esse, qui amicis obsequium beneuolus redderet, inimicos rationabiliter repelleret, seruos mansuetus & seuerus regeret atq; corrigeret, patrimonium diligens coleret, sublimioribus potestatibus charissimus fieret. Cuius rei gratia, crescente per singulos dies fama eius, repente procurator ordinatur, hinc initium sumens imperandi, & consulendi, ac gubernandi quàm plurimos. Accepta tamen hac potestate dum clementer vtitur, & neminem ledere pro ingenita sibi bonitate desiderat, atque in exigendis pensionibus crudelitatem iubetur exercere, cœpit secularium negociorum grauis apparere sarcina, & displicere felicitas vana: paulatimque laudabili patientia succedente, cœpit vitæ spiritalis amore exurgere desiderium, lectionis insuper & orationis indefessum crescere studium. Monasteriorum proinde suauissimos greges frequentius visitans, seruorum Dei mores propositumque disciebat. Inter abstinentes nulla esse gaudia seculi, sed nulla etiam esse tædiant sentiebat. In summa abstinentia viuentes videbat neminem calumniatorum timere, sed se inuicem diligere. Considerabat etiam multos adolescèntes perpetuè continentie deditos, ab omni posse abstinere concubitu. Talibus apud semetipsum cogitationibus fluctuabat, atq; in hæc verba prorumpens, Cur obsecro, aiebat, sine spe futurorum bonorum laboramus in seculo? Quid nobis aliquandò prestare poterit mundus? Si gaudere desideramus, licet melius sit benè flere, quàm malè gaudere: quanto melius tamen gaudent, quorum sic in Deum tranquilla est cõscientia, quos minimè terret exactoris improbi violentia, qui nihil timent nisi peccata, nihil agunt, nisi vnde possint diuina implere mandata? Non fatigantur publicis excursibus, non damna rei familiaris coguntur aut flere miserabiliter, aut timere deformiter: operantes manibus suis, nõ aduersantur vtilitatibus alienis. Viuunt inter se pacifici, sobrij, mites, humiles atque concordēs. Nulla illis cura libidinis: immò magna sollicitudo & iugis custodia castitatis. Inmitemur tam laudabiles viros: arripiamus hanc benè viuendi constantiam. Sit nobis vitæ vtile, quòd gratia reuelante meruimus meliora cognoscere. Abijciamus pristinos mores, & mutemus labores. Nitebamur priùs inter amicos nobiles apparere nobiliores: nitamur modò inter seruos Dei pauperes effici pauperiores. Si coacti sumus exigere debitores, conemur modò conuerrere peccatores. Solet etiam de publicis exactoribus efficere Christus Dominus noster magistrus Ecclesiæ. De telonio enim vocatus est Mattheus, vt apostolus fieret. Neq; nos istius exactoris honori, personam conuenire credamus nostram: sed si ille deposito officio exactoris, accepit officium prædicationis: mihi non licebit post depositam procuratoriam, penitentis assumere lamentationem? Refugium nostrum Deus est: nulla de ætatis imbecillitate nascatur excusatio. Potens quippe est Deus, qui dat continentiam tantis adolescentibus, quos videmus in monasterijs viuere, mihi quoq; peccatori similem gratiam donare.

Post hæc verba, diutiùs in pectore suo ruminata, decreuit sancto spiritu reuelate, secularibus omninò renūciare delicijs, & illius vitæ socius fieri, quam laudabat. Prius tamen cogitans, nè subita mutatio mentem simul corpusque perturbans, inter ipsa conuersionis initia grauisimum sibi vel impedimentum vel scandalum gigneret, occultè arripuit rara exercere ieiunia: dehinc paululum progrediens, antiquorum sodalium tentabat vitare consortia: segregatus frequèter à turbis, in possessione propria, nescientibus omnibus, parentibus & clientibus, quasi propter actionis laborem tristis sedebat, & ibi orabat, legebat, ieiunabat, epularumq; immoderatam copiam

Gubernat  
paternam  
domum.

Lucæ 2.

Fit procurator.

Cap. 2.

Monachorum  
felicitas.

Seipsum in-  
ciat ad co-  
rum conse-  
standam  
vitam.

Matth. 9.

Cap. 2.  
Meditatur  
monasticæ  
vitæ com-  
plexum.

piam minuebatur. Ad balneas penitus non accedebat, & sub ipsa adhuc professione laica, plenè iam monachus conuersabatur. Stupebant omnes qui nouerant eum, & tam delicati viri mirabilem parsimoniam, causamque mutationis huius interpretabantur ex angustia natam pusillanimitatè. Apud illum verò per singulos dies amor sanctæ professionis, & mortificationis impèrior cura crescebat. Aliquando ergò, vbi omnia quæ sibi dura videbantur, expertus, adiutorio gratiæ spiritualis, voluntati suæ sensit suppetere facultatem, beati Augustini, exponentis tricesimum sextum psalmi, disputatione compunctus, publicare suum statuit votum, mutare gestiens habitum: nè vt amicabiliter ad se venientes pati cogeret, cum quibus seculariter diu vixerat. Cogitabat autem vir prudentissimus, conuersionem sui cordis sibi soli vtilem futuram, si latere poruisset: Publicatam verò, multis alijs exemplum bonum dimittendi peccata pristina præstituram. Quis enim mediocris aut pauper, fieri monachus erubesceret, dum Fulgentium videret, genuini fastus arrogantia recedente, duras abstinentiæ vias, patientiæ gressibus ambulantem?

\*gemini

Cap. 4.  
Ad Faustum  
episcopum  
se confert.

Fuit autem tunc temporis episcopus quidam laudabiliter prædicandus, nomine Faustus, qui pro fide catholica non longè à cathedra sua iussus fuerat relegari. De multis enim sacerdotibus hoc Hunerici tyranni persecutoris astuta malignitas ordinauerat, vt iuxta patriam propriam peregrinationis incommodum sustinentes, ad negandum Deum facile flecterentur. In eodem proinde loco, vbi relegatus tenebatur, monasterium sibi construxerat: in quo spiritualiter viuens, apud omnes Christianos honorabilis habebatur. Ad hunc ergò sanctus Fulgentius, quippe ei notissimus, alacriter venit, eique votum cordis sui fideliter indicauit. Ille autem sciens secularè omnino iuuenem, verebatur talia credere pollicenti, dicens ei: *Quare fili mentiris, vt feruos Dei fallere delecteris? Tu ne eris monachus, aut antiquam deliciarum tuarum consuetudinem sic repente mutabis, vt escaurum vilium negligentior apparatus, & vestium sordidarum tuum animum non offendat abiectione? Prius est, vt sis saltem laicus minus deliciosus: & tunc forsitan credibile putabo, quod renunciare seculo aut velis, aut valeas. Ad hæc ille iuuenis magis ac magis inflammatus, repellens manum suppliciter osculatus, sic oculis in terram depositis precabatur: Potens est, Domine pater, dare volenti facultatem, qui nolenti tribuit voluntatem. Permite me tantum tuis inhærere vestigijs: aperi mihi ianuam monasterij: præbe sanctæ ædificationis auditorium: fac me vnum de discipulis tuis: & Deus nouit, quomodo me liberet ab iniquitatibus meis. Hæc audiens beatissimus senex, grauissimum putauit, supplicantem diutius spernere: tandemque flexus ad consentiendum, Mane, inquit, nobiscum filii, sicut vis. Experiamur paucis diebus, vtrum verbis facta concordent. Vtinam superfluous sit timor meus, & professio tua inueniatur stabilis. Postquam ergò supplicanti consentum præbuit sanctus Faustus episcopus, sonuit illico per affines & notos, Fulgentium monachum factum. Gratulabantur boni, confundebantur mali. Quosdam faciebat vita eius in delicijs transacta desperare, quosdam singularis ingenij notissima scientia, magnum aliquid suadebat de profectu eius velociter sperare. Quidam verò familiares eius, quibus ab infantia charissimus amicus & fidelissimus fuerat, eum imitari cupientes, ipsi quoque seculum contempserunt, & se monasteriorum gregibus mortificata voluntate iunxerunt.*

Fit monachus.

Alij eius  
exemplum  
imitantur.

Cap. 5.

Mater eius  
proposito  
cruciat.

Audit hoc mater, referenti bus multis, ad consortia monachorum fugisse Fulgentium, totiusque domus regendæ atque gubernandæ curam penitus dimisisse, nec omnino iam posse de tali proposito reuocari. Turbatur, expauescit, & amoris nimij desiderio concitante, quasi iam Fulgentius moreretur, quauis benè moreretur, qui sic moriebatur, cælum nimijs lamentationibus pulsatur, & sicut solent matres in funeribus filiorum, modum nescit habere lachrymarum. Rapitur inconsideratis cursibus ad monasterium furibunda, contumeliosus & conuicijs sanctum Faustum nihil dubitans aggredditur: Redde, inquit, filium matri, redde dominum seruis sacerdotibus semper beneficium multa viduis præstant, quare nunc domus viduæ per te perit? Cui sapienter respondit episcopus: Si tu mihi filium tulisses, ego te, mulier, deberem, quantum dolor imperaret, arguere: modò tu mihi iuste contumeliam facis, quia ego tibi filium tuli. Quando enim tibi displicet, quia seruiturus est Christo, benè facis. contumelias inferens Fausto. Sub his etiam sermonibus æquanimiter tolerans, & affabiliter arripens, videndi

videndi saltem filium nullam prorsus licentiam dat. Illa sciens, quantum diligeretur à filio, magnis ante ianuam monasterij clamoribus euulabat, & Fulgentij nomen frequentius inclamans, desolationem suam miserabiliter allegabat. Hæc prima tentatio beatum Fulgentium multis viribus impulit, dum suam genitricem, quam semper amauerat, cui maxima deuotione seruierat, audiret auribus suis flere. Sursum tamen corde positus, audiebat, & non audiebat, nec illius preces aduertere dignum putabat, quia pietatem solitam religiosa crudelitate vincebat. Ibi iam futuræ patientiæ in laboribus multis exemplum fidelissimum præbebat, & similis ebrio per spiritalem gratiam factus, vtrum mater esset, quodammodo ignorabat. Hic eum beatus Faustus episcopus ex toto corde conuersum primitus approbavit, & cum gaudio cæteris fratribus dixit: Facile poterit hic iuuenis tolerare quemcumque; imposuerimus laborem, qui potest maternum despiciere iam dolorem. Illa mater dum se plangere sæpius, nec ad se filium prodire cognosceret, in eodem loco eum iam non esse credebat: quia si ibi esset, non ferre posse dolorem matris, adhuc virtutis eius nescia, putabat. Sæpè ergò iens ac rediens, & episcopo molestias, & filio plurimas afferebat insidias, donec rædio victa, propriam reuenteretur ad domum.

Matri illi  
videndi co-  
pia nega-  
tur.Constantia  
Fulgentij.

Beatus ergò Fulgentius supra credibilem modum laboribus se abstinentiæ cruciat, sine vino & oleo manducans & bibens sic parcè & tenuiter, vt inedia magnitudo siccitatem corporis cutem fatiscere diuersis vlcerebus cogeret, ac superducta, quæ dicunt, impetigine delicati corporis pulchritudo fœderetur. Putabant plurimi, tunc beatum Fulgentium sub occasione ipsius infirmitatis aut recessurum simul à proposito sanctitatis, aut reddendum deinceps tepidum, nè vel regulæ communis parsimoniam custodiret. Ille verò contra spem omnium, misericordiæ Dei præuenientis auxilio gubernante, ex infirmitate corporis ampliores vires animi capiebat: & tanto abstinentior, quanto debilior, de salute perpetua iugiter cogitabat: salutem verò corporis arbitrio Domini committebat, hoc plerisque dicens: Scimus omnes ex epulis vitam solere seruari, non sanitatem posse conferri. Nam vt sanetur infirmitas, si explenda videtur gula cupiditas: quare infirmantur etiam illi, qui conuiujs lautioribus quotidie saginantur? Tolerabat ergò infirmitatem patienter, exercebat abstinentiam satis humiliter. Paruum nanque putans omne quod faciebat, de die in diem melior fieri gestiebat. Hoc propositum cordis eius miserator & misericors Deus adiutorio superni iuuenis fulcens, velociter ei corporalem restituit sanitatem.

Cap. 6.  
Abstinens  
tia eius in-  
credibilis.Desiderium  
proficiendi.

Tunc animus viri sapientis altiori pietate commotus, cum tota mente mundum sibi crucifigeret, & ipse mundo crucifixus, iter rectum à iuuentute sua, sicut scriptum est, ambularet: portionem substantiæ suæ, quam habere fratrem iuniorem, nomine Claudium, per donationem soli contulit matri, vt à matre postmodum, si benè seruissset, donaretur & fratri: sic salubri consilio superbiam iunioris fratris edomare desiderans, vt qui esse nolebat humilis propter pietatem, disceret humilis esse propter hereditatem: mater quoque post discessum dulcissimi filij, cuius iam non poterat obsequio lætificari, eius meruisset beneficio consolari. Quantas ibi tunc vniuersi laudes & gratias Domino retulerunt, cum viderent beatum Fulgentium seculari cupiditate calcata, rebus, quas distrahere & donare pauperibus non poterat, nè offenderet bonam matrem, renunciassè penitus, vt Christum inuenire mereretur doctorem? Finita iam fuerant cuncta, quæ eum in conuersionis primordio videbantur affligere.

Cap. 7.  
Thre. 3.

Sed quia hæc vita nunquam potest sine suis tentationibus præteriri, nascitur rursus talis persecutio fidei, vt sanctæ memoriæ Faustum episcopum cogeret per diuersas latebras commigrare: nec in ipso monasterio sincerè iugiter quiescere. Tunc beatus Fulgentius timens aut illo loco solus remanere, aut de loco in locum frequentius transmigrare, consulto prius episcopo Fausto, vicinum monasterium petijt, vbi paucis & simplicibus fratribus Felix nomine Abbas præerat, amicus eius ab adolescentia, cum quo semper etiam laicus familiariter vixerat. Tunc igitur eum Felix Abbas cum gaudio suscipiens, imparemque se eius virtutibus sciens, & nomen & potestatem ei tradidit abbatis. Ille plenus studio humilitatis, recusabat priuilegium potestatis. Et post multa certamina pietatis, ex consensu totius congregationis, passus violentiam charitatis, vix consentit esse collega boni consortis. Ità duo viri sanctissimi diligentes equaliter Deum & proximum, ambo moribus similes, ambo meliores pro-

Cap. 8.  
Fidei per-  
secutio.Fit Abbas  
monasterij

posito, conuersatione æquales, vnus scientia superior, iugum bonum gubernandæ congregationis excipiunt. O quàm felix seruorum Dei numerus fuit, quibus cœperat præesse Fulgentius: O quântum fulgebat illud monasterium, cui dispensator permanerat Felix. Dabant sibi mutuis nominibus etiam ipsi non minoris laudis auspici-um. Felix vocabatur Fulgentius, viam Domini currens, & fama crescente Fulgētij, capiebat fructum sui culminis Felix. Vnus tamen eorum, beatus videlicet Fulgentius, docendis fratribus peculiariter vacabat: alter in quotidiano ministerio sollicitius laborabat. Superuenientibus fratribus vnus verbum Dei singulariter prædicabat, alter hospitalitatem diligenter præparabat, & hilariter offerebat. Nihil alter sine consensu alterius faciebat: sed sic ambo cæteris erant imperantes, vt sub vnus se regula crederent constitutos. Ità dum timebat Fulgentium offendere Felix, Felicemq; Fulgentius, mortificatis voluntatibus proprijs vterq; vivebat, & de fratrum, quibus consulebant, vtilitate laudabiles, & de mutua, quam sibi reddebant inuicem, subiectione sublimes. Quis istius affectus explicare possit loquendo virtutem? Quos quicquid pax adunauerat, nec bella valuerunt feralia superare.

Cap. 9.  
Cogitur  
fugam ca-  
pessere.

Sed cum subito barbaricæ multitudinis prouincia turbaretur incurfu, videntes salutem temporalem fugæ præsidio vendicandam, labores ilicò perferendæ peregrinationis excipiunt, limatoq; consilio procùl abscedunt, vbi nulla belli nascentis opinio, construendi monasterij præberet integram facultatem. Promouēt igitur castra spiritalia duces inclyti cælestis exercitûs, & per ignotas Aphricæ regiones, monachorum suorum caterua comitante, pariter gradiuntur, vbiq; facientes gaudium bonis, inuidiam malis. In territorio deniq; Siccensî, dum cogitant certas sedes statuere, regionis fecunditate delectati, virorum etiam fidelium fauore suscepti, presbyter quidam scētę Arrianæ in fundo Babardilla perfidiam prædicabat: cui nomen quidem fuit inter homines Felix, sed voluntas aduersus Deum semper infelix, natione Barbarus, moribus seuus, facultatibus potens, catholicorum persecutor acerrimus. Hic beati Fulgentij nomen in illis regionibus clarum fieri sentiens, reconciliandos occultè multos, quos deceperat, suspicatur. Neque virum dignum sacerdotio, verè adhuc esse monachum credidit, sed eum sub habitu monachi sacerdotis officium putat implere. Et reuera sacerdotis officium etiam tunc laudabiliter implebat, nõ aliquantos reconciliando, sed omnes, quos attingere poterat, ad reconciliationem salutaribus monitis inuitado: cuius sermo dulcis & rectus, quia dura quoq; corda mollebat, nec immeritò hunc presbyterum sic timere pro sua perfidia compellebat. Arripit igitur presbyter, insani furoris stimulis cõcitatus, Dei seruos crudeliter persequi, & per omnes vias custodibus distributis, ambulantium simpliciter obsidet itinera. Necessarium quippe fuerat athletas fortissimos, voluntarijs abstinentię laboribus ad omnem tolerantiam præparatos, persequentium paululum tradi manibus: vt martyrialis agonis effecti participes, illata discerent supplicia tolerare, pbaturi quid profecissent, si flagellis membra omnia dissipantibus, a fide vera minimè defecissent. Nescientes igitur cogitationes maligni serpentis, habentesque fiduciam conscientię, nihil timentes, simul ambo gradiebantur secum loquentes.

Cap. 10.

Et ecce subito quasi violentia sæuissimæ tempestatis inuadit incautos, diuidit iunctos, ligat diuisos, & feralibus vinculis oneratos, perducit ad presbyterum victos: Efficiuntur subito sine crimine rei, sine belli sorte captiui. Quibus enim fugientibus nihil nocere potuerunt Mauri, pœnas ingerunt Arriani. Tunc antequàm tenerentur, Felix Abbas paucos solidos, vndè fratrum sustentabatur inopia, simpliciter vbi metus suaserat, proiecit, & custodiendos Dei seruis, ipsi Deo committit. O diuini singularis potentia miraculi. Nemo valuit solidos illos proiectos adspicere, nullus permissus est victum pauperum pauperibus tollere. Sed illi soli, qui sic probandi fuerant, tenentur, ligantur, ad presbyterum perducuntur. Quibus ore terribili violentus presbyter inonat: Cur ex vestris regionibus occultè venistis Christianos reges euertere? Benè enim miser Christianos reges esse dicebat, in quibus Christum regem regum miserabiliter exufflauerat, & quos filium patri æqualem negare, similis Antichristo docuerat. Illis ad hæc veracissimę responsionis verba parantibus, inferri præcepit verbera primitus. Igitur Felix Abbas vehemēti charitate commotus, Parcite, ait, fratri Fulgentio, qui non potest tormenta perferre. Nolite istum cedere, inter vestras

Sistitur Ar-  
riano pre-  
sbytero cõ-  
focio.

Vide crua-  
delitatem  
hæretici.

stras manus forsitan moriturum. Conuertatur in me vestra crudelitas: ego scio quid confitear, in me est omnis causa. Tunc dilectionis admiratione stupefactus, remoueri paulisper beatum Fulgētium iubet, atque illum grauius cædi ministris sæuissimus imperat. Tunc hilari animo Felix Abbas verberibus subditur. Dolorem quippe cum gaudio sustinebat, quia beatum Fulgentium nihil adhuc pati videbat. Ecce qualis fuit beatus Fulgentius circa amicos, vt vsque ad mortem diligi mereretur. Ista quippe charitas beati Felicis, vitæ illius sanctæ magnum perhibet testimoniū. Neque enim salutem suam pro salute illius despiceret, nisi prius sibi & multis vtilem iocundumq; sentiret. Imitentur vtroque, qui Deo placere desiderant. Alios doceat beatus Fulgentius sic viuere inter fratres, vt amentur, foueantur, & in summis necessitatibus adiuuandi, etiam si periculum non defuerit, iudicentur. Sumant alij de bono facto Felicis Abbatis exemplum, melioribus fratribus & in Dei timore plus proficientibus, omnem gratiam bonæ voluntatis impendere. Quando enim talis charitas inter fratres fuerit, qualis inter sanctissimos viros fuit, vis totius tentationis superatur: inimicorum verò pertinacia confitudo frangitur: quauis tunc sæuissimus presbyter etiã de Felicis Abbatis iniuria minimè satiatus, nec beato Fulgentio parcendū putauit.

Ceditur so-  
cius Fulgē-  
tij.

Beatus autem Fulgentius, vir omninò delicati corporis, vtpotè ex familia natus illustri, violentos impetus fustium, repentini doloris acerbitate crescente, vix tollerans, sicut ipse nobis postea referebat, cogitauit presbyteri furētis insaniam vel mol- lire, si posset, vel certè paululum, donè recrudesceret, auocare: quò facilius inter ipsas moras inueniret spatium respirandi, nè continuata pœna omninò intolerabilis fieret. Dico aliquid, si loquendi potestas tribuitur: dum caderetur, exclamat. Tunc presbyter, putans eum confiteri velle, iubet quiescere cadentes, & sic adhuc ad flagella suspensum, loqui præcepit quod volebat. Vbi dum beatus Fulgentius eloquentiæ solitæ sermonibus blandis, suæ peregrinationis narrare aggressus historiam, presbyterum faceret attonitum, diuq; nimia verborum suauitate delinitum, penè totius crudelitatis redderet oblitum, miratur presbyter beati Fulgentij facundiam, probat sapientiam, magnumque aliquem virum conijciens, erubescit inferre violentiã. Sed nè proderet suis suam superatam fuisse sequitiam, Cedite, ait, iterum fortiter, & multiplicatis flagellis lacerate verbosum. Me etiam, puto, seducere cogitat, longoq; inanis fabulę circuitu quid conficere molitur, ignoro. Recrudescit iterum manus

Cap. 11.  
Verberatur  
etiam Ful-  
gentius.

vesana tortorum, flagellisque innumeris beatus Fulgentius exaratur. Tandem presbyter de illata cæde confusus, virorum laudabilium merita sentit, nec apud se eos tenere diutius ausus est: sed deformiter decaluatos, ablatis etiã omnibus vestimentis, ex domo sua nudos inanesque proiecit. Sed nec illa decaluatio viris sanctissimis turpitudinem, nec nuditas attulit confusionem: quos tolerata propter odium religionis iniuria, primè iam confessionis decorauerat ornamento, superna gratia fulcendos. Processerunt itaque de domo presbyteri, tanquàm de loco gloriosi certaminis, insignis victoriæ laureis coronati: reuersiq; per campum, vbi fuerant capti, solidos, quos Abbatem Felicem proiecisse diximus, integro ibi numero seruatos inueniunt, & quasi ex diuina manu restitutos hilariter accipiunt: agentesque ineffabiles gratias Deo, qui consolatur humiles in omni tribulatione eorum, reuertuntur ad proximos fratres. Huius autem crudelissimi facti detestabilis opinio, cunctam simul mœstificat regionem. nunciatur etiam Carthagine fama. Inter alios quoque Arrianorum episcopus dolet maclatum graui cæde beatum Fulgentium: & quia parentes eius cognitos habebat idem episcopus, ipsumque beatum Fulgentium singulariter adhuc laicum dilexerat, aduersum presbyterum suę religionis & parochię, qui cædis author extiterat, grauius commouetur, vindicare beatum Fulgentium parans, si querelam de memorato presbytero deponere voluisset. Sed beatus Fulgentius multis, vt hoc faceret, suadentibus: Non licet, ait, in hoc seculo vindictam querere Christiano. Nouit Deus, quomodo seruorum suorum defendat iniurias. Iste presbyter si grauiissimi sceleris inter homines, me agente, receperit vltionem, patientiæ nos apud Deum perdimus retributionem: maximè quia multos paruulos scandalizare poterit, si episcopi Arriani iudicium qualiscunque peccator, ramen catholicus & monachus, queram. Nolens ergò retribuere mala pro malis, & vitam suam sciens necessariam bonis, nè quam forsitan hæreticorum violentiam denuò paterentur, ex illa

Post verbera, cõ igno-  
minia di-  
mittuntur.



Cap. 12.

Fulgentius meditat in Aegyptum.

Psal. 22. Appellat Syracusas.

Eulalius Syracusanus episcopus.

Monasterium S. Eulalii.

Heb. 11. Communio Romanae Ecclesiae.

Hospes hospitalitatem exercet.

prouincia rursus egrediuntur, & ad vicina prouinciae suae loca celeriter regrediuntur: eligentes Mauros potius habere vicinos, quam pati molestissimos Arrianos.

Iuxta ciuitatem proinde, quae Ididi nuncupatur, fundare monasterium incipiunt, ubi paruo tempore Domino seruientes, insisterent operibus charitatis: donec subitò beatus Fulgentius Aegyptiorum monachorum Vitas admirabiles legens, institutionum simul atque collationum spiritali meditatione succensus, memoratas terras nauigio petere statuit: duabus videlicet ex causis, vt vel ibi deposito nomine abbas, sub regula viueret in humilitate, vel districtioris abstinentiae legibus subderetur. Et quia desiderium suum impediri poterat publicatum, quærit primitus occasionem proficiscendi Carthaginem. Dehinc veniens ad ipsius moenia ciuitatis, vno tantum fratre, cui nomen fuit Redemptus, socio peregrinationis electo, nauem conscendit, Alexandriam petiturus, nullos fortè sumptus peregrinationi tantæ necessarios secum ferens, sed in Deo, qui diues est, spem suam firmiter ponens, suauiter canebat cum Dauid: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. Ventis itaque flatu prospero consequentibus, Syracusanum contigit feliciter portum: Deique summi prouidentia gubernante, ductus est ad hanc ciuitatem, ubi tunc ecclesiam catholicam beatus papa Eulalius gubernabat, vir eximiae sanctitatis, admirabilis hospitalitatis, perfectissimae charitatis: in cuius corde thesaurus sapientiae spiritalis absconditus, multos talentorum Dominicorum negotiatione ditabat. Virtute enim discretionis super omnia decoratus, monachorum professionem singulariter diligebat: habens etiam ipse monasterium proprium, cui semper adhaerebat, quoties ab ecclesiasticis actibus vacabat. Ad hunc ergò beatus Fulgentius veniens, inter alios peregrinos hospitalitatis officio libenter excipitur, neque tamen diu latere permittitur. Mox enim, sicut moris est, in conuiuio sacerdotum, dum de diuinis rebus ortus est sermo, virum singularis scientiae locurio sua continuò prodidit. Intellexit episcopus, ex ornatu sermonis & responsum moderatione, sub monachico habitu magnum latere doctore: distulit tamen eundem vel quis esset, cur uenisset, conuiuio praesentibus, inter epulas quaerere. Post praedium verò cum meridianis horis in domo sua deambularet episcopus, per fenestram respiciens, obseruantem sibi, sicut ceteros, beatum Fulgentium vidit: quem continuò peculiariter vocans, De institutionibus, ait, & collationibus loqui coepas, dum pranderemus. Affer mihi, obsecro, codicem, si portas. Ille sine mora iussis obediens, codicem detulit, in quo quid contineretur, verbis proprijs iussus exponit. Admiratur sanctus Eulalius scientiam iuuenis, & tali hospite delectatus, cur ex Africa venerit, diligenter inquirat. Ille metuens arrogantiae notam, si desiderium suum fateretur, incurrere: Parètes, inquit, meos requiro, quos in illis partibus viuere peregrinos audiui. Verè enim parentes suos requirebat, quorum suauissimos mores imitari cupiebat. Intellexit episcopus responsum non manifestum, rotiusque itineris eius per alterum fratrem, qui fuit simplex, inuestigat causas. Ibi tunc beatus Fulgentius salubriter proditus, veritatem simpliciter confitetur: iturum se ad vltimam Thebaide regionis eremum dicit, vt illic, sicut lectio monebat, mudo mortuus viueret, ubi maior abstinentium numerus assumptioni suae nullum gigneret impedimentum, sed forte potius preberet exemplum. Rectè facis, respondit episcopus, cupiens meliora sectari: sed scis, quoniam Deo sine fide impossibile est placere. Terras, ad quas pergere concupiscis, à communionem beati Petri perfida dissensio separauit. Omnes illi monachi, quorum praedicatur mirabilis abstinentia, non habebunt tecum altaris sacramenta communia. Quid ergò proderit affligere ieiunij corpus, ubi solatijs spiritalibus indigebit anima, quae multo melior est corpore? Reuertere fili, nè vitæ melioris intuitu, periculum recte fidei patiaris. Ego etiam quondam iuuenis, antequam me pontificalis honoris gratia preueniret indignum, diu cogitauis sanctissimae huius professionis in ipsius prouinciae monasterijs adimplere propositum, sed hæc causa me prohibuit assumpta perficere. Consentit beatus Fulgentius momentis patris consilio salutari, suæque intentionis seruore deposito, suadet ibi apud Syracusas paucis mensibus degere, sancto Eulalio praesente victum & hospitium congruum. Sed quia bonæ mentis indoles nunquam vacat, charitatis opera semper exercens, in ipso paruissimi hospitij quod acceperat, habitaculo coepit hospitalitatem multis superuenientibus exhibere, peregrinus & alterius indigens solatio, consolans.

solandos suscipere peregrinos. Miratur sanctus Eulalius affluentem sancti animi libertatem, magnoque gaudio saginatur, dum per manum beati Fulgentij, cui victum quotidianum nihil habenti ministrabat, alimenta ministrari non habentibus videret: Et si fas est dicere, comparatione minorum crescere maiores solere, quauis esset sanctus Eulalius in pauperibus gubernandis omnino perfectus, opera tamen beati Fulgentij considerans, de die in diem plus misericors efficiebatur & largus.

Peracto itaque praesentis hyemis tempore, cura vehemens beatum Fulgentium commouet, episcopum quendam Rufinianum nomine, qui persecutionis violentiam fugiendo declinans, ex Byzaceno concilio nauigauerat, ibique prouinciae Siciliae vicium, in quadam breuissima commorabatur insula, vitam monachi laudabiliter gerens, videre indifferenter, vt eius admonitione secundo firmatus, quid facere deberet, agnosceret. Hoc autem volebat, non quia Eulalio Pontifici minus credebatur, sed quia in rebus dubijs vtilissimum semper esse multorum consilium sentiebat. Per multos itaque pedestrus labores itineris ad illum Siciliae veniens locum, cui plus propinquior illa insula fuerat, ubi sanctus Rufinianus episcopus habitabat, modica nauicula deportatus, sacerdoti venerabili velociter praesentatur: à quo similiter, nè in Aegyptum proficisci perseueraret, admonitus, redire protinus ad proprium monasterium, neque tamen Apostolorum memoriam praetermittere, statuit. Occasione igitur nauigij felicior inuenta, Romam venit, & authorum secularium cõsono semper ore laudatam, caputque mundi veraciter appellatam, festinus ingreditur ciuitatem. Fuit autem tunc in vrbe maximum gaudium, Theodorici regis praesentia Romani senatus & populi laetificante conuentus. Vnde contigit, vt beatus Fulgentius, cui mundus fuerat olim crucifixus, postquam sacra martyrum loca venerabiliter circuiuit, omnesque seruos Dei, quorum in breui notitiam capere potuit, humili obsequio salutauit, in loco, qui Palma aurea dicitur, memorato Theodorico rege, concionem faciente, Romanæ curiae nobilitatem, decus, ordinemque distinctis decoratum gradibus adspectaret, & fauores liberi populi castis audiens auribus, qualis esset huius seculi pompa gloriosa, cognosceret. Neque tamen in hoc spectaculo libenter aliquid intuetur, neque illis nugis secularibus superflua ille ctus delectatione consensit: sed indè potius ad illam supernam Hierusalem feliciter desiderandam vehementer exarsit, salubri disputatione praesentes sic admonens fratres: Quam speciosa potest esse Hierusalem caelestis, si sic fulget Roma terrestris? Et si in hoc seculo datur tanti honoris dignitas diligentibus veritatem, qualis honor & gloria praestabitur sanctis, contemplantibus veritatem?

Multa his similia beatus Fulgentius illo die salubriter disputauit, & iam toto corde monasterium suum reuifere cupiens, ad Africam velociter per Sardiniam nauigauit, vix credentibus praenimio gaudio monachis suis, beatum redijisse Fulgentium. Nesciebat planè sancta fraternitas, quid primitus ageret: vtrum de absentia patris quaereretur, an potius de praesentia letaretur. Nullus tamen ausus est eum, quia discesserat, culpae, sed cuncti potius satagebant pro reditu eius Deo gratias agere. Iunguntur seruatorum Dei gaudijs etiam laici, latantur omnes honesti ac nobiles viri, quod beatus Fulgentius Africanae Ecclesiae doctor praedestinatus, non diu fuisset in transmarinis regionibus occupatus. Certatim denique singuli properant ampliora praebere solatia pietatis, quibus foueretur animus reuertentis. Offerunt à quodam, nomine Syluestrio, bene Christiano, & prouinciae Byzacena primario, locus aprus monasterio fabricando, cuius gleba pinguis ac fertilis, instituendis hortis oprabili fecunditate congrueret, & quod plus eligendum videbatur, longè adhuc à furore bellico constitutus, quietissimae pacis securitatem plenissimam daret, honestis plurimis per vicinas possessiones commanentibus: quorum frequens oblatio, transactionem monachis facilimam promittebat, vt regnum Dei quaerentibus, nulla cura secularis transactionis obstreperet. Libenter itaque beatus Fulgentius hominis religiosi deuotam suscipiens oblationem, sine mora in loco sibi concesso monasterium fundat, plurimosque ad conuersionem pijs monitis inuitando, monachorum multiplicat numerum, & magna congregationis efficitur pater. Quauis sanè spiritalia meditari iugiter concupisceret, ampliori tamen solitudine distendi compellitur, ocium sanctum quaerens ex dilectione veritatis, & negocia multa suscipiens ex necessitate charitatis. Vnde victus aliquando contemplatione meliorum, lectioni &

Cap. 13. Rufinianus episcopus,

Romam petit religionis ergo.

Theodorici regis 2. in Italia Gothorum rex. Inuitit sancti loca Fulgentius.

Cap. 14.

charitatis

Construit monasterium Fulgentius.



orationi tantum vacare desiderans: cogitavit diu, quomodo sarcinam presentis oneris abijceret, & sub aliorum regimine constitutus, ipse potius sub regula viveret, quam viuendi regulam ceteris traderet, secundum Dei preceptum magis vtile iudicans imperantibus obedire, quam obedientibus imperare. Cogitanti verò ea diutius, talis subito sententia nascitur. Est in medio vadosi maris sinu monasterium \* Viuecensilitori proximum, Vennefensi autem maxima ex parte contiguum: vbi neque hortos colere parvissimi scopuli limes sunt angustus, neque ligni vel potabilis aque consolatio saltem ministratur exigua, sed rei vtriusque, per breuissimas nauiculas quotidie sufficientia preparatur. In hoc monasterio rigidi propositi disciplina antiqua seruetur, ab infantia sua plurimis vsque ad decrepitam senectutem sanctissime ibi viuentibus, sanctaque professioni congrua opera laudabiliter exercentibus. Vbi tunc duo presbyteri peculiare, & merito mirabile, & immaculata senectutis honore venerabiles, abbatis officio fugebantur, nunquam de cœnobio recedentes, sed ecclesiasticæ dignitati multos viros idoneos nutrientes. Ad hoc igitur monasterium clam beatus Fulgentius proficiscitur, ibique in congregatione tam maxima nomen ponit abbatis, & adunatus multitudini monachorum, fulger quidem super ceteros scientia mirabili, eloquentia speciali, sed subijcitur omnibus laudabili humilitate, obedientia singulari. Memor quippe illius euangelicæ sententiæ, qua Dominus noster dicit, Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me patris. Omnes suas mortificat voluntates: ieiunijs in super, orationibus, vigilijs & abstinentiæ vacans, totumque se cum vitijs & concupiscentijs secularibus crucifigens, manibus etiam suis delectabiliter operabatur. Nam & scriptoris arte laudabiliter utebatur, & palmarum folijs flagellos sepius contexebat. Cui operi, etiam cum fuisset abbas, in suo monasterio vacabat. Lectio autem in cellula frequenter coram fratribus insistebat, apud omnes amabilis, honorabilis & iucundus.

Clam aliud  
petit cœno-  
biū, posito  
abbatis no-  
mine.

Ioan. 6.

Cap. 15.

Humilitas  
sancti viri.

Cogitur re-  
dire ad ab-  
batis officium.  
Fit sacerdos

Cap. 16.  
Non licet  
ordinare  
episcopos.

Sed quanta in eodem monasterio lætitia, tanta in illo exorta est tristitia. Gaudebant isti, qui eum suscipiebant: dolebant illi, qui amiserant. Nascitur inter eos noua pugna charitatis. Isti nouum socium tenaciter amplectuntur, illi antiquum patrem reddi sibi suppliciter deprecantur. Isti se ornari de eius presentia, illi de absentia deficere confitentur. Beatus verò Fulgentius magis volens discere quam docere, consentit hic esse, vbi fuit inferior: & trepidat illuc redire, vbi cunctis posset esse superior. Tunc abbatis Felicis & omnium fratrum, quos reliquerat, dolor ex necessitate consilium sumens, patrocinio sancti Faustini episcopi inulanos monachos pulsat. Ille protinus episcopi autoritate suam esse monachum Fulgentium allegat, sibi que reddi, & vbi ipse iusserit, viuere debere confirmat. Minatur excommunicationem contradicentibus: ipsum verò Fulgentium, nisi consentiat, inobedientibus similem pronunciat iudicandum. Quid multa? Deponitur rursus beatus Fulgentius ad monasterium proprium, subire precipitur abbatis officium: & ne iterum a desiderio spiritali mutabilis fieret, repente eum sacerdos presbyterum consecrat, ut abbatis & presbyteri decoratus officio, nec monasterium relinquere, nec in alia posset ecclesia fortuito ordinari.

Vistus ergo, & honoris compedibus vincens, coepit iam beatus Fulgentius æquanimiter monasterium suum regere, fama que crescente laudabili, super omnes Africæ prouincias innotescere: in ipso autem Vintorum territorio tãquam proprius episcopus honorari, paratis omnibus, quando cunque facultas ordinandi episcopum cõcessisset, beatum Fulgentium primum sacerdotem vocibus petere & mentibus, nec alterum nisi beatum Fulgentium sibi consecrari permittere. Desiderium deinde populorum Deus videbat, ipsum quoque beatum Fulgentium non latebat.

Sed quia tunc regalis autoritas episcopos ordinari prohibuerat, nec viduatis plebibus prouidere pastores licebat, securus huius interdictionis tempora transgebat, superfluum iudicans honorem fugæ præsidio recusare, quem nec dare alicui fas erat, nec accipere. Postquam verò sacra turba Pontificum, qui remanserant, communicato inter se consilio, definiêrunt aduersus preceptum regis in omnibus locis celebrare ordinationes Pontificum, cogitantes aut regis iracundiam, si qua forsitan existeret, mitigandam, quò facilius ordinati in suis plebibus viuerent: aut si persecutionis violentia nasceretur, coronandos etiam fidei confessione, quos dignos inueniebant promotione: ministerium verò suum facilius impleturos, atque inter ipsas tribu-

lationes

lationes proprijs plebibus solatia prestituros: fit repente communis assumptio, presbyteros, diaconos, & si quos inueniret electio, rapere, benedicere, consecrare, certatim in locis singulis properantibus, ne in tali studio aliquis aut tardus, aut nouissimus videretur. Tunc beatus Fulgentius eligentium vota velociori preueniens fuga, latebris incertis absconditur, nec quæritus vllatenus inuenitur. Plebs ipsius loci, vbi fuerat monasterium constitutum, differre suam prorsus electionem, donec inueniret beatum Fulgentium, cogitabat. Veruntamen timens, ne, dum diu beatus Fulgentius quæritur, fama hæc Carthaginem perueniret, atque inde rursus regalis interdictione nasceretur: ita compellente festinationis necessitate, suadentur sibi de suis clericis alterum quærere. Sic per multa loca, vbi beatus Fulgentius aut solus, aut primus electus est, postquam minimè potuit inueniri, dedit alijs honoris summi licentiam. Repleta iam fuerat prouincia Byzacena nouis sacerdotibus, & penè vix paucarum plebium cathedræ remanserant destitutæ: regis quoque commota sequitia cunctos iam decreuerat exilio mancipandos, in ipsum primitus ordinatorem, id est, primatem, nomine Victorem, procedente sententia: qui iam a seruis regis exeuntibus captus, ad Carthaginem ducebatur: & omnino succedente maiore tristitia, versa fuit in publicos luctus ordinationis assumptæ lætitia. Tunc occultis nuncijs edocentibus, transisse tempus faciendæ ordinationis, beatus Fulgentius putans, cathedris quammaximè proximis episcopos haberi proprios, ipse rursus monasterij sui congregationi gubernator reuertitur, nihil dubitans, neque formidans, sed omnino se pontificalis dignitatis euasisse sarcinam gaudens.

Veruntamen altiori consilio Deus noster predestinata perficiens, cui dederat docendi salubriter facultatem, doctrinæ salutaris dare iam volebat authoritatem, ne deesset fidei Catholicæ contra Arrianos fidelissimus prædicator. In tempore ergo tribulationis abscondere noluit vas electionis, per quem disposuerat implere officium prædicationis. Erat adhuc Ruspe oppidum nobile, clarissimis habitatoribus prorsus illustre, cui nullus fuerat episcopus ordinatus: quia Diaconus quidam Felix nomine, qui ambire voluerat, repudiatus, honorem Pontificis in illo loco nec ipse merebatur, nec aliorum patiebatur accipere. Frater quippe illius germanus, amicus procuratoris, perbitiosus potetiam secularis actionis ministrabat vires ambitionis. Dolor honestorum ciuium mentes vehementer angebat, cur soli remansissent sine patre spiritali, qui videbantur super ceteros excellere nobilitate carnali: cum repente fama verax dolentibus nunciat beatum Fulgentium, quem tot loca primo sacerdotio iudicauerant dignum, nullatenus tempore ordinationis inuentum, remansisse presbyterum, gloria maiore vestitum, quod honoris superioris sic calcauerat appetitum. Illis, quibus displicebat superbus ambitio, placet iste laudabilis excusator. Consentitur ab omnibus, ipsum sibi esse seruatum, propterea minimè tantis plebibus ambientibus ordinatum. Nesciente igitur beato Fulgentio, Victor primas in itinere petitur à Ruspenibus, & vicinis episcopis ordinandi Fulgentium licentia datur. Tunc aggregata violentæ multitudinis manu, repente beatus Fulgentius, dolens oculos, in cellula propria reperitur: inuaditur, tenetur, ducitur, & Pontifex esse non rogatur, sed cogitur.

Indè ad episcopum, qui admonitus fuerat ordinationem celebrare, perductus, ignoti populi constituitur pater, ita ut in illo Propheticum illud compleri videretur oraculum, Populus quem non cognoui, seruiuit mihi. Nimis aut gratissimus viri sapientis aspectus, & fauores populi suffragantis augebat, & a quocunque tunc videbatur incognitus, humilitate vestium blandus, modestoque incessu venerabilis habebatur. Cum verò loqui quippiam, cogente interdum ratione, voluisset, in eius ore omnis turba pendebat, ex locutione familiariter considerans, qualis esset spiritalis magistri futura doctrina. Propter quod ex omnibus possessionibus, vbi cunque transibat, populus confluxerat ad fauendum, Ruspeni Ecclesiæ quanto seriùs, tanto meliorem confitentes prouenisse Pontificem. Diaconus porro videns suæ ambitionis conatus vanissimos defecisse, quod solum remanere deluso poterat, sæuit, & tardus, innumeris congregatis, venientis filio pacis scandalum, sicut sacer loquitur Psalmus, iuxta semitam ponit. Viam igitur, per quam veniebat Dei seruus electus, obsedit ambitio infestus. Sed vbi que simplicibus subuenit Christus, nec impediri potest ab homine sacerdotis electio, quam non præcedit ambitio. Nescio quo sancti spiritus admonentis imperio,

Fugit episcopus  
scopatum.

Cap. 17.

Felix, dia-  
conus am-  
bitiosus.

Cogit episcopus  
scopatum Rus-  
spensem su-  
scipere.

Psal. 17.

Diaconus  
pulsus sequit  
in Fulgentium.  
Psal. 139.

Missam celebrat.

rio, per alteram viam populus qui precedebat, ambulauit, & beatum Fulgentium, dum adhuc hostis sedet in via, super suam cathedram collocauit. Celebrata sunt eodem die diuina sollempniter sacramenta, & de manibus beati Fulgentij communicans omnis populus, letus abcessit. Quod postea Diaconus audiens, diuinę voluntati, licet tardius, cessit. Hunc illico reuertentem beatus Fulgentius benignę, affabiliter, clementerque excepit, ita vt eum postea presbyterum ordinaret. Sed vltionem debitam diuina iustitia demonstrauit omnino velociter. Ipse enim Diaconus, iam presbyter, intra annum mortuus, & procurator ei consentiens ad penuriam redactus, dederunt poenas temporalis audacię, quibus potens est Deus preparare in futuro gratiã celestis indulgentiæ. Nos illud propterea vel commemorandum putauimus, vt ostenderemus hinc maiorem beato Fulgentio creuisse circa singulos auctoritatem, dum cognoscerent in istis vigilasse diuinam seueritatem.

Cap. 18. Honores non illi mutant mors.

Vestitus eius.

Suscipit interim beatus Fulgentius episcopatum sine aliqua ambitione, cum maxima deuotione, manente in cõtradiçtores diuina vltione. Nec ita factus est episcopus, vt esse desisteret monachus: sed accepta Pontificis dignitate, professionis preteritę seruauit integritatem. Seruata verò professionis integritas, plus ornauit Pontificis dignitatem. Nunquam denique preciosa vestimenta que sumpsit, aut quotidiana ieiunia pretermisit, aut conditos suauiter cibos vel inter hospites manducauit, aut discumbendo saltem requiescere & resoluere rigidum propositum voluit, sed vna tantum vilissima tunica siue per æstatem, siue per hyemem patienter indutus fuit. Oratio quidem, sicut omnes episcopi, nullatenus vtebatur: pelliceo cingulo tanquam monachus vtebatur, sic studio humilitatis ambitionem vestium corporalium fugiēs, vt nec ipsa calceamenta suscipiens clericorum, aut vltimis caligis in tempore hyemis, aut caligulis in tempore æstatis simpliciter vteretur. Intra monasterium sanè interdum soleas accipiebat, frequenter nudis pedibus ambulabat. Casulam preciosam vel superbi coloris, nec ipse habuit, nec monachos suos habere permisit. Subtus casulam nigello vel lactineo pallio circumdatus incessit, quando temperies aeris inuitabat, solo pallio intra monasterium coopertus. Scapulis verò nudis nunquam à nobis visus est, nec deposito saltem cingulo somnum petiuit. Sux autem continentię Deo teste fiduciam gerens, in qua tunica dormiebat, in ipsa sacrificabat: & in tempore sacrificij mutada esse corda potius, quam vestimenta, dicebat. Huic beatissimo sacerdoti nullus aliquando extorsit cuiuslibet generis carnes accipere, sed sola simpliciter olera, ptisanas & oua, quadiu iuuenis fuit, sine oleo, postquam verò senescit, superfluo oleo maducauit: idem persuasus oleum accipere, ne caligo præualens oculorum, lectiois impediret officium. A vino autem sanus semper abstinuit. Si quado verò compellente infirmitatis necessitate, vino modico vti compulsus est, calicibus plenis aqua superfundens quippiam meri, nec saporis eius, nec odoris inuiditate fruebatur. Antequam vigilię à fratribus nunciarentur, ipse semper corde & corpore vigilans, aut orabat, aut legebat, aut discabat, aut cuiusque spiritali meditationi solus vacabat: quia se per diem filiorum Ecclesię necessitatibus occupari iugiter sciebat. Ad agendas cum seruis Dei vigilias interdum descendebat, sed priuatas apud se vigilias studijs, que dixi, multo laudabilius exercebat.

Carnibus perpetuo abstinuit.

Item vino sanus.

Cap. 19. Nusquam degit sine monachis.

In nullo autem loco visus est sine monachis habitare: propter quod à ciuibus Ruspensibus hoc primum beneficium ordinatus episcopus postulauit, vt fabricado monasterio locum congruum darent. Tunc ex pluribus ciuibus, obedire festinantibus optimo sacerdoti, quidam nomine Posthumianus, Christianissimus & inter suos nobilissimus ciuis, agellum proprium fideliter obrulit, non longè ab ecclesia constitutum: vbi pinis cõsurgentibus in excelsum, speciosi nemoris virebat amoenitas. Excepit beatus Fulgentius libentissimè locum, cuius etiam ligna necessaria futura fabrica conspiciebatur: protinusque beatum abbatem Felicem venire velocius persuasit, cum maxima penè totius cõgregationis multitudine, nisi quod paucissimos fratres in illo monasterio dereliquit, quibus vnum ex fratribus, Vitalem nomine, preposuit. Tali verò charitatis lege monasteria vtraque precipiebat vniri, vt quasi non fuissent locis diuisa, sic essent vnanimitate coniuncta. Si quos autem novos monachos vel in isto, vel in illo monasterio Christus acquireret, tempus inter se conuersionis ordinemque seruarent: & si quando ad se videndos, iubentibus duntaxat prioribus, venirent, non vt hospites, sed quasi vnus congregationis homines susciperentur: beati verò Fulgentij epi-

episcopi prouisione communiter gubernati, patrem spiritalem simplici venerarentur affectu: sic beato Fulgentio singula disponente, ne suscepta regendorum sarcina clericorum, consolationem perderet monachorum.

Interea repente dirigitur ministri regalis furoris, vt detentus etiam ipse, cum ceteris in exilium Sardiniam confessor Christi nobilis truderetur. Abductus ergo velociter, licet doleret ecclesiam suam nullis adhuc eloquiorum suorum monitis eruditam, remansuramque; protinus destitutam: sapienter tamen tristitiam gaudio maiore vincebat, quod tam gloriosę cõfessionis esse particeps inchoabat. Comitantibus ergo monachis simul & clericis, magister egregius vtriusque professionis exijt, flentibus laicis omnibus, de cathedra honoris ad locum beati certaminis, paratus fidem Catholicam mente libera, voce forti coram regibus & potestatibus confiteri. Suscepit eum Carthago venientem, fructumque; eius notitiã in paucis diebus fideliter gustans, multa obtulit munera: quæ beatus Fulgentius monasterio illi, quod fabricari delegauerat, profutura mandauit. Ipse verò nauem crucifixo corde & corpore nudus ascendit, habens secum plurimas diuitias scientiæ singularis, quibus omnes vbiunque veniebat, indeficiente largitate pascebat. Inter alios sanè episcopos, cum quibus exilium commune susceperat, tempore ordinationis erat inferior, sed patientiæ & charitatis virtute non inferior. In rebus enim dubijs, vbi quàm maximè consilium petebatur, si quando inter se cõfessores beatissimi de communi vtilitate tractabant, vltimus quidem sedebat: veruntamen ipsius sententiam Primas vel omnes qui Primatem sequebantur, audire & facere cupiebant: quantum illi nihil sibi per inanem gloriam vendicans, deferret honorem congruum prioribus suis. Si enim cogebatur respondere consulentibus, ita paratus erat semper obedire iubentibus, ne presumeret aliquid extorquere nolentibus. Post deliberationis autem longissimas moras, quicquid definitionis communis inuenerat, eloquenter allegandum sensibus ceterorum beato Fulgentio dimittebatur. Hinc etiam quodcumque transmarinis literis de fide vel de diuersis questionibus interrogabatur episcopi, respondere pro omnibus ab omnibus ei imponebatur. Ita sicut sanctę memorię Aurelius, Carthaginensis antistes ecclesię, inter sua priuilegia meruit, vt literas ex Aphricano concilio dandas solus ipse scriberet: sic iste meruerat, vt literas ex illo concilio dirigendas, solus ipse diceret. Sexaginta quippe & eo amplius episcopos tunc catena ligabat exilij, quorum lingua & ingenium beatus Fulgentius episcopus fuit. Propterea quodcumque rescribebat consulentibus, episcoporum ceterorum dicebantur nomina in titulo, sed solius beati Fulgentij sermo tenebatur in stylo. Preter istas quoque publici tractatus epistolas, si quis fortè ex ipsis episcopis absentem plebem suam corrigere vel monere voluisset, ad beatum Fulgentium accedebat, & per ministerium linguę eius, officium suę dispensationis implerebat. O mirabilem virum, non sibi soli, sed & omnibus natum. Sola eum Ruspensis Ecclesia meruerat doctorem, & pars maxima concilij Byzaceni de ipsius sermone viuerebat. Quicumque in qualibet sacerdotum exulantium plebe tentabat inquietus existeret, vel episcopi proprii iussa contemnere, beato Fulgentio dicente, sic corripiebatur absens, vt satisfactionis remedium querens, enauigato mari, continuo fieret presens, & per ipsum beatum Fulgentium, cuius eloquentiam senserat excommunicatus, impetraret veniam salubriter humiliatus. Ipse nanque beatus Fulgentius erat vltor, ipse intercessor: cum collega vltor, pro ministro intercessor. Ab ipso procedebat gladius, vnde superbiorum cervice dura caderetur: & per ipsum rursus beneuolentię medicina prebebatur, donec supplicum fratrum pusillanimitas sanaretur. Inter ipsa sanè primordia gloriosi exilij, monasterium congregare, paucos secum monachos ducens, minimè potuit: sine fraterna tamen congregatione vitam ducere nesciens, coepiscopos suos, illustrem scilicet & Ianuarium, habitare secum persuasit volentes: quibus vnico seruans charitatis affectu, similitudinem magni cuiusdam monasterij, monachis & clericis adunatis, sapienter effecit. Erat quippe eis cõmunis mensa, commune cellarium, communis oratio simul & lectio. Nullus se super alterum insolenter efferebat, nec proprijs fratribus amplius aut peculiariis consulebat, nisi quod magis illi monachi, qui beatum Fulgentium sequebantur, districtioris abstinentię regulam custodientes, nihil omnino proprium possidebant, nec inter alios clericos clericorum more viuabant. Talis erat beati Fulgentij eruditio, que spiritalibus monitis ita

Cap. 20. Truditur in exilium.

Eius sententiã quanti fecerint episcopi exules.

Nomine omnium episcoporum reddit respõsa literis.

Sexaginta episcopi exules.

Efficacia scriptorum Fulgentij.

Monachi & clerici simul degunt.

itā subiectorum sibi corda transferret à terrenis vluoptatibus ad spirituales caelestesq; delicias, vt boni propositi manente censura, non seducerentur infirmorum fratrum inertia, nolentium imitari, quæ quotidie ante oculos eorū gerebantur, exempla. Quis illius habitationis dignè explicet laudes? Domus illa, tunc Calaritanæ ciuitatis oraculum fuit. Illuc enim veniebat afflictus percipere consolationem, inde petere suppliciter eleemosynam corporalem, vnde doctrinam quoque sumeret spiritalem. Frequenter enim beatus Fulgentius, quos, multa largiendo, de temporali fame liberabat, renūciare seculo, sapienter admonendo, faciebat, & quauis nihil habentes, habendi voluntatem contemnere suadebat: itā cupidus semper acquirendæ ad cœnobium fraternitatis, vt quauis omnibus omnia nōset esse, monachorum tamen professioni sociare cunctos & optaret, & vellet. Hęc fama per singulos dies crescens, Carthaginensis quoque ecclesiæ populos ad maiora gaudia prouocabat, & certissimis testibus ex illa prouincia venientibus, beatum Fulgentium commendabat absentibus.

Perrahit multos ad monastice.

Cap. 21. Persecutio Trafamundi regis.

Interea Trafamundi regis aduersus religionem Catholicam mens implacabilis & ira terribilis, inter asperas persecutiones subdolasq; factiones, quibus æqualem Deo patri negare Christum Catholicos nunc terroribus cogebat, nunc promissionibus inuitabat, sub intentione plūs decipiendæ multitudinis simulare coepit, rationem se simpliciter inquirere Catholicæ religionis, reperiri neminem putans, cuius posset in suis erroribus assertionem conuinci. Proponebat denique multas ineptiarum tendiculas quæstionum, nec si quis ei respondere voluisset, aut despiciebat, aut repellebat: immodò quasi patienter audiens, satisfieri sibi non posse iactabat. Et reuera quis homini tam obdurato corde valuisset lumen ostendere veritatis? Efficiebat tamen plurimos religiosos, audaces fidei suæ constantia, per occasiones à Domino præparatas, studiosi regis conuincere blasphemias. Dicitur autem requirenti diutius, quis plenissimè posset testimonijs euidentibus vendicare veritatem catholici dogmatis, esse inter episcopos exulantes beatum Fulgentium, cui nihil deesset in scientia, plurimum redun-

Trafamundus ad se accersit exulē Fulgentium.

daret in gratia, qui sapiēter & eloquenter roganti regi satisfaceret. Protinus rex probare cupiens sacerdotem, cui generaliter testimonium bonum tota nostræ religionis perhibebat Ecclesia, seruum strenuum celeriter dirigit: à quo sine mora ductus atque perductus, intravit Carthaginem lætus: vbi tãquam fidelissimus dispensator, erogandi talenta sibi credita reperiens occasionem, coepit in hospitio proprio venientes ad se catholicos orthodoxos diligenter erudire, rationem reddens, quomodò pater & filius & spiritus sanctus, manente trium personarum differentia, Deus vnus à fidelibus prædicetur. Tanta autem fuit beato Fulgentio facundi sermonis suauitas, tanta in vultu eius micabat hilaritas, vt certatim fideles vniuersos sancta charitas traheret vel interrogare doctissimum virum, vel audire quoties ad interrogata respondebat. Ille verò verbum Dei sine inuidia tabescēte communicans, occurrebat interrogationibus omnium, neminem despiciens, nullum iudicās improbum: paratus etiā ipse, si cui fortè Deus per spiritum sanctum melius reuelasset, audire vel discere, tenere, sequi, approbare, sub officio doctoris, humilitatem discipuli benignus & mitis exercens.

Fructus doctrine S. Fulgentij apud Carthaginē.

Vnde contigit, vt multo doctior & seipso melior fieret, lucra Christo maiora perquirens. Alios enim iam rebaptizatos, errorem suum plangere docebat, & reconciliabat: alios autem, nē suas animas pro terrenis commodis perderent, admonebat: & quos iam perditioni proximis sentiebat, itā blandis sermonibus leniebat, vt propter eius beneuolentiam verecundarentur cogitatam implere malitiam, reuersiq; velociter agerent poenitentiam. Confortati alij verbis eius, & doctrinæ eius sale conditi, redarguebant Arrianos hæreticos cum omni fiducia. Sic mirabili gratia factum fuit, vt per vnum sacerdotem, cuius sapientiam rex voluerat experiri, sapientium numerus apud Carthaginem cresceret, & per ministerium persecutoris fides Catholica incrementum potius, quàm defectum, acciperet.

Cap. 22.

Hęc omnia rex per occultos nuncios discens, egregij sacerdotis ingenium, sapientiam, doctrinam, fidem, pietatem, mansuetudinem, continentiam probat, & conuenientem

entem famæ suæ præconijs talem esse, qualis prædix abatur, agnoscit. Dicta proinde quædam, veneno plena perfidiæ, legenda ei celeriter dirigit, responsionem sibi flagitans reddi. Suscepit hæc doctissimus pontifex, & longissimæ narrationis ineptias per obiectionum capitula diuidens, responsiones subiecit breues, probabiles, necessarias, autoritate testimoniorum graues, & totius rationis lumine radiantes. Quas cum multis sapientibus viris diū multumque collatas, & ad populi notitiam perductas, regi quoque longa expectatione suspenso tradidit ingerendas: quas ille barbarus intentissimè perlegens, quia nunquàm prædestinatus fuerat ad salutem, laudat sapientiam, miratur eloquentiam, prædicat humilitatem, neque tamen meretur intelligere reuerentiam. Carthaginensis autem populus, triumphis spiritalis interpretis, propositi-ones regis fuisse conuictas læto murmure confitetur, & catholicam fidem semper esse victicem, coniunctis beati Fulgentij laudibus, gloriatur.

Trafamundus Fulgentio quæstiones proponit.

Adhuc tamen rex virum doctissimum probare desiderans, de alijs eum quæstionibus rursus interrogat, & interrogationem suam semel tantum beato Fulgentio præcepit legi, neque meditandi, neque describendi tribuens facultatem. Timebat enim, nē verba eius conuincenda, sicut prius, sermonibus eius infererentur, totiusque ciuitatis iudicio victus esse iterum reprobaretur. Beatus verò Fulgentius semel sibi lecta vix recollere præualens, respondere differebat: sed respondere eum rex magis ac magis imperabat, responsionis arguens moras, & cautelam sanctissimi viri, diffidentiam iudicans. Vnde idem pontifex discretionis virtute subnixus, nē qua forsitan per populum mendacia spargerentur, quibus fingeretur aut non potuisse, aut noluisse beatum Fulgentium regalibus quæstionibus obuiare, tres libellos mirabiles facit: vbi memoratum regem simpliciter alloquens, totius quæstionis seriem, quam tenui auditu perceperat, latè reuētilabat, docēs animam rationalem Christo Domino in susceptione carnis minimè defuisse. Tūc rex admiratione maxima repletus, nihil ampliùs est interrogare ausus, nisi quod vnus ex episcopis eius, Pinta nomine, quasi respondere conatus, tacere potius noluit, quàm respondere aliquid potuit. Cui tamen illic beatus Fulgentius alterius operis, quod aduersus Pintam titulanit, disputatione veridica restitit, & in prima defensione sua victos aduersarios, temerariè facti ostendit repetisse certamen.

Cap. 23.

Lib. 3. ad Trafamundum.

Opus Fulgentij aduersus Pintam.

De spiritu sancto interroganti presbytero Atragilæ, per commonitorium paruitissimum testimonia protulit plura, docens eum, cum patre & filio Deum vnum simpliciter consistendum. Cuius etiam commonitorij sententias inter vtrunque illius temporis opus ordinavit oportere describi, legentibus omnibus fidelibus Catholicis, & mirantibus: erubescētib; Arrianis, & dolore contra ipsum murmurantibus: donec malæ suggestionis occasione reperta, volenti eum regi intra Carthaginem diutius retinere, diceretur ab impijs & malis hominibus: Sine causa rex laboras: nihil tua diligentia proficit. Intantum quippe iam doctrina Fulgentij episcopi præualuit, vt de sacerdotibus tuis reconciliet aliquantos. Proinde nisi citò subueneris, religio nostra deficiet: & quicumque à nobis est baptizatus, hominison iterum prædicabit publicè reconciliatus: nec si persecutionem volueris concitare, timere poterit regalis sauitia. Multum quippe confortat & stabiles facit omnes episcopos Fulgentij præsentia.

Cap. 24. Itē cōmonitorij de Spiritu sancto.

Suggestentibus talia rex, quasi magna necessitate cōstrictus, assentit, & beatum Fulgentium rursus ad exilium Sardinie reuocare compellit. Intempesta igitur nocte (sic enim rex fieri delegauerat) ad nauem beatus Fulgentius populo ignorante perducitur: sed contrario flatu resistētib; ventis, super litus tantas passus est moras, vt per dies plurimos omnis penè illuc ciuitas conueniret, & de manu eius valesciens communicaret. Ibi autem prophetica gratia per spiritum sanctum repletus, Iuliatco viro religioso nimis afflicto, grauiterque pro discessu beati Fulgentij pontificis ingemiscēti: Diutius, ait, flere noli: Citò reuertemur ad vos: Catholice Ecclesiæ libertate reparata, videbitis nos. Hoc autem, quæso, secretum sit apud te, quod nimia charitas indicare compulit me. Sic sollicitè semper beatus Fulgentius iactantiam fugit, nec in donis spiritalibus humanam gloriam quæsiuit, testimonio conscientie suæ contentus, & sola Dei misericordia fretus. Vnde etiam miracula facere nunquàm delectatus, hanc gratiam sibi dari nullatenus desiderauit. Sed si quando petebatur pro infirmis & laborantibus, vel necessitatem tribulationum temporalium tolerantibus Dominum depre-

Cap. 25. Iterum relegatur.

Prædicat ceteram reditum suum.

D depre-

deprecari, preces suas sub hac deuotione fundebat: Scis, Domine, quid animarum nostrarum saluti conueniat. Postcentibus ergo nobis quod admonet necessitas, hoc misericordia tua concedat, vnde spiritalis non impediatur vilitas. Oratio ergo nostre humilitatis, si expediat, ita exaudiatur, vt voluntas tua principaliter compleatur. Et frequenter quidem Deus omnipotens oranti sacerdoti multum concessit: sed ille nihil proprijs tribuens meritis, eorum potius fidei, pro quibus exaudiebatur, omnia deputabat: neque sibi, sed illis, hoc concessum fuisse dicebat.

Cap. 26.

\* Miracula

Sed ne diu moras longissimas faciamus, vnam eius sententiam de faciendis mirabilibus inferamus. \* Mirabilia, aiebat, non conferunt homini iustitiam, sed notitiam hominum. Quisquis autem fuerit hominibus notus, nisi fuerit iustus, ad aeterna perueniet supplicia condemnatus. Ille vero, qui misericordie celestis ope iustificatus, in conspectu Dei solius vixerit iustus, etiamsi parum sit hominibus notus, beata sanctorum percipiet gaudia coronatus. Vir ergo mirabilis timuit habere laudem de mirabilibus, quamuis ampliora quotidie miracula faceret, exhortatione sanctissima multos infideles credere, multos hereticos reconciliari, multos pessimis moribus deditos, continentie faciens leges excipere: dum per eius saluberrima monita sobrietatem discerent ebriosi, castitatem sectarentur adulteri, distribuere omnia pauperibus avari rapacesque docerentur: & murato proposito, superbis humilitas, litigiosis pax, inobedientibus obedientia fieret dulcis. Tali bus plane mirabilibus beatus Fulgentius piam semper operam dedit, quibus secum comitantibus, in omnino loco & tempore gloriosus, fauente aliquando sereni aeris tranquillitate Sardiniam reportatus, exultantium coepiscoporum letos animos reddidit, ipsamque prouinciam, cui tantorum presentia sacerdotum tribuebat ornatum, presentie sue luce fecit splendidam, concurrentibus vndique cum gaudio Christianis hominibus, videre athletam Christi fortissimum, qui certamine singulari saeuientis impetum regis fregerat, ad diuina castra redisse insignibus laureis adornatum, & antiquis commilitonibus iunctum, tanto amplius exhibuisse laudabiliter humilitatem, quanto sciebat suam plus enituisse virtute: memor sine dubio scripturae monentis: **Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.**

Cap. 27.

Nouum ex

truit mona

stera exal

Fulgentius.

Noluit plane iam beatus Fulgentius in priori domo multis fratribus comitantibus diutius habitare, sed iuxta basilicam sancti martyris Saturnini, procul a strepitu ciuitatis vacante reperiens locum, Brumasio Calaritanæ ciuitatis antistite venerabili prius, sicut decuit, postulato, nouum sumptibus proprijs monasterium fabricauit: in quo quadraginta & amplius fratribus congregatis, disciplinae coenobialis ordinem custodiuit illa sum, nemini dans licentiam professionis sanctae regulam preterire: sed principaliter hoc obseruandum monachis tradens, vt nullus eorum quicquam sibi proprium vendicaret, sed essent omnibus omnia communia. Dicebat enim frequenter, nec debere, nec posse monachum iudicari, cui voluntas habere priuatum peculium persuaserit. Vt enim monachus lautioribus forsita cibis utatur, interdum cogit infirmitas corporis: vt autem cupiat in quamlibet exiguis rebus iuris proprii dominium vendicare, superbae voluntatis & auaræ cupiditatis euidens testimonium est. Distribuebat sane ipse cum summa discretione seruis Dei necessariae vitae subsidia, singulorum vires infirmitatemque considerans. Veruntamen quibuscunque plus ceteris consulebat, eos humilitatem custodire amplius adponebat, dicens eis: De substantia communi quisquis aliquid plus accipit, omnium fit debitor, quorum est illa substantia. Debitorem porro sola iuuat humilitas. Sic efficiebat, ne quis scandalum pateretur, quando vni propter infirmitatem plus dare videbatur. Erat ei quoque nimia sollicitudo, praenire cunctorum monachorum petitiones, ante tribuendo, quicquid tribuendum cuilibet vel necessitas, vel ratio manifesta monstraret. Si quis autem praesumpisset, priusquam acciperet, petere: negabat ei continuo, etiamsi mereretur accipere, dicens monachos debere his, quae acceperint, esse contentos. Ceterum qui sibi tanquam indigeant, petunt, desiderijs adhuc carnalibus seruiunt, & omnino non perfecte de caelestibus cogitant, quando id sibi necessarium sit, ipsi sibi, quia non possunt negociando, petendo saltem prouidere festinant. Illos quoque veros esse monachos dicebat, qui mortificatis voluntatibus suis, parati essent nihil velle, nihil nolle, sed abbatum tantummodo consilia vel precepta seruare. Propterea sine consilio suo nec eum fra-

\* plus ¶

Veri mona

chi q. sint.

fratrem, qui Praepositi gerebat officium, sinebat aliquid agere. Laborantes fratres, & opera carnalia indefessis viribus exercentes, lectionis autem studium non habentes, minus diligebat, nec honore maximo dignos iudicabat: In quo autem fuit scientie spiritalis affectus, etiamsi virtute corporis destitutus, operari manibus nunquam posset, peculiariter habebatur dilectus & gratus. Amabat autem, quando coram fratribus disputabat, si quis ei quaestiones proposuisset acerrimas, in quibus excellentissimo laboraret ingenio: licebatque generaliter omnibus fratribus, etiam natura simplicibus, parumve intelligentibus, vnde vellent, interrogare: nec prius, quam satisfactum sibi confiterentur, rationem reddere, victus tadio vel labore, cessabat. Erat enim maxima ei & mirabilis gratia, corripere inquietos corde tranquillo: ita vt tunc magis quando putabatur ab alijs vehementer irasci, summa in eo vigeret regnaretque placiditas, & sine perturbatione perturbato similis, multos male agentes salutari impetu perturbabat. Odiens enim vitia, diligens homines, tandiu seuerus apparebat, quando discipulorum spiritalis vtilitas exigebat. Alias autem circa singulos ita mansuetus fuit, cominus & facilis, vt neminem fratrum puro nomine clamiraret, neque cum stypho dominationis secularis, aliquibus quamuis paruulis imperaret.

Scriptit eodem tempore Carthaginensibus epistolam, sublimi exhortatione perspicuam, vbi penè cunctos dolos & fallaciae blandimenta, quibus infelices animae sepe decebantur ad mortem, grauissima conuestione digessit. Tunc etiam de remissione peccatorum consulenti Euthymio viro religioso, duobus libellis sine mora respondit, testimonia quoque predestinationis & gratiae differentias cupientem nosse, salubriter disputans docuit. Iam familiares epistolas, in quibus tamen spiritalis aedificatio continetur, & ibi in Sardinia commanentibus, & in Aphrica degentibus, & Romanis praecipue senatoribus, viduisque ac virginibus, quarum fama laudabilis habebatur, frequenter direxit. Ad Probam virginem Christi, de ieiunio & oratione libellos duos conscripsit. Ita notior omnibus gentibus, cum duo libri, quos Faustus episcopus Galliciarum contra gratiam subdolo sermone composuit, fauens occulte Pelagianis, sed Catholicus tamen volens videri, Constantinopoli offensus, a pluribus fratribus ad beatum Fulgentium probandi dirigerentur, ne occultum serperet virus, septem libris ipse respondit, plus laborans exponere, quam conuincere: quia dubios sermones eius exponere, hoc erat delirantis argumenta conuincere. Magnus plane huius operis labor mercedem debitam citò suscepit. Vt enim est diuinitas ipsa finita, protinus est longissima captiuitatis catena disrupta. Mors enim Traiamudi regis, & mirabilis bonitas Hilderici regnare incipientis, Ecclesiae Catholicae per Aphricam constituta libertatem restituens, Carthaginensi plebi proprium donauit antistitem, cunctisque in locis ordinationes pontificum fieri clementissima auctoritate mandauit.

Beatus igitur Fulgentius, postquam sapienter expugnauit Pelagianos, laetificatos meruit videre Catholicos: inde, secundum quod per eum spiritus sanctus praedixerat, reuersus est Carthaginem cum omnibus confacerdotibus, vnde solus exierat. Inuenit laetos, quos reliquerat mœstos: inuenit nimia exultatione feruentes, quos reliquerat dolentes Ecclesiam matrem: inuenit expectantes se cum gaudio, quos reliquerat gementes in tadio. Tanta autem fuit deuotio Carthaginensium ciuium, beatum Fulgentium reuifere cupientium: sic vniuersus populus expectabat ardentem, quem viderat in conspectu suo pugnasse viriliter, vt alijs episcopis ante ipsum descendentibus, silens multitudo super litus staret, oculis & mentibus inter omnes episcopos beatum Fulgentium, quem familiariter nouerat, quaerens, & a cunctis nauibus beatum Fulgentium expetens. Vbi vero facies eius apparuit, immensus nascitur clamor, altercantibus omnibus, quis primo salutare agnosceret, quis benedicti caput supponeret, quis extremis vel saltem digitis mereretur tangere gradientem, quis videre vel oculis procullantem. Resonabat diuina laus ex omnibus linguis. Ad sancti quippe Agilei basilicam sequens populus & populus praecedens, coessorum beatorum triumphum nobilem celebrabat. Multitudo autem maxima populi beatum Fulgentium, quem plus ceteris honorabat, concurrens alacriter comprimebat, donec cauta quorundam Christianorum prouisio, rotam in circuitu facies, astuanti liberum praerberet iter in medio transeunti. Probare tamen adhuc Dominus cupiens viro-

scripsit, super  
perbia.  
Septem Augu-  
stinus hac  
voce vitur.

Cap. 28.  
Quae scri-  
psit Ful-  
gentius.

Faustus epi-  
scopus Gal-  
liciae Pelagianus.

Hildericus  
rex catho-  
licus.

Cap. 29.  
Redeunt  
exules epi-  
scopi in  
Aphricam.



Honorificè  
deducitur  
Fulgentius.

Matth. 21.

Nota deuotionē  
catholici populi.

Oblata gloria  
reddita cum  
humiliore,  
d rara  
virtus.

Monachos  
ministerijs  
ecclesiasticis  
adhibet.

rum fidelium charitatem, copiosis imbribus ambulantes mirabiliter inundauit. Et quis opera pietatis enarrare valeat, absque dispendio veritatis? Immensa pluuia neminem terruit, aut obsequium sacerdoti glorioso præbere prohibuit. immo potius velut benedictione cælesti desuper descendente, tantum fides nobilium creuit, vt planetis suis super beatum Fulgentium gratanter expansis, repellerent imbres, & nouum tabernaculi genus artificiosa charitate componerent: imitatores eorum effecti, qui prioribus temporibus Saluatori super pullum asine confidenti, & Hierosolymam venienti vestimenta sua, sicut Euangelium loquitur, in via sternebant. Tale quippe aliquid & isti faciebant, qui proprijs indumentis beati Fulgentij nudum caput vnanimiter protegebant. Vix ergo appropinquante vespere, sanctæ memoriæ Bonifacio episcopo repræsentati, benedixerunt omnes & laudauerunt communiter Deum. Tunc beatus Fulgentius per omnes vicos ciuitatis Carthaginensis, vbicunquē transibat, manibus & oculis demonstrabatur, laudibusque innumeris prædicabatur. Postquam verò domos omnium diligentium se petitus visitauit, benedixit, & gaudere dignatus cum gaudentibus, qui prius fleuerat cum flentibus, cunctorum desideria satiauit, valefaciens fratribus, egressus est de Carthagine, per omnes proxi itineris vias gaudia maiora reperiens, in occursum suum populis vndiquē tendentibus cum lucernis & lampadibus, & arborum frondibus. Fauor & gratia ineffabilis beatum Fulgentium mirabiliter in conspectu omnium fecerat gloriosum: per omnes ecclesias tanquam proprius episcopus suscipiebatur, & sic de reditu eius omnis Byzacena prouincia velut plebs vna gaudebat. Quem, obsecro, gloriæ huius non extolleret magnitudo? Beatum tamen Fulgentium ad maius humilitatis studium prouocauit. Veniens nanque cum gloria populari, dignitatem pontificis priuilegio specialis venerationis accumulans, postquam cathedram sedit, inter monachos adhuc habitare desiderauit. Et nē videretur abbatis Felicis aduentu suo minuere potestatem, imperandi monachis omnem sibi ademit voluntariē facultatem, non suam, sed alterius volens ipse quoquē facere voluntatem: & qui adhuc monachus dispensationem susceperat fratrum, iam episcopus dominari noluit in proprio monasterio: sic sollicitē cauens, nē Felicem contristarer abbatem, vt exhibens superuenientibus hospitalitatem, si quando vel multiplicari panem, vel aliquid amplius exhiberi necessitas experisset, abbatis primò Felicis consilium requisisset. In omni deniquē concilio Byzaceno, de rebus maioribus ipse primò consulebatur: in monasterio proprio de rebus etiam minimis Abbatem Felicem suppliciter consulebat. Parum fuit beato Fulgentio verbis & operibus hanc humilitatem sequi ac retinere, nisi per scripturam quoquē firmaret, nihil se in illo monasterio proprium vendicare, nec pro potestate, sed pro charitate inter monachos habitare. Considerans enim vir prouidus, nē quod serui Dei simplices præiudicium postea paterentur, obicem contradictionis in hac scriptura successoribus suis opposuit, quia vtilitati monachorum seruentium Deo nihil præposuit. Emit tamen iuxta ecclesiam domum, cui fabricandæ curam maximam diligenter impendit, nē futuro successori suo deesset hospitium. Clericorum verò, si qua defuissent, ministeria reparans, probatos sibi multos ex fratribus monachis ad ecclesiasticam militiam transtulit: ibi quoquē charitati consulens, vt dum penè omnes clericos ex illo monasterio ordinat, antiquæ familiaritatis monente notitia, nullal is aliquando inter monachos & clericos ventiletur. Summam quoquē diligentiam præbuit, nē quis clericus ambitiosus vestibus ornaretur, ac negocijs secularibus occupatus, ab officio ecclesiastico diutius vagaretur: iubens omnes non longè ab ecclesia domos habere, manibus proprijs hortum colere, psallendique suauiter aut pronuntiandi curam maximam gerere. Per singulas septimanas omnes clericos ac viduas, & quicumque potuisset ex laicis, quarta & sexta feria statuit ieiunare, quotidianis vigilijs, matutinis, & vespertinis orationibus adesse præcipiens omnes. Aliquantos inquietos verbis, aliquantos verberibus coërcebat. Vno flagellato, quem culpa manifesta flagellari coëgerat, ita vitia cunctorum salubri disputatione mordebat, vt nullius interferens nomen, omnes cogeret metuere, & latentia quoquē peccata salubriter timendo deferere. Veruntamen quomodo inter proprios clericos minorem possit habere cautelam, qui diuturnas etiā finitimarum plebium lites & contentiosa certamina dirimebat? Ipse deniquē Maximianensis animositatem plebis, ordinatum sibi episcopum recipere nolentis, salubri admonitione fed-

sedauit, debitumque finem scandalo grauissimo statuens, cuncta inter eos modestè & salubriter pacificans ordinauit. In concilio quoquē Vincensi iudicio sacerdotum omnium, qui conuenerant, episcopo cuidam, nomine Quoduultdeus, qui priorem se illius existere confirmabat, antepositus & prælatus, ipso die tacuit, nec auctoritatem concilij excusando minuere voluit: sed vbi post concilium dolere sensit episcopum, timens propter suum honorem generare scandalum fratri, meliusque iudicans per charitatem se fieri minorem, quam sine charitate maiorem, Suphetani postea concilij gloriosum respiciens adesse conuentum, precem supplicem coram omnibus fudit, vt sibi rursùm, se volente, Quoduultdeus episcopus præferretur: vt nomine suo posteris recitato, lætus deinceps viueret, consacerdotis animo reconciliato. Mirati sunt episcopi humilitatem talia postulantis, nec contristare voluerunt offerentem Deo sacrificium humilitatis, ad custodiendam spiritus societatem in vinculo charitatis. Vbi sunt nunc illi, quibus eminendi super ceteros dominatur affectus, qui se etiam suis Prioribus anteponunt, indebita sibi priuilegia vendicantes? Ecce beatus Fulgentius nec primatum, quem meruit, defendere voluit: quia sine charitate prior esse alicui minimè concupiuit. Catholicæ Ecclesiæ singularis magister & doctor, quamlibet inter varias occupationes hinc in Africam parum vacaret, plurimos tamen ecclesiasticos sermones, qui in populis dicerentur, scribendos dictauit. Vbicunquē sermonem faciebat, mulcebat animos omnium, non inanes & vanissimos plausus, sed compunctionem generans cordis. Expectauit eum sanctæ memoriæ Bonifacius episcopus Ecclesiæ Carthaginensis, apud Burnos ecclesiam dedicans, duobus diebus se præsentem tractantem: quando tantum delectatus est audire verbum Domini de ore eius, vt donec ille sermonem finiret, ipse terram lachrymis irrigaret, agens gratias Deo, cuius gratia semper in Ecclesia Catholica summos excitat præclarosque doctores. Iam reuersus de exilio, nouem & decem libros Fabiani, mentientis falsa gesta, conuincens, de veritate prædestinationis & gratiæ libellos confecit tres, aliisque multa digessit: quæ si quis scire voluerit, in eius monasterio veraciter scripta reperiet.

Nobis autem iam tempus est dicere, quomodo post omnia bona opera sua requieuerit, ad cæli regna translatus. Ante annum ferme, quam de isto seculo raperetur, profunda cordis compunctione permotus, reliquit subito ecclesiasticas occupationes, & de ipso quoquē monasterio suo secreto recedens, ad insulam Cirtinam, paucis comitantibus fratribus, nauigauit. Vbi in quodam breui scopulo, cui nomen est Chilmi, vbi iam monasterium fabricari mandauerat, lectioni & orationi ac ieiunijs vacans, veluti sciret appropinquare sibi nouissimum diem, sic ex toto corde suo poenitentiam gessit. Et quantumvis tota vita eius, ex quo monachorum professionem conuersus ex toto corde suscepit, poenitentia fuerit tempus, in hac tamen insula multo amplius ac multo diligentius inchoanti similis, membra sua mortificauit, & in conspectu solius Dei fleuit. Indè iam plurimis de absentia sacerdotis murmurantibus, charitatis necessitate constrictus, iterum descendit ad monasterium suum, consueta hominibus religiosis exhibere solatia, laboresque durissimos pro vtilitatibus proximorum longanimitè sustinere. Non multi autem fluxerant dies, & ecce seruum fidelem bonus Dominus requirebat. Incidit enim repente in corporalis infirmitatis acerrimas passiones, vbi septuaginta propè diebus ægritudine fatigatus, hoc solum frequenter dicebat: Domine, da mihi modò hinc patientiam, postea indulgentiam. Nec ab isto sermone aliquando cessauit, siue dolor affligeret, siue febris incenderet, siue lassitudo dissolueret. Persuadentibus autem medicis, vt laucris balnearibus vteretur. Nunquid balnearum, inquit, facere poterunt, nē homo mortalis, expleto vitæ suæ tempore, moriatur? Si verò proximam mortem nec aquarum calidarum possunt fomenta repellere, cur mihi, obsecro, persuaadetis, vt rigorem diu seruatae professionis in fine dissoluam? Sic salutem suam supernæ voluntati fideliter credens, postquam se sensit sine aliqua dubitatione dissolendum, vocans vniuersos clericos suos, præsentibus monachis, allocutus est eos, dicens: Ego, fratres, animarum vestrarum saluti prospiciens, molestus apud vos forsitan & difficilis extiti: Et idè obsecro vos, vt ignoscatur mihi, quisquis aliquid dolet. Et si forsitan seueritas nostra modum transgressa est debitum, orate nē mihi hoc Dominus imputet ad peccatum. Cumque talia beato Fulgentio lachrymosis singultibus exprimente, cuncti simul super genua eius caderent, semper bonum, semper affabilem

Nota infirmam tantum viri humilitatem.

Plurimas scripsit homilias siue conciones.

Cap. 30.  
Sub morte vel maxime se dat poenitentia.

Precatio Fulgentij in summis doloribus.



42  
 Num. 27. <sup>42</sup> bilem pro omnium salute, sicut decuit, inuigilasse clamantes: Prouideat ergo, ait, vobis Dominus Deus meus pastorem dignum se. Tunc imperato silentio paululum requieuit: & deinde curam pauperum gerens, requisita summa pecuniæ, de qua fidelissimus dispensator quotidie egentibus ministrabat, totum iussit expedi, per seipsum memoriter recolens viduarum, pupillorum, peregrinorum, cunctorumque illic indigentium nomina: quibus quid singulatum daretur, propria deliberatione constituit: hæredes in hoc seculo non habens, hereditatem tamen huius beneuolæ sollicitudinis pauperibus derelinquens. Sed nec suos clericos debita benedictione fraudauit, ipsorum quoque paupertati misericorditer consulens: ac secretè omnibus ordinatis, orans iugiter, & intrantes singulos benedicens, vsque ad extremam horam sana mente permansit. Postremo die Calendarum Ianuariarum post peractam vesperam beatum spiritum feliciter in manus Domini tradidit, annum sui episcopatus agens vicessimumquintum, vitæ autem totius sexagesimumquintum, sicut multis antè fratribus morti proximus indicauit. Ipso autem die sanctum corpus eius sepeliri minimè potuit, sed in oratorio monasterij constitutum, tota nocte illa in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus vigilare monachos simul & clericos inuitauit. Manè verò postquam multitudo maxima populorum de locis finitimis ad exequias venit, sacerdotum manibus ad ecclesiam ciuitatis, quæ Secunda dicitur, vbi etiam reliquias apostolorum constituerat, deportatus, sortitus est honorabile monumentum. Primus planè in eadem basilica Pontifex poni meruit, vbi nullum mortuum neque sacerdotem, neque laicum, sepeliri consuetudo sinebat antiqua: sed magna vis dilectionis, remouebat impedimentum consuetudinis: ambientibus vniuersis ciuibus, & cum summa deuotione quærentibus, vt vbi vir sanctus & Deo amabilis fuerat consecratus, ibi orationibus singulorum semper etiam localiter videretur adiunctus. Probauerant quippe sapius, quanta bona illis oratio beati Fulgentij præstiterat, & quanta mala repulerat: sicut postea manifestis indicijs euidenter apparuit, quando non post plurimos dies decessi-  
 onis eius, gens inimica Maurorum Ruspense territorium repente vexauit, rapinis, ce-  
 dibus, incendijs multa deuastans, atque intra ipsos ecclesiæ parietes, quos inuenire potuit, iugulans. Quis beati Fulgentij gratiam non miretur? Quandiù vixit, furorem belli ciuitas illi commissa non sensit: & cum tota penè prouincia captiuitatem sustineret horribilem, Ruspa fuit incolumis propter sacerdotem venerabilem, cuius vita proprijs ciuibus murus fuit. Nec hoc prætereundum silentio iudicauit, quòd dum ei successor idoneus quæreretur, discordantibus laicis & clericis, annum propè integrum prolixitas contentionis exegit, vt illa die sanctitas tua super eius cathedram sederet, quo ipse defunctus est. Ornari quippe hoc priuilegio meruit prima solennitas depositionis eius, vt multo amplius venerabilis fieret per gaudia tuæ ordinationis. Vis autem nôsse, quomodo non fortuitis motibus ista prouenerunt, sed illius orationibus demonstrantur esse concessa? Recole visionem fidelissimam beati Pontiani episcopi Thenitani, quam sic ipse narrauit: Eunti mihi secundum præceptum Datiani primatis, vt Ruspensi Ecclesiæ eligeretur antistes, idem beatissimus Fulgentius per tempus quietis apparuit, & affabili, sicut solebat, ad specu salutans amabili-  
 ter: Quòd, inquit, nunc sanctitas tua velociter ambulat? Cui respondi: Vt episcopus Ruspensi Ecclesiæ eligatur. Ille verò subridens, iam, inquit, ordinatus est. Cui non apparet ipsius orationibus fuisse perfectum, quo est visitante prædictum? Qui ergò nouerat confirmationem necdum electi, vel ordinati, diem quoque, quo in cathedra considerare poterat ordinatus, iam orando meruerat. Votis itaque continuis & fidei deuotione semper optamus, vt gloriæ illius factus particeps in æternum, non indignus tanto prædecesore feliciter viuas, operisque huius de perfectione nobiscum Domino gratias agas, & pro his, quæ minùs fortè dicta sunt eloquenter, ab omnibus sapientibus lectoribus veniam petas.

Moritur distribuit omnia pauperibus &c.

Moritur sanctus episcopus.

Eius honorificum monumentum.

Mauri Ruspense territorium populantur.

DE S. EUPHROSYNÆ VIRGINE.  
 VITA S. EUPHROSYNÆ ALEXANDRINÆ,  
 AVTHORE SIMEONE METAPHRASTE.



VM Romanorum scepra Theodosius Archadij filius re-  
 geret, vir quidam, nomine Paphnutius, cognoscebatur in  
 magna ciuitate Alexandrina, diuitijs quidem locuples,  
 sed multo magis virtutis diuitijs, & animi nobilitate splē-  
 didus ac præclarus. Is matrimonio erat coniunctus mu-  
 lieri virtutis studiosæ, & quæ magna erat in Deum pietate,  
 adeò vt esset hoc re vera minimè fallax coniugiū, & quod  
 beneuolentia vtrinque tenebatur. Hanc filios non habentem  
 cū videret maritus, angebatur animo. Quid ni enim?  
 Nam quicumque iunctus est matrimonio, hoc principa-  
 liter cupit, se filiorum esse patrem. Quærebat ergò inuenire  
 rationem, qua ab hac liberaretur molestia: & cum rem vitæ suæ sociè rectè  
 comunicasset, consulebat vt confugeret ad eum, qui potest omnia. Quocirca illa  
 quædam vacans ieiunijs & precibus, Annam imitabatur, & ea, quæ illa, loquebatur: Ado-  
 nai, dicens, Domine Eloi Sabaoth, si adspiciens adspexeris super ancillam tuam, &  
 dederis mihi filium ex utero meo, offeram tibi Deo, qui es daturus. Ille autem sacra-  
 obibat monasteria, eos, qui in ipsis exercebantur, prouocans ad Deo supplicandum.  
 Porrò autem cū audisset in quodam sacro monasterio esse senem, cui magna  
 vitæ puritas conciliabat apud Deum fiduciam, cum adiens Paphnutius, cū, quæ  
 conueniebat, esset collocutus, deinde eum rogauit deijs, quæ erant proposita: Ad-  
 spice, dicens, ad me, pater, & vide meam humilitatem, & luce tuarum orationū dis-  
 cute nubem mœroris, quæ me premit. Est enim iam longum tempus, ex quo ver-  
 sans cum vxore, quæ est æquæ, atquæ ego, inuenis, & molestiarum matrimonij parti-  
 ceptus, ijs quæ sunt ex eo, bonis, si matrimonij bonum est liberorum susceptio, sum pri-  
 uatus miserabiliter: & propterea quòd caream liberis, totius premor animi ægritu-  
 dine, si nihil aliud, probra non ferens vicinorum, qui me iridentes, tanquam steri-  
 lem & infertilem conuicijs appetunt. Hæc ille quidem dicebat cum lachrymis, præ-  
 hensans pedes sacrosancti illius senis. Ille autem (sunt enim misericordes, qui virtuti  
 & Deo dant operam) verbis fleatit Paphnutij, & se totum efferat ad orationem. Ius-  
 titi itaque oratio, operante apud Deum vi eorum, quæ ipsum ad hoc prouocabat, ie-  
 iunijs & precibus, & communicatione ac benignitate in pauperes, fuit exaudita ab  
 eo, qui audit preces eorum, qui ipsum inuocant in veritate: & Paphnutio nascitur  
 filiola, quæ ab infantia præ se ferebat eximiam corporis pulchritudinem: quæ etiam  
 vti quæ subindicabat elegantem & scitum, qui in ea postea fuit, animum: & protinùs  
 quidem soluit matris filiorum egestatem, soluit autem patris quoque tristitiam. Vt  
 ergò ei etiam esset nomen conueniens illi rei, quam crant assecuti, eam protinùs no-  
 minant Euphrosynen, hoc est, lætitiā.  
 Hanc ergò Paphnutius, cū esset fidei fructus, alebat potiùs virtute, quàm ijs, quæ  
 carnem pinguefaciunt: & ijs, quæ stant ac manent, magis quàm ijs, quæ efflorescunt,  
 persuadet animum adhibere, & animæ curam gerere, rei immortalis, magis quàm ei-  
 us, quod citò marcescit, docebat corporis. Ipsaque adspiciens ad virtutem parentū,  
 & ab illorum probitate animum non habens discrepantem, crescebat, vt corpore, ita  
 etiam animæ pulchritudine. Erat ei iam annus duodecimus, & mater è vitæ præsentis  
 excesserat. Filia autè sic formata, & ei etate procedente virtutem magis habens acce-  
 dentem, desiderabat verè sponsum, & quam ille diligit, curam gerebat animæ pulchri-  
 tudinis. Qui autem attendebant res solas corporeas, & spectabant illius formam cor-  
 poris, & rectè sciebant, quàm esset nobili loco nata, octauumdecimum iam annum  
 agentem, patrem conuenientes, petebant in matrimonium. Is autem, cū nō posset  
 eorum postulata repellere, vni, qui præstabat omnibus, opibus, gloria & virtute, de-  
 spondet puellam, consilium capiens eius virtute longè indignissimum, vt qui nō ad-  
 spexerit ad filiæ suæ statum, & illius in Deū pietatem, nec quòd tota euasisset Deo fa-  
 miliaris, eiq; soli placere, & eius esse sponsa perpetuò esset meditata. Horum ergò ille  
 nihil reputans, parabat nuptias filię minimè conuenientes. Sed zelans zelauit Domi-  
 nus

IANVAR. 2.  
 Quidam eam  
 habent II.  
 Februar.

Euphrosyne  
 parentes iei-  
 unijs &  
 precibus eam  
 impetrant  
 à Deo.  
 1. Reg. 1.

Psal. 144.

Euphrosyne  
 na nara,  
 optimè  
 educatur.

Desponde-  
 tur viro  
 Euphrosy-  
 ne.

VITA

nus eius verus sponsus, & abripit quidem à matrimonio, & ijs, quæ consequuntur matrimonium, vt procedens ostendit oratio: eam autem ad vitam compellit præstantiorem, quæ eam ipsi coniungebat per multam puritatem.

Nam cum pater quidem hoc cepisset consilium, non esset autem illa tuta, si non senis prius precum particeps, quarum ipsa erat fructus, sic veniret ad nuptias, benedictionis gratia ad magnum illum senem venit cum parente. Deinde cum illius audisset sermones, & Monachorum tunc primum vidisset statum, sæpè dixit: Beati, qui hoc vitæ genus propter Christum suscipiunt. Ille autem cum animi perspicacibus oculis, quid puella vellet, esset contemplatus, preces quoque, fudit eius desiderio conuenientes: Deus, ô filia, dicens, faciat quod sit tuæ animæ futurum conducibile, & in eius timore confirmet, & dignam censeat bonis paratis ijs, qui ipsi placuerunt. Cum hæc dixisset, & sic ei esset precatus, illius animæ duplicem immittit erga Deum amorem, & vehementius accendit eam, quæ inerat, pietatem. Domum ergo reuertens, rursus dicebat: Beati, qui suscipiunt vitæ genus monasticum, quoniam & hæc sic viuunt, vt parum aut nihil ab Angelis differant: & postquam hinc excesserint, vita fruuntur æterna.

Cum domum autem venisset, negligebat quidem cultum corporis, adeo vt nec aqua quidem frigida faciem lauaret: lachrymis autem & ieiunijs, animæ lætificabat speciem. Torques autem, in aures, & monilia, & aurum, quod manus exornabat, traducebatur ad ornatum animæ, suppeditatum pauperibus. Non erat ei curæ mollis vestis, sed illius loco ei curæ erat induere cilicium. Ex æqualibus non ijs omnino delectabatur, quæ loquebantur ad voluptatem: sed cum ijs, quæ sibi similem habebant in Deum amorem, semper lubenter versabatur. Aniles autem nugas, & vanos mulierum sermones, ne summas quidem suas aures sinebat tangere. Erat verò hoc quoque ei studio, cum ijs, qui illic versabantur monachis, quique pia aliqua de causa ad patrem accedebant, differere, & ab illis diuina discere.

Non multum intercessit temporis, & pater accersitus venit in monasterium, vbi erat ille magnus, simul cum monachis peracturus memoriam illius, qui extruxerat monasterium. Cum illic ergo tres totos dies mansisset in monasterio pater eius secundum carnem, Euphrosyne accepta occasione, & accersito quodam monacho ex monasterijs Sceris, qui tunc diuina prouidentia venerat Alexandriam, (erat autem is magnus virtute) ei suum communicat consilium. Ille autem: Audisti, inquit, ipsa quoque, cum sis pia in Deum, quantum possum videre, & versata in doctrina diuina, quæ nã Saluator dicit in Euangelijs, quod qui patrem aut matrem honorat plusquam ipsum, ipso indignus efficitur. Hac vtens doctrina, & hac sententia tuum erigens animum, quod statuisti, citò velis effectum reddere: & ignem in corde suscipiens eius, quicum misit in terram, vide nẽ sordida & mora eum extinguas: sed quam primum ad finem deducas id quod animo agitas. Nemo enim mittens manum ad aratrum, (vt diuina dicit scriptura) & retrò conuersus, est aptus regno cælorum. Hæc cum audiisset à senæ, eius verbis pareretur protinus, & ab eo petit, vt monasticum consequatur habitum. Ille autem prompto & alacri animo impleuit, quod petebatur. Et cum statim preces consuetas, & quicquid erat in more positum, impleuisset, monastico eam induit habitu. Et cum precatus esset ei finem scopo conuenientem, in suum reuertitur monasterium.

Postquam autem pius ille senex recessisset, considerabat apud se Euphrosyne, quomodo, & vbi sibi datum ad mercaturam exerceret talentum, maxime cum sciret patrem sibi fore impedimento ad id, quod desiderabat. Cum ergo quæsiuisset modum, per quem posset omnino latere & benevolentiam patris, & sponsi amorem, statuit quidem vestem exuere muliebrem, virilem autem induere. Et quoniã sciebat eos, qui ipsam erant persecuturi tanquam foeminam, esse scrutaturos in monasterijs mulierum, statuit seipsam collocare in numero monachorum. Hoc autem consilium capiens, nocte quadam exiit quidem suã vestem, & simul cum tunica etiam muliebrem exiit imbecillitatem: induit autem vestem salutarem, & quam primum transmutat in virilem habitum. Deinde cum latuisset ancillarum multitudinem, & ipsos parentis oculos, & ædes despexisset præclaras ac magnificas, Christi crucem tollens, protinus abiit, volens se dignam reddere eo, quod desiderabat. & venit ad illud monasterium.

Vitæ monasticæ comium.

S. Euphrosina vititur cilicio.

Matth. 10.

Lucæ 12.

Lucæ 9.

Induit habitum monasticum.

rium, cui præerat senex, cuius precum fuerat fructus. Et cum venisset in conspectum Præfecti monasterij, interrogata fuit, quisnam esset, & vnde, & quana de causa ad eum accessisset. Illa autem dixit, se vocari quidem Smaragdum, esse autem ex aula Imperatoris: (Sic enim dicebat volens latere) reliquisse verò omnia, vt infida & inutilia, ac desiderasse vitam monachorum: & ex vrbe quidem fugisse regia, vt quæ esset plena tumultibus, & quod amicorum & familiarium nollet vexari congressione, & ab eis interrumpi suum quietis desiderium: cum autem de istorum sanctitate monachorum multa audiuisset, eò venisse, si quo pacto digna haberetur referri in eorum numerum.

Lætatus est virille, & verbis & morum modestia admirandus, & Ecce monasterium, inquit, fili, si tibi placet referri in numerum fratrum, nemo est prohibiturus. Sed quoniam es ætate adhuc iuuenis, & statum monastici nondum perfectam cepisti experientiam, oportet te esse sub magistro, & ab eo discere vitæ perfectionem. Illa autem, Hoc quoque mihi est cordi, & volo non vnum solum, si videtur, sed multos etiam habere, qui ad virtutem me sint instituturi. Sic ea, cum tanquam solidum & validum fundamentum, seni prius iecisset obedientiam, traditur Agapio monacho, qui & in rebus diuinis erat eruditus, & processerat ad summam impatibilitatem: & ab eo, vt dicam sicut diuinus Dauid, diurno fingitur figmento, & componitur ad vitam piam ac religiofam. Verumenimvero qui nobis inuidit ab initio, & gloriatur se totum orbem terræ, tanquam nidum, comprehensurum, non ferebat, videns mulierem callidos suos laqueos superuolantem, & tanquam columbam spiritum ferri sublimem. Sed angebatur videns tam prudens consilium, & quod ita se ad latendum instruxerat: & egreferebat videre suas artes eludi à iuuenili corpore, eoque muliebri. Aliquando quidem certè eius in Deum curam ac meditationem studebat auellere, parentum accendens desiderium: aliquando autem diuitiarum, gloriæque, & sponsi memoria conabatur eius emollire spiritus. Præterea ei in memoriam reuocabat consuetudinem familiarium & æqualium. Sed cum omni ex parte eam aggredere, & ei immitteret tentationem, repellebatur. Quid ergo facit? Se aliorum oculis dispertijt, & eos sauciavit telis eius pulchritudinis. Illi autem cum non possent continere vehementem cupiditatem: scierent autem non esse tutum celare morbum, rem Præfecto aperiuunt: & triumphant de bello, quod illatum fuerat à maligno. Et hoc sit eis quidẽ mali remissio, illi autem maius incrementum ad perfectionem virtutis. Monasterij enim Præfectus eis conuenientia dat morbi medicamenta: illi verò nihil scienti eorum, quæ facta fuerant: Volo te, inquit, ô fili, seorsum degere in cella aliqua, in qua traditam tibi seruas regulam, neque villos illic admittes, neque omnino egredieris, neque te vllis præbebis ad colloquendum. Solus autem, quæ tibi erunt vsui, subministrabit Agapius. Dixit, & statim præcipit Agapio, vt Smaragdi, quam oportet, curam gerat, non solum in spiritalibus, sed etiam in ijs, quæ ad corpus pertinent, quoad eius fieri poterit, vt nulla re necessaria indigeat. Itaque beata illa, vt ei erat gratum, liberata à molestijs, in Christum magis auxit amorem, laboribus quidem addens labores, ieiunijs autem ieiunium, & prioribus vigilijs adiugens maiorem aduersus somnum decertationem, adeo vt & ipse videns miraretur Agapius, & hæc alijs manifesta redderet. Sed hæc quidem postea.

Quæ autem prætermisimus dicere, nunc recensemus. Cum eius pater tandem domi non adesse charissimam filiam cognouisset, primum quidem adductis famulis & ancillis, rogabat quid hoc esset, & sciscitabatur, ad quemnam ex cognatis aut familiaribus profecta esset filia. Cum autem ij quidem dixissent, eam vespere, postquam vt cõsueuerat, ostium clausisset cubiculi, in lecto dormis: manẽ autem, ea non procedente, eos esse ingressos, & inuenisse vacuum eius lectum & domum, arbitrabatur eam abisse ad sponsum: & ad eum mittens, rogauit, an ad ipsum venisset Euphrosyne. Postquam autem ipse quoque, sponsus, qui nihil acceperat eorum, quæ acciderant, repentino nuncio perturbatus ad eum accessit, inuenit Paphnutium victum à paternis visceribus, barbamque vellentem, & genas lacerantem vnguibus, & miserabiliter dicentem: Quid profecta es filia? Cur me ruum parentem, lugentem & tristem reliquisti? Non te ad hanc spem alebam, sed vt haberem baculum senectutis, & solatium imbecillitatis. Hei mihi, filia, quomodo feram tu orbitatem? Quomodo patiar solitudinem, cum in

Virorum perit monasterium.

Obedientis laus.

Dæmon impugnat S. Euphrosynen.

Laboribus, ieiunijs, & vigilijs studeat Euphrosyne.

Eius discitur cruciatur Paphnutius.

in te sola spem defixissem? Non est mihi amplius vllus filius, vt ad eum adspiciam, & quem propter te capio, doloris ex eo inueniam solatium. Nihilominus dolebat, q̄ pater, sponfus, & contendebat cum illius lamentationibus, præter spem tali bono frustratus. Consulebat tamen, vt viriliorem suscipere cogitationem, & missis lamentationibus, surgerent ad eam quærendam. Mittunt ergo quamprimùm in omnē partem, qui illam scrutarentur: & proficiunt equites in Libyam, & Aegyptum, & ipsam Palæstinam. Portæ præoccupantur ciuitatum, occupantur portus, viæ, triuia, & si quid erat, quod latebat, & poterat celare. Sed Dei agna, q̄ ab ipso celebratur, non poterat capi ab ijs, qui eam cupiebant capere. Quomodo enim, cum ille nollet?

Omni ergo ex parte dubius erat & perplexus Paphnutius, nō habēs, qui eum consolaretur: nam & domus lamentationibus plena erat & fletibus, & quicquid ei occurrebat spectandum, ducebat ad maiorem mali remiscientiam. Siue enim vestis eius, seu ornamentum aliquod, aut aliquid aliud fortè videretur præfens, id erat occasio fletuum, & illud imponens oculis, & cum maximo versans desiderio, humectabat lachrymis. Mœrore ergo omni ex parte appetitus, & non valens medicamentum inuenire ad solatium, statuit rursus venire ad magnum illum senem, per quē dignus erat habitus vocari eius pater, & narrare quod euenerat. Sic enim statuebat, q̄ qui eam, quæ non erat, potuerat suis præbere precibus, is eam latentem poterit reddere manifestam. Venit itaque ad eum, & ad illius pedes præcibens: Hei mihi, O pater, clamauit: Perdidi fructum tuarum orationum, & sum orbus liberis, qui per te pulchrā habebam prole. Inuidia alicuius dæmonis perijt Euphrosyne domus meæ læritia: perijt præter spem, nullo sciente ex domesticis, vbi sit, vel quonam sit profecta. Te ergo mihi paululū concede, & eos, qui sunt tecum: & huic rei vacans aliquantulū, pete ab eo, qui à pijs colitur, vt mihi significet, vbinam sit lux meorū oculorum. Flexus itaq; senex, & animo perturbatus, cum Paphnutij lachrymis esset illachrymatus, accersit omnem fraternitatem, & eorum, quæ Paphnutio acciderant, proponit narrationem: iubetque, vt totam hebdomadā se ieiunio dedant & orationi, si fortè alicui apparuerit, vbinam terrarum lateat Euphrosyne.

Hoc tamen facto, ad nihilum redibant eorum preces. Resistebant enim illius orationes, petētis vt ignorarentur. Statuebat namq; Deus sinere illū potius parū lugere, q̄ ipsum liberans à dolore, dolore magis afficere animam, quæ & naturæ, & paternæ beneuolentiæ propter ipsum nullam duxit rationē, & alioquē, nē retardaret & impediret virtutem, qua nihil est præstātius. Cum hæc ita cōtiguissent, dicit senex Paphnutio: Nē sis tristis, O fili Paphnuti, neque vt quispiam ex infidelibus, & qui hac vita omnia metiuntur, nihil autem possunt amplius cogitare, pusillo & abiecto animo desleas recessum tuę filię. Crede autē mihi seni, hanc pio & religioso scopo esse progressam: aliās enim nos non celāset, quod factum est, Dominus. Age ergo ipsi gratias, & venerare dispensationem, quæ sit, vt ei videtur: & videbis quidem ipsam paulō post etiā in hac vita, si hoc conducit vtriusq;: sin minus, postq̄ quidem certè ex hac vita excefferitis, diuina tabernacula ambos omninō excipient. Hoc enim mihi dat cogitandū tanta illius pieras & amor in Deū. Sic Paphnutius cum multū remisisset de sua animi egritudine, domū redit, & rebus suis benè ordinatis, reuertitur in monasteriū.

Cum autem sic assidue ventitaret in monasterium, virtutis studiosiores requirens monachos, vt qui lubenter eorum frueretur consuetudine, (vide ineffabiles rationes prouidentia) audit ex fratribus monasterij, quod sit apud eos quidam frater, qui non longo quidem tempore se exercuit, ad summam autem breuē peruenit virtutem: eiq; nomen Smaragdus, illustri quidem loco natus, & qui diuitijs abundabat, & pecunijs: his verò omnibus contemptis, vitam elegit monasticam: tantumq; profecit in virtute, vt nemo ferè sit ex omnibus alijs, qui possit cum eo contendere. Eum trahit auditio, vt veniat in eius conspectum. Per Agapium itaque conuenit illum virum virtute suspiciendum. Illa autem cum patris faciem adspexisset, & cognouisset quidem, nō esset autem cognita: mutata enim erat propter nimiam asperitatem & inediam, & habebat nō aperta vultus lineamenta: vincitur à natura, & sensim fontes mittit lachrymarum. Pater autem eius existimabat hoc euenire ex compunctione, non valēs conijcere se esse lachrymarum occasionem, vt qui eam paterno sauciāset spectaculo. Deindē cum celsāset flere, nihil quidem fatetur eorum, quæ pertinebant ad cognitionem.

Paphnutius à monachis petit, vt preces Deo pro illa offerant.

Abbas eum consolatur

Inuist Euphrosynen nescius.

gnitionem, veluti contendens vincere naturam, quæ iam eam vicerat, & effecerat vt ei orirentur lachrymæ. Tanta autem eum implet vilitate, & ex morum moderatone, & ex doctrina sermonum, vt plenus admiratione accesserit ad senem, & dixerit se multum ei debere, quod dignus sit habitus, qui talem virum videret & cōueniret.

Cum triginta itaq; & octo annos talem vitā Euphrosyne egisset in monasterio, & quanam esset, nulli fuisset omninō cognita, quando oportebat eam ex hac vita excedere patrem, qui omninō diuina quadam prudentia tunc erat in monasterio propter vsu aliquem, accersit illa beata, & rogat, vt tres dies maneat in monasterio, dicens non inutilem eam moram sibi fore. Sed cui summæ erat curæ de charissima aliquid scire filia, pater lubens obediit. Cum autem iam adesset tertius & vltimus, eum prope se aduocat, & dicit: Quoniam Deus res meas, vt voluit, administrauit, & vt in proposito ab initio suscepto vsque ad finem permanerem, mihi vires tribuit, volo te hodiè liberare multis sollicitudinibus, & de filia tua, quod scio, dicere: quam fat scio te dam. sitire, & eius ardere desiderio. Scias ergo, inquit, o pater, me esse tuam filiam, vultum ostendens quàm fieri potuit euidentissimè: vt latèrem autem, me in hunc trāsmutasse habitum, ex quo mihi omninō Dei benignitate euenit, vt licet te viderim per totam vitam, nullum tamen à te mihi allatum sit impedimentum in suscipiendo certamine exercitationis: & tu nunc adis, vt tuis manibus sepulturæ meæ mandentur reliquiæ. Sic dixit, & Domino statim tradidit animam.

Ille autem re inopinata stupefactus, non respirans, humi cecidit, tanquàm mortuus, adeo vt aqua eius faciem adperserit Agapius, & cum eum ad se reuocasset, rogaret quid factum sit, quod ei defecerit animus. Ille autem dixit se vidisse res adeo admirabiles, vt cuperet etiam mox vitam cum morte commutare. Deindē cum surrexisset, & circumfusus sanctis illis esset reliquijs, & eas irrigaret lachrymis, & commixtos gaudio fletus emitteret, & clamaret: Hei mihi, filia dulcissima, cur non te mihi diū antè aperuisti? Cur non me vnā tecum assumpsisti socium in opere tui propositi? Heu me miserum, quid mihi accidit? Quomodo fuit tanta mea ignorantia? Quomodo nesciebam me in manibus habere, quod querebatur? Quid agam? Festū ne celebrabo, hæc videns quæ processit ex meis lumbis, an lugebo victus paternis visceribus? Sed non est honestum eos lugere, qui postquam hinc excefferint, vadunt ad vitam meliorem, etiam si natura domesticos amplectēs, me cogat hoc facere. Verum enim uero lugentem me excipit gaudium, fontes reprimēs lachrymarum, & persuadet vt postulem quamprimū hinc excedere. Scio enim fore, vt eam videam, & ab ea videar, hoc concedente Dei benignitate, & simul viam in secula cum ea, quæ à me quidem est genita, ei autem vixit, & beatam illi tradidit animam.

His verbis cum totum actum intellexisset Agapius, id annunciat cum clamore & admiratione Præfeto & fratribus. Illi autem contendebant alius alium præuenire, obstupefacti noua & aliena auditione: & studebat vniquisq; primus venerandas amplecti reliquias. Cum autem accessisset quidā ex fratribus altero oculo orbatas, ipse quoq; amplexurus, lucem esse affectus ab ea, quæ diuina luce digna erat habita, & dulcus eius os habuit illæfos oculos, certum esse etis testimonium illius fidei & beatitudinis, quæ illa fuerat affecta. Non amplius ergo sepulturæ meminerant, qui aderāt: sed eius oblitū, glorificatione & admiratione diuisi erant cum lætitia. Cum autem vix tādē reputassent, etiam post sepulturā eundem esse thesaurum, illam deponūt in monumentis patrum, luce diuina in facie illustratā. Eius autē pater ne cogitauit quidem discedere à monasterio. Cum autem solū tantū recessisset, quantum satis esset ad suas facultates diuidendas pauperibus & ecclesijs, & ijs qui alioquē piè viuunt, & non habent ea quæ sunt necessaria, & vt etiam aliqua consecraret cœnobio, se deinceps refert in numerum fratrum, & illic reliquum vitæ tempus tranfigit, in stercora & cella Euphrosynæ recumbens, & id esse magnum ducens ad lætitiā.

Cum ergo ipse quoq; decem annos transegisset in monasterio, & vitam peregisset accuratam & perfectam, migravit ad Dominum, cum iussisset suum corpus deponi prope filiam, hoc etiam post mortem ducens esse satis solatij, surdo pulueri corporis largiri propinquitatem eius, quod desiderat. Ad perpetuam memoriam, & gloriam Dei, qui hæc sic dispensauit. Quæ decet omnis gloria, honor, & adoratio, nunc & in secula seculorum, Amen.

Euphrosyne se præbet ei agnoscentem.

Moritur.

Eius morte valde ille perturbatur.

Monachus luscus eius osculans facrum corpus, lucem recipit.

Paphnutius relicis omnibus, se deinceps fit monachus.

Abit à vita.

**LIBER VITAE ET MIRACVLORVM SANCTI  
ODILONIS ABBATIS CLVNIACENSIS, AVTHO-  
re Petro Damiano, S. R. E. Cardinali Ostiensis.**

Is Hugo fu-  
it V. Abbas  
Cluniacen-  
sis, Odilo 4.

**B**etrus Damianus sanctis Ecclesijs, quæ sunt in occidentibus Gal-  
liarum partibus constituta, salutem, quæ est in Christo lesu. Hugo  
Cluniacensis monasterij rector, & spiritualis militiæ dux, ac præ-  
cipuus informator, hoc mihi laboris iniunxit, vt vitam beati Odi-  
lonis, decessoris videlicet sui, proprio stylo succinctè perfringerè,  
& ex his, quæ in anterioribus paginis latius reperiebantur esse dif-  
fusa, vtiliora quæque, magisq; necessaria breui compendio desio-  
rarem. Cuius ego compulsus imperio, non venustatè luculenti aucupabor eloquij:  
sed sicut ex oblati apicibus deprehendere potero, cum Dei omnipotentis auxilio, me-  
re veritati deseruire tentabo. Superfluum quippe est, lucernam manibus adhibere, dum  
micantium stellarum conaris signa distinguere: ego quoq; dum actus mirabilis viri,  
tanquam sereni cuiusdam atque perlucidi cali stellæ ostèdo, factijs vrbane facun-  
diæ non indigeo. Ipsa quippe per se sanctorum vita fideliter enarrata, sic rutilat, vt splē-  
dorem accurati sermonis, ad illustranda fidelium corda non requirat. Huc accedit, ga-  
rusticitas sermonis inculti, suspicionem purgare consuevit mendacij. Nam qui vix suf-  
ficat, vt elimatum saltem depromat eloquium, quomodò nouerit fabricare cōmen-  
tum? Et cerrè maioris tibi honoris est, vt rex in ferro, quam seruus attituleris in auro:  
& habilior est aqua perspicua in vase fictili, quam lutulenta vel lurida, quam non sa-  
pot proprius, sed exteriora commendant ornamenta gemmarum. Sic & melior est  
veritas in simplicibus verbis, quam sit mendacium in elucubrati venustate sermonis.  
Sed iam res ipsa producat in medium, & illius summæ veritatis auxilium implore-  
mus, quæ abbreviatum verbum per prophetam promittitur: quatenus in huius scri-  
ptionis articulo & competenti breuitate succinctos, & à nota mendacij nos exhibe-  
at alienos.

Esa. 10.

**VITA S. ODILONIS.**

1. IANVARII.  
Odilonis  
patria &  
genus.

Infantis  
morbus.

**B**eatus igitur Odilo Auerniæ oriundus, ex equestri quidem  
ordine genus duxit, sed terrenæ profapiæ lineam cælestis  
vitæ nobilitate transcendit. Hic dum adhuc puerili tene-  
retur infantia, tanto repente est omnium ferè membro-  
rum languore constrictus, vt incedendi quoque prorsus  
amitteret facultatem. Accidit autem aliquândo, vt nutrix  
eum ante ianuam cuiusdam Basilicæ, quæ in honorem be-  
atæ Dei genitricis erat dedicata, relinqueret, & ipsa inten-  
ta suis compendijs, per diuersa procul abiret. Puer itaque  
se conspiciens sine custode relictum, ac nutriciæ sedulitatis  
ministerio destitutum, diuino quodam pronocarus instin-  
ctu, tentare cepit, si valuas ecclesiæ quolibet nisi posset attingere. Fluctuabat igitur  
innocens reus Dei, & sub diuino verberè cōstitutus, quid ageret, nesciebat. Innocēs,  
inquam, vtputa qui non peccauerat: reus autem Dei, quia cælesti verberè vapulabat.  
Tandem repens, & quasi quodam se manuum pedumque remigio fulciens, vix per-  
uenit ad ianuam, paulatim progressus intrauit. Iamq; spe concepta valentior, pallam  
altaris arripuit, & sic se erigere quibus poterat conatibus cœpit. Sed dum intempesti-  
uè conatur, necdum soluti læguoris adhuc nodositate restringitur. Quid plura? Tan-  
dem diuinæ virtutis auxilium sensit: & omni languore deposito factus incolumis, ad  
referendum Deo gratias intuentium animos prouocauit. Et quia tunc alius decrat,  
qui pro se intercederet, sanctus ipse (vt ita loquar) in se signum virtutis exhibuit, ipse  
pro se interuenit: & de seipso miraculum faciens, medicinam diuinæ curationis obtinu-  
it. Hoc est enim egregium & insigne miraculum, cum homo non per alium, sed ipse  
sibi consciscit diuinæ virtutis auxilium.

Fit clericus.

Qui præterea dum ad grandiusculè iam ætatis adolesceret incrementum, prius apud  
sanctum Iulianum martyrem factus est clericus: deinde beati Maioli cōfessoris egre-  
gij

gij se magisterio tradidit, & in Cluniacensi monasterio habitum sanctæ religionis ac-  
cepit. Vbi dum quietus & simplex humiliter in sancta religione persisteret, & in ipso ru-  
dis ac nouitiæ conuersationis exordio, quædam iam in eo perfectionis insignia prælu-  
cerent, vix euolutis quatuor annis, beatus Maiolus obdormiuit in Domino: sed ante-  
quam humanitatis debitum solueret, proximus tamen beatæ dormitionis articulus  
immineret, beatum Odilonem sibi in pastoralis officij cura substituit, suumque su-  
per Dominici gregis custodiam vicarium dereliquit. In quem protinus omnium fra-  
trum vota concurrunt, omnes se ad obedientiam ei vnanimi deuotione subternunt:  
quique se eatenus orbatos remanere desseuerant, decessoris paternæ iacturam, sup-  
patis vicarij reformatione compensant. Iam verò in commissi regiminis sollicitudine  
constitutus, plurimis sanctæ religionis cœpit florere virtutibus: Nimirum vt Psalmo-  
diæ studijs vigilanter insisteret, dura corpus inedia maceraret, atque à sacris altari-  
bus non recedens, quotidianum ferè omnipotenti Deo sacrificium laudis offerret. In-  
ter quas profectò pia deuotionis excubias, vberimis plerunquè lachrymarum com-  
punctionibus affuebat. Porro autem Adraldus abbas Bremensis monasterij, vir videli-  
cet religiosus, ac sanctæ conuersationis honestate conspicuus, qui discipulus eius exti-  
terat, nobis aliquando retulit, quia vir Dei dum in eo, quo postmodum defunctus est,  
languore decumberet, illi præcepit, vt ex calcularis abaci supputatione colligeret, quæ  
posset esse summa Mislarum, quas celebrauit per spatium quinquaginta sex annorum,  
quibus monasterium rexit. In quo factò liquidò deprehenditur, quam diuturna; quam  
indeficiens diuini amoris flamma beati viri pectus excoxit, quod nimirum ab offeren-  
dis quotidie salutariibus hostijs cohibere tot curarum, tot ingruentium negociorum  
sollicitudo non potuit.

In erogandis præterea elemosynis ita largus erat, vt nonnulli dum eum omnia di-  
spergentem sine cunctatione conspicerent, non dispensatorem, sed prodigum iudica-  
rent: Præsertim quodam tempore, dum famæ valida Aquitanie fines vehementer affli-  
geret, ac plurimas Galliarum prouincias pestilenter arctaret, exhaustis iam in paupe-  
rum vsu ærarijs, & horreis quoruncunque prouentuum nō mediocriter profligatis,  
mox etiam plurima sacrarij vasa confregit, insignia ecclesiæ ornamenta distraxit, co-  
ronæ quoque, quam sibi Imperator Henricus ob sui memoriam destinauerat, non pe-  
percit. Vt igitur tam acerbæ famis, in quibus valuit, temperaret inopiam, quicquid  
hinc inde corradere pouit facultatum, in sustentationes & alimenta contradidit ege-  
norum.

Quodam sanè die dum per publicum pius equitator incedit, duos in itinere pueros  
fame peremptos reperit. Mox equo desiliens, lanceam, qua indutus erat ad carnem, sub-  
duxit sibi interulam: eaque, prout velaminis quantitas permittebat, vtrunque cadauer  
oboluens, exhibet mortuis sepulturam. Nam & vespillones mercede conduxit, & fu-  
neris vsq; ad tumulum profectus exequijs, defunctis fratribus debitum humanæ pie-  
tatis exoluit. In eadem quoque gestorum eius reperitur historia, quia corpus suum non  
modò duris consueuerat attenuare ieiunijs, a perrimis edomare cilicijs, sed & quibus-  
dam ferreis nexibus coarctabat. In percipiendis autem ita se moderabatur edulijs, vt ap-  
posita quæque contingens, ac naturali duntaxat necessitati dispensatiuè subseruiens:  
& vanitatem superstitionis effugeret, & sobrietatis continentiam referuaret. In pro-  
mulgandis porrò iudicijs ac modis poenitentiae præfigendis, tam pius erat, & tanta mo-  
rentibus humanitate compatiens, vt nequaquam districtum patris imperium, sed mater-  
num potius exhiberet affectum. Vndè se reprehendentibus, huiusmodi verbis solebat  
elegantè alludere: Etiam si damnandus sim, inquit, malo tamen de misericordia, quam  
ex duritia vel crudelitate damnari. Inter ceteros autem sanctos circa beatam Dei geni-  
tricem tam ardentissima deuotione flagrabat, vt cōstitutus in choro psallentium, cum  
ad illum veniretur ex modulantiuæ alternatione versiculum, Tu ad liberandum susce-  
pturus hominem, non horruisti Virginis vterum, in terram se prosterneret, sicque per  
corpus ostenderet, quibus desiderij cælestis in mente facibus æstuarer.

Vir igitur sanctus cum in bonis moribus per quotidiana piæ conuersationis incre-  
menta succresceret, seseq; quotidie melior ad perfectionis culmen feruentius anhela-  
ret: cepit nonnullis coruscare miraculis: vt qui clarus erat in probitate morum, clare-  
scret etiam in ostensione signorum: Et qui in obtutibus omnipotentis Dei erat lucer-  
gij

E na

Item mo-  
nachus.

Maiolus eū  
sibi Abbatē  
substituit.

Virtutes  
Odilonis.

Annis 56,  
abbas fuit

Largitas  
elemosy-  
narum.

Seueritas  
erga seipsum.

Humanitas  
erga alios.

Deuotio  
erga Dei  
matrem.

Miracula  
eius.



**Matth. 5.** na ardens, fieret etiam coram hominibus lucens. Vnde diuino disponente iudicio factum est, vt quia de illis erat, quibus dictum est, Vos estis lux mundi, primum de luce miraculum exhiberet. Aliquando siquidem dum esset in quadam sui iuris villa, quæ Berfo- niacum dicitur, videt puerum venustum quidem forma, sed cæcum à natiuitate. Super quo consulens, didicit, quia filius esset villici, & quia visum penitus nunquam habuisset. Cuiusmodi pia benignitate compatiens, & apud se tacitis precibus latenter insitens, vt- putà qui talia nondum expertus, aduocat tandem paruulum, signum illi salutiferæ cru- cis in fronte depingit, & confestim visum, quem natura negauerat, puer accepit.

Alio quoque tempore dum esset vir Dei apud suum quoddam monasterium, quod Vallis Aurea vocatur, quarta videlicet feriæ primæ quadragesimalis hebdomadæ, quæ caputiciunij dicitur, surgentibus à mensa fratribus, ille pugillum cineris latenter imple- uit, & apposito pane discubuit. Cumque cinerem tanquam panem manducaret, vt po- tum quoque, iuxta Prophetam, cum fletu temperaret, inuuit fratri, vt clam sibi aquam nullo teste deferret. Ille quoderat iussus, impleuit: aquam attulit. Quæ dum labijs adhi- betur, austeritatem vini redolere sentitur. Ræprimit ergò manum, abigit poculum: at- que vt sibi aquam minister afferat, signis euidentibus imperat. Ad quod minister obstu- puit: & vinum se à mensa referre, qui aquam propinauerat, admiratus expauit. Geminat tamen officium, vinum projicit, conuasat aquam: denuo porrigit discumbenti. Sed ec- cè dum aqua potanda repetitur, vinum rursus in poculo reperitur. Iam itaque vir fan- ctus diuinæ erga se pietatis beneficium recognoscens, quod Deum sibi misericorditer indulgere considerat, cum gratiarum actione percipere non recusat. Præterea, cum vir Dei cum Henrico rege, qui postmodum factus est Imperator, in Ticinensi simul vrbe consisteret, & Dominicæ natiuitatis gloriam celebraret, contigit vt velamen mensæ ei- us, artificiosa texturini laudis operatione conspicuum, sacrilega fuisset fraude subla- tum. Postquam autem vir Dei cum rege discessit, fur qui rapuerat, iam securus, propo- suit velamen in foro venalium. Sed dum illi dispositio cælestis obsistit, sancta distrahi præda non potuit. Terigitur quod subduxerat, inter nundinarum merces exposuit, ter- tiò subtiliter attentauit: sed cum emptoribus de precio penitus conuenire non potuit, nec inter distrahentem & coëmentem pacisci valuit venale commercium: quia diuina dispositio conatibus hominum negauit effectum. Interea sceleris huius auctorem vltio diuina corripuit, & manus, quæ sacrilegium perpetrauerant, ac pedes, quibus raptor au- fugerat, arefaciens, intolerabili dolore constrinxit. Mox itaque compulsus languore, ad ecclesiam beati Maioli manibus alienis aduchitur, mantile sublatum ad reatus in- dicium coram cunctis appenditur, & diuina clementia ab omni populo, qui percussus huius famæ rumore confluxerat, imploratur. Sic itaque beati Maioli meritis, ac preci- bus fratrum sibi seruientium, sanus & incolumis factus, velamen reddidit alienum, & recepit semetipsum. Probauit ergò quo præmio dignus esset, qui beatum offenderet Odilonem.

**Fur re abla- tam S. Odi- lioni distra- here non potest.** Alius quoque fur, cum vir Dei in eadem vrbe consisteret, stabulum eius nocturnus irrupit, & equum, cui specialiter ipse insidere consueuerat, cautè subduxit. Sed quia il- lis in partibus deprehendi fur sacrilegus timuit, concitus ad oppidum Laudense profu- git. Securus itaque recognoscens eum, proponit equum, emptores inuitat, vehiculum laudat, commercium flagitat. Sed sic hominem diuina dispositio præpediuit, vt nec cum quolibet emptore componere, nec animal potuisset pecunia permutare. Postre- mò autem reuersus ad se, & poenitentia ductus, bestiam ad locum sui criminis consci- um reuocat, & quid sibi contigerit, ad sui confusionem, & omnipotentis Dei gloriam, non occultat.

**Idem alteri accidit.** Viridem venerabilis dum esset in itinere constitutus, quia causa dictabat, Ticinum festinanter ac sine mora transire cupiebat: sed intumescens aquis, etiam nauigium deerat. Protinus ergò confusus in Deum, vnum è famulis vocat, secum in nomine Chri- sti præcedere per aluenum fluminis imperat. Obedit illic famulus: spumantes profluen- tium vndarum cumulos ingredi non moratur. Deinde vir sanctus cum omni com- mentium turba subsequitur: & sic omnes in vltiorem aluei crepidinem absque vilo prorsus incommoditatis offendiculo transponuntur. Quod dum nonnulli qui ad- erant, mirarentur, velut æmuli præcedentium, coeperunt attentare meatum. Sed mox vt adorsum sunt extremos citerioris ripæ fluctus attingere, nisi equos sub celeritate re- pres-

**Transit flu- men illæsus cum suis.** Viridem venerabilis dum esset in itinere constitutus, quia causa dictabat, Ticinum festinanter ac sine mora transire cupiebat: sed intumescens aquis, etiam nauigium deerat. Protinus ergò confusus in Deum, vnum è famulis vocat, secum in nomine Chri- sti præcedere per aluenum fluminis imperat. Obedit illic famulus: spumantes profluen- tium vndarum cumulos ingredi non moratur. Deinde vir sanctus cum omni com- mentium turba subsequitur: & sic omnes in vltiorem aluei crepidinem absque vilo prorsus incommoditatis offendiculo transponuntur. Quod dum nonnulli qui ad- erant, mirarentur, velut æmuli præcedentium, coeperunt attentare meatum. Sed mox vt adorsum sunt extremos citerioris ripæ fluctus attingere, nisi equos sub celeritate re- pres-

pressissent, profluentis aquæ submersi voragine, proculdubio naufragium pertulif- sent. Vnus autem ex his, qui tunc aderant, vt tam insigne miraculum vidit, obstupuit, hominemque Dei, vt suæ domus subire dignaretur hospitium, fassis humiliter preci- bus, impetrauit. Intempestæ verò noctis silentio vis ventri vehementior irruit, & lucer- nam, quæ in dormientium cubiculo dependebat, extinxit. Expergefactus autem cubi- cularius, cum lumen agnouisset extinctum, ad abigendam noctis tenebræ caligi- nem, diuini luminis insulgere postular claritatem: Deus, inquit, omnipotens, qui lu- men es verum, pro amore serui tui Odilonis, ab hac domo tenebras dimoue, eamque gratiæ tuæ luce perfunde. Confestim de cælo coruscæ lucis splendor emicuit, & totam domum superni splendoris claritas illustrauit. Si ergò hoc agebat Odilo tunc sopore de- pressus, quid putas nunc apud Deum potest, carnalis sarcinæ corruptione solutus?

Paulò ante natiuitatem Domini, per hyemalium inclementiam imbrium sanctus se- nex ad beati Marcelli martyris monasterium festinabat. Venerunt autem ad quoddam flumen, quod ita fluitibus exundantibus inhorruerat, vt prorsus intransmeabile vide- retur. Confusus autem in Domino, dirigit præuium, qui vada prætentet: & ipse mox cum comitibus subsequens, pertransiuit illæsus. Sed in hoc vadantium transitu illud mirabi- le fuit, quia cum cæteris aqua pertingeret vsque ad femora, viro Dei nec corrigia qui- dem pedis aquarum est inundatione perfusa. In illo scilicet solo madoris sui perdidit vna vires: in reliquis autem naturale ingenitæ \* viris exhibuit facultatem. Istum aqua \* viris, via- tangere potuit, humidare non nouit: illos autem, quod natura dictauerat, vndeque ma- detur vsur- defecit. Præterea, dum vir Domini apud monasterium beati Martini, quod ad publi- pisse pro ge- cam stratam dicitur, receptus esset hospitio, sicut moriserat, vt vbiunque maneret, nitiuo à vis quocunque se verteret, monachorum illic frequentia non deesset: non paruus ei cœ- tus fratrum affluxit. Quos ille cum alacritate suscipiens, & prius eis ineffabilis eloquij familiaritate communicat, & postmodum, vt sibi pro charitate conuescantur, inuitat. Sed dum in longum sermo protrahitur, semorim quosdam ex familia seruos accipit: vtrum sit, vnde rescit fratres valeant inuitati, solerter inquit. Qui de cæteris quidem ali- mentis constare vtique perhibent quantitatem: de piscibus autem penè nihil esse, quod ad tantam hominum perueniat multitudinem. Ad quos ille: In nomine, inquit, illius Matth. 14. qui nouit quinque millia hominum ex pane modico & gemino pisce reficere, nõ quasi nihil, vt dicitis, sed vberriam nobis & hospitibus nostris piscium copiam ministrare. Pifces mul- Cùm igitur mensæ discumbentium pauci, qui aderant, pisces à dapiferis inferuntur, tiplicantur. coepit efca in manibus discumbentium crescere: & quo magis à conuescentium turba consumitur, exuberantiùs abundare: adeò vt satiatis omnibus, plurima superessent, que non modò seruatoribus cunctis, sed & alijs, si superuenirent, oblata sufficerent. Cui protinus famuli, Ecce pater, inquam, inquam, quod pusillanimitas nostra non credidit, vestra fidei meritum diuinitus impetrauit. Iam non dubitare didicimus, si promissionem ve- stram in articulo cuiuslibet difficultatis audimus. At ille, vt semper erat mitis & humi- lis, non suæ fidei, quod diuinitus factum erat, ascripsit, sed illorum potius obedientiæ, & sanctorum hospitem meritis imputauit.

Huic etiam illud non dissimile est, quia cum Dei famulus in Romana vrbe consiste- ret, & hospitium in monte Auentino apud monasterium beatæ Dei genitricis haberet, contigit vt, sicut illius vrbs familiare est, omninò tale vinum deesset, quod sancto vir o- saporis habilitate congrueret. Inquit ergò abbatem loci, vtrum melius habeat. Qui se confestim & profitetur habere, & quantum ipse præceperit, libenter afferre. Vir autem Domini modicum, quod ante se erat vasculum, dedit, vt sibi plenum deferretur, expe- tijt. Allatum ergò ante se posuit, & ipse potissimum more pincernæ sibi duntaxat & abbat, qui iuxta se discumbebat, expendit. Cumque iam à mensa surgendum refectio- nis completisset, & paululum adhuc vini in vasculo superesset, pater sanctus blandè subridens: Non, inquit, careres mei, plene circa vos oblatum charitatis exhibui, qui vi- num, quod d. nihil potuistis, sed me participare neglexi. Accipiens ergò vasculum, inquit miseram, & singulis singulum pròstantibus distulit. Res mira: cum factus esset Vinum ex- ignum mul- us sufficit. & eis bibentibus potus copiam non deesset, & vasculum completum me- ro nihil omninò superesset. Illis itaque huiusmodi factum fuerat admirantibus, vir vltimè huiusmodi factum, ut in amara gurgula munitus impelleret, & ipse fauoris hominum vlti- am declinaret, charitatis duntaxat illis, qui vltimum dedit, miraculum supernæ benedi- ctionis



Febrē pellit  
aqua, qua  
se vir san-  
ctus abluir.  
tionis applicuit. Dehinc dum egressus Roma, reuerteretur ad propria, quidam intra Taurinensem urbem nimium febris patiebatur ardorem. Hic furtiuè per ministros aquam, qua vir Domini manus abluebat, accepit: fideliter bibit: & sic absque mora, deposita prorsus omni febricitatione, conualuit.

Iamque Iouini montis prærupta conscendens, obtuos habuit pauperes, præ difficilis viâ lassitudine potum æstuanti desiderio flagitantes. Pius itaq; pater suâ negligens, alijs in necessitate compatiens, iussit vt quicquid vini proprijs haberetur in vasculis, absque vlla reservationis industria vel potius dissidentia præberetur egenis. Paulò post necessitate naturæ cogente, discumbunt omnes, vt capiant cibum. Et ecce vtres, qui studio fuerant piæ compassionis exhausti, vino reperiuntur, Deo scilicet debitum persolvente, repleti. Nam iuxta scripturam, qui dat pauperi, Domino foeneratur. In hoc ergò felici commercio, vbi Dominus debitor, famulus fuerat foenerator: quod à seruo fideliter est depositum, à bono debitore non segniter est solutum.

Aliquando Imperator Henricus dum apposita mensa discumberet, vas illi holouitreum valdè preciosum & Alexandrini operis arte compositum, cum tritis est pigmentis allatum. Mox aduocat duos aulae regiae capellanos, Albericum videlicet & Landulphum: quorum alter Cumanæ, alter verò Taurinensis ecclesiæ postmodum episcopi facti sunt. His itaque vasculum tradidit, & per eos beato viro Odiloni odoriferi nec taris xenium destinauit. Quod profectò vasculum capellani sancto viro, prout decebat, humiliter offerunt, ac pro eo postmodum redituri, ad regis interim conuiuium reuertuntur. Paulò verò post, sicut humanæ curiositatis mos est, vt noua qualibet & insuetata in hianter adspiciat, coeperunt monachi præfatum vas sub admirationis intuitu contrectare, & de manu in manum solerter inspiciendo transponere: cum ecce de manibus incautè se tenentium labitur, & vt fragilis est naturæ, continuo frangitur. Quod mox vt vir sanctus accidisse cognouit, grauiter rulit, & præsertim clericis, qui reliquerant, paterna pietate condoluit: nè videlicet Augustum innocentes offenderent, & non modò iacturam gratiæ, sed & regij mortis periculum sustinerent. Mox ergò cum fratribus ecclesiam pius pater ingreditur, & nè hi, qui erant immunes à culpa, motum regiae indignationis incurrant, orationibus & psalmis incumbens, clementiam diuinitatis implorat. Iam igitur oratione completa, vir Dei fractum sibi vas iubet offerri. Manibus contrectat, oculis vndiquè subtiliter inspicit: & ecce nulla prorsus in eo fracturæ vestigia deprehendit. Tunc indignatus in fratres, eos cum austeritate redarguit, cur vas conquererentur confractum, quod omnino permanferat illibatam. Illi verò vehementer attoniti, tam euidentis ostensione miraculi, & austeritatem corripientis libenter accipiunt, & ad referendas omnipotenti Deo gratias feruentius accenduntur.

Præterea religiosus quidam vir, oriundus de pago Rotenensi, reuertebatur ab Hierosolymis. Qui dum mare transiret, quod à Sicilia versùs Thessalonicam per plurima fluctuum periculosa loca protenditur, eumque cum multis alijs furentium ventorum horror impelleret: applicuerunt ad insulam quandam sine rupem, vbi sanctus quidam seruus Dei manebat inclusus. Rotenensis itaque vir illic aliquandiu commorans, & tranquillitatem sedandi maris expectans, delectabatur cum seruo Dei frequenter habere colloquium. Sed dum hinc nonnulla dicuntur, illinc plurima referuntur, perquisitus hospes à viro, vnde genus duceret, originaliter Aquitanum se esse respondit. Requisitus insuper, vtrum coenobium illud, quod dicitur Cluniacum, & Odilonem eiusdem loci nôset abbatē: optimè, quod querebat, se nôsse perhibuit. Sciscitatur homo, cur hoc Dei seruus ab eo requirat. Ad quem ille, Sunt, inquit, vicina nobis loca, ex quibus grauissima flammaram furentium euomuntur incendia: in quibus etiam locis animæ

diuersa luunt pro meritorum qualitate tormenta.

Quamobrem per terribile

Vtres vas-  
culi, inueni-  
untur pleni  
vino.  
Prou. 10.

Vas magni  
precij con-  
fractū, suis  
precibus re-  
dintegrat.

Loca pe-  
narum in  
Sicilia.

ribile Dei nomen obtestor, vt sanctis fratribus illic hæc, quæ tibi dixi, fideliter referas, & ex nostra quoque illis parte denuncies, vt elemosynis & orationibus magis ac magis insistant: ac præsertim huius intuitu, vt de manibus dæmonum eos, qui ab illis cruciantur, educant: quatenus de quotidianis eorum rapinis & luctus inferatur generis humani inimico, & gaudium multiplicetur in cælo. Aliquantò post homo regressus in patriam, quicquid ex viri Dei relatione didicerat, beato patri & sanctæ congregationi fideliter narrat. Tunc venerabilis pater Odilo per omnia monasteria sua constituit generale decretum, vt sicut primo die mensis Nouembris, iuxta vniuersalis ecclesiæ regulam, omnium Sanctorum solennitas agitur: ita sequenti die in psalmis & elemosynis, & præcipuè Missarum solennijs, omnium in Christo quiescentium memoria celebretur.

Si quis autem non generalitate contentus, quis specialiter per beatum Odilonem de pœnis vltimis sit ereptus, inquit, quid de reliquis sentiat, in papa Benedicto euidè ter addiscat: vt in Romanorum Pontifice, qui omnium Christianorum caput est, valeat liquidò cõijci, quid de ceteris merito debeat estimari. Apostolicus igitur iste, quem diximus, dum adhuc viueret, beatum virum affectuosè dilexit, reuerenter excoluit, & Apostolorum limina frequentanti, necessarij sumptus opima sepe subsidia ministravit. Huic planè mox, vt obiit, germanus eius Ioannes in apostolica dignitate successit. Iam verò postquam humanis rebus exemptus est, non parui temporis euoluto curriculo, iam dictus papa Ioanni Portuensi episcopo, & alijs duobus, quorum nomina nobis nota non sunt, per speciem nocturnæ visionis apparuit, eisque quia pœnalibus esset constitutus in tenebris, indicauit: hoc insuper addens, qualiter beati Odilonis venerabilibus meritis cum superna censura liberare decreuerit à tormentis. Obsecrat itaque per eos & humiliter flagitat, vt frater eius ad præfatum vnicæ pietatis virum, agilem quanto citius veredarium dirigat, eumque suppliciter obsecrans pro se orare deposcat. Protinus idem Ioannes Portuensis episcopus, autoritatis apostolicæ fultus epistolis, cõcito gradu Papiam vsque peruenit. Vbi longo & immoderatè fortassis accelerato fractus itinere, per monachos coenobij beati Maioli, Apostolicæ legationis apochas dirigit, omnemque per eos sancto viro seriem à se conspectæ visionis exponit: Enim verò diuino factum esse constat iudicio, vt cum apud Cluniacense monasterium Apostolicæ legationis baiulus inueniret. Precepit itaq; venerabilis pater, pro illo psalmodias & orationes ab omnibus priuatim ac publicè fieri, elemosynas indigentibus erogari, sacrificium Deo mysterij salutatis offerri. Nec in illo dicitur loco id statuere cõtētus fuit, sed & per omnia sui regiminis monasteria eiusdem sanctiõis edicta mandauit. Cumque hoc fratres instantissima deuotione satagerent, & ex ara sanctorum peccatorum fraternæ charitatis flamma profiliens, diuinæ clementiæ sacrarium penetraret, iam præfixi temporis terminus propinquabat. Et ecce quidam sanctæ cõuersationis monachus, Heldebertus nomine, qui videlicet hoc obedientiæungebatur officio, vt inopes aleret, indigentibus subsidia ministraret. Hic itaque per soporem vidit, quòd quidam pulcher ac serenus ad specu, ac solenni quodam nitore conspicuus, claustrum monasterij magno candidatorum agmine constipatus ingrederetur. In capitulum deinde, vbi pater Odilo cum fratribus residebat, intravit, ad eius genua caput humiliter flexit, ei que, sicut in gestu corporis videbatur, gratias egit. Cumque frater ille, qui hoc in visione cõtemplabatur, inquireret, quisnam esset ille tam decorus ac fulgidus, qui sancto viro salutationis officium exhiberet: responsum est ei, quia ille esset Benedictus, summæ sedis Episcopus, qui nimirum idcirco viro Dei gratias ageret, quia pijs eius, sanctorumque fratrum precibus, & cruciatibus euassisset, & cum beatis ciuibus quieturus, supernæ Ierusalem meruisset ingressum. In hoc valet liquidò deprehēdi, quæ de meritis beati Odilonis opinio iurè possit haberi: cum is nimirum, qui iuxta priuilegium apostolicæ dignitatis clauis Ecclesiæ præ cunctis mortalibus tenuit, qui ligandi atque soluendi vires præminenti quodam iure possedit, in illo iam inuisibili examine constitutus, non aliter quam precibus istius de pœnali potuit supplicio liberari.

Porro autem dum aliquando in monasterio moraretur, quod Paterniacum dicitur, erat ibi quidam puerulus monachus nomine Rodolphus, quem struma quedam gutturis intumescēs deturpauerat vsque adeò, vt & claritatem vocis auferret, & insuper quoddammodò minaretur, quòd sibi etiam aliquando auditum interciperet. Quem ad se vir

Dies omni-  
um anima-  
rū ab Odi-  
lone insti-  
tuitur.

Loquit de  
Benedicto  
8. Pontifice  
ist. apud  
Platinam.

x p p p p p p p

Autoritas  
præcipua  
summi Pæ-  
tificis.

Strumofum sanatur puerum.

Dei verè misericors aduocat, palpante manu locum tumoris atrebat: Deindè signum crucis plagæ gutturis imprimit, & diuina quædam verba dicens, mox abire permittit. Deindè mirum in modū sicut in alijs morbus ille, postquam semel oboritur, in dies solet excrefcere, totumq; guttur miserabiliter occupare: sic in isto versa vice cœpit extic sensim quotidie detumescere, donèc pestis illa funditus euanesceret, & guttur pueri ad naturalem se speciem per omnia reformaret.

Alio quoquè tempore de monasterio, quod est in Iurenfi territorio constitutum, vir sanctus exierat, & ad Gebennensem vrhem cœpto itinere contendebat. Cùm autem ad quendam concauæ profunditatis fluuium deuenisset, accidit vt mulus, qui hominis Dei supellestem, libros scilicet ac lectulum, deferebat, à publico vado procūl aberrans, in profundiorum aluei voraginem caderet: sicque raptatus à gurgite, nullo membrorum, nisi solo capite, fluctibus emineret. Qui tandè è naufragio protractus educitur: ad perscrutandum, vtrum res & maximè libri perierint, defagmatur. Miro itaque

Libri & lectulus ab aquis nihil leduntur.

supernæ dispensationis ordine, libri simul cum lectulo ita à fluctibus reperiuntur intacti, vt ne tenui quidem aquæ stilla videantur adpersi. Mantilia verò simul & manutergia prorsus vndique reperta sunt madida. Vbi notandum, quàm peruigil fuerit erga feruum suum diuina protectio, vt ea videlicet, quæ abluī frequētius indigent, madere permitteret: quæ vero madefieri sine damno non possunt, à contactu fluctuum immunita custodiret.

In eodem quoquè Iurenfi monasterio vir Domini Odilo aliquando constitutus, reperit puerum, nomine Gerardum, terribili caducæ passionis languore detentum. Qui sæpissimè quasi lunaticus corruerat, & sic eum occidui languoris impetus obruere consueuerat, vt in eo neque vox, neque memoria, nec prorsus aliqua membrorum officia remanerent, ac ferè à mortuo nihil distaret. Huic homo Dei misericorditer descendens, fratribus, vt pro eo Dei clementiam deprecetur, iniungit: ipse verò ad sacrosanctum altare, Missam celebraturus, accedit: æger etiam vt interesset, admonuit. Cui mox Eucharistiæ salutaris munus tradidit: deindè, sicut sibi moris erat, sanctificatam abscessit, salus optata succedit: & sic per merita beati viri restituti sibi vigoris incolumitas permansit.

Aqua benedicta & c. aquam cum beati Maioli calice propinauit. Nec mora, protinus à puero languor omnis abscessit, salus optata succedit: & sic per merita beati viri restituti sibi vigoris incolumitas permansit.

Aliquādo vir Domini per prærupta Iurensum Alpiū iter habebat, & repente sagmarius, nonnullis oneratus sarcinis, per montis deuexa collabatur, atq; per aspera rupiū scopulorumq; præcipitia vsq; ad vallis infimæ profunda raptatur. Ministri protinus in illud lubricæ ruinæ præcipitium descendentes, nonnulla quidem de sarcinulis, quæ passim dispersa fuerant, illa se reperiunt: librum tamen sacramentorū, aureis literis exaratum, cum vitreis quibusdam vasculis anaglyphæ fusilitate cælaris, deesse perpendunt. Quibus interim recedentes omisit, hospitium subeunt, corpora fessa reficiunt, & nocturno soporati silentio quieuerunt. Manè autem factō, maturè surgentes, ad locum illum celeriter redeunt: & curiosi quæque diuerticula perlustrantes, omnia quæ periisse suspicabantur, inueniūt: Vasa nimirum vitrea reperiuntur illæsa: Deauratus etiam liber, cùm tempus scilicet imbriferum inhorresceret, à nulla prorsus est pluiiarum inundatione contactus. Sic itaque beati viri meritis, & vitrum frangere præceps ruina non potuit, & perfunderere codicem inundantium imbrium densitas ignorauit.

Curat oculum hominis grauitè læsum.

Nobilis quidam vir dum iaceret sub arbore, particula corticis in eius oculum cecidit: Cui nō modò lumen omninō turbauit, sed & aliarum calamitatum multiplex pondus inuexerat. Nam id, quod oculo semel infederat, nullo modo potuisset expelli, fugit somnus ab oculis: & non modò iam homo non dormire, sed nec cibum quidem valebat alimenta percipere. Quem seorsum vir sanctus adducens, signum sibi crucis impressit, ac mox insufflans, super locum doloris halauit: Deindè promittens se salutaris pro eo victimas oblaturum, abiit. Abscedente itaque viro Dei, protinus homo suauiter obdormiuit: cuiusmodi autem, particulam corticis ab oculo non sine lanugine quadam proiecit: & euestigio factus incolumis, nullam decetero doloris huiusmodi lesionem sensit.

Cuidam Turonensis ecclesiæ clerico lethale vulnus in brachio pestilenter excreuerat, vt sibi iam non languoris ægritudinem, sed ipsam potiùs intermineretur & mortem. Cùmque vir Dei Lucensē teneretur hospitio, accedit clericus, & periculum tam

tam pestiferæ calamitatis ostendit. Quod ille quasi videre dissimulans, latenter brachium apprehendit, viuificæ crucis signaculum imprimit: eumque dimittens, vt sibi caute provideat, præcipit. Qui paulò post dum locum vlcis curiosius attendere studuit, nulla prorsus vestigia delicti languoris inuenit. Stupefactus igitur nouitate miraculi, ad hominem Dei præstò regreditur: quid sibi contigerit, non tam relatione verbi, quàm ostensione sui brachij euidentissimè cōfite tur. Quod ille satis moleste tulit, eumq; à suo conspectu cum indignatione exturbauit. Nam tanquam venena serpentium, sic rumores hominum fugiebat. Asserebat enim, quia quantumlibet sublime sancti operis ædificium, per vanæ gloriæ subitò corrui appetitum.

Præterea miles quidam tam mentis inops erat effectus, vt postposita penitus omni cura priuata vel publica, per deuia soliuagus & nudus erraret, inconditas voces emitteret, & tanquam dæmoniacum se per inordinati gestus insaniam exhiberet. Cui vir Domini, paterna pietate compatiens, simul cum fratribus ante altare sancti Petri prosternitur, diuinam clementiam cum psalmis & litanij implorat, vt perire creaturā suam sub huius furoris insaniam non permitrat. Hinc ab oratione surgens, ad eum qui pariebatur, accedit: aqua sanctificationis adspersit, atque vt ex ea bibat, suadèdo compellit. Qui non multò post ad Cluniacum sanus & incolumis venit, xenia piscium detulit, & quia sibi plenissimè redditus esset, gratias referens indicauit.

Nota sancti viri humilitatem.

Aqua benedicta curatur amens.

Alius quoquè miles efficaciam edendi sermonis amiserat. Hic per visionem admonitus est, vt si aquam, qua manus beati Odilonis abluerantur, hauriret: hac sibi loquendi vires & amissæ linguæ officium proculdubio reformaret. Aqua igitur per ministros fidei furto subripitur: altera etiam aqua, à viro Dei benedicta, de calice sancti Maioli, muto transmittitur. Quas ille cum nimia deuotione suscipiens, mutatis vestibus ingressus ecclesiam, quia lingua non poterat, ore cordis orauit: & sic poculo benedictionis accepto, reparatum sibi locutionis officium recognouit. Mox etiam expedite loquens, mirum de se spectaculum cernentibus dedit, & quid beatus Odilo apud Deum possit, euidenter innotuit.

Mutus sanatur.

Præterea cùm vir venerabilis apud quandam ecclesiam monasterij, quod dicitur Vallis Aurea, cibum caperet, sed locum magna vini laborare penuria didicisset, nè grauaret fratrem, qui eum cum alacritate susceperat, hoc in commune præfixit, vt quisque decumbentium vno tantum scypho contentus esset: solis autem monachis pincerna poculum geminaret. Mensura tamen exceditur, & largus ad bibendum potus cunctis epulantibus exhibetur. Enimvero cùm vas illud vinarium & vnum duntaxat esset, & modicum, non modò tot indisceret bibentibus non defecit, sed & illis recedentibus, absque vlla diminutione repertum est plenum: vt per hoc euidentibus clarescat indicij, quia vir Domini nō tantum id apud Deū potuit impetrare, quod petijt: sed & nonnulla per eum virtutum signa diuinitus ostēsa sunt, quæ nesciuit. Et de signis quidem atq; virtutibus, quas vir sanctus adhuc in corpore constitutus ostēdit, ista sufficiunt: nunc ad explicandum felicem eius obitum, auxiliante Domino, propinquemus.

Vinū bibedo non absumitur, sed augetur.

Enimvero quanquam homo Dei sublimiter se in spiritalibus studijs & diuina contemplatione suspenderit, in corpore tamen vtilitatis industria non mediocriter laborauit. Monasteria scilicet nonnulla à fundamentis erexit: alia vel iam semiruta, vel ruinam fortè minantia reparauit. Dilatauit illis prædia, nonnullis etiam insignia contulit ornamenta. Quæ verò monasteria noua condiderit, quibus parietina tantum & facta tecta collatis sumptibus instaurauerit, enumerare per ordinē idcirco postponimus, nè prolixitate styli lacinias contexere videamur: præsertim cùm in ipsius viuus operibus gestorum fidem multo clariùs experiantur oculi, quàm vllò sermone valeant narrari. Dispensationis quoquè geminæ moderator insignis, & in spiritali studio coram diuinis obtutibus fultus, & in terreni laboris industria non mediocriter floruit.

Monasteria ab Odilone constructa, instaurata, &c.

Porro cùm vir Domini iam in extremis ageret, per quinquennium ferè compulsus est gratissimi languoris molestia cruciari. Mox itaque beatorum Apostolorum limina festinat inuisere, vt quasi sub eorum pedibus, si sibi daretur, quod semper in votis habuerat, posset ex hoc mundo transire. Veruntamen quia non est in homine via eius, aliter sibi cōtigit sperauit. Per quatuor planè menses illic ægritudine detentus elanguit: deinceps cōtra spem aliquatulum cōualefcens, ad propria remeauit. Cluniacū itaq; deueniens, per annū ferè totus in oratione permāsit, seseq; quātum ægritudo permisit,

Limina Apostolorū inuist. Iere. 10.

Prædicit obitum suū.

Moritur S. Odilo.

\*for. Venetus

Apparet cuidā post mortem.

ieiunijs ac vigilijs vehementer affixit. Decreuit autem, vt antequam debitum conditionis humanæ persolueret, quæque monasteria sua circuiens, sanctæ admonitionis studio visiteret. Expeditione igitur sanctæ huius ædificationis incepta, Syluiniacum deuenit: ibiq; se circa festiuitatem Dominicæ circuncisionis ex seculo hoc migraturum, manifestè dixit. Porrò autem cum iam in agonis esset angustia constitutus, diabolus ad stare conspexit, eumq; per nomē tremendi iudicis, vt abscederet, terribiliter increpauit. Anno itaq; Dominicæ incarnationis 1048. ætatis autem suæ 87. ordinationis etiam quinquagesimo sexto, ea nocte, quæ Dominicæ Circuncisionis solennia præcedebat, salutaris Eucharistiæ sacramenta percepit: sicque beatum Deo spiritum reddidit. Paulò autem post, eadem scilicet nocte, cum beati viri corpus in ecclesiam iam fuisset delatum, frater quidam Gregorius nomine, \* Inuenera natione, naturæ simplicis & innocentis vitæ, exequiarum funebrium lassitudine prægrauatus, in eadem cella, in qua sanctus obiērat, proprium stratum petijt, in quo se proijciēs, dormire tentauit. Sed necdum planè resolutus in somnū, beatum Odilonem sibi videt adstantem. Ad quem mox voce promptissima: **Quid**, inquit, agis domine pater? Et ille: **Benè**, frater, & optimè. Dominus enim meus Iesus seruo suo per semetipsum dignatus est adesse, & sui præsentiam misericorditer exhibere. Sed in ipsa meæ decessionis hora, in illo scilicet angulo (ostendebat enim quasi digito locum) vidi figuram quandam truncem nimis atque terribilem, quæ mihi reterrimæ suæ visionis horrorem atque formidinem tentauit incutere: sed Christi confortante virtute, nulla me potuit infestatione nocere.

Proxima quoque Quadragesima succedente, sanctæ ac venerandæ memoriæ Laurentius, Amalfitanæ sedis archiepiscopus, qui potens in literis ac biglossus, Græcè noverat & Latinè, & quod longè præstātius est, laudabilis vitæ claritate pollebat. Hic itaq; tunc Romæ constitutus, obdormiuit in Domino. Cumque cadaver eius fuisset in ecclesiam illatum, honestus quidam clericus, Albero nomine, in eiusdem ecclesiæ angulo lassabunda dedit membra sopori: Cumque subitò adhuc penè vigilanti vir beatus apparuit, ei mox clericus intulit: Domine mi, quādo huc & cur aduenisti? Ad charissimi (inquit) olim amici mei, domini Laurentij pōtificis, exequias veni: quibus expletis, antequam te viderem, recedere nolui. Et his dictis, species loquentis euauit. Vir itaque Domini, quia rectè vixit, feliciter obiit: & quia vitam mirabilem duxit, iure miraculis coruscavit. Vita quippe beati huius viri velut aurea tabula est: cui quasi margaritas quasdam ac gemmas infigimus, dum gestis eius interlucentia virtutum miracula permiscemus. Apud cuius venerabilem tumulum nihilominus adhuc rutilant noua signa virtutum: quæ nimirum nos his inserere superfluum ducimus, cum per alios iam apicibus exarata cernamus. Legentium igitur tædio consulentes, his contenti sumus, quæ succinctè breuitate perstrinximus, ad honorem & gloriam redemptoris nostri IESV Christi: qui cum Deo patre & spiritu sancto viuūt & \* gloriatur in secula seculorum, Amen.

\*glorificat

**VITA S. EVGENDI ABBATIS, AB EIVS DISCIPVLO FIDELITER, SED STYLO DVRIVSCVLO**

*conscrip̄ta, vt ex ipsa narrationis serie facile potest animaduerti.*

**PROLOGVS.**



Quantum, beatissimi fratres, desiderio feruorūq; vestro ex debiti summa supplēuerim, sicut ex ratione apicū ex parte sum opitulāte Domino iam securus, ita conscientie propriæ extraneiq; iudicij incertus, ago hæc quæ iniungitis, non præsumptione indocti, sed obedientia, vt cernitis, regulari. Sic annuens diuinitas fecit, vt humana procliuior in diiudicādo fragilitas, dum melodiā deletatur aut musicis, dumque oratorias venustates, vocabulorum quoq; ac temporum signata proprietate miratur: hæc nostra Tapinosis nequaquam iactantia superba iudicum ventosa superfluitate calcetur. Porrò nos (vt præfati iam sumus) vobis propriè opuscula ista dicauimus, quos nouimus non oratorum, sed piscatorum esse discipulos: Nec in philosophia sermonis regnum Dei, sed in virtute prospicere: magisque pura ac iugi obseruantia Dominum exorare, quam vana perituraque facundia perorare. Nunc ergò iam nobis in relatione vitæ beatissimi viri, narrationis sumatur exordium.

**NAR**

**NARRATIO.**



Sanctus nanque Christi famulus Eugendus, sicut beatorū Romani & Lupicini in religione discipulus, ita etiam natalibus ac prouincia extitit indigena atque conciuis. Or-

IANVAR. 1.

Horum vitæ tam habes infra 28. Februarij, Gallica, pro Belgica.

Sentiendum est ante sacerdotium cum habuisse vxorē, non in sacerdotio.

Viso Eugendo puero oblata, Gen. 15.

\*for. inter Missas

Ioan. 14.

i. Reg. 3.

Traditur Eugendus monasterio septennis puer.

Eius legendi assiduitas.

Eius vestitus.

Lectus.

Leuiantus sanctus abbas.

penè cunabulis quodam instinctu successuque felicitatis ac luminis, virtute diuina, vt reor, prælagante succresceret, & nocte quadā venerabilis pater ipse, vel soboles sancta, ab \* affectu profectuque futuræ beatitudinis tenerentur incerti: in visione sancta puer à duobus religiosus viris sublatas, vltra domūs paternæ vestibulum sistitur, ita vt in Orientis plagam calicū astra, quasi quondam multigena Abraham patriarcha, intuitu diligēti prospiceret: atque ipsi typicè iam quodammodò dicebatur: Sic erit sementuum. Post interuallum nanque modicum hinc vnus, ast hinc alter, atque alius indè, donec succrescens multitudo efficeretur innumera, beatum puerum vel sanctos proculdubio Romanum ac Lupicinum patres, qui eum in spiritu de coeno paternæ domūs eduxerant, tanquam enormitas apum in modum mellificantis vix quadam conspatione sepeferunt: & subitò à parte prospicua videt instar amplissimæ portæ culmina patrefacta cælestia, & lento deductoque ad se vsque è calivertice cum lumine cliuoso in modum recliuis scalæ cristata procliuitate descēsum, & niueos fulgidosque angelicos choros ad se vsque vel socios tripudiantes, in Christi nomine deuentare: ita tamen, quòd crescentē semper in loco societate, nullus omninò reuerentia diuinitatis attentus, aut sermone mouebatur, aut nutu. Cumque sensim cauteque mortalibus multitudo sese inferuisset angelica, collectis copulatisque sibi terrestribus, concinentes angeli, vt venerant, cælestia sacra repedantes ascendunt. Hoc solummodò puer inter carminum modulationem percepit, quod post annum circiter in monasterio \* intermissus ex euangelij recitari cognouit. Illud nempe vice antiphonæ (vt benè, ipso dignanter referente, commemini) reciproci vocibus multitudo concinebat angelica: Ego sum via, & veritas, & vita. Recepta igitur sese clausit astrigera, & solùm semel puer cōtemplatus in loco, excussus est somno, concutitur, ac visionis terrore percussus, rem gestam ilicò refert patri. Confestim nanque presbyter sanctus, cui potissimum proles sanctissima dicari deberet, agnouit.

Mox igitur eum literarum instrui iubet elementis, & anni exacto circulo, tanquam Samuel quondam, non in typico excubaturus templo, sancto Romano oblatas est patri. In quo verè ita beatorum abbatum, qui eum in spiritu de incolatu terrestri eduxerant, gratiarum gemina confluit vbertas, vt succidia quoq; posteritas vtrū in Eugendo Lupicinum potius suspiceret, an Romanum, iudicio fluctuaret incerto. Illis duntaxat huc illucque necessitate misericordiæ è monasterio sæpè progressis: iste verò puer, à septimo vsque ad sexagesimum vitæ, quo transijt, annum nusquam exindè post ingressum extulit pedem. Lectio ni nanq; scintantū die noctuque expletis consummatisque omnibus, quæ à præposito vel abbate iniuncta sunt; dedit & impendit, vt præter in Latinis voluminibus, etiam in Græca facundia redderetur instructus. In vestitu autē duabus tunicis nunq; est vsus, atq; vnā ipsam nunq; mutauit, nisi antea fuisset plurima vetustate consumpta, simili quoq; cucullē ipsius conditione seruata. Paleis verò lectuli inuentilatis multo tempore, vilq; sagello confratis, pellicioq; superposito conqueuit. Aestiuus nanq; tēporibus caracalla vel scapulari cilicino utebatur: quod ei quoq; vir sanctitate conspicuus Leuiantus, Viennēsis vrbs abbas, pignore transmiserat charitatis. Fuit nanq; sanctus iste de Pannonijs quondā, & spargēte barbarie in Gallijs, vinculo captiuitatis abductus: & nō solum in Viennēsi, sed etiam in Augustodunensium vrbe,

Præter, pro,  
præterquã.

vrbe, multo tempore clauſtro peculiariſ cellæ concludus: ita vt ampliùs quadraginta annis in vtraque ciuitate coërcitus, nulli hominum ex prima retruſione vultu ac corpore, præter ſola ſermonis notitia, noſceretur. Monachos iuxta cellulam haud plurimos regens, monachos verò procul intra vrberu monaſterioque conſeptos iuxta ſexagenarium numerum admirabili ordinatione rexit & aluit: præmiſitque maximas, magnas interim ſucciduasque in ſpiritu non dimiſit.

Eugendi  
calcei.

Sed ſurſum redeo. habebat nanque Eugendus beatiſſimus calceamenta fortia ruſticaque, in modum priſcorum patrum, conſtrictus ocreis crura, faſciolisque plantas. At verò nocturnis marutiniſque conuenticulis, nec in frigidiffimis pruinis, nec in magnis niuibus, quicquam nuditati pedum præter ligneas Gallicanasque caligas addidit vnquam. Atque in hunc quoque modum eminùs ſepiffimè marutinis horis ad fraternum cœmeterium oraturus, gradiēbatur in niuibus. Nemo nanque eum vnquam aut in diurna, aut in nocturna ſynaxi ante cōpletionem conſpexit egredi foràs. Nam cum ipſe noctibus certè oratu longiſſimo, atque ſecreto cunctos in oratorium diutiſſimè anteiret, poſt omnium quoque diſceſſum nihilominùs formulę ſuę incumbens, oratione diutina paſcebatur in ſpiritu. Atque ita exinde quolibet tempore vultu hilari ac læto egrediebatur ad fratres, vt ſolet exatiata ambitio vultus hominum læſiua iucunditate diſſoluere. Reſectio ei omni tempore ſemel in die fuit. Quæ tamen æſtius diebus nunc in ſexta cum ceteris fatigato, nunc verò cum his, qui iteratò reſiciebantur, terminabatur in vespèra: ita tamen, quòd nihil vnquam, exceptis his, que cunctis opponēbantur fratribus, deguſtauit in menſa.

Nūquã ab-  
fuit precib⁹  
in templo  
perſoluēdis.

Igitur ad inchoationem ipſius adminiſtrationis reuertamur: Cum ergò pater ille, quem beatiſſimus Romanus vel Lupicinus Condateſcenſi cœnobio ſignauerant ſuccēſſorem, præter labores ſolicitudoſque cœnobiales etiam corporeæ inæqualitatis frangeretur incommodis, vocatis ad ſe fratribus, ſic ſanctum Eugendum vicis ſuę ſolicitudoſe innexuit, vt ſibi tamen ius paternę eminentię in nullo penitus imminueret, aut ſubtraheret. Tentauit nanque idem Abbas, vt antè dictum ſanctumque Eugendū cum adminiſtrationis onere, etiam preſbyterij dignitate arctiùs illigare. Sed non ſolum voluntati eius in hac parte ſepiffimè, immò ſanctiſſimè cōtradixit: verum etiam ſacroſanctos pontifices, qui illuc cauſa orationis confluxerant, adiens, reuertētiā tantu honoris cautè ac diligenter effugit. Mihi tamen crebrò ſecretiſſimè reſtabatur, vtilius multò eſſe abbati, propter iuniorum ambitionem, liberum à ſacerdotio, præſſe fratribus, & non illigari dignitate, quam abrenuncianteſ ac remotos minimè conuenit affectare. Nouimus nanque, aiebat, præter hanc, quam prædiximus, cauſam, multos etiam patres, poſt humilitatiſ profeſſe culmina, hoc officio grauiùs ac latentius ſuperbiſſe. Suſcepit ergò Dei ſanctus, ſicut etiam pater Lupicinus, abſque ſacerdotali eminentia iniunctę ſibi viciffitudinis ſocietatiſque labore, ea maximè ſecuritate frētus, quòd de paterna ſolicitudoſe ac prouifione non habebatur incertus: ſed mox euidentiffima reuelatione percellit, nē de plenaria adminiſtratione velut in aliquo redderetur ambiguus.

Sacerdotiū  
à ſe amoli-  
tur.

Viſio alia.

Noctē igitur ſubſecuta, ſubitò raptus in viſione, beatiſſimis quoque Romano ac Lupicino abbatibus, vt in initijs quondam, ita nunc in oratorij ſecretario à parte dextera præſentatur, nec non etiam inter ipſos ſeniores ac ſuperſtites circumſpicit fratres, cæcos ac lampades geſtare lucentes: & data ſibi à ſanctis patribus oratione vel pace, ilicò benedictum illum abbatem, deſceſſorem ſibi vtique mox futurum, conſpicit intromitti, ac deſupèr dorſum ipſius vel ſcapulas rigentibus clauis purpureis pallium album adſpicit dependere. Soluta nanque beatus Romanus ſancti illius cingulo, conſtringit ilicò lumbos Eugēdi. Dehinc excuſſo, quod deſupèr (vt diximus) geſtabat, pallio, huius adque humeris ſuperimponens, ait: Hęc tibi ad præſens noſce interim aſſignari: & digitis dalmaticam prædicti antecēſſoriſ adſtringens, etiam hæc tibi, inquit, probatam in acceptis vtilitatiſ noſueris aſſignandam. Mox adſtātes cum cæcis fratres, incipiente primitus vno, conſeſſim cuncti clāritatiſ ac ſolatij lumina impacta parieti deprimunt & extingunt. Cumque vir beatus tenebrarum anguſtijs coërcitus, euentum rei attonitus præſtolaretur in viſu, vox ad eum facta eſt: Noli (ait) te Eugēde fraude eorum præſentium ac materialium luminum contriſtare: Orientalem nanque cellulę huius attende proſpectum, & videbis ilicò tibi abſque opitulatione

tione humana lumen diuinitùs miniſtrari. At ille conſeſſim illo porrigēs viſum, adſpicit ſenſim diluceſcente aurora, radium diei ac lucis influere: & in ſemetipſum reuerſus, lætulo lætus excutitur. Nec mora: viſionem ſequitur effectus.

Nam ad Chriſtum de ceſſore illo migrante, volens nolensque adminiſtrationem ſubterfugere non potuit ſubarrhatam. Illi verò, qui per viſionem luminis ſolatia præſtita ſubtraxerant, humanitatiſ malo aliquid paſſi, liuoriſ zelo inflammati, in beatiſſimum virum inuidiæ ardore turgeſcunt, & ſanctum Eugendum abbatem nunc deſpectioſe animi, nunc quoque monaſterij profeſſioniſque deſertione, tahquàm nouitium ac rudem, monachorum laicorumque patiuntur ſubiacere deſpectui. At non ille diuinæ pietatiſ obrutus famulum ſuum paſſus eſt proluxa fatigatione vexari. Cōſeſſim nanque ipſi potentiaſ ac virtutiſ ſuæ dexteram affluentiffimè ſignorū largitate porrexit, dando atque oſtendendo per ſeruum ſuum ſanitatiſ dona ac prodigia multa: ita vt ſumma ſeculi poteſtates, ſoſpirari ſe crebrò ac benedici eius literis exorarent, nec ſe diuinam clementiam crederēt habere placatam, niſi priùs Chriſti amici gratiam ſiue ſuffragia aut viſu aut literis potirentur: Epifcopi quoque ac ſapientiſſimi ſacerdotes præ ſe omnimodiſ ferre, ſi eum corporaliſ cernere, aut aſſatu literario obtinuiffent familiaritiùs compellari. Ipſi etiam pſeudoſtatres, qui pridie cothurno elationiſ inflati diſceſſerant, tanquàm infelices ac degeneres notabantur à laicis, niſi depoſito inuidiæ viru, ad ſanctum Chriſti famulum quantocyùs repedarent.

Dum hæc odorifera fama geruntur, puella quadam iuxta ſeculi dignitatem non iſſima, circa Secundiaceſem parochiam dæmonio correpta, nō ſolum clauſtris retruſa, verum etiam ferreis vinculis tenebatur obſtricta. Cumque ſanitatiſ cauſa à multis (vt ſolet) exorcifmorum ſcripta nexa ceruicibus neſterentur, atque illa ignotas ſibi perſonas ſcriptorum per immundum ſpiritum cum nomine, quod dolendum eſt, carperet & vitia, ſeque magis illos, qui ſcripſerant, iam olim in illo atque illo peccato latentibus apud humanitatem indicijs aſſereret poſſidere: tum ad ipſam energumenam de adſtantibus vnus, Quid nos alieniſ, inquit, immò proprijs vitijſ terreſ immunde? Verè in Chriſti nomine non ſolum iſtorum, quibus derogas, viroꝝ, ſed cunctorum quoque, ſi potuero, ſcripta ſanctorum ita ceruicibus tuiſ innectam, vt vel multitudiſe operantium obruaris, ſi hos paucos audire deſpicis & contemniſ. Tu mihi (inquit diabolus) Alexandinarum chartarum, ſi placet, onera exarata imponas, nunquam tamen ex obrento vaſculo poteris propulſare, dummodò mihi ſolius Eugēdi Iurenſiſ monachi ex hoc non aſſeras viſionem. Conſeſſim nanque rapientes proximè dictum, ad beatiſſimum virum pleniffima fide concurrunt, ac rem geſtam, pedibus eiſ prouoluti, narranteſ, non ſe redituros eſſe teſtantur, niſi Chriſti miſericordiam præſtaret exoratus oppreſſe. Viſtus igitur vel ratione, vel precibus pater, breuiter cum longa oratione (vt Gregorius quondam Magnus Apollini) in hunc modum ſcribēs atque conſignans, ſpurciſſimo tranſmiſit epiftoſam:

Eugendus ſeruus Chriſti, in nomine Domini noſtri I E S V Chriſti, Patris, & Spiritùſ ſancti, præcipio per ſcripturam iſtam ſpirituſ gulę, & iræ, & fornicationiſ, & amoris, & Lunaticę, & Dianaticę, & meridianę, & diurne, & nocturne, & omniſ ſpirituſ immunde, exi ab homine, qui iſtam ſcripturam ſecum habet. Per ipſum te adiuro verum filium Dei viui, exi velociter, & caue nē ampliùs introcas in eam, Amen: & orans atque complicans, ſupplicibus tradidit deportandam.

Quid plura? necdum itineriſ medijs ſpatiis conſecerant, cum ecce ſurcifer ille frenedens atque eiulans, priùs egreſſus eſt ex obſeſſa, quàm calcarent domùſ limina reuertentes. Ab hoc ferè tempore beati viri longè lætę fama nomenque enituit, vt qui ſanctus iam habebatur indigeniſ, potens etiam & verè apoſtolicus, procul genitiſ haberetur. Mater familiãſ quondam Syagria, nunc quoque eccleſiarum monaſteriorumque per eleemoſynam mater, cum graui obſeſſa incommodo, iam iamque haberetur à medicis deſperata, epiftoſam beati viri exoſculandam præcepit attingi. Cumque apprehenſam contactiſ ab eadem cum oratione oculiſ, lachrymiſ quoque haud minimè deciduiſ infeciſſet, ori dehinc inſertam aliquantiſpèr dentibus cum oratione conſtringens, mox recuperata ſanitate ſurrexit. Quo gaudio atque miraculo non ſolum ipſa ſuique, verum etiam ciuitas maxima Lugdunenſium, exultatione mira releuata atque lætata eſt.

Cum

Abbatis offi-  
cium illi  
demanda-  
tur.  
Deſeritur à  
fratribus.

Miraculiſ  
coruſcat.

Greg. Neo-  
caſareenſiſ  
apud Ruſſi-  
nū l. 7. hiſt.  
ecclē. ca. 27.

Dæmonem  
per literas  
expellit.



Cum ergo fama vitaeque viri virtutum relatione succresceret, tanta miserorum acerrima coepit in monasterium turba concurrere, ut secularium, immo tribulantiū multitudo, penè cateruis videretur monachorum numerosior. Interea dum inibi mox nonnulli, alij etiam post bidui triduique, quidam verò post mensis spatium comoda votiva percipiunt, Dei sanctus manum ad salutare compendium mittens, fatigationem miseris auferebat. Dabat ergo supplicibus atque sospitibus deportanda illigandaque infirmis, cum sancti olei quantitate, contraria laruis atque miserij scripta mandata: Quae ita cooperante fide porrigebant in prouincijs longè positae medicinam, ut illi quoque obtinerent ad spectui: neque solus beatissimus pater in coenobio, sed & presbyteri multique inibi fratres, poterantur clarissima virtute meritorum: & zeli ambitione cessante, illis potius quam sibi, Dei homo medendi delegabat officium: & hoc studebat omnimodis, ut vnusquisque illi rei vel studio in monasterio deseruaret, in quo eum dono spiritus sancti pollere eminentius perspexit: atque ideò mansuetum ac lenem illo ordinabat officio vel loco famulari, vbi mansuetudinis ac patientiae bonum nullatenus inquietudo decoloraret alterius. Rursumque superbiae forsitan aut vanitatis vitio notatos, non patiebatur esse sepositos: nè iudicio virosae ac propriae elationis inflati, altius grauiusque corruerent, cum culpas ac vitia sua non agnouissent, in medium crebrius increpati. Si quos sanè (ut sese habet natura fragilitatis humanae) edacis tristitia moribus interea nouerat sauciari, illis quoque inopinantibus ita specialiter ex industria blandus superueniebat ac lætus, & sancto dulci que fouebat alloquio, ut decurso tristitiae perniciosissimo viru, quasi quadam salutaris olei perunctione, exasperata sanaretur austeritas. Dissolutioribus verò ac leuioribus acriorem se seuerioremque, semper exhibuit. Presbyteris quoque ipsis, quorum officio, restrictus saepe ab episcopis, humilitatis causa (ut diximus) noluit implicari, ita semper ob ministerium sacrificij salutaris quodam remotionis opere, conscientiae purae tribuit facultatem, ut illo cuique pro delicto mordaciter forsitan quippiam (ut affoler) succententi, illi verò dum reatus culpam ignorarent, absque notitia vel participatione alieni reatus, corpus Domini tradiderent ab altari: ut nec se consicij plecterent communionem delicti, nec alterum seueritate paterna. Ante enim dationem sacramentorum indultu forsitan subtraxisse viderentur in aliquo.

Hic nanque fuit, immo est apud Christum beatissimus homo, ex cuius ore (Deum testor) nunquam processit obloquium, cuius aures nunquam polluit maleloqui oris ferale contagium. Tantum nanque detestabatur hoc vitium, immo flagitium, quantum quis lethiferi anguis non solum venenum metuit, verum etiam concursus ipsius vitae atque conspectus. Intantum mens ipsius abstrusis vitij pura pollebat, ut etiam beatissimorum apostolorum Petri & Pauli sanctique Andree, adeque apostolici conspicuique viri Martini episcopi, & colloquio fuerit & visu potitus. Quodam nanque temporum, antequam ipsi administrationis onus incumberet, diebus æstiuis vltra monasterium iuxta semitam, qua Gebennam vsque transcenditur, sub arbore solitò quiescenti, subito tres se per soporem aduentantes offerunt viri. Quorum cum post orationem & pacem, nouitatem vultus habitusque contempleretur attonitus, interrogat quoque, quinam ipsi venerabiles essent, quorum benedici meruisset aduentu. Tum vnus, Ego, ait, Petrus, aut hic germanus meus Andreas, & iste frater noster est Paulus. At ille confestim in spiritu ad eorum vestigia prouolutus, Et quid est, inquit, domini, quod vos in hęc rura cerno syluestria, quos in magnis vrbibus Romę ac Patrís post sanctum martyrium legimus corpore contineri? Verum est, inquit, & illic quidē, ut asseris, sumus: & hicque nunc habitaturi venimus. Et in hæc verba visio finiuit & somnus. Cumque cōfricata facie torporem somni depulisset ex vultu, conspicatur eminens duos, qui ante biennium circiter decesserāt, fratres eo aduētare calle, quo sanctos apostolos per visionem conspexerat aduenisse. Et proficiens illic in occursum, cōsalutans quoque ex more, consulit, vnde dilectissimi fratres post tam diuturnum commearum ad coenobium repederent. Nos, inquit, inter alia ad vrbem vsque progressi, obtentis quoque sanctorum patrocinij sub trina martyrum sera quidem, sed fida intercessione, reuertimur. Dominorum nanque Apostolorum Petri & Pauli atque Andree ditati reliquij, ad caulas repedamus antiquas. In loco igitur, ut moris est, illis subsistentibus, currens Eugendus sanctus ad monasterium, ipse patri ac patribus aduentantium sanctorum efficitur nunci-

cius, qui fuit paulò antè contemplator in visione. Profiliūt cōfessim obuiam, & consalutatis fratribus, deosculatisque reliquiarum vasculis, cum tripudio & exultatione atque psalmi sono exhibitis, inclusis quoque sub altari, patrocinantur nunc exorantibus indefessa virtute, quorum laudes ac merita nequeunt localiter coërceri.

Ut enim de sancto ac beatissimo viro Martino dicamus, cuius mihi vultum ac habitum cum supra dictorum secretissimè solebat exponere, parumque vobis referre nō pigeat. Quadam nanque vice, dum diros metuunt ac vicinos Alemannorum incursum, qui necopinantibus viatoribus, non congregatione, vel cominūs, sed ritu superuentuque solerent irruere bestiali: ad mortem aut suspicionem mortis penitūs euitandam, quæ crebro timoris iaculo toties interimit, quoties timetur, è limite Tyrreni maris potius, quam de vicinis Heriensium locis coctile decernunt petere sal. Sed hoc totum ut fieret, & consilium & ordinatio beati viri persuaferat. Cumque emenso bimestri tempore, nullum darent proprii aduentūs indicium, veritur in sanctum imputatio fratrum, quod alijs è vicino quod timuerant, sospitibus iam reuersis, non tam definitis fratribus exilium, quam peregrinantibus propria persuasione dedisset. Ille verò incertus de reatu, quis ipsos ancipiti obstrinxisset euentu, metuens tamen saltem in debito increpari, misericordiam Christi pro salute eorum diebus singulis exorabat ac noctibus. Cumque post lacrymas fessus, fuisset soporatus in lectulo, ita claritate subita vallatur in grabatò, ut se plus luce cerneret circumfusum, quam si purissimi solis illustraretur allapsu. Illic iuxta lectulum beatissimus Martinus assistens, consalutatum quoque, qualiter valeret, interrogat. At ille: Benè, inquit, agerem, si de salute fratrum, quos (ut increpor) exules feci, non haberer incertus. At ille: Non meministi, ait, quia euntes mihi eos, id est, Martino, in oratione propriè commendasti: hac nanque nocte in Pontianensi parochia manent: crastina verò vnus ex ipsis isthuc veniet, suspicionem cunctis ablaturus, ad mansum. Expergefactus igitur Christi homo, tanquam memoratos fratres cunctis visibiliter assignaret, ita diem & horam praxidit aduentūs, ut ipse sanctus Dei nunciauerat, vel ipsi continuò sunt regressi.

Nam & hoc, quod insequens sum relaturus, licet nullus ambigat beatissimi Martini mirabilibus applicari, tamen ignoro, quis tam ignarus ac brutus sit, ut non illic specialius nouerit virtutum dona clarescere, vbi per vnitatem fidei familiaris confortas residere dignoscitur gratia meritorum. Permisit nanque nocte quadam in secretario antedictum sanctumque, Martinum tentari quidem incendio, sed probari. Sic igitur & Condatescense monasterium exustum quondam est flammis, sed tamē Martini oleum, nullo flammaram est voratum incendio. Quod etiam beatus Eugendus tanta patientia atque æquanimitate suscepit, ut mox illi diuina prouidentia non solum ad victum siue vestitum duplicia pro simplo reddiderit, verum etiam tabernacula ipsa multo vtilius, congruentiusque, quam fuerant, in vsu pristinos restaurarit. Vice igitur quadam, imminente vespera, omne illud, ut dixi, monasterium, quia erat ex lignis, & non solum contignatis indiscretisque cellulis, verum etiam pulchre fuerat coenaculis geminatum, ita subito redactum est in fauillam, ut manè non solum nihil resideret ex edificijs, verum etiam celeritate arētis pabuli, ignis ipse penè totus redderetur extinctus. Cumque fratres illi, prout quisque, sarculum securimve posuerat, ferrum reuera, quod solum exuri nequiuerat, prunis euentilatis inquirerēt: ecce Antidiolus sanctus presbyter prospexit ampullam cum oleo beati Martini, quæ salutis gratia, ad lectuli sui capitium dependebat, plenam, clausamque, ut fuerat, post vasta incendia, postque coenaculorum desuper ruentium ardentiumque ruinas, ita integram ac stabilitam inter fumantes ignium residere fauillas, ut tres quondam pueros roscidis refrigerijs legimus in camino Persico claruisse. Quæ etiam ampulla cum oleo ipso, ad virtutum testimonium, vsque hodiè in eodem monasterio referuatur. Vnde non amplius sub Eugendo sancto, incendiari arbitror casui licuisse, quam, ut dixi, beatissimo quondam cecidisse Martino: vel postmodum Condatescenses monachos cum oleo virtuteque Martini remiscimur euasisse.

Nam præter ista, quæ ob meritorum virtutumque testimonium pauca perstrinximus, tam præcipua extant, quæ puritate spiritus, diuina illuminatione præsciuit, ut in corpore positus, iam quodammodo cum supernis Virtutibus clarescere putaretur: adeò ut vice quadam venerabilem virum Valentinum, eiusdem monasterij diaconem,

Reuerenter admodum accipiuntur Apostolorum reliquæ.

Sauicia Alemanno.

S. Martinus apparet Eugendo.

Oleum in medijs flammis non inflammatur.

Dan. 3.



Prophetie  
claret spi-  
ritu.

commoneret secretius, dicens: Constat te, charissime frater, inter hos viginti circiter dies ex hoc seculo ad præparata præmia migraturum: & idèdè quanlibet exutus peccatorum nexibus, paratus ad Dominum eas, moneo tamen, vt circa clausulâ vitæ, dum tempus suppetit, profectuum collatione directas, quò possis digna, vt vidi, acceptabiliorque hostia ex ara Christi assumi. Hac nanque nocte vestitum te niueis linteis à sanctis patribus vidi cum Psalmsi sono in altari oratorij huius imponi. Igitur licet meritum qualitatemque tuæ assumptionis agnoscas: suadeo tamè, vt tibi interim addas, quod possis illic felicitate perpetua possidere. Cumque sermocinationem cum alacritatis lachrymis & oratione complèssent, post decem circiter dies febricula leui correptus, paulatimque inæqualitate vexatus, cursum vitæ præsentis explicuit.

Qualis quisq;  
in animo  
fuerit, vt  
persenserit.

Nota sancti  
viri humi-  
litem.

Athanasius  
in vita An-  
tonij.

Cæterum ex cuiuslibet superuentu personæ, ita per odoris fragrantiam, foetorisque afflatum, meritorum insignia dignoscebat, vt præciseret illic, cui quis virtuti vel vitio subiaceret. Nam & aduentus fratrum, & secularium expectantium fidem, prius sæpè prædixit, quam vlla aduentantis præsentia fratribus monstraretur. Ità tamen magnis eximijisque bonis exuberans, nunquam se meliorem emendatioremque altero vel iuiter iudicauit: sed pietate refertus, non quid interim esset, sed quam longè à perfectione adhuc esset, quasi cunctis abiectior & infimus pèstibat. Habebat autem, nimirum habitatore illustrante, magnam & in vultu lætitiã. Nam sicut tristem illum nemo vnquam vidit, ità ridentem nemo adspexit. Non illi beatorum Antonij atq; Martini gesta aut mores labeantur vnquam ex animo. Nunquam, vt de Antonio refertur, aut ira subito patientiam rupit, aut humilitatem erexit in gloriam: nunquam laudatus aut beatificatus, inflatus est: nunquam vituperatus, fractus est aut tristatus. Tantum nanq; lectione reficiebatur, vt cum lectitaretur ad mensam, sæpissimè futurorum victus affectu, velut in ecstasi obliuisceretur appositorum. Nam præ gaudio attonitus, peregrinationem præsentis vitæ despiciens, municipatum su spirabat in cælestibus præparatum. Iste nanque illic post priscis patribus legendi propriè inuexit industriam. Iste etiam, refutato archimandritarum more, vtilius omnes vniuit in medium. Destructis nanque mansionum ædiculis, vno cunctos secum xenodochio quiescere fecit: vt quos causa vnitæ refectiois vna claudebat ædicula, discretis quoq; lectulis vna ambiret & mansio. Cui tamen lumen dici, sicut in oratorio, indeficiens noctibus præbebatur.

Erga egros  
& senes vt  
se gesserit.

Iste, inquam, Abbas sanctus nec mensulam suam, (vt facere quosdam nupèr audiui) nec victum vnquam excepit à fratribus: omnibus omninò omnia erant. Non ille vnquam imperio docuit, quod exemplo antea aut opere non compleuit. Infirmis semper aut valde senibus clementissimè obsequi fecit, adiciens quoque, vt ipsis illi è fratribus in necessitate seruirent, quos agroti potissimum elegissent: & non solum faciebat alimenta conuenientia ministrari, verum etiam propter laborem infirmitatis, donec sanitas suppeteret, præstitit sequestratim reficere vel manere. Nam & seculi hominibus absque personali acceptione se præbuit. Pauperibus verò adæquè vt diuitibus osculum conuictumque præstitit atque confessum, omni cautela iuxta patrum regulam seruans, nè se conspectui aduentantium laicorum vel propinquorum saltem iniussus monachus præsentaret. Si quid verò cuicumque fuit à proximis fortassis oblatum, confestim hoc abbati aut œconomo deferens, nihil exinde absque paterno præsumpsit imperio. Cellam, armarium, arcellamve nullus omninò habuit vnquam: nulla cuique de necessitate exigua proprietatis operandi dabatur occasio. Nam vsque ad acum ipsam, lanasque netas, etiam suendi cõsuendi que cuncta præbebantur in medium, dummodò subtilissima fratribus deuiandi eximeretur occasio. Inter hæc autem omnia omnibus proprietatis causa solum legere licuit aut orare. Cæterum nouit fraternitas cuncta, quæ dico: nunquam in cœnobio declinandi causas deesse maximas, vbi non propelluntur etiam minima.

Nulli mo-  
nacho ali-  
quid peculij  
permisum.

Et quia sermo attulit, vt de institutione Patrum per imitationem beati Eugendi aliqua tangeremus iuxta promissum, quod memet prædixi tertio opusculo seruaturum, prout memoriæ, Christo inspirante, suggeritur, abrenunciantium exordia primitus intimamus. Sic nanque, quòd non omninò illa, quæ quondam sanctus ac præcipuus Basilii, Cappadocię vrbis antistes, vel ea, quæ sanctorum Lirinensium patres, sanctus quoque Pachomius Syrorum priscus abbas, siue illa, quæ recentior venerabilis edidit Cassianus, fastidiosa præsumptione calcemus: sed ea quotidie lectitantes, ista, pro qua-

qualitate loci & instantia laboris inuicta, potiùs quam Orientalium perficere affectamus: quia proculdubio efficacius hæc faciliusque natura vel infirmitas exequitur Gallicana. Igitur quia oratiuncula hæc nostra, instar gubernatoris trepidantis, institutionis pelagus contemplata, circumspectiendè portum silentij gaudet attingere, paululum circa transitum gesta beatissimi viri referam.

Cum enim vltra sexagenariam ætatem ferè sex mensibus prædictus pater inæqualitate corporea laboraret, sic tamen, quòd nunquam canonico vsque ad horam defuisset cursui, nec bis in die fessò corpusculo coactus fuit aliquid impertiri, vocato vno ad se de fratribus, cui cum libertate peculiari olim etiam perungedi infirmos opus iniunxerat, secretissimè quoque sibi peccusculum petijt (vt moris est) perungi. Cumq; transacta nocte de nocturna quoq; quiete à nobis percõtaretur diluculo, in lachrymas ac singultum erumpens: Parcat, ait, vobis omnipotens Deus, qui me tanta inæqualitate constructum, non permittitis corporeis vinculis iam resolu. At cum trepidi inter profusas lachrymas, conuulsis quoque in corde singultibus, sileremus: Domini mei, <sup>visionem</sup> inquit, abbates Romanus ac Lupicinus proprijs humeris feretrum ante huc lectulum <sup>ante obitu</sup> exhibentes, me quoque deosculatum compositumque eleuantes, deferendum immi- <sup>sibi oblatâ</sup> serunt gestatorio. Cumque eleuatum in oratorium intrõferrent, concurrentibus vobis in ostio violenter excussus, in hoc sum à vobis lectulo reportatus. Et idèdè rogo, si quid seni, si quid verò paternæ pietati præstatis, nè me illic retinere diutiùs, sed tandem transire permittatis ad patres. Oro ergò omnes & obsecro filioli, vt accepta ac <sup>Monet su-</sup> tradita Patrum in omnibus inuolabiliter instituta, ad gaudium meum, sanctorumque <sup>os, vt Pa-</sup> omnium ac vestrum, ad palmam victorię perducatis. Igitur cum verba inter lamen- <sup>trum insti-</sup> ta nostra complèssent, quinto admodum die huic ipsi lectulo semet imponens, tãquam <sup>tura seruet.</sup> dormiens visus, spiritum exhalauit. Cuius sanctum ac beatum corpusculum, inter ca- <sup>in domino.</sup> terenas filiorum ac fratrum, posteritatis quoque deseruiente famulatu, venerabiliter est in Christi nomine confepultum. His interim fidei feruorisque vestri sitim, ó sanctissimi, exatiatis tantisper desiderijs, reficite fratres. At si animos vestros, spreta dudum philosophia, rusticana quoque garrulitas exatiare non quierat: instituta, quæ de informatione monasterij nostri Agaunensis cœnobij, sancto Marino presbytero, insule Lirinensis abbate, compellente digessimus, desideria vestra ram pro institutionis insignijs, quàm pro iubentis autoritate, CHRISTO opitulante, luculenter explebunt.

VITA SANCTI CLARI ABBATIS VIENNENSIS, CUIVS QUIDEM AVTHOR NOMEN SVVM SVP. *presbit, sed magnam præ se fert grauitatem & integritatem: habeturque in vetustis & manuscriptis codicibus.*



VITA vel actus beati Clari presbyteri & abbatis scripturus, Dei gratiam imploro: vt qui illi dedit benè & sanctè viuere, mihi quoque tribuat ostium sermonis, & illius laudabilia gesta inculpabiliter scribere. Hic à puero indicijs nimirum clarus, in Dei omnipotentis gratia profecit, adèdè vt precibus suis à Domino obtineret, quæ spiritus sancti adonum petenda esse persuaderet. Accidit vt puer matrem orbatam marito haberet, quæ deuotè ad memorias sanctorum martyrum apud Viennam subindè oradi gratia occurreret: cum qua pedissequus Clarus venire solebat. habitabat autem eadem foemina in vico, qui Bellicampus dicitur. Hanc cum pro more quadam die ad orationem Clarus sequeretur, venerit ad sanctissimum cœnobium vltra Rhodanum: vbi tunc temporis ossa beatissimi Ferreoli martyris quiescebant. Cumque ibi mulier cum Claro suo puero in compunctione posita, longiores horas protraxisset, iamque vespere ad hospitium suum reuertere cuperet, Rhodanus agitantibus ventis in vndas periculossimè assurgere coepit. Iam mater cum Claro puero suo nauim intrauerat: desperatisque nautis, penè vndis submersa navi, Clarus

64. **Efficacia precii Clari pueri.** Clarus puer extensis manibus contra ecclesiam beati Ferreoli martyris, lacrymis fuis clamasse dicitur: Deus, pro cuius nomine martyr Ferreolus mortem suscepit, subueni nobis in periculo positus. Mox Rhodanus blandior effectus, nauim breui impulsu ad litora sua transposuit. De periculo crepti, mirantes pueri fidem, DEO gratias reddiderunt.

**De quo Ado Viennensis in chron. ann. 686.** Erat tunc temporis vir strenuus & Deo placitus, Viennensis Potifex Cadoldus. Monasteria tam virorum quam sanctimonialium, sub sancta professione viuentium pia distinctione, tam in ciuitate, quam extra muros ciuitatis, hæc præcipua erant quæ regebant: Grimanensium cœnobia, à sanctis pontificibus vrbis fundata, in quorum maximo ossa beatissimi Ferreoli martyris condita venerabantur. Sanctimonialium beatae virginis Columbae, triginta monachos habens. Nam Grimanensium loca quadringentos monachos alebant. Porro sancti Petri monasterium, ad australem partem vrbis situm, quingentos penè monachos continebat: Sanctorum Geruasij & Protasij venerabilis memoria, quinquaginta. Similiter S. Ioannis Baptistæ monasterium, quinquaginta. Similiter sancti Vincentij martyris, quinquaginta. Sancti quoque, Marcelli martyris cœnobium, triginta: Sanctæ Blandinæ viduarum sanctimonialium locus, viginquique. Sancti Andreae infra moenia vrbis, centum. Sancti Niceti, eius vrbis gloriosi episcopi, quadraginta. Sancti Martini cœnobium, centum quinquaginta monachos, sub distinctione regulari viuentes, adunatos tenebat. Porro in domo maiori sanctorum martyrum Apostolicam vitam tenentes, in vnumque viuentes, plurimi clerici erant, ita vt turmis dispositis mysteria peragerent. Apud sanctum Severum quoque cœtus clericorum venerabilis. Alia quoque venerabilia sanctorum in vnum conuersantium habitacula penè ad sexaginta, sub cura pontificis degentia, in Viennensi diocesi satis ordinabiliter sita erant. Sic tunc temporis ad gloriam omnipotentis Dei, Viennensis ecclesia florebat.

**Clarus fit monachus.** Tam piaigitur loca mater Clari pueri, sollicita quæ Dei sunt, frequentius visitabat. Clarus autem puero cœnobia sanctorum monachorum apud memoriam beati Ferreoli martyris tradito, ipsa nouissimū diem apud sanctam Blandinā clausit. Clarus itaque puer sanctè in monasterio nutritus, eò profecit, vt sibi monasterium viduarum ad custodiendum postmodum crederetur. Abbas factus in monasterio sancti Marcelli à sancto pontifice vrbis Claro, nomine Clarus, virtutibus clarus, omnis religionis obsequio strenuus, omni actione sua curam sibi impositam per Dei gratiam sollicitè administrabat. Contigit autem, vt mater monasterij febribus ad mortem grauaretur. Clarus igitur ad lectum decumbentis cum fide accessit: vrque manum febricitantis tergit, secretè secum orans in conuentu sanctimonialiū, sancta mulier à lecto surrexit, & cum cæteris ecclesiam ingressa, hymnorum laudes Deo exoluit. Quidam frater etiam infirmitate graui viscerum depressus, à patre Claro oleo sancto perunctus, sanitate restitutus est. Factum est, dum quodam tempore ad villam cum monachis iret, vt quidam totus vlceribus plenus, obuiam ei fieret. Tunc Clarus imperauit cuidam monacho: Vade frater, miscillum istum laua in fluuiolo propè currente. Illic ille obediens, vt aqua miserum tinxit, mirabile dictu, fons vulnerum clausus, penitus entem integram, videntibus omnibus, esse monstrauit. Eisdem ipsum ianitorum monasterij postmodum multum viderunt.

**Vinea gramine perditam restituit precibus.** Fortè vir Dei in grandinatam fratrum vineam deuenit. Vocato custode, quæsiuit, si racemi ad vsum vini necessarii aliqui remansissent: sed cum vix pauci esse sunt inuenti, prostratus in terra, noctem ibi fecit. In crastinum, quod vix credi potest, ita dependens vinea racemis suis onusta paruit, vt nullo modo, quod grandine percussa fuerit, indicium dare possit. Item quodam tempore cum fratres piscatum essent, & ipse prope ripam staret, incautiū quidam retia admouens, in aquam ruit. Rhodanus tunc fortè ripas suas impleuerat: fratres de periculo cadentis nimium pauidi erant. Clarus plena fide, vt signum crucis contra fecit, mox à periculo exemptus est, quem aqua trahebat, & ad partem primam, qua vir Dei stabat, cum fratribus peruénit. Lati omnes, Misericordias Domini cantare cœperunt. Sed vt lætiores etiam post tantum munus fierent, ingentem piscem ad litus tractum habere ad sui subsidium meruerunt. Erat ei consuetudo, nocte orationis causa ambulare per castrum, vbi cœnobium sanctæ Blandinæ situm est, & diabolus humana specie assumpta, enormi magnitudine flammantibus oculis

**Submersum ferè fratrem crucis signo feruat.** Erat tunc temporis vir strenuus & Deo placitus, Viennensis Potifex Cadoldus. Monasteria tam virorum quam sanctimonialium, sub sancta professione viuentium pia distinctione, tam in ciuitate, quam extra muros ciuitatis, hæc præcipua erant quæ regebant: Grimanensium cœnobia, à sanctis pontificibus vrbis fundata, in quorum maximo ossa beatissimi Ferreoli martyris condita venerabantur. Sanctimonialium beatae virginis Columbae, triginta monachos habens. Nam Grimanensium loca quadringentos monachos alebant. Porro sancti Petri monasterium, ad australem partem vrbis situm, quingentos penè monachos continebat: Sanctorum Geruasij & Protasij venerabilis memoria, quinquaginta. Similiter S. Ioannis Baptistæ monasterium, quinquaginta. Similiter sancti Vincentij martyris, quinquaginta. Sancti quoque, Marcelli martyris cœnobium, triginta: Sanctæ Blandinæ viduarum sanctimonialium locus, viginquique. Sancti Andreae infra moenia vrbis, centum. Sancti Niceti, eius vrbis gloriosi episcopi, quadraginta. Sancti Martini cœnobium, centum quinquaginta monachos, sub distinctione regulari viuentes, adunatos tenebat. Porro in domo maiori sanctorum martyrum Apostolicam vitam tenentes, in vnumque viuentes, plurimi clerici erant, ita vt turmis dispositis mysteria peragerent. Apud sanctum Severum quoque cœtus clericorum venerabilis. Alia quoque venerabilia sanctorum in vnum conuersantium habitacula penè ad sexaginta, sub cura pontificis degentia, in Viennensi diocesi satis ordinabiliter sita erant. Sic tunc temporis ad gloriam omnipotentis Dei, Viennensis ecclesia florebat.

lis ei se obuium fecit, quid ibi ageret, inquirens. Clarus perfectus in fide, cognoscens inimici fraudes, impavidus sterit, & quis ipse esset, quæsiuit. Tunc diabolus, Missus sum ad hoc, vt te ex isto loco expellam, quia iam diu est, quod in potestate nostra locus iste esset, si tu non obstitisses. Clarus diuina virtute fretus, Vade Satan, ait: Obstis tibi Christus, cuius est terra & plenitudo eius. Cum grandi igitur sono, ita vt totum castrum videretur esse concussum, diabolus abscessit: arreptamque vnam famularum, quæ præforibus monasterij deseruiebat, vexare cœpit. Clarus vbi occurrit, iniecit in os puellæ digitis, spiritum malignum effugauit. Sicque sanitati reddendo ancillam Dei, lætitiā fecit. Multa sunt, quæ per ipsum Christum in ecclesia Viennensi operatus est.

Cum instaret tempus dormitionis eius, & hoc ei à Domino reuelatum esset, quadam die in hortis fratrum ægrotus sedit: vocatisque ad se fratribus, eos alloqui spiritaliter ac dulciter cœpit, dicens: Fratres mei, secundum Apostoli dictum, per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Quid mihi à Domino reuelatū sit, non tacebo. Sex episcopos ista nostra ciuitas sub pace temporis Christi Ecclesiam gubernantes habebit: Sed sub septimo episcopo grauissima persecutio Paganorum erit, & ista ciuitas iusto Dei iudicio illis in direptionem erit. Monachi inhabitatores terræ istius, partim occidentur, partim fugabuntur, incensis sacris domibus, vastatis omnibus, & penè in desolationem redactis. Nunc ergo, fratres, Dei iudicium metuētes, curam agentes vestri, vigilanter intendite, vt cum dies tribulationis venerint, paratiores ad tolerandum, si qui reperti fueritis, inueniamini. Corpus meum in ecclesia beatissimæ martyris Blandinæ & sociorum eius humate. Hæc audierunt fratres, qui tum præsentés aderant. Quod postea rei euentus demonstrauit, quando à Vuādalis & à Saracenis non tantum Viennensis, sed longè lateque aliæ prouinciæ vastatæ sunt. Cum iam decumberet, tertia die antequam clara anima eius corpus corruptibile desereret, cumque semper in laudibus Dei perseveraret, videt circa crepusculum diei aperiri celum, & immensum exercitum candidissimi & niuei candoris super cellam, vbi iacebat, descendere: quem exercitum miræ pulchritudinis & splendoris iuuenis præcedebat. Quod cum Clarus irreuerberatis oculis læto vultu inspiceret, virgo beatissima Blandina, ab eò cognita, consolari eum cœpit, & vt tantum exercitum sequeretur, hortari. Cumque ipse voto & desiderijs annueret, ab illa audiuit: Tertia die, hora quinta, sanctus Marcellus & ego ad te venientes, tum nobiscum ad felicia regna duceamus. Et nē hostis tibi nocere possit, totus iste exercitus Dei, quem vides, tecum erit. Sic visione abscedente, beatus vir in ecclesiam deportatus, cilicioque superextentus, quando iū superuixit, à Dei laudibus non cessauit. Appropinquante hora exitus sui, psalteriū idem decantare cœpit. Vt ergo fratres, finitis psalmis, dixerunt, Omnis spiritus laudet Dominum: cum luce odor ineffabilis cellam, vbi sanctus Dei iacebat, repleuit: sicque beata anima carne soluta, migravit ad Dominum. Mansit autem idem odor vsque ad locum sepulcri. Quod cum ferretur quidam paralyti dissolutus, admotus feretro beati viri, in conuentu omnium illic sanatus est. Sepultus autem est in ecclesia beatæ martyris Blandinæ, sanctorumque martyrum Quadragesimo octo, ante altare, vbi miraculis clarus diu iacuit. Obitus autem eius agitur Calendis Ianuarijs.

F. LAVRENTIUS SVRIVS CANDIDO LECTORI.

**I**n vetustis Martyrologijs duos Macarios Abbates inuenimus. Apud Palladium Cappadociæ Episcopum extant totidem Macariorum vite. Has propterea hoc loco inferendas putauimus, quod eas, sempiterna memoria dignus Episcopus Aloysius Lipomanus, non indignas censuerit, quas suis Tomis adscriberet. Nam alioquin non ignoramus, quid de Palladio senserit Diuus Hieronymus.

VITA DVORVM MAGNORVM MACARIO  
RVM, VNIVS AEGYPTII, ALTERIVS ALEXAN-  
drini, necnon & Marci monachi, per Palladium epi-  
scopum Cappadociae scripta.

2. & 15. IAN-  
VARII.

Pfal. 5.



**L** L A quae de praedicabilibus ac beatis referuntur viris duobus Macarijs, vt innumera atque infidelibus incredibilia, dubito referre vel scribere, ne fortè etiã mendacis nomen incurram. Quòd autem apud Deum percant omnes, qui loquuntur mendacium, sententia sancti Spiritus declarauit. Me itaque, fidelissime virorum Lausa, gratia Domini non mentiente, tu quoque sanctorum triumphis incredulus non existas.

Macarij  
duo disci-  
puli.

Ex his duobus Macarijs, vnus quidem genere Aegyptius, alter verò iunioris tempus ætatis vincens virtutibus, Alexandrinus negociator erat. Prius tamen de illo Aegyptio loquar, qui vixit nonaginta omnes simul annos. Ex quibus sexaginta in desertis abstinentiæ monachalis intra decem annos vixit certamine, vt iam tunc discretionis sapientia præmunitus, senis puer nomen acciperet, eò quòd velocius ad matura conscendit certamina. Vbi enim primùm esse quadragenarius coepit, & contra spiritus aërios, & in curationibus hominum, & denunciationibus futurorum diuinam gratiam meruit, postremò etiam sacerdotis (vt dignus erat) nomen accepit. Discipulos hic secum habebat duos in desertis interioribus, quæ Scetim vocantur: quorum vnus minister ipsius erat, nec ab eius latere recedebat, propter eos qui causa curationis frequentare consueuerant: alter autem separatim in propria cella manebat. Post aliquantum autem temporis, dum prouidentibus futura oculis intuetur, ait Ioãni nomine ministro suo, (qui postmodum etiam ad presbyteratum, loco eiusdè sancti Macarij, meruit peruenire) Audi, inquit, me o Ioannes frater, & suadèti mihi id, quod tibi proderit, acquiesce. Tentaris enim, & te cupiditatis atque auaritiæ spiritus vexat. Sic nanq; vidi & scio, quòd si acquieueris mihi, consummaberis in hoc, quem adeptus es, loco, & gloriaberis, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Sin verò me audire nolueris, Giezi tibi finis adueniet, cuius & morbo laboras.

4. Reg. 5.

Euenit igitur, vt post obitum beati viri, tam salubria eius dicta contemneret, post quindecim vel viginti annos. Vnde eum ita totum ille execrabilis morbus inuasit, (eò quòd in pauperes fratres more Iudæ, furti crimen admiserat) vt non posset incolumis vel vna hora pars eius corporis inueniri, ne in tali quidem spatio, quod vnus alicuius digitus occuparet. Est ergò & hoc ex ijs, quæ sanctus Macarius longè antè prædixerat.

Cibus & potus monachorum.

De cibo autem eius & potu referre superfluum puto, præsertim cum etiam à negligentibus monachis, videamus ista seruari, ne aut deliciosis, aut secularibus pares esse dicantur: maximè in illis locis, vbi vix necessaria ipsis alimenta sufficiunt, & vbi sunt tantorum, quæ imitari student, exempla sanctorum. De alijs igitur meritis ipsius loquat. Sine intermissione semper in quadam esse translatione animæ putabatur, immò magis, plurimum vitæ suæ tempus cum Deo agere, & cælestibus amplius quàm terrenis negocijs interesse. In quo & diuina quædam miracula fuisse memorantur.

Miraculum S. Macarij.

Malefici præstigiæ.

Nam Aegyptius quidam cum amore vesano alienæ vxoris arderet, nec posset ad effectum tam scelestæ cupiditatis peruenire, eò quòd illa pudicitie dedita, virginitatis suæ coniugem nimis amaret, malefici precatus est, vt se amari ab ea faceret, aut quocunq; illum modo à marito proprio repudiari. Maleficus autem multis muneribus illæctus, solito propriæ artis ingenio, fecit illum equam videri, non foeminam. Quam vbi talem vir eius, domum ingressus, adspexit, tam monstruosa nouitate turbatus, (quòd iacere in lectulo suo equam videret) ingemiscebat ac flebat, eò quòd ipsum alloquens animal, nullum loquentis poterat audire responsum. Rogabat igitur presbyteros ipsius vicini, duxitq; eos domum, & quid illa pateretur, ostendit: & ne tunc quidè causam tantæ calamitatis agnoscerent. Quæ tamen iam per triduum, nec vt equa foeno, nec pane vt homines vtebatur, vtriusq; escæ alimonijs destituta. Ad postremum vt magnificaretur gloria

ria Dei, & vt sancti illius Macarij virtus innotesceret cunctis, subito in cor mariti eius ascendit, vt cum ea loca deserta penetraret. Illigatam igitur eam, ita vt iumenta vinciri solent, ad deserta deduxit. Cumque ita sancti Macarij cella appropinquarent, iuxta quam monachi stabant, obiurgare coeperunt memoratum virum eius, cur cum equa ad monasterium venire voluisset. Ad quos ait ille: Veni huc, vt possit misericordiam sancti orationibus promereri. Illisque interrogantibus, quid mali haberet: Vxor, inquit, mea fuit hæc, sed in equam videtur esse conuersa. Habet autem hodiè tertiam diem, ex quo nullum penitus cibum sumit. Quod cum supradicti fratres oranti sancto Macario (cui iam & hoc ipsum Deus notum fecerat) retulissent, vt pro eadem instanter oraret, hæc fratribus dixit: Vos, inquit, equi estis, qui equorum habetis oculos. Illa enim mulier est, nec transfigurata in aliam naturam videtur, nisi eorum oculis, qui prestigij vanitate falluntur. Confestimque benedictam à capite ipsius nudæ infundens aquam, (oratione completa) subito videri eam omnibus foeminam fecit, iussitque eam refici, & gratias agere tem Deo, cum coniuge suo remeare præcepit, hoc dicens: Nunquam omnino à communione sanctorum mysteriorum separetur, nisi quàm ab ecclesiæ oratione discedat. Hoc enim idcirco perpessa est, quia per septimanas quinque mysteria diuina non attigit.

Aliud iterum ipsius factum proloquar: Per longum temporis spatium, cuniculum quædam sub obscuro terræ profundo, à cella sua duxit, per dimidij spatium stadij, vsque ad soli alterius summitatem. Vbi speluncam sibi proprio sudore perfecit, vt quoties ferre non poterat molestias frequentantium, relicta cella sua, per occultum iter se ad speluncam latebras conferret, ita quòd à nullo vnquam, si voluisset, videretur. Referebat ergò nobis quidam de studiosis ipsius aliquando discipulis, quòd quoties de mansiucula sua ire ad speluncam solebat, viginti & quatuor orationes eundo, & totidem redeundo faciebat. De hoc ipso fama vulgavit, quòd & mortuum suscitauit, dum quendam hereticum vult docere, qui resurrectionem corporum negabat futuram. Quæ fama in desertis illis locis, sicut est vera, permanit.

Ad hunc aliquando filium iuuenem, de mone laborantem, lamentans mater exhibuit: cum quo duo, in singulis lateribus iuncti, cõtinebantur viri. Cuius demonis hanc operam esse dicebant: Postea quàm infelicem hominem, trium modiorum panes edere, & vnus amphoræ lagenâ bibere coëgisset, ruetando vniuersa quæ deuorauerat, in aërem quendam fumumque conuertere consueuerat, atque ita omnia vel comesta vel potata, quasi quodam ignis ardore solebat absorbere. Est autem & legio demonum, quæ Flammae nominatur. Sicut enim inter homines, ita & inter illos multa est distantia, nõ naturalis substantiæ, sed diuersæ ac dissonæ voluntatis. Iste igitur iuuenis, cum ei tam enormes cibos mater propria parare non posset, edebat frequenter egestionem sui corporis, ac bibebat. Ob quod flens mater infelix, de intolerabili calamitate filij sui, sanctum illum, vt miserabilem iuuenem curaret, orabat. Cumque continuas apud eum preces, plurimasque fudisset, orante super illum, Deumq; precante viro sanctissimo, post vnum vel alterum diem coepit tanti mali medicina procedere. Ait autem matri ipsius: Quantum vis vt comedat filius tuus? At illa: Decem, inquit, panes. Quam ex hoc sanctus ille reprehendens: Quid, inquit, locuta es? Septem itaque diebus ieiunans & orans pro eo, tres cum libras panis iussit accipere, ita tamen, vt opus proprijs faceret manibus. Quem hoc modo per gratiam Dei curatum, & ad pristinam sanitatem reductum, propriæ redidit matri. Hoc quoque miraculum per sanctum famulum suum Deus fecit: quem virum ego in corpore videre non potui. Ante annum enim, quàm ad illas solitudines introirem, ille tantus decertator quieuit in Domino.

Illum autem Macarium, qui Alexandriae presbyter fuit, vidi in his locis, quæ Cellæ nominantur, in quibus Cellis ego per annos nouem mansi. In quibus triennij tempus cum eo vixi: & alia quidem miracula sub oculis meis fecit, alia verò ex ore ipsius didici, cetera autem aliorum relatione cognoui. Habebat itaque hoc in proposito vitæ suæ, vt si quid magnum à quibuscunque sanctis in abstinentia fieri didicisset, hoc feruenter impleret. Cognito igitur à quibusdam, quòd Tabennensiotæ nihil cocti cibi per Quadragessimam totam edere dicerentur, statuit intra semetipsum, vt per septem annos nihil quod coctum fuisset igne, gustaret, sed crudo tantum olere contentus esset, ita vt si fortè vnquam leguminis aliquid reperisset, neq; inde gustaret. Hoc ergò cum amplius,

A quæ bene-  
dicta vsus  
antiquissi-  
mus.

Cuniculus  
subterra-  
neus.

Mortui ex-  
citauit.

Voracitas  
immanis.

Vide vim  
precum &  
ieiuniorum  
sancti viri.

Macarius  
Alexandri-  
nus.

Ieiunium  
Quadrage-  
simale.

quàm volebat, imitando fecisset, de reliquo tanquàm nihil esset graue, contempsit. De alio iterùm, qui vnam tantùm panis libram comederet, audiuit eximius monachorum: cupiensque eum imitari, contractum atque in partes redactum modicas, bucellatim in lagenas misit, & statuit tantum ex eo edere, quàm posset manus ipsius vnà proferre: & ità mihi lætus ipse postea referebat, hoc dicēs: Plures quidem particulas bucellatim intra lagenam comprehendebam, totum tamen, quicquid intrinsecus tenere potuissē, foràs proferre non poteram propter angustias oris exigui. Publicanus etenim meus, vt omninò non ederem, non sinebat. Per triennium ergò sub hac obseruatione vixit, quatuor aut quinque tantùm vncias panis assumens, & tantundem bibens aquæ, vnumque expendens sextarium olei, quod per totum illi annum sufficiebat.

Aliam rursus propositi ipsius agnosce virtutem. Hic virorum fortissimus somnum vincere statuit: & hoc ipse dicebat, quòd per viginti dies nec semel quidem sub tectum aliquod fuisset ingressus, vt sic vinceret somnum, diurni quidem æstus ardoribus flagrans, nocturno autem frigore tremens: & quemadmodum ipse referebat, nisi velocius ad tectum redisset, somnumque cepisset, vsque adeò sibi aruisse iam cerebrum intelligebat, vt sine sensu propemodum putaretur. Vici ergò, inquit, quantum ad me pertinet, somnum: naturæ verò, quæ exigebat vsum debitum, cessi. Hic quodam die dum in cella sua matutinus sederet, culicem sensit. A quo vulneratus in pede, dolensque manu sua peremit, qui & moriens, plurimum cruoris effudit. Reprehendens igitur factum suum, in eo quòd iniuriam propriam vindicasset, ità condemnare se voluit, vt in pratis eorum locorum, quibus Scythiæ nomen est, qui in solitudinibus extremis iacent, nudus per sex menses sederet, vbi culices crabronibus similes, aprorum quoque; perforant cutem. Ergò illic exulceratus est totus, quibusdam tuberibus per omnia eius membra turgentibus, vt vnus crederetur ex illis esse, qui elephantiosi vocantur. Post sex autem menses regressus ad cellam suã, sola, quòd ipse esset Macarius, eius voce patefactus est.

Hic idem desiderauit aliquando (sicut solebat referre) hortum, in quo essent Iannes & Mambres malefici sepulti, videre, qui sub Pharaone plurimum potuissē memorantur. Qui longo in tempore, & grandi potentia suæ artis quadratis lapidibus supradictum opus extruxerant, in quo superposita fuerat memoria prædicatorum, vbi & aurum recondiderant, & varijs arbusculis locum repleuerant. Puteum quoque fecerant, eò quòd sine aliquo videretur humore idem locus esse. Hæc autem omnia idcirco fecisse dicuntur, quòd se post obitum in eodem loco tanquàm in paradiso crederent esse mansuros. Ignorans itaque famulus Christi Macarius, quænam ad memoratum locum deduceret via, æstimatione quadam animi solas cæli stellas (quod in mari à nautis solet fieri) dum per deserta ambulabat, sequebatur. Fascem verò calamorum portauerat secum, vt per millenos passus singulos figeret, quòd facilius posset, agnoscens sua signa, remeare. Per nouem igitur dies itinere confecto, præfatis appropinquauit locis. Cui ferocissimus dæmon, qui semper aduersum Christi athletas dimicare consuevit, collectos omnes ex proprijs locis calamos à mille passibus, spe dictæ memoriæ quiescenti subito ad caput posuit. Cumque sanctus Macarius surrexisset à somno, agnouit eos, quos alibi reliquerat, calamos. Credo autem, quòd & hoc permittente Deo ad examinationem memorati viri contigerit, nè spem aliquam haberet in calamis, sed magis in Dei gratia, qui in columna nubis per quadraginta annos iter populo Israel in deserto monstrauit. Dicebat autem de supradicto horto septuaginta dæmones ad aduentum ipsius profuissē, clamantes, & circa oculos eius ac vultum coruorum more volantes, dicentesque: Quid vis Macari? Quid vis tentator monache? Quid ad loca nostra venisti, in quibus manere non poteris? Nunquid & nos aliquos monachorum tentauimus? Habes eremum propriam cum tuâ similibus, vnde nostros quoque propinquos expellere festinas: nihil nobis tecum commune est: Quid nostras regiones ingrederis? si habitator es eremi, tua tibi solitudo sufficiat: nobis hunc locum sui tradiderunt incolere conditores. Quid hanc possessionem quæris irrumperere, in quam nullus vnquam hominum, postquam nobis à fratribus nostra hæc manu sepultis est tradita, viuens ingressus est? Cumque adhuc dæmones plurima replicarent, atque lugerent, beatissimus ille respondit: Ingrediar tantum vt videam, continuoque discedam. Et dæmones: Hoc (inquiunt) nobis per tuam conscientiam sponde fideliter. Christi verò seruus ait: Simpliciter hoc faciam. Continuoque dæmones ab eius oculis recesserunt. Ingressum se

Abstinētia mirabilis.

Bellum aduersus somnum suscipit.

Dura penitentia.

Clamores demonum.

se igitur, atque illic suspensum aneum cadum reperisse dicebat circa puteum cum castena ferrea, longa iam temporis vetustate consumptum, mala etiam granata intrinsecus vacua, ac nimio solis ardore siccata. Sic itaque inde discedens, per viginti totos ad cellulam suam reuertitur dies. Cui cum aqua, quam portauerat cum panibus decem, deficere cœpisset, & grandi molestia penuria laboraret, ac penè deficeret, apparuit ei quædam (vt ipse referebat) puella, puro linteo cooperta, ferens ampullam aquæ stillantis, vno à se stadio separata. Quam per triduum ambulans, supradictum vas sibi ostendentem videbat, & velut stantem vicinius, ac se inuitantem, ità vt putaret quidem assequi eam posse, nec tamen valeret. Igitur spe bibendi, laborem se trium dierum patienter sustinuisse dicebat. Multitudo autem bubalorum grandis apparuit, (sunt autem illic plurimi huiusmodi greges) inter quos vna de bubalis cum pullo suo adstitit subito, vt & ipse referebat, cui lac ex vberibus fluebat in terram. Subieci me ergò, inquit, & labia ferinis vberibus in os meum expressurus apposui, quousque ad satietatem refectus sum, idque sibi suffecisse dicebat, vsque dum ad cellam perueniret. Quem ipsa etiam bestia subsecuta, vbera eidem sua præbebat, neque proprium foetum, sancti illius contemplatione, suscipiens.

Alio rursus tempore, dum ad requiem monachorum puteum facit, inter virgulta vel frutices aspidis dente percussus est, cuius morsum necesse est continuo mors sequatur. Correptam igitur eam, & vtraque manu ab ore distentam, scidit mediam, dicens ei: Cum te non miserit Deus meus, cur ausa es huc venire? Habebat autem diuersas in desertis locis cellulas, in quibus virtutum operabatur insignia: Vnam in interiore solitudine cui nomen est Sceti, aliam in Libya, vbi cellæ vocantur, aliam in monte Nytriae, ex quibus quædam sine fenestris erant, vbi per totam Quadragesimam sedere in tenebris hic beatissimus dicebatur. Alia cella angustior erat, in qua pedes iacens extendere non valeret. Alia latior, ad quam venientes ad se, suscipere cōsueuerat. Tantas autem hic hominum dæmonijs laborantium curabat ceteruas, vt numerus esse non posset, nobis etiam illic degentibus.

De Theffalonica ad eum nobilis ac diues virgo perducta est, quæ iam per multos annos paralyti laborabat. Quæ cum ei fuisset oblata, atque ante cellam beati viri proiecta, sancto oleo motus in eam misericordia, per viginti dies proprijs manibus oleo sancto perungens, ac Domino pro ea preces fundens, incolumem suæ reddidit ciuitati. Quæ postea plurima ad solitudines, cum fuisset proprijs pedibus regressa, transmisit.

Hic idem cum audisset grandem vitam conuersationem Tabennensiotas habere, veste mutata ad similitudinem alicuius operarij, sumpto habitu seculari, intra quindecim dies per deserta iter faciens, Thebaidem vsque peruenit. Cumque venisset ad monasterium memoratorum hominum, primum, quem Archimandritam vocitant, requisit, Pachomium quendam nomine, probabilem per omnia virum, & habentem spiritualem gratiam prophetiæ, cui tamen de Macario nihil fuerat reuelatum. Ad quem cum venisset, hæc dixit: Quæso, me in monasterio tuo suscipi facias: Monachus enim esse desidero. Ait illi magnus ille Pachomius: Senilibus annis grauaris, & monachus esse iam non potes, neque inter ceteros fratres, qui hoc ab adolescentia didicerunt, viuere uales, eò quòd consuetudinem eorum laboremque non pateris: Cumque abstinentiæ tentationes non ferens, læso animo egressus ab his fueris, maledicere eis incipies, quos non potueris imitando sectari. Noluit itaque nec primo eum, nec secundo die, nec per totam suscipere septimanam. Dumque iugiter persisteret in rogando ieiunus, ad postremum: Suscipe me, inquit, Abba, & si me in ieiunio vel in opere inferiorem ipsis deprehenderis, statim de tuo monasterio pelle. Quo audito, ille persuasit fratribus, vt in monasterio reciperetur. Est autem illic vnus numerus mansionis, habens etiam vsque in presentem diem ad mille quadringentos viros. Cum igitur fuisset ingressus in eam sanctus Macarius, & post breue tempus superuenissent Quadragesimæ dies, videretque diuersos vario more viuentes, alium vespertinis horis soluentem ieiunium, alium verò post biduum, alios etiam post dies quinque gustantes, alium stantem totis noctibus, & per diem sedentem, laborantemque: ille de arboribus dactylorum cortices tenens infusos, ac copiosos, in vno angulo stabat vsque ad Quadragesimæ finem & principium Paschæ, non panem, non quam gustans, non flectens genua, non in terram iacens, sed tantum modica cauliculorum folia cruda Dominico die sumens, vt manducare

Aspidis morsum nihil nocet S. Macario.

Sancto oleo perunctam puellam à paralyti sanauit.

Pachomius Abbas.

Quadragesima.

Vt Quadragesimali ieiunium seruaret.



care alijs videretur. Siquando autem ad corporalem necessitatem fuisset egressus, confestim remeabat, ac stabat, non os aperiens, non alicui quicquam loquens, sed cum summa taciturnitate consistens, & in corde suo tantum iugiter orans, atque id solum operis, quod in manibus tenebat, efficiens. Quem cum esse tam duram atque inimitabilem vitæ monachi omnes considerassent, quasi quadam aduersum principem suum seditione commoti: Vnde, inquirunt, nobis istum adduxisti, qui ita viuit, quasi in carne non sit humana, ad condemnationem omnium nostrum? Audi igitur, & aut tolle eum à nobis, aut scito omnes nos ex hoc monasterio hodie recessuros. Ille autem, tali conuersatione atque virtute eius audita, deprecatus est Dominum, vt quis esset, eidem reuelaret. Quo statim facto, arrepta eum manu ad oratorium suum duxit: vbi erat altare diuinum, osculatusq; eum, dicit illi: Veni optime senex, tu ille Macarius es, & mihi te celare tentabas: ex multis annis te videre cupiebam, audiens de te magna miracula. Gratias tibi ago, quia colaphos infantibus nostris dedisti, ne magnum aliquid in conuersatione vitæ suæ facere se putarent. Reuertere nunc igitur ad loca vnde veneras: sufficienter enim nos omnes ædificasti, & ora pro nobis. His verbis rogatus ab omnibus, inde discessit.

Nostra autem conuersatio in carnis est.

Quodam rursus tempore hoc retulit nobis, dicens: Quodcumque genus vitæ, & quoscunque mores abstinentiæ spiritualis desideravi, imitatus sum atque perfeci. Iterum, inquit, aliquando animum meum quadam nouæ cogitationis cupiditas occupauit, vt vellem quinque diebus continuis sensum cordis mei inseparabilem à Deo facere. Statuensque intra mentem meam, & clausis ita ostijs cellæ atque vestibuli, vt nullus hominum responsum à me posset accipere, coepi instare à principio septimanæ, dicens sensui meo: Vide, ne velis à cælo ad terram descendere. Habes illic angelos, atque archangelos, altissimasque Virtutes, Cherubin ac Seraphin, primumque omnium creatorem Deum. Illic conuersare: sperne illa, quæcunque infra cælestia videntur habitacula, ne carnales cogitationes incurras, atque in hoc diebus duobus (inquit) ac duobus noctibus perseuerans, vsque ad eum dæmonem prouocasse ac stimulasse me sensi, vt ille in flammam ignis subito conuersus, omnia quæ habere videbar, incenderet: ipsamque etiam matrem, super quam stare consueueram, vt rotum iam me arsurum esse crederem. Ad postremum tanto timore percussus, ab huiusmodi proposito tertia abscissi die, cum viderem tam iugiter indiuiduum Deo animum me habere non posse. Descendi ergo iterum ad cogitationes seculares, ne aliquid mihi ex perpetuo diuinitatis intuitu genus arrogantia nasceretur.

Cancer morbus,

Eccè Misericordiam appellari sancti sacrificium & diuinum.

Ad hunc ipsum Macarium cum aliquando venissem, reperi ante fores cellæ ipsius presbyterum quendam, cuius totum caput ad eum exesum & consumptum erat illa valetudine, quæ Carcinus nominatur, vt os etiam verticis videretur. Quique illuc vt curaretur aduenerat, nec tamen vsque in illum diem à sancto Macario susceptus fuerat, aut visus. Ego itaque tunc ipsum rogans petiui, vt eius misereretur, & saltem responsum ei daret. Ad quod mihi ille sanctus hoc dixit: Non est dignus iste curari. Hanc enim poenam ex præcepto diuinitatis accepit. Si autem vis curari eum, persuade illi prius, vt à sanctorum sacrificiorum immolatione discedat. Cumque ego dicerem: Cur, obsecro, id fieri iubes? Quia fornicatione, inquit, pollutus, ministeria Domini violare consueuerat: ob quod talis supplicij atrocitate cruciatur. Sed, sicut dixi, si nunquam velut sacerdos sacrificia contigerit diuina, accipere (Deo iuuante) poterit medicinam. Cum ergo illi, qui hac valetudine laborabat, ista dixissem, vt cum sacramento mecum pacisceretur, non se ulterius ad officium sacerdotis accedere, tunc demum à sancto illo vocatus est: qui eum his allocutus est verbis: Credis, inquit, Deum esse, cui nihil occultum est? Respondit, Credo. Non potuisti (inquit) virtutem diuinitatis eius euadere? Respondit ille: Non potui, domine mi. Tunc magnus ille Macarius, Si cognoscis, inquit, peccatum, & vis euadere istam, quam propter illud tibi Dominus intulit, poenam, emendare de reliquo. Quo audito, ille proprium confessus est crimen, & de cæterò se nunquam peccaturum esse promisit, neque futurum sacerdotis officio, sed inter laicos iam futurum, & tunc demum illi manum sanctus imposuit: atque in paucis diebus capillorum quoque recuperatione curatus, Deumque glorificans, sancto etiam viro gratias referens, videntibus nobis ad propria remeavit.

Post hæc adducitur ad eum in mei presentia puer quidam, qui saeuissimi dæmonis spiritu

ritu laborabat. Cumque vnam super caput eius posuisset manum, & ad cor ipsius aliam, tandiù deprecatus est Deum, quandiù suspendi in aëre eum faceret: qui puer in morem vtrius totus inflatus, supra quam æstimare quis posset, intumuit, & subito aquam ex omni parte membrorum cum clamore maximo vocis effudit. Itaque omni illo tumore reficiente, ad pristinam sui corporis redijt sanitatem. Quem sancto perunctum oleo, & benedicta perfusum aqua, proprio reddidit patri, præcepitque, vt per quadraginta dies nec carnes eum edere, nec vinum potare permitteret: & sic eum perfecta reddidit sanitati.

Oleo sancto & aqua benedicta sanat dæmoniacum.

Hunc eundem sanctum Macarium quodam tempore cogitationes vanæ gloriæ stimulando vexabant, volentes eum de cella ipsa vbi degebat, abstrahere, & suadentes ei, atque demonstrantes quandam veluti operis boni speciem, vt eius causa pergeret Romam, sanaturus videlicet eos, qui illic nequissimis dæmonijs vexabatur: Summa enim gratia diuinæ virtutis hic beatissimus contra immundos spiritus vtebatur. Cum ergo talibus incitamentis, quibus expulsi eum dæmon volebat, per multum tempus reluctaretur, fortiterque se videret vrgeri, proiecit se subito supra cellulæ suæ limer, ita vt extra cellulam suos relinqueret pedes, ac diceret: Ducite me, o dæmones, si potestis, & trahite. Ego enim pedibus meis non ibo, quod vultis. Si ergo hoc me modo portare potestis, en proficiscar, sacramenti quoque adiectione confirmans, quod vsque ad vesperam de eo non consurgeret loco. Vnde si me, inquit, non moueritis, sciatis vos ulterius à me non audiendos. Diu itaque iacens immobilis, tandem profunda vespera propinquante surrexit: sed nocte quæ subsequuta est, rursus ei dæmones molesti esse cœperunt. Ille verò sporta, duos modios recipiente, arenis repleta, impositaque humeris suis, in desertis locis spatibatur. Huic Theofebius quidam genere Antiochenus occurrens, cui & Cosmetor cognomen erat, dicit ei: Abba, quid tantum onus portas? in me potius, quod deuehis, transfer, & noli tuos humeros fatigare. Ille autem dicebat: Vxo vexat me: Ocio enim fruens, iter aliquod agere me compellit. Cum autem ita onustus ambulasset diutius, & confecisset illo pondere suum corpusculum, regressus in cellam est.

Vxo vexat me.

Hic ipse sanctus aliud miraculum retulit nobis: (erat nanque presbyter) Notauit mihi, inquit, eo tempore, quo sancta mysteria fratribus dabam, quod Marco monacho nunquam dedissem, sed semper ei sancta de altari angelus dabat, solam tamen manum dantis videbam. Erat autem Marcus iste summi ingenij, qui, dum iuuenis esset, nouum ac vetus testamentum memoriter retinebat, admodum placidus & quietus, & castitatis proposito singularis. Vno igitur die, dum ego aliud quod agerem, non haberem, in vltima eius senectute ad eum vsque perrexi, & iuxta ostium ipsius sedens quasi tyro, nouusque monachus, supra homines eum esse existimans, sicut & erat, audire quid loqueretur, vel quid ageret, desideravi. Fuit autem solus intrinsecus, centum circiter annos agens, qui & dentes quoque nimium longa ætate perdidit. Contra se ergo ipsum, & contra dæmonem litigabat, dicens: Quid amplius decrepite senex quæris? ecce oleum, vinumque gustasti. Quid vltra eupis in extremis ætatis tuæ deuorator, ac ventris cultor? huiusmodi verbis in se iniuriosus existens. Tum & dæmoni ista dicebat: Nec adhuc tibi debeo aliquid, quod furari præualcas, nihil aliud inuenis? Iam recede à me hominum inimice, atque hoc tibi quasi insultando dicebat: Veni pessime senex: quandiù tecum morabor?

Marcus monachus egrotans.

Referrebat autem nobis Paphnutius quidam, discipulus huius beati viri, quod aliquando belua quadam exhibuit sancto Marco catulum suum cæcum, vestibulumque ostij eius, capite percussit, & ingressa ad eum sedentem foris in atrio, proiecit ante pedes ipsius catulum suum. Quem ille tenens, & expuens in oculos eius, orauit: contia nuaque lucem, quam amiserat, vidit. Secumque tunc ipsum proprio lacte nutritum, mater abduxit. Sequenti autem die eadem bestia sancto ac beatissimo Marco, pellem ouis exhibuit, quæ memoratus seruus Christi, sancto Athanasio episcopo dereliquit. Quam sancta Melania postea à beatissimo viro Athanasio accepisse se dixit. Et quid mirum, si ille qui mansuescere fecit Danieli leones, etiam huic beluæ talem sapientiam dedit? Dicebatur præterea de beato Marco, quod ex quo lauacri gratiam spiritualem promeruit, nunquam expulset in terram, sexagesimum post baptismum agens annum, & quadragessimum ante baptismum.

Dan. 6. & 14

Erat autem figura corporis huius athletæ Christi Macarij, (oportet enim me de hoc quoque



quoque tibi significare famule Dei Laufe, eò quòd paruitas mea cõuersata cum eo diu-  
 tiùs, eundem cognouit diligenter) statura breuis : non multa barba faciem vestie-  
 bat, sed circa labia tantum erat, parumque circa mentum aliquid videbatur. Ex nimia  
 abstinentia, & penè iugi inedia, etiam vultus ipsius, nudus præter cæterorum hominum  
 consuetudinem videbatur. Adhuc ergò cum admodum tristis aliquando venissem,  
 diceremque, Abba Macari, quid iubes faciam, quoniam variæ cogitationes animum  
 meum conturbant, dicentes mihi, Proficiscere hinc, quia nihil agere te cernis? Ille re-  
 spondit: Dic, inquit, ipsis cogitationibus tuis: Propter Christum parietes cellæ istius cu-  
 studio. Hęc tibi amator & famule Dei doctissime, pauca de multis ex factis sancti Ma-  
 carij vel dictis, significauit.

### VITA S. ADELHARDI ABBATIS CORBEIENSIS, AVTHORE PASCHASIO RATBERTO, QVI

*sextus ei fuit in Gallica Corbeia successor.*

DIE 2. IA  
 NVARIJ.

In princi-  
 pio oratio-  
 nis fune-  
 bris de ob-  
 itu Valen-  
 tiniani.



Sap. 2.

Matth. 22,  
 Lucæ 20.

1. Theff. 4.

Ibidem.

Recium operis est, viros quosq; doctissimos imitari, qui pa-  
 rentis affectu, charorū in Christo funera pietatis opere de-  
 fleuere, flendo quoque miris eos prosecuti sunt laudibus.  
 Quoniam, sicut beatus Ambrosius in opere super Valenti-  
 nianum dixit, etsi incrementum doloris sit, id, quod doceas,  
 scribere: tamen plerumque in eius, quem amissum dolemus,  
 commemoratione requiescimus, eò quòd in scribendo dum  
 in eum mentem dirigimus, intentionemque defigimus, vi-  
 detur nobis in sermone reuiuiscere, & totus medullam nos-  
 træ mentis influere. Cæterum posteritatis negocium est, vt  
 eorum exempla virtutum literis commendemus, quatenus  
 & nostrum charitatis debitum proximis persoluamus, & Patrum exempla, quos imita-  
 ri debeant, filijs non negemus. Nouimus igitur eos non periisse post mortem, sed beati-  
 us immutatos, vt moriendo ad immortalia summæ felicitatis gaudia peruenirent. Id-  
 circò non omninò penitus obliterandi sunt à memoria, præsertim tales, quorum non  
 desisse hinc mortis euulsio fuit, sed in melius commutasse. Neque enim fatendum est,  
 iuxta quorundam perfidorum insaniam, quod scriptura inquit: Exiguum & cum radio  
 est tempus vitæ nostræ, nec est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit re-  
 gressus ab inferis. Neque hoc dicendum, quòd ex nihilo nati sumus, & post hæc futuri  
 sumus, quasi non fuerimus. Verum igitur est, & incunctanter profitendum, Christum  
 resurrexisse à mortuis, & mortem moriendo vicisse: vt similiter omnes, qui in Christo  
 moriuntur, non iam mortui, immò in eo viuunt atque beati inueniantur. Deus enim viuor-  
 um est, & non morientium, eò quòd in illo qui viuunt, omnes qui in ipso sunt, viuunt inue-  
 niuntur. Vnde & scriptura eos dormientes appellare consuevit.

Quapropter officiosissimum est, sicut dixi, sanctos imitari viros, videlicet præfatum  
 Ambrosium, & beatum Hieronymum, reliquosq; sacros imitabiles viros, qui suis epi-  
 taphia charis facundissime condiderunt. Etsi nõ assequi eorum iura facundia queo, ma-  
 teriã tamen loquendi scias nõ deesse: quia eum recolere scribendo cupio virum, quem  
 sanctum & admirabilem vniuersus penè prædicat orbis: quemq; vidimus, & vti familia-  
 ritatis eius amore, licet indigni, sumus, omninò tacere, quãuis indocti, nequimus: vt dū  
 eum oculis videre negamur, saltem mētis officio prosequi mereamur. Sed dum hoc co-  
 gitare incipio, duobus valde cõtrarijs afficior in tuis, mœroris videlicet atq; gaudij. Sed  
 cõtristari Apostolus pro tali negotio vetat: gaudere verò nõ solum mea, verum omni-  
 um nostrorum subita desolatio prohibet. Quibus vtrisque taxatis stipendijs pietatum,  
 gaudere magis, multumq; congaudere profectò spe promissionis aeternæ de tanto pa-  
 trono oportet: itaq; per felices eum iam trãsisse agones, quem proculdubio requiescis-  
 se in Christo, sine fine beatè māsorum, minimè dubitatur. Sed quia fletu amoris vincor  
 potius, quàm desperationis ignauia, mihi parcendum nõ ambigo: præsertim cum Apo-  
 stolus non flere prohibeat, nisi tantum, vt de dormientibus, tanquàm cæteri, qui spem  
 non habent, non contristemur. Ergò longè aliud est, cum desperatione contristari: ali-  
 ud verò, dolere & condolere, quòd sic peccati causã huc venimus, vt ad modicum,  
 vix

vix parum aliquid esse videamur: vnde proculdubio charorum lachrymis abluere se-  
 pulchram, debita pietatis affectio esse debet, non erroris.

Qua pietate licet mentis ingenio segnis, tuū recordor virorum charissime Adelhar-  
 de pater, senectutis decus, species sanctitatis, forma virtutum: Intantum, inquam, tuū  
 recordor amoris vinculo, vt vix admodum me valeam inter vtraq; temperare negocia:  
 Qui dum video Dominum Iesum Christum, Lazarum, quem diligebat, fleuisse mortu-  
 um, & non solum fleuisse, verum turbatum fuisse spiritu: nimium flere cogor, tali ac-  
 tanto cæli destitutus oraculo. Cæterum ipsa natura docet, charorum non obliuisci de-  
 bere, sed quibus possumus eos commendare ingenijs, vt & dilectio in mente firma te-  
 neatur, visione carnis sublata: & amor in mente qui dudum accensus fuerat, dum me-  
 lius viuat quem diligimus, nõ moriatur. Vnde mi votorum charissime, tuū superpar-  
 go more vulgi sepulchrum ex floribus, ornare cupiēs funus literarum officijs: quatenus  
 tuarum aromata virtutum non tumulo teneatur clausa, sed longè lateq; in exemplum  
 futuris fragrent temporibus. Neq; enim more quorundam cenfeo pueros hinc inde su-  
 per tumulum constituere, qui tuas fingendo laudes debeant decantare, vt instar lugu-  
 brium carminum ad fletus & gemitum audientum pectora concitent: sed veritatis iura  
 mihimet torpentis ocio nõ abdicentur, literarum fidei commendabo, atq; ita tuo refri-  
 geratus alloquio, tuū per secula memorabor. Neq; è meo poteris euelli animo, nisi no-  
 men tuum laudesq; depromam. Fidelis est mihi conscientia, quòd quicquid dixerò, à  
 tua minus est laude: idèd persuadere mihi de te talia minimè erubescò. vnde tua præ-  
 sents absentia mihi manens, nouos in me generat lachrymarum affectus: ita tamen, vt  
 presentia absens faciat gratulari, quòd iam perueneris ad diu promissa gaudia felix.

Nè, quæso, lachrymanti dicas, Gratulari de me potius, quàm flere, charorum fili de-  
 bueras, præsertim cum scias me euasisse mundi ludibria, & peruenisse ad fontem æternæ  
 vitæ: qui si me diligeres, gauderes utiq; & congauderes, quia iam fruor immortalitatis  
 stola, & fatior intuendo maiestatis gloriam. Scio, mi pater, scio, in quã, quia exutus car-  
 neis indumentis, cælesti iam fueris visione: sed vincor itaque, pio perfusus amore, præ-  
 sentem tuam flere absentiam, quo mihi triste videtur omne quod intueor, dum te su-  
 spirans abesse sentio. Et vt verbis Fortunati vtar,

Qualiter agnus amans genitricis ab ybere pulsus,

Tristis & herbosis anxius errat agris:

Nunc fugit ad campos, feriens balatibus auras,

Nunc redit ad caulas, nec sine matre placent.

Sic me de tuis pater absentem suggero verbis. Dies, inquam, obitūs tui mihi vtinam  
 non luxisset, quia nec poterat peior esse mihi exiguo, neq; fauor vlla tuis omnibus in-  
 lucefcere: quo quid agam, quidve faciam perpendo, sed mœrore amarus, non inuenio.  
 Prohibente, vt dixi, Apostolo, multum flere volens, non audeo: gaudere verò, quanuis  
 inuitus, tuę charitatis gloria persuadeor. Iam enim tibi hyems, mi pater, abiit, & recessit  
 imber: ergò venerunt nuptiæ agni, inter delicias paradisi frueris: vox tua sonat iam  
 in auribus meis, exaudita est vox turturis, ita dicens: Sicut audiuius, fili, sic vidimus  
 in ciuitate Domini: audiuius quidem gloriosa, sed cernimus potiora. In ciuitate Do-  
 mini virtutum: virtutum ergò, & non vitiorum, quia Deus fundauit eam in æternum,  
 fundamento perpetuitatis. Intellego quidem planè talia te canētem, sed suspiro dolens  
 & gemo anxius, longè interdum à tuo seiunctus consortio: Et quod serius est, orbis te  
 virtutis virum prædicat, nec contingimus, nec videmus.

Noui igitur, quòd neque has velis accipere laudes, qui tuas iam in cælo scriptas pro-  
 culdubio renes: ibi tuum prorsus feceras horreum, ibiq; tuum semper erat mentis ha-  
 bitaculum. Vnde quanuis mihi exigam quod impendo, tibi exinde gratulor, quia fru-  
 eris quod amasti: mihi doleo, quem depulsum à lacte velocius amisti: iocundor tua  
 causa, sed mea plango. Tuis itaque gaudijs superatus, tandem gratias Deo agere non  
 recuso. Ago quidem gratias, quòd talem te habuimus: vincor verò affectu, quia prius  
 te caruimus, quàm comites paradisi nos tuo adsciueris consortio. Propter quod ob-  
 secro, mi Pater, prospicias per cancellos, per fenestras quoque, Domino concedente,  
 voti intuearis filios. Noui igitur, qua fueris charitate præditus, quãve fide firmus,  
 qualique spe diu velut ancora Domino religatus. Certissimum idcirco teneo, quòd  
 triplex iste tuus funiculus difficilè, immò nunquam, resoluitur. Miraris non modò sub-  
 pedibus

S. Adelhar-  
 de enomiū.

Ioan. 11.

Item præ-  
 clara laus  
 beati viri.

Psal. 47.

Fides, spes,  
 charitas, funi-  
 culus tri-  
 plex.

pedibus nubes ac sidera, sed etiam altam planitiem celi, niueo candidatus habitu. Ideo precor ne differas misereri humilium, quos dudum ad talia prouocabas in certaminis campo. Fortis, mi pater, fuit ut mors dilectio tua: ideò nullo victus es hoste, nullo superatus agone. Vicisti oblectamenta mundi fortiter, & ideò coronaris, credimus, gloria triumphantis indubitanter. Venite filie Hierusalem, & videte diadema, quo coronatus est senex noster solennitate aeterna, quibus ille inauratus est indumentis. Perpendite, quomodo adhuc iuuenis malignum vicerit hostem, quomodo puer mundum pedibus olim calcauerit.

**Orditur vitæ narrati- onem.** **Gen. Adel- hardi.** **Paulus Aemylus** vult fuisse fororẽ Desiderij regis, sed hic author, irẽq; Eginhartus, filia eius fuisse testantur. **Qui** cum esset regali profapia, Pipini Magni regis nepos, Caroli consobrinus Augusti, inter palatij tyrocinia omni mundi prudentia eruditus, vnã cum terrarum principe magistris adhibitus, elegit magis iustitiæ fore & veritatis amicus, quàm in illicita consentire, etiam multis oblectatus blanditijs. Vnde factum est, cum idem Imperator Carolus desideratam Desiderij regis Italorum filiam repudiaret, quam sibi dudum etiam quorundam Francorum iuramentis petierat in coniugium, ut nullo negotio beatus senex persuaderi posset, dum esset adhuc tyro palatij, ut ei, quam, viuentem illa, Rex acceperat, aliquo communicaret seruitutis obsequio: Sed culpabat modis omnibus tale conubium, & gemebat puer beatæ indolis, quod & nonnulli Francorum eò essent periurij, atq; rex illicito vteretur toro, propria sine aliquo crimine repulsa vxore. Quo nimio zelo succensus, elegit plus seculum relinquere adhuc puer, quàm talibus admisceri negocijs: ut propinquo, quem contra ire prohibendo non posset, non se consentire fugiendo monstraret. Nec minus igitur Ioanne pro iustitia mori paratus fuisse creditur, qui pari annu inlicitam reprehendebat regis audaciam, & spernebat huiusmodi nuptias: nec considerans propinquitatis iura, ut carni assensum præberet contra leges Christi, quas violare non ferens, sibi in animo præponebat. Vnde & voluit magis cum Christo mente ingenuus crucis ignominiam ferre, ut fortia quæque cõfunderet, quàm si etiam adoptaretur in regnum, ut esset regis filius.

**Fit Monachus Adelhardus.** **Luc. 14.** **Matth. 19.** **Corbeia Gallie. Psal. 41.** **Num. 1.** **Num. 26.** **Despiciens** itaq; Pharaonis regni diuitias, peruenit tandem, ut monachus velut Moyses in eremo Dei frueretur alloquijs. Neq; enim adhuc seculo ita calceatus, poterat celeste visum in monte videre: sed exutus his omnibus & sanctificatus, Dei agente gratia, discipulus factus est Saluatoris. Legerat ergo, Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, adhuc & semetipsum, non potest meus esse discipulus. Neque igitur ignorabat, quod facilius sit camelum per foramen acis transire, quàm diuitem in regnũ cælorum intrare. Et ideò deposuit a se onera, ut facilius arctam atque strictam viam mandatorum Dei curreret. Quibus depositis, Corbeie, immo Christi ibidem expetijt fontem, velut ceruus ille Dauidicus. Vbi cum parum fuisset immoratus, subito humilitatis discipulus, factus est magister virtutũ: & qui pridie pedisequus videbatur aliorum, inuentus est dux & præuius suorum in Christo commilitonum. Elegeras enim, bone Iesu, tibi tyronem & puerum: Nõ quidem ille te, sed tu illum elegeras & prælegeras, tua præsentum misericordia. Elegisti cum fermè cum viginti esset annorum, quando infelix nimum aetas humana, fragilis & valde procliuus est ad peccandum: tunc quando omnes tyrones tui, cum exirent de terra Aegypti à viginti annis & supra, in libro vitæ te conscripti sunt præmonente. Necnon & cum rursus à Moysè & Eleazaro recensentur omnes hac aetate, & deinceps, qui possunt ad bella procedere, in caeleste collegium supputantur. Hi tantum in castris Domini figunt tentoria, hi soli procedunt ad bella. Sanè quia mirum admodum est tunc vincere, cum oblectatur varijs blandimentis: triumphare, multis cum impellitur argumentis. Viginti etenim sunt, quinq; quater ducti: aut quatuor, quinquies supputati. Quibus ita collectis, constat eos tantum ad bella fore promptissimos, qui veteris ac noui testamenti aetate senuerint, & eius sapientia fuerint educati. Horum igitur virtus est ad bellandum aptissima: & ut se vincant primum, monenda: præsertim cum tunc hostis, quantum in carne est, maioribus virtutibus decipiendi ingenijs.

**Alludit ad Dauidem. 1. Reg. 17.** **Psal. 117.** **Tunc** ergo tuus Christe aetate puer, mente ingenuus, prostravit mundi illecebras: tunc deposuit arma Saul regis, ut te solo lapide, quem gestabat in pectore, prosterneretur ingens animarum delusor. Te denique elegit secum in precordijs ferre: te authore contra spiritalia nequitia in caelestibus dimicare. Quid plura? ita certaminis campum ingressus, peruenit ad cœnobium: vbi annuo pulsans voto, tandem introiuit portas iustitiæ, per quas soli iusti ingrediuntur. Deinde peruenit ad portam virtute matius, quæ sola

sola suos quosque ducit ad vitam. ingressus namq; est arctam & strictam viam, quæ paucorum est, ut dilatato animo, viam mandatorum Dei curreret sagacissima artis ingenio. Atq; cum iamdiu ita totus effluisset inter monasticam disciplinam, ut magis inesse caelestibus quàm terrenis crederetur: nescio quo ducti Patres affectu, quasi ex iusu regio hortulanum eum constituunt. Qui gaudens ut bonus athleta Christi, ac si inter paradisi delicias, ita obediens latrabatur animo. sciebat namq; Dominum in huiusce scultum fuisse spelæo, ibiq; eum Mariæ, ut hortulanum, apparuisse. Sciebat eum in eodem loco resurrexisse, etiam inibi visiones angelicas apparuisse. Vnde profecto thesaurum effodiens in hortis animi, multiplici corpus aromate ungebatur Iesu. Quid tunc putas dicebat, tali adstripulatus officio? Ni fallor, dicebat sine voce, mentis tamen affectu: dicebat, inquam: Veniat dilectus meus in hortum suum virtute confutum, & comedat fructum pomorum suorum. Erant igitur illi in animo diuersa virtutum olera: & idcirco dixisse non ambigitur, ut comedat fructum pomorum suorum. Suorum, inquam, quia non sibi, sed Domini applaudebat gratiæ, si quid boni mēte gestaret. Alij labores agrorum superexcolant, quàm virtutes animi obedientiæ causa defensi: iste talia nõ omittens, hortum deliciarum animam suam Domino cõsecrauerat. Fecerat enim, quod ab eo sibi dictum meminerat: Pone me sicut signaculum erga cor tuum. Quo premio vallatus, secum in animo Domini magis delectabatur colloquio, quàm rerum negocijs temporalium: Descenderat enim profecto dilectus eius Christus hortum animi illius inuisere: descenderat utique ad areolam aromatis, & in eo virtutum delicias pascebatur. Hortus autem deliciarum eò vocatus est paradisus, quod intelligitur mens hominis, quia EDEN hortus deliciarum interpretatur. Vnde & quidam florentem eum dixerunt. Descenderat ergo in eo Christus, ut lilia colligeret castitatis, & videret si iam mala Punica germinassent.

**Anima viri iusti, paradisi est.** **Cant. 5.** **Est** autem boni viri animus, ut dixi, hortus plenus deliciarum virtutibus, atque ita alter denique paradisus. Metitur ibi myrrha, membrorum scilicet mortificatio, cum virtutum aromatis. Colligitur rosa, martyrij sanguine rubricata: nitent poma conuallium, caelestibus disciplinis irrorata: germinant mala Punica, propter odora menta bonorum actuum: absque eo, si quid intrinsicus latet, Dei flagrans, pius ardor amoris. Indè est, frater, si velis aduertere, quod noster senex totus amabilis & suavis erat: indè, quod aptus omni eloquio puritatis. Nonne tibi videtur mel & lac ex eius lingua mansisse, qui ita se suo inflebat eloquio, ut nonnunquam aliquos quasi ebrios redderet sanctitate, omnes verò sibi cõnexos præ dulcore nimio faciens? Et quid aliud erant eius labia, quàm fauus distillans? & ut altius dicam, quid aliud, quàm organum sancti Spiritus? Alioquin humana non potuisset apprehendere sapientia, quæ loquebatur: Plena denique sanctitatis munere, verba caelesti manabat oraculo.

**Qui** cum idem ita longè diuq; à sancto ageretur Spiritu, recordatus præcepti Abraham fuisse dicitur, vbi inquit scriptura: Exi de terra, & de cognatione tua, & de domo patris tui, ac veni in terram, quam monstrauero tibi. Qui cum secũ talia contulisset, coepit intra se meditari & dicere, quod nondum hoc præcepti genus opere compleuisset: Qui si mente reliquerat natiuitatis solum, reputabat quod adhuc corpore interesset: Et si, iuxta Euangelij præceptum, patrem, aut matrem, aut cognatos iam reliquerat, ut Deo dignus haberetur discipulus, adhuc etiam amplius molestabatur: quia licet pro dignitatis genere, sapius tamen eum inuisendo propinqui & noti frequentarent, quàm quieti viri animus poposcisset. Quo factum est, ut illico alter Elias fuga laboraretur, non Iezabel, sed carnis fugiens voluptatem. Quærebat enim seuerus Christi miles effugere, ut sese fugiendo plenius inueniret. Atque ita qui dudum fuerat multis sulcitus blandimentorum obsequijs, factus est hospes peregrinationis: non habens cum Christo, quod egregium habendi genus est, saltẽ vbi caput reclinet. Itaque sic se fugiens, ut se inueniret, peruenit secum in fortitudine verbi vsq; ad montem Cassinum, nolens patriæ cognoscere curas, neq; prædicari de se vento iactantiæ laudes. Cogitabat autem solum se velle tantum percepisse, necdum diuisum à vitijs, quousq; moraretur infra patriæ fines. Et nẽ rursus nouis diaboli retibus ligaretur, exiuit vltra se vadens, si quo modo posset relatu veritatis edicere: Vno autem iam non ego, viuit verò in me Christus. At vbi Galat. 2. ita conscius venit Cassinum, quod totius fons religionis & origo putabatur, susceptus quidẽ à Patre monasterij, sed Dei disponente iudicio, ibi eum paululum licuit immorari. Fertur namque, quod illico quidam ei anachoreta in Spiritu Dei prædiceret, quinam & vnde

vndè effert, & ob quam causam eoufq; aduenisset. Ac deindè post modicum prædicat aduenturos regis nuncios, qui eum repeterent, suoq; in loco restituerent. Quod ille audiens, turbabatur plurimum, quòd votis prospera non succederent. Qui assumens ilicò Abbatem loci illius, retulit ei sua quæque, rogans atq; obsecrans, si quo modo posset effugere, clementer annueret, quò nomen illius vltra etiam nec à longè audiretur.

Cogitur re-  
dire ad suos

In mona-  
chos, carna-  
libus ppin-  
quorum af-  
fectibus de-  
ditos.  
Matth. 12.  
Matth. 8.  
Luc. 9.  
Matth. 13.

Sed præoccupauit Deus mox eorum consilia, & dum moras faciunt euoluendi, con-  
tinuè præoccupatur nuncijs. Qui tenentes eum, reduxerunt in patriam. Quid putas, quàm  
amarus erat animus, quàm moestus, quia ad patriam fines & dulcia proprii soli arua inui-  
tus rediret? Audiant igitur huiusmodi virum nostri cõciues monachi, qui lenti requi-  
escunt vmbra delibuti fuligine: audiant, qui post se secularium greges trahunt: au-  
diant, inquam, quòd non satis tutum sit, suorum se deliniri parentum affectibus. Chris-  
tus ergò matrem nescit, & ignorat fratres, vt veram nobis mentis ostendat fraternita-  
tem. Si quis, inquit, fecerit voluntatem patris mei, qui in calis est, ipse meus frater, so-  
ror & mater est. Deindè reuocat discipulum ab officio funeris, nè patrem liceat sepeli-  
re debito carnis iure: Sine, inquit, mortuos sepelire mortuos suos, tu autè sequere me.  
Hoc igitur totum nouerat pius senex noster, & idè fugere festinabat è medio ciuium  
suorum. Recordabatur nanque, quòd Iesus non sit signa operatus in patria: neq; pro-  
pheta sit sine honore, nisi in proprio solo. Hic autem honore mundi expoliatus, idcirco  
festinabat exire charorum vinculis, vt verè posset sibi mentis honorem adiciere, atq;  
vt alius dicam, angelicam in terris degere vitam. Videbatur non satis pauper posse fi-  
eri in medio parentum suorum, qui regni pollebant honore, & diuitiarum copijs reni-  
tebāt: Et idè disuptis vinculis clari nominis, voluit pauper fieri sine ambitione, quon-  
dàm locuples. Sed suū contemprom eximius, paupertate fit ornatior, fuga clarior, vilira-  
te humilitatis sublimior: & vt B. Hieronymi verbis vtar, sint nonnulli ditiores monachi,  
quàm fuerant seculares: possideāt opes sub paupere Christo, quas sub locuplete & fal-  
lace diabolo non habuerant: vt suspirer eos Ecclesia diuites, quos mundus tenuit antè  
mendicos: Adelhardus verò noster mundi omnia calcans, vicit in schemate, & cuncta  
quæ mundi sunt, sub pedibus attriuit.

Et dum ita quietus iam victor celsa sederet in mentis arce, dispèfante Dei prouiden-  
tia, rursus ei nouus constituitur pugnandi ordo. Agitur nanq; non longè postquam re-  
dierat, proprio consentiente monasterij Patre, vt nec multum longè dispar, id est, alter  
Augustinus, viuente prædecessore successor eligatur: nisi quòd ille episcopus fuerit, iste  
verò Abbatis loco subrogatus sit: vtriq; tamen perfecti dispensatores inueniuntur. Erat  
autem idem beatus præfati patris Augustini velut pedisequus, operum clarissimus imi-  
tator, satis acutus ingenio, voluntate promptus, eloquentia diues, dulcissimus affatu, au-  
ditorem tanto afficiens fructu, vt linguam eius vix aliud quàm calamū sancti Spiritus  
credere potuisset. Prædicationis eius officium lachrymæ commendabant, & cordis du-  
ritiam gemitus mollebat. Fluebat itaq; lachrymarū ab eo serotinus imber, quatenus  
mentes vberius semen fructificandi caperent, & cor audientium huiusmodi censu cha-  
ritatis amore mulceret. Vox eius plena viroris gratia, & omni constantia fortior vide-  
batur: ipse verò vultu corporeo nitens, plenus pinguedine sancti Spiritus credebatur.  
Erat autem, iuxta illud Horatij, quod magnis laudibus prædicatur,

Horat. 2.  
Sermo. Sa-  
tyra 7.

Fortis, & in seipso totus teres atque rotundus.

Fortis siquidem fide, constantia & virtute solidus intantum, vt nil trepidans, nihilq; du-  
bitans videretur, etiam si totus terrore anfractus orbis labretur. Veruntamè si aliqua  
terroris procella impulsus esset, aliquando spe superabat, aliquando verò ratione vince-  
bat: timor autem mundialis eum nusquam potuit subrigendo transfuerberare. Teres  
autem & rotundus idè in seipso, immò in Domino dicitur fuisse, quia non solum sibi-  
met virtutibus ac moribus aptabatur: verum etiam omnibus congruus erat, & amore  
dignissimus: intantum, vt omnia omnibus esset, & penè cunctis lucriferet. Erat siquidem  
carne nobilis, sed nobilior moribus: plenus Dei sapientia, sed opere non vacuus: pul-  
chra facie, sed fide ac sanctitate pulchrior: diues progenie, sed ditior almitate, quia pro-  
pago erat natus de propagine cæli.

Virtutum  
quadriga.  
Rotæ qua-  
drigæ.

Totus igitur nouo homine indutus erat, & quatum hinc mortalibus fas est, in intimo  
Domino recreatus. Equitatus eius, erat quadriga virtutum: rotæ verò quadrigæ illius,  
prudentia, iustitia, fortitudo & temperantia. Porrò prudentia tanta illi inerat, vt fons  
consilij

consilij ex eius animo manare videretur. Cernebat enim simul præterita, præsentia &  
futura: vt de singulis prævideret quid agendum, quidve sequendum Dei consilio mon-  
straretur. Iustitiam verò quantum sciat sit, testis est Francia, & omnia regna terra-  
rum, consultu sibi submissa: maximè tamè Italia, quæ sibi commissa fuerat, vt regnum  
& eius regem Pipinum iuniorum, ad statum Reip. & ad religionis cultum vtiliter, in stè  
atq; discretè honestius informaret: vbi tantam promeruit laudem, vt à quibusdam, ita  
vt fertur, non homo, sed pro virtute amoris, angelus prædicaretur. Fatetur enim, quòd  
nunquam in iudicio alicuius personam inspexerit: neque iuxta prouerbum vulgi,  
aureo pugno sit murus eius animi fractus. Solus, vt aiunt, potuit illæsus fluuiū transire  
Acherontis auari, & sine discrimine cecitatis ex Alpibus remeare per annos: Ante quem  
tremebat in promptu superborū altitudo, gloria batur humilitas mansuetorū. Depo-  
suit enim ilicò in ingressu omnem indè tyrannicam potestatem, qui velut prædones in-  
iqui in populo furebant, tantoq; audentius, quantum liciti auxiliabatur dominij iure.  
vndè & omnem terram pessima potestate vastabant. Primum ergò his pacem reddidit:  
deindè sua cuiq; pius arbiter iura restituit. Ergò tanta inerat ei sapientiæ virtus, vt pro  
virga censoris iudicis vteretur verbo, neq; moram faciens, sua cuiq; quæ iusta fuerant,  
designando. Fecit igitur, vt suum quique adimplerent officium, & nullius vsurparent  
alienum. Erat autem thesaurarius pauperum, viduarum patrimonium: Pater verò or-  
phanorum, mœrentium consolator: brachium infirmorum, & forte superbientium fla-  
grum. Veruntamè omnes de supercilio mentis artificioso deponerat ingenio, & nul-  
lum penitus frangebat, nisi quem conspiceret irreuocabilem esse.

Italia & Pi-  
pinus rex  
Adelhardi  
consilij in-  
formatur.  
virtutis  
amore.

Eius beni-  
gnitas in  
miseros.

Atq; ita virtute validus, mitis & mansuetus, Romanorum peruenit ad fines: vbi à  
domino Leone, tunc temporis Apostolico, tanto familiaritatis officio est susceptus, vt  
neminem constiterit Francorum antea suscepisse. Vndè nostrorū quidam narrant, sibi  
iocosè dixisse animo: France, inquit, scièdo scias, quia si te aliud inuenero, quàm te cre-  
do, non vltra necesse est Francorū aliquem huc venire, cui credere debeam. Quo pro-  
fectò patet, quantum pondus idem vir habuerit, cuius euacuatio fidei, Francorum ge-  
nus omne probauerit non credendum, cuiusve firmitatis fuerit. Sed quantum sit, pluri-  
mum prodit opera promissionis impleta: & testantur literæ, quas de hac, quæ inter ho-  
mines est tenenda fides, Clothario Imperatori nupèr direxit, inter reliqua ita dicens:  
Quid putas, inquit, o Princeps, si fides sæpè inter cruores & sequentium arma, etiã inter  
paganos tantum valuit, vt quisq; se comitteret alterius fidei sacramentis: quatum va-  
lere debeat foedus Christiani, in veritate promissum? Non te decipiat aliquis, obsecro,  
inquit, Imperator: quia fides cum contra aliquem violatur, nõ homo, sed Deus testis &  
veritas in ea contemnitur. Talibus dictis proculdubio liquet, quòd facilius fuerit, ferri  
violari vincula, quàm huius viri fidei contaminari promissa, præsertim cum in eius pe-  
ctore nil toto, nisi fons veritatis & mera simplicitas radiabat. Quem si diligenter inspi-  
ceres, erat in eo animus sigillo Christi impressus: idè in nullò penitus corrumpi pote-  
rat. Animus verò eius erat velut hortus paradisi, fidei muro conclusus, vniuersarū con-  
situs virtutum generibus. Huius viri imitabatur humilitatem, istius lenitatem: sequeba-  
tur autem alterius parsimoniam victum, & mediocrem vestimentorum habitum: Illius  
quoq; habebat patientiam, huius verò mansuetudinem. Cum frequèti autem suspirio  
tale mihi verbū pietatis ore dicebat: Super quem requiescam, nisi super humilè & qui-  
etū, ac tremèntè sermones meos? Tu nõsti bone Iesu, vt quid talia sibi sedulo replicabat  
mentis affectu: habebat enim sibi distinctè & appositè ad persuadendam hominibus san-  
ctitatem: vniuersa tua præcepta sibi commissa animo tenebat, & indè conferebat secum,  
habens tuorum dicta mandatorum suos ante oculos, atq; ita omnium sanctorū vitas  
vno mentis intuitu considerabat, quorum sedulo ruminabat virtutū exempla, vt ex his  
omnibus vnus colligeret virum perfectū, Deo plenū, & religionis officio decoratum.

Eius literæ  
ad Clothar-  
ium Im-  
peratorem.  
Promissorū  
eius fides &  
constantia.

Esa. 66.

Scribit nanq; Tullius, rex eloquentiæ Latinæ, in lib. 2. de inuentione rhetoriæ artis,  
his verbis: Croniatæ quondam, cum florerent omnibus copijs, & in Italia cum primis  
beati numerarentur, templum Iunonis, quod religiosissimè colebant, egregijs picturis  
locupletare voluerunt. Itaque Heraclæotem Xeuim qui tum longè cæteris excellere  
pictoribus existimabatur, magno precio conductum adhibuerunt. Is, vt excellentè mu-  
liebris formæ pulchritudinem muta in sese imago cõtineret, Helenæ se pingere simu-  
lacrum velle dixit: atq; ilicò quæsiuit ab eis, quænam virgines formosas haberent. Illi

In ipso 2.  
libri exora-  
tio.





Quòd si inter mundi discrimina huc illucq; pro Ecclesiæ negotio occupatus esset, instituta tamen regulæ minimè descrebat: sed pro lectiōe vacabat stertibus, & pro reliquis officijs, mentis iubilo Domino famulabatur. Nouerant igitur omnes sui comites & itineris socij, nolle eum, vt continuè sibi appropinquaret: idcirco procùl ab eo gradiebantur, quatenùs ille soli Deo vacaret. Venerat enim illi iam tempus, vt neque in monte, neq; in Hierosolymis, & vt ita dicam, neq; in aliquo loco, sed vt in spiritu & veritate adoraret Patrem. Templum autem eiusdem spiritùs, suam fecerat animam, veritatishabitaculum. Idcirco vt mihi visum est, totus vbiq; secum, torusq; cum Deo erat, ac sollicitus cum eo gradiebatur. Indè erat, quòd profectò semper hilaris, semperq; mitis ac lætus inueniebatur: indè, quòd tam patiens, tam longanimis, tamq; benignus in omnibus habebatur. Erat enim filius pacis, charitatisq; catena, vt fraterna sibi viscera inuicem cohererent. Nouit hoc Spoletum & Beneuentum: qui cùm hostili gladio se inuicem indefinenter caderent, factum est, vt idem vir beatus illuc vsq; ob hoc pro Spoletu & Beneuentum intraret. Porro ibi cùm esset, inter eos tantam restituit pacem, vt vsq; hodiè connexi & confederati, sibi mutuo in pace Christi cohererant. Vndè non solum apud eos, sed etiam apud Græcos & omnes maris insulas nimiam promeruit amoris gratiam, atq; famam virtutis. Perpendebat autem in hoc dissidio, quòd vtriq; Christiani & fratres essent: neq; censuit eos ita Deo placere posse, vt tanta cruentarentur cæde, & suarum prædas facultatum facerent: Quia omnis, inquit Apostolus, qui odit fratrem suum, homicida est: & scimus, quòd omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. Vndè se medium inter eos pius Pater iniicit, & quam diabolus pacem Christi violauerat, sanè ad plenum restituit. Igitur in huiusmodi negotio infatigabilis videbatur, & pro iustitia certator eximius.

Vndè factum est, cùm Imperator Carolus diem vitæ fecisset extremum, & Ludouicus proles eius Augustus successisset in regnū, vt diaboli agere inuidia, in eo veritas prauorū rursus solitis ageretur insidijs. Nec noui aliquid: quia apud improbos semper inimica veritas fuisse cõperitur, & iustitia stultorū criminibus lacerata. Iam enim annofa peruersorum improbitas, iuxta illud Platonis, beatas & felices Respublicas esse ingemiscebat, si eas studiosi sapientiæ regerent, vel si earum rectores studere sapientiæ contigisset. Vndè dolo accensū atq; inuidia, excogitauerunt quomodo ceu Danielem ex Regis latere amouerent, vt iustitia vltimè non habendo defensorem, statum suū amitteret: & iniquitas suis percepta fraudibus, locum dominandi reciperet. Noueras enim omnium animarum Deus inspector, qui hoc consilium illius cordi inseruèras, vt Regis & Ecclesiæ cederet iussioibus, quòd non nisi ob commune omnium bonorum studium hoc fecerat: videlicet vt libertas, potentiorum tyrānie releuata, propensius Domino militaret, & vniuersarum iure laudes Ecclesiarum deuotius Domino redderentur. Sed Deus, qui suos ad altiora semper inuitat, voluit hūc virū manifestius approbare, quantusq; esset in aduersis, ostēdere: vt qui tātus Deo victor in prosperis triumphabat, in aduersis etiā triumpharet: Vt quia iā gratia Dei septem Euangelij beatitudines, vita & moribus sibi acquiserat, octauam quæ supererat, operibus adimpleret: Beati, inquit Euangelij, qui persecutionē patiūtur propter iustitiā, quoniā ipsorū est regnū celorū.

Passus est igitur idē malignorū supercilio, & accusatus fraude humanitatis, qui amore iustitiæ ac veritatis in prõptu nil sibi tutū seruauerat, nisi se pro ea vsq; ad mortē modis omnibus tradidisset. Nunq̄ enim timore occuluerat veritatē, nunq̄ mendaciū locū habere cõcesserat: sed miseros obiecta veri puritate clemēter tegebat, quos præsertim auaritia & crudelis imperitorū vexabat ignauia. Vndè cùm cecitas iniquorū dolosius aranearū relas, q̄ cautiùs venādi retia texuisset, noluit ante faciē apparere, nè fortè prauitatis turpitudine, iustitia relucēte, foediùs mōstraretur. Quo factū est, vt sine accusatore, sine cõgressu, necnō sine audiētia atq; sine iudicio iustitia plederetur in eo. Qui pulsus præsentibus bonis, dignitate exutus, vulgi existimatione scēdatus, ob beneficiū Reipublicæ exiliū tulit. Sed q̄ ceca & stulta peruersorū calliditas fuit? Cogitabant enim inscere bonorū semper & cōmaculare virtutis famā, ob dignitatis ambitionē: præsertim cùm eo magis alterius torquēatur gloria, quo nolūt assequi eā, qua clari nominis honore digni habeantur. Sed si Deus pro nobis, quis cõtra nos? Ergò mentiti sunt se posse polluere decus ac felicitatē eorū, qui sua in celū facultatum tulerūt præsidia. Illic enim neq; fures effodiūt, nec furātur. Nemo enim aliquid habet post Deū seipso preciosius: & idè

Nō hoc dicatur, quòd loca sacra contempe- rit, sed quòd etiā in itinere cõstitus, animū semper habuerit Deo cõiun- ctissimum.

1. Ioan. 3.

Dan. 6.

Matth. 5.

Vir sanctus præter meritum, exulare iubetur.

Roma. 8.

Matth. 6.

idè qui semetipsum benè operando custodit, necesse est se totum & Deum possideat. nunquam se suo vacuare honore, ac facultatum precio, quo nihil ditius est, priuari poterit, si se quisque extra se non proiecerit.

Preciosissimum ergò genus possessionis est virtutum decus, quibus nihil grauiùs acquiritur, nil suauius amando percipitur, nil feliciùs possideretur. Hunc thesaurum sibi senex noster laborando quæserat, quærendo feliciùs adinuenit, inuentum autem, quocunquè iret, secum possidendo ferebat. Atque ita quanto exoccupatus rebus mundi fuerat, tanto suæ possessioni intentus, hincindè locupletius & se caelo restituebat. Noueras iam impudens concupiscentiæ quæstus, quia miles Christi non tuis tenebatur vinculis, neque tua obfuscabatur caligine: sed celsa præfidens charitatis arce, mundum quasi sub pedibus suo liberalitatis dominio subiugarat. Idcirco non quocunquè inuidentium zelus, sed quòd Dei agebat Spiritus, quasi ad epulas inuitatus, satis admodum vltro neus ibat. Dic, quæso, misera mundi cupiditas, quid inanibus gaudijs raperis? Quid externa bona, & momentaneum luxum pro æternis vitæ delicijs ample- xaris? Noueris, quòd nunquam tua facies esse, quæ à te natura rerum fecit aliena. Quòd si naturæ satisfacere quæris, scito quia parum est quod requirit. Quòd si cupiditatis luxui nil satis esse poterit, o misera mortalium præsumptio, & temeraria virtutum imitatrix cupido, vt quid tantis immergeris fluctibus? Quid mortis æternæ præoccuparis casibus? Vt quid vltra te inconsultè transcendis, cùm indè, si quid esse potuisses, torum amittas? Ecce cum iustitia & veritate bellum te semper habuisse nouimus: & indè est igitur, quòd adhuc liuore torqueris. Tu primò mundum in Abel fratricidio cruentasti: Deindè per omne tempus sanctorum millia iniquitatis gladio trucidasti, & quod sceleratissimum est, Dominum cupiditatis precio vendidisti. Porro adhuc vincendo vinceris, quæ iam sanctorum pedibus conculcāris. Quare non audis infelix aduersum te sanctorum querimonias, sub altari Dei clamantes: Vindica Domine sanguinem nostrum? Fortè cogitas, quòd in isto sanguinem non fuderis, idè te excusatum iri, Fateor planè, quia mentita est iniquitas sibi. Audisne dicentem Dominum, Mihi vindictam, & ego retribuam? Sed quod tu excogitaueras improuise, vt senem nostrum terrarum sedibus exulare cogeres, Dominus eius hoc vsus est ad coronam: Igitur more solito tuum cæcitas malum, conuertit in alterius bonum. Ecce rursus ponitur aurum in fornace: ecce tentationis igne probatur: Tunditur ac limatur igitur, vt speciosum vas, in honorem formatum, possit clariùs renitère. Sed distm præfens quisque talium contemplatur rerum euentum, fortassis censet, iuxta illud Vergilij,

Nec curare deum mortalia quenquam.

Eclog. 8.

Iustus enim aliquando ecce in sua perit iustitia, calumniantium fraude perimitur, & prauus sibi quisque vendicat sapientiæ laudem. Veruntamen vtrarumque rerum finem rei probauit euentus.

Interim verò senex noster, sapientiā probus, mittitur quasi vnus ex ignobilibus ad Heri insulam. Missus verò illuc, omni humano priuatus honore, sed caelesti interim vndiquè vallo fulcitur. Dissoluitur autem ad tempus quàm felix quadriga germanitatis, in modum illius Ezechielis coniuncta: super quos Iesus, lorica virtutum succinctus, decentissimè præsidebat. Erant igitur quinque vnusque viri semine propagati: quorum trium Imperator Augustus familiari vsus consilio, vnà secum fundabili quadratura Francorum imperium satis admodum dispositum regebat, Reipublicæ augmentatum. De his nanque equis Habacuc non incongruè Domino cecinerat, dicens: Qui ascendes super equos tuos, & equitatio tua salus. Quorum quidem impar cursus, sed par animus ad palmam in primordio ferebatur. Porro iam deinceps præsidente eis spiritu sancto, æquo voto in his vnum propositum consummatur: qui primò quidem discoloreres videbantur equi currere, sed voluntate concordēs: postremò verò, vt B. Hieronymus ait, vnum aurige iugum trahunt equa ceruice, & proposito pares, non expectantes flagelli verbera, sed ad hæc vocis Christi hortamenta ita feruentes, vt magistri ac duces exercitui fierent sanctitatis. Erat autem maior natus, senex noster sanctissimus, ætate ac gratia Domino consecratus: maturior consilio, eximior omnibus sanctitate. Deindè Vuala viro clarissimus, qui ei successit postea monachorū pater eximius: tūc temporis primus inter primos, & cunctis amabilior vnus: nimia familiaritate Regi inhærens, & maxima præfecturæ dignitate subiectus: in senatu clarior cūctis, in militia verò

Preciosissimæ opes, virtutes.

In cecā cupiditatem.

Gen. 4.

Matth. 26.

Apoc. 6.

Deut. 32.

Roma. 12.

Ezech. 1.

Habac. 3.

Hierony. Epistolæ 26. ad Pammachium.

Hunc quidam Vualachum vocant.

pru-



prudenti animo fortior vniuersis. Quem tanta laus sequebatur in omni vitæ negotio, vt longè plus cenferetur amore posse, quàm omnium fastus etiam & tyrannis reliquorum. Erat enim iustitiæ custos, & decus honestatis, oppressorum quoque iustus oppressor.

Oppressorū id est, qui alios opprimerent.

Tertullian. libro de Pudicitia.

Quibus inherebat ex latere sexu soror Gundrada, nomine dispar, sed virtutibus proculdubio compar, fratribus assiduitate præfens: siquidem virgo familiarior Regi, nobilium nobilissima, quæ inter Venereos Palatij ardores, & iuuenum venustates, etiam inter mulcentia deliciarum, & inter omnia libidinis blandimenta, sola meruit (vt credimus) reportare pudicitia palmam, & potuit, vt dicitur, carnis spurcitas illafo calle transire. Pudicitia, inquam, scepra secum tenuit: quia prorsus sibi locupletius fore credidit integritatem seruasse carnis, quàm roseos castitatum flores violare. Est autem pudicitia virtus, (qua feliciter, vt probatur, coronari meruit) velut Tertullianus facundissimus ait, flos morum, honor corporum, decor sexuum, integritas sanguinis, fides generis, fundamentum sanctitatis, præiudicium omnis bonæ mentis, ac deinde, Quamquam rara, inquit, nec facile perfecta, vixque perpetua. Huiuscemodi igitur Christi famula inter omnia castitatis discrimina delegit experere campum certaminis, & meruit triumphum vitæ obtinere pudoris. Reliqui verò duo, videlicet Bernarius noster, & Theodrada soror eius Deo deuota, quæ iam reddito fructu nuptiarum, secundum castimoniam gradum arripuerat, ad pedes Iesu cum Maria domi sedebant: illa quidem Successione Sanctimonialium regens vitam: iste verò Christi discipulatus nobiscum habens formam: Vtrique tamen ad vnum brauium supernæ vocationis currere festinabant.

Video igitur in hoc eorum quinario numero dulci, sonum vtriusque partibus reuolutum personare musicum, & ad aliquid harmoniæ horum quantitates concinere. Porro si primùm inspicias viros, & secundò duas sorores: erit diapente Græcum, & proportio sesquialtera quantitatibus. Tres enim duplum medietate sui ad aliquid vincunt: & concinit vnus, videlicet beatus senex noster, inter duos & duas: atque ita mellis tuam musicæ symphoniam artis, & pyramidem, Geometrica disciplinæ formam, reddunt. Sed quod operatur vnus, id est, Adelhardus senex inter quatuor, vt bene concinant: hoc verò is idem supereminens, vt in modum ignis quadrati, caelestis patriæ amore ardeant, inuitat. Alioquin si respicias eos in negotio Reipublicæ prælatos, erunt rursus tres publicis, velut Martha, mancipati officijs: & duo ad pedes Iesu intenti tantum, vt audiant verbum. Atque ita medius est pater noster senex: qui inter vtriusque vitas, actiuam scilicet & contemplatiuam, interim mediè temperatus incedit. Denique si eos rursus diligenter attendis, tres eorum sunt siquidem, qui continentia triumphum fortiuntur: & duo, qui primùm castum meditantur connubium: ad postremum verò, vtrique par iugum monasticæ disciplinæ trahunt. In omnibus igitur vestiti duplicibus, in omnibus consoni & concordēs atque concolores prædicantur. Conspicio quidem eos cum Benjamin singulos inter Patriarchas quinque indutos stolis: sed à Iesu nostro veste simpliciter nuptiali postmodum gloriosius decorari. Contueor autem quinque talenta credita: sed his omnibus vnum præmium lego superappensum. Qui cum ita his auidius in inuicem, pro se & omnibus decertarent, venit inuidia ventus, & dispersit eos procul ab inuicem, in quibus præsertim florebat totius regni decus: vt & ipsi probati manifesti fierent, & ad quos deuenirent, eorum virtutibus fulcerentur. At verò Corbeia tunc, multorum quoque ore iamdiu laudata, moerens ac flens, cum de tanto viduata patrono lugeret, in consolationem sui meruit suscipere Vualam clarissimum virum, inter reliquos, quos habebat nobiles, velut tyro-nem Christi, quem postea post decessum fratris, vice Christi gaudens sibi exultat patrem habere. O prouidentia Dei, & parati oculi discurrere in omnem terram, attingens à fine vsque ad finem fortiter, disponensque omnia suaviter, quàm incomprehensibilia sunt opera & iudicia tua vniuersa: qui cæcitate humana vteris inæstimabili lucis consilio. flagellas enim ad tempus filios, quos coronare disponis. Inde igitur est, mi Pater omnipotens, quod Bernarius noster Lirinum remittitur: Vuala verò tuus in Corbeia, vt dixi, tyro recipitur. Qui deponens militiæ cingulum, vt te totum veste sanctitatis indueret, arripuit primùm tyrocinia paradisi, vt consummaret in se mensuram Christi. Theodrada nanque quasi innocens sub sancta professione Successione relinqu-

Genes. 45. Math. 25.

Ventus inuidia.

Vuala, siue Vualachus amplectitur vitam monasticam. Zach. 4. Sap. 8. Rom. 11.

tur. Porro præfata Gundrada ad S. Radegundem quondam Reginam mittitur idcirco, vt cui communicauerat ex parte florens inter palatij discrimina, imitaretur virtutum eius insignia, & cum ea die noctuque Deum exorans, de se suisque, interim consolationem obsecrando reciperet.

Sed cum iidem quasi ex honorati secedunt à palatio, procedit senex noster quasi ad epulas inuitatus, inter eos, vt aiunt, fortis fide, mente alacer, conscius puritate. Agebat nanque gratias, quòd dignus inuentus fuerit pro veritate contumeliarum pati. Deinde nunc fratrem osculo deliniens lachrymantem, nunc sororem blanditijs & sanctorum afficiens horramentis, amicis persuadens mentis fortitudinem, proceribus verò palatij exhibens virtutum exempla, porro in omnibus mirabilem mentis suæ constantiam demonstrabat: ita vt quidam Archiepiscoporum duo flentes ab eo regressi, vt fertur, Imperatori Augusto interroganti dicerent: Quid putas, inquit, o Imperator? Nunquid vindicare te cupis hunc virum ex honorando, & qualibet terrarum parte eum exulare iubendo? Fatemur planè, quòd nunquam ei gaudium huic simile facere potuisses, quo nunc ei probata patientia cælitus condonatur: præsertim cum hodiè sibi nimum gratulatur, pristinam in Christo recipere libertatem. Vnde scias, quòd nunquam lætior, nunquam iucundior à nobis visus est aliquando. Itaque ad nullum ferentis, spe sancta subnixus, pauet occursum, neque eum vllus hinc penetrat dolor. Quod audiens Imperator, pudore suffusus doluit se fecisse, quod iam ruboris erat inhibere. At verò pius Christi famulus hoc Cæsari quasi pro crimine imputantibus aiebat, dicens: Nolite, quæso, fratres mei, nolite attendere, quasi quod de nobis agitur, in hominis sit potestate. Fateorem enim, etiamsi idem aliud delegerit, quàm quod à Deo semel prolatum est, non posse penitus retractari, nisi primùm hoc opere compleatur: neque possunt compleri disposita, si non idem annuerit. Idcirco moneo vos, charissimi, attendite Deum in nobis, licet per cuius non optassem manus, voluntatem suam explere: quia secundum Iob, cum ista expleuerit, talia ei præsto & quamplura sunt alia. Alioquin cum expletum fuerit, quod præfixum est, non quod in istius erit voluntate, sed prout suo elemente annuerit nutu, quandoque reuocabimur. Interim verò, quæso, parcite à Deo collato nobis principi, quòd non sua quodammodo, sed Domini Dei nostri, cui peccauimus, interdum vitur voluntate. Cæterum iuxta B. David vocem, si Dominus incitat eum aduersum nos, precor suppliciter exorate, vt sacrificium humilitatis nostræ odoretur, & suos suscipiat poenitentes: in omnibus ita tamen, vt eius fiat voluntas. Ecce quanta & quàm immobilis patientia illi inhæserat, quanta doctrina, quantaque viscera pietatis. Igitur inter omnia hæc, & inter omnium voces gementium, & lachrymarum alloquia, medius de se consolator erat & persuasor virtutum.

Erat enim quasi speculum sanctitatis, & inter omnium querimonias irrogantium iura caudicus. Dic, rogo, quis tunc vel saxum pectus habens, non fletet? Quis præcisus vel de silice, non doleret? Aut quis vel ferreis continere se poterat oculis, nè lugeret? maximè ea hora, cum omnes vna voce plangendo clamarent: Pessima cæcitas malumque consilium, vt fons consilij, in exilium deportetur. Istud, inquit, non recuperabitur, neque Francorum quisquam ei similis, tantusque charitatis ac veritatis inuenietur assertor. Planè fatemur, quia pessima fraus, & callidus hic est veneni dolus. Ecce quàm iniquissimum instat tempus, dum iusti & boni ex honorantur viri, & nemo est qui interdicat. Quid igitur, putas, erit de nobis? Ecce, aiunt, tollitur prauitatis interdictor, & quis vltra iustitiæ locus erit? quæ consilij sanitas? præsertim cum omnes sua quarant. Nemo igitur Reipub. sed pessimè sibi quisque consulit, consilium pro muneribus venditur, sequuntur retributiones, propria lucra considerant. His & huiuscemodi querimoniarum vocibus vsi, generaliter omnium corda, singulorum fletibus ingemiscere cogebantur. Ignorabant ergò, quòd Dei occulto iudicio factum sit, vt senex noster mala cum fierent nè videret, & poena peccati interim in quosdam liberius desequiret. Tunc itaque quasi ei hoc solùm deesset, quod primùm concupuerat, Domino dispensante, ab humano pellitur orbe: & credimus, quod cælestibus passus sit sacramentis, vt cui vetitum erat solum terrarum cernere, Ioannis exemplo caelestis patriæ inquisitor fieret. Quid putas? nunquid Deus obliuisci poterat, quòd primùm contra eius decreti voluntatem tali eum ab officio retardarat? Sed nunc fortassis ideò ei votum dicitur.

Constantia & inuicta virtus S. Adelhardi.

Excusatio Imperatoris contra se sententiam.

Iob 23.

1. Reg. 26.

Plangunt omnes iniquum S. Adelhardi exilium.

desideratum conceditur, quasi vt quem prius Deus labore huiusce honoris læferat, tandem posterius concessu operis deliniret: & quem vel tenuis pulueris inter huius mundi discrimina maculæ sordidassent, angelico assuefactus consortio, fontibus lachrymarum ablueret. Quod factum proculdubio creditur, vt septem annis, qui & ad hoc sacratu est numerus, sancto ibidem Spiritu ageretur, si quo modo septiformem eiusdem Spiritus gratiam ex integro accipere meruisset. Alioquin non talis ac tanta fuisset collata virtutum fama, nisi quia diuino arbitrio conuentum est, vt qui penè omnibus Europæ partibus iam clarus inerat, etiam Aquitanix solum extremis finibus illustraret: vt qui sibi pollebat vbiq; sanctitatis nomine, illuc vsque cum cæcis clariùs redderetur, ac deinde vbiq; fultus Dei auxilio, præmijs meritorum vberius abundaret.

Huiusce rei testes idonei sunt & assertores sancti fratres, inter quos idem beatus, vt ipsi fatentur, vita angelica per septennium visus est habitasse. Quos fratres idem ad omnia, quæ Dei sunt, sancta deuotionis flamma mouebat: quoniam tanta charitatis virtus in eo erat, vt omnibus se posset influere, & suo eos amore in Dei causa firmiter solidare. Dei quippe altissima virtus asperos ei quosque secundabat vbiq; casus, quæ tribus pueris medium fornacis fecerat tanquam spiritum roris flantem. Vnde nec procellis allidebatur, neque vi ventorum impingebatur. Christi enim erat fundatus amore. Et vt cum Apostolo dicam, Quis eum separaret à charitate Christi? tribulatio, an persecutio, an fames, an nuditas, an gladius? Verè, vt euidentius loquar, neque mors, neque vita, neque instantia, neque futura, sed neque vlla creatura poterat eum separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. Fundati enim erant pedes eius supra petram, & ideo non poterat commoueri. Vnde cognoscetes eum beati viri, inter quos quasi sub custodia degere primùm videbatur, cœperunt magno eius amore inardescere, & nimium cum venerari: non ob regix quidem propinquitatis honorem, sed pro venustate morum, & sapientix documentis, nec non & pro sublimitate virtutum, in tanto cum honore præferentes, vt etiam eiusdem loci pater, & omne illud collegium tractarent, & obedirent ei in omnibus, prout is semel ore aliquid protulisset. Tu enim hæc omnia Deus Pater incomprehensibilis, tuo disponebas nutu, vt & deuotus tuus famulus tandem aliquando diu optato potiretur ocio, & deuoti milites tui eius fulcirentur consilio. Vacabat igitur illic iam cælesti sabbato, fruitione perenni, & gustauit, quam suauis sit Dominus. Vnde quàm immensæ laudes & gratiarum actiones ibidem eius resonarent ab ore, puto, nemo est qui possit ad plenum edicere. Siquidem erat ei felix illa habitatio in modum paradisi, ex quo serpentis inuidiâ primus eiectus est homo. Et mirabilis satis admodum ordo, ille quidem proiectus inde, confusione tegitur: iste verò eiusdem suafu quasi reuectus, ibidem gloriatur, eò quòd iam consortio fruetur angelico. Erat igitur ei, vt quidam Poëtarum eximius ait,

Verg. 2.  
Georgic.

Exilium  
mutatur  
in paradisi-  
sum.

Apoc. 2.  
Gula & li-  
bido sociæ.

Vergil. 3.  
Ecloga.

Quàm secura quies, & nescia fallere vita,  
Diues opum variarum, & latis ocia fundis.  
Atque ita nimium iucundus, inter mulcentia sanctitatis ocialatatur, quasi inter florigera paradisi amœna: nec dubium veritatis odio cum B. Ioanne ad eò vsque exilio deputatus, sicut venerabilis Beda presbyter ait. Quin licuit cernere fluctuagras vbiq; mundi rotas, & Babylonis ac Hierosolymorum mixtim configere castra, hinc inde vicibus tela atque fugam capi. Inde erat, mi pater omnipotens Deus, quòd tuus athleta tantum pro discrimine huius vitæ flens lugebat, ac dolore suffusus, nimio lamento gemebat, rogans ac petens præsertim, vt suorum parceres hostium cæcitati. Videbat enim & providebat iam senex Pater, hoc in tempore miseram humani generis vitam delicias eneruari, & Iezabel Propheten se dicere, & seducere seruos Dei, fornicari & manducare de idolo thytis, ventris ingluuiem sequi, & libidine coronari. Quia, inquam, monstrum videri posset, si gula sine luxu, aut luxu sine gula regnaret. Heu quàm misera conditio ventris, qui talium affinitate partium coharens, vtroque cluditur sine, & malæ felicitatis fastu casto vestitur honore. Vnde, quanuis voce Poëtica vtar, moneo, vt vos qui legitis flores, & humi nascentia fraga, hinc fugite, quoniam serpens his visibus latet. At verò præfatus senex interim eos flere non cessabat, quos auiditate ditescendi velut quasdam aues nox illuminat, & dies cæcat: Qui dum non dispositionem Dei, sed suos intuentur affectus, licentiam vel impunitatem scelerum, omnino pu-

nò putant esse felicem. Sed eorum interdum immanitate flagitij, cælesti viro beneficia cumulantur intantum, vt omne sibi gaudium æstimaret ad futurum, dum tentatione ad victoriam functus sit inuidorum. Idcirco quocunq; se verteret, proficiens vltra atque crescens ibat.

Gaudebat ergò, vt Dei in ipso compleretur voluntas, quia totus Deo subiectus esse parabatur. Aiebat nanque inter reliqua patientiæ suæ verba, de suo quarrenti exulatu, ouium se velle imitari simplicitatis exemplum, & instar leporis mutationem loci non curare. Ouis enim, dicebat, propter aliorum caloris indumentum, suo sine inuidiæ zelo nudatur vellere: & de sui indumentis exuiijs, alterius fouetur nuditas. Ità si quidem & in me aliquid si est vtilitatis prudens opus, velim vt quilibet id gratis sine meo percipiat quæstu. Atque ita si fuero huc illucque, addebat, pro insidiantis impulsu more leporis fugatus, neque locum quietis, cui dudum prorsus infederam, cum mœrore relinquo, neque ad quem propellor, cum amore teneo. Nostra autem conuersatio in cælis esse creditur: idcirco quæ sursum sunt sapimus, & non quæ super terram. Mortui enim fumus cum Christo, & vita nostra cum eo in cælis est abscondita: vt cum Christus apparuerit vita nostra, tunc & nos simul cum eo appareamus in gloria. His & huiusmodi verbis ad petram, quæ Christus est, fratrum animos solidabat: vt quia inter fluctus marinos extra mundum positi videbantur, spe, quam velut ancoram habemus, cælo profundius firmarentur.

Quibus paterna ex acie per septennium ita discretionem virtutum vallatis, factum est Domino annuente, vt sui exulatus iam finem faceret, & clarior proprijs honoribus redderetur. Proprijs ergò dico, quòd meritò sibi competere, & idem summum paternitatis officium meritis illustraret. Alioquin honoribus dixi reddendum, quem proprius meritorum honor vbiq; & sapientia decorabat: non quòd amiserit, quo reuerentia dignus censeri posset, sed æstimatione vulgi priuatus honoris officio, quantum in ipsis fuit, dignitatum fascibus redderetur. Cæterum ex honorari, sicut consulta veritas patefacit, non poterat, quem cælestis gratia illustrabat: præsertim cum indebitus honor potius turpet insipientem, dum summis sedibus inlascit, quàm decorer: quia minus eius dedecus patuisset, si non altis sublimaretur officijs: quòd velut struma, vt quidam ait, in superficie cutis eminet, vnde indignius prælatus videri possit. Sed senex nosler non tam alienis quàm proprijs meritorum honoribus vbiq; ab omnibus veneratur, ab omnibus interim dignus honore censetur. Veruntamen quia improbos, vt dixi, dignitas reuerendos nequit facere, dum pluribus eos offendet, sed despectiores, immò indignos eadem dignitas facit. Cæterum senem nostrum tanta præditum dignitatis magnificentia fuisse constat, vt non solum per sublimitatis gradus illum contingeret videri honoratum: sed quia multo erat fultus consilio, idcirco etiam inter ignotos nimium videretur honorabilis.

Quo factum est, vt peracto tempore cum summo tandem reuocaretur obsequio, vt pristinam reciperet dignitatem, passim omnibus exultantibus & congratulantibus penè cunctis. Vnde lætitiæ voces hinc inde ad cælum vsque tollebantur. Gratulabantur monachorum cœnobis, resultabat iucunditate Clerus ecclesiarum, vulgi quoque gaudia vbiq; ridebant. Factus est autem concursus populi, quasi si in communi omnium festo, cæli præconio insignis redderetur. Fratres autem, cum quibus interim degerat, audito suæ regressionis die, cœperunt profecto contristari & mœsti esse, atque quodammodò gratulari: contraque præ nimio amore, ingenti animo lachrymabant: lachrymando quoque, vix eum dimittere cogebantur. Inter quos virtute venerabilis Ragnardus, qui postea abbas eligitur, præcipuo seruebat mentis spiritu, flens mœrore animi, & flendo quoque lætabatur. Lætabatur quidem, quia veritatis amator locum taxati meriti receperat: sed dolebat valde, quòd tanti viri presentia priuabatur. Vnde factum est, vt cum pius Dei cultor iam iamque inde abiret, & omnes fratres ardenti animo eius vestigia gressusque osculando lachrymis abluerent, eique valedicerent, præfatus vir Dei domi intra lachrymarum cubicula sese reciperet, nè proficiscentem videret, quem plus quàm se manere secum vellet, pro quo mori etiam proculdubio paratus esset. Sed cum senex eum multum diuque expectando requireret, inuentus est in quodam obscuritatis loco flens & eiulans, multa que trahens suspiria. Qui cum vocatus esset, vt seni valediceret, illeque nollet exire, precatus est internuncios, nè

H cum

Exilium  
eius septenn  
ne.

Sancta eius  
in exilio  
vita.

Dan. 3.

Rom. 8.

Quantope-  
re eum &  
amârunt  
& sanctum,  
coluerint,  
apud quos  
exul dege-  
bat.

Magna ani-  
mi in san-  
cto viro li-  
beras.

Philip 3.  
Colof. 3.

Honor im-  
probos de-  
turpat ma-  
gis.

Renocatur  
vir sanctus  
ab exilio,  
cunctis gra-  
tulantibus.

Dolet eius  
abitus fra-  
tribus, apud  
quos exula-  
rat.

eum ibi plorantem detegerent. Quod audiens charitas sancti viri, redigitur iam de nauis, nè fratrem, quem sanctum nouerat, in osculatum omitteret. Veniente autem ad eum sancto sene, coepit idem magnis vocibus in clamare ac dicere: Quid hinc quaesisti felix Pater, vel cur te mihi nunc ostendere voluisti? Testem, inquit, Deum habeo, quia mallem te hic mortuum sepelire, quam, me relicto, hinc viuus abires. Tunc omnes fratres & famuli magnis eum prosequuntur stertibus: leuantur vela, tandem remigia impelluntur: dant omnes gemitum, & ad litus eousque expectant, quandiu eum possent conspiceret. Feruebat verò vnus in eis spiritus amoris: & idè non se poterant continere.

Ille verò solutis carnis quidem, non cordis, ad spectibus, longa corporis attenuatus macie, tandem peruenit ad palatium. Vbi suscepto eo ambitiosè ab omnibus, quaesitum est, quomodo ei celsitudo Regia satisfaceret: quia timebant pro tanti viri iniuria, futurum discrimen incurrere. Tunc beatus senex videns pudore animi talia meditantem, proruit ad medium, & verecundam Regis mentem blandis delinuit affatibus. Persuasit autem, nil eum de huiusmodi facto in animo retinere, sed omnia Dei iudicio deputare debere. Interea, tum eodem cogente Principe, compellitur recipere suum sanctae vitae coenobium, flagrantibus filiis suis, vt cum saltem quocunque modo recipere meruissent. Ad quos cum aduenisset diu desideratus, vt pijs eorum complecteretur iam iamque amplexibus, vexabat eum salutis inimica febris, ita vt gemini affectus singulorum animos fauciant. Pugnat siquidem in singulis moror compassionis, & laetitiae feror: eò quòd viderent membra charissimi viri saeuissimè laniari, pro quo libenti animo etiam vitae quam fortes dispendium sustinerent. Vincebat autem omnes, nunc iucunditatis magnitudo, nunc lachrymarum effusio, & extollabant simul mixtè vsque ad caelum letitiae laudes, vt in eo Dominum illuc aduenisse nullus ambigeret, cui ita suscepto congratulantur omnes, idemque benignè allocutus est vniuersos.

Sed cum ibidem aliquantisper dulciter quieuisset, charitatis officio iucundatus, iterum ab Augusto gloriosus accersitur, & redit ad palatium. Vbi cum introisset, velut quidam ait, virtutum radijs illustratus, quia venit Titan, marcescit sidera. Apparuit autem illicò nudata insipientia, quae tegebatur pallio caliginis, & factus est stupor nimis, quis Senatum populi ad tantam ineptiam deduxisset. Qui, comperto non parum eos inuidia fuisse delusos, duxerunt in irritum, penè quicquid per hoc tempus, vt eis visum est, argumentosè tractauerant. Soluitur itaque ceu multorum captiuitas, eorum maximè, qui ex Regio pollebant semine: redditur in vno libertas omnibus, quocunque in loco tenerentur, nisi quos vità prius mors priuauerat. Tum deinde quorundam tonsura, propter furoris sequitiam illata, transit ad coronam, & dant Deo spontè, quod dudum inuiti quasi ad ignominiam susceperant. Quid plura? Ipse gloriosus Imperator publicam ex nonnullis suis reatibus poenitentiam suscipiens, factus est omnium humilissimus, qui quasi Regali elatione sibi pessimus per suasor fuerat: vt quorum oculi offenderant in delicto, satisfactione Regia sanarentur, praesertim quòd eius velle cunctos considerare, eiusque nolle conspiceret, manifestum non ambigitur. Sed nisi reuersus esset veritatis assertor, interea minimè patuisset, quo lethargico spiritu premerentur. Vnde etiam matura senectus cecitatis eorum vulnere, Christi antidoto mederi persuadendo curabat.

Ac deinde studuit, vt iustitiae virtus & sapientiae suas reciperent sedes: vt vnusquisque sibi seruaret commissum negocium, & sua cuique largirentur iura. Porro nouitates vocum, & temerarias, iuxta Apostolum, praesumptiones velut pestem in omnibus reprimibat. Omne igitur, quod in lege charitatis non inuenisset, inimicum estimabat Deo, & velut venenum repudiabat. Cumque his & huiusmodi praconijs, velut aurum probatum per ignem, clariùs enituisset, factus est omnibus decuplo honoratior, ita vt in ore omnium egregiè resonaret. Amplectebatur autem cunctorum manibus, & quasi pater ab omnibus colebatur. Eratque Ecclesiarum magistris velut humilitate filius, consilio verò & prudentia quasi subuector inclytus. Qui cum ita satageret indefessus, vt perfecti omnes & Deo digni inuenirentur: videtur demum nouus renasci Francorum ordo, & aurora iustitiae quasi ab ortu surgere. Siluerat enim iam ex parte stratum furoris æquor, & ventosi ceciderant, vt Virgilius ait, murmuris auræ. Redierat, vt idem inquit, virgo

Accipitur honorificè in regis aula.

Redditur suo monasterio abbas.

Fratres & moerent, & gaudent.

Renocatur ad palatium.

Ludouicus Imperator publicam agit poenitentiam.

1. Tim. 6.

Ecl. 9. Ecl. 4.

virgo cupidinis, si parum liceat immutari, redierant & Saturnia regna: quia progenies bonae mentis iam quasi caelo refulserat alto. Omnibus igitur circuncircà eatenus satisfactionis studio illustratis, & suis cum eo summo fruuentibus ocio, voluit se demum his exuere curis, vt esset sibimet & Deo totus intentus. Sed nequaquam passi sunt sancti fratres, licet multam eis excusationem senectutis suae preterderet: quoniam quanto aetate maturior, tanto ad virtutum culmina tendentibus salubrior videbatur: praesertim cum vigore sancti Spiritus, & viriditate adhuc non exhaustae carnis satis vigeret, curans se laboribus & vigiliarum negocijs fatigari, etiam plùs quam iuuenum constantia sequi posset.

Quis enim vnquam tam feruidus, quam idem fuerat? Et quis alterius tam crudelis arbiter, quam ille suū videbatur? Fateor planè, quòd nunquam, nisi erga se quòd durior esset, necessitate corrigendi habuit. Vnde cum à suis fratribus & filijs quam saepe corripetur publicè, cur sibi tam infensus esset, qui sic discretus omnibus habebatur, aiebat, ita dicens, vt laesos eorum animos mitigaret: Ego meī curam habeo, & prorsus vestro prouidebo famulo, nè fame aut laboribus fatigatus pereat. Sed hoc peracto, paululum delitescendo, non diu post resumebat esuriam & laborum negocia, ita vt vix iuuenilia membra ferre possent, quibus se parsimonijs & vigiliarum operibus affligebat. Attamen semper erat virois gratia plenus, semper discreta macie satis admodum rubicundus: vultu quoque decorus, & venustus adpectu. Neque enim faciem eius ac frontem ignauus rugabat furor: sed totum eum matura hilaritas decorum componebat & aptum. Canities verò sancta eum candore niueo exornabat, & velut liliū super roseos amictus, hinc inde coma capitis, quasi elaræ palmarum, super cutem renitebat: eratque, sicut scriptum est in Canticis, senex Cant. 5. noster candidus & rubicundus, electus ex millibus: ita vt culparetur in eo natura humana, quòd antequam adulta sit, vitijs corrumpatur. Et si velim laudare tantisper glebam corporis eius, multis confertam nitoribus, erit exiguum quod impendo, quia pulchrius in eo renituit, ex quo Deo dilectus & omnibus gratus fuisse probatur. Nec dubium, quin omnis caro foenum, & omnis gloria eius, flos foeni. Verbum autem Dei, quod semper in eo sapientia vixit, manet in æternum. Caterum si nobilitatem & personam eius scribendo, quod Graecè χαρακτηρισµός dicitur, ad purum pingere voluero, ero ineloquens, super quem facundia Rhetoricae artis, atque omnis eloquentia puto quòd muta sit: silebit illa Demosthenis oratio, & abyssus Tulliana conuiescet.

Et si verò secundum huius artis peritiam omnibus modis eius persona consideretur, vt possit laudi idonea in negotio approbari, non immeritò his antefertur, in quo multum, quod superest, felicius inuenitur. Consideratur autem Nomine, Natione, Patria, Genere, Dignitate, Fortuna, Corpore, Institutione, Moribus, Victu: quomodo rem familiarem administret, qua consuetudine domestica sit, affectione, arte, conditione, item altera conditione: Habitu, Vultu, Incessu, Oratione, Affectu. Istitis igitur modis consideratis, persona censetur: vt rùm improbus quis ad negocium, an idoneus perhibeatur. Sed videre iam iuuat, an luculentus senex noster tot effloru erit praconijs, quot sunt ad laudem sui Declamatoriae artis insignia. Nomine ergò harum in catalogo virtutum, primùm, an sit sapiens, quaeritur. Et quis sapientior, quam qui vniuersa caelestis magistri precepta, magis quam artis eloquentiae, sollicitus seruans, studuit non admittere causa Dei quae prohibentur, & seruare cuncta, quae iussa sunt? Porro cum sapientia sit rerum humanarum diuinarumque cognitio cum studio bene viuendi: non dubium, dici posse sapientem, qui & quae Dei sunt, Deo: & quae hominum sunt, prudenter nōrit administrare, & velit propter Deum. Hoc igitur negocium prudentis viri est: & idè is, de quo quaerimus, sapiens fuisse non ambigitur. Natione autem carnis, quod cunctis liquet, Francus erat: verum & renatus in Christo, vbi & spiritu conuersatus, totus caelestis efficitur, Patria verò, quanuis hinc natus verissimè videatur, Hierusalem illa caelestis fuisse, qua nusquam felicius habitatur, proprijs perhibetur meritis. Genere quidem, nobilium nobilissimus Francorum, vt paulò antè prompsi, profapia ortus: sed gratia demum à Deo in filium est nobilius adoptatus: Quilicet dignitate regia magnus videretur, en maior effectus est sublimitate, perennis vitae. Fortuna nanque qua fuerit auctus, probatur illo in loco, quo dictum est:

H 2

Pau-

Eius labores, vigiliae, feror, erga se seueritas.

De hominibus dicit, qui corpora sua luxu & intemperantia enervant. Ecl. 4.0.

Vide Cicero, lib. 1. de Inventi.

Laudatur Adelhardus ab attributis personae. A nomine.

Sapientia quid, ita ferè Cicero 4. Tuscul. & 2. Of.

A Natione.

A Patria.

A Genere.

A Fortuna.

**\*augusto** Pauper in \*augusto regnat habendo Deum.  
**A Corpore** Siquidem quia contempsit modica, ingressus Domini sui gaudia, sublimatur, & supra multa constitutus erigitur. Corpore verò, vtrum validus an decorus fuerit, fides probat, & morum eximietas. Vnde nec immeritò illi aptatur illud in Canticis: Caput eius, inquit, aurum optimum, comæ verò eius sicut elatæ palmarum: quoniam quicquid ad decorem ei collatum fuerat, fursùm ad Deum nitendò conscendere procurabat. Oculi eius velut columbæ desuper riuos aquarum, quæ late sunt lotæ, quoniam totus ad spectus eius simplex fuisse & solum in Deum intentus creditur, neque felle concupiscentiarum immixtus, sed vera innocentia mentis lotus. Porrò genæ illius sicut arcolæ aromatum, quæ confitæ sunt à pigmentarijs, videlicet à sanctis Doctoribus, omni flore doctrinæ & virtutum exornatæ oleribus. Manus illius tornatiles, sanctitatis formam exprimentes, & motu sphericò celeriter ad omne bonù insistentes: plenæ hyacinthis, cæli speciem in cælis thesaurizando renitentes, quæ multis replebantur muneribus. Venter eius eburneus, virtutum distinctus ordinibus. Guttur illius suavissimum, ob fauam eloquentiæ: & totus desiderabilis probitate morum, atque charitate eximia. Idcirco quærimus te, Pater, dum pascis inter lilia, quærimus quem diligit anima nostra. In lectulo enim per noctes quærimus te cum lachrymis: sonet vox tua, obsecro, in auribus nostris: vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Neque enim possumus te patrem non amare, quem pro nobis credimus adfuturum.

**Ab institutio.** Iam si de institutione agitur, eruditus fuit idem alter Moyses omni sapientia presentis vitæ, quasi vnus ex filijs Regis: deinde perductus ad Sina, in quo ipsius Domini præsentia illustratur, & familiaritate continua fruiturus ingreditur. Moribus verò quibus fuerit exornatus, testis est vita eius, quæ summis redolet meritorum insignijs, & præconijs quam maximis prædicatur. Vicitus nanque, quem Philosophi definiunt consummati operis esse fructus exercitium, vt perueniat ad quietem, Dominus erat, quem dilexerat, quem amauerat, quem iugiter desiderabat. Gradus autem harum virtutum sunt, cum apud eos primùm ponitur affectio mentis. Porrò eadem affectio, est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio. Deinde ex hoc quod afficitur, vertit se in studium, vt effectum suum obtineat. Studium autem est, animi assidua & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio. Postquam habitus induitur acquisita rei, cum ad plenum id quod perfectum est, obtinemus, de quo scriptum est: Sacerdotes tui induantur iustitia, & sancti tui exultent. Felix quippe indumentum virtutis est, quo quisquis induitur, & custodit vestimenta sua nè nudus ambulet, hic nuptialis veste indutus, foras non eicitur: quam si primus parens noster in paradiso denique conseruasset, nequaquam apertis oculis nudus inueniretur. Vnde sicut scriptum est, dum idem descenderet, expoliauerunt eum latrones, & plagis impositis abiierunt. Sed senex noster floridus, tali coopertus habitu, iam credimus, quòd audit: Ambulabit, inquit illi Christus, mecum in albis, quoniam dignus est, & non delebo nomen eius de libro vitæ. Tali que indutus habitu dum esset Pater eximius, exercebat se plurimum, vt pro victus alimonia frueretur Christo, quem induerat.

**Matth. 19.** Porrò restat, iuxta præfatam disciplinam, requirere, quomodo rem suam administrarit: Quid verò dicam, rem suam quomodo administraverit, qui nec se sibi retinuit? Feceerat enim, quod audierat à Domino: Si vis, inquit, perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus: & veni, sequere me. Hoc impleto, ceterum res ecclesiæ suæ quemadmodum administraverit, testes idonei sunt sancti fratres, quorum consilio usus est & obsequio: Per quos ita cuncta disposuit, vt & omnibus satis esset, nec multum alicui superflueret, neque in vacuum quid periret, sed omnia ad Dei laudem humanis largirentur: fratribus salubria presentis vitæ tribuens, & nociua quæque ac superflua rescans: hospitibus abundanter omnibus administrans, familiam quoque satis illæsam à iugo seruitutis conseruans. Siquidem viduas huiusce familiæ destitutas, & cælibes viros per singulas villas constituens, eis stipendia iugiter ministrabat. Orphanorum quoque & debilium, necnon & hospitem in eisdem locis, opportunius velut Xenodochium constituerat, vt res ecclesiæ huius suum omnes quasi patrimonium possiderent. Testem Deum habeo, quòd idem ipse huius ministros officij velut medicus sapè instituebat, vt & ipsi excogitarent artificiosè, quomodo rerum aliquid eis ad comedendum pararent, & in huiusmodi cibis eorum fanitas nè periret. Porrò Regi &

gi & diuitibus, nostrorum nullus tam largus erat, idcirco vt in omnibus Deus largitor omnium glorificaretur: Beatius, inquam, multoties iudicans dare, quàm accipere, atque medium inter paupertatem, quantum ex se erat, & diuitias propter alios semper incidere: idque vt ij qui habent, tanquam non habentes esse instruerentur, lustum etiam percensuerat, vt omnes huius ecclesiæ famuli sic tanquam Patrem eum sentirent, vt tumidi quoque dominum eum esse non ambigerent: Insuper ita eorum virtutibus fautor & institutor existeret, vt vitiorem quoque dominus, quamuis discretus, & seuerissimus fieret persecutor. Iam porrò qua domestica consuetudine fuerit, nouit mensura sancti oraculi, in quo fuit manna absconditum, & vna aurea: altare quoque incensi aureum, & virga Aaron quæ fronderat, habens illud (nempe, oraculum) xx. cubitos in longitudine, & xx. in latitudine, xx. quoque in altitudine: vt ex omni parte gemino denario consummatus, charitate Dei ac proximi, quadratura perpetua fulciretur: nec dubium, quin Dominus ei fuerit fundamentum. Intra quam mensuram attitulatus, sola nouit contemplatio diuina, quid senex noster pro suo more domestico tractaret.

Affectione verò ita illectus omnium bonorum incitamentis, vt super fraterna viscera charitatis officio ceu faculis vreretur. Deinceps igitur arte qua fuerit eruditus, pater: quia fecundus inuentus est eruditionis consilio. Prudentiæ nanque, vt dicitur, mille oculis inspector, virtutum quoque disertissimus disputator: liberalium artium adeò vsque sanctissimus institutor, vt probares in eo illud beati Antonij: Quòd sensus adinuenerit artem, & qui sensu sit integer, eum arte non indigere. De conditione iam vltra quid loquar, qui, vt præfatus sum, Regali ex progenie clarus refulsit: Necnon & de altera conditione: vtrum proprius, vt ipsi dicunt, adoptiuusve, an abdicatus fuerit, quid ingeram, quum & Bernardi filius fuisse, fratris Magni Pini Regis, & Dei esse adoptiuus non abnuittur? Habitu autem quo fuerit infatus, constat paulò antè me dixisse, quòd Christus eius tunica talaris fuisse probatur.

Cæterum vestimentorum habitus, vix sufficiens, monasticus fuisse ostenditur, pro frigore potius membra muniens, quàm honoris aliquid gerens. Dicebatur quippe à quibusdam pro ludo, lorica frigoris: quoniam erat pelliceus & quasi thorax circa viscera fomentum caloris. Vultu autem suauis idem, & statura palmæ adsimilatus erat: eò quòd pulcher adpectu & decorus esset, velut paradisi delicijs enutritus. Quàm pulchri gressus eius, & quàm speciosi pedes ad euangelizandum: quippe quibus expeditior damis, in calcementis ornatio filia principis. Porrò eius oratio quàm facunda, quàm plena sensibus, quàm suavis auditu manauit? Extant eius epistolæ, ad plurimos directæ, & omnium voces, qui nunquam se vberius aut expressius loquentem audisse testantur. Voce quidem canoriùs cygno mulcebat auditum: sed & melle dulcius palato cordis melodia sapiebat. Erat autem omnis narratio eius aperta valde, breuis ac lucida, quòd dictionis genus Oratores summis extollunt laudibus. Nil faculentum admiscens, neque dubium quid in sensu referuans. At verò plano in clausulis procedens gressu, sensus eius fauissimus pinguisimo claudebatur sine. Erat igitur sonus assertionis expositio dictionum: ita vt voce formaretur proprius verborum intellectus, & suis singulæ partium qualitates restituerentur sensibus: Habens omnia membra narrationis capitulatum distincta, & ad retinendum facilima, ad persuadendum verò vel dissuadendum promptissima: semper auidius ad intendendum promouens audientes, igne calidiùs ad desiderandum, torporem discutendo, incirans desidentes. Quæ si facundia daretur mihi, luculentius explerem quòd conatus sum: nunc autem excusatio pro ignorantia, venia pro voto debetur: præsertim cum stylus nullius ad hoc negocium melius expediret, quàm eius, cuius vt vita prægeminet, ita & sermo antecellit. Sed quia id ingenij vnda denegat, voluisse tantum, charitatis iura implèsse probabitur.

Restat nunc, affectu qualis fuerit, intumare. Sed quo artis ingenio pandam eius affectum a nemi, qui vno semper mentis ardore afficiebatur in omni vitæ negotio? Iugiter enim cupiens dissolui & esse cum Christo, se laboribus fatigabat: permanere autem in carne, propter nos necessarium, licet aliter fateretur, penitus sentiebat. Vnde toto annisu vitæ satagebat prodesse omnibus, mille, vt ita dicam, charitatum semper negocijs occupatus: præsertim quòd esset consilium totius patriæ, & pater omnium indigentium:

Erga diuitem  
 170 vt se  
 gesserit.  
 Act. 20.  
 1. Cor. 7.

Item erga  
 familiam.

Heb. 9.  
 1. Reg. 6.

Ab affectu  
 one.  
 Ab arte.

Athanasius  
 in vita S.  
 Antonij.  
 A conditio  
 one.

Parens S.  
 Adelhardi.  
 Ab habitu.

A vultu.  
 Ab incessu.

Ab oratio  
 ne.

Ab affectu

Philip. 1.



um : qui ore ac manibus, cum omni circumstantia facultatum, pro libertate Christi erat omnium seruus.

Quoniam cum esset semper accensus ardore, peruenit vsque ad Saxoniae fines, vbi iam paruissima cellula a sancto viro, suo equiuoco, Adelhardo nomine, sumptu huius monasterij edificari coeperat, eo quod idem beatus vir, quia suus fuerat nutritus & familiaris filius, intercesserat loco eius, dum ipse Hero in insula exul haberetur mundi, & paradisi eius. Videns igitur pius Pater, ac senex sanctissimus coeptum opus quod pietatis esset officium, Regem adiit, & petiuit ab eo, vt daretur ei locus aedificandi: quia ille, in quo situm fuerat, non vtilis aut aptus esse probabatur. Quod audiens Imperator Augustus, gauisus est valde, volens ei multa largiri, nisi retineret eum ipse, qui nulli vnquam concedebat sibi dare, quantum quilibet voluisset, sed quantum idem vel si modicum censuisset: agens semper illud Apostoli, quia beatus est dare quam accipere. Accepta autem potestate a Rege, vt vbi vellet, illud aedificaret, elegit locum valde amoenum, & monachis nimis congruum ad habitandum: vbi & Rex postea plurima propter Dei omnipotentis amorem contulit beneficia.

Exul mun. di, cuius paradisi.

AA. 20.

Corbeia Saxoniae fundatur.

Abbas Spä. heimel ait ea fundari onf coepisse anno Christi 822. qui fuit annus 9. Imperij Ludouici Pij.

Tfal. 118.

Corbeia duplex, Gallie & Saxonie.

Vt iuniores monachos instituerit S. Adelhardus.

Est autem locus, pergentibus ad ortum Solis de fonte Patris, situs supra litus Vuifrae, in modum A litera, vallis planitie collocatus: habet ad ortum Solis praefatum aluenum, & montem porrectum in facie iuxta fluiuium. Porro a meridie mons alius egrediens e fluiuo, sinu tendit ad occasum. A septentrione vero alter eregione pari situ pergit, quousque sibi inuicem, viam per medium dantes, copulenter: atque ita in medio fit vallis, figuram A hoc modo, quantum recordor, exprimens, nec immerito. Nam magister veritatis, diuino nutu edocuit, talem elegit locum, qui & Christi nutriti discipulos, & suo eos describeret caractere, & signaret situ. Nihil enim in omnibus Geometriae figuris, triangulari consummatius aut perfectius inuenitur. Est enim hic numerus totius latitudinis & superficiei in Arithmetica solus principium: In Geometria idem planior inuenitur. Et quisquis diligenter inspexerit hanc figuram, neque in his artibus aliquid mirabilius reperitur, neque in nostra disciplina quicquam maius aut melius praedicatur, quam Trinitas Deus verus. Igitur sine hoc numero formatum aliquid, nihil perfectum innuitur, videlicet sine principio ac fine, & horum medio inter principium atque finem. Haec vero figura princeps est, vt dixi, latitudinis, eo quod caeterae omnes superficies in hac resoluntur. Ipsa vero, quoniam nullis est principijs obnoxia, neque ab alia latitudine, nisi a se, sumptit initium, in sese ipsa resoluitur. Quae si ita sursum erecta fuerit, vt ostensum est, igne charitatis flammare ibidem habitantes debere monstratur. Quod autem ipsius a latitudine sit initium, ostendit latum Dei mandatum nimis, non nisi dilatato corde perfici posse. Quod vero omnes superficies in se resoluit, liquidum signatur, quod omnes reliquae virtutes eius latitudine consummantur: & ipsa charitas non nisi Trinitatem colendo in vnitate perficitur, vt vera perfectio, in his tribus Vnitas indiuidua teneatur.

Haec ideo me dixisse sufficiat, vt monstrarem, quam prudens idem ac sapiens fuerit, quantoque charitatis ardore feruebat, qui talem ac tantum discipulis habitandi locum pararat, irriguum aquis, velut si minor Aegyptus esset, & alter paradysus Domini, venientibus de fonte Patris in ortum Solis. Verè, de fonte Patris, dixi: quia in Christo renati, creduntur exinde non solum ad ortum Solis, sed etiam vltra Solem vsque transcendere. Quem locum B. Pater Corbeiam alterius de nomine vocitauit, vt signum esset in posterum, a quo prius illud esset fundatum. Quis, mi pater charissime, narrare sufficiat prouidam doctrinam tuam in omnibus? Verè fateor, quod quoties tui recordor ad liquidum, miror satis, quam prouidus eras in omnibus. Recordor enim doctrinarum tuarum, quibus eos alebas & instituebas tenellos de fide & charitate, inter quas etiam spem mediam collocabas, deque moribus & de omni doctrina vitae. Qualiter etiam oblatas sibi res a quolibet suscipere debuissent, cum ipsis inter sollicitudinis negotia peragebas: commendans illis per omnia, vt in nullo terrenorum cupidi essent, neque quicquam vellent accipere, vnde alij grauarentur: & si haeredes essent rerum largitoris, cautè considerarent, nè forte ipsi, quorum erat hereditas, postmodum inopes fierent. Haec erat eius sollicita & pia consideratio in omnibus, quibus scunquè praerat locis: vt neque inhonestum quicquam acciperet, neque aliquis quasi causa misericordiae postmodum poenitudine premeretur. Dice-

Dicebat enim, quod multi, non solum rectores ecclesiarum, sed etiam ipsi ibidem Deo degentes, qui seculo renuciassè videntur, ob id decepti essent, quod rebus nimis abundarent intantum, vt seculo seruire denuò cogerentur, qui mortui esse mundo debuerant. Quid, inquit, prodesse poterit rebus proprijs futuros expoliari haeredes, & rursus eos mancipari negocijs secularibus? Constat igitur nos in praesenti tempore ideo Reipub. deseruire, quia ipsa nostris attenuata cupiditatibus, ex se subsistere non posse manifestè caufatur. Et idcirco nos infelices, qui liberi esse in Christo debuimus, facti sumus turpissimae seruitutis, etiam inuiti, serui. Occasione itaque accepta, quasi in Dei causa mundi militiam baiulamus, cum Apostolus dicat: Nemo militans Deo, implicat se negocijs secularibus. Neque enim a nobis exigitur, quod necessaria tantum retinemus: sed quia superflua, vt ab ipsis dicitur, possidemus: & vnde miserati in possessione esse cupimus, inde angustamur in omni opere bono. Quapropter, filioli, estote contenti paupertate Christi, sine qua nemo est diues. Noueritis enim, quod beati sunt pauperes spiritu, quibus regnum caelorum repromittitur. Et ideo fratres mei, nolite quasi pro pietatis opere, secundo avaritiã, possessionem aeternam perdere. Estote igitur, quod vos aeterna Christi vocatio esse voluit: vt paupertate Christi participando, diuites esse cum eo sine fine mereamini.

His & huiusmodi cum eos quotidie corroboret ac confirmaret, construebatur ibidem, Deo agente, non solum monasterij, sed etiam caelestis patriae fundamentum. Quid putas, quanto tunc gaudio afficiebatur eius animus, quantaque laetitia, cum Dei omnipotentis amor ita flagraret in eis, vt etiam omnis illa regio Deum per ipsos benediceret? Fateor itaque, quod ad nos non nunquam rediens, pra amore pio & spiritali gaudio vix se poterat continere, hinc inde exultans atque gaudens, quod Christus per eum glorificaretur in multis: nos quidem rigans ac pascens caelesti pabulo, illos plantans in Christo ac propagans, agebat vt fructum plurimum Deo ferrent. Itaque sic in omnibus se exhibens, Christi vices agere credebatur: etiam & forma humilitatis omnibus anteibat. Qui ita iugiter vno iubilationis afficiebatur spiritu, apperebat ingressionis campum: quae ingressio, secundum B. Augustinum lib. de anima quantitate, vna de septem, & sexta perfectionis est virtus. Quintus siquidem earum gradus, est Tranquillitas: sextus, ingressio: septimus, contemplatio: Quae ita decentissime possunt edici: In seipsa, dum anima quaelibet secum ingreditur & versatur: Ad Deum, dum quotidie ardentè desiderando, ad eum ingreditur, ita dicens: Sitiuit anima mea ad Deum fortem, viuuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Apud Deum, cum iam claro lumine indefinenter contemplando ei inharet, in quem desiderant etiam angeli prospicere. Quod nunc Senex noster se peruenisse laetatur, laetatur meruisse, gratias agit, atque comprehendisse summo alacritatis animo amplectitur.

Vnde quid aliud dicam, quam illud Elisei: Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga virtutum? Ecce nos quam subito desolatos relinquis: & ideo quarimus te lachrymosa voce, & scrutamur mellifluos mores tuos manè in praecordijs nostris: nec vsquam pupilla oculi nostri silet, neque consolatur, nisi cum sibi te pro nobis melius adesse promittit. Recordamur enim, quibus nos lactabas vberibus, vel quanto in te Dei fruebamur oraculo, quantisque fruebamur alarum remigijs, & nutriebamur charitatis visceribus: ita vt si faxei essemus, tuanos molliret pietatis oratio. Omnia enim nobis omnibus factus eras, vt Christo nos lucrifaceres. Quod si ad speciale quorundam te vertisses negocium, vni in momento dabas vitae consilium, alium interdum delinebas osculis. Porro illius manum stringens, alterius animum miro demulcebas affectu: atque ita omnibus vnus eras, & totus singulis. Fratrum vero nomina, licet scripta in viscera sanctae sollicitudinis imponeres, de manu tamen certus eorum numerus diligenter scriptus penè nunquam aberat: idque ideo, vt omnes sedulo inspiceres, & mores singulorum apud te sollicitus pertractares. Iam enim de singulis tecum in iudicio discerebas, nè damnū postmodum de creditis ouibus sustineres. Benè igitur noueras, quid cuique expediret: & ideo omnibus exhibebas, quod saluti singulorum congrueret. Erat ergo discretio tua in nullo, quantum dici fas est, exorbitans a proposito, facilitate complendi, quae singulis expediret: generaliter vero procurando cunctis congrua. Nullum fermè per hebdomadam familiaritatis affectu non allocutū relinquens: nullū quem

2. Tim. 2.

Matth. 5.

Tranquillitas. Ingressio. Psal. 41. Contemplatio. 1. Pet. 1.

4. Reg. 2.

Qualem se erga fratres praebuerit.



in die generaliter, nisi ex aliqua impossibilitatis causa, non instrueres: omnibus præbens salubria, nulli prorsus denegans, ut credimus, necessaria. Idcirco filia Hierusalem, prout compellor dicere, flete hunc senem nostrum, & lamentum sumite. Flete virum, qui vestiebat nos charitatis coccino, desuper totum delicijs intextum, qui præbebat cultui ornamenta virtutum. Induite cilicium, & amarè plangite: quia qui consolabatur nos, & fouebat quasi nutrix in gremio, sublatus est & recessit. Vnde plorâs plorabit anima mea, & erunt lachrymæ in maxillis meis, quandiu non intueor, quem diligit anima mea. Putasne veniat mihi, pater, tempus, quando vel si quoquo modo liceat faciem speciemque vultus tui conspicerè?

Sed quid interim iam deinceps agimus, anima? Ecce nunc usque quasi inter roseos versati sumus campos, & conspeximus amena virtutum, de fonte S. Spiritus irrorata: Nunc verò instat, ut mortis eius finem pandamus, quem habuisse talem, glorificandum est: amisisse, flendum: peruenisse verò ad beatorum gaudia, congratulandum. Sed quanto nobis iucundius est, in eo quod amatur, versari: tanto grauius est, eius absentiam, quam semper præsentem cernimus, tolerare. Vnde ceu respersum nebula, mœstum est omne quod inspicimus: caligant oculi nostri, operimur singulibus, tremunt digiti, rotatur caput, funduntur lachrymæ: & insuper est pio amoris affectu quædam flendi voluntas. Vnde & quanto hæc prolixius ad consolandū cūdimus, tanto ardentius amore afficimur, amando quoque dolore premimur. Idcirco mi pater charissime, oculus transibo obitū tu paginas, in quo diutius immoranti vehemēs languor ingruit. Hinc quidem interim adstillat lugendi facultas, sed paulò post consolabimur de peruentu, quo tu nunc lætaris in gaudio. Vnde quæsumus, priusquam incipiat calamus pulsare tui exitus horam, reuertere Sunamitis, reuertere, inquam, paululum, ut intueamur te. Recipiet enim indè spiritum linguæ calamus, & leuius transibimus amaros legedi cursus. Reuertere, reuertere mi charissime, & quid videbimus in te, nisi ut castrorum acies quomodò sis ordinatus? Ad nos saltem semel, quæsumus, cõuertere: ut omnes, qualem te prius habuimus, quantusve & modò sis, videamus. Ecce ascendisti, nouimus, per desertum quasi aurora consurgens, pulcher ut luna, electus ut sol, terribilis in Deo, velut castrorum exercitus ordinatus.

Quid igitur terribilius humanis aspectibus videri potest, quam tui vultus erant aspectus in hora, cum nobis indulgentiam dares? Præceperas enim, petentibus nobis, Pater, ut omnes humili federemus: quatenus tu os nostrum ex integro, & nos tuum erectis oculis potuissimus conspicerè. Quo, fateor, nil me ordinabilius à magistro audisse indultum, nilque flammantius aut horribilius aliquid me vidisse, quam in tuis oculis. Presens itaque enucleans sensum, ita affatim cunctis es locutus: Ecce, inquis, de creditis ego ouibus rationem redditurus venio: vos autem, o mihi commissus grex, de obedientia & inobedientia vestra sententiam excepturi, attendite, quòd idem, qui nunc adisto, in tremendo iudicio vobis coram adero, & quid de talentorum pecunia sim lucratus, vel quomodò illam expenderim, præsentabo. Attamen interim si quid est, in quo excessi in vobis sciens aut nesciens, volens nolensve, indulgete, prout ego iuxta quod oportet, si quid est quod meum sit indulgere, vice Christi relaxo. His igitur tum ita præmissis, plenus feruore spiritus recessit, quasi iam futurus arbiter in suo: ut instrueret se, quasi contra spiritalia nequitia tunc in caelestibus pugnaturus, rationem villicationis suæ redditurum: licet semper quasi in mortis articulo pertraçtasset, tunc tamen velut contra legiones iturus, diligentius mentis aciem disponebat, si fortè ludibria huius vitæ sine impedimento posset effugere. Sed quia occurfor, decuplum eius viginti millibus superare legitur, semper quæ pacis sunt, Dominum precabatur: Domine, inquit, pone me iuxta te, atque ita cuiusuis manus pugnet contra me: alioquin turmas non effugiam iniquorum, quia tu solus inuentus es inter mortuos liber. Venit enim ad te exactor, & in te non inuenit quicquam, quod suum esset. Idcirco fac me firmius in te inhaerere: ut & ipse per te tuo in corpore mali totius inueniar liber.

Qui totum se ita discutens, adhuc inuenit in se qualiacunque, quasi nõdum exhausta, & præcepit ea coram quibusdam fratribus exponere, (quorum vnus, etsi indignus, ego eram) interrogans, si de his se in iudicium merito venturum fore pertimesceret. Quibus auditis, iuxta diuinam scripturam percensuimus, non ad eum pertinere, quæ ipse quasi sua longè diuq; plangebatur. Quid putas quam subtiliter secum reliqua

Maximum  
sui mortu-  
us desiderii  
um reliquit

Mortuus  
ut se gesserit:

Oratio eius  
ad fratres.

Luc. 14.

Iob 7.

Psal. 87.

Ióan. 4.

disputabat? quàm sibi seuerus erat, qui pro alienis etiam, ut pro suis, se puniebat? Interea singulos de singulis monens & instruens, aiebat, ut post obitum suum in electionis pace, castè ac rectè secundum Deum inter se conuenirent. Exposuit etiam fidem suam coram quibusdam ex nobis, penè & omnem doctrinam quam docuerat, ut ex hoc eam firmius commendaret peccatoribus nostris. Hinc est, quòd tali absentes mœrore suffundimur: indè verò gaudentes sumus, quia de Patre talia recoluntur. Hinc ad hoc afficimur, ad aliud hinc protrahimur. Plangimus in eo siquidem maturitatem morum, fidei firmitatem, soliditatem spei, charitatis fundamenta, ex integro altissimam Christi humilitatem, & ditissimam in omnibus largitatem: nec ut Saluator, inquam, miseram Hierusalē ego lugeo: sed ploro in vnus morte pariter omnes virtutes occubuisse: Non quòd nobis desit ille, qui abiit: sed quòd talem videre desuimus, quem sine lachrymis vix aut nunquam recordari valemus.

Quis enim sicis oculis eius recordabitur, in quo penè omne honestatis decus sublatum est? Aut quis non doleat præsidium totius Europæ subito deperijisse? Vel quis sine mentis scrupulo poterit epistolarum eius nitorem eloquentiæ recitare? Quem si vulgò audisses, dulcissimus emanabat. Si verò idem barbara, quam Teutiscam dicunt, lingua loqueretur, præminebat claritatis eloquio. Quòd si Latine, iam ulterius præ auditate dulcoris, non erat spiritus. Idcirco mihi charissimi o vos omnes, qui nõstis quid boni habeat tanti viri præsentia, & transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor nostrum omnium. Videte igitur, quàm subito vindemiauit nos Dominus, & facti sumus squalidi, venustate sublata. Autigo possedit nos, quia decus roseum versum est in fauillam.

Parauerat ergò se Simeon senex ad natalem Saluatoris accensis lampadibus occurrere, & Regem regum Dominum Iesum, procedentem de thalamo suo, vnus suis lætus suscipere: sed tetigit eum triduo ante natalem Domini validissima febris, dum iuxta consuetudinem noctis medio in basilica fleret. Qui ita perdurans ad vigiliam vnà cum fratribus, hostiam iubilationis in peccore Domino consecrabat: & quanto, ut multi testes sunt, altius voce canebat chori, eo amplius idem flebat in iubilo. Sicque se pertrahens ad matutinorum vsque laudes, nec minus amore Christi febricitans elanguebat, sicut scriptum est in Canticis: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo. Et dum quotidie magis magisque multis premeretur doloribus, spiritum non relaxabat, semper Deo intentus. Disponebat igitur ita omnia prouidus, ac si nihil mali ferret in corpore: instituens & ordinans ita singulas officinas, ut nil finis eius imperfectum inueniret, præcipue ut & sanctus dies dignis celebraretur honoribus. Quo peracto, vehementius cepit vrgeri febribus: quotidie tamen ad oratorium B. Martini veniens, quem copioso amore in vita semper dilexerat, ibidemque Missas audiens, communionem sanctam percepit, donè vltimus dies vitæ, à noctis huius eum eduxit caligine.

Interim verò audiens beatus vir Hildemannus Episcopus, quem ipse monachum nutrijerat, & per concessum Regis tanto Bellouaci sublimarat honore, sanctum egrotare patrem, aduenit illic, & excubabat iugiter ante eum, donè viuendi finem fecit, & eum proprijs manibus vnà cum cunctis fratribus sepeliuit. Qui dum aduenisset, gaudius est S. Pater alacritate maxima & lætatus, ut vix se ferret pro nimio exultationis gaudio. Agebat nanque Deo immensas gratias, quòd de huius eum cõsolaretur aduentu, & dicebat: Deus omnium institutor & rector, gratias tibi ago, quia non sum fraudatus à desiderio meo. Interea cum cõpisset idem S. Episcopus à nobis percontari, vtrum benedictionis oleo, sicut à beato Apostolo sancitum est, deberet perungi: interrogauimus eum, vtrumne vellet, quem proculdubio scieramus peccatorum oneribus nõ detineri. Quod ille audiens, erectis oculis in cælum, cominus obsecrabat ut fieret. Quid putas tum sanctus agebat animus? quantis tunc replebatur lachrymis? Erant igitur oculi ad Deum defixi, manus verò ad cælum extensæ, inuitansque sanctum Spiritum, dicebat: Nunc dimittis seruum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia percepi omnia tui mysterij sacramenta. Et nunc quid superest, nisi ut ad te veniam? Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis: tantum fiat voluntas tua. Alioquin siliuerat iam idem diu venire ad fontem. Vnde & quasi locosa voce, plenus grauitate fidei, frequenter dicebat: Hinc ibo, & ad Deum meum veniam: lætus, inquam, veniam, lætus moriar,

Luc. 19.

Peritia lin-  
guarum &  
eloquentia  
S. Adelhar-  
di.

Febre corp-  
oripitur vir  
sanctus.

Cant. 2.

Sub mortē  
quotidie  
audit, licet  
agrorus,  
Missam.

Iacob. 5.

Luc. 2.

Matth. 26.

moriar, lætusque transibo ingentes huius vitæ foueas: quoniam ad gaudia peruenturus sum sempiterna, longè mihi antè promissa.

His & huiusmodi dictis sedulo se armabat Christi miles, donè ingressus est locum tabernaculi admirabilis, in voce confessionis & laudis: vbi & inuētus est exercitus multitudinis festa celebrantis. Ibi que iam senex noster tripudians, creditur præcinere: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Qui cum quotidianis diebus adhuc in carne fabricitans, immensis se Deo taliter commendaret laudibus, contigit subito, dum solus apud se ageret, ad eum ingressum fuisse sanctum Episcopum: ad quem continuo exclamans, ait: Curre velociter, ô Episcopo, præcipio tibi, & osculare pedes Domini mei Iesu Christi, quoniam ecce adest. At ille audiens, valdè cōtremuit: quia quod iret, vel quid ageret, penitens ignorabat. Ille verò hoc dicto, recepit se sub silèrio, & quieuit. Tum deinceps peracto die octauo natalis Christi, alacrius cœpit insistere, vt iam hinc ei celebratis diebus liceret abire, si quo modo ipse tandè perueniret ad festum, quod nox non intercipit, neque morbo corrumpi potest. Et peracto igitur iam noctis mediæ spatio, ita adorsus est, & fratribus dicebat: O filij, semper mihi in Domino multum charissimi, scitote quoniam hodiè hinc ibo. datum est enim mihi iam hinc exire, ac videre (quod vtinam fiat) & apparere conspectui Redemptoris mei. Finitus est ergò iam cursus certaminis mei, & restat penitens, quid accepturus sim pro uocationis præmio vt ignorem. Credimus nos tamen pater, quod nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendit, (alioquin vacuus est labor fidei) præsertim qui dicere cum Apostolo veraciter potuisses: Cursum consummaui, fidem seruauit: de reliquo quid aliud, quam reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi iustus iudex in illa die?

Tum manè iam factò, accersitis nonnullis ex nobis, cœpit idem B. Pater vrgere, quatenus matutinas ocyus præuenirent. Quibus dictis, in laude Christi cælestis eius lingua obmutuit. Tunc verò simul conuenientibus omnibus sanctis fratribus, cōmunionem sanctam percipit fermè hora diei prima, sicuti mos est: & cœperunt eum hymnidicis laudibus Domino cōmendare, ita perdurantes in eius exequijs, vsque in horam diei nonam. Tum idem, quando & Christus in cruce, emisit spiritum, vt daretur indicium, quod cuius crucem in vita tulerat, quemque securus fuerat, eius & in mortis articulo sequeretur vestigia, donè perueniret ad eum quem quæsièrat, quem optàrat, quem & diu de toto corde desideràrat. Quis, putas, tunc ea hora luctus omnium erat, & quam præcipua fuerint lamenta monachorum? Attollebatur autem fursum vox vna canentium in excelso, & fletus omnium deorsum singulorum scindebat pectora: quoniam, sicut alibi dictum est, & pium erat tanto viro congaudere, & pium erat eius abscessu flere. Quis enim non fleret, etiam si de filice natus esset, ea hora, cum inclytus Dei pastor hinc abiens cælos peteret? Ipse enim erat, bone Iesu, quem in toto ex omnibus solum Abbatem reperi: ipse ex vniuersis, quem alterius plùs quam sua quarentem inueni. Qui sicut mater amat vnicum, ita quosque tenerrimè diligebat, atque vt solidiora caperent, inuitabat.

Quapropter, quæso, attendite viri, & videte vniuersi populi matrem Corbeiam flentem, quod est aluearium monachorum: flentem, inquam, ac dicentem: Ablatus est magnificus meus mihi, & nullus est, qui consoletur me ex omnibus charis: quoniam compleuit Dominus furorẽ suum in me, & fecit quæ cogitauit. Compleuit ergò, quæ præceperat à diebus antiquis: Terra es, & in terram ibis. Idcirco abijt charissimus mihi, & recessit. Reuerfa est ergò virgo Israèl ad ciuitates suas, & deinceps ambulat gloriose super aquas redemptionis æternæ. Ipse nanque est, qui erat mihi votorum charissimus: Ipse conuertens animam meam, & custos vitæ meæ: Ipse qui confurgens pro nobis in principio vigiliarum, effundebat velut aquam cor suum ante conspectum Domini. Nunc verò posuit nos Dominus ad modicum desolatos, propter eum mœrore confectos. Idcirco ergò ponimus in puluere os nostrum, sperantes in misericordijs Domini, si fortè sit spes, vt peruenire possimus, quò iam pius patronus noster peruenisse creditur. Quod donè fiat, donè optata dies veniat: hæreat lingua mea faucibus meis, si tu non meminero pater Adelharde, si non te proposuero in principio recordationum mearum. Alioquin obliuiscatur me dextera mea, nisi nomen tuum laudesque pandam. Credo mi charorum charissime, quod prius maternus amor perire possit, quam nos te non diligere. Quia etsi illa suorum obliuiscitur, nos tuum nunquam obliti erimus: sed dum

Rom. 13.

Videt Dominum Iesum.

Ecce quam modeste de se loquitur vir sanctus. 1. Cor. 2.

2. Tim. 4.

Matth. 27.

Felicissime decessit.

Eximia laus S. Adelhardi.

Thren. 2.

Gene. 3. Ierc. 31.

Psal. 76.

dum secula manent, & nox cum die partitur vices, fama prædicabitur de te semper sanctissimæ vitæ, nosq; tua nunquam immunes erimus à laude. Tu autem, quæsumus, trahere nos hinc post te, curramus in odore vnguentorum tuorum: quia meliora sunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Ræsti enim te diligunt: & idè quærimus, quousque perueniamus, vbi pascis, vbi cubas: scimus nanque, quòd in meridie.

Neque igitur, iuxta quod fabulæ ferunt Threicium fecisse vatem, gemimus apud inferos coniugis mortem: sed super astra tollimus patris nomen, quòd te solenniter conscendisse fatemur. Ergò etsi felix fuit ille, qui fide potuit lucidum boni fontem visere: & felix, qui potuit vincula grauis terræ soluere: feliciores sumus nos, q possimus post te Patrem talia & tam sancta vota dirigere. Fingitur enim ille præfatus vates flebilibus modis flendo post coniugem syluas currere fecisse, amnes stare immobiles: iunxitque intrepidum latus ceruæ læuis leonibus: nec timuit lepus iam cantu placidum canem. Cuius cum feruor intima pectoris flagrantia vreret, nec sic mulcerent animum cuncta quæ subegerat: ita mites ad superos, quærens coniugem: nec reperta, infernas adiit domos, illic sonantibus chordis blanda carmina temperans, quicquid de præcipuis musicorum fontibus hauserat. Ad cuius voces vbrarum dea miserans, Tandem, inquit, vincimur arbiter: & idè donamus coniugem viro, emptam carmine. Quid putas tum ille, iuxta Poeticam narrationem, lucus dabat? quantosque threnos geminans amor mouerat? quantisve precibus veniam imploràrat? Cuius noua carmina stupuerat infernus, vltices scelerum deæ iam mœstæ madebant lachrymis.

Sed nos, pater charissime, talia non idè inferimus, quòd ignoremus neminem ab inferis sine Christo regressum fuisse: sed qd boni habeat amor, volumus aperire. Amor enim, maxima lex sibi est: & idè imitando quærimus te quasi per legem, quia omnis via tua, lex vitæ fuit: vt mereamur peruenire ad te, immò ad te, quia ad Christum, quòd te peruenisse credimus & opramur. Et precamur, vt Deus nostris fletibus motus exaudiat, & doneris feliciter nobis, immò nos tibi, quia te paradiso datum petimus. Credimus nanque, quòd ibidè coronaris iam de capite Amara, de vertice Sanir, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Ista quippe omnia triumphando vicisti: idcirco factus es suavis inter delicias Paradisi & decorus, nec est in te macula. Dextera igitur Christi amplecteris, & læuam sub capite pacis somno dormiens premis: & idè factus es coram eo quasi pacem reperiens. Lectus ergò tuus, quia in pace Christi versaris, floridus iuxta meriti qualitatem. Tigna domus tuæ, cedrina: laquearia verò, cypressina. Et nos quidem, pater amicissime nobis, iuxta quod intelligimus, gaudemus & gratulamur tibi, quia eversa domo, inuenta est in te drachma, quæ perièrat, perièrat enim noctis caligine circumfusa, sed accensis lampadibus, tibi feliciter denuò inuenitur. Vndè interim quando aliud non valemus, iura sepulcri tui flentes circumsedemus, & super adspergimus orationum flores. Legimus super illud nomen bonum, quod melius acquisisti, quam diuitias multas. Nam nostrum alij pallentes violas tibi & candentia lilia carpunt: Alij narcissum & florentes rosas, Alij serpillum benè olentem spargunt. Isti colocasia, & mollibus illud vacinij pingunt: quidam & suaues intermiscunt odores: Nonnulli verò falsis lachrymarum rigant fontibus, & ego literarum superintexo pallas: quatenus æui temporibus futuris, sanctum seruet nomen. Neque enim fucaræ artis eloquentiam texo: sed sindone munda, puritatis opere, illud inuoluo. Alioquin si quis plenius hunc virtutis nōsse desiderat, quam fortiter fide mundum vicerit, legat illud, vbi inscribitur ei nomen nouum, & nomen ciuitatis nouæ Hierusalem. Et cum intellexerit, quibus ciuitas fulgeat ornamentis, hoc totum illi cōferat: eò quòd ibidè quodammodò ipse ciuitas, & possessor huiusce ciuitatis à Deo creditur esse factus.

Vndè gaude & lætare virgo fidei, felix Corbeia, ex antiquo vocata: quia meruisti talem in Christo frui & possidere patronum. Quæso te, mater religionis inclyta, amplectere hunc virum, quem tu tyronem cælestibus sobriè ac discretè instituisti moribus: & imitare illum, qui te postea multis ampliauit honoribus. Quare igitur mœrore conuulsa sumeris virgo & filia Dei summi, quasi non sit tibi consiliarius? Ecce fratrem reliquit tibi hæredem, qui multis adhuc pro te sudabit laboribus. Absterge, quæso, lachrymas: quoniam mittes obuiam de medio tui etiam hunc senem, cum vniuersæ terrarum partes miserint eximios quosque viros. Porro vicina monasteria cum dederint, videlicet Vedaustum Atreates, & Centulum, sanctissimum Richarum: & alia circunquaque viros

De Orpheo dicit.

Proserpina.

Amor, sibi ipsi maxime lex.

Cant. 4.

Luc. 15.

Prou. 22.

Vergil. Elog. 2.

Apoca. 2. 31.

Vualà siue Vualachū dicit, qui Adelhardo successit.

Cælestium monasterium.

viros religione nobiles, dabis forsitan & tu non impari voto virum Deo dignissimum  
 Neq; infocunda tunc eris, cum inter reliquos istum Domino de terræ pulvere  
 generabis: immò lætabunda & gaudens veniendo venies, saltem paucos ferens mani-  
 pulos. Idcirco confortare & robustius age, donèc Amalec occurrit in via, quoniam al-  
 ter Iosue iam tecum dux & præuius virtute, pugnat in acie. Fulci igitur istum, iam in ca-  
 pite inter plurimos dimicantem: Attende & illum in monte iam cum Domino, palmas  
 ad sublimia porrigentem. Hic pugnat, ille orat: hic hostem premit, ille vincit. Iste nan-  
 que est, charissima mihi mater, fratrum amator, & populi Israel. Hic, qui multum orat  
 pro suis charitate perpetuus. Hic qui iugis, vt credo, intercessor erit pro ciuibus. Vnde  
 & Domine, iuxta B. Ambrosij vocem, quia nemo habet quod alijs plus deferat, quàm  
 quod sibi optat: non nos ab illo post mortem separe, quem in hac vita charissimum  
 sensimus: Sed vbi es, nos facias esse simul cum illo, vt vel sic eius perpetua visione apud  
 te fruamur in Christo, quem propter te in hac vita charissimum valde dileximus, nunc  
 in pace Christi sepultum.

Vbi eius  
 corpus con-  
 ditum sit.

S. Adelhar-  
 di epita-  
 phium.

Sepulta sunt autem decenter membra charissimi senis, in Basilica B. Petri Apostoli  
 sub fastigio inter eiusdem medioximæ quatuor Ecclesiæ centra, tectus polito lapide:  
 super quem octonis sculptum versibus musici carminis haustu dignè legitur:

*Hic iacet eximius meritis venerabilis Abba,  
 Noster Adelhardus, dignus honore senex.  
 Regia prospicies, paradisi iure colonus:  
 Vir charitate probus, moribus atque fide.  
 Quem dum sub tumulo recolis tu quisque viator,  
 Cerne quid es, quid eris, mors quia cuncta rapit:  
 Nam post octauas Domini hic carnis solutus,  
 Succedente die astræ petiuit ouans.*

Et sunt ibidem perhumati quatuor circunquaquè veneradi viri, qui fuerant vno eius-  
 dem officio seruitutis, à Domino propagati. Quod factum non casu contigisse puto:  
 sed vt quorum vna in Christo fuit militia, post Iesum Crucem sublimius eodem in lo-  
 co ferre propriam, vnus esset & sepultura locus, qui eos duntaxat secundum similitu-  
 dinem eiusdè Crucis insigniùs connecteret. Quorù medius senex noster cernitur, su-  
 per quem signa ad Horas diuini officij pulsantur, vt ex hoc clareat, iuxta quod proue-  
 nisse creditur, quia fuerit lingua eius cymbalum sancti spiritus, & inuitatorium ad di-  
 uini operis officium, ibidem dedicatum. Vnde & octoni versus, quod post octauas Do-  
 mini obierit, titulantur: quatenùs monstretur eum opere consummato, quò dudum  
 omnes inuitauerat, ad octauam Domini, nullo literarum imminuto numero, feliciter  
 peruenisse.

**MARTYRIVM S. PETRI AVLANI, INTERPRE-**

**TE ANASTASIO BIBLIOTHECARIO: QVANQVAM**

*necdum certum habeo, vtrum hæc illius versio sit: phrasis sanè videtur ab*

*Anastasijs dictione non abhorreere. Habetur autem in ve-  
 tustis manuscriptis exemplaribus.*

3. IANVARII.  
 S. Petri pa-  
 tria.

Constantia  
 apud præsi-  
 dem.

**I**n illo tempore Petrus, qui & Balsamus, cum comprehen-  
 sus fuisset apud Aulonam ciuitatem tempore persecutio-  
 nis, cum esset oriundus à finibus Eleutheropolitanæ ciuita-  
 tis, oblatus est Seuero præsidì. Seuerus dixit ad eum: Quis  
 diceris? Petrus respondit: Nominè paterno Balsamus dicor:  
 spiritali verò nomine, quod in baptismo accepi, Petrus di-  
 cor. Præses dixit: Quod officium geris? Petrus  
 respondit: Hòc maius officium habere non possum: & quid  
 esse potest super hoc melius, vt sim Christianus? Præses di-  
 xit: Parentes habes? Petrus respondit: Non habeo. Præses  
 dixit: Mentiris: audiui enim te habere parentes. Petrus respondit: In Euangelio mihi  
 præceptum est omnia denegare, cum ad eius nominis venero confessionem. Præses dixit:  
 Nòsti

Nòsti præceptum imperiale? Petrus respondit: Ego præceptum Dei mei noui, qui est ve-  
 rus & perpetuus rex. Præses dixit: Præceptum est à clementissimis principibus, vt omnes  
 Christiani aut sacrificent, aut diuersis pœnis interficiantur. Petrus respondit: Et veri  
 perpetuiq; regis est præceptum, si quis sacrificauerit damonijs, & non Deo vero, in per-  
 petuum eradicari. Tu iudica, si verè est in te aliqua iustitia. Præses dixit: Sacrifica dijs,  
 audi me, & comple iussa principum. Petrus respondit: Ego manufactis dijs, ligneis & la-  
 pideis, quales vos estis, non sacrifico.

Præses dixit: Iniuriã nobis facis. Nescis quia potestatem habeo occidendi te? Petrus  
 respondit: Ego iniuriam nò facio, sed quod scriptum est in lege diuina, hoc dico. Simu-  
 lacra, inquit, gentium argentum & aurum, opera manuù hominum. Os, oculos, nares,  
 aures, manus, pedes habent: sed de his neq; loquuntur, neq; vident, neq; odorant, neq;  
 audiunt, neq; palpant, neq; ambulant, dicit Dominus. & subsequitur: Similes illis fiant  
 qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Si Dominus per Prophetam & spiritum  
 sanctum hæc dicit, quomodo tu mihi dicis, quod iniuriã tibi fecerim, quia dixi similem  
 te lapidibus & lignis mutis & surdis, in quibus damonia colitis, & me persuades tibi si-  
 milem fieri? Præses dixit: Audime, miserere tu, & sacrifica. Petrus respondit: Tunc me  
 misereor, si non sacrificauero, & à veritate non discessero. Sed quia infidelis es, & nec  
 mihi credis, nec legi diuinæ, quia qui damonijs sacrificat, eradicabitur, & semper mihi  
 hoc ingeris delictum, fac quod tibi iustum est. Præses dixit: Adhuc gero patientiam, ex-  
 pectans vt tecum cogitans, sacrifices & saluèris. Petrus respondit: Superflua tibi persua-  
 des. fac iam, quod facturus es, & adimple opera patris tui diaboli. Nam & hoc non factu-  
 rus sum, nec mihi Dominus meus Iesus Christus permittat, quem colo.

Præses iussit eum suspendi: cumq; fuisset appensus, dixit ad eum: Quid dicis Petre?  
 Sacrificas, an non? Petrus respondit: Iube adhiberi vngulas: ego enim iam dixi tibi fre-  
 quenter, quod nò sacrifico damonijs, nisi soli Deo meo, pro cuius nomine patior. Præ-  
 ses iussit eum fortiter torqueri. Cumq; vexaretur nimium prædicabilis Dei martyr, vo-  
 cem doloris non dabat, sed tantum psallebat, dicens: Vnam petij à Domino, hanc re-  
 quiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. & iterum dicebat:  
 Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipi-  
 am, & nomen Domini inuocabo. Hæc eo loquente, amplius excitatus Præses, alios car-  
 nifices iussit accedere. Turba verò adstans, cum videret nimium sanguinem currere per  
 pavementum, doluit, dicens ad eum: Miserere tu, homo, & sacrifica, vt te liberes ab his  
 crudelissimis pœnis. Sanctus verò Dei Petrus respondit: Hæc pœnæ nullæ sunt, nec mihi  
 alicum incutiunt dolorem: sed si negauero Deum meum, in veras pœnas, & in maiora  
 tormenta perpetua ingressurum me esse cognosco. Præses dixit: Quid dicis Petre? Sa-  
 crificas, aut pœnitebis, Petrus respondit: Ego nec pœniteo, nec sacrifico. Præses dixit:  
 Ego sententiã in te infero. Petrus respondit: Hoc est, quod tota auiditate expecto. Tunc  
 Præses dedit aduersus eum sententiã, dicens: Petrum contemptorem inuidissimo-  
 rum principum propter legem Dei sui, cruci affigi præcipio. Sic quoque venerabilis  
 athleta Christi, complens agonem suum, dignus habitus est passionibus Domini parti-  
 cipari. Martyrizatus est autem testis Christi Balsamus, qui & Petrus, apud Aulonam ci-  
 uitatem tertio Nonas Ianuarij, sub Maximiano Imperatore, regnante Domino nostro  
 Iesu Christo, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Psal. 113.

Adhibetur  
 ei tormẽta.

Psal. 26.

Psal. 115.

Contemnit  
 immanes  
 cruciatus.

Cruci affi-  
 gitur.

**IN GORDIVM MARTYREM, MILITEM CAE-  
 SAREENSEM, ORATIO BASILII MAGNI, EIVS**

Est homi-  
 lia 19.

*insigne martyrium egregie depingens.*

**N**aturæ lex est apibus innata, fratres dilectissimi, vt nisi rex prius In Gregori  
 agmen præcedat, ab alucaribus nusquam discedant. Vos autè Dei Menologia  
 populum, cum nunc primum ad martyres, tanquam ad flores cælè- festu S. Gor-  
 stes exeuntes, & huc frequentes conuenire viderim, quo id duce fe- dij habetur  
 ceritis, exquirò. Quis ingentè hunc æstum excitauit? Quis hyema- 3. Ianuarij.  
 lem hanc tristitiã in vernam serenitatè commutauit, vt populus  
 ex ciuitatis ædificijs, tanquam ex apum aluearibus, hilaris egressus,  
 ad suburbanum decus præclarumq; martyris stadium conflueret? Quoniam igitur &  
 I nos,

Prou.10. iu. xta LXX.

nos, infirmitatis nostre oblitos, celebritas martyris excitauit, agè & ipsi quoque, quantum voce contendere licet, veluti bombantes apes, vernantibus floribus circumfusæ, præclara ipsius gesta personemus: rem quidem piam agentes, simul & gratam ijs qui adfunt. In laude nanq; iusti populus lætabitur. Salomonis lectio nobis nupèr recitata, quidnam per latentem huiuscemodi prouerbij sensum sibi velit, mecum ipse cogitabam: an fortè dicat, quòd populus oratione magnifica, ac planè culta rhetoris cuiusdã potentis, quæ auditorum aures demulceat, oblectetur: præterea sermonis ornatum, rerumque inuentionem ac dispositionem elegantem exoptet. Quod profectò mihi veri, simile non videtur, cum ipse nusquam huiuscemodi dicendi genere vsus fuisse inueniatur. Nam & sanctorum memorias, orationis & eloquentiæ fucò prosequi, non fas erat admonere, illi præsertim, cuius scripta sermone simplici, nulloque styli apparatu conspiciuntur.

Res gestæ Sanctorum quo fructu cõmemorantur.

Quis ergò illorum verborũ sensus? Is videlicet, quòd populus spirituali lætitia gaudet, si eorum tantum admoneatur, quæ iusti patrãrunt: atq; indè ad æmulationè rectè factorum ab ijs, quæ audit, accenditur. Illorũ enim, qui in fide claruerunt, historia simplex, velut lucem quandam Dei cultoribus ad virtutis iter ostendit. Quamobrem cum in sacris voluminibus Mosis vitam, morumq; lenitatè, nostræ naturæ magnoperè optatam, narrante spiritu sancto audimus, statim emulamur. Quòd si reliquorum facta virorum eloquentiæ floribus ornantur, sanctis tantum ad ea, quæ maxima gessere, demonstranda, sat fuerit. oratio simplex. Itaque dum vitam eorum, qui in pietate conuersati sunt, exponimus, Dominum cumprimis per seruos suos glorificamus: Deindè & iustos ipsos testimonio eorum, quæ scimus, celebramus, & populum per auditum rectè factorum exhilaramus. Ioseph dum audimus aut legimus vitam, illius assequi castitatè magnoperè cupimus. Si verò Samsonis narratur historia, ad illius imitãdam fortitudinem accendimur. Sacra igitur schola, præcepta rhetorum aut instituta non sequitur: nudam rerum expositionem pro encomijs habet, quam & sanctis, ac nobis satis esse existimat: illis quidem ad virtutis eorum præconium, nobis verò ad imitationis gloriam atque formam. Encomiorum nanq; lex est, patriæ dignitatem ostendere, generis originem ex alto repetere, educationis incunabula diligentiùs referre. Nostrum verò dogma hæc tanquam superuacua dimittit, & quæ sunt propria ac vernacula, sectatur. Quidnam ego sum melior, si mea ciuitas olim magna bella gessit, aut de hostibus triumphauit? Si eadem optimo sit in loco sita, æstate ac hyeme, cæliq; temperie fruatur? Si fertilis est visis gignendis, si ager pascendo pecori sufficiat, si meliores nutriat equorum greges, quàm vsquam reperiantur? Quid, inquam, ista? An ad virtutem commendatiores nos reddere possunt? Nos ipsi profectò decipimus, si in montis cacumine cõstituti, nubes nos transcendere, ac sublime cælum nobis cedere videntes, hac de causã nobis aliquid accedere existimamus. Ineptum insupèr, si sanctis, qui res orbis vniuersas contempserunt, his esse opus commendationibus putamus.

Gene. 39.

Judic. 13. 14. 15. 16.

Præcepta rhetorum, Christianis vbi negligenda.

Igitur nostri tantum causa profectus, sat fuerit illorum celebrare memoriam. Non enim nostris indigent laudibus ornari, sed nos ipsorum vitæ historia & commemoratione, imitationis gratia, indigemus. Quemadmodum enim ex igne naturaliter emicat splendor, ex vngueto quoque præstanti diffunditur odor: sic è sanctorum commemoratione gestorum, ad omnes prouenit vtilitas. Fuerit haud modici momenti, eorum, quæ olim gesta sunt, veritatem exactè tenere. Nam obscura quædam fama, viri huius præclara facta conseruans, ad nos vsque venit. Quamobrem pictoribus rectè comparabimur. Illi enim cum ex imaginibus imagines depingunt, vt par est, à prima forma plurimum recedunt. Nos item cum rerum gestarum adpectu caruerimus, valdè metuendum, nè dicendo rerum veritatem atteramus. Verum quando eius hodiè festum celebramus, qui in huiuscemodi die certamen pro Christi nomine subijt, quantum ex eius historiae noticia deprendere licebit, enarrabimus.

Historia S. Gordij martyris.

Fuit hic martyr beatissimus ciuis noster Cæsarensis: ex quo non mirum, si nostræ mentis affectus ad eum potissimum dirigitur, quod profectò ad verum ac domesticum nobis facit ornamentum. Nam sicut arbores, quæ bona ferunt poma, propriæ bonitatis laudè nutrienti tribuunt humo: sic iste ex nostræ vrbs prodiēs vtero, ad summumq; gloriæ culmen euectus, patriæ, quæ eum pròduxit atque aluit, honorem gloriosissimi martyrij tribuit. Lucunda nempè sunt quidè & externa poma, modò sapore delectant: sed

sed longè nostro gratiora gustui propria, quàm peregrina: præterquam quòd & gloriam quandam nobis conferre videntur. Militiam exercuit, in qua locum admodum insignem tenuit, ità vt centum milites eius imperio parerent: quodq; animi virtute & corporis viribus præcelleret, cunctis inter ordines militibus præstantior habebatur. Ea sanè tempestate, cum tyrannus impius, qui tunc imperitabat, in Christianum nomen virus suæ feritatis effunderet, manumque Deo inimicam aduersus Ecclesiam exerceret, tota vrbe præconis tuba sonabat, toto foro & per compita tyrannicum promulgabatur edictum, nè quis Christum adoraret: qui verò contra iussa faceret, morte plecteretur. Idola proponebantur adoranda omnibus, lapideaque ac lignea hominum simulacra, pro vero numine colenda: & si qui recusarent, extrema intentabantur. Confundebatur tota ciuitas, quæ rei nouitate attonita, tota tumultuabatur. Christianorũ domus singulæ vastabantur. Innocentiũ facultates diripiabantur. Fidelium & ingenuorum corpora, carnisficum manibus discerpebantur. Matres familiãs per vicos trahebantur. Nulla iuuenum commiseratio, nulla senum reuerentia erat. Infantes, noxijs ac maleficis digna patiebantur. Complebantur supra modum carceres, domus insignes & opulentæ vacuabantur. Pleni saltus, plena per fugis loca deserta, ob vnum tantum crimen, quòd Christum colerent. Prodebat patrem filius. Pater filium accusabat. Frater aduersus fratrem insaniebat. Seruus domino insultabat. Adedò diabolicis artibus hominum animi affecti tenebantur, vt velut in tenebris agentes, sese minimè cognoscerent. Præter hæc autem, domus orationis, prophanorum manibus vastabantur: aræ sanctissimæ euertebantur, nec erat oblatio villa, nec thymiamia. Diuinæ rei nullus iam locus erat amplius relictus. Cuncta mœror ingens veluti diffusa caligo occupabat. Sacerdotum collegia fugabantur. Sacer omnis conuentus cladem insolitam expauescebat. Dæmones verò tripudiabant, & nidore ac sanguine victimarum infecta cuncta dabant.

Gordius centurio.

Inimici hominis, do mestici eius.

Notent hoc loco hæretici aras, oblationè, thymiamia &c.

Hæc igitur exempla crudelia cum Centurio generosus conspiceret, tantorum malorum exitum præueniens, abiecto militiæ balteo, spontè sibi exilium delegit. Itaq; relictis honoribus, relictis omnis generis facultatibus, seruis, propinquis, amicis, voluptatibus & rebus alijs, quas cæteri maximè appetere, ac magno studio parare solent, ad vasta deserta & hominibus inuia loca contendit: longè secum meliùs agi putans, si in ferarũ recessibus, quàm inter idola vana cum hominibus habitaret, Eliæ prophete secutus exemplum, qui cum Sidoniorum conspiceret impietatem quotidie inualescentem, in montis Oreb speluncam secessit, ac sese ab omni humana conuersatione, vt Deum quæreret ac videret, abdicauit. Vidit tandem, quantum fas est homini mortali, Eodem modo noster Gordius, spiritus omnibus, vrbanos fugiens tumultus, fori clamorem, magistratum ambitionè, tribunaliũ fastum, obtretratores, emettes, vendentes, peierantes, mentiètes, mimos, scurras, ceterosq; huiuscemodi generis homines, quibus magnæ vrbes refertæ sunt, multosq; secum, tanquam magnæ naues, alligatas puppibus cymbas per equora trahit. Insupèr visu audituque, ac animo à vitijs purgato & libero, Deum ipsum contemplantando videre mernit, tum magna discere mysteria, quæ non ab hominibus, nec per homines fuit edoctus, sed magno vsus præceptore, spiritu veritatis.

3. Reg. 19.

Quamobrem secũ meditans, quàm sit fallax & inanis vita humana, ac somnij phantasmatis equi paranda, in supernæ illius vocationis amorè exarsit, ac veluti fortis athleta, sese vigilijs, ieiunijs, orationibus, studijs demum diuinæ eruditionis probè exercitatum, & ad certamen instructum animaduertens, hũc maximè diem obseruauit, in quo frequens ciuitas visendo equestri spectaculo erat intenta: quod hoc in loco ea tempestate in Martis, seu potius furentis bellorum dæmonis, honorem celebrabatur. Populus omnis ex edito spectabat, nec vllus deerat: non Iudæus, non gentilis, non item Christianorum multitudo, quæ negligenter viuerebat, & cum vanitatis concilio commixta sedebat, non declinans conuentus malignantium, sed & ipsa tum equorum cursum & aurigarum agilitatè spectabat. Serui eo die ab opere liberi, pueri è scholis spectatum currebant, foeminæ prostitutæ ac ignobiles aderant. Plenum erat stadiũ, & omnis iam turba confederat, equestre certamen videre intenta.

Humanæ vitæ fallacia.

Tunc magnanimus ac fortis heros permontis cliuũ in theatrum properans, non populum horruit, non quàm hostilibus se manibus traderet, pensitauit: sed corde intrepido & animo excelso, quasi quædam continua saxa, aut arbores multas, eos qui circa stadium sedebant, prætercurrès, in medio constitit stadio, complens dictum illud: Iustus

Vide admiramdam S. Gordij virtutem, Prou. 28,



vt leo confidenter agit. Quid plura? Adeo intrepido excelsoque animo fuit, vt cum in eminentiore theatri parte stare, ingenti voce, quam qui audierunt, extant adhuc aliqui, exclamauerit, & clarè illud Apostoli ad Romanos dixerit: Ecce inuentus sum ab ijs, qui me non querunt: his qui me non interrogabant, palam apparui. Quibus sanè verbis se in eum venisse locum significauit minimè coactum, sed vltro se ad certamen exhibuisse, Saluatoris exemplum secutum: qui cum per atram noctem minimè videretur, se Iudæis manifestauit. Omnium igitur oculos statim in se conuertit. Erat enim ad spectu horridus, & quod montana diu incoluerat, squalenti capillo, barba promissa, veste obsita, corpore toto aridus, pera præcinctus, baculo innixus. Quæ sanè omnia horrorem quendam vulgo adspicienti incutiebant, simul & eum illustrem magnoperè reddebant. Vbi autem quis esset, cognitus fuit, gentiliū simul & Christianorū clamor est ortus: his quidem ob gaudium sui cõmilitonis exultantibus, illis verò, qui repugnant veritati, iudicis animum ad eius cadem accendentibus, & iam ad mortem condemnantibus. Igitur clamor atq; tumultus omnia complebat: equos, currus, aurigas iam despiciebant. Frustrà rotarum stridor aërem verberabat: nullus aliud quàm Gordium videre mâlebat: nullus quæ Gordium verba sonante in audire studebat. Totum deniquè theatrum murmure, more venti per aëra sonantis, perstrepebat, & equorum cursum superabat.

Vbi verò per præconem silentium imperatum, conticuere buccinæ, sopitæ fistulæ, varia musicorum instrumenta siluerunt, solus adspiciebatur Gordius, solus audiebatur. Hinc ad præsidis tribunal, qui tum in eodem loco sedebat, certamenque instituebat, confessim adductus, & ab eo qui sanam, aut cuius esset, interrogatus, & patriam & generis & dignitatis locū, quæ tenuerat, præterea causam fugæ ac reditus pariter enarrauit. Reuerfus sum, inquit, palam ostendens, quæ tua edicta nihil omnino curo, sed Iesum Christum spem meam, meumque præsidium profiteor: cumque, acceperim te reliquos homines crudelitate superare, hoc sanè tempus explendo meo voto maximè idoneum sumpti. His sanè verbis velut ignis ira præsidis accensa, quæ quid in eo furoris erat, in hæc subito conuertit. Præsto sint, inquit, lictores, flagella, plumbatæ: corpus rotis scindatur, in equuleo suspendatur, omne tormentorum genus excogitetur. Feroces adsint feræ, igni tradatur, gladio feriat, in altum barathrum deijciatur. Verum parua hæc omnia viro execrando, digno qui non vna tantum morte intereat. Quin, inquit Gordius, damnum me facere profecto video, si sæpè varijsque modis extingui, variaque pro Christo pati supplicia nequeo. At ille his magis iritatus verbis, magisque se lædi ac sperni ob talem loquendi licentiam existimans, naturali eius feritati vehementer accessit imperus, ac eo truculentior fiebat, quo ille constantior in contemnenda pœna videbatur: cum nulla tormentorum ratione, nullis armis à cœpro proposito auerti posset: quin in caelum oculos attollens, sacra psalmorum carmina decantabat: Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Et rursus: Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et alia istis germana, quæ de sacris promebat voluminibus, ad animum confirmandum, & in proposito perseverandum maximè facientia. Tantumque absuit, vt intentas horreret pœnas, vt eas vltro in se prouocaret, supplicijque moras vehementer increparet. Quid, inquit, tardatis? Quid statis? Corripite corpus: membra frustatim cadantur. Deniquè quodcumque de me supplicium volueritis, sumite. Nolite mihi beatam spem inuidere. Quanto enim mihi plus tormentorum accesserit, tanto plus referam præmiorum. Res enim in hac vita aduersa, nobis apud Deum perpetuam pariunt voluptatem. Si vulnera mille ac cicatrices patimur, in resurrectione splendido induemur amictu. Pro contumelia atque ignominia palmas coronasque assequemur. Pro vinculis & carcere, per ampla paradisi spatia læti vagabimur. Pro accusatione demum atque iniqua condemnatione, gloriam ex Deo & angelis referemus. Minus vestre semina mihi sunt diuina, vnde immortalitatem perpetuaque gaudia metam.

Cum tandem vir beatus hac seueritate à fide obstinata auerti non posset, alia tunc via præses est aggressus. Illecebris & omni lenitate contaminare conatus est: cum præsertim diabolus hac vii soleat arte, vt timidos metu pterreat, fortes leniat atque palpet. Quod imitatus præses, vbi illum rebus terribilibus non flexit, dolis ac placabilitate circumuenire querebat. Quamobrem magna se daturum spondebat: quorum alia tunc haberet, alia Imperatorem daturū ei affirmabat, locum inter milites illustrem, facultates, opes, quicquid deniquè animus cuperet. At ille nec sic quidem victus, præsidis in saniam ridebat,

Esa 67.  
Rom. 10.

Ioan. 18.

Nota Lector.

Oserua &amp; hic eius constantiam.

Psal. 17.  
Psal. 22.

Res aduersæ semper ternam cõsaliant felicitatem.

Versuria diaboli.

ridebat, qui compensare dignum aliquod supernis sedibus existimaret. Impius ille tunc laxatis iræ habenis, furore percitus, ensẽm vagina diripit, licet ore coram ad stare iussit, & manu & lingua nefanda, ad viri damnationem se accinxit. Ad tribunal omnis theatri multitudo conuenit: reliquus verò populus, qui adhuc in vrbe fuerat, prorumpens, ad hoc nouum properauit spectaculum, quod & angeli & homines verebantur: demones verò perhorrebant. Quid plura? Concurrentibus eò cunctis, vrbs penè vacua facta est, fluminis instar tota incolarum multitudine extra urbem ad locum martyrij confluenta. Matres familiæ nobiles, ignobiles properabant: domus sine custodibus relicta, tabernæ negotiatorum desertæ, in foro venalia disiecta iacebant. Ex hoc tantum vrbs ruita, quod omnibus extra mœnia egressis, nemo intus remanserat, qui nefas aliquid perpetrare posset. Serui, ministerio neglecto, auidi spectandi erant. Qui etiam publico non fuerat adueti, ad virum hunc accurrebant. Virgines tunc primò extra domos prodeuntes, marium vultus conspexere. Valetudinarij ac senes ipsi quoque extra muros contendebant.

In tanto itaque ciuitatis concursu, beatum Gordium, alteram vitam iamiam per mortem corporis spectantem atque tenentem, necessariorū amicorumque turba circumstibat, amplectebantur, oscula dabant: demum flentes adhortabantur, ne sese in ardentis flammæ conijceret, ne florem proderet iuuenturis, aut æthereas auras, solisque dulce iubar relinqueret. Nonnulli quando à fide omnino auertere non poterant, aut fas putarent, quibusdam eum verisimilibus aggrediebantur rationibus, & Christum tantum corde si cuperet retinere, ore autem negare suadebant. Non enim Deum verba, sed loquentis animum, inspicere. Hoc fermè modo exasperatum iudicis animum demulceri, & Deum nihilominus propitiū posse reddi asseruerant. At ille tanquam cautes immota maris exagitantibus fluctibus, nulla vi, nulloque verborum impulsu quassatus, in obstinato cœptoque proposito in inexorabilis permansit. Vt enim sapientis domum, supra petram aedificatam, vis nulla ventorum, aut imber e cælo vehemens, nec torrentis impetus quassare potest: ita demum nec preces illæ, aut minè constantiam eius in fidem Christi euertere potuerunt. Cumque mentis acies huc illuc circuncursantem diabolus, & eius impulsu ac arte hinc lachrymas oriri, inde vim eloquentiæ suadendique copiam subministrari animaduerteret, illud Domini verbū flentibus ait: Nolite flere super me, sed flere super Dei inimicos, qui in Christianos continuo grassantur. Ipsos, inquam, flere, qui ignem nobis parant, sibi met gehennæ incendia, iramque in die iræ thesaurizantes. Meum sollicitare aut emollire animum desinite. Ego enim pro nomine Domini Iesu Christi mille pericula milleque mortes, si opus foret, adire sum paratus. Alijs verò, qui Christum ore negare adhortabantur, respondit: Lingua quidem, quam Christi beneficio retineo, adduci non possum, vt suum neget authorem. Corde nanque credimus ad iustitiam, ore verò confitemur ad salutem. Num militaris ordo desperatam habet salutem? Nullus ne centurio pius erit? Primi centurionis exemplum succurrat, qui cruci Saluatoris assistens, eius diuinitatem per prodigia facta cognoscens, nō est veritus, adhuc Iudæis furentibus in eade, nomen eius palam fatcri. Quod enim animo sensit, id ore subito manifesta uit, Verè Dei filius erat iste. Alius item centurio, Christum adhuc in carne existentem, Deum & regem virtutum esse nouit, qui posset solo verbo opem suam per ministros spiritus egenti bus adferre: cuius & fidem Dominus Istraëli vniuerso prætulit. Cornelius item centurio angelum Domini videre, & per Petrum filius fieri meruit, cuius Dominus preces simul & eleemosynas respexit. Horum igitur centurionum libenter discipulus & imitator esse cupio.

Negem ego Deum meum, in cuius cultu sum educatus? Nōne cælum, sol & astra omnia, lumen mihi clauderent suum? Credam profecto humū, quam pedibus tero, mihi ruituram. Nolite errare. Deus nequaquam irrideri potest. Ex ore nostro nos iudicat. Ex nostris, inquam, verbis nos seruat & damnat. Nōne tremendam Domini sententiam audiistis: Qui me negabit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui in cælis est? Mihi consulitis, vt Deum nōsse dissimulem? Quamobrem? Vt vitam pro rogem? morrem differam? dies adjiciam? At supernæ vitæ longæuos perdam annos. An vt corporis cruciatus effugiam? At sic nō videbo bona iustorum. Nam iri perditum dedita opera, & fraude ac dolo sauas tartari pœnas mercari, manifesta infania est. Vobis igitur consulo: si malè sapitis, sapientiam ac veritatem discite. Si verò dissimulatis, tem-

I 3 poriq;

Improbum &amp; stultum consilium.

Luc. 23.

Rom. 10.

Matth. 27.  
Matth. 8.

Act. 10.

Galat. 6.  
Luc. 19.  
Matth. 12.  
Matth. 10.

Philip 2.  
ibidem.  
Exhortatio  
ad marty-  
rium.

poriq; obsequimini: vos hortor rogoque, relicto mēdacio, vera loquamini. Dicitur, quoniam Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Nam hanc vocem emittet lingua, quādo in nomine Iesu omne genu flectetur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Omnes profecto morti sumus obnoxij, sed non omnes in clivā martyrij mortem sortiuntur. Non igitur naturalē vitæ cursum præstolemur: mundana funera, supremas nostrorum lachrymas despiciamus: caelestem gloriā violenta immaturaq; morte præueniamus. Velociter ex hac vita, quæ potius est interitus longus dicēda, breui quidem labore ad vitam veram commigremus. Quid miserī supremum ætatis finem, inutilem, sterilem, infructuosum, stultum, vanum, hominibus pariter & brutis communem expectatis? Quicumq; enim nati sunt, aut senio tabescunt, aut ægritudine corporis resoluuntur, aut violento improvisoq; casu aliquo concidunt. Quando igitur omnino semel è vita migrandum est, martyrium pro Christi nomine, vt semper viuatis, alacriter assumite, ac vitæ, quam omnino relinquere oportet, nē parcite. Sit pro necessitate volūtas. Quanquam etiam si sempiterna essent terrena ista, nihilominus sic quoque pro caelestibus commutanda essent. Verum quoniam fluxa fragilesq; sunt, & illorum comparatione magno perè indigna: quis furor, in his inuigilare, & illorum studio spem illam beatam, credentibus repositam, negligere?

Crucis si-  
gno se mu-  
nit.

Hęc vbi dixit Christi miles, crucis se signo communivit, & animi magna cōstantia, vultu intrepido, colore nusquam mutato, ad supplicium hilaris contendit: vbi tantam cordis præ se ferebat alacritatem, vt non licetorum, sed angelorum manibus se committere videretur, qui subito post interitum, sublimem eum in cælū deferrent. Ad hęc tantus illius populi clamor ac tumultus est factus, vt vel tonante cælo nunquam similis sit auditus. Hoc igitur huius præclari martyrij certamen fuit. Hoc hodierna dies spectaculum vidit: quod proculdubio tale est, vt nec temporis diuturnitas vnquam abolere, nec longæ consuetudinis fastidium tollere, nec aliud quippiam quanuis magnum exuperare valeat. Nam quemadmodum solem quanto magis adspicimus, tanto magis eum admiramur, nec vllō modo assiduitate vilescit: sic & huius viri sanctissimi memoria, quo maiori eam temporis spatio retinemus, eo recentior in nostris animis floret. In memoria enim æterna iustus erit. In terris quidē, dum terra durabit, in cælis verò apud æquum & altissimum iudicem, Dominum nostrum Iesum Christum: Cui honor & imperium in æterna secula, Amen.

Rfal. III.

VITA GENOVEFAE SANCTISSIMAE VIRGINIS, EX VETVSTIS MANVSCRIPTIS CODICIBVS  
*descripta, sed mutato stylo, per F. Laurentium Surium.*

3. IANVAR.  
septem

Hæresis Pe-  
lagiana in  
Britannia.



Virgo sanctissima Genouefa in Nemethorensi parochia, quæ à Lutetia Parisiorum quatuor ferè milliariis abest, Seuero patre, Gerontia matre, progenita est. Ea quātam ab incunte pueritia Dei gratiam adeptā sit, quamque deuotè & religiosè à teneris annis Deo seruiērit, fidelium auditui profectuique valitura, vt habet textus historiæ eius, edita in titulis verba testantur. In Britannijs grassante hæresi Pelagiana, acciti sunt ad eam reprimendam præclarissimi antistites Germanus Antiodorēsis & Lupus Trecaſenus episcopi. Illi ergo iam carpentes iter, ad supradictam parochiam tum orandi, tum manendi causa diuerterunt. Occurrit autem illis vtriusq; sexus ingens turba viciillius, benedictionem petens, & inter alios Genouefa quoque adolescentula, parētum vestigijs insistent, illis obuiam processit: quam cum sanctus Germanus procul esset intuitus, nescio quid in ea futura gratia & sanctitatis, Deo reuelante, præsentiens, mox & nomen & parentes eius coepit inquirere. Cumque circumstantes & nomen & parentes illi indicassent, sanctus Germanus ait ad parentes: Vestra hæc est filia? Nostra est, inquit illi. Et Germanus, Felices vos, ait, tam venerandæ prolis genitores. Deinde abeunt ad ecclesiā, & persolutis horæ Nonæ precibus, sanctus Germanus parentes vnā cum filia ad hospitium suum ire, puellamque Genouefam postridiè

postridiè sibi, antè quàm abscederet, maturè adduci iussit.

Itaque sole oriente properant cum filia parentes ad Germanum episcopum: qui eam, præsciis futurorum, blandis verbis hortari coepit ad complectendum vitæ religiosæ propositum. Illa verò se eiusmodi vitæ institutum, paruula quidem ætate, sed non infantili sensu, summoperè exoptare respondit. Admiratus autem non mediocriter in tantilla ætate sanctus pontifex & Dei donum & fidei exordia, in terram desiguit obtutus, vidensque nummum creum humi iacentem, crucis imagine notatum, eum tollit, atq; Genouefæ quasi pignus quoddam religiosi muneris donat, præcipiens vt eum perforatum suo collo appensum gestet, nec vilius deinceps metalli vel margaritarum monilibus ornari se sustineat: vti sic contemptis mundi huius ornamentis, veri nitoris & caelestis gratiæ pulchritudine possit decorari. Atque ita valedicens ei, & commendans eam parentibus eius, in Britannias profectus est. Deinde post dies aliquot mater eius solenni die ad templum itura, Genouefam somno vacare, ac domi residere iubet. At puella dicens & clamitans, se memorem professionis suæ, velle templum orationis & deuotionis studio adire, cum eam mater nulla ratione posset repellere, ab illa, ira incitante, in maxillam percussa est, sed non impunè. Nam repenti oculorum priuata lumine, biennio ferè cæca permansit. Sed tandem Deo inspirante reminiscens, quæ de filia sua Genouefa Germanus antistes prædixisset, eam ad se vocans, ait: Quæso, cape vnam, pergensq; ad puteum, adferendè mihi matri tuæ aquam, quæ orbata lumine, quasi femiuiua esse videor. Itaque Genouefa cum ingenti festinatione abiit ad puteum, impletoq; vase, aquam optatam matri cæcæ obtulit. Mater verò ad cælum tendens manus, aquam à filia allatam fideliter accepit, oratq; filiam, vt signum crucis super eam exprimeret: ac deinde oculos illa illiniens, sentit sibi non nihil restitutum esse visum: itaque bis terque idem faciens, integram se oculorum aciem gratulatur recuperasse.

Mater Ge-  
nouefa sic  
cæca ob cæ-  
sam filiam.

Recuperat  
visum.

Postea verò cum duæ puellæ, quæ eam ætate longè antecederent, vnā cum illa episcopo consecrandæ offerrentur, ille quoque nescio quid in ea latentis gratiæ animadvertens, ante alias consecrationi vel benedictioni eam iussit offerri: atque sic etiā duæ illæ posteriùs consecratæ, ab episcopi conspectu cum Genouefa pariter abscesserunt. Cum autem parentes eius defuncti essent, matre eius spiritali eam accersente & adhortante, Parisios emigravit, vbi illa degebat. Sed cum eò se contulisset, paralysi correpta est: verum ex illo morbo Christi gratia ei peculiariùs collata, magis coepit ad vulgi notitiam propagari: cumq; eius corpus paralysis acriùs sæuiens ad eò dissolueret, vt vi noxi humoris populante, nulla prorsus compago suis artibus adhereret, morbi afflictione vehementer depressa, triduo semianimis iacens, solis genibus subbruefcentibus palpitauit. At vbi corporis incolumitatem, Dei misericordia opitulante, recuperavit, multa quæ in spiritu interim viderat, quibusdam spiritalibus personis indicauit: quæ, ob vitandas incredulorum oblocutiones & iactantiæ suspensionem, nihil hic opus est explicare.

Genouefa  
fit paralyti-  
ca.

Restituitur  
sanitati.

Adueniente deinde sancto Germano Parisios, iterumq; Britannia petente, ob tanti pontificis venerationē, omnis populus procul extra urbē pro fidei deuotione illi processit obuiā. Ille verò mox de Genouefæ vita & actibus coepit inquirere. Ibi tū quidam è vulgo, inuidia instigante, ad loquendū procaces, ad obtrectandū præoptuli, illustre vitæ illius claritudinem suis oblocutionibus & susurris obscurare nitentur. At sanctus pontifex Germanus, pontifice digna grauitate illos confestim respuit, in urbemque ingressus, Genouefæ hospitium sibi indicari petijt: eamq; cum summa humilitate & veneratione salutans, vitæ illius rationem vniuerso populo, ita vt in Nemethodoro fecerat, prædicauit. Deinde vrbe egressus, in Britannias suscepto perrexit itinere.

Pacitur ob-  
tractatores.

Ea tempestate Attila Hunnorum rex prouincias Galliarum inmani coeperat populatione vastare. Itaque Parisienses illius vim furoremque reformidantes, se vnā cū conjugibus ac liberis fortunisque, suis ad munitiora loca, relicta Lutetia, transferre instituebant. Verum sancta Genouefa illorum coniuges magna cōstantia adhortata est, nē vrbe, in qua & nata & educata essent, ea animi desperatione fracte desererent, sed potius contra hostiles & enses & arma se maritosque suos ieiunijs & orationibus communirent, sicque facilius, Deo opitulante, se confiderent euasuras. His auditis, matronæ sanctæ Genouefæ sese consilijs accommodantes, & dies aliquot in baptisterio vigilijs insistentes, incumbunt precibus, spemq; suam in Dei misericordia & auxilio reponere constituit.

Attila va-  
stare Gallias.

Illarum quoque maritos modis omnibus S. virgo admonebat, ne ex desperatione bona sua ex vrbe exportarent, sed potius Dominum fideliter deprecarentur, qui ipsos ab independentibus periculis facile posset eripere. Porro vrbes illas, quas tanquam munitiores petere decreuissent, aiebat ab hoste immaniùs & acriùs oppugnatum iri: Lutetiam verò, Deo protegente, nihil mali passuram. Verùm hac occasione incitati ciues quidam Parisienses, cum sancta & Deo grata virgo publicæ utilitatis causa non cessaret & viros & mulieres adhortari, non dubitarunt sacrilegos contra illam inire conuentus, atque in necem ancille Christi sancte & religiosè viuentis, nefaria conspiratione coniungunt, & poenas & supplicia illi sceleratissimè velle inferre, quæ meritò adulteris & flagitiosis hominibus irrogarentur. Cumque iam de inferenda illi sine cunctatione nece inter se consensissent, sed de mortis genere adhuc tractarent, lapidibusne obruenda, vel in flumen demergenda esset, atque hac occasione deliberatū facinus non nihil suspendere: contigit interea Antisdorensis archidiaconum Parisios subito aduenire. Qui cum sollicitè quid illic ageretur, inquireret: quid ciues inter se tractaret, agnouit. Tum verò sic illos affatus est: Nolite, o ciues, tantum facinus mente concipere. Hanc ego sanctum Germanum venerabili voce laudare, & vite eius merita predicare crebrò audiui. Ecce quæ à memorato pontifice per me ad eam allatæ sunt eulogiæ, perspicite. Hæc & id genus plura alia Archidiacono referente, ciuium animi in illum iam magis quam in sanctam virginem inflammantur: verùm ille eos salubri allocutione compescuit. Sanctus quidem Martinus, virtutum ornamentis admirabilis, apud Vangionum ciuitatem à Prefecto militum custodia traditus, & altera die inermis hostium exercitui obiciendus, orationum suarum meritis vtriusque partis foedus obtinuit. Beatissimus quoque pontifex Anianus Aurelianensem urbem, Hunnorum obsidione vallatâ, & propè iam arietum ictibus ruentem, à presentissimo periculo, celeri per preces ad Deum susas Gothorum impetrato auxilio, liberauit. Hæc autem virgo Hunnorum exercitum non solum procul adhuc manentem in oratione posita prequidit, sed etiam, ne ad Parisiensem ciuitatem propius accederet, à Deo impetrauit. Non immeritò igitur sancta Genouefa magnæ venerationis debentur officia, cui cum predictis pontificibus in virtutum meritis quoddam gloriæ consortium esse probatur.

**Vitus S. Genouefa.** Certè à decimo quinto ætatis suæ anno vsque ad quinquagesimum, bis in hebdomada exigua cibi sumptione ieiunium dissoluit, panis hordeacei duntaxat & fabæ capiens pulmentum, idque Dominica duntaxat die, & quinta feria. Vinum verò vel quicquid inebriare potest, toto vitæ suæ spatio non bibit. Post annum autem quinquagesimum episcopis suadentibus, quibus contradicere sacrilegium est, cum Christus dicat, Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: piscium & lactis vsum, sed rarè & perparcè, admisit. Quoties ad cælum oculos tolleret, lachrymas fundebat. Comitibus sanè virgines preclaras has semper habuit, fidem, abstinentiam, magnanimitatem, patientiâ, simplicitatem, concordiam, innocentiam, prudentiam, charitatem, veritatem, disciplinam, castitatem, quæ toto vitæ illius tempore perpetuè ei adherebant.

Vicum Catullacensem, in quo sanctus Dionysius post passionem suam sepultus est, grandi amore ac veneratione prosecuta est. Hic verò beatissimus episcopus, tertio à Lutetia milliari, martyrio vitam finiuit, qui à Clemente sancti Petri discipulo fertur ad hæc loca ablegatus. Cupiebat autem sancta virgo huic sanctissimo martyri Dionysio in iam dicto vico basilicam eximij operis construere: sed ob rei familiaris angustiam, voluntati par facultas non aderat. Cum autem ad eam presbyteri pro more conuenirent, coepit cum ijs de construenda basilica conferre sermonem, vt vnusquisque pro viribus & fidei suæ deuotione impedimentum operi adferret. Illis verò potissimum causantibus, quæ ad calcem coquendam deesset facultas, sancta virgo de prepotentis Dei nihil hæsitans auxilio, sollicitè auscultare eos iubet, si quid à pretereuntibus fortasse dicatur. Obtempèrant illi protinus, libenter credituri, quicquid hac de re illis ostenderetur: egressique foras stant, indicto silentio, auribus excepturi, quid prætereuntes dicerent. Interim duos inter se subulcos colloquentes audiunt, quemadmodum alter eorum porcum ob pastum fortassis euagantem sollicitè perquirens, calcariam fornacem, eamque miræ magnitudinis in locis desertis & abditis reperisset: & alter itidem aliam eiusdem generis fornacem in sylua inuenisset. His auditis, presbyteri præ gaudio lachrymantès, Deo gratias agunt, quòd famulam suam Genouefam tam eximia dono gratiæ ditârunt: moxque

audita

Parisienses  
moliuntur  
necem S.  
Genouefa.

Vitus S.  
Genouefa.

Luc. 10.

Tractat de  
construenda  
S. Dionysij  
basilica.

audita ad illam referunt. Egressis autem è domo presbyteris, illa fixis humi genibus, sese prosternens, Dominum tota nocte suppliciter obsecrabit, vt tenuitatem virium ipsius ad perficiendum opus, quod illi vouisset, sua ope subleuaret. Expleta verò oratione, cum dies proximus illuxisset, ad Genesium presbyterum festina accessit, ei que re-pertas fornaces ordine enarravit, inuitans eum ad operis molitionem. At ille diligenter & accuratè se executurum promisit, quicquid ab ipsa iniungeretur. Itaque ciuibus quoque opem ferentibus, adhortante illos sancta Genouefa, beatissimi martyris Dionysij basilica constructa est.

Neque hæc silentium putauit, quid miraculi extiterit, cum eius basilicæ structura attentius curareretur. Conuocatis enim artificibus, cedendorum, conuendendorum, dolandorumque, lignorum peritis, cum permulti iam sanctæ virginis inuitatione permoti, ad perficiendam basilicæ fabricam pro fidei suæ deuotione conuenissent, accidit quodam tempore, ignorante S. Genouefa, vt potus propemodum deficeret laborantibus. Ait ergò ad illam Genesius presbyter, vt artifices intentius hortaretur, dum ad urbem ipse excurreret, allaturus potum necessarium. Illo egresso, sancta Genouefa vas sibi indicari precepit, vnde hætenis potus esset haustus: omnibusque foras exire iussis, cum lachrymis Dominum suppliciter orauit, vasque signum crucis imprimens, id effecit, vt eiusdem generis potu, quo antea plenum fuerat, ad summum usque denuò impletum cerneretur, perinde ac si nihil inde exhaustum fuisset: atque etiam ad operis usque consummationem artificibus satis abundeque potus ille sufficeret.

Solebat virgo sancta in obseruandis vigilijs hac vtideuotione, vt noctem sabbati vsque in crastinam lucem, id est, Dominicum diem, per uigilijs precetransigeret. Accidit verò, vt ad domesticæ volucris cantum, intempesta noctis iam exacto curriculo, quadam vice è cubiculo suo ad basilicam memoratam accenso præcunte cereo properaret, sed inter eundem nimia ventorum importunitate cereus extingueretur. Cum verò virgines comites illius, quæ circa illam erant, in densis illis tetra noctis tenebris & pluuia, quò irent, aut vbi gressus ponerent, ignorarent, Genouefa virgo è puellæ manu cereum arripuit, moxque ille vt prius ardere coepit: quem manu gestans, cum comitibus absque vlla gressuum titubatione ad basilicam peruenit. Porro cereus ille à sancta virgine ibidem defixus, eadem flamma, qua accensus fuerat, absumptus est.

Ferunt, cum in cellula sua virgo sancta humi prostrata orationi prolixè incumbere, preceque peracta è terra surrexisset, cereum nullo adhibito igne fuisse accensum: cuius particulas cum permulti fideliter expetissent, non minimum contra diuersos morbos inde remedium haud difficulter adeptos.

Mulier quadam calcamenta pedum eius furto abstulit, sed mox vt domum redijt, eccitate percussa est. Vt agnouit ergò, ob iniuriam sanctæ virgini illatâ, diuinitus hanc sibi poenam irrogatam, ad illam accessit, pronamque se illius pedibus prosternens, veniam petijt, & multum lamentans, oculorum lumen sibi restitui orauit. At illa miserata mulieris casum, à solo eam leuauit: subridensque, ob rei ablata viliratè, oculis eius crucis signum fidenter impressit, & pristini visus reddidit incolumitatem.

Laudani quid per eam Dominus operari dignatus sit, ipsius miraculi excellentia non nos patitur silentio prætereire. Cum virgo sancta ad eam urbem accederet, maxima pars populi in occursum illius properauit. Erant ibi inter alios puellæ cuiusdam parentum officijs vt. Ad eius ergò lectulum sancta Genouefa, parentum flexa precibus accessit: factaque oratione, cum dissolutos puellæ artus manibus attrectasset, hoc illi à Domino obtinuit, vt è lectulo, in quo decumbebat, illic exurgere, & suis manibus calceos posset induere, seque vestire, & cum illa, vt iussa erat, ad templum ire incolumis, quod cum eius loci homines vidissent, vehementi admiratione correpti, præcipua eam veneratione prosecuti sunt, laudes promentes omnipotenti Deo, qui tanta gratia se diligentes dignatur impertire.

Childericus rex Francorū, tamen non esset Christiana religione initiatus, virginem hanc sanctissimam singulari veneratione prosecutus est. Nā cum aliquādo quosdā reos capitis pertinaci animi sententia decreuisset occidere, ne sancta Genouefa precibus posset flecti ad misericordiam, ex vrbe egressus, iussit portas occludi. At vbi sanctæ Genouefæ nuntiatum est, regem eos necandi gratia extra oppidum processisse, mox illis veniam

Potum precibus impetrat à Deo.

Eius vigilijs certo tempore.

Cereus diuinitus accenditur.

Cæcam illam illuminat.

Curat paraliticam.

Childericus rex quātiens eam fecerit.

veniam precatura, festina abiit: atque adueniente illa ad portas obseratas, confestim ei, stupefactis custodibus, quasi ad quoddam iubentis imperium, referatque sunt: sicque coeptum carpens iter, ubi ad regem peruenit, ne miseri illi capite plecterentur, obtinuit. Ità illi iam iamque perituri, à præsentissimo mortis discrimine sunt liberati.

**Simeon** Sty. In regionibus Orientis fuit vir quidam sanctissimus, nomine Simeon, mundi huius contemptor egregius, qui quadraginta ferme annis in columna extra Antiochiam cõstitit. Is per mercatores, negociandi causa crebro venientes, sanctam Genouefam cum multa veneratione salutabat, & vt pro ipso Dominum oraret, sedulo precabatur. Quæ ex re videre licet, quàm copiosa gratia fideles seruos suos Christus locupletare & augere soleat, vt quos à mutua cognitione longinqui prouinciarum situs, & maxima locorum intervalla separant, eos Dei prouidentia interno quodam mentis adpectu inuicem se nõsse faciat.

**Puellæ** tuc. Adolescentula quædam iam nubilis, Cilinia nomine, cuidam puero stipulationum sponsionumque contra ctu, siue per sponsalia, addita fuit. At illa petijt à sancta Genouefa, vt religiosi habitus indumenta ipsi conferret, maritali copulæ & pompe seculari, religionis decus & virginitatis ornamenta præferens. Quod cum fama volitante ad sponsi aures perlatum esset, mox ille & amoris & furoris facibus inflammatus, ad Meldense oppidum, nuptias cum sua sponsa celebraturus, aduenit. Porro sancta Genouefa eius comperto aduentu, cum Cilinia ad templum accessit: & ecce ipsa interiora baptisterij limina, portis vltro apertis, illis mirabiliter patefcunt: sicque factum est, vt puella mundi huius procellosi naufragia, virginitatis perseuerantia superarit.

**Duodecim** Oblati sunt ei quodam tempore Parisijs duodecim, grauitèr à dæmonibus vexati: obsessi libe. rantur. pro quorum liberatione illa Dominum obnixè deprecante, energumeni vel obsessi illi fermè ad testudinem vsq; exiliebant, occulto quodam igne intus accensi, ita vt non sine inuentium formidine, iam in aere, nullis adstricta vinculis, corporum moles hæreret pendula, iam vociferantes ceu quodam vinculorum contracti pondere, instar voluminis cuiusdam complicarentur, iam verò resupini aërem brachijs & crinibus verberarent, grauibuscq; se virgeri supplicijs voce lugubri prolixè testarentur. Orante autem sancta virgine, diuerso coque inuisibili tormentorum genere torquentur. At cum oratione finita è pauimento Dei famula surrexisset, iussit eos ad S. Dionysij basilicam proferre. Illis verò dicentibus, non se posse eò proficisci, nisi ab ipsa solueretur, signo crucis eis impresso, iussit vt eò abirent: & nè corpora læderentur, illuc duntaxat, quò iussi erant, vt irent, dimissi sunt. Quò cum peruenissent, sancta virgo, sexus foeminei tarditate impedita, post duas horas illos subsecuta est: cumque ibidem tormentorum genere sanati restituit, immundis spiritibus profligatis, adeò vt illorum abscessum non solum oris querimoniæ, sed etiam teterrimus foetor, testarentur.

**Nouit** oc. Multa flagitia quorundam hominum, habitu duntaxat, non etiam vita & moribus, culta homi. ni peccata. religionis propositum præ se ferentium, cognouit Domino, reuelante, que illi existimabant alios penitus latere: atq; ob castigandam eorum impudentiam, quædam in publicum protulit: sed ea, nè honestas aures offendamus, tacita præterire maluimus.

**Excitat** pu. Erat apud illam foemina quædam, quam ab immundi spiritus vexatione liberauerat. erum mor. tuum. Habebat illa filiolum quadrimum, qui cum more puerorum temerè luderet, præceps in puteum ruit, & in ima demersus est. Eum verò mater post trium ferè horarum spatium extractum è puteo, miserabiliter complectens, ante pedes sanctæ virginis, scissis genis, deposuit. At illa corpus exanime & rigidum pallio miserata contexit, omnipotentemq; Dominum pulsare precibus & lachrymis non prius destitit, quàm victrix & triumphatrix, orationum vi mortem profligaret, & filium matri viuum restitueret. Erant tum Quadragesimæ dies, & puer adhuc Catechumenus, de fide instituebatur, vt in Paschatis vigilia baptismatis vndis expiaretur.

In Meldensi oppido, cum gratiæ huius fama sparsa esset, quidam ei occurrit cubito tenus, neruis obrigescens, manus officio destitutus, petens obnixè, vt precum suarum suffragio, huius ab ipso morbi detrimenta depelleret. Tum illa membrum debile manu sua cruce consignans, hominem sanum à se dimisit.

A sancto Epiphaniæ die vsq; ad Coenam Dominicam, intra cellulæ suæ penetralia virgo san-

go sancta omnipotenti Deo, cui se vouerat, secretiùs inscriuebat, orationibus & vigilijs intenta. Quædam autem mulier, curiosa potius quàm religiosa, cum quidnam ageret, explorare veller, atq; ea causa ad eius cellulam propius se adiuuisset, statim oculis captam se sensit, improbi conatus pœnas luens. Sed sancta virgo, expleto suæ consuetudinis officio, postquam è cella prodijt, precum suarum intercessione lumen amissum reformauit.

Parisienses post diuturnum belli grassantis excidium, cum aliquot annis graui obfisione pressi fuissent à Francis, dirissima fame afflicti sunt. Nam illa anterior belli saeuientis immanitas, quæ extra urbem erant sita, vastauerat: at posterior clades ipsa hominum viscera depascebat. Tanta igitur miserorū calamitate permota beatissima Genouefa, nauim conscendit, vt aliunde afflictis ciuibus alimoniam compararet: cumque Sequanam fluiuium nauigaret, & aduerso superato flumine ad locum quendam peruenisset, in quo arbor excreuerat, quæ in ima propendentibus ramis, naues quasdam perniciosi gurgitis præcipitio implicuerat, præcepit nautis, vt ad ripam nauigium appellerent: egressaque è naui, dum inter se consultarent nautæ, qua ratione arborem illam possent excindere, ad solita orationis præsidia, quorum efficaciam iam crebro esset experta, confugit. Ità factum est, vt nullo ferè securium ictu verberata, arbor radice euelleretur, non ferens precum illius vim, nec vllum deinceps naufragij periculum illac nauigantes incurrerent. Exilièrunt autem, vt fertur, ex eius arboris sinu duo angues immensæ magnitudinis, versicoloribus squamis, odoris teterrimi. Cœpro deinde itinere pergente sancta Genouefa, iam ad urbem, quò tendebat, eam fama velox antecesserat: & ecce obuiam illi procedit tribunus quidam Passius nomine, cuius vxor annis aliquot paralytici humoris pondere & pedum incessu, & membrorum omnium vsu sic fuerat priuata, vt corpore velut præmortuo, anima tantum quodam hospitij iure in illo demoraretur, membris suum officium facere prorsus recusantibus. Ad cuius lectum sancta Genouefa mariti eius precibus perducta, exclusis turbis, ad deprecandum Dominum se contulit, humum lachrymis infundens: ac deinde mulier, crucis signo ab illa consignata, membris restitutis, è lecto mox surrexit incolumis. His ea in vrbe non sine singulari Dei gratia virtutibus perpetratis, Treceas profecta est, ubi cæcos, & per plures alios, diuersorum morborum ac febrium cruciatibus penè exanimis, signi crucis impressione sanauit. Ex ea autem vrbe rursus ad priorem illam reuersa est: vnde cum frugibus comparatis onustisque nauibus Parisios repeteret, subita vi turbis naues eius inter rupes & arbores impelluntur, ita vt non multum à submersionis periculo abesse viderentur, vndarum imperu in eas irruente. At illa sublatis in cælum manibus, in tanto periculo diuinum poposcit auxilium: statimq; naues omnes, quæ simul erant vndecim, Deo miserante, sanctæ virginis precibus inde reuocata, coeptum iter felici cursu peragunt. Tunc Bossus presbyter & alij, qui in nauibus erant, canticum Exodi pro gratiarum actione cum ingenti lætitia cecinerunt, dicentes: Ad iutor & protector factus est nobis Dominus in salutem. Denique Lutetiam prospero cursu perueniunt, ciuesque fame confectos & decolores, ad pristinum corporum statum & robur, alimentorum suppeditatione reduxit.

Spem suam sancta virgo non his que videntur, sed que non videntur, collocarat, sciebatque non fallaciter dictum à Sapiente: Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis. Et quia olim in spiritu viderat patriam illam, ubi talium repositus est thesaurus, sine intermissione orans, flere solebat, sciens se in corpore positam, peregrinari à Domino.

Defensor quidam, ex Meldensi oppido, Prominius nomine, annis aliquot nullos aures sonos aut voces percipere poterat. Is Parisios salutis consequendæ causa aduenit: accedensque sanctam virginem, postquam aures eius ab illa signata & manibus contrectata fuere, auditum sibi sensit instauratum.

Aliquantò post virgo Christi Genouefa Turones proficiscens, Aureliam forrè venit. In ea ciuitate quædam mater familiæ, Fraterna nomine, filiam suam Claudiam, propè iam exanimem, cum tota familia mœstissimo vlulatu plorabat. Vt autem rumor ad eam perlatus est de aduentu sanctæ virginis, festina ad illam accurrit, atque in sancti Aniani basilica pedibus illius se aduoluens, orat vt filiam suam incolumem sibi restituat. Ad quam Genouefa, Surge, inquit, & flere iam desine. Nam omnis ille febrilis ardor,

Cæcam il. luminat.

Arborem nauigantibus exitio fam precibus suis excindit.

Paralytica sanar.

Exod. 15.

Prouer. 19.

Surdo auditum reparat.



Iam penè  
exanimem  
reddidit vitæ.

ardor, filiam tuam vastans, diuina misericordia extinctus est. Cumque ad Fraternalis cedes  
è basilica ambæ pariter aduenissent, Claudia eis ad ostium incolumis suis pedibus ob-  
uiam processit. Quod cum vidissent turbæ, Deum magnificauerunt.

In eadem vrbe cuidam domino pro seruo culpæ obnoxio fertur supplices obtulisse  
preces: sed cum ille pertinaci obduratus infania, ad preces sanctæ virginis seruo veni-  
am dare nollet, illa sic ei dixisse fertur: Si tu me orantem despicias, non me despiciet  
Dominus meus Iesus Christus. Et ecce subito herum illum domum reuertentem,  
mortifera febris corripit: jamque magnis in lectulo exagitatus ardoribus, ad pedes  
tandem sanctæ Genouesæ spumans & æstuans abijcitur, veniam petens. At illa, vt erat  
mitissima, pro illo Dominum obsecrauit, precibusque suis & herum ab illa molestissi-  
ma vexatione liberum, & seruum à culpæ admiffæ animaduersione immunem reddi-  
dit. Post hæc Turones ire pergunt: cumque labentibus carinis, prona Ligeris terga re-  
morum quaterentur crebro repetitis ictibus, multa in illo itinere impedimenta & in-  
commoda ei obijcere conatus est malignus diabolus. Sed illa protectione munita al-  
tissimi, sui itineris aduersarium & insidiosum perturbatorem, nihil læsa, facile superauit.  
Vt autem ad portum vrbs Turonica accessit, egredienti è nauis occurrit immundissi-  
morum dæmonum in enargumenis scelerata multitudo: eamque ad basilicam euntem  
eminus antecedens, vociferando querebatur gemino se torqueri incendio, eò quòd

Multos ei  
cit dæmo-  
nes.

ob venerationem sancti antistitis Martini, aulam eius introiret. Multos ibidem tunc,  
dum sancto sacerdoti officium venerationis persoluit, immundo spiritu vexatos, ora-  
tionum & virtutum suarum meritis sanos reddidit: quorundam etiam primariorum  
ciuium coniuges, eadem molestia infestatas, quas in publicum prodire non sinebat  
maritorum erga illas amor & affectus, ab ipsidem orata maritis, per domos visitaui, &  
simul atque limen ædium attingit, fusa prece, oleoque benedicto adhibito, nequissimos  
spiritus confestim abire compulit.

Fugat ne-  
quissimum  
spiritum.

Accidit quandoque, vt stans in ostio domus suæ, puellam quandam per plateam cer-  
neret ampullam cum liquamine, quod erat mercata, deferentem: sed simul in ampullæ  
eius ore conspexit nequissimum illum spiritum, & humani generis aduersarium insi-  
dentem. Rogata igitur ab illa, manu sua ampullam contigit, crucisque impressione si-  
gnauit: moxque insidiator ille à creatura, cui se inseruerat, eiectus, ablato secum oris  
ampullæ fragmento, abscessit: & licet intra ampullæ eius claustra se astutè admodum  
versipellis ille occultatum putaret, at tamen à Dei famula deprehensus est, & nè noc-  
ere posset, ab illa fugatus euauit.

Puerum cæ-  
cū, surdum,  
& claudum  
sanat.

Quidam puerulus nomine Meroneus, cæcus natus, surdus & claudus, ad sanctam vir-  
ginem obrinendæ salutis causâ Parisios à parentibus est allatus: qui ab ea benedicti  
olei vnctione delibutus, & cruce signatus, videns, loquens, ambulans, audiens, integram  
adeptus sanitatem, cum parentibus domum se recepit.

Pluuiam  
auertit.

Accidit in Meldensi territorio, vt cum collectis messoribus culmos spicarum trun-  
caret, subito effusus imber ingrueret. Tum illa, cõturbatis operarijs, tentorium ingres-  
sa, orationi se dedit, humi more soliro prostrata. Itaque multorum agros circuncircà  
iacentes imber largus infudit, intra illius verò agri ambitum ne gutta quidem vlla è  
nubibus distillauit: sicque messores illi, ingenti admiratione correpti, cœptum opus  
absque vlla pluuiæ infestatione consummârunt.

Sacro oleo  
pellit dæ-  
monem.

Dæmoniacus quidam, impetrandæ sanitatis causâ, ad sanctam Genouesam à pa-  
rentibus cum multo gemitu & lachrymis perductus est. Tū illa ampullam sibi adferri iussit,  
in qua sacratum oleum asseruare solebat. Accidit aut, vt nihil eius olei id temporis am-  
pulla haberet: nec episcopus aderat, qui oleum sacrarat. Illa igitur hæsitante quidnam  
ageret, ad precandum Dominum humi prosternitur: cumque proluxæ orationis officium,  
diu terræ affixa, fideliter impleret, ampullam inter manus suas oleo plenam con-  
spicit: atque ita sub vnus horæ momento, & de obfessi hominis emundatione, & de  
olei collatione, remunerante Christo, gratiam geminæ virtutis emeruit. Ego verò post  
tricensos (aliàs, ter fenos) ab obitu eius annos, quo tempore ad eius conscribendam vi-  
tam animum appuli, in imo ampullæ oleum, quod illa orante creuerat, vidi.

Tandem felici cursu longa vitæ spatia emensa, laudabiliter diem clausit extremum  
tertio Nonas Ianuarias. Vixit annos amplius octoginta, peregrina mundo, venerabilis  
populo, deuota Christo.

Qui-

Quidam puer, nomine Prudens, morbo calculi adeò vexatus fuit, vt vitam eius pa-  
rentes desperarent: sed cum ad tumulum sanctæ virginis cum gemitu & lachrymis  
morbi sui curationem peteret, calculus eodem die ab illo egressus est, nec eius vterius  
molestiam perferens.

Gotthus  
contractus  
sanatur.

Gotthus quidam die Dominico laborans, vtraque manu contractus est. Itaque to-  
ta nocte orans ad sepulcrum sanctæ virginis, postera luce incolumis abscessit. Erat id  
temporis super eius monumentum extructum ligneum oratorium: verum gloriosa  
memoriæ Clodouæ rex, qui ob eius amorem, in carcerem reclusus sæpè veniam de-  
derat, & ob diuersa crimina animaduersione dignissima capite plectendos, in ipso  
propè carnificis ictu, supplicante pro eis Genouesæ, absoluerat, basilicam mirabili  
opere extruendam susceperat, sanctæ virginis adhortationibus permotus, quæ postea,  
illo è rebus humanis excedente, studio illustrissimæ Clotildis reginæ, coniugis eius, mi-  
rificè edificata & ornata, in sublime creuit fastigium, triplici porticu insignita, Ore-  
mus sine intermissione virginem sanctissimam, vt oret Deum pro peccatis quæ admi-  
simus, impetret mortalibus cibum & mentis & corporis, vt indiuiduæ Trinitati re-  
conciliati, exultemus in splendoribus sanctorum, & magnificemus Dominum no-  
strum Iesum Christum, cui est honor, gloria, imperium & potestas in secula seculo-  
rum, Amen.

VITA SANCTI GREGORII LINGONENSIS  
EPISCOPI, GREGORIO TVRONEN. AVTHORE,

Lib. de Vita Patrum, cap. 7.



Gregoriæ sanctitatis viri, quos palma perfectæ beatitudinis à terris eleuans euegit ad cælos, ij sunt, quos aut non fi-  
ctæ charitatis vinculum ligat, aut eleemosynarum fructus  
ditat, aut flos castitatis adornat, aut martyrii agonizatio  
certa coronat. In quibus ad inchoandum perfectæ iustitiæ  
opus illud fuit studium, vt in primis corpus sine macula  
preparatum habitaculum Spiritui sancto præberent, & sic  
ad reliquarum virtutum excelsa contenderent, atque ipsi  
sibi persecutores facti, dum in se sua perimerent vitia, tan-  
quam martyres probati, peracto cursu agonis legitimi, tri-  
umpharent. Quod tamen nullus sine Dei ope valebit effi-  
cere, nisi Dominici adiutorij protegatur vel parma, vel galea. Itaque quod egerit, non  
sui, sed diuini, nominis gloriæ deputet, iuxta illud Apostoli: Qui gloriatur, in Domino  
glorietur. In hoc enim & beatus Gregorius omnem gloriam contulit, qui de excelsa Se-  
natorij ordinis potentia, ad illam se humilitatem subdidit, vt omnibus seculi curis ab-  
iectis, soli se Deo dicaret, quem in pectore retinebat.

4: IAN V A:  
Studij con-  
tinentiæ in  
sanctis.

1, Cor. 1.  
1, Cor. 10.

Igitur sanctus Gregorius ex senatoribus primis benè literis institutus, Augustodu-  
nensis ciuitatis Comitatum ambiuit. In Comitatu autem positus, regionem illam per  
quadraginta annos iustitia comitante correxit, & tam seuerus atque districtus fuit in  
malefactoribus, vt vix eum vllus reorum posset euadere. Coniugem de genere senato-  
rio habuit, Armentariam nomine, quam ad propagandam generationem tantum di-  
citur cognouisse, de qua & filios, Domino largiente, suscepit. Aliam verò mulierem, vt  
iuuenilis affolet feruor inardescere, non contigit.

Post mortem autem vxoris ad Dominum conuertitur, & electus à populo, Lingō-  
nicæ vrbi Episcopus ordinatur. Cui magna fuit abstinentia, sed nè iactantia putare-  
tur, occultè subcinericeos panes ex hordeo alijs triticeis supponebat, quos frangens  
egenis erogabat, ipse verò clam hordeaceos, nemine intelligente, comedebat, simili-  
ter & de vino faciens. Nam dum aquam se pincerna porrigeret, ad dissimulandum,  
aquam aliam desuper effundebat, tale vitrum eligens, quod claritatem aquæ obtege-  
ret. Iam in ieiunijs, eleemosynis, orationibus atque vigilijs tam efficax, tamque deuotus  
erat, vt in medio mundi positus, nouus effulgeret eremita. Nam cum apud Diuionen-  
se castrum moraretur assidue, & domus eius baptisterio adhereret, in quo multo-  
rum sanctorum reliquiæ tenebantur, nocte de stratu suo, nullo sentiente, consurgens

Vide virtu-  
tum catalo-  
gū, in qui-  
bus sanctus  
Episcopus  
exerceba-  
tur.

K

ad

ad orationem, Deo tantum teste, pergebat, ostio diuinitus reserato, attenteque psallebat in baptisterio. Sed cum hoc multi temporis spatio ageret, res tandem ab vno Diacono cognita & manifestata est. Is enim cum cognouisset hæc agi, à longè, nè eum vir beatus sentire posset, prosequatur, & quid ageret spectabat. Aiebat autem Diaconus, quod cum veniret sanctus Dei ad ostium baptisterij, pulsaretque manu propria, ostium nemine comparente aperiebatur, illoque ingrediente, diutissime silentium erat, postea psallentium, tanquam multarum vocum sonus, per trium horarum & ferè amplius spatium audiebatur. Credo ego, quod cum magnorum sanctorum in eodem loco haberentur reliquæ, ipsi se beato viro reuelantes, laudem Domino in comune redderent. Impleto autem cursu, reuertens ad lectulum, ita se cautè super stratum deponebat, vt prorsus nemo sentiret. Obseruatores verò ostium baptisterij obseratum inuenientes, clauem solita aperiebant. Commotoque signo, sanctus Dei, sicut reliqui, nouus ad officium Dominicum consurgebat. Cum energumeni eum in primo die Episcopatus sui confiterentur, rogabant eum Presbyteri, vt eos benedicere dignaretur. Quod ille viriliter, nè vanam incurreret gloriam, refugiebat, clamans indignum se ad manifestandas virtutes Dominicas esse ministrum. Sed tamen quia diutius hoc dissimulare non potuit, adduci eos ad se iubens, sine villo tactu, facto tantum signo Crucis econtra, verbo demonia discedere imperabat. Quod illa protinus audientia, corpora, quæ nequitia sua diuexarant, absoluebant. Et illo absente, multi cum virga, quam in manu ferre solitus erat, suspensos atque signatos energumenos liberabant. Nam & de stratu eius si quis ægrotus quippiam abstulisset, erat præsens medicamentum.

Signo Crucis & verbo demonia eiecit.

Nota Lector,

Armentaria autem neptis eius, cum grauius quodam tempore in adolescentia sua à quartano fatigaretur incommodo, ac medicorum studio plerumque fota, nullum posset sentire leuamen, & ab ipso confessore beato sepius, vt orationi insisteret, hortaretur, quadam die lectum eius ipsa petijt: in quo posita, ita febris cuncta restricta est, vt nunquam ea deinceps ægrotaret.

Mors sancti viri.

Beatus autem Gregorius cum per diem sanctum Epiphaniarum ad ciuitatem longinquam ambulasset, à modica febre pulsatus, relicto seculo, ad Christum migravit. Cuius beata facies ita erat glorificata post transitum, vt rosas similis cerneretur. hæc enim apparebat rubea: reliquum verò corpus tanquam candidum liliū refulgebat, vt æstimares eum iam tunc ad futuram resurrectionis gloriam præparatum. Quod deferentes ad castrum Diuionense, vbi se iusserat tumulari, in planitie illa, quæ à parte aquilonis habetur, haud procul à castro aggrauati gestatores, non sustinentes feretrum, solo deposuerunt, ibique parumper resumentes vires, & post paululum eleuantes, ad intramurancam eum Ecclesiam detulerunt. Aduenientibus autem quinta die Episcopum, corpus clamare coeperunt, dicentes: Miserere nostri, piissime domine, vt quos viuens in seculo non absoluisisti, vel defunctus cæleste regnum possidens, digneris absolueri: visita nos, quæsumus, & miserere nostri. Hæc & alia illis clamantibus, aggrauatum est corpus ita, vt ipsum penitus sustinere non possent. Tunc ponentes feretrum super terram, virtutem beati antistitis præstolabantur. His ergò expectantibus, subito referatis carceris ostijs, trabes illæ, quæ vincitorum pedes coarctabantur, & ad beatum corpus, nemine retinente, perueniunt. Dehinc eleuantes feretrum gestatores, ij inter reliquos obsequuntur, qui à Iudice postea sine damno aliquo sunt dimissi. Post hæc beatus confessor multis se virtutibus declarauit. Aiebat enim quidam religiosus, cælos se apertos in die eius sepulturæ vidisse. Nec enim ambigitur, quin post actus angelicos sideris sit cœtibus aggregatus.

Magnum miraculum proinuocatione sanctorum.

Vinctus quidam per viam illam, qua beatum corpus à Lingonis est exhibitum, ad antedictum castrum adducebatur. Cumque milites cum equitibus præcedentes, post terga traherent vinctum, ad suprascriptum locum, vbi beati confessoris artus quieuerant, peruenerunt: quem dum præterirent, vinctus, inuocato nomine beati antistitis, petijt vt eum sua misericordia liberaret. Quo orante, laxati sunt laquei de manibus eius: sed sentiens se solum, non id euulgauit, cooperitisque manibus, putabatur adhuc esse ligatus. Ingressi autem portam castrum, cum ad atrium peruenissent, hic exiliens, & corrigi

DE S. RIGOBERTO RHEMORVM ARCHIEPISCOPO, III

rigiam ligaminis trahentium in manu tenens, cum auxilio omnipotentis Domini, & obtentu beati Pontificis, liberatus est.

Admirabile autem est & illud miraculum, qualiter beatum corpus eius, cum post multa tempora transferretur, apparuit gloriosum. Cum enim beatus Pontifex in angulo basilicæ fuisset sepultus, & paruus fuisset locus ille, nec eò populi sic possent accedere, vt deuotio postulabat, sanctus Tetricus filius & successor eius hæc cernens, & virtutes ibidem assidue operari prospiciens, ante altare basilicæ fundamenta iacit, erectamque absidem miro opere construit, & transuoluit. Ea verò transuoluta, disruptoque pariete, arcum ædificat. Quod opus cum esset perfectum atque exornatum, postquam in media abside loculum fodit, quò corpus beati Patris transferre volebat, conuocat Presbyteros & Abbates ad illud officium. Qui vigilantes orabant, vt se beatus confessor ad hanc sibi preparatam habitationem transferri permitteret. Manè autem facto, cum choris psallentium apprehensum sarcophagum, ante altare in absidem, quam beatus Episcopus ædificauerat, transtulerunt. Quod sepulcrum dum diligenter componunt, subito, & vt credo, ad Dei iussum, opertorium sarcophagi motum est in vna parte, & ecce apparuit beata facies eius ita integra & illæsa, vt putares eum non mortuum esse, sed dormientem. Sed nec de ipso vestimento, quod cum eo possum fuit, aliquid ostensum est diminutum. Vnde non immeritò apparuit gloriosus post transitum, cuius caro non fuit corrupta ludibrio. Magna est enim corporis & cordis integritas, quæ & in præsentis seculi præstat gratiam, & in futuro vitam largitur æternam. De qua Paulus Apostolus ait: Pacem sequimini & sanctificationem, sine qua ne mo videbit regnum Dei.

Corpus eius post multos annos quale fuerit.

Item vestis.

Heb. 12.

Puella quadam die Dominico dum suum caput componeret, pedem apprehensus manibus eius, credo ob iniuriam diei sanctæ, adhæsit ita, vt affixi dentes tam in digitis, quam in palmis magnum ei dolorem inferrent. Quæ cum basilicas sanctorum stens, atque obsecrans circuiret, ad sepulcrum beati Gregorij antistitis, in eius virtute confisa, prostermitur. Cumque diutissime beati confessoris præsidium flagitasset, directa manus eius ad opus pristinum, pedem decidente, reducitur. Sed & energumeni eum confitentes, ad eius sepulcrum sæpè purgantur. Nam plerumque vidimus post eius transitum, virgula, cuius supra meminimus, quam manu gerebat, per parietes ita eos affixos, vt putares illos validis atque acutissimis sudibus retineri. Multa quidem de eodem gesta cognouimus: sed nè fastidium incitarent, de pluribus pauca perstrinximus. Obijt autem tricesimo tertio Episcopatus sui anno, ætate nonagenaria: qui se virtutibus manifestis sæpius declarauit.

Vide quo modo confiteres ad sanctorum sepulcrum, factatur.

DE S. QVINTINI INVENTIONE, QVAE HAC DIE CELEBRATUR, videat Lector Tom. 6. die 1. Decembris Histor. S. Eligij Episcopi lib. 1. cap. 6.

VITA S. RIGOBERTI, RHEMORVM ARCHIEPISCOPI, PER F. LAURENTIVM SVRIVM EX MANVS scriptis codicibus, mutato stylo, paraphrasticè descipta.



Temporibus Childeberti, Dagoberti & Chilperici regum Franciæ, extitit vir Dei Rigobertus, quem quidam Robertum vocant. Traxit ille originem ex spectabili profapia in regione, quam Ribiariorum vocant, patre Constantino, matre è Francorum gente: porrò à primis ætatis initijs totum se cælestibus mancipauit studijs & disciplinis, castitati deditus, vigilijs & orationi intentus, sermone verax, charitate feruidus, abstinentiæ studiosus, humanitate conspicuus, sapientia illustis, iustitiæ tenax, consilio prudens, omniumque morum honestate venerabilis. Vnde factum est, vt ijs virtutum ornamentis instructus, breui ad perfectionis apicem pertingeret, & vt erat diuinitus præordinatum, Pontificis dignitate afficeretur. Factus autem episcopus, diuina ipsum adiuuante gratia, talis ac tantus ilicò apparuit, vt & bo-

4: IANVA. Paulus Acmyl. hist. Franc. c. 2. lib. 2.

Episcopus factus, vt nis

se gessit.

nis charus, & improbis formidabilis esset. Optabant boni eius salutaribus admonitionibus & institui, & parere: at mali verebantur, ne ab ipso deprehensi castigarentur. Itaque, quod de beato Remigio quoque legitur, erga bene agentes, Petri vultum pre se ferebat: erga delinquentes, Pauli in spiritu severitatem: illius clementiam & lenitatem, huius in puniendis criminibus zelum imitans. Bonis, si caderent, minabatur poenas: lapsis, ne desperarent, cuperentque ad meliorem frugem se recipere, veniam promittebat: Quosdam sane assiduis adhortationibus & predicacionibus suis ad emendationem sui pertraxit: plerosque gravitate & integritate multiplicis doctrinae, desiderio sanctae & religiosae vitae inflammauit: nonnullis suo exemplo consuluit, aliquam multos suarum gregibus ouium adiunxit, aliquot etiam educauit: omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret.

Instituit Canonicos.

SUCCESSIT in pontificatu R. eolo, magnarum virtutum viro, & ut quidam aiunt, ipsi sanguine coniunctissimo. Cum autem incertum habeatur, quot annis illo obeunte sedes Rhemenfis antistite vacua fuerit, pleraque praecedentium Patrum studio & vigore instituta, iam collapsa viscebantur, quae sua industria vir sanctus in pristinum restituit statum. Nam canonica clericos religione contineri voluit, & pro numero illorum, qui tunc erant, ad vicium pertinentia eis suppeditavit, ut diuino cultui & liberius & instantius vacare possent. Ante enim illius pontificatum non dabatur eis panis, ut vocant, canonicus: nec erant, ut sunt hodie, canonici: quin etiam loca quaedam cum illorum habitatoribus eis contulit, qui illorum visibus necessarijs perpetuo inservirent. Et ipse quidem primus inter Rhemorum episcopos fertur communc eis instituisse ararium, quod generatim omnibus eorum visibus perenniter applicaretur: quae verò huc contulerit, nihil opus est hic commemorare: potest autem facile eius prudentia & benignitas animadverti in distribuendis his rebus suis, inter alia quae possedit, dum pauperes Christi facultatum suarum heredes instituit, qui non habent unde possint retribuere: retribuetur autem ei in resurrectione iustorum.

Luc. 14.

Quodam tempore vir sanctus de Culmisiaco villa episcopatus sui veniens, adiit Pipinum Maiorem domus, quem plerique Magistrum equitum vocant, patrem Caroli Martelli, praemissis quibusdam eulogijs ad illum a venatione redentem: quas quidem crebro illi mittere consueverat. Morabatur tum Pipinus in pagi cuiusdam loco, cuius vocabulum est Gremaca cortis: ubi id temporis non villa erat, ut est hodie, sed sylva grandis, & fons, ad quem apri frequentes aduentabant, qui hodieque illic permanet. Ceperat tunc Pipinus eo loci feram quandam, quam ibidem asari voluit, tanquam illic pransurus. Interea verò oblatam ipsi episcopi Rigoberti benedictionem gratissimo accipit animo, dicens clientibus suis: Quid faciemus huic episcopo, qui nobis gratificari non desinit? Illis tacentibus, Pipinus ad sanctum conuersus Rigobertum, his eum verbis liberaliter compellavit: Pete a me quicquid volueris, nec voto frustra beris tuo. Cui sanctus Rigobertus: Da mihi, inquit, exiguam hanc mansunculam, & sufficit mihi. Tum ille, Et hanc tibi do, & quantum in eius circuitu tibi vindicare voles. Itaque sicut olim Clodoveus rex beato Remigio, ita ille quoque sancto Rigoberto tantum largitus est agri, quantum posset ambulando circumire, dum ipse meridie dormiret. Porro sanctus pontifex per apertos eius loci fines obambulans, passim certos fixit limites, ut si qua lis oriretur, ips eam dirimeret: omnibusque peragratis, quae sibi dari mallet, mox ad Pipinum a somno surgentem redijt: & ab illo quicquid circumierat locorum, impertravit. Ferunt autem quacunqu e tum vir sanctus in circuitu ingressus est, ibi & aestate & hyeme vernantio rem terram conspici, quam in locis ceteris illi adiacentibus. Additur etiam aliud sane stupendum miraculum, quod etiam hucusque illic cerni affirmant, isdem in locis postquam eius dominio cesserunt, nullam unquam seuisse tepestatem, nec grandinem illic decidisse, neque fines illorum attingere: quod non immerito sancti viri meritis attribuitur. Neque putandum est, sanctum pontificem, prava cupiditate ductum has res petijisse, sed consulere voluisse ecclesiae, quam earum heredem instituit: sed & alias quasdam ecclesias illarum voluit esse participes.

Pipini in S. Rigoberti liberalitas.

erat ille vir sanctus ita externis occupationibus & negocijs intentus, ut tamen nihil de studijs internis remitteret: sicque exercitijs internis deditus, ut tamen rebus externis adhibendam curam & prouidentiam non omitteret: ne aut totus ab intimis excideret, si sola externa curanda suscepisset: nec proximis impendenda officia negligeret,

## DE S. RIGOBERTO RHEMORVM ARCHIEPISCOPO. 113

geret, si solis esset internis exercitijs additus. Conabatur in omnibus prudentem se exhibere dispensatorem pariter & fidelem, sciens se constitutum a Domino super familiam illius, ut daret illis in tempore tritici mensuram. Longè verò semper ab illo abfuit illud Apostolicum: Qui suorum, & maximè domesticorum, curam non habet, fidem ne gavit, & est infideli deterior. Poterat autem dicere cum eodem Apostolo: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vrer? Itemque illud: Gaudeo cum gaudentibus, flere cum flentibus. Eratq; illi viuere Christus, & mori lucrum: Phil. 1. & quia solo corpore in terris degens, spe iam in caelestibus versabatur, non iniuria illud sibi vsurpare poterat eiusdem Apostoli: Nostra autem conuersatio in caelis est: quippe qui in illorum numero computabatur, quibus dictum est, Vos estis lux mundi: & Non potest ciuitas abscondi supra montem posita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.

Amabat illum atque colebat haud vulgariter Pipinus, cuius supra meminimus, misitque ad eum Carolum filium suum, ut ab illo baptizaretur. Carolus hic ob feros animos, & quod ab inuente aetate vir strenuus in armis & robusto corpore fuerit, Martellus est appellatus. Abluit autem illum vir sanctus vndis salutaribus, & e sacro fonte illum suscepit, ut eius pater petierat: sed cum ille postea patri decedenti in principatu succederet, sancti antistitem e sua sede impiè & iniuste expulit, ut paulò infra dicemus. Porro vir sanctus ecclesiam ipsius curae commissam, ita ut coeperat, vigilantissimè & strenuissimè administrabat, ascendens ex aduerso, & opponens se murum pro domo Israel, ut staret in praelio in die Domini. Nam quibuslibet potestatibus praeagentibus (sic enim locum hunc Ezechielis prophetae exponit sanctus Papa Gregorius) rationis libera voce contraibat, & fideles innocentes contra peruersorum iniustitiam ex iustitiae auctoritate vindicabat. Itaque quadrabat in illum vel maximè illud sancti Iob: Auris audiens beatificabat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi, eo quod liberasset pauperem vociferantem, & inopem cui non esset adiutor. Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento & diademate, iudicio meo. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam praedam. Nec dubium, quin sicut pastor bonus libenter positurus fuerit animam suam pro ouibus suis, si persecutor adfuisset, cuius crudelitas id exigeret.

Interea verò dum ille sic pijs esset operibus intentus, suoq; clero & populo in omnibus tanquam Pater filijs sollicitè consuleret, atque ea causa in Rhemenfi vrbe demoraretur, post obitum Pipini inter Carolum eius filium, atque Ramanfredum non leuis simulas de obtinendo principatu, siue Magisterio equitum, exorta est. Accidit tum, ut Carolus Rhemorum urbem praeteriens, totam, ut aiunt, circumiret, donec ad eam peruenit portam, in qua sanctus Rigobertus congruis extructis aedibus degebat: quem sane huiusmodi compellavit vocibus: Domine Rigoberte, iube portam ciuitatis aperiri, ut liceat mihi ire precatum ad sanctam Mariam. Sed cum sanctus episcopus nullum ei vociferanti redderet responsum, quippe orationi intentus, cui perpetuo vacabat, fertur tertio eisdem vsus vocibus: ita ut tandem vir Dei eius valido clamore compulsus, sic ei responderit: Porta haec tibi non aperietur, donec certo constet, vtri vestrum cessura sit victoria. Tu enim & Ramanfredus inter vos de dignitate contenditis, nec adhuc scire licet, quem sit res exitum habitura. Quod si Dominus te voluerit victorem euadere, reuertenti tibi libens portam referabo, fidelemq; me exhibebo. His auditis, Carolus furibundus iuramento affirmavit, si victor rediret, non impunè id laturum episcopum. At vir Dei eius minas non valde pertimescens, (Iustus enim quasi leo confidens, absque terrore erit) portam ei noluit patefacere. Facile enim, ut potè vir prouidens, animaduertit, non orandi studio illum velle ingredi, quod simulabat, sed vastandi potius animo, quemadmodum alias iam vrbes deuastarat: tum etiam verebatur, si hunc intrò admisset, Ramanfredum, si ad eum victoria inclinasset, ipsum infidelitatis incusaturum.

Haec autem porta a plerisque Collaticia, ab alijs hodieque Basilicaris vocatur, ibique portarum ceterarum totius vrbs clauis apud se reconditas seruabat. Basilicaris verò idcirco dicta putatur, siue quòd in eius circuitu plures, quam apud portas alias, ferantur olim fuisse basilicae: siue quòd euntibus ad basilicas, quae in sancti Remigij vico habentur, semper fuerit peruia. Iusserat autem sanctus Rigobertus in pinnaculo templi

sancti Petri, quod erat propinquum eius edibus, ostium fieri, per quod in illud templum, adiunctis illi gradibus, descendere solebat ad orandum: atque inde reuertens, per idem ostium ingrediebatur in oratorium, quod iuxta domum suam extruxerat supra murum ciuitatis, dicaueratque sancto Michaëli archangelo: quod quidem tempore non exiguo permanfit, & frequens ad illud populus confluxerat, in ipsa præsertim beatissimi archangeli solennitate: donec Ludouicus Imperator sancti Petri monasterium donauit filiae suae Alpaidæ, quod quidem propter loci situm vocatur inferius: sicut alterum illi vicinum, eandem ob causam dicitur superius. Huius autem foemine maritus, nomine Be-go, hoc oratorium iussit dirui, quod suo fastigio iam dicti templi fenestræ caliginem offunderet: vel potius, quod ad eius ostiolum grauius caput allisisset, cum esset proce-ro corpore, nec caput submisisset ingrediens per ostiolum. Inde autem abiens, ita lo-cutus est ad suos: Cauete, ne huc reuertens, istud hic inueniam: alioqui certe penas luetis. Ut autem coeptum est destrui, ille mox arreptus est a dæmone, cum tamen pro-cul abesset in pago, qui Begonis villa dicitur. Feruntur etiam horribiles tenebræ Rhe-mis extitisse per triduum, illo in loco, ubi destruebatur. Verum his obiter commemora-tis, ad institutum reuertor.

Carolus duodecimo Calendas Augusti, qui tunc Dominicus erat dies, summo ma-nè conflixit cum Chilperico rege, & Ramanfredo, quem Chilpericus Maiorem do-mum, vel Magistrum equitum creauerat: & pro voto victoria potitus, mox ut reuersus est, è sede sua exturbauit pontificem Rigobertum, & quidem iniustissimè, ut erat illi an-teà comminatus: neque id tamen adeo mirum, cum etiam alijs similiter fecerit: porro in depulsorum locum suarum partium studiosos intrusit. De hoc Carolo, quem non iniuria tyrannum dixeris, annotatum est in Annalibus diuersorum regum, quod primus ipse episcopatus regni Francorum contulerit laicis hominibus & comitibus. Sensit cum sanè infestum sibi sanctus pontifex Rigobertus ad supremum usque vitæ eius diè, cum illi debuisset esse fidelissimus, quippe è baptisimi fonte ab illo susceptus. Pertulit hoc vir sanctus exemplo Domini sui, qui à proprio discipulo impijs traditus est. Præclare au-tem dictum est à sancto Gregorio pontifice: Omnes electi quia summi capitis membra sunt, caput quoque suum in passionibus sequuntur, & ipsos aduersarios in morte sua sentiunt, de quorum vita præsumebant: ut tanto illis crescat merces operis, quanto eis virtutis lucrum proficit ex alienæ damno charitatis. Verum, ut scriptura dicit, qui red-dit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.

Quod Carolus hunc virum Dei crudeliter è sua sede eiecit, & res ecclesiarum vsur-pauit, iusto Deus iudicio in illius caput reddidit, quem admodum antiquorum veridica traditione constat. Sanctus enim Eucherius Aurelianens episcopus, quem etiam sua di-gnitate priuauit, quique in S. Trudonis cœnobio quieuit, cum esset orationi intentus, ra-ptus in spiritu, inter cetera, quæ illi diuinitus ostensa sunt, vidit hunc Carolum apud inferos damnatum. Cumque ab angelo ductore suo percontaretur eius rei causam, di-ctum est illi, quod propter res sanctis ereptas & ablatas, ante extremum iudicij diem iam corpore & anima addictus sit supplicijs æternis. Itaque ad se reuersus S. Eucherius, sanctum Bonifacium & Fulradum Abbatem S. Dionysij, summum regis Pipini capella-num, ad se vocauit, eisque hæc exponens, pro comperienda certius veritate iussit eos adire Caroli sepulcrum, & si illic cadauer eius non inuenirent, de visionis certitudine nihil ambigerent. Abeunt illi, apertoque monumento, vident subito prodire inde dra-conem: porro monumentum totum intrinsecus denigratum, perinde ac si exustum fo-ret. Sed de his satis.

Meminit verò huius beati antistitis etiam Adrianus Pontifex Romanus in episto-la, quam scripsit Turpino eius successori, in qua sanè multum conuenit videtur de iniu-ria illi illata: ita enim scribit: Tua fraternitas nobis retulit, quia faciente discordia inter Francos, archiepiscopus Rhemensis, Rigobertus nomine, à sede contra cano-nes deiectus & expulsus fuit sine vilo crimine, & sine vilo episcoporum iudicio, & sine vilo Apostolicæ sedis consensu vel interrogatione, sed solummodo quod antea non consensit in partem illius, qui postea partem de illo regno in sua potestate accepit, in qua parte est Rhemensis ciuitas: & donatus atque magis usurpatus contra Deum & eius auctoritatem fuerit ille episcopatus simul cum alio episcopatu, & alijs ecclesijs, & secularibus potestatibus, Miloni cuidam, sola tonsura clerico, nil sapienti de ordine Eccle-siastico:

S. Rigobertus è sua sede pellitur.

Homi. 25. in Euange-lia.

Prover. 17.

Habet hæc etiã Paulus Aemylus Lib. 2. de rebus gestis Francorū.

Epist. Adri-ani Papæ ad Turpinum nihil muta-to stylo.

## DE S. RIGOBERTO RHEMORVM ARCHIEPISCOPO. 115

fastico: & alij episcopatus de ipsa Rhemensis diocesi, diuerso modo erant diuisi: & alij ex magna parte in episcopio consistentes, ad alios episcopos & metropolitanos episcopi & clerici ordinationes aliquando accipientes erant, & refugia indebita habe-bant, & à suis episcopis iudicari & distringi non sustinebant: & clerici, & sacerdo-tes, & monachi, & sanctimoniales sine lege Ecclesiastica pro voluntate & licentia vi-nebant.

Porro sanctus Rigobertus non immemor illius Dominici præcepti, Si vos persecu-ti fuerint in ista ciuitate, fugite in aliam: secessit in Vasconiam, ibique exilium patien-ter ferens, multas indefessus sanctorum memorias inuisebat. Inuenit autem illum ibi is, cuius mentio paulò antè facta est, Milo Abbas, qui ex Caroli largitione Rhemensem obrinebat episcopatum, dixitque illi: Quid hic agis? Reuertere in Fraciam, ubi si mihi de-deris res proprias, quas illic habes, efficiam apud principem, ut tuum tibi restituat epi-scopatum. Cui vir Dei: Si, inquit, dicta facis eris executus, faciam quod petis: atque ita vir sanctus redijt in Fraciam, & in chorte Gremaca, quæ illius erat peculiaris possessio, degebat. Adijt autem illum Milo, dixitque ei: Trade mihi res, quas pollicitus es, obtinui nanque apud principem, ut restituaris sedi tuæ. At sanctus pontifex: Quas res, inquit, do-nauit ecclesie Christi, eas non possum illi tollere, & alteri donare.

Cui Milo furibundus respondit: Quandoquidem me fecellisti, non obtinebis sedem tuam. Mox verò episcopus ita illi ait: De rebus diocesis fac quod tibi visum est: tantum quaeso, ut sanctæ Mariæ altare mihi impetres. Morabatur igitur vir sanctus in chorte Gre-maca diu satis, in paritate, humilitate, vigilijs, orationibus, elemosynis, cæterisque operibus bonis vitam transgens: crebroque ciuitatem Rhemensem ingrediens, in ara beatissimæ Mariæ virginis, ut optaret, Missam celebrauit: atque inde reuertens, ibat orati-onis causa ad S. Mauricium, post ad S. Theodoricum, subinde ad beatum Cyriacum in villa Culmisaco, atque postremò ad Gremacam chortem se recipiebat. Cumque id pro more faceret, contigit die quodam, ut ad sanctum Cyriacum veniret, pro se suaque Ec-clesia, uti consueuerat, precaturus. Finita autem oratione, locutus est cum Vicedomi-no, qui illic aderat: à quo mox suppliciter inuitatus ad prandium, non assensit, dicens in basilica S. Petri Missæ sacrum sibi adhuc esse peragendum. Sub his autem colloquijs quedam inops vidua attulit illi Vicedominò anserem.

At ille respiciens in sanctum episcopum: Quando, inquit, non vis nobiscum pran-dere, saltem anserem hunc, oro, ut puer tuus secum ferat: & domum reuersus, illum tibi iubeas edendum præparari. Accepit igitur puer anserem, & aliquandiu gestauit, sed interim subito ex eius euolauit manibus. Ea res puerum valde afflixit, sed incoerentem blandè consolans Episcopus, admonuit ob rerum temporalium iacturam non debere hominem Christianum lugere, sed spem suam reponere in Deo, qui dat omnibus af-fluenter. His dictis, in silentio, ut erat solitus, hymnos Dauidicos promebat. In itinere enim positus, semper aut conferre aliquid, aut cantare de Deo solebat: Itaque post trium horarum spatia anser spontè redijt: sed eum vir magnæ simplicitatis & pietatis non passus est occidi, quandiu viuere potuit. Exegit autem sanctus episcopus illo in loco annos non paucos, apostolicis clarus actionibus, multisque pollens virtutibus: atque tandem consummata strenuè huius vitæ militia, plenus dierum migravit ad patriam claritatis æternæ pridè Nonas Ianuarij, anno Dominicæ incarnationis plus minus se-ptingen tesimo septuagesimo tertio, Indiçione octaua, estque honorificè sepulture man-datus à sacerdotibus & cæteris in ecclesia sancti Petri apostoli, quam ipse à fundamen-tis extruxerat, conditusque, est iuxta altare à parte illius dextra. Claruit autè post obitum multis miraculis in testimonium eximie sanctitatis, sed hominum incuria non sunt li-teris mandata. Erat apud eius loci presbyterum puer quidam scholasticus, qui irreue-renter & dissolutè super tumulum eius subsiliens, mox acri pedis dolore cruciari coepit, ac si spine aculeis atrociter pungeretur. Itaque claudus effectus, illo pede nusquam postea ingredi potuit. Quo viso, presbyter & eius loci indigenæ cancellos ibi apposue-runt, ne quis temerè accedens, similia pateretur.

In illa autem basilica nocturnis horis tantæ suauitatis voces sapius sunt auditæ, ut non nisi angelicæ putarètur. Lux quoque medijs noctibus tantæ claritatis illic emicuit, ut solis splendorem vicisse videretur: quæ etiam immenso iubare suo sacerdotis cuius-dam, qui etiamnum illic degit, domi ciliu basilicæ muro inheres, adeo penetravit, ut in-

Locus hic obsecus est.

Matth. 10.

Moratur S. Rigobertus in chorte Gremaca.

Sententia memorabilis.

S. Rigobertus mortis.

Miracula post obitum eius.



Eius translatio. gens timor ac tremor illū occuparet. Porrò Hinemarus, qui ab illo quintus fuit Romanorum episcopus, decimo octavo Calendis Iulij transulit sacras eius reliquias ad monasterium S. Theodoric, vbi multa sunt patrata miracula, quæ studio breuitatis præterimus. Per illum sanè quicquid cum fide & religioso animi affectu petitur, obtrinetur, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui viuunt & regnat in secula seculorum.

VITA BEATAE APOLLINARIS VIRGINIS,  
AVTHORE SIMEONE METAPHRASTE.

IANVARIVS.

Eccè quomodo etiam antiqua moniales regulas habebant.



Imperante in primis pio Imperatore Anthemio, Imperatoris filio, qui habuit duas filias: ex quibus vna habebat spiritum immundum, altera autem ab ineunte ætate vacabat ecclesijs, martyrijs, & orationibus. Erat verò eius nomen, Apollinaris. Cum ea autè esset ætatis legitima, querebant eius parentes eam marito coniungere, ea verò nolebat.

Dicit verò quodam die suis parentibus: Cupio ire in monasterium, & audire sanctas scripturas, & videre regulam monasticam. Ei autem dicunt parentes: Volumus te marito coniungere. Ea verò dicit eis: Nolo coniungi marito, sed spero fore, ut quomodo Deus sanctas suas virgines custodit impollutas, me quoque in suo timore custodiat impollutam. Nouum autem & admirabile videbatur parentibus, quòd cum esset id ætatis, talia diceret, Deum desiderans. Rursus eos rogabat, ut vnam adducerent monacham, ut eam doceret psalterium & legere.

Imperator autem non parua affectus est molestia, quòd eam vellet iungere matrimonio. Cum ea autem persisteret, & arrhas nollet accipere, ei dicunt eius parentes: Quid vis filia? Ea verò dicit eis: Rogo vos, ut me ad Deum adducatis, ut mea virginitatis mercedem accipiatis. Illi autem cum vidissent eius mærem esse adeò firmam & immobilem, & à Deo adeò fuisse amatam, dicunt ei: Speramus, filia, fore ut fiat Dei voluntas. Paucis verò post diebus adduxerunt ad eam monachas, quæ eam docuerunt psalterium & legere scripturas.

Peregrinationes ad loca sacra religionis ergo.

Quodam autem die cum vterque considerent, ea dicit parentibus: Rogo vos, ut me dimittatis in loca sancta, ut orem & adorem sanctam resurrectionem & crucem venerabilem. Illi verò non habebant propositum dimittendi eam, quoniam eam magis amabant, quam sororem eius, quæ vexabatur. Cum autè interiecto aliquo spatio temporis, ea eis esset molesta, iussit Imperator, ut ad eam deferretur pueri & ancillæ, & aurum & argentum, & ei dicunt: Accipe filia, & recede: imple votum tuum. Deus enim vult te suam esse seruam: eaque in nauem imposita, his pueris consequentibus, dixerunt ei: Filia, memento nostrum in sanctis locis. Ea verò dicit: Quomodo mihi satisfecistis, vos quoque in die malo liberabit Dominus. & parentibus valere iussis, coepit nauigare.

Adorat beatam resurrectionem & venerandam crucem.

Cum autem paucis diebus peruenissent Ascalonem, paucos dies illic manserunt propter maris iactationem. Ipsa verò orans in omnibus ecclesijs & monasterijs, eis quoque exhibebat, quæ erant necessaria. Aliquot autem post diebus, cum inuenissemus comites, venimus in sanctam ciuitatem. Cumque in quendam locum diuertissemus propter nostras sarcinas, puerosque & ancillas, qui vnà erant, paululum requieuiimus. Eis autem dixit beata Apollinaris: Agite, adoremus beatam resurrectionem & venerandam crucem. Porrò autem eis orantibus, ea orabat pro suis parentibus. Coepitque benefacere ijs, qui opus habebant. Ibant verò assidue ad monasteria virginum perennium, & ad eos, qui vitam agebant monasticam, & suppeditabat eis, quæ erant necessaria.

Quodam autem die dicit vni ex ijs, qui cum ea versabantur: Volo vos, si Deus velit, liberare. Hoc autem audito, affecti sunt molestia. Illa itaque dixit eis: Ne sitis animo anxij. Si Deus enim quid compungit meam humilitatem, præbebo ad vos alendos. Cumque ij accepissent eius benedictionem, ei ingentes gratias agebant. Cum verò recessissent, abiit cum ijs, qui ei remanserant, ad Iordanem: & illic rursus præbuit ijs, qui

qui opus habebant. Cumque illinc profecti essent, rursus veniunt in sanctam ciuitatem.

Elapsis autem aliquot diebus, cum suam compleret orationem, dicit eis, qui vnà cum ea erant: Fratres mei, volo vos quoque liberare. Sed nunc eamus Alexandriam vsque, & sanctum Menam adoremus. Illi verò dixerunt: Vt iubes Domina. Cum descendisset autem Ascalonem, distribuit in via ijs, qui opus habebant: inuentoque nauigio, quod ibat Alexandriam, eò nauigarunt. Audiuit autem is, qui erat præses eo tempore, & misit ad eam adorandam. Ea verò non passa est, sed noctu venit in prætorium, & adorauit præsidem & eius vxorem. Illi verò ad pedes eius pròcidunt, dicentes: Quæstusumus, Domina, cur sic fecisti? Nos misimus qui venirent ad tuos pedes, & tu Domina nostra venisti ad nostros pedes? Ea verò dicit eis: Vultis mihi rem gratam facere? Dicunt ei: Certè Domina. Ea verò dicit eis: Dimittite me, quoniam volo ire oratum ad sanctum Menam. Illi autem cum præclaris donis eam dimiserunt. Ea verò accipiens, omnia distribuit pauperibus.

A adorare, pro venerari.

Cum autem in ciuitate mansisset paucos dies, ibat vbiqùe in monasteria, & assidue eis suppeditabat. In eo autem loco, in quo habebat domum, inuenit vnam vetulam, cui præbuit modicam benedictionem, & dixit ei: Accipe soror, & abi in ecclesiam, & eme mihi vnum lebetonarium monasticum, & similiter humerale, & cucullam, & accipe etiam cingulum. Abiens verò vetula, ei hac in re inseruit. Cum ea autem attulisset, ei precatam est, dicens: Deus te adiuet, Mamma. Cumque accepisset, occultauit propter pueros. Quando autem voluit egredi ad sanctum Menam, ijs omnibus manumissis, dedit eis id quod erat ad victum necessarium, & eos dimisit. Illi verò ei benè precati, recesserunt.

Vestes monasticæ.

Cum autem secum accepisset eunuchum vnum, & vnum senem, naui venit in Lemnam. Cumque peruenissent ad ades Philoxeni, didicit is qui erat illic Paramonatus, venitque cum magno apparatu, dicitque ei pròcidens: Domina mea, vbi iubes me manere donèc ascenderis, & tuam feceris orationem? Ipsa verò eum rogauit cum sacramento, ut nihil ad se afferretur. Dicit autem ei: Fac officium charitatis. Affer ad me quatuor animalia, ut ascendens adorem sanctum Menam. Ille autem die sequenti adduxit animalia. Ea verò dixit: Crede Domino, eis non infidebo, nisi eorum mercedem dederò. Cumque dedisset plusquam dari consueuisset, valedixit Oeconomo. Ipse autem recessit, accepta ab ea benedictione.

Cum ea autem ascendisset, fecit ut agaso etiam alterum animal ascenderet. Cumque peruenissent ad sanctum Menam, eius venerabile monumentum adorauere. Audiuit autem Oeconomo, & venit in clero ad eam adorandam. Illa verò ex eo affecta est molestia. Nolebat enim cognosci. Oeconomo autem eam rogabat, dicens: Domina, iube in domo mea. Ea verò dicit ei: Ego volo vnum diem manere in ecclesia, donèc me Deus dimiserit eò, quòd sum abitura. misitque ad eam sancti benedictionem. Distribuit autem ijs, qui opus habebant. Post tres verò dies dicit Oeconomo: Fungere officio charitatis. Præbe mihi vnam lecticam, ut abeam & adorem patres Sæctis. Is autem accersito vno lecticario, dixit ei: In nomine Dei affer ad me lecticam. Ille verò dixit: Iussisti. Beata autem adducit ad se puerum, qui ei remaserat, & benedictione ei data, eum quoque dimisit, dicens, Ora pro me.

Nota antiquum monasterium venerandi sepulchri sancti rum.

Cum sequenti autem die venisset lecticarius, mansit donèc fuit vespera. Cumque valedixisset Oeconomo & puero, ascendit in lecticam, habens intus vestes monachicas, & fecit ut ponè ascenderet eunuchus, antè autem lecticarius. Coepitque beata orare, cum esset intus, & à Domino Deo petere auxilium. Circa mediam autem noctem peruenit ad paludem prope fontem, qui vsque in hodiernum diem dicitur Fons Apollinaris. Cumque lecticæ pallas aperuisset, Dei prouidentia inuenit ambos dormientes. Cumque se vestibus exuisset mundanis, induit se monasticis, dicens: Qui dedisti principium, ut hunc sanctum assequerem habitum, fac me dignam, ut eum ad finem perducam congruenter tuæ voluntati Domine. Cumque se signasset, deiecit se è lectica, & ingressa est paludem. Deus autem cum vidisset eius in ipsum charitatem, effecit ut quandiu vixit, ad nutrimentum ei palma suffecerit.

Induit habitum monasticum, & degit in palude.

Cum autem lecticarius & eunuchus excitati essent, & cognouissent eam non esse in lectica, valde sunt admirati. Inuenerunt enim vestes, quas ferebat, in lectica. Redeuntesque venerunt ad sanctum, & Oeconomo de ea retulerunt, eius quoque vestes

stes ei ostendentes. Stupefactusque, in ciuitatem ingressus est cum leuicario & cuncho, & exposuerunt Præsidi rem vniuersam. Præses verò perterritus, scribit epistolam ad patrem eius Imperatorem, significans ei omnia cōsequenter, missis etiam eius vestibus. Accepta autem eius epistola & lecta, fletit amarè. Cùm verò vidisset etiam vestes filia, magis suis caligauit visceribus, & cœpit flere cum matre eius, & toto senatu. Postea autem quicuerunt, Deo agentes gratias. Dixit verò Imperator: Deus qui eam elegisti, cōfirma eam in tuo timore. Cùm omnes ergò rursus fleuissent, quidam ex ijs dixerunt Imperatori: Re vera, domine, ea est filia pij Imperatoris, ea est filia tuæ potentia. Hinc magis apparuerunt tua bona opéra. Cumq; ea dixissent, & his plura, omnes pro ea orabant.

Nota in tāta virgine vitæ austeritatem.

Vide cōtinuas sancte orationes.

Cùm beata autem multos annos mansisset in palude, & strenuè decertasset aduersus diabolum, euasit eius corpus tanquàm pellis testudinis. Exesum enim fuerat à culicibus. Ipsa autem consumpta fuerat ab abstinentia, & à regula quam seipsam docuerat. Quando verò Dominus Christus voluit eam facere dignam corona sanctorum patrum, fecit vt ea egredere tur è palude. Ignorabatur autem ab omnibus, eam esse foeminam, sed putabatur eunuchus. Apparuit verò ei in somnis, qui dicebat: Si quis te interrogauerit, quomodo voceris, dic, Dorotheus. Cùm esset autem manè, occurrit ei sanctus Macarius, & dicit ei: Benedic pater. Illi autem, data sibi inuicem, charitate, ambulabant in solitudine. Interrogauit verò Dorotheus, dicens: Pater, quis es? Ille autem dixit: Ego sum Macarius. Is verò dixit: Fungere officio charitatis. Sine me habitare cum fratribus. Præbuit autem ei quoq; cellam protinus. Totum ergò diem & noctem intensè offerebat Deo supplicationes. Cœpit autem eam tentare diabolus nocturnis visionibus. Beata verò illa vehementer aduersus eum decertabat, nè declararet se esse mulierem. Se autem supra modum exercebat, neque ecclesiam relinquebat, nec regulam, noctū diuq; Deum orans.

Quodam autem die Abbas Macarius venit in eius cellam, & dicit ei: Fungere officio charitatis, bone frater: emitte nobis preces. Illa verò dicit: Pater, ego à te volo benedici. Cumq; fecissent preces, sederunt. Eam autem rogauit Abbas Macarius, dicens: Dic mihi frater, vndenam venis, & quod est tibi nomen? Illa verò dixit: Vocor Dorotheus, & cùm audissem de sanctis, qui hic sunt, Patribus, volui vnà cum eis habitare, si sim dignus. Dicit autem ei rursus senex: Quodnam opus facis? Ea verò dicit: Faciam, si quid me iubes. Is autem ostendit ei, vt faceret catenam. Deus verò volens ostendere eius animi fortitudinē, non declarauit Abbati Macario eam esse foeminam, sed is tanquàm virum eunuchum eam esse putabat. Multas autem curationes Deus per eam peregit.

Dæmon eā frustra cōstruxit naturam proderet.

Processu autem temporis dæmon, qui est bonis infestus, aggreditur eius sororem, quæ vexabatur à dæmone: erat autem cum Imperatoribus. Cœpitq; eam dæmon lacere, & dicere: Nisi me acceperitis, & tuleritis in solitudinem, ex ea non egrediar. Volebat verò dæmon eius sororem conuincere, quòd esset foemina. Deus verò obstruxit dæmonem, nè de ea diceret. Puellam autem valdè vrgebat dæmon, vt iret in solitudinem. Quidam verò ex proceribus cōsulunt Imperatori, vt eam mittat. Tunc Imperator dimisit eam cum magno comitatu ad patres in solitudinem. Cumq; ij venissent in Scetim, nouit sanctus Macarius, propter quamnam causam adsint in illo loco, eisq; progressus obuiam, excepit eos, & dixit: Quid huc acceditis, o filij? Illi verò dixerunt: Noster in primis pius Imperator Anthemius misit filiam suam, vt per Deum cureretur & preces vestras. Cùm eam autem accepisset à cubiculario, deduxit eam ad Abbatem Dorotheum, & dicit ei: Fungere officio charitatis: Quoniam est filia Imperatoris, & opus habet patrum precibus & vestris. Ora pro ea, vt curetur. Hæc est enim merces tua.

Hæc autem cùm audisset, cœpit flere, & dicere: Quisnam ego sum peccator, quòd de me talem concepisti opinionem? flexisque genibus, dicebat: Concede mihi pater, vt mea peccata desleā: nam multa sunt. Ego enim sum imbecillus, planeq; rudis & ignarus ad hanc rem. Dicit ei Abbas Macarius: An nō sunt etiam alij patres, qui per Deum signa faciunt? Sed tamen hæc te mansit merces. Illa verò dicit: Fiat Dei voluntas. & mota pœnitentia, eam accepit in cellam, & nouit eam esse sororem, flensq; conuiuuit. Eam autem amplexa, dixit: Benè venisti soror. Dei verò opere fuit os obstruētum dæmoni,

dæmoni, nè argueret ancillam Dei, quòd esset foemina. Cùm autem dæmon eam diu affligeret, per preces eum domuit.

Quodam autem die dæmon cœpit eam affligere. Illa verò exurgens, manus suas extendit in cælum, & flens Deo supplicauit pro sua sorore. Tunc clamans dæmon, dixit magna voce: O, vi pulsus à te egredior. Ea que prostrata, est egressus. Cùm eam autem accepisset, fert sanam in ecclesiam ad patrum pedes, dicens: Ignoscite mihi, quòd inter vos peccarim. Illi autem data pace, vocarunt homines Imperatoris, & eis tradiderunt sanam Imperatoris filiam. Qui adoratis omnibus patribus, profecti sunt ad Imperatorem. Fuitque magnum gaudium in ciuitate propter filiam Imperatoris, Deumq; glorificarunt, videntes magnam puellæ modestiam. Beatus autem Dorotheus se magis humiliavit, supra modum exercens. Fuit que perfectus signifer.

Diabolus autem rursus subit filiam Imperatoris, & facit vt prægnas appareat. Cœpitq; Imperator affici magno dolore, & eam interrogauit, dicēs: Ex quo es prægnans? Ea verò illic nihil aliud respondit, nisi hoc solūm: Nescio, vndenam hoc mihi acciderit. Imperator verò eam magis examinabat. Tunc ei satanas hanc suggerit cogitationem, quòd monachus, qui eam circunducebat, ipse eam prægnantem reddiderit. Tunc magna ira repletus Imperator, misit ad perdendum eum locum. Cùm autem principes quamcelerimè abisissent in Scetim, querunt intelligere ea, que illic fiebant, dicentes: Date nobis monachum, qui prægnantem reddidit filiam Imperatoris. Dei verò sanctus Dorotheus his verbis auditis, in medium processit, dicens: Ego sum. Afflicti sunt autem sancti patres, & dixerunt: Nos quoque tecum ibimus. Ea verò dixit eis: Domini mei, solummodò orate pro me. spero que in Deo & in vestris precibus, fore vt citò vos adorem. & abeuntes in ecclesiam, venerūt cum toto conuentu fratrum, factisque precibus simul egressi sunt, deducentes Abbatem Dorotheum. Sciebat enim Abbas Macarius, in illo nil esse mali.

Cumq; ij peruenissent ad Imperatorem, prœcidit ad eius pedes Abbas Dorotheus, dicens: Rogo tuam pietatem, vt cum silentio audiat de tua filia. Eamus seorsum, & ego vobis narrabo omnia. Non est enim ei allatum vitium, nec habet quidquam mali, absit. Postquam autem iuerunt seorsum ipsa & parentes eius, dixit eis: Per Dominum promittite mihi, quòd si cognoueritis veritatem, dimitteris me in locū meum. Quod cùm ei promississent Imperator & eius vxor, dixit eis: Qui post Deum sanam fecit filiam vestram, est mea humilitas per patrum preces. Illi verò his auditis obstupefacti, mansere muti & attoniti. Eis autem dixit: Ego vos de hac re faciam certiores. & aperto collo sui colobij, ostendit suas mammas, & dixit: Pater, ego sum tua filia Apollinaris. Quod cùm audissent eius parētes, obstupuerunt, & multæ fuscæ sunt in illo die lachrymæ. Adduxerunt autem suam sororem, & dixerunt ei: Nostine hunc? Illa verò respondens, dixit: Re vera hic est ille eunuchus, qui post Deum me sanauit. & prœcidens ad eius pedes, rogauit eum de suo vtero. Qui cùm eam erexisset, & eius vtero manus imposuisset, eam sanam reddidit. Cùm hoc autem vidissent, admirati sunt, & Deum glorificauerunt. Dixerunt itaque: Verè hæc est filia nostra Apollinaris. Fuit autē fletus cum gaudio in aula Imperatoris.

Cùm autem paucos dies versata esset apud parentes, omnia eis narrauit. Quæ cùm audissent, Deum laudarunt. Rogarunt verò eam, vt cum eis maneret, sed non tunc persuaserunt. Propterea autem quòd ei promiserant, eam cum multis lachrymis miserunt. Rogauit autē parentes suos, vt pro se orarent. Illi verò ei dicunt: Deus cui fuisti desponsa, ipse perficiet tecum misericordiam. Memento autem nostri, filia, in sanctis tuis precibus. Quam cùm amplexi essent, ipsam dimiserunt. Voluerunt autem ei dare pecuniam ad vsus patrum, sed eas non accepit, dicens: Patres mei non habent opus pecunijs huius mundi, nè à bonis excidamus cælestibus. Factisque precibus, dimiserunt suam filiam lætantem & exultantem. Cùm ea autē venisset in Scetim, susceperunt eam fratres & patres, & Deum laudauerunt, quòd redisset frater eorū sanus, & diem festum ei fecerunt.

Paucis autem post diebus, quando cognouit se esse è mundo exituram, dicit Abbati Macario: Fac officium charitatis. Si contigerit me è vita excedere, nè me componant monachi. Is verò dicit ei: Quomodo potest hoc fieri? Ea autem consummata, venerunt sancti patres, vt sanctum eius corpus lauarent. Viderunt autem eam esse sexu foemi-

Sororem suam dæmoniacam curat.

Multum ei inuidet magnus dæmon.

Venit ad patres suos, & pudenter facit dæmonem.

Non vult recipere pecuniam.

Migrat ex hac vita.

foeminam, & exclamârunt, dicentes: Gloria tibi Chrifte, qui multos habes sanctos occultos. Admiratus est autem Abbas Macarius, quod hoc sibi non fuisset reuelatum. Vna verò nocte videt visionem, quæ ei dicit: Nè angaris propter eam. Oportet enim te coronari cum sanctis patribus, qui sunt à seculo. Tunc ei narravit vitam & nomen beatae. Allatisq; sanctis eius reliquijs, eam posuerunt ad Orientem sanctæ Ecclesiæ, in antro Abbatis Macarij cum gaudio & gloria vsque in hodiernum diem, per Deum & sanctos patres: & post sanctæ dormitionem peraguntur curationes, gratia & clementia Domini nostri Iesu Christi. Cui gloria & potentia in secula, Amen.

Fiunt miracula ad reliquias eius.

VITA BEATI SIMEONIS SERVI DEI, PER THEODORETVM EPISCOPVM CYRENSEM SCRIPTA, Alberico Longo Interprete. Est autem in Philotheo (sic enim appellatur liber) Cap. 26.

5. IANVAR.



Simeonis Sylicæ patria.

Matth. 5. Luc. 6.

Videt visum.

Fit monachus.

Simeonem virum illustrem, ac maximū terrarum orbis miraculum, nouere quidem omnes, & qui Romano imperio subiecti sunt, & Persæ, & Indi, & Medi, & Aethiopes, & ad Scythas etiam Nomadas huius gestorum fama aduolauit. Ego verò, quanuis omnes ferè homines eius actionū testes habeam, illarum tamen narrationem aggredi pertimesco: nē, quoniam supra humanam naturam sunt, omnemq; fidem excedunt, fabulosa & ab omni prorsus veritate remota posteris esse videantur: Homines enim ea, quæ de alijs dicuntur, natura sua metiri consueuerunt: & quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit: supra ea, veluti ficta pro falsis ducit. Sed quoniam id illis tantum, qui diuinarum rerum imperiti sunt, accidit: periti verò, pijq; homines multi sunt, qui quidem, spiritus sancti gratia suadēte, tantum aberit vt non credant, vt etiam maximam fidem præstent: omnia eius gesta audacter, alacriterq; percurram: illinc autem initium faciam, vnde vir hic sanctus vocatus est.

Oppidum quoddam intra nostros Cilicumq; fines situm est, quod incolæ Sisan appellant. Hinc oriundus Simeones, cuius gregibus pascendis primū à parentibus præfectus est, vt in hac re etiam viris magnis æquari posset: nempe Iacob patriarchæ, Iosepho viro prudenti, Mosi legislatori, Dauidi regi & Propheta, ac omnibus demū sanctissimis illius classis viris. Cum autem multa vi niuium oues in stabulis manere cogentur, exiguum illud ocium nactus, ad sacrum templum vnà cum parentibus, vt ipsemet mihi narrauit, profectus est: vbi cum euangelicam vocem accepisset, quæ stultas ac lugentes, beatos: ridentes verò, miseros esse dicebat, quæque illos fortunatos appellabat, qui mundam animam possiderent, adstantium quendam interrogauit, ecquonam precio poterit sibi quisquam hæc omnia comparare. Qui sanè respondens, Si monasticam, inquit, vitam, summamq; philosophiam sectatus fuerit. Quare accepto verbi Dei semine, atque in intimis pectoris penetralibus reposito, in propinquum sanctorum martyrum templum se contulit, vbi prostratus humi, cum qui omnes vult saluos fieri, rogabat, vt sibi rectum pietatis iter ostenderet. vbi cum hoc pacto diū moraretur, somno oppressus est: mox visione quadam ita se affectum dicebat, vt fundamenta quadam effodere videretur.

Dum hæc agerem, inquit, vocem adstantis cuiusdam audio, altiùs effodi opus esse dicentis. Cuius ego imperio obsecutus, in isto operi: re tandem, vt mihi videbatur, peracta, me ad ocium referebam, cum rursus ille mihi adhuc effodiendum esse dicit. Cum hæc ter aut quater fieri imperasset, satis, inquit: nunc autem si edificium perfici cupis, indefessè tibi laborandum est: nam absque assiduo labore fieri quicquam non potest. Quod sanè vaticinium verum fuisse res ipsa indicat: quæ enim deinceps ab eo gesta sunt, naturam omnem excedunt. Nam cum illinc surrexisset, cōfestim in propinquum monachorum cœtum se contulit. vbi biennio commoratus, summamq; apud eos virtutem affectus. Teledam, de qua supra mentionem fecimus, profectus est: apud quam magni diuiniq; viri Ammianus & Eusebius gymnasticam palæstram instituerant. Sed non

non in hanc beatus Simeones, verum in aliam, quæ ab hac ipsa ducebat originē, se contulit. Eusebonas enim & Abibio, Eusebij discipuli, scholā hanc construxerant, nam moribus & vita concordēs, vnamque animam duobus corporibus præ se ferentes, multos imitatores habuere. Et cum ex hac vita non sine maxima gloria migrasset, Heliodorus vir sanè egregius, gregis illius dux creatus est: qui sanè cum quinq; & sexaginta annos vixisset, duos & sexaginta in monasterio degit: quoniam triennio post natalem diem, omnium rerum quæ in vita aguntur, expers, semetipsum in cluserat. Dicebat hic, se neque porcos, neque gallos, neque aliud huiusmodi vidisse vnquam. Hunc ego sæpius vidi, eiusque morum simplicitatem, animique integritatem sum admiratus.

Heliodorus puer triennio, monasterium, monasterium perit.

Ad hunc igitur profectus, magnanimus hic pietatis athleta, decem annos apud eum commoratus est: vbi cum octoginta socios haberet, omnes superauit. Cum enim alij binis quibusque diebus cibum sumerent, hic cerrè totam hebdomadam ieiunus, id quod inuitis monasterij præfectis, modumque omnem excedere dicentibus, peragebat. Audiui plerunquē gregis illius ducem narrantem, quod asperrimo fune, ex palmarum folijs contexto, nudos lumbos cingebat, atque ita constringebat, vt omnem illam corporis partem, quam premebat, dilaceraret, assiduusque cruor maneret ab vlcere. Quem cum quidam vidisset, vndenā ille cruor esset, rogauit. quo nil respondente, manibus violenter illatis causam edidit: quam cum præfectus etiam accepisset, confestim & iurgijs, & precibus sæuitiam illam accusans, fecit quidem, vt vinculum illud deponeret: verum vt vlceri remedium aliquod adhiberet, persuadere non potuit. Quare cum hæc aliaque huiusmodi in seipsum admittere illum viderent, iusserunt vt ab eorum palæstra excederet: verebantur enim, nè corpore imbecillibus, huiusmodi rem imitari nolentibus, mali alicuius causa esset. Ille diū per montis solitudines vagatus, fossam quandam non admodum profundam, nec aquas habentem inuenit: in quam semetipsum coniciens, Deo psallebat. Post quinque verò dies gregis illius duces dimisisset illum penituit: quare missis duobus ex fratribus, inuenire illum ac reducere iusserunt. Illi totum montem peruagati, in pastores quosdam incidit: Quos cum datis signis de illo interrogasset, ostensa à pastoribus fossa, confestim multis clamoribus funem afferunt, illumq; non absque magnis laboribus extrahunt illinc: non enim assensus æquè facilis est, atque de scensus.

Tota hebdomada manet ieiunus.

Ob nimium vite rigorē dimittitur è monasterio.

Reductus itaque, parumque apud illos commoratus, in oppidum Telanifum proficiscitur, quod sanè mōris vertici, vbi nunc situm est, subiacebat. Vbi cum angustam admodum domunculam inuenisset, totū triennium in ea inclusus permansit: & cum virtutis opes augere semper cōtenderet, Mosi & Eliæ diuinorum virorum exemplo, quadraginta dies ieiunare decreuit. Quare Bassus, qui ea tempestate oppidorum presbyteris præfectus, multa loca circuibat, rogat, vt nulla re intra domunculam relicta, fores ipsas cæmentis obstrueret. Qui rei difficultate proposita, ab huiusmodi incepto deterrebat, violentamque sibi mortem consciscere quenquam, non esse virtutem, sed vitium & primum & maximum, admonebat. His acceptis vir Dei, Depone, inquit, o pater hęc decem panes & aquæ lagenam. nam si corpus cibi indigens sensero, sumam illum. Rectè, inquit ille. Mox pane & aqua deposita, fores obstruxit, vt iusserat. Post quadraginta dies reuersus Bassus, dirutis foribus ingreditur, panumque numerum & aquæ lagenam ita, vt reliquerat certè, at illum exanimem atque mutum & immobilem inuenit. Quare accepta spongia labra illius primū madefacit, mox diuinorum mysteriorum symbola imposuit: quibus ille refectus, surrexit, ac cibi aliquantulum sumpsit, laetucas scilicet, cicoria, aliaque huiusmodi: quas dentibus non admodum confectas, dimittebat in stomachum. Quam rem admiratus Bassus, in proprium gregem se recepit, magnumq; hoc miraculum suis enarrauit, quos plusquam ducentos habebat: illos tamen neque iumentum, neque molas possidere, neque allatas pecunias accipere, neque monasterij foribus aut ad res necessarias parandas, aut ad amicos inuisendos egredi, sed intus manere, & id tantum, quod spiritus sancti gratia sibi missum fuisset, accipere volebat. Quas sanè leges vsque ad hanc tempestatem eius sectatores obseruant: & quanuis eorum numerus iam auctus sit, illis tamen minime derogant.

Reuocatus ad monasterium.

Ieiunat sanctus totos 40. dies.

En vt olim etiam monachi perpetuò domum manserint.

Nunc ad magnum Simeonem reuertor. Ab illa igitur vsque ad hanc tempestatem, octo & viginti anni præterire, quorum vnoquoque, quadraginta dies ieiunus peregerat. Verum & tempus & imbecillitas, bonam laborū partem diminuere. Primis enim tem-

L potibus

poribus stans pfallere consueverat, mox cum propter inedia attenuatum corpus stare amplius non posset, diuinum officium sedens celebrabat: deinde absumpto penitus, extinctoque corporis robore, humi semimortuus iacebat. Cum vero supra columnam esset, descendere quidem nolebat: sed, ut stare posset, aliam machinatus est artem. nam trabe columnae alligata, illi funibus annexus, quadraginta dies exegit: tandem fauente spiritus sancti gratia, ne trabis quidem usus est adminiculo, sed suis fretus viribus, quadraginta dies ieiunus stetit.

Triennio igitur, ut dicebam, in domuncula illa commoratus, postremo diuulgatum hunc verticem ascendit. ibique septo quodam constructo, parataque catena quadam ferrea viginti cubitorum longitudinis, alterum eius caput lapidi cuidam maximo affixit, alterum vero dextro pedi adnexuit ita, ut ne volens quidem extra fines illos abire posset: sed intra illos permanens, caelum & quae supra caelum sunt, assidue contemplari cogere. Ferrea enim vincula mentem ipsam, quin officio suo fungeretur, prohibere nequirebant. Cum vero Meletius, qui tunc Antiochenae regioni praefectus erat, vir sane magna sapientia praeditus, superuacaneum esse ferrum illud dixisset: rationalia siquidem mentis vincula corpus ipsum optime cohibere poterant: eius admonitionibus obsecutus, fabrum vocari, ac vincula illa dissolui iussit. Et quoniam pellis quaedam hirsuta tibiae alligata erat, ne ferri rigor illam mordere posset, soluto vinculo, ipsam etiam pellem discerpi ac proijci opus fuit. In qua plusquam viginti cimices, qui in ea nidificauerant, inuenisse dicebant, nec Magnus Meletius negabat.

Haec sane inserui, ut ex hac etiam remagnam viri patientiam ostenderem: cum enim pellem ipsam manibus confricare, & illos conficere posset, eorum tamen morsus ferre malebat: nempe, ut ex paruis ad maiora certamina assuefieret. Cum igitur fama eius regiones illas peruagaretur, omnes ad illum vndique confluabant, non vicini tantum, sed qui maxime distabant, alijque languida corpora adferebant, alij aegrotis salutem petebant, alij vero patres fieri rogabant, & quod a natura accipere beneficium nequibant, eius precibus posse se impetrare credebant. quibus sane rebus impetratis, mox se domum alacres recipiebant: vbi acceptos fructus ostendentes, multo plures ad virum sanctum dimittebant. Quare hominum pelagus vndique aduentatum, & more fluminum confluentium, apud illum videre est. non enim nostrates tantum, sed & Ismaelitarum, & Persarum, & horum finitimi Armenij, & Iberi, & Homeritarum, & interiores etiam populi conueniunt. multi etiam illorum, qui vltimam Hesperiam incolunt, videlicet Hispani, Britanni, & Galli, qui in medio horum sunt: nam de Italia dicere superuacaneum est. Ita enim virum hunc celebrem apud Romanos esse dicunt, ut pro omnibus officinarum vestibulis paruulae huius imagines collocatae sint: quippe sui custodiam ac tutelam in illis esse credunt.

Cum autem immensa hominum multitudo ad illum confluere, omnesque tangere illum, & benedictionem accipere contenderent, ut vanum illum honorem assiduamque molestiam effugeret, super columna illa stare decreuit. Quae sane primum sex, mox duodecim, deinde viginti, nunc demum sex & triginta cubitorum longitudinis est. Quod sane, meo iudicio, non absque diuina providentia factum est. Quam obrum eos, qui facta aliorum carpere delectantur, rogo, ut linguam compescant, & desinant maledicere, animaduertantque potius, quod saepe Dominus, ut segniores ad virtutem excitaret, huiusmodi technas excogitauit. Nam & Esaiam nudum, & Hieremiam zona lumbos praecinctum incredulis vaticinari, interdum etiam veteres ligneos ac ferreos cervici imponere iussit. Osee etiam meretricem uxorem ducere, eandemque malam & adulteram diligere voluit. Ezechielem quoque in latus dexterum, quadraginta: in sinistram vero, centum & quinquaginta dies recumbere: rursus carceris murum pertundere, ac fugere, & cum fugisset, reuertitur, ac seipsum in seruitutem tradere: iterum autem enssem acutere, eodemque acuto caput radere, crinesque quadrisariam hinc & hinc incidere praecipit. Et, ne cuncta percurram, haec certe omnia rerum omnium creatoris imperio facta sunt: ut eos, qui neque legibus obtemperabant, neque prophetas audire volebant, hoc nouo spectaculo ad eorum verba audienda cogere. Quis enim eius rei causam scire non optet? Quis non percontetur, quam obrem propheta meretricem uxorem habere sustineat? Quemadmodum igitur rerum omnium Dominus ad communem multorum

vtili-

vtilitatem vnumquodque eorum fieri iussit, sic etiam ut desideres populos ad salutem excitaret atque alliceret, nouum hoc spectaculi genus edidit, ut homines illius nouitate moti conuenirent, ac prout verbum Dei audirent, & salui fierent. Et quemadmodum illi, qui in homines imperium habent, per aliquod temporis spatium no uas aliquas numismatibus imagines sculpunt, leonum videlicet, aut stellarum, aut angelorum, ut aurum illud nouo impressum charactere, preciosius esse ostendant: sic etiam ille rerum omnium imperator hoc vitae genus, quasi nouum charactere proponens, omnium non fidelium tantum, sed infidelium etiam linguas, ad illius laudes decantandas excitat & inflammat.

Quod autem hoc verum sit, non verba, sed res ipsa indicat: Infinitum enim Ismaelitarum numerum, in impietatis tenebris errantem, stans ille super columnam illuminauit. Illustris enim lucerna haec tanquam super candelabrum posita, ut sol quidam in omnes orbis partes radios emittit. Videre itaque est, Hiberos, Armenos, ac Persas ad illum confluentes, baptizari. Ismaelitarum vero turmatim veniunt, patriumque detestantes errorem & idola, viri sancti commercio, a rebus Veneris, quatum causa se in idolorum seruitutem redegerant, abstinent, legibusque a sacro illo ore acceptis, patriisque ritibus abdicatis, non asinorum agrestium, camelorumque carnibus vescuntur amplius, sed diuinis mysterijs fruuntur.

Horum spectator ego ipse fui sane, & patriam impietate detestantes, euangelicamque doctrinam probantes audiui, nec sine maximo meo periculo. nam cum vir sanctus iussisset, ut a me sacerdotalem benedictionem illis profuturam acciperent, impetum in me barbarico more facientes, alij a fronte, alij a tergo, alij vero a latere distrahebant, alij vero super alios conscendentes, manusque protendentes, vel barbam vellebant, vel vestem discerpebant: ac me illi profecto necassent, nisi vir sanctus alta voce omnes a me abegisset. Tales irrisa illa a multis columna fructus ferebat, taleque diuinitatis lumen in caecis barbarorum mentibus infundebat.

Illud etiam, quod ab huiusmodi barbaris factum est, addam: Duarum illorum tribus erat, quarum altera virum sanctum rogabat, ut eius tribuno suam benedictionem mitteret, altera vero refragabatur, dicebatque non illi opus esse benedictione, qui iniquus esset & impius, sed suo potius tribuno, qui vir bonus esset ac iustus. Cum de hac re diutius contendissent, tandem me suadente desistere velle videbantur. dicebam enim, quod utrique benedicturus erat. Illi rursus insurgentes, iniquum esse aiebant illum benedictione impartiri. alij vero de altero tantundem dicebant, donec vir sanctus comminatus utriusque, canesque illos appellans, litem diremit. Haec adscripti, ut veram illorum fidem ostenderem: non enim tanta altercatione insaniuissent, nisi magnam vim viri sancti benedictionem habere credidissent.

Alia etiam stupendum sane miraculum vidi. Ingressus enim quidam Saracenorum tribunus, rogabat, ut cuidam ex suis opem ferret, cuius corporis membra in itinere soluta erant. in quem sane morbum apud Callinicum (erat autem hoc praesidium quoddam) incidisse dicebat. Vir sanctus, cum illum in medium afferri iussisset, imperat, ut Maiorum suorum impietatem detestetur. Cum his dictis obtemperasset, rogatus a patri, & vnigenito filio, ac spiritui sancto crederet, ait se credere: si credis, ingit, surge. Qui cum surrexisset, iussit ut tribunum illum, virum sane maxime corpulentum, sublatum humeris vsque ad tentorium ferret: qui subiens onus, confestim abstulit quod iustus erat. Quo sane miraculo spectatores stupefacti, Deum laudabant. Hoc autem iusserat illi Domini exemplo, qui paralytico, ut grabatum tolleretur, imperauerat. Nec aliquis imitatio- nes has tyrannidem esse dicat. Ille enim dixit: Qui credit in me, opera quae ego facio, & ipse faciet. Cui sane promissioni satisfieri ab illo vidimus. quauis enim nusquam inueniatur, Domini vmbra aliquod fecisse miraculum, vmbra tamen magni Petri, & mox ipse abegit, & morbos depulit, & demones fugauit. Verum non dubium est, quin Dominus, qui per seruos suos huiusmodi fecit miracula tunc, & nunc etiam per diuum Simeonem Petri cognominem, infinita faciat.

Equidem non solum eius miraculorum spectator, sed vaticiniorum etiam auditor fui. Siccitatem enim, atque illum sterilem annum, & quae post eum secuta sunt, famem & pestem, duobus annis ante praedixerat, cum se virgam, magna minitantem hominibus flagella, vidisse dicebat. Alia etiam vermium illorum, quos bruchos appellant, magnam futuram copiam, non multum tamen illaturam detrimenti, significauit: eiusdem

L 2

enim

Meletius  
episcopus  
Antioche-  
nus.Multi ad S.  
Simonem  
confluunt.Nota de  
imaginibus.  
Habet haec  
in 7. Syno-  
do, Actio-  
ne 4.Stat in cor-  
lumna.Esa. 20.  
Ier. 13. & 28.Osee 3.  
Ezech. 4.  
Ezech. 12.  
Ezech. 5.Simeon  
multis ad-  
fert verum  
lumen.Mirus fere  
uor Ismae-  
litarum.Curat pa-  
ralysi dis-  
solutum.Marc. 2.  
& Ioan. 14.

Act. 5.

Immensa bru-  
chorum copia



enim dexteræ, à qua calamitas proficiscēbatur, benignitas præsidio nobis futura erat. Post triginta dies tanta illorum vis exorta est, vt quasi nubes solis radios offuscaret. Fru- ges tamen illas, quæ ad iumentorum vltimum pertinent, radicitus extirpârunt: quæ verò ad hominum, intra Ætas reliquere. Mihi etiam, quem quidam bello laceſſebat, post quindecim dies pacem futuram prædixit: quod sanè verum fuisse comperij. Alia huiusmodi multa sciens prudensque gratia breuitatis omitto. nam ex his quæ dicta sunt, spiritus sancti gratia, qua pollebat, satis superque intelligi potest.

Huius etiam gloria maximè apud Persarum Regem viguit. Cùm enim legati, qui à nobis ad Regem ipsum profecti erant, de hoc viro mentionem fecissent, satis humanè, quænam esset vita hominis, & qualia miracula, interrogasse fertur. Dicitur etiam eius vxor oleum ab eo benedictum petijſſe, ac veluti preciosissimum munus domum re- portasse. Omnes etiam Regis ministri, huius fama moti, quantum multas à suis Magis contra ipsum scyphantias accepissent, rem tamen diligenter perſcrutati, virum hunc plusquam humanum esse dicebant. Cætera verò Persarum turba, ad regis ministros & cohortes confugiens, pecuniam dabat, vt oleum à viro sancto benedictum sibi impe- trarent. Iſmaëlitæ etiam Regina, cùm sterilis eſſet, & parere cuperet, viros quos- dam dignitate præditos miſit, per quos matrem se fieri rogabat: qua gratia impetrata, accepto Regio puero, ad diuinum senem properat. sed quoniam mulieribus aditus præ- clusus erat, miſſo ad illum infantulo, vt eius benedictionem acciperet, hæc verba suo nomine ferri ad illum iuſſit: Hic fructus tuus est, ego enim multis cum lachrymis tuæ benedictionis semen cõcepi, tu verò fecisti, vt semen illud fructus eſſet: illi enim imbrem diuinæ gratiæ tuis precibus impetrâſti.

**Eximia ei patientia.** Sed quousque Atlantici maris profunditatem metiri contendo, cùm ea, quæ ab illo quotidie geruntur, numerum omnem excedant? Equidem præ cæteris eius animi doti- bus, patientia potissimum mihi admiranda videtur. nocte enim ac die stans spectatur ab omnibus, foribus enim hoc tempore, ac magna murorum parte sublata, nouo atque admirabili omnium spectaculo expositus est. Modò enim stans, modò verò humi pro- stratus, Deum adorat. Multi etiam adstantium eius inclinationes enumerant: semel autem meorum quidam mille ducentis quadraginta quatuor enumeratis defessus, tan- dem numerare amplius desiit. dum autem insectitur, frontem pedum tenus applicat. quippe, cùm semel tantum in hebdomada cibum, & hunc exiguum, capiat, dorsum fa- cile incuruari potest. Fertur etiam, quòd continuè stando, pedum eius alter vlcus con- traxit, ex quo multa sanies assidue scaterere videtur. Verùm nihil horum ab instituto deterret: sed æquissimo animo fert quæcunque sibi, & sponte sua, & se inuito obtin- gunt. omnia enim inuicta patientia vincit.

**ab Arabibus.** Hoc sanè vlcus olim ostendere cuidam coactus est, hac de causa: Venerat quidam à Rhamene vrbe vir sanè egregius, & ad Christi ministerium assumptus: qui cùm montis illius verticem ascēdisset, Dic mihi, inquit, per illam quæſo veritatem, quæ humanum genus ad se conuertit, es ne homo, an incorporea natura? Quam sanè interrogationem cùm adstantes moleſtè ferrēt, iuſſo omnibus silentio, Cur me interrogas ait? Quoniam, inquit, vna omnium voce audio te, quod sanè proprium hominis est, neque comedere, neque dormire: quod si verum est, miror certè vendè viuas. Scalam columnæ primùm admouere illum, mox ascendere, ac manibus explorare iubet. Qui dextera per interio- res cilicij partes iniecta, nō pedes tantum, sed moleſtissimum vlcus illud palpabat, quo inuento, illius magnitudine stupefactus, auditoque quòd cibum etiam quandoque su- meret, descendit illinc, & cùm me conuenisset, omnia narravit.

**Tota nocte stat subla- tis in cæli manibus.** In publicis autem solennitatibus aliud patientiæ specimen præ se tulit. nam ab oc- casu ad ortum solis, sublatis ad cælum manibus, totam noctem stetit, neque somno vic- tus, neque labore defessus. Tanta autem rerum gestarum miraculorumque numero splendens, adeò modestus est, vt omnium hominum se infirmum atque postremum ex- istimet. Præter modestiam verò, ita facilis, affabilis, & humanus est, vt ad cuiuslibet siue artificis, siue mendici, siue rustici, interrogata respondeat. Doctrinæ etiam munere Dei benignitate donatus est: ita vt bis in die turbas hominum docens, aures eorum, verbo- rum venustate spiritalique scientia demulceat pariter ac \*refeciat: horteturque illos, vt cælum tantum spectent, ad illud contendant, terrena despiciant, promissa regna cæ- lestia complectantur, & quæ futura sunt, sperent.

Est

Est etiam illum iudicia exercentem, æquasque sententias proferentem, videre: quibus rebus post nonam horam operam dat. post quam adstantes primùm docet, mox quo- rundam auditis petitionibus, illis subuenit, deinceps lites dirimit. Circa solis occasum recipit se ad diuina colloquia. Et licet his alijsque huiusmodi negocijs impediatur, ec- clesiarum tamen curam non omittit: sed modò Græcorum impietatem expugnat, mo- dò Iudæorum debellat audaciam, interdum hæreticorum acies fundit, nunc de negocijs omnibus Regem certiore facit, nunc magistratus ad zelum Dei excitat, illosque hor- tatur, vt magis quam pastores ipsi, de Ecclesia Dei solliciti sint.

Hæc scripsi, vt omnium virtutum eius minimam partem ostenderem. omnia enim, quæ de eo narrantur, quis complectatur vnquam? neque ego me complexurum sanè, sed paucis tantum enarratis, totius eius sapientiæ quasi characterem ostendere sum pollici- tus. Scribent autem alij, vt par est, his multo plura, & si vir hic sanctus vixerit adhuc, ma- iora fortasse miracula adijciunt. Equidem illum, cùm commune totius orbis, Christia- nique pietatis sit ornamentum, proprijs precibus adiutum, in huiusmodi laboribus per- seuerare, eiusque vitam euangelicæ legi consentaneam esse & opto, & obsecro.

### HACTENVS HABETVR IN VERSIONE LATI- NA ALBERICI LONGI: PORRO IN EDITIONE Gentiani Herueti ea quæ sequuntur, adiecta sunt: incertum, vtrum à Theodoro, an ab alio quopiam.

**Q**U M post hæc autem diu vixisset, & multis miraculis, & laboribus, ar- doreque solis, & hyberna glacie, & vehementibus ventorum insulti- bus, & humanæ naturæ imbecillitate, solus ex omnibus, quæ vnquam fuerunt, mansisset inexpugnabilis: postquam cum deinceps oportuit esse cum Christo, & immensorum certaminum coronas accipere, quòd homo quidem eſſet, morte confirmauit ijs, qui non credebant; mansit autem etiam post mortem immobilis: & in cælum quidem anima peruenerat, corpus autem ne sic quidem cadere sustinuit: sed rectum stetit in lo- co certaminum, tanquam inuictus athleta, nulla parte membrorum volens terram tan- gere. Sic Christi athletis manet etiam post mortem cum eis simul versans victoria. Va- riorum certè morborum curationes, & miracula, & diuinarum virtus operationum, sic- ut quando erat superstes, ita nunc quoque sunt: nō solum apud oculos sanctarum re- liquiarum, sed etiam apud summæ eius virtutis & diurnæ decertationis monumentum: magnam, inquam, illam & celebratam columnam huius iusti & laudibus celebrandi Simeonis: cuius sanctis intercessionibus cupio, vt ego adiutus in his sanctis perseuerem laboribus, Deumque precor, qui est communis ornatus, est splendor pietatis & veræ religionis, vt & mea vita corrigatur, & ad euangelicam vitam formam dirigatur.

### HAEC EX THEODORETO DESCRIPSIMVS, QUIBUS NVNC EA SVBIECIMVS IN HONOREM tam eximij viri, quæ Euagrius Scholasticus Epiphanensis habet Eccle- siastica Historie lib. 1. cap. 13. & 14.

**Q**U M temporibus (puta, sub Theodosio iuniore Imperato- re) floruit, inque magna gloria fuit Simeones, vir & insignis pietatis, & memoriæ percelebris. Hic primus stationem in columna instituit, domiciliumque in ea, cuius mensura vix duos continebat cubitos, construxit. Per idem tempus Dominus Antiochenum procurauit episcopatum: qui vbi venit ad Simeonem, mansionem & rationem viuendi ad- miratus, ea quæ apud illum secretiora erant, cognoscere valde cupiebat. Ambo igitur simul ingrediuntur, & puro Christi corpore consecrato, vitalem inter se mutuo par- ticipant communionem. Iste Simeones vitam cælestium

L 3 pote.

potestatum in carne æmulatus, se à rebus terrenis abstrahere laboravit, vim adferre naturæ, quæ solet suo pte nutu deorsùm ferri, res in sublimi locatas persequi, & inter cælum & res terrestres quasi medius interiectus, cum Deo colloqui, eum pariter cum angelis laudibus extollere, & tum preces pro hominibus è terra in cælum subleuans, Deo offerre, tum misericordiam Dei de cælo in terram deferens, hominibus impartiri. Huius res gestas literis prodidit, cum alius quidam, qui eum oculis adspexisset: tum Theodoretus ecclesiæ. Cyrestensis episcopus, eadē disertè exposuit: à quo cum alia, tum hoc, quod deinceps dicemus, in primis prætermisum est: quod quidem inuenimus apud sanctos eremi incolas referuatam, ipsumque ab illis accepimus.

f. Cyrensis

Probatur S. Simeon, nū spiritu Dei ducatur.

Cum Simeones iste, qui in terra angelus, in carne cælestis Ierusalem cuius fuit, peregrinam hanc viuendi viam, hominibus planè incognitam, institueret, sancti eremi incolæ mittunt quendam ad illum, iubentq; vt ab eo sciscitaretur, quid hæc noua & inusitata vitæ ratio sibi vellent, & quam obrem trita viuendi via, & sanctorum pressa vestigijs, relicta, aliam quandam peregrinam, & hominibus omninò ignotam sequeretur: eumq; hortantur per nuncium, vt ex suo domicilio descenderet, viamque electorum patrum instaret. Quod si alacri animo ac parato descendere videretur, mandârūt vt ei sua ipsius viuendi via insistendi potestas fieret: (ex obedientia enim satis constare posse dixerunt, eum Deo duce in eam viam ingressum fuisse, tamq; graue certamen ad se afflicandum in vita suscepisse) sin resisteret, aut suæ inferuieret voluntati, ac non statim ipsorum hortationi morem gereret, vt vi inde abstraheretur. Nuncius vbi accessit ad eum, & patrum mādatum illi exposuit, isq; extemplò alterum produxit pedem, patrum hortationi obsecutus, permisit sua ac propria viuendi via incidere, sic eum affatus: Bono animo sis, & strenuè rem gere: statio tua à Deo est instituta. Hæc res ab alijs, qui de eo scripserunt, prætermisita, digna tamen quæ literis prodatur, à me hoc loco commemorata est.

Simeonis prompta obediētia.

Obiurgat Theodosiū Imperatorē

Virtus porro diuinæ gratiæ tam penitus in istius infedit animo, vt ad Imperatorem Theodosium, per legem iubentem, vt Iudejs Antiochiam incolentibus, ipsorum synagogæ, quas autè Christiani ab illis abstulissent, redderētur, adeò liberè scripserit, adeoq; acriter eum propterea increpârît, (solum nanque suum Imperatorem Deum veritus est) vt Imperator Theodosius, quò Christianorum satisfaceret voluntati, sua mandata reuocaret, præfatumque, qui ipsum de Iudeorum synagogis reddendis docuerat, abdicaret magistratu, & sanctissimum ac aëreum oraret martyrem, vt nominatim pro ipso Deum obsecraret, obtestareturque, atque sua ipsum impertiret benedictione. Iste Simeones hoc seuerum viuendi genus in carne traducens, vitam vsq; ad quinquaginta sex annos propagauit. Nam in monasterio, in quo primùm diuinas viuēdi præceptiones didicit, annos vixit nouē: in Mandra autem (sic enim vocatur) quadraginta septem: atq; horum annorum decem in loco admodum angusto confecit, in columnis arctioribus septem: deniquè in columna quadraginta cubitorum, triginta.

Translatio corporis eius.

Huius sanctissimum corpus post migrationem è vita, Antiochiam deportatum fuit, Leone tum imperium gerente, & Martyrio administrante episcopatum Antiochiæ: Ardaburio præterea præfecto præsidiorum in Oriente, cum militum ducibus, & cæteris ordinibus, in ipsa Mandra commorantibus, seruantibusque sanctissimum beati Simeonis corpus, nè vrbes vicinæ illud surriperent. Itaque corpus sacratum, multis miraculis in itinere editis, defertur Antiochiam: quod Leo Imperator postea ab Antiochenis petiuit. At Antiocheni contra Imperatori aliud postulatum offerebant, quod ita se habet: Quoniam ciuitas mœnibus caret, (Imperatoris nanque furor ea diruit) sanctissimum Simeonis corpus huc apportauimus, vt nobis & muri & munimēti loco sit. Quibus verbis persuasus Leo, eorumque obsecutus postulationi, venerandum corpus illis concessit. Istius corporis cum multæ aliæ partes, ad nostram vsque ætatem fuere seruata, tum caput ipse equidem conspicatus sum, Gregorio viro magni nominis id temporis episcopatum illius ecclesiæ gerente, & Philippico efflagitante, vt sanctorum reliquiæ, quò tutius in Oriente expeditiones militares faceret, ad ipsum mitterentur. Atque, quod valdè mirandum videtur, capilli in capite inherentes, minimè consumpti sunt, sed perindè ac si viueret, & cum hominibus versaretur, integri manserunt. Frontis item cuticula, quanquam cōtracta fuit in rugas, exaruitque, tamen mansit incorrupta: multi etiam ex dentibus, qui hominum fidelium manibus minimè fuissent euulsi: hiq; figura sua indicârunt, qualis diuinus ille Simeones fuerit, & qua statura. Ibi quoque catena

Capilli eius integri permanent.

catena ferrea, quam collo gestabat, reponebatur: qua cum (nam ne mortuum quidē, charum illud ferrum, Simeonem deseruit) corpus omnium sermone celebratum, quod tam graues exantlâset labores, diuinos honores consecutum est. Cuius singulas res gestas cum ad meam ipsius, tum ad legentium vtilitatem narrando percererem, nisi de eisdem à Theodoro, vt supra dixi, vberius diffusiusque disputatum esset.

Deinceps aliud, quod ipse oculis vidi, scriptis mandabo. Permagno tenebar desiderio templum istius sancti Simeonis adspiciendi. Abest autem Theopoli, id est, Antiochia, stadijs ad summum trecentis, postum in ipso montis iugo. Istud Mandriam vocant indigenæ: cui loco seuera vitæ disciplina, arbitrò, quam sanctissimus Simeones in eo exercuit, istud nomen tribuit. Montis autem accliuitas porrigitur ad viginti stadia. Templi ædificium extructum est in modum crucis, porticibus ex quatuor lateribus pulchrè illustratum. Porticibus verò columnæ, ex polito lapide concinuè fabricatæ, adiunctæ sunt, quæ tectum scitè admodum in sublime erigunt. Versus medium templum, atrium est sub dio, summo artificio elaboratum: in quo sita est columna illa quadraginta cubitorum, in qua vitam cælestem ille terrestris corporeusque angelus transegit. Atquæ porticus, quas diximus, tanquam cancellos, quos fenestras vocat, in tecto habent, tum ad atrium, tum ad ipsas porticus vergentes. Ad læuam columnæ in vno cancellorum ipse equidem cum tota agriculturalum, circa columnam incedentium, multitudine ibi in vnum coacta, vidi stellam inusitata magnitudine, discurrentem per totam rimam, iubarque fundentem, neque id quidem semel, bis ve aut ter, sed sepius: eandemque crebrò euanescentem, & ex improviso apparentem denuò: quæ solum in istius sanctissimi viri die festo cernitur. Sunt qui memorât, ac miraculo sanè tum propter fidem eorum, qui idem ipsum narrant, tum propter alia, quæ ipsi sumus conspicati, credendum est, veram personæ illius effigiem, huc illucque volitantem, se vidisse, barba demissa, & capite, vt solet, tiara operto. Viris, qui ad eum locum veniunt, liber & facilis patet introitus, hi que cum iumentis suis columnam sepe circumeunt. Fit autem custodia accuratissima, nè mulier (qua de causa, haud equidem habeo dicere) aliquando in templum ingrediatur: sed si quæ accedunt, extra limen cōsistunt, miraculum admiratæ. Nam eregionè stellæ fulgentis, vna ex portis sita est.

Cap. 14.

Templum S. Simeonis.

Nota miri quiddā de stella.

Femina huius templi aditu arcentur.

S. EDVARDI REGIS VITA, AVTHORE EALREDO ANGLICO, MONACHO ET ABBATE IN RHIEVALLE Cisterciens. Ordinis. Floruit is Ealredus Anno Domini 1164.



LORIOSI ac Deo dilecti regis Eduardi vitæ literis tradituri, ex verbis beatissimi Petri Apostolorum principis sumamus exordium: qui Centurionis vocationem admirans, ait: In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet Deum & operatur iustitiam, acceptus est illi. In omni enim gente, ordine, gradu & dignitate nouit Dominus, qui sunt eius, & miseretur cui voluerit, & misericordiam præstat, in quem sibi placuerit. Neque enim ex suis ipsius natura, vel paupertas præstat, vel adimunt diuitiæ sanctitatem: nec perfectum obscuritas, nec reprobum claritas facit: nec claudit libertas, nec referat seruitus paradysum. Primus patriarcha Abraham & diues scribitur, & perfectus, cuius fides admirabilis & obedientia inimitabilis in rerum omnium copia prædicatur. Ioseph dominus Aegypti constitutus à rege, vniuerso orbi præbuit castitatis exemplum. Sanctus Iob qualis in diuitijs fuerit, earum probauit ademptio: quæ mortis corporis, tentatio vxoris, amicorum exprobratio, spectabili patientia reddidit clariorem. Rex Dauid, quo nemo ditior, sed nemo & sanctior, quo nullus sublimior, sed humilior nullus, & inter thesauros innumeratos sepelitur, & inter DEI amicos cæteris gratior computatur. Nemo proindè miretur, si noster Eduardus & rex dicatur, & sanctus: quem cernimus & in diuitijs egenum, & in delicijs sobrium, in purpura humilem, & sub corona aurea mundi contemptorem.

5. IANUAR.

Acto. 10.

2. Tim. 2. Rom. 9.

Abraham & diues & perfectus.

Ioseph castissimus.

Iob.

Dauid.

Cum enim rex Ethelredus ex filia comitis Thoreti filium suscepisset Edmundū, cognomine Ethelredus rex.

Ethelredus rex.







beati senis apices recitantur. Tūc rex lætus & alacris, pecuniam quam ad peregrinationem parauerat, pauperibus distribuit, & monasterium ædificauit.

Tempore quo rex Ethelbertus, qui regnauit in Cantia, prædicante beato Augustino fidei sacramenta susceperat, nepos eius Sebærtus, qui orientalibus Anglis præfuit, fidem eodem episcopo euangelizante suscepit. Hic Londonijs, quæ regni sui caput habebatur, intra muros ecclesiæ beati Pauli fabricauit, & episcopali honore, Mellitus episcopus, rum episcopum instituens honorauit. Extra muros uero in occidentali parte, in honore beati Petri monasterium insigne fundauit, & multis possessionibus ditauit. Nocte autem, dedicationem eiusdem ecclesiæ præcedente, piscatori cuidam Thamenfis fluij, qui idem monasterium præterfluit, uteriori ripa in habitu peregrino beatus Petrus apparens, promissa mercede, transponi se ab eodē & petijt, & promeruit. Egressus autem de nauicula, ecclesiam, piscatore cernente, ingreditur. Et ecce subito lux cælestis emicuit, miroque splendore illustrans omnia, noctem conuertit in diem. Adfuit cum Apostolo multitudo ciuium supernorum ingredientium, melodiaque cælestis insonuit, indicibilis odoris fragrantia nares perfundebat. Peractis autem omnibus, quæ ad ecclesiæ dedicationem spectant, solennijs, redit ad piscatorem piscium piscator egregius hominum. Quem dum diuini luminis fulgore perterritum, & alienatum penè sensibus reperisset, blanda consolatione reddit hominem sibi, animum rationi. Ingredientes cymbam simul uterque piscator, ait Petrus: Nunquid pulmentarium non habes? Et ille, Inconsultæ, inquit, lucis perfusione stupidus, & expectatione tui detentus, nihil cepi, sed promissam à te mercedem securus expectaui. Ad hæc Apostolus ait: Laxa nunc retia in capturam. Paruit imperanti piscator, & mox impleuit rete piscium maxima multitudo. Omnes erant eiusdem generis pisces, præter unum miræ enormitatis esocif. Quibus ad ripam extractis, dixit Apostolus: Hunc qui præ cæteris precio & magnitudine præcellit, Mellito ex mea parte defer piscem episcopo. Pro nautica uero mercede, cætera tibi tolle.

Huius generis copia abundabis in uita tua, & longo tempore post te progenies tua: tantum nē uirā piscari audeatis in celebritate Dominica. Ego sum Petrus, qui loquor tecum, qui cum meis conciuibus constructam in meo nomine Basilicam dedicaui, episcopalemque benedictionem meæ sanctificationis autoritate præueni. Dic ergo pontifici, quæ uidisti & audisti: tuoque sermoni signa parietibus impressa testimonium perhibebunt. Superfedeat igitur dedicatione: suppleat, quod omisimus, Dominici corporis & sanguinis sacrosancta mysteria: populumque, sermone erudiens, notificet omnibus hunc locum me crebro uisitaturum, hinc me fidelium uotis & precibus affuturum: sobriè uero, piè & iuste in hoc seculo uicibus cæli ianuam referaturum. His dictis, confestim ab oculis eius disparuit. Manè autem facto, episcopo Mellito ad dedicandam ecclesiam procedenti, cum pisce piscator occurrit, & omnia quæ sibi mandata fuerant, pandit. Stupet antistes, referatisque ecclesiæ ualuis, uidet pauimentum utriusque, alphabeti inscriptione signatum, parietem bis senis in locis sanctificationis oleo linitum, totidem cereorum reliquias duodenis crucibus inherere, & quasi recenti resperione adhuc cuncta madescere. Quod uidens episcopus, unā cum populo Deum benedicebat, & illi gratias referebat. Dat fidem miraculo piscatoris illius tota successio, quæ sicut à patre acceperat, totius emolumenti, quod ars illa deinceps ei conferret, beato Petro eius seruientibus decimas offerebat. Unus tamen semel fraudem ausus inferre, mox tandiu artis caruit beneficio, donec confessus reatum, & ablatum restitueret, & promitteret correctionem.

Hæc cum sanctus Eduardus relatione ac scriptis ueterum didicisset, ad monasterium illud ædificijs, possessionibus & dignitatibus altius extollendum exarsit animus eius, & pro priuilegijs illius loci cæterisque causis, nuncios Romam transmisit, talem epistolam Papæ deferentes: Summo uniuersalis ecclesiæ patri Nicolao, Eduardus gratia Dei Anglorum rex, debitam & subiectionem & obedientiam. Glorificamus Deum, quia curam habet suæ electæ Ecclesiæ, quoniam in loco boni prædecessoris uos optimam successorem constituit. Quapropter iustum iudicamus, apud uos uelut ad solidam petram acuire & probare omnes bonas actiones nostras, & uestram notitiam atque societatem in bono habere: quatenus eas donationes & priuilegia, quæ obtinuimus apud prædecessorem uestrum, renouetis & augeatis nobis, uidelicet ut quod ille iniunxerat nobis

Fraus piscatoris diuinitus punitur.

Epistola S. Eduardi ad Nicolaum Papam.

bis sub nomine obedientiæ & poenitentiae propter uotum, quod uoueram ire Romam, & in remissionem omnium peccatorum meorum, construere cœnobium monachorum in honore apostoli Petri, ratum faciatis, & priuilegia possessionum & dignitatum eiusdem loci confirmetis, renouetis, & decernatis. Ego quoque pro modulo meo augeo & confirmo donationes & consuetudines pecuniarum, quas habet sanctus Petrus in Anglia: & ipsas pecunias collectas cum regalibus donis mitto uobis, ut oretis pro me, & pro pace regni mei, & continuam ac solennem memoriā instituatistis totius gentis Angliæ coram corporibus sanctorum Apostolorum.

Rescripsit autem ei Papa in hunc modum: Nicolaus episcopus seruus seruorum Dei, gloriosissimo ac pijsimo, omnique honore dignissimo, speciali quoque filio nostro Eduardo Anglorum regi, uisitationem omnimodam, salutem mellisuiam, & benedictionem Apostolicam. Omnipotenti Deo referimus grates, qui uestram prudentissimam excellentiam in omnibus ornauit & decorauit, erga beatum Petrum Apostolorum principem, & nobiscum habere dilectionem, & in omnibus Apostolicis consentire censuris. Literas igitur uestræ nobilitati transmittimus, & per eas sanctorum Apostolorum societatem & uestram uobis damus, orantes misericordiam illius, qui est Dominus omnium, & rex super omnia solus, ut ipse uos participem faciat ex omnibus, si qua sunt coram Deo, bonis operibus nostris, & fratres nos, ac socios in sua dilectione constituat in omni tempore amplius, ac non minorem partem obsequij nostri uobis in suo regno reconsignet, quam nobismetipsis prouenire optamus. Erimus etiam deinceps pro uobis sine dubio orantes assidue, ut ipse Deus subijciat hostes & inimicos, qui contra uos uoluerint insurgere: & confirmet uos in paterno solio & propria hereditate, ac beatus Petrus sit uobis custos & adiutor in omni tribulatione. Renouamus ergo, & confirmamus, ac augemus uobis priuilegia uestra, scilicet ut absolutus sitis ab illo uoto quod timebatis, & ab omnibus alijs peccatis & iniquitatibus uestris auctoritate illius, qui me, licet indignum, suæ sanctæ præesse uoluit Ecclesiæ.

Præterea illi loco, quem sub nomine sanctæ poenitentiae construendum & meliorandum suscepistis, quoniam, ut fertur, primam antiquitatis consecrationem à beato Petro accepit, cuius, licet indigni, Vicarij sumus, & quia regia antiquitatis sedes est, ex auctoritate Dei & sanctorum Apostolorum atque huius Romanæ Sedis & nostra concedimus, permittimus, & solidissime confirmamus, ut amplius in perpetuum regie constitutionis locus sit, atque repositorium regalium insignium, & habitatio perpetua monachorum, qui nulli omnino personæ nisi regi subdantur, habeantque potestatem secundum regulam sancti Benedicti per successiones eligere ex se idoneos abbates, neque introducatur per uolentiam extranea persona, nisi quam concursus congregatio esse prælegerit. Absoluimus etiam eum locum ab omni seruitio & dominatione episcopali, ut nullus episcopus illuc introeat ordinaturus aut præcepturus aliquid, nisi ex petitione & consensu Abbatis & monachorum. Et habeat idem locus liberum prociuctum, id est, ambitum & cœmeterium mortuorum circa se, absque episcopali uel cuiuslibet respectu, uel exactione: & omnia, quæ ad libertatem & exaltationem illius loci ad honorem Dei pertinentia, per uestram auctoritatem accedere possunt, hilari & promptissima uoluntate concedimus. Possessiones autem, quas antiqui reges, seu quicumque alij homines, uos quoque & uestri barones ad eundem locum contulistis, & chartas, quæ ex eis factæ sunt, diuina & uestra auctoritate roboramus, & ratas ac stabiles esse decernimus, & infractores earum, uel inuadores, aut diminutores, aut dispersores, uenditores etiam, æterna maledictione cum Iuda proditore damnamus, ut in beata non habeant partem resurrectione, sed à beato Petro Apostolo se iudicandos scient, quando sedebit cum suis coapostolis, iudicans duodecim tribus Israël. Vobis uero & posteris uestris regibus committimus aduocationem & ruinationem eiusdem loci, & omnium totius Angliæ ecclesiarum, ut uice uestra cum consilio episcoporum & abbatum constituatis ubique quæ iusta sunt, scientes pro hoc uos recepturos dignam mercedem ab eo, cuius regnum & imperium non desinet, nec minuetur in seculum.

Sanctus autem Eduardus tributum illud grauissimum, quod tempore patris sui clausi Danicæ pendebatur, & postmodum fisco regio inferebatur, regia liberalitate remisit, & ab hoc onere importabili in perpetuum Angliam absoluit. Cum enim collecta illa

Eccè ut sanctus rex libenter per soluit Romano Pontifici quod debet.

Literæ Nicolai Papæ ad Eduardum regem.

Confirmatio priuilegiorum uestri monasterij.

Exemptio eiusdem monasterij.

Matt. 19.

Eduardus remisit tributum Danicæ subditis suis.

pecunia ante illum delata esset, diabolus super cumulum sedentem & ludentem vidit, & nè amplius exigere, præcepit. Cùm in palatio iuxta ecclesiam beati Petri rex aliquando moraretur, superuenit quidam vir mirabilis, Hybernicus genere, pedes vtriusque priuatus officio: (Nerui enim in poplite cōtracti, ad posteriores corporis partes crura retorserant, tali natiuibus inhæserant, immersisque carnibus pedum articuli, à lumbis eius & deorsum corpus omne peruerterant. Porrectis ad terram manibus, & scamnis suppositis repebat, & factus sibimetipsi grauis, trahebat se post se.) Hic videns regis cubicularium, ait ad eum: Hugoline, non me respicies, nec misereberis, nec mouebit te mea tanta calamitas? Et ille: Quid me vis facere? Cui pauper: Sexiès, inquit, Apostolorum limina repens (vt cernis) visitauit, & sanitatem necdum promerui. Quam tamen mihi Apostolorum princeps non negauit, sed distulit, focium in hoc miraculo habere volens Eduardum, quem sibi nouit in omnibus esse deuotum. Ab ipso enim Apostolo in mandatis accepi regem adire, vt me suo sacro subuectum dorso ad ecclesiam eius, quæ palatio vicina est, perferat, recepturum, si id fecerit, membrorum meorum integram sanitatem. Hæc vbi nunciata sunt regi, gratias agit Deo, & citatus mox æger, accessit. Rex verò, vt spiritalis ille asinus fortis, accubans in terminis, supposit humeros suos ad portandum. Pender de humero tanti principis plenus sordibus pauper, squalidis manibus, brachijsque squamosis regium illud pectus collumque complectitur. Interea ex assistentibus ridebant nonnulli, alij à paupere regem delusum iocabantur, alij simplicitatem iusti, fatuitatem iudicabant. Cùm itaq; rex paululum processisset, subito nerui extenduntur, rigantur ossa, carnes marcidæ recalescunt, emergunt à carne articuli, pedes à natiuibus soluuntur. Distendit homo crura, poplite iam flexibili, & sanie cum sanguine profluente, vestis regia ornatur potiùs, quàm foedatur. Iam tunc satis esse clamant omnes, sanatum languidum, onus ob sordes vlcera deponendum. Ille verò memor præcepti quod susceperat, Syrenarum cantus obturata aure pertransijt: ingressusque ecclesiam, ante sanctum altare holocaustum, quod derulerat, Deo ac beato Petro resignat, incolumemque dimisit. Suscepto autem à rege itineris viatico, acturus gratias Deo & sancto Petro, Romam profectus est.

In monasterio autem beati Petri ante altare sanctæ Trinitatis, Missarum solennis sanctus rex vice quadam cum comite Leofrico assistebat. Et ecce speciosus ille forma præ filijs hominum CHRISTVS IESVS in ara consistens, oculis vtriusque visibiliter corporalis apparuit, sacraque dextera super regem extensa, signum sanctæ crucis eum benedicendo depinxit. At rex, demisso capite, diuinæ maiestatis adorabat præsentiam. Comes verò quid in animo regis ageretur ignorans, volensque regem tantæ visionis esse participem, cœpit velle ad ipsum vsq; procedere. Verùm rex quid in mente comitis voluebatur, intelligens: Sta, inquit, Leofrice, sta: quod vides, video & ego. Post Missam verò dixit rex ad comitem: Per eius, quem vidimus, maiestatem mi Leofrice te obtestor, nè, quoad usque vixerimus, sermo iste proferatur in publicum, nè vel nos in perniciem nostram ob fauorem vulgi pulset elatio, vel fidem derogat dictis infidelium æmulatio.

Sub faucibus autem quasi glandes mulieri cuidam succreuerant, quæ totam faciem deformi tumore scedantes, putrefactis sub cute humoribus, sanguinem in saniem verterant, indè nati vermes, odorem teterrimum exhalabant. Iubetur tandè in somnis adire palatium, & ex Regis manibus sperare remedium: quibus si lota, si tacta, si signata foret, meritis eius reciperet sanitatem. Cùm autem venisset ad Regem, & oraculum exposuisset, ille nec sordes cauit, nec fœtorem exhorruit: sed loca tumentia manibus contrectans, & aqua lauans, signum sanctæ Crucis impressit. Et subito rupta cute, cum sanie vermes ebulliant, recedit tumor, & dolor omnis abscessit.

Cæcus quidam docetur oraculo, lumen amissum sancti Regis meritis se adepturum, si lympha, qua manus ablueret, ipse faciem perfudisset. Cumque id cubiculario, & ille regi retulisset, obstupuit ille plurimum indignatus: illusum phantasmatis hominem, nihil tale de peccatore sperandum, Apostolicè id esse virtutis, nec fidem somnijs adhibendam asseruit. Aqua manus lauit, & ad ecclesiam processit. Cubicularius autem cæco receptam in pelui aquam illam tradit, cum qua oculos & faciem lauans, visum confestim percipere meruit. Cuius quidam Lincolnienfis cæcitate percussus, ad palatium Regis veniens, aqua lotionis manuum eius, faciem & oculos lauat: mox tenebris diurnis

Gen. 49.  
Nota tanti  
regis humi-  
liratem.

Hic Leofrici  
cum quidam  
summo per  
prædicant,  
p cum con-  
iuge Goth-  
gina sanctæ  
vixerit, &  
multorum  
cænobiorum  
fundator  
fuerit.

Curat san-  
tæ rex mor-  
bidam mu-  
lierem.

Cæcus sa-  
natur aqua,  
qua rex se  
lauerat.

Item alius.

turnis optata lux succedit. Quidam cæcus regem adire & visum ab eo percipere monitus, cubiculario, & ille rem regi pandit. Cui rex: Veniat, inquit. Quis ego sum qui contrister, & non potiùs exultem, si meis manibus, licet indignis, promissum beneficium homini illi pietas diuina contulerit? Vocatus est autem vir, & à rege tactus & signatus, & inter manus eius ab oculis vtriusque, vbertim sanguis effluxit, pupillas serena-uit, & tumorem palpebrarum deposuit. Et dixit homo ille: Video te, domine mi rex, & facies tua tanquam facies angeli, stantis ante me. Alia autem vice duo cæci, cum vno monoculo, aqua lotionis manuum sancti perfusi, visum percipere meruerunt.

Sedebat aliquandò rex ad mensam, & à latere eius comes Goduinus. Huius duo filij adhuc pueri, Haraldus & Toftius, ludebant coram eis: cumque vnus ex illis amariùs, quàm expetebat ludi sua uitas, insurrexisset in alterum, ludum vertunt in pugnam. Et ecce Haraldus vehementiùs in fratrem irruens, capillis eius vtranque manum inferit, prostratumque, nisi citiùs eriperetur, virtute superior suffocasset. Tunc rex verus ad ducem, ait: Nihil aliud, ó Goduine, nisi simplicem in his vel ludum puerorum, vel pugnam contemplaris? Et ille: Nihil aliud, domine mi. Tunc rex dixit: Longè aliud mea mihi mens loquitur, & his quid futurum sit pueris, per hoc mihi bellum reuelatur. Emensis quippe puerilibus annis, cum in virum vterque profecerit, tandè aduersus inuicem lior vtrunque aduret. Et primùm circunventione infidijsque priuatis quasi ludere videbuntur: ad vltimum fortior infirmiorum proscibet, rebellantem prosterneret, & prioris mortem post modicum sequens alterius calamitas expiabit. Quæ omnia sic completa, tota Anglia teste, probatur. Nam Toftius ab Haraldo fugatus, cum paulò post in regnum successisset Eduardo Haraldus, vnà cum rege Noruuegiæ Toftius prosternitur, & totus ferè exercitus deletur. Eodem anno Haraldus ipse regno spoliatus Anglorum, aut miserè occubuit, aut, vt quidam putant, pœnitentiæ tantum seruatus, euasit.

Goduinus cum in mensa regi assideret, vnus ministrorum in obicem aliquem vno pede immoderatiùs impingens, penè lapsum incurrit. Quem tamen pes alius recto gressu procedens, iterùm in statum suum nihil iniuriæ passum erexit. De hoc euentu pluribus inter se loquentibus, & quòd pes pedi subuenerit gratulantibus, comes quasi ludendo intulit: Sic est frater fratrem adiuuans, & alter alteri in necessitate subueniens. Et ait rex ad ducem: Hoc meus mihi fecisset, si Goduinus hoc permisisset. Ad hanc vocem Goduinus expauit, & tristem præferens vultum, ait: Scio ego, Rex, scio: adhuc de morte fratris tui tuus me accusat animus, nec eis æstimas discredendum, qui me vel eius, vel tuum vocant proditorem. Sed secretorum omnium conscius Deus iudicet, & sic buccellam hanc, quam manu teneo, guttur meum faciat pertransire, & me seruet illęsum, sicut nec tuę proditionis reus, nec de fratris tui nece mihi conscius existo. Cumque vir beatus buccellam manu benedicens signasset, miser ille eam ori inferens, vsque in medium gutturis pertraxit. Tentat interiùs trahere, nec valet: tentat emit-tere, sed firmiùs hæsit. Mox meatus, quibus ducebatur spiritus, obcluditur, vertuntur oculi, brachia rigescunt. Intuetur infeliciter morientem rex, & vltionem in eum sentiens processisse Diuinam, adstantes alloquitur, dicens: Extrahite canem istum. Et factum est ita. Hic Goduinus simplicitate regis abutens, multa in regno contra iustitiam & Deum faciebat. Cunctos ferè regis cognatos & amicos, quos de Nortmannia adduxerat, fraude sua, dolo & circunventione de patria exturbabat, credens sibi cuncta processura pro voto, si rex amicis nudatus, suis tantum consilijs vteretur. At rex cuncta dissimulans, diuinis vacabat obsequijs, vltionemque Dei sibi futuram multis prædixit. Aliquando etiam ipsi Goduino id ipsum non tacuit.

In die Dominicæ resurrectionis, cum rex ad mensam sederet, arctiùs solito se collegit ad se: & ponens præ oculis Deum, omnia ista mundana arbitrabatur vt stercora. Et ecce subito vultus eius plùs solito serenabatur, interiorque lætitia labia soluebat in risum: rursumque solita grauitate resumpta, obscuriorem faciem præferbat. Mirabantur qui adstant: nemo tamen audebat eum interrogare, quid accidisset. Mensis tandè sublatis, secutus est ad thalamum regem dux Haraldus, cum vno episcopo & abbate vno: simulque regem super hoc sermone conueniunt. Tunc ille ait: Quantum se quisque subtraxerit vanis, tantum veris arctiùs adhærebit. Ecce enim ego inter fœcundos calices, & pingua fercula, ac radiantis metalli splendorem recordatus sum Domi-

Item alius.

Item duo  
alii, & luse  
vnus.

Pugna filij  
orum God-  
uini quid  
portende-  
rit.

Vltio diuina  
Goduini  
num prodie-  
torem ex-  
tinguit.

Goduini  
flagitia.

Vltio mi-  
rabilis S.  
Eduardi de  
septē Dor-  
micibus.

ni Dei mei, & effudi in me animam meam: dilatatoque mentis sinu, oculus interior spiritali perfusus lumine, radios profecto vsque ad illam Ephesiorum ciuitatem mira celeritate porrexit, & vsque in montem Celion progressus, sanctorum quidem Septem Dormientium, quiescentium in spelunca, proprietatem vultuum, necnō membrorum quantitatem, ac qualitatem vestium expressione manifestissima contemplatus est. Hæc dum, interiorem risu significantelætitiā, corde luminoso conspicerem, subito, me cernente, à latere dextro, super quod multis quieuerant annis, in sinistram se latus virtute diuina vertentes, dirum mortalibus omen hac laterum suorum mutatione signarunt. Exhinc enim surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnū, & erunt pestilentia & fames, & terræ motus magni per loca. His enim septuaginta annis (tantum enim tempus in sinistro latere repaſabūt) visitabit Dominus iniquitatem plebis suæ, tradens eos in manus gentium, vt dominentur eis, qui oderunt illos. Inimici nanque nominis Christi insurgent in Christianos, serui dominis rebellabunt, reges insidiabuntur regibus, & principibus principes, & in omnibus finibus terræ vltor iniuriæ Christi mucro defauiet. Et exposuit eis rex vitam illorum, & nomina, & passionem, & dormitionis modum. Quibus auditis, inito consilio, vt fidem posteris facerent, ad explorandam sermonis veritatem, dux militem, clericum pontifex, abbas monachum cum literis regijs ad Imperatorem Constantinopolitanum direxerunt. Qui omnia vera reperientes, incolumes ad regem regressi sunt.

S. Eduardi prophetia.

Amor eius erga S. Ioa. nem Apostolum.

Castitas regis q̄ cara Apostolo.

Ecstasis S. Eduardi.

Vaticiniū de cladibus futuris Angliæ.

Sanctus Eduardus nulli petenti in nomine sancti Ioannis Euangelistæ aliquid denegabat: hunc enim post Apostolorum principem arctius diligebat. Vnde contigit, quod quidam peregrinus, absente camerario, in nomine sancti Ioannis Euangelistæ impertunè à rege elemosynam postularet. Cui rex preciosum annulum, cum nil aliud in promptu haberet, dedit. Accidit post hæc, duos Anglicos ad adorandum Saluatoris sepulcrum Hierosolymam proficisci. Qui die quadam à publica strata declinantes, deuia quæque sectati sunt: & Sole ruete, nox obscura adducta est. Et cum nescirent quid agerent, quò se verterent, apparuit eis senex quidam venerandus, qui eos ad ciuitatem reduxit. Susceptis autem hospitio, mensa paratur: lautissimeque refecti, dant membra quieti. Manè autem facto, egressis illis de ciuitate, ait senex: Viri fratres, cum summa prosperitate vos repatriaturos non dubitetis: quoniam prosperum iter faciet vobis Deus, & ego ob amorem regis vestri, in omni via firmabo super vos oculos meos. Ego enim sum Apostolus Christi Ioannes, qui regem vestrum ob meritum castitatis summa dilectione complector. Hunc ergo annulum, quem mihi in habitu peregrino apparenti tribuit, reportate, denunciantes ei obitus sui instare diem: quem infra sex menses visitans visitabo, vt mecum sequatur agnum quocunquè ierit. His dictis, disparuit: & illi ad patriam prosperè redeuntes, quæ viderant & audierant, regi seriatim retulerunt.

Cum autem rex infirmitate graui detineretur, in mentis raptus excessum, biduo ferè iacebat exanimis. Tandem quasi de graui somno euigilans, aperuit oculos, & sedit, & assumpta parabola, ait: Cum adolescens in Nortmannia exulare, grata mihi semper extitit bonorum amicitia: & quicumque sacræ religionis meliores videbantur, hi mihi cæteris erant familiariores. Inter quos, duos monachos speciali quadam mihi deuinxerant charitate conuersationis honestas, vitæ sanctitas, suauitas morum, verborum affabilitas. Hos frequentius visitabam: quàm dulcia faucibus meis eloquia eorum. Hos ante plurimos annos translatos ad cælum, vidi mihi paulò antè in somnis assistere: quid genti meæ post obitum meum sit futurum, ex Dei mandato mihi referentes.

Impletam dicunt Anglorum nequitiam, & iniquitas consummata iram prouocat, accelerat vindictam. Sacerdotes preuaricati sunt pactum Domini: polluto pectore & manibus inquinatis sancta contrectant. Et hi non pastores, sed mercenarij, exponunt lupis oves, non protegunt: lac & lanam quærun, nō oves: vt detrusos ad inferos mors & pastores depascat, & oves. Sed & principes terræ infideles, focij furum, prædones patriæ: quibus nec Deus timori est, nec lex honori: quibus veritas oneri, ius contemptui, crudelitas delectationi. Itaque nec prelati iustitiam, nec seruant subditi disciplinam. Et ecce Dominus gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, & parauit illum. Ostendit deinceps populo huic iram & indignationem, immisiones insuper per angelos malos,

ios, quibus traditi sunt anno vno & die vno, igne simul & gladio puniendi. Ego verò ob intentatam meæ genti calamitatem dolens atque suspirans, dixi: O cælestium secretorum conscij, si conuersi egerint poenitentiam, nunquid non ignoscet Deus, & relinquet post se benedictionem? Poenitentia certè prolatam Dei ore in Niniuitas suspendit sententiam: quæ etiam imminet impijsimo Achab, debitam distulit vltionem. <sup>Iong 2.</sup> <sup>3. Reg. 22.</sup> Suadebo igitur genti meæ, vt poeniteant de præteritis, & caueant de futuris: & fortè miserabitur Deus, vt non inducat super eos malum hoc grande: sed qui punire præparauit auersos, recipiat in gratiam solita pietate conuersos.

Nequaquam inquirunt, hoc erit: quoniam induratum est cor populi huius, & excæcati oculi, & aures aggrauatæ, vt nec audiant corripientem, nec intelligant commoentem, nec terreantur minis, nec beneficijs prouocentur. His eorum verbis dum mihi maior accresceret sollicitudo, dixi: Num ita in perpetuum irascetur Deus, & non apponet vt complacitior sit adhuc? Quando ergo tot tristibus læta succedent, aut tot aduersa qualis consolatio temperabit? Quale sperandum est in his malis remedium, vt sic ut illinc terret & contristat futura correptio, ita hinc aliquantulum mulceat diuinæ miserationis promissio? Ad hæc sancti tale mihi problema proponunt: Arbor quælibet viridis à suo trunco decisa, ad trium iugerum spatium à radice propria separetur. Quæ cum nulla hominis manu cogente, nulla urgente necessitate, ad suum reuersa truncum, in antiquam radicem sese receperit, resumptoque succo rursùm floruerit & fructum fecerit, tunc sperandum est aliquid in hac tribulatione solatium, & de ea, quam prædiximus, aduersitate remedium. Hæc cum dixissent, ipsi cælo, vobis ego reditus sum. Assidebant narranti visionem regina, Robertus sacri palatij custos, Dux Haraldus, Stigandus, & qui ascendit cubile patris sui, & maculauit stratum eius, viuerente adhuc archiepiscopo Roberto, cathedram Cantuariensem inuadens. Ob hoc à summo pontifice suspensus, paulò post crepuit, & effusa sunt viscera eius. Hic ad vocem narrantis obduruit, nec terretur oraculo, nec fidem habuit prophetati: sed potius regem senio confectum delirare submurmurans, ridere máluit quàm lugere. Cæteri verò, quibus mens sani or erat, flebant vbertim & suspirabāt, qui nihil secus quàm ipse dixerat, aut à sacerdotibus, aut à principibus fieri non ignorabant.

Quidam enim præmissam similitudinem dicunt regem pro impossibili statuiffe, illi maximè, qui totam Anglorum nobilitatem sic deperisse lugebant, vt ex ea gente nec rex, nec episcopus, nec abbas, nec princeps quilibet vix in Anglia cerneretur. Mihi sanè alia mens est, consideranti sanctissimum virum Dunstanum, & ipsam calamitatem prædixisse, & consolationem nihilominus promississe. Potest proinde sic non inconuenienter exponi: Arbor hæc regnum Anglorum significat, decorum gloria, delicijs diuitijsque foecundum, excellentia regis dignitatis sublime. Radix, ex qua totus honor iste processit, regium semen fuit, quod ab Alfredo, qui primus Anglorum à summo Pontifice vnctus & consecratus fuerat in regem, recta successionis linea vsque ad sanctum Eduardum descendit. Abscissa est arbor de trunco, quando regnum à genere regali diuisum, ad aliud semen translatum est. Ad spatium trium iugerum hæc facta est separatio: quia in trium temporibus regum, nulla fuit nouis cum antiquo semine regali communio. Haraldus enim successit Eduardo, Vuilhelmus Haraldus, Vuilhelmus iunior priori Vuilhelmo. Accessit ad radicem, quando rex Henricus, in quem totum regium decus transfusum est, nulla necessitate cogente, nulla spe lucri urgente, sed ex infuso ei amoris affectu, abnepem Eduardi Mathildam duxit vxorem, semen regium Nortmannorum & Anglorum coniungens, & interueniente opere coniugali, de duobus vnum faciens. Floruit sanè arbor, quando de vtroque semine Imperatrix Mathilda processit. Tunc verò fructum fecit, quando de ipsa Henricus exoriens, quasi lapis angularis vtrunque populum copulauit. Habet nunc certè de genere Anglorum Anglia regem, habet de eadem gente episcopos & abbates, principes & milites, ex vtriusque seminis coniunctione procreatos. Si autem alicui hæc displicuerit expositio, aut ipse aliter exponat, aut aliud tempus, quo hæc expleantur, expectet.

Sciens itaque rex, quia appropinquauit hora eius, vt transiret de hoc mundo, suum transitum mox in circuitu propalari iussit, nè mortis suæ agnitione dilata, orationum quoque suffragia differrentur. Sicque senex, & plenus dierum ac bonorum operum, migravit ad Dominum. Obijt autem anno Domini millesimo sexagesimo.

M 3 scxto,

De obitu S. Eduardi regis.

sexto, cum regnasset vigintitribus annis, mensibus sex, & diebus vigintiseptem, pridie Nonas Ianuarij: cum quo tota pariter Anglorum felicitas ruit, perijt libertas, vigor omnis interijt.

Ad eius sepulcrum contractus factus natur.

Contractus quidam ad sepulcrum eius veniens, membrorum sanitatem deuotius lachrymis & precibus postulabat. Et ecce vis quaedam occulta subito neruos extendit, in naturalem statum crura pedesque retorquet, euulsisque à carne articulis, sanguis profluit, paulatimque succo resumpto, arida prius ossa pristinum robur recipiunt.

Item sex caeci.

Sex quoque caeci, vnum monoculum secuti, ad sepulcrum regis properantes, cum alter ab altero traheretur, & vnus praecedens oculus, viris septem ducatum praebere, sancto cum lachrymis miseriam exponunt, opem flagitant, contra diurnae caliginis radium, sanctissimi regis deposcunt auxilium. Nec mora, beati meritis & precibus visum oculorumque claritatem percipere meruerunt.

Haraldus occupat regnum.

Interea Haraldus filius Goduini, regnum nec iure, nec natura sibi debitum vsurpans, malum, quod Anglis secundum sancti regis oraculum Dominus praeparauerat, transgressione pacti cum duce Vuilhelmo & fidei laesione, accelerauit. Vt autem attenuatis viribus facilius ab his, quos iniuste prouocauerat, hostibus vinceretur, suscitauit ei Deus à parte Aquilonis inimicos, scilicet Haraldum regem Noruegiae, & Tostium fratrem suum, quem de Anglia expulerat ipse, quiq; tempore Regis Eduardi exulabat in Flandria. Hi cum magna classe per Humbriam Eboracum properantes, cum exercitum Northumbrensiu praelio excepissent, potiti victoria, magnam de obstantibus stragem dederunt. His Haraldo nunciatis, exercitum copiosum ex omnibus finibus Angliae collegit.

Visionem uisam abbatibus.

Apparuit autem tunc sanctus Eduardus cuidam Alexi, abbati Ramesie, viro religioso, dicens: Vade, & dic Haraldo, vt homines, qui contra ius & fas regni huius fines inuadunt, aggrediantur secure. Ego enim ero dux & protector exercitus, quoniam iustitiae gentis huius deesse non possum. Per me enim reportabit vice hac de hoste triumphum. Et ne verbis tuis fidem derogat, secretum ei sui cordis ostende, vt cum ei, quae nullo conscio mente voluebat, edixeris, non haec tuae adinventioni, sed meae promissioni, adscribat.

Videntur beati mentium arcana.

Nocte quidem praeterita, cum dolore femoris torqueretur, licet eum non parum vrgeret imminens molestia, siluit tamen, reputans apud se, si publicaret languorem, quod suis esset contemptui, & hostibus irrisioni. Verum quia nunc ab illa peste conuulsus luit, de meo presumens auxilio, contra Barbaros iustum bellum suscipiat, & ab imminenti periculo suos eripiat. Quod cum abbas Haraldo referasset, ex caelesti promissione factus audacior, in valida manu progrediens, apud Stamfordbrig hostibus occurrit. Confertoque praelio, dux vrerque prosternitur, scilicet rex Noruegiae, & frater Haraldus Tostius, & penè totus eorum exercitus deletus est.

Corpus S. Eduardi diu mansit incorruptum.

Anno tricesimo sexto post sancti Eduardi obitum, cum corpus eius de terra eleuaretur, integrum, incorruptum & flexibile cum vestibus recentibus repertum est. Quod videns episcopus Rossensis, pilum vnum deuotionis desiderio accensus extrahere, sibi que seruare conatur. Sed ille firmiter herens, effectum mentis episcopi & voluntatem defraudauit. Mulier quaedam in festo sancti

Miraculi.

Eduardi operibus vacans, paralytis morbo correpta, ad corpus sancti deducitur, & sanitatem pristinam se recepisse laetatur. Tres viri febre quartana vexati, visitato sancti sarcophago, quasi in momento curati sunt.

## DE CANONIZATIONE ET TRANSLATIONE

S. EDVARDI REGIS ET CONFESSORIS, EX ANTI-

quo manuscripto codice: sed quaedam ante Alexandri Pontificis literas

videntur deesse, de legatione ad ipsum Pontificem missa &c.



Alexander Episcopus, seruus seruorum Dei, venerabilibus Alexander fratribus, Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis, Abbatibus, Prioribus, aliisque Ecclesiarum Praelatis, per Angliam constitutis, salutem & Apostolicam benedictionem.

Illius deuotionis constantiam & fidei firmitatem, quam circa matrem vestram sacrosanctam Romanam Ecclesiam exhibetis, diligentius attendentes, in id positi voluntatis adducimur, vt vos sicut charissimos fratres & speciales Ecclesiae filios, sincera charitate in Domino diligamus, propensius honoremus, & postulationes vestras, quantum cum Deo possumus, libenti animo admittamus. Inde vtique fuit, quod super petitione, quam de Eduardo glorioso quondam rege Anglorum canonizando, & in sanctorum catalogo adscribendo, tam charissimus in Christo filius noster Henricus, illustris Anglorum rex, quam vobis nobis instantibus porrexistis, sollicitam cum fratribus nostris deliberationem habentes, libro miraculorum inspecto, quae dum in carne mortali viueret, & postquam de praesenti seculo est assumptus, omnipotens Dominus per suam misericordiam declarauit: visis etiam literis antecessoris nostri, pia recordationis Innocentij papae, vestris quoque testimonijs inde receptis: quibus negotium tam arduum & sublime non frequenter solet in solennibus concilijs de more concedi, de communi tamen fratrum nostrorum consilio, iuxta votum & desiderium praedicti filij nostri regis ac vestrum, corpus ipsius Confessoris ita glorificandum censuimus, & debitis praeconijs honorandum in terris, sicut eundem Confessorem Dominus per suam gratiam glorificauit in caelis: vnde videlicet inter sanctos Confessores de caetero numeretur, qui hoc ipsum apud Deum signis meruit & virtutibus obtinere. Quia igitur decet honestatis vestrae prudentiam eum pie colere, & toto studio venerari, quem auctoritate Apostolica venerandum vestra postulauit deuotio & colendum: vniuersitatem vestram per Apostolica scripta monemus, & exhortamur in Domino, quatenus eum ita deinceps studeatis debitis obsequijs honorare, vt ipsius intercessionibus apud districtum iudicem mereamini veniam obtinere, & gloriosum in aeterna beatitudine praemium inuenire. Datum Anagninae, 7. Idus Februarij.

Nuncijs itaque ab Apostolica sede regressis, saepedictus Abbas, conuocatis venerabilibus personis, tam episcopis quam abbatibus, in Ecclesia Vuestmonasteriensi, primo coram omnibus recitari fecit literas Apostolicae auctoritatis de beati regis canonizatione: sicque vniuersis applaudentibus, assentientibus, & Deum magna voce laudantibus, de glorioso Domini confessore Missa solenniter celebrata est: quam tamen dominus Papa primo in Ecclesia Romana fecerat per vnum de Cardinalibus honorifice, sicut dignum fuerat, decantari. Sed quia causis exigentibus, rex adhuc in transmarinis partibus agebat, iuxta mandatum ipsius & desiderium dilata est vsque in reditum suum, & eidem seruata sacri corporis reuelatio. Decursis vero fere duorum annorum curriculis, rege a Normannia in Angliam iam regresso, cupiens Abbas susceptum negotium ad effectum perducere, & illud sacrum corpus, quod iam diu in terra latuerat, in eminentiori & honestiori loco collocare, cum rege secretum & diligentem de celebranda beati Regis translatione tractatum habuit, postulans vt bono principio manum debitae consummationis adhiberet, praesertim cum ex eius mandato acceperit, praesentiam ipsius huic negotio esse expectandam. Annuit rex iuxta poscenti, diemque certum, iuxta quod vtrique videbatur opportunum, indixit. Interim vero accepto Abbas a prudentioribus viris consilio, beati corporis glebam primo secretius inspicere decreuit, vt sic expeditius ad solennem transire posset reuelationem. Sed quia opus hoc sanctum & dignum esse sciebat, suam formidans indignitatem, semel & iterum accessit & tentauit: sed toties conficia sibi mens infirmitatis suae, manum pia quadam hesitatione trepidantem retraxit.

M 4 At

DE



At crescente timore, creuit & deuotio: crescente deuotione, adfuit confidentia cum amore, qui sæpè foràs mittit timorem. Ex ipso itaq; timore confidentior effectus, & minus timidus, tempus obseruauit, quo tam secretum negocium opportunè tractaret.

Abbas cum suis reuerenter se præparat ad apeririendū sarcophagū S. Eduardi.

Quadam itaque nocte fratribus post matutinas vigilias ad strata reuersis, ianuis ecclesie clausis, seruientibusque laicis exclusis, remansit in ecclesia solus Abbas cum Priore, & quibusdam de fratribus ad hoc delectis, qui se ex mandato Abbatis ieiunijs & orationibus ad tam sanctum opus tractandum deuotiùs præparauerāt. Quibus omnibus albis indutis, & nudis pedibus, præmissaque oratione, & cum psalmis decantata litaniam ante altare, processit ad tumulum Abbas cum Priore & duobus fratribus, ceteris ante altare in lachrymis & oratione persistentibus. Cumq; lapidem, qui sarcophago superpositus fuerat, sustulissent, admotis propius lucernis, conspexerūt virum iacentem in vestitu deaurato, calceatum caligis purpureis & calceamentis preciosis, caput & faciem cooperta mitra rotunda, auro satis operosè intexta: barbam etiam niueam & prolixiā, modicumque crispantem, super pectus deceter ordine suo iacentem. Accitis itaque fratribus, qui in oratione ante altare remanserant, & ad tam desiderabile spectaculum admissis, facta est lætitia magna cum gratiarum actione inter illos. Non tamen adhuc stetit, nec sic quieuit vehemens ille spiritus deuotionis, & ardens desiderium inspicendi, tractandi, & interioribus perscrutandi thesaurum illum preciosum, quem se magnam iam ex parte vidisse gratulabantur. Apponentes itaque manus debita cum deuotione & reuerentia, vestes, capitis operimentum, tunicam & caligas pia quadam inquisitione tractabant, tentantes, si quam forrè, sicut dictabat ratio, expetebat natura, admississent corruptionem. Et ecce omnia ea reperiunt integritatem pristinam retinuisse: ex parte tamen obfuscata aduertunt colorem & decorem eorum, tum ex diuturna lapidis contiguitate, tum ex puluere & cæmento, quod in sarcophagi apertione introrsum ceciderat: quod tamen linteo, sicut poterant, amouentes, materiam, opus & colorem facile deprehendere potuerunt. Suppositis itaq; manibus cum reuerentia & timore, corpus illud gloriosum alij ad caput, alij ad pedes, quidam ad humeros & per medium leuant, & super extensum tapetum in panno serico precioso inuoluētes, in cista lignea ad hoc præparata inclusunt, omnia, quæ cum eo inuenta fuerant, intus relinquentes, excepto annulo aureo, quem in digito regis inuentum, Abbas propter deuotionem retinuit, & ad huius memoriam satis prouidè reseruare decreuit.

Transferuntur sacre eius reliquie valde honorifice.

S. Eduardus in cõiugio permansit virgo.

Adueniente itaque die, quem rex celebrandæ translationis præfixerat, omnibus paratis, quæ tantæ rei necessaria videbantur, veniens in ecclesiam cum magno procerum & illustrium virorum comitatu, primò cistam, in qua preciosus ille thesaurus cõtinebatur, recludi fecit, assistentibusque archiepiscopo Cantuariensi & episcopis quamplurimis, abbatibus quoque & alijs venerabilibus personis, præsentem illam regie personæ maiestatem oculis vidit, manibusque, quantum timor & reuerentia permisere, tractauit, omniaque ita se habere gauisus est, sicut ei ab Abbate primò fuerat intimatum. Facta igitur, sicut diei solennitas expetebat, processione, preciosoque incorrupti virginis corpore per claustrum monasterij regijs humeris præcipuorumque totius regni procerum manibus reuerentissimè deportato, posita est super candelabrum præclara illa lucerna in domo Domini, vt qui ingrediuntur, lumen videant, & illuminentur ab ea. Sicq; illud vas insigne castitatis, & vniuersæ virtutis domicilium in feretro præcioso, quod ei ex auro & argento construi fecerat illustris rex & cõsobrinus eius, strenuus Anglorum debellator, Vuilhelmus, regijs manibus honorificè collocatum est, laudantibus cunctis voce lætabunda & benedicientibus Deum, qui in sanctis suis semper est gloriosus, & in omnibus operibus suis mirabilis.

Sub hoc Henrico 2. cæsus est S. Thomas Cantuariensis Archiepiscopus.

Celebrata est autem translatio ista anno ab incarnatione Domini millesimo, centesimo sexagesimo tertio, 3. Idus Octobris, die Dominica, ab excellentissimo Anglorum rege Henrico, assistentibus venerabilibus viris Thoma archiepiscopo Cantuariensi, Gileberto episcopo Londoniensi, Henrico Vintoniensi, Nigello Heliensi, Roberto Lincolnensi, Vuilhelmo Noruicensi, Iacelino Salesberienfi, Vualtero Roffensi, Hilario Cestriensi, Bartholomæo Exoniensi, Richardo Cestriensi, Godefrido Episcopo sancti Asaph: & de Nortmānia episcopis, Lexoniensi Ernulpho, Ebroicensi Rototo, Abricensi Achardo. Abbatibus, Hugone sancti Edmundi, Roberto sancti Albani, Rogero Radingensi, Gregorio Malmesberienfi. Comitibus etiam, Roberto Legercestriæ, Hugone Comite de

de Nottfule, Galfrido Comite de Essexia, Vuilhelmo Comite de Arundel, Reginaldo Comite Cornubiæ, Patritio Comite de Salesbitia, Vuilhelmo Comite de Albamara, Richardo Comite de Penbroch: & procerum, militum, cæterorumq; diuersi ordinis & officij innumera multitudo: summi Pontificatus arcem regente sanctissimo Papa Alexandro 3. huius beneficij auctore pariter & largitore, anno eiusdem Papæ 4. regnante pijsimo & glorioso Anglorum rege Henrico 2. anno regni eius nono, presente & huic operi accuratissimè præsidente iam dicto eiusdem loci reuerendo patre Laurentio.

DE EPIPHANIA DOMINI MVLTAE EXTANT SANCTISSIMORUM PATRUM HOMILIÆ & SERMONES, QUI OB TOMI HUIUS MOLEM COMMODÈ HUC ADSCRIBI NON POTUERUNT.

VITA B. ERMENOLDI, PRIMI ABBATIS MONASTERII S. GEORGII IN BRVNENINGEN, SCRIPTA INSSU VDALRICI XVI. ABBATIS EIUSDEM MONASTERII ANNO CHRISTI 1281. STYLUM MUTAVIT F. LAUR. SVRIUS, & HISTORIAM CONTRAXIT. EST ENIM PLEVISQUE LOCIS VERBOSIOR.

PRAEFATIO AVTHORIS.

Extremis his diebus, quibus pro dolor defecit sanctus, & diminutæ sunt veritates à filijs hominum, eorū qui nos antecesserūt, sanctitatem & res præclare gestas literis mādare tam ratio nos impellit, quam inuitat utilitas. Cum enim sanctus sanctorum, à quo ceu fonte in sanctos omnes promanat, quicquid in eis est virtutis & gratiæ, in eorū puritate cognoscitur & laudatur, salutarè suū sitim & desiderium excitat in eis, qui ab eo deriuatā suauitatē in sanctis eius, dum eorū legūt historias, degustant & experiuntur. Nos etiā, qui hūc manentē nō habemus ciuitatē, sed futurā inquirimus, dum eorū & cõtemplamur & sectamur vestigia, qui tā aduersantis mūdi sinistra, quàm malè blandientis dexterā cõtēmentes, via regia ingressi sunt, non abducimur ad auia & tortuosa multorū itinera, quæ perducūt ad dolores sempiternos. Huc accedit, quod sanctorū cõmemorandis & cõscribendis virtutibus, eorū nobis patrocinia cõciliamus, dum gratiæ & gloriæ cõgratulamur, & lectores ad virtutis studiū eorum exēplis incitamus, atq; à Domino certā expectamus remunerationē. Atq; his nos permoti, animū adiungimus ad cõscribendam B. Ermenoldi primi Brunfeningensis Abbatis vitā, quæ nos, vt aries insignis & pastor fidissimus, ad caulas summi pastoris antecessit. Nec id facimus nostris freti viribus, quæ nullæ sunt: sed eius subnixi ope, sine quo nec inchoari aliquid boni potest, nec absolui. Animat etiā nos volūtas & iussio venerabilis patris Vdalrici, decimiseptimi Abbatis Brunfeningensis, qui tāti decessoris sui gratulās virtutibus, atq; eo ipso se declarās haudquaquam virtutis inopē, anno salutis millesimo ducesimo octogesimo primo, sui autē regiminis primo, hoc nobis onus imposuit: qui etiā auctoritate sua aduersus obtruncatores tueri nos poterit. Nihil autē rebus gestis beati viri vel addituri, vel adempturi sumus, cum Deus nostro mendacio non egeat: sed vt à patribus fidei narratione accepimus, historiam bona fide conscribemus, porrò stylum adhibebimus aliquanto comptiore, mne res ipsæ ob incultum sermonem contemnuntur. Sæpè enim crater tornatilis & elegans potum efficit bibenti gratiorem: deformis verò, etiam nectaris parit fastidium.

Quid cõferant sacre historiae.

Vdalricus Abbas XVI. Brunfeningensis.

HISTORIA.

OST quàm Apostolica prædicationis sonus in omnē terram exiuit, & ex omni natione, quæ sub cælo est, cæli horrea delictum fertili messe compleri coeperunt, etiam Germaniæ deserta multos habuere viros illustres: Augusta Vindelicorum sanctum Vdalricum, Conradum Constantia, alium Vdalricum Brisgauia, Henricum & Cunegundem atq; Othonem Babenberga: aliāq; Germaniæ loca permulta tam multis ornata sunt egregijs viris, vt taceamus eos, qui vel hominū incuria, vel temporis longa intercapedine in obliuionē abiēre, licet eos habeat vitæ liber ascriptos, vt si eos omnes commemorare.

IANVAR. 6.

Multi sancti in Germania.

memorare velimus, quorum videmus res gestas scripto comprehensas, vel solis eorum pertexedis nominibus magnos possimus codices efficere. Quod idcirco dixerim, ut sciamus terram nostram, olim incredulitate sterilem, multos nobis peperisse germanos Samueles: qui tamen diuersis extiterunt locis, at tamen vno spiritu, singulis prout vult sua dona diuidente, ut quondam Samuel, Domino seruiuerunt in iustitia & sanctitate. In quibus numerari debet etiam beatissimus Ermenoldus, primus Abbas Brunfeningensis, qui non mediocriter Brunfeningensem illustrat ecclesiam, præcipuis Germaniæ monasterijs comparandam.

Is autem beatus vir in Sueuia habuit parentes genere claros: qui cum eum sibi à Domino datum accepissent, eius gratiæ non ingrati, in Hirsaugienfem monasterium Domino seruiturum adduxerunt, quemadmodum olim Anna suum Samuelem Heli sacerdoti obtulit. Erat autem puer magno ingenio, & optimâ indole, quorum altero multam sibi parauit eruditionem, altera virtutes eximias. Non deerant autem Christi tyroni malignorum demorum infestæ tentationes, sed ille Christo capiti inherens, & eius armis se communiens, vicit tentationes, ut coronâ victoribus promissam adipisceretur. Porro beati Benedicti regulam, seu regiam amplectens viam, tam exactè viuendo sectari conatus est, ut ex discipulo magister, ex monacho Abbas fieri promeruerit. Erat tum Hirsaugiæ Abbas beatus Vuilhelmus, cuius vitam & mores egregiè in se exprimere studuit, ut illum planè representare videretur, nec ambigi posset Eliæ spiritum in Eliseo requieuisse. Fucrat is venerabilis Vuilhelmus in monasterio S. Emmerammi martyris, quod est Ratisponæ, sub Ramuoldo sancto Abbate Prior, atque illic non fama fallaci, sed vera sanctitate longè lateq; clarescens, dignus visus est, qui Hirsaugienfem monasterio præficeretur. Sub eo autem intantum excreuit fama virtutum beati Ermenoldi, ut & monachorum electione, & Henrici Imperatoris eius nominis V. consensu & fauore, creatus sit Laurishaimensis monasterij Abbas: quæ quidè est Abbatia regalis, & per id tempus abudabat rebus temporarijs, & multis dignitatû prærogatiuis. Vbi sanè B. Ermenoldus fratribus illis non tam præesse studuit, quàm prodesse, nihil illis faciendû imponens, quod ipse præbendi exempli causa non prius effecisset. Portauit enim iugum Domini à teneris annis, & Maiorum exequendis mandatis, didicerat quemadmodum sua ipse minoribus iussa temperaret:

longè alienus ab illa phariseorû & scribarû nora, qui alligant onera importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Non sic, inquit, Ermenoldus, sed forma factus gregi suo ex animo, creditas sibi ouiculas pauit verbo, pauit exemplo, pauit etiam subsidio temporali. Vnde factum est, ut non parum grex ille excreuerit & numero & merito: nec tamen animum sancti viri vel subditorum multitudo, vel copia facultatum, vel honoris culmen inflare potuit: quâdoquidem plus ille delectabatur sanctitate & profectu discipulorum, quàm magistris & officij dignitate.

Erat autem beato viro frater & nobilitate generis, & diuitijs pollens: qui cum aliquando cum alijs venisset ad Imperatorem Henricum, ille subridens ait ioco fortassis ad eum: Fratrem tuum regali Abbatia præfecimus, ut sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat inter illos. Quid tu huic maiestatis nostræ munificentia rependes? Respondit ille: Scio vera dicere serenitatem tuam, planeque dignum reor, ut tantæ benignitati gratum me declarem. nec diu post munera non contemnenda dedit Imperatori, Ermenoldo interim prorsus nesciente quid vel dictum, vel factum esset tum ab Imperatore, tum à fratre suo. Vbi autem percepit rem gestam, Abbatiam illam resignauit, nè vel leuissima Simoniacæ labis in ipso nota hæreret. Quæ res abundè testari potest, quàm ille ab hoc crimine valdè abhorruerit, cuius nec tenuissimam opinionem ferre sustinuit, vltro se abdicans Abbatibus dignitate, quam tamen sine villo munere gratis erat adeptus, & frater eius cum iam collata ei esset, gratitudinis ergum munera quædam Imperatori dedisset.

Ea igitur relicta administratione, tanquam bonæ famæ & existimationis diluuium, ad arcam suam, id est, Hirsaugienfem monasterium, & ad suum Noë beatum Vuilhelmum instar illius columbæ se recepit, non tamen sine ramo virentibus folijs vestito. Sequuntur enim illum discipuli eius amplius quadraginta, quos vno illo anno, quo fuit Abbas, Deo collegerat: ita ut qui solus ad illud monasterium Laurishaimenfem profectus fuerat, iam cum turmis discipulorum Hirsaugiam rediret, veræ illius vitis, quæ Christus est, valdè fecundum palmitem se ostendens. Non enim sustinebant isti ab illo

Patria & parentes S. Ermenoldi, di. 1. Reg. 1. Fit monachus.

De hoc Vuilhelmo multa præclare scribit Abbas Spanhemensis in Chronico Hirsaugienfem. \*Lorfacensis Creat Abbas Laurishaimensis.

Abdicat se Abbatibus functione.

Gene. 8.

Ioan. 15.

illo separari: itaque ad Hirsaugiam vsq; eum secuti sunt. Vbi ille sanè, tanquam angelus Domini honorificè exceptus, humanissimè tractatus est, ut potè cuius sanctitas illos minimè lateret. Factum est autem hoc propter salutem nostram, qui huc locum incolimus, ut hæc oliua fructifera inde ablata, hic transplantaretur in hac vinea Domini Sabaoth, quam Deus prepotens per sanctum Othonem Babenbergensem Episcopum tunc plantauerat, ut sub tam industrio cultore mitteret altius radices, rigante beato Ermenoldo, quod sanctus Otho plâtârat, & Domino propter vtriusq; preces & merita dante incrementum. Ea enim tempestate Otho Deo dignus Episcopus Babenbergensis monasterium Brunfeningense recens fundauerat, eius fundo iusto precio comparato. Ut id autem faceret, diuina reuelatione permotus fuit.

Indixerat enim conuentum principum omnium Ratisbonæ Henricus Imperator, quem diximus. Cumq; principes eò properarent, venit cum illis etiam Otho venerabilis antistes ecclesiæ Babenbergensis: cui tamen intra urbem comòdum non erat quersorium ob innumeram hominum, qui eò confluerant, frequentiam. Itaque ille turbas vitans, in agro vrbs fixit tentorium, vbi nunc nostrum est monasterium, idq; inter duas nucum arbores, è quibus etiâ longè antè tinnitus & clangor campanarum crebro auditus fuit, non sine multa vicinorum admiratione, futuri illic quandoquæ cultus diuini celebritatem præsignificans. Ibi ille tunc ceteris dormientibus, quieti se tradens, vidit visionem admodum consimilè illi, quæ olim oblata fuit patriarchæ Iacob. A lecto enim suo visa illi est scala ad cælum vsq; se porrigere, per quam angeli descenderent & ascenderent: quod nos sic possumus interpretari, non defuturos huic loco, qui ad subleuandos proximos cum Martha pia commiseratione descendant, & cum Maria ad contemplandam diuinæ maiestatis celsitudinem ascendant. Indè vir Dei euigilans, & prudenter intelligens quæ viderat, ad construendum hoc monasterium animum adiecit.

Cumq; illud iam exædificatum esset, virum idoneum ardenti desiderio expetebat, qui ei præficeret, & fratres illic Christo seruituros doceret ascendere de virtute in virtutè, donec videret Deum deorum in Sion. Non est autem quisquam illi visus magis idoneus beato Ermenoldo, qui huius cœnobij nouitiam ruditatem, intellectu etiamnum cæcutientem & affectu torpentem, sanctitate vitæ accenderet, exemplorumq; & doctrinæ splendoribus illustraret. Misit igitur literas tum ad Abbatem Hirsaugienfem, tum ad ipsum Ermenoldum, & quod voluit, ab vtroq; impetrauit. Itaque missus est huc beatus Ermenoldus, primus huius cœnobij Abbas, & ad eius introitum benedixit nobis Dominus, multis cum eo fratribus pariter huc se conferentibus. Cura autem regiminis suscepta, studuit seipsum omnibus exemplum exhibere, nè alios docès, ipse reprobus inueniretur. Valdè ei familiaris fuit, vigilijs, precibus & ieiunijs incubere, verbum Dei prædicare, regnum Dei & iustitiâ eius seruentem inquirere, temporariâ gloriâ fugere, expetere sempiternâ. Qua autem animi cõstantia fuerit in cõtemendis mundi huius fauoribus, id quod dicturi sumus, declarabit.

Henricus Imperator ob culpas suas à Romano Põtifice anathemate plexus aliquando fuit. Interim tamen non infimi Ecclesiæ proceres & quidam alij ob Imperatoriam dignitatem, solitam ei præstabant reuerentiam. Porro is honoris & amoris causa, quo non mediocri prosequeretur S. Othonem Episcopum fundatorem nostrum, cum eodem venit ad nouellam eius plantationem inuisendam, multa nobilium & magnatum turba vallatus. Putabant omnes S. Ermenoldum Abbatem loci, tum ob Imperatoriæ celsitudinis maiestatem, tum ob B. Othonis reuerentiâ, obuiam ei processurum cum fratrum collegio, cum canticis & hymnis, campanarumq; clangoribus, cum vexillis & sacris reliquijs. At ille multum diuersus ab eis, qui consuunt puluillos sub omni cubitu manûs, & peccati parietem suis liniunt adulationibus, atque ea causa in domibus regum mollibus vestiuntur: tanquam columna immobilis nec metu impellebatur, nec fledebatur gratia aut fauore, ut illi honorificè obuiam veniret, aut blanditer illum salutaret, quem sciebat à Pontifice Maximo Ecclesiastica communione priuatum. Sed cum per nuncios didicisset aduentare Imperatorem, iussit omnia monasterij ostia obserari, seuereque prohibuit, nè quis eum salutandi aut excipiendi causa foras exiret. Interim ipse tamen exijt ad Imperatorem, nè putaret id fastu quodam aut contempu fieri, atque ad eum: Equidem libens tibi, ô Imperator, ita ut par esset, honorificè & reuerenter occurrissem, nisi te scirem anathematis nexibus implicatum. Tum Imperator ira inflammatus, existimans eum non iustitiæ zelo, sed odio permotum, quod à fratre eius munera accepisset, ita

S. Otho episcopus Babenbergensis cõdit Brunfeningense monasterium.

Nota rem miram. Gene. 28.

S. Ermenoldus præficeretur monasterio Brunfeningensi.

Ezech. 13.

Vide ut se gesserit erga Henricum Imperatorem excõmunicatum.

ità se erga ipsum gerere: Inconsultè ac temerè, inquit, tanto te honore priuasti, qui tibi à nobis delatus fuit. At vir Dei, Nouit, inquit, omnipotens Deus, me illius iniuriæ memorem non esse, sed quod facio, eò me facere, vt Pontificis maximi præcepto morem geram. Tum beatus Otho Episcopus sequèstrum se interponēs, ait ad Abbatem: Non est, ait, necesse eum vitare, quem nos ignoramus communionem priuatum. Sed contra vir sanctus fortitudinis spiritu roboratus, Non possum, inquit, eam ignorare sententiam, quam me scio ore meo pronuciassè. Cernens igitur Imperator non nisi bono animo id fecissè Abbatem, reuerenter cum suis abscessit, nec læsæ maiestatis, vt quidam è suis interpretabantur, vltus iniuriam, licèt Pontifici Maximo non pepercisset: sed magis etiam venerans eius iam sibi compertam sanctitatem.

Imperator vetat, nè quisquam lædat fratres eius monasterij.

Cùm autem nõ multò post idem Imperator monasterium beati viri cum multa militum frequentia præteriret, & fratres in hortu laborarent, qui tunc infirma sepe munitus erat, quidam eum odio Abbatis in illos incitârunt verbis aculeatis, vt vlcisceretur suū contemptum, ab illis cucullatis, vt aiebant, eius maiestati irrogatum. Nec longè abesse videbatur, quin in eos impetum facerent: sed mandauit Imperator, nè fratres illos quisquam vel verbo vel factò lædere ausus esset. Colligi indè potest, meritis beati Ermenoldi quauis absentis corpore, at spiritu præsentis, proteotos fuisse filios eius. Dixerat enim tunc Imperator militibus suis: Nolite contingere fratres istos. Noui enim, apud Deum qua sit dignitate Abbas eorum: qui etsi mihi non detulit zelo iustitiæ, at tamen permultum confido me eius sanctis precibus adiutum iri.

Obserua sancti viri humanitatem.

Matth. 5. Rom. 12.

Cùm recens adhuc extructum esset Brunfeningense monasterium, multas molestias fratres illic dègentes pariebantur ab illis, qui erant in beati Emmerammi monasterio. Excreuit autem vsque ad eò illa æmulatio, vt per quosdam suos operarios fossa quadam excitata, angustiore fratribus nostris è monasterio egressum efficere molirètur. Exiit interim beatus Ermenoldus, vt videret illorum conatus. Iam verò prandendi hora aderat, & illi sub opere defudabant. Id ille vir pius conspicatus, orabat eos, vt sumpturi cibum, in monasterium venirent. Non recusabant illi: tamque benignè & hilariter accepti sunt à fratribus, vt Abbatis & illorum charitate magis delectarentur, quàm epulis quæ apponebantur. Vndè factum est, vt dimissi, sic inter se loquerentur, vt tam fratrum, à quibus missi erant, inuidiam & rancorem detestari, quàm sancti Abbatis & fratrum eius benignitatem & mansuetudinem eos admirari satis appareret. Præclare igitur præstitit vir Dei, quod Dominus admonet: Diligite, inquiens, inimicos vestros, benefacite his, qui vos oderunt: itemque illud Apostoli, Noli vinci à malo, sed vince in bono malum. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potu da illi, hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Et habuit ea charitas effectum suum. Terram enim, quam egresserant illi, in locū suū reposuerunt, nec deindè quippiam nobis molestias attulerunt.

Studij eius & charitas erga peregrinos & inopes.

1. Cor. 9.

Obserua liberalitatē.

Inter alias virtutes, quibus ornatus erat vir Dei, præcipua illi cura inerat & studium recipiendorum peregrinorum & pauperum, quibus adeò benignum & humanum se præbuit, vt inopes, vsu & consuetudine adducti, tam securè & fidenter ab eo poscerent opem, vt non tam beneficium petere, quàm debitum reposcere viderètur, perindè ac si ab œconomo suo exigerēt res, quibus habebant opus. Videbant enim eum instâr Apostoli, cùm esset liber ex omnibus, omnium se seruum fecisse inopia laborantium. Vt autem eius liberalitas omnibus innotesceret, fames dira toram oppressit Bauariam, ita vt non pauci pauperes inedia interirent. Confluebant verò omnes ad beatum Ermenoldum, isque iussit è granarijs omne frumentum expromi, atq; distribui in pauperes: nec prius cessatum est elargiri, quàm compertū est nihil prorsus relictum esse monasterio. Cumque ministri dicrent nec tantillum superessè, quod ad vnum prandium posset sufficere, ille nihil de Dei benignitate hæsitans, totum se contulit ad deprecandum Dominum, & sanctum Georgium martyrem eius, monasterij sui patronum. Et ecce altera luce adest vir quidam nobilis & diues, honoransque Dominum de substantia sua, abundè fratrum supplet inopiam.

Huic id subiungere visum est, quod quidam narrauit senex fide dignissimus, tãti miraculi testis & conficius. Stabat aliquando beatus Abbas ad fores ecclesiæ clausas. Erat rum res quædam necessaria, ob quam vellet in templum ingredi. Aderat ei custos templi, abijtque properè, vt fores referaret. Sed cùm esset intrò ingressus, videt Abbatem, quem foris reliquerat, iam intrassè, stareque coram altari sanctæ Crucis, obnixèque deprecari

precarì Dominum, non tamen aperto ostio. Valdè igitur ea re obstupefactus, stat attonitus. At vir Dei postquam preces absoluit suas, seuerissimè illi interdixit, nè cuiquam, dum ipse esset in viuus, id quod viderat, indicaret.

Clauso ostio, intrat in templū.

Veniendum nunc est ad beati viri decessum, illi quidem optatum, quippe qui semper cupierat dissolui & esse cum Christo, nobis verò lucuosum. Solebat ille, vt verus pater & pastor, sollicitè inuigilare commissò sibi gregi, diligenterque in id incumbere, nè quid maneret incorrectum, quod contra monasticæ vitæ leges ac instituta admissum esset. Etsi autem in spiritu lenitatis corripere delinquentes, at tamen improbi quidam (semper enim ferè bonis admixti sunt mali) videntes sibi non licere suis indulgere voluptatibus, acerbissimo illum odio persequi cœperunt, atq; eò amentia progressi sunt, vt iam cultris acutis armati, necem ei ad certum diem molirentur, idque loco illo, quo eum sciebant transiturem. Indicauit autem hoc quidam viro Dei, sed ille nihil territus, Absit, inquit, vt perdam mihi paratam à Domino coronam. Immò verò proficiscar obuius. Et planè sic fecit. Tum illi conspicati eius constantiam, timore & terrore correpti, nihil ausi sunt facere. Volebat Dominus fidelem seruum suum adhuc manere in corpore in bonorum consolationem, & meritorum eius augmentationem.

Quidam ei necem moluntur.

Contemnit mortem.

Cæditur à quodam in capite.

Viso eius.

Ad Christū proficiscit.

Precatio ad S. Ermenoldum.

Vbi autem venit tempus, quo Dominus illum ad se accitum, felicissimè in cælis coronare statuerat, filij nequam & tanto patre prorsus indigni, in eius rursus conspirarunt necem, atque ex ijs vnus (Aaron is dicebatur) locum occupauit, qui necessariò erat beato viro adeundus, tenensque vtraque manu fultem, tanta vi in illius caput illisit, vt mox humi sterneretur. Indè verò mox cœpit viribus destitui, atque pridè Epiphaniæ Domini lecto decumbens, aliquandiu sine voce fuit. Paulò post ad se reuersus, coniectis in discipulos oculis, hilariter eos intuebatur, at sermone iucundiori omnes, qui tum aderant, exhilarabat. Sciscitantibus autem fratribus, vbi fuisset, respondit: ad thronum Dei raptum se fuisse, bonaque verba & promissiones cōsolationis plenas illic accepisse: putà quòd nunquam diuinus cultus illo in loco defuturus esset. Ait etiam ostensum ipsi librum vitæ, & in eo se vidisse scripta aureis literis nomina fratrum præsentium & futurorum. Vt autem non ambigerent vera ipsum dicere, addidit se die crastino, cùm in summo Missæ sacrificio illi canituri essent, Gloria in excelsis Deo, se à corpore discessurum. Videte autem, inquit, cùm signū obitūs mei dabitur, nè quis ea causa error aut negligentia admittatur in officio diuino: sed paucis egredientibus, cæteri cum omni deuotione sacra Missarum solennia peragant. Dixit, & vera eum dixisse, res ipsa postridiè declarauit. Nam in sacra Epiphania hora, qua dixerat, abijt in domum illam non manufactam & æternam, quæ in cælis est. Erat tum annus Christi millesimus centesimus vicesimus primus, septimus autem electionis eius, qua creatus est mensè Augusti.

Tu nunc igitur Ermenolde pater, memor esto cōgregationis tuæ, quam possidisti ab initio foundationis eius, & in qua felicem cursum præsentis stadij cōsummasti. Supplices te rogamus, vt gregem tuum pastor bone non deseras, sed apud beatos ciues tuos continua protectione custodias ouiculas tuas, quas primus in hoc loco pastor pascendas à Domino accepisti, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Scriptimus iam succinctè vitam beati patris nostri Ermenoldi, iubente venerabili patre Vdalrico, qui, vt iam antè diximus, anno salutis millesimo ducentesimo octogesimo primo creatus Abbas Brunfeningensis, id quod diu optârât, in rem contulit, suo studio efficiens, vt vita beati Ermenoldi à nobis, quauis parùm idoneis, conscriberetur. Ea enim re existimabat se non mediocrem illi reuerentiam præstaturum. Iussit igitur, vt quæ de tanto viro iam antea rudi stylo conscripta erât, nos aliquanto elegantiori calamo pingeremus, vt comptior sermo lectorem alliceret, & qui eius didicissent sanctitatem, incitarentur ad honorandum eum, atque ita cum illo æternos mererentur honores adipisci.

Visio fratris cuiusdam sub mortem.

Post obitum beati Ermenoldi quidam ex nostris monachus, prouecta etate, mira- que sanctitate & simplicitate, iam morti proximus, perquirebat ex ministro, qui de- cumbenti aderat, num quis illic esset. Illo dicente, nullum a desse, Eccè, inquit ægrotus, video celos apertos, & beatum patrem nostrum Ermenoldum coram Deo in maxima gloria assistentem. Eius rei certum hoc erit testimonium, quòd iam eccè recedo ab hac vita. Quod vt dixit, confessim desijt esse in humanis.

Alterius cuiusdam visio.

Alius quidam ex nostris in vindemijs missus in Austriam, in monasterium quoddam cum alio monacho ingressus est. Vbi cum pariter mensæ assiderent, cœna absoluta, va- rios inter se contulere sermones. Inter cœtera quæsiuit ille monachus ex fratre nostro, fuisset ne quandoquæ apud nos Abbas, Ermenoldus nomine. Fratre dicente & fuisse, & quidem primum fuisse nostri monasterij Abbatem, ille subiunxit: Tametsi nulla mihi eius nominis notitia fuit, at tamen nupèr comperi maximi eum apud Deum meriti esse. Cum enim adeò laborarem ex fluxu sanguinis, vt de vita desperarem, multosque in- uocarem sanctos, nimium debilitato mihi somnus obrepit. Et eccè videbar mihi rapi ad tribunal Christi, & ob culpas meas seueriter castigari: Cumque me aspectante, per- multæ animæ pro diuersitate meritorum vel damnarentur, vel in cælo collocarentur à iudice, videbam quendam exhiberi monachum Benedictinum, quamprimum in tarta- ra relegandum: sed tamen magnum quendam sanctum, mihi quidem ignotum, pro illo deprecari iudicem hunc in modum: Etsi frater iste, Domine Deus, vitam suam satis egit negligenter, non tamen sinat, oro, tua bonitas abire irremuneratum, quòd nunquam deseruit locum professionis suæ, nec ad extremum transgressus est votum obedientiæ. Illo sic orante, iudex absoluit reum, sancti illius meritis placatus. Tum ego scire cupiès, quis esset hic sanctus, didici à quodam, eum esse Ermenoldum Brunfeningensem Abba- tem. Sub his expergefactus, totum me contuli ad illum deprecandum: optabamque Missæ facere officium, sed verebar imbecillitate virium me præpeditum iri. Interim adeò me sentio confortari, vt sacris indutus vestibus, Missam de Confessore celebrârim: eaq; ab- soluta, prorsus incolumem me sensi.

Sanat idè, dicta Missa.

Multa autem post beati viri obitum diuinitus sunt miracula declarata, nec hodiè ces- sat Dominus ijs illustrare sanctum suum. Honesta quædam matrona Ratisponensis præ foribus monasterij eius orans, miram sensit odoris suauitatem. Obstupescita, petijt si- bi templum aperiri: ingressaque, comperit è sancti viri sepulcro eam proficisci. Itaque vouit Deo, se toto anno nudis pedibus illud visitaturam: idque ita præstitit, vt nullis vn- quam neque pluuijs, neque niuibus se passa sit indè reuocari. Cœpère tum multi alij, ei- us exemplo prouocati, inuisere beati viri monumentum, & eius in quibuscunque ad- uersis rebus opem implorare, & feliciter experiri.

Cæcus reci- pit lumen.

Inter alios contigit aliquando cæcum illuminari ad sepulcrum eius. Aderant com- plures eius miraculi inspectores & testes, qui vno ore gratulabantur homini, Deum & sanctum Ermenoldum pro tanto beneficio laudanti. Eccè autem frater quidam ex ijs, quos barbatos dicimus, malo dæmone impellente, cœpit hominem contumeliosè in- crepitare, impostorem & mendacem dicere. Ille verò pernegans, recessit indè. Mox im- portunus frater è virgis confecto flagello, tær monumentum beati Abbatis verbera- uit, atque ore sacrilego in hæc prorupit verba: Quiescas Ermenolde, & nobis desine mo- lestus esse. Vix ea finierat, cum eccè sensit faciem suam tanquam feruenti perfusam aqua, æstu incredibili ardere. Illic è templo se proripiens, abit ad cubiculum suum, & in lecto iacens, expectat aliquod mali eius leuamentum. Sequebatur autem eum famulus eius, qui blasphemias quidem eius voces audierat, sed prorsus quid accidisset illi, ignora- bat: blādè verò obiurgabat eum, qd tam malè locutus esset. At ille surdis auribus id acci- piens, cum illo ad fontem venit, vbi iumentis monasterij potus dabatur. Indè hausta aqua faciem perfudit, sed frustra, ardore potiùs augmenta capiente. Redit ad lectulum, hortantur multi vt agat pœnitentiam, ille prorsus cum Pharaone induratur: nec dor- mitat vltio cælestis. Percutitur lepra horribili, separatur ab hominibus, nec tamen vult culpam fateri suam. Accidit indè die quodam, vt illo ad mensam sedente, cui iam panis & potus impositus erat, minister iret cibos allatum. Reuersus autem, videt miserum il- lum facie in prunas collapsum, planeque extinctum.

Diuinitus punitur cuiusdam queritas.

Per multa alia recitat miracula auctor historiæ huius, quæ operis magnitudo huc ad- scribere non patitur.

VITA

VITA BEATI RAIMVNDI CONFESSORIS, TERTII MAGISTRI ORDINIS PRAEDICATORVM, AV- thore F. Leandro Alberto Dominicano. Etsi autem nondum in diuos relatus est hic Raimundus, at tamen permisit Paulus 3. Romanus pontifex, vt Barchi- nonenses eius festum celebrent postridiè Epiphaniæ.



Raimundus de Pennaforti, Cathalanus, originem retulit in 6. IANVAR. Aragoni reges. Is postquam adoleuit, missus est ad gymna- sium, vt scientiam hauriret. In quo tantum breui admodum tempore profecit, vt ea tempestate in Pontificio atque Im- peratorio iure inter viros clarissimos facile connumerari posset. Quamobrem ciues nostri Bononienses, tanti viri fa- mam exaudientes, publico stipendio ipsum ad docendum conduxere. Hanc autem ob causam togam induit religio- nis. fortè dissuaserat cuidam scholastico adolescenti pluri- mis rationibus sanctæ cõuersationis ingressum. Quapropter deindè conscientia exagitatus, quod illi dissuaserat, ipse am- plexus est: videlicet, relictis mundi illecebris, fauore & gloria, cum omnium admira- tione ordinem Prædicatorum ingressus est. Simul ac votum emisit anno euoluto, pro more, accitus est in socium à legato Pontificis maximi, in Hispaniam concedente. De- mum cognita eius insigni doctrina, à Gregorio 9. Pontifice iussus est epistolas Pontifi- cum ac Conciliorum Decretales in vnum corpus redigere, (quod hæcenus in vsu ha- betur in gymnasijs, & adamusim seruat) prout dinosci potest in proœmio ex eius nominis citatione ab eodem pontifice. Fecit & ipsum pontifex Capellanum suum & pœnitentiarium: quæ dignitas temporibus illis non nisi valdè literatis conferebatur. Factus est etiam inopum causarum expeditor. Post epistolas Decretales in vnum con- gestas, Summam de casibus conscientiæ edidit, opus insigne, & omni admiratione ob- seruationeque dignum.

Cur mona- chus factus sit.

Epistolas decretales Pontificum in vnu cor- pus redigit.

Animaduertens Pontifex eius præclarissimam vitam, mores, ingentemque doctri- nam & animi probitatem, præfulem ciuitatis Barchinonæ creauit. Qui cernens sub tanto honore maximum latere onus, dicto approbante Pontifice, eam ipsam dignita- tem missam faciens, ad ordinem Prædicatorum remigrauit, mælens tunica pallioque rudi & ignobili regi, atque sub eo egenus Deo seruire, quam post tantæ dignitatis fasti- gium, mox rationem tantæ villicationis reddere. Igitur ad ordinem Prædicatorum re- uersus humilissimus pater, petijt sibi quempiam virum bonum præfici, per quem posset erudiri ea, quæ religionis essent: & vt erat mitis, ac naturæ compositæ, sic religionis mo- ribus ornatus breui admodum tempore euasit, vt in cõuentu generali duodeuigesimo (quod capitulum generale vocant) Bononiæ anno Domini millesimo ducentesimo tri- cesimo octauo celebrato, omnium patrũ consensu, præfidentia (eo absente) totius ordi- nis Prædicatorum dignus nominaretur & approbaretur.

Fit episco- pus. Se abdicat.

Exordiar ab initio, vt rem seriatim narrem, placituram, puto, legentibus. Vita fun- cto Iordane viro sanctissimo, totius Prædicatorum familiæ Præsidente, ad interregem, vt veterum more Romanorum loquar, ventum est. Interrex, quem Vicarium genera- lem totius ordinis Prædicatorum nostri dicunt, Magnus ille Albertus vi & iussu institu- tionum nostrarum creatus est. Tandè indico conuentu vniuersali duodeuigesimo, Bo- noniam Electores conuenere, vt sibi ordinique aliquem præficerent. Huic synodo duo inter ceteros electores, excepto Magno Alberto, viri & moribus & doctrina apprimè pollentes, videlicet Hugo de S. Theodorico, tunc præfectus Galliarum prouinciæ, postmo- dum Cardinalis Ecclesiæ Romanæ, & Iuo præfectus prouinciæ terræ sanctæ (hos enim præfectos, appellat Prouinciæ Priores) interfuere. Ad certam diem omnes electores sub quadam porticu conuenerunt pro Præsidente eligendo. Datis omnibus suffragijs, pari lance cerratum est. Porro in duas se subdiuiserunt partes: alij quidem Magnum Al- bertum, vt potè Germani: & Hugonem prælibatũ Galli elegerat, ceteris partibus vtrif- que fauentibus. Iterum atque tertio resincepta, in idem semper recidit. Animaduertentibus patribus electores simul non posse conuenire, orationes indictæ sunt ante pa- rentis Dominici sanctissimum corpus. Sic igitur orantibus fratribus, mox extra se qui- dam

Albertus Magnus.



dam postus, videbat omnes electores cubiculum exeuntes, in templo maximam columnam erigere, guttulis sanguineis purpuratam, à summo vsque deorsum attingentem. Verum cum intuens frater lætaretur, extemplo signum electoribus datur, vt de nudo ad electionem præsentis conueniant.

Creat magister generalis Ordinis Prædicatorum.

In primo itaque scrutinio, cum Barchinonæ esset, patres ipsum vnanimiter & concorditer elegerunt, cum prius antehac nulla prorsus illius mentio fieret. Timentes verò, nè oblatam Præsentiam dictam aspernaretur, pari consilio miserunt patres Hugonem, Bonisium Placentinum, Pontium de Sperra præfectum Gallie Narbonensis prouinciæ, Philippum olim præsidem Syria, sed exauthoratum in dicta synodo, Stephanum Hispanum quondam Lombardia prouinciæ præfectum, cum nonnullis alijs patribus Barchinonam, vt suaderent Raimundo, vt acceptaret oblatam præsentiam. Vt verò conuenerunt, vitum Dei apprimè rogabant, vt ceruicem flecteret: sed is secum magis exoptans habitare, quàm tam grandem subire prouinciam, inexorabilem sese præbebat. Tandem tantorum virorum autoritate & rationibus suafus, inclinato capite, tantum onus subiit. Verum biennio duntaxat hoc officio functus est: quippe in synodo prima generali, quæ sub ipso celebrata, quæ decimanona fuit, anno Domini 1239, edidit legem, vt præsidens totius ordinis Prædicatorum, posset officio renunciare coram patribus, quos dicimus Diffinitores, & isti obligarentur cessionem acceptare. Id quod tunc facere adnixus est, sed minimè potuit, eò quod patres admittere cessionem noluerent. Tandem in sequenti anno, videlicet 1240. in synodo vigesima Bononiæ celebrata, cessionem petijt, corporis valetudinem allegans, & nonnulla alia. & cum plurimum hoc efflagiraret, tandem voti compos factus est ob dictam legem, in præcedente anno editam.

Quamobrem animaduertentes patres ingentem perturbationem, quæ defacili suboriri posset in Ordine, si pro voluntate huiusmodi præsentis seu Magistri generales ordinis vulgò dicti, officio renunciare possent, & ipsi eorū vota admittere tenerentur, lege sancitum est, nè in posterum eorū cessio admitteretur, nisi propter impedimenta perpetua: sicq; illa abrogata. Raimundus igitur voti compos factus, læto animo Barchinonam redijt, ibiq; vitam egit sanctissimam, & in studijs assiduis meditationibusq; occupatam. Edidit, vt præmisimus, plura opera, & Institutiones ordinis fratrum Prædicatorum miro quodam ordine distinxit, quæ prius indistinctæ erant. Supernixit, postquam præsentie ordinis renunciauerat, annis quinque & triginta. Vita functus est in die Epiphaniæ, 8. Idus Ianuarij, anno 1275. Ipse sanctitatem crebra miracula, ad inuocationem eius nominis per Deum facta, protestantur. Porrò dum viueret, & post mortem maximis claruit miraculis. Inter cetera enim legitur, quadraginta mortuos eum suscitasse. Rex autem Aragonum, visis miraculis tam insignibus, plurimum apud Pontificem institit, vt inter diuos connumeraretur: sed nescio quo accidente tam egregium opus omissum est: sicq; manet. Hæc sunt, quæ ad manus meas de tanto viro peruenere.

Eius scripta

Eius miracula.

VITA S. ANDREAE EPISCOPI FESVLANI, ORDINIS CARMELITARVM, DOCTE ET ELEGANTER conscripta: sed codex Authoris nomen non habebat.

6. IANVAR.



Exod. 22. 23, &c.

Voti parentum S. Andree.

ANDREAS Corsinus Florentie ex Corsinorum nobili familia natus fuit, patre Nicolao, matre verò Peregrina. His, postquam in vnum matrimonium conuenerunt, nihil fuit antiquius, quàm vt religionis præcepta in omnibus obseruarent. Itaque libidine terrenorum posthabita, ijs quæ Dei erant, studentes, sæpius domum Domini visitabant. Cum verò, quod in Exodo legitur, audirent, primitias videlicet Deo offerendas esse: vt Deo eiusque genitrici gratam oblationem facerent, admodum cupiebant ex se filios procreare, vouentes primogenitum suum Mariæ religioni tradere. Quorum precibus beata virgo annuens, diuinitus eorū votum adimpleuit. Post paucos dies cœcepit Peregrina mater: cumq; iam tempus pariendi immineret, in somnis sibi visum est lupum peperisse pro homine: qui cum ecclesiam intrasset,

trasset, paulatim immutatus, in agnū se vertit. Quam rem expergefata tacitè considerans, nec viro quidē, quid in somnis viderit, est ausa cōfiteri. Proxima verò nocte, id est, pridie Calendis Decembris natus fuit: qui cum lustraretur baptismatis sacramento, Andreas nomē accepit, quod eo die natus sit, quo Christiana religio beati Andree Apostoli solēnia celebraret. Puer educatus ingenuè, crescit, studijs literarum traditur. Cum autem admodum scitus puer esset & forma præstante, vtriq; parenti plurimum charus erat. Postremò factus adolescēs, canes alere, equos mercari, fodalitates parare, tractare arma, lites gerere cœpit, & ad hæc, omnia diuina pariter & humana promiscua habere, parentibus non solum inobediens, sed nec eos se castigantes perferre poterat.

Nascitur Andreas.

Adolescentia eius male morata.

Parentes verò vbi intellexerunt, quantum periculum adolescenti imminerebat, timentes nè ob eius facinora per dedecus vitam amitteret, à tam pessimis moribus illum iam ætatis suæ quintumdecimum annum agentem reuocare statuerunt. Igitur nacti opportunitatem, Andream ad se accersiri iubent. Qui cum iussa parentum negligeret, contra meliosa verba respondens, ab eorum conspectu improbè discedebat. Quem mater, id iniquè ferens, animo cōcitato alloquitur: Tu profectò, inquit, lupus es, quem in somnis mihi visa sum peperisse. Quibus verbis perterritus adolescens, retrò ferens pedem, matrem orauit, vt quod sibi vellent ea verba, significaret. Tunc mater inquit: Audi fili mi verba mea, neq; matris tuæ dicta contempnas. Ego vnà cum genitore tuo sterilis annos plurimos vixi, tantusq; sobolis amor fuit, vt etiam pro habendis filijs vota susceperim. Itaq; primitias vteri mei Deo Mariæq; matri eius offerendas constantissimè volui. hoc idem Nicolaus pater tuus communi voto promisit. Factum est, vt Mariæ precibus conciperem: & cum iam pariendi tempus aderat, in somnis visa sum lupum parere: qui cum ingressus esset ecclesiam, lupi formā deserēs, agnus effectus est. Postridiè verò te peperisti: qualis superiore ætate vixeris, non te latet. non enim vt homo ratione vtens, sed vt rapacissimus lupus. Nunc iam tempus exposcit, vt in agnū te vertas, & quæ pro te vota suscepimus, velis pia mente perficere. Nam non nobis, sed Mariæ virgini natus es. Expergiscere igitur fili, nec velis longius per socordiam atq; malos mores vitam inficere.

Mater cum castigat.

Postquam mater loquendi finem fecit, Andreas huiusmodi oratione perculsus, superiorem vitam suam tacitus considerans, pœnitentiæ motus, multis lachrymis Virginem precabatur, vt pro se ad filium preces fundere dignaretur, nè iuuentutis suæ delicta cognosceret. Postridiè verò manè ad Carmelitarum ecclesiam profectus est, ibiq; orando diu ante aram Virginis gloriosæ, lachrymis faciem irrigauit, rogans vt se lupum in agnum conuerteret. Tandem ab oratione surgens, Hieronymum Melioratum, qui ea tempestate, videlicet anno ab incarnatione Domini millesimo trecētesimo decimo sexto, prouinciæ Tusciæ curam gerebat, prostratus orauit, vt eum intra religionem acciperet. Quod cum audiret vir præstans, miratus ingenium adolescentem, summo loco natum, multisq; educatū delicijs, cupere sacris initiari, seruitutemq; religionis subire, misit ad eius parentes, qui referant Andream filium habitum religionis petere. Parentes vbi cognouerunt per nuncios, in filio suo Spiritum sanctum tam citò mirabiliter operatum, stupore gaudioque repleti, eò, vbi Andreas erat, properè concesserunt, atque vnanimis filium, quem orantem inueniunt, sicut vouerant beata Virgini offerentes, suscepti voti officia perfecerunt. Ità Andreas in agnum versus, ad religionis obsequium admittitur. Huic, vt eius animi firmitatem experirentur, cuiuslibet vilissimæ cōditionis seruitia demandabant: ædes verrere, ostij curam gerere, interdum etiam patinas purgare iubebant. Quæ omnia ità libenti animo perferebat, vt mirum sit eius & obedientiam & humilitatem referre.

Andreas se colligit, & respicit.

Carmelitanū amplectitur institutum.

Accidit, vt prandētibus cæteris, Andree ianux custodia mandaretur, qui neminem, quoad fratres cœnauissent, intrare permetteret. Diabolus verò tantæ humilitati inuidens, adolescentem subvertere conatus, prædiuitis viri formam accepit, & comitatu ingenti ante monasterij portam assistens, sibi fores referari iubet. Andreas hominis importunitatem miratus, quid sibi vellet, interrogauit. Cui ille inquit: Nonne me nōstis? ex cognatione enim tua natus sum: qui cum audirem te religionem subiisse, iniquo animo ferens huc accessi, vt ex tam turpi vitæ conditione ad pristinas delicias reuocarem. Itaque iam citò aperi, vt mecum domum pariter reuertaris. Iam tibi virginem ex nobilitate ingenti dote desponsauit pater. Cui Andreas: Nec vos cognosco, nec nostro quidem sanguine nati estis, qui me quæritis à tam salubri officio reuocare. Parentes

Malignitas dæmonis.

tes enim antè, quàm natus essem, huc me genuerunt, vbi humilitatem amplexus, obedientiam sponfam accepi. Ità hostis ille ianua pulsus, atq; deuictus constantia puerili, tantum facinus frustra suscepit.

Facit professionem.

Progressus eius in vitæ sanctitate.

Irridetur à suis & repellitur.

Curat hominè morbidum.

Declinat pompam in celebrandis primitiis.

B. Maria illi apparet.

Claret miraculis.

It Parisios.

Cæcus visum restituit.

Postquàm fratribus Andreae humilitas & obedientia satis exploratæ sunt, de more professus est, & in verba Prouincialis, religionis solennia vota suscepit. His exactis, animus adolescentis in dies magis ac magis in diuino amore atque virtute flagrabat, ieiunij & abstinentia atque corporis flagellatione terrenorum cupiditates superabat: tantusq; silentij amator factus est, vt non nisi vbi maximè opus esset, loqueretur. Diebus tribus in hebdomada ieiunabat, in quibus nihil cibi, præter panem & aquam, sumere confuevit. Obedientiam adè obseruabat, vt nihil magis cupere videretur, quàm vt sibi aliquis imperaret, non secus, ac si intrasset religionem ob id solùm, vt seruiret. Orationibus atque sacris literis incumbens, nullum tempus conterebat incastrum. Corpus suum a sordidus flagellationibus macerans, in seruitutem redigebat, domabat cilicio, ieiunio castigabat. Appetens solitudinem, delicias fugiens, à iocis & ludis plurimum declinabat. Obturabat aures suas, nè audiret verba detrahentium sibi. Nam, vt moris est mendicantium, sabbato pro accipiendis eleemosynis ciuium domos adire, Andreas ob humilitatem officium huiusmodi plurimum exercebat, & cum à suis, qui in via maximas aedes haberent, eleemosynam peteret, multis iniurijs ab eorum domibus pellebatur. nanque illis inuitis Andreas habitum religionis acceperat. Irridebatur à notis, à sodalibus spernebatur, & tanto tamque salutiferolabori inertie nomen imponebant. Huiusmodi omnia Andreas ingenti patientia tolerabat, ac si religionis perfectio in tolerandis iniurijs haberetur.

Ea tempestate Ioannes quidam Corfinus ex cognatione sua, lupum morbum patiebatur in crure, quæ aegritudo per dies noctesque hominem plurimum cruciabat. Et vt huiusmodi cruciatum mitigaret, quocunque genere ludorum utebatur, ita vt eius domum, lusorum porticum appellarent. Hunc vir Dei aggressus, sic alloquitur: Ioannes, si meis consilijs acquiescas, pristina te salutem restituiam, & ab hostium tuorum insidijs diuino munimine liberabo. Ille vix credens Andream in conspectu Dei talem gratiam inuenisse, vt morbos auerteret, tamen recuperandæ sanitatis desiderio pollicitus est se facturum, quicquid optimus adolescens imperaret. Cui Andreas, Est, inquit, opus in primis, vt omnes has lusorum consuetudines abijcias: post hæc, vt vacando ieiunij, virginem Mariam summis precibus dies octo flectere nitaris. Ioannes simplicitate verborum motus, statim vota suscipiens, quicquid sibi ab Andrea iussum fuerat, mira deuotione perfecit, & meritis eius est solitam valetudinem consecutus. Ità vir Dei ardens in virtutibus, & in dies magis sanctitate pullulans, ad sacros ordines admittitur. Corfini omnes statunt, vt primam Missam Andreas cantaturus, oblationem magnis apparatibus singentique pompa celebraret. Sed ille vbi hoc audiuit, habita prius licentia à Prouinciali, secessit septimo milliari ab vrbe in Conuentum Syluarum, ibique deuotissimè sacerdotij sui primitias offerenti, beata Maria virgo cum comitatu angelorum apparuit, dicens ei: Seruus meus es tu: quia ego elegi te, & in te gloriabor. Et hæc dicens, paulatim in auras se eleuauit. Andreas stupore percussus, non elatione extollitur, sed magis per humilitatem nitebatur se dignum seruum efficere, humanas laudes fugiens, studio bonarum artium sibi immortalitatem parabat.

Erat ea tempestate vir nobilis, cuius filia, quam vnicam habebat, morbo hecicæ febris languens, nulla poterat medicorum arte curari. Hæc cum prodigia, quæ per virum Dei in dies fiebant, perciperet, sperabat proculdubio sanitati restitui, si manibus suis vir Dei sibi pabulum ministraret. Quod pater intelligens, à beato Andrea summis precibus impetravit, vt filiam suam ægram inuisere dignaretur, quæ in se vno omnem spem salutis posuerat. Ille vbi puellæ fidem cognouit, diutina oratione præmissa, eam visens, cibumque ministrans, pristina restituit salutem.

Post paucos annos Pisis Capitulum celebratur, Andreas Parisios literis imbuendus mittitur inde post tres annos in prouinciam reuocatur. Dum itaque in patriam reuertitur, per Diuionem iter faciens, patrum Cardinalem, ibidem eo tempore legationis officio functum, visitat. Dum ibidem apud Cardinalem aliquot dies esset, cæcum quendam, qui ad portam templi sedens, à prætereuntibus eleemosynam petebat, inuenit: à quo cum cæcus stipem peteret, lumen recepit. Post paucos dies Florentiam redijt, vbi tunc

tunc Capitulum Prouinciale fiebat, in quo Andreas conuentui Florentino præficeretur. In qua administratione tanta vitæ sanctimonia claruit, vt narratu difficile foret. Venturam, Carmelitam Pisanum quendam, ab hydropis morbo curauit.

Rogatus à quodam familiari, cui puer natus erat, vt eundem puerum baptizaret, nõ recusauit. Sed dum infans illustraretur, vt moris est, aqua & chrismate, Andreas, cui Deus futura reuelauerat, mirum in modum lachrymis irrigabatur. A quo cum pater pueri lachrymarum causam quæreret, Andreas inquit: Hic puer sibi ac familiæ suæ excidio natus est. Pater verò præfagium huiusmodi paruifaciens, viri DE I verba contempsit. Puer autem crescens, non secus ac Andreas prædixerat, flagitijs atque facinoribus coopertus, cum multis contra Remp. coniurauit. Qui in iudicium vocatus, tanti sceleris poenas soluit, omnesque cognati eius ab omni administratione Reip. fuerunt abdicati.

Non longè post, vbi Deo obedientia serui sui satis probata fuit, illum ad maiorem curam voluit accereri. Nam factum est, vt Fesulanus antistes extremum diem clauderet. Postquàm illi pontificio more magnificè fecerant obsequia, Canonici ceterique, apud quos ius erat, conuenerunt in vnum, vt inter se de eligendo pōtifice tractarent, à quorum vnanimi consensu Andreas Corfinus Carmelita designatur. Ea cum Andreae nunciarentur, timens nè sub tanto onere premeretur, tertio milliario ab vrbe apud Carthusienses latitauit. Canonici verò illum per omnem prouinciam queri iubent: sed vbi nequeunt eum inuenire, iterum congregatis de renouanda electione decernitur: & dum illorum vacillantia corda in ambiguo versarētur, spiritus sanctus per os infantis locutus est, dicens: Elegit Deus Andream in sacerdotē sibi: ecce enim apud Carthusienses orat, ibi eum inuenietis. Quibus verbis omnes stupore repleti, quicquid actum prius fuerat, confirmant. Igitur decernitur, vt ad Carthusienses legati mittantur, vt episcopum ad susceptionem pōtificatus hortarentur. Dum hæc Fesulis gerebantur, Andreae oranti puer in veste candida apparuit, nuncians ei hoc diuino numine factum, vt episcopus crearetur, neque laborem subterfugeret. Nam datus erat ei custos angelus, qui eius vestigia in Dei voluntate persequeret. Andreas itaque angeli visione perterritus, ab oratione surgens, Fesulanus se querentes offendit. Qui episcopum salutantes, hortantur vt gregem suum & oues pascuæ suæ non contemnat. Andreas Deo gratias agens, onus, quod paulò antè excutere nitebatur, constantemente suscepit.

Igitur factus episcopus anno ætatis suæ 38. incredibile effatu est, quanta sanctitate floruit. Omnes terrenorum cupiditates subiecit pedibus: tantæ fortitudinis factus, vt cunctas animi perturbationes facile superaret. Mulierum colloquia, tanquam femina victorum, magno studio fugiebat: temperantiam amplexus, nulla concupiscentia carnis premebatur. Macerabat corpus, sobriè cibum sumendo: subter tunicam super nudo corpore catena ferrea cingebatur. Sarmenta vitium, membris suis requiem nocturnam præstabant. Pacis seminis præcipuus seminator, bella intestina, seditiones ciuium & discordias plurimorum extirpabat. Diuinæ contemplationi intentus, nihil humanum, aut quæ ad scurrilitatem pertinerent, loquebatur. Quāto enim dignitate sublimior, tanto humilitate submissior videbatur. In ædificijs sacris plurimum intentus, cathedralem ecclesiam Fesularum, quæ ruinam vndiquè minabatur, sumptibus datis muniri fecit.

Quid de eius commiseratione erga pauperes, quid de pietate eius in populum suum referam? Non modò affectos egestate videre, sed nec audire quidē sine lachrymis poterat. Tantæ enim liberalitatis fuit in pauperes, vt omnes egenos, qui tunc Fesulis essent, literis mandaret, quibus clanculum præbebat eleemosynam. Nemo vnquam egens sine eleemosyna ab eo recedebat. Quin etiam cum annonæ magna penuria esset, & pro eleemosynis ad eum confluerent plurimi, ipse omnem panem in sua domo reperit pauperibus erogauit: & cum tantæ multitudini minus sufficeret, iussit sibi vltra panes adferri. Ministri verò, qui sciebant, ne panem quidem vnum in arcula se dimisisset, defecisse panes episcopo narrauerunt. Qui iussit, vt in arca attentius quærerent. Illi autem nè viderentur episcopi iussu negligere, in penum reuertentes, panes in magno numero reppererunt. Quam rem mirati, detulerunt ad episcopum. Ille verò panes accipiens, pauperibus erogauit, vt in omnibus Saluatoris vestigia imitaretur.

Consueuerat vir Dei qualibet quinta feria, in memoriam Dominicæ humilitatis des pauperum.

Fit Prior.

Claret spiritum prophetiam.

Creatur Episcopus Fesulanus. At ille lactat.

Eius eximia virtus in Episcopatu.

Eius liberatio in pauperes.

Diuinitus augetur pauperes.

Lauat pedes pauperum.

pauperibus pedes lauare. Accidit vt quidam ex mendicis illis episcopo resisteret, nè pedes eius ablueret. A quo cum causam Andreas peteret, inquit ille: Crura mea morbo in purredinem versa, timeo nè excellentiæ tuæ stomachationem inferrent. Cui ait episcopus: Confide fili in Dominum Iesum Christum. & infusa aqua in peluim, pauperis crura lauare cœpit. O rem mirandam, ille crura lotus, statim morbo solutus est.

Consueuerat noctu post matutinale officium, vno tantum ministro comite, visitare ædem siue ecclesiam, quæ vulgò Abbatia dicitur, non longè à metropolitana ecclesia. Factum est dum redirent, parietem ex transuerso in via ædificatum inuenerunt. Quare perterritus minister, dixit: Pater reuerende, quis hic tam citò parietem construxit? Cui inquit Andreas: Oremus, nè intremus in tentationem. Et prostrati in terram, cantauerunt psalmos, Deus in adiutorium: &, Domini est terra &c. Et oratione facta, paries euauit.

Psalm. 69.  
Psalm. 23.

Bononiens  
fes redigit  
in concor-  
diam.

Cum Bononiæ discordia ciuilibus orta esset, aded vt tumultus ille nullius autoritate posset sedari, Vrbanus quintus Pontifex maximus, qui etiam ob vitæ merita signis claruit, audita Fesularum episcopi probitate, eum legatum Bononiam mittit, vt diffidentia pectora mitigaret, flesteretq; feroces animos ciuium. Andreas pontificis iussa perfecit, Bononiam profectus est. Ciues vbi præfulis autoritatem ac verborum suauitatem perceperunt, mox depositis animis reconciliantur: pauci verò, qui huic rei aduersabantur, atroci morbo percussi sunt. Qui tandè meritis beati Andree liberati, deposita animi ferocitate, pacificantur. Ità vir Dei perfectò negotio, vna omnium commendatione Fesulas regressus est. His artibus atque studijs ad maturam ætatem peruenerat.

B. Maria illi  
denunciat  
obitum su-  
um.

Moritur.

Anno igitur ætatis suæ septuagesimo primo, in nocte natiuitatis Domini in ecclesia cathedrali dum solenni pompa rem diuinam faceret, ei Virgo gloriosa apparuit, nuncians ei obitum sui diem in proximo mense, videlicet octauo Idus Ianuarij: quo die Epiphania Domini celebratur. Qua quidem reuelatione tanto gaudio atque lætitia repletus est, vt qui prius ob vitæ parcitatem macilentus atque squalore perfusus erat, Seraphico penè colore perfusus sit. Non secus, vt beata Virgo prædixerat, morbo correptus diuus antistes, eo die naturæ concessit. In cuius transitu multa diuinitus prodigia facta, illum ad superos euolasse testantur. Ea nocte, qua vir beatus è vita decessit, multæ virgines visiones viderunt. Nanque, vt fertur, puella decem annorum in somnis vidit referatum cælum, atque scalam, quæ ad cælum vsq; pertingebat, per quam episcopus pontificali veste indutus ascendit. Hunc alij duo episcopi hinc & inde comitabantur. Quam rem cum matri indicaret, Andreas Corsinus, ait illa, conscendit ad superos. Et post cognouit beatum Andream eadem hora transisse, qua virgo ad cælos ascendisse episcopos in somno viderat. Ea nocte alia virgo nobilis, cui Andreas, cum adhuc viueret, diem mortis prædixerat, moriens, alta voce clamauit: Eia Christi præful, expecta me, vt vnà cælestem patriam ingrediamur. His dictis, ad cælum supplices manus extendens, ab hac luce migravit.

Miracula  
post obitum.

Sed quid ego narrem, quæ circa huius beati viri obitum gesta sint: quæ verba, quæ præcepta vitæ, quas traditiones religionis dederit, quæ lux circumfulserit morientem, quantæ suauitatis odor à defuncti corpore spirauerit: quàm multi ex diuersis languoribus ac morbis, tactu sacri corporis, mirabiliter sanitati restituti sint? Mortuus est diuus Andreas anno ætatis suæ 71. Pontificatus anno 12. ab incarnatione verò Domini anno 1373. octauo Idus Ianuarij: cuius anima cum beatis spiritibus superni regis faciè contemplatur. Corpus eius de more funebri pompa Fesulis in ecclesia cathedrali lapideo busto conditur, licèt testamento reliquerit, corpus suum apud Carmelitas Florentiæ sepultum iri. Oppidani verò, ob miram viri sanctitatem, corpus Florentiam deferri non permiserunt, nanq; in eo protectionis plurimum fore sperabant. Carmelitæ autem opportunitatem temporis nacti, noctu clam corpus sublatum, Florentiam deferunt, vbi ex eo tempore multis miraculis coruscavit.

Philippus  
Maria ve-  
rat Floren-  
tinos.

Post multum verò temporis, anno videlicet incarnationis Dominicæ 1440. Eugenio 4. Pontifice maximo, Philippus Maria Mediolanensium dux, Ecclesiæ Florentinisq; vltro bellum intulit, ac per Nicolaum Piceninum, præfectum militiæ suæ, Florentinorum oppida multa cepit, multaque vastauit. Itaque exercitus hostium iam loca vrbis propinqua occupauerat: Florentinos, Cardinalesq; qui Florentiæ cum Eugenio summo Ponti-

Pontifice erant, metus inuadit: res omnes turbulentiæ asperæq; videbantur. His rebus permota ciuitas, trepidare, festinare, armisque diffidere cœpit, & suo quisque metu pericula metiri. Decernitur, vt Decemviri belli gerendi crearentur, qui darent operam, nè quid mali Resp. pateretur, quibus legiones parere, bellum gerere, cohortari ciues atque socios permittitur. In quibus fuit Cosmas Medices, Nerius Caponius, Angelus Acciarolus eques, Iohannes Scodellarius. Hi in vnum conuenientes, de tutanda Repub. tractare cœperunt: tanti belli discrimine, eorum animi in ambiguo versabantur: eorum Remp. imparatam, magnas fortesque copias hostium, deniq; euentus belli cogitabant. Dum hæc sic agebantur, diuus Andreas Corsinus multis miraculis coruscabat. Cum verò ex maxima deuotione vniuersa ferè ciuitas conflueret ad ecclesiam Carmelitarum, vbi huius antistitis corpus requiescit, adolescens quidam præcipua deuotione, vnà cum cæteris aduenit. Apparuit autem ei beatus antistes, dicens: Adolescens, maturè propera ad Decemuiros belli præfectos, meaque hæc verba refer: Deus qui Israël de manu Pharaonis eripuit, ipse confringet aduersarios eorum: nè timeant cum hoste cõgredi. nam Deus dissipabit omnes vires illorum. Itaque audacter cum hoste rem gerant armis: quinto die à proximo festo S. Iohannis Baptistæ, quod hinc ad dies octo celebrabitur, de hostibus victoriam reportabunt. Adolescens et si visione numinis perterritus extiterit, præfatos tamen viros adiens, quæ sanctus apparens dixerit, nunciavit. Quibus auditis, magistratus visioni fidem adhibentes, animæ quiores effecti sunt. Exercitum itaque parant, 4. Calendas Iulij cum hoste configunt: sed vbi multum vtrinque pugnatum est, hostium copiæ fusæ sunt. Quod sine nutu & ope diuina factum non creditur, quod ingens multitudo manu parua sic pulsa sit, vt vix pauci ex tam ingenti multitudine fuga euaserint. Piceninus postquam suos deficere, resq; suas attritas videt, rebus suis diffidens, in Burgum sancti sepulcri cum paucis aufugit. Postquam de huiusmodi victoria Florentiæ nunciatum est, subito ciuitas tota gaudio magno persultat: indiçte feriæ, ludj instituti, atque alia id genus lætitiæ signa edita. Et nè pietatis viderentur inmemores, decreto fit, vt omnis Clerus, omnisque magistratus vnà cum populo in Cathedrali ecclesia conuenirent: ex quo loco solenni processione, vt moris est, ad ecclesiam Carmelitarum pergerent, vbi diui præfulis corpus iacet, ibidemque Missam in honorem sanctissimæ Trinitatis solenniter canerent, corpusque beati Andree Corsini vniuerso populo cum funeralibus atque thuro multo ostenderetur. Ac vbi hæc, quæ ad cultum beati viri pertinerent, non possent fieri, quin prius consulerent Apostolicam Sedem, supplicatum est Eugenio Pontifici per Cardinales reuerendissimos, Columnensem, Andegauensem, Placentinum, S. Crucis, sanctæ Mariæ nouæ, quod huic corpori quotannis legitimè huiusmodi honores exhiberi possent. Eugenius tamen multa prius intellexerat de sanctitate viri, tamen rumoribus nouis permotus, atque tantorum virorum supplicatione, legitimè fieri cõcessit, quod à Florentinis petebatur. Hæc vbi impetrata sunt, manus religionis, vti statutum erat, mira populi deuotione perficitur. Decretum item fuerat, vt omnes magistratus vrbis Florentiæ de more solenniter visitarent Carmelitarum ecclesiam, eo videlicet die, quo ipsi Carmelitæ annua huius beati viri solennia celebrarent. Quod quidem vsque hodie maxima deuotione obseruatur.

Florentini  
cædunt Me-  
diolanenses.

Festus S. An-  
dree in Flo-  
rentia.

Petrus Victorius ingenuus adolescens, cum auunculum, qui Prati, quod oppidum decimo milliario est ab vrbe Florentia, prætor erat, visitaret, vnà cum sodalibus suis oppidi mœnia conscendens, ex alta turri incautè cecidit. Qui cum rueret, se beato Andree Corsino commendans, ex tanto vitæ periculo illa sus euasit. Fecit & alia permulta miracula, quæ breuius studio præterimus.

VITA

VITA ET MARTYRIUM SACROSANCTI MAR- TYRIS LVCIANI, AVTHORE SIMEONE META- pbraſte. Habet autem de hoc martyre quedam Eusebius Caſareen. Hiſtor. Eccle. lib. 9. & diuus Hieronymus in lib. de Viris illuſtribus.

7. IANVAR. Samofara, Syriae vrbs.

Lucianus puer omnia ſua laigitur pauperibus.



SAMOSATA est ciuitas Syriae, qua praeterfuit Euphra- tes. Ea ciuitas fuit patria Luciani, vbi fuit honeſto loco na- tus, vt haec docebit, qua de eo tractabit, oratio. Parētes ei- us erant Chriſtiani. Magnum autem ſtudium fuit parenti- bus, vt Lucianū ab ineunte aetate in religione, & erga De- um pietate inſtituerent. Ambo verò e viuis excedētes, eum relinquunt puerum duodecim annos natum. Is autem, hac ſola veluti conſolatione inuenta, propter iacturam paren- tum, confugit ad diuinum quoddam templū, omnibus ſuis diuitijs diſtributis pauperibus, & in prima aetate cum Ma- cario, qui habitabat Edeſam, & ſacros libros interpreta- batur, congreſſus & verſatus, quicquid erat in eis pulcherrimum, pauco tempore col- legit.

Fit mona- chus.

Semel in die veſcitur vacat precibus & lachrymis.

Item ſilētio & medita- tioni.

Et cum primū quidem acceſſiſſet ad lauacrum regenerationis, per aquam & ſpi- ritum regeneratus, declinauit ad vitam monaſticam: Deindē cum ei viſum eſſet, à vi- no & obſoniorum eſu omninō abſtinere, ſtatim tanquā ex carceribus depugnabat aduerſus omnes carnis voluptates. Seipſum autem formans ieiunijs, ſe ad hāc firmam & ſtabilem deduxit conſuetudinē, vt nona hora ſemel in die comederet. Erāt autem ei etiam quidam certi dierum ambitus, in quibus tota hebdomada permanebat ieiu- nus. Plurimum autem vitę ſuę tempus impendebat precibus & lachrymis. A ſcurrilitate & riſu tantum aberat, quantum iudicabat ea eſſe verē ridicula. Conſtrā autem, eos qui lugebant, ſtudebat imitari, & exiſtimabat eſſe dignos beatitudinibus. Silentium autem amplexus, & aſſiduā deditus meditationi, videbatur ſemper cogitabundus & triftitia plenus ijs, qui ad eum accedebant, etiam ſi ſpiritu in ſe perpetuō exultaret & lætaretur. Si quando autem verbum ei ex ore viſum eſſet emittere, diuinę ſcripturę erant id, quod loquebatur. Tantus enim earum diuinus amor ipſum ceperat, vt vix ſomnum vellet capere propter continuam earum meditationem. Si quando autem corpus volebat modicum requieſcere, non abſque intenſa oratione, nec ſine calidis lachrymis & genuum flexione, ſomnum ſumebat. Sed hęc quidem, dum puerilem ad- huc ageret aetatem, à ſancto rectē geſta ſunt.

Mira abſti- nentia.

Conſtituit ſcholā An- tiochia.

Poſtquā autem ab ea iam exceſſit, & coepit eſſe adoleſcens, carnem quidem nul- lam cum ſpiritu agitantem ſeditionem reddidit per ſancti ſpiritus operationem. Qui- buſdam autem, quę ſunt ad eſum valdē exilia, corpus reſiciebat, ad eō vt multos dies ſolo pane veſceretur, & ne pane quidem pluribus, ſed ijs, quę eo erant ad alendum, ma- gis exilia. Aqua autem erat ei potus ſuauiſſimus. Nonnunquā autem abſtinebat eti- am ab uſu ignis. Cumque ſic perueniſſet ad omnem humanam virtutem, fuit citō cla- riſſimus omnium ſui temporis. Seipſum ergō tradit eccleſię Antiochena: & cum pro- ceſſiſſet ad Sacerdotium, conſtituit illic maximum ludum literarium, ijs, qui vbiq; erant ſtudioſiſſimi, aliundē ad ipſum accedentibus. In celeriter autem ſcribendo erat exercitatus, & quod ex eo acquirebat, ſimul quidem & ſibi ad alimentū, & pauperibus ſuppeditabat. Etenim niſi, priuſquam ipſe cibum ſumeret, alij viētūs, quem manibus querebat, eſſent participes, iniquum eſſe ducebat. Is ergō cum vidiffet ſacros libros eſ- ſe valdē adulteratos, cum & tempus multa in eis corrupiſſet, continuāq; ab alijs in alia trāſlatio, & quidam homines ſcleratiſſimi, qui gentilitati pręferant, conati eſſent per- uertere eorum intelligentiam, ipſe omnes rursus ſumpſit, & ex lingua renouauit He- braica, quam ipſam quoque ſciebat accuratiſſimē, in eis corrigendis plurimū laboris conferens. Porro autem diuinorum quoque dogmatum puritatem quis ab alio ex ijs, qui fuerunt illo tempore, melius quam ab ipſo fuiſſe ſeruata inuenit?

Eusebius & D. Hiero

Cum autē \* Maximianus Imperator maxima quadā rabie eſſet percitus aduerſus Chriſti Eccleſiam, conareturq; Chriſtianum nomen delere ex hominibus, eos, q erant ſummi

ſummi inter omnes, longiſſimē remouere ſtudens, de illo quidem audiit, vt de quo ma- gna fama peruaderet in omnes partes: magnum verò eum inceſſit deſiderium, illum in ſuam redigendi poteſtatem. Mittit igitur, qui eum comprēhenderent. Ille verò cum id reſciuiſſet, non ſe ſua ſponte coniecit in periculum, ſed diligenter cauebat, quantum in eo ſitum erat, nē videretur temerē adire pericula, neque Eccleſiæ propter ſe magnā afferre triftitiā. Sibi ergō cauebat pro viribus, vt pote q hoc quoq; Dominus feciſſet, & dixiſſet, & eius diſcipuli ſimiliter. E ciuitate itaque excedens, in agro quodam latebat. Pancratius autem quidam Antiochenus, qui preſbyteri quidem erat honorem aſſecu- rus, idem verò ſentiebat quod Sabellius, iamdiū antē illius glorię inuidēs, ipſum pro- dit ijs, qui querebant. Et ille quidem Nicomediā ducebatur moriturus. Illic enim erat Maximianus, qui magnam & omne genus cædem faciebat eorum, qui Chriſtum non volebant negare. Nam & Anthimum, qui erat epiſcopus eiſdem Nicomedię, interfe- ctum igni tradidit, & Petrum antiſtitem Alexandria, & multos alios preclaros & fortes viros. Quinetiam ad tantam proceſſit ſauitiam, vt ne infantibus quidem parceret, ſed ipſos quoque interimeret, quoniam nec poterat quidem eis perſuadere, vt guſtarent ea, quę ſacrificabantur dæmonibus. Non enim perſuadebat, ſed reſiſtebant pueri, aperte corroborati à quodam, quod ſub adſpectum aperte nō cadebat, auxilio, ad magis ar- guendam dæmonum, & eorum qui eis inferuunt, non ſolum improbitatem, ſed etiam imbecillitatem: ſiquid aperte erat imbecillitatis, non poſſe firmam ac validam ſu- am reddere ſententiam, maximē cum omnia cuperent, & omnia experirentur. Fuit autē maximum auxilium ijs, qui conſideratē & ex iudicio decertabant, puerorum ad mor- tem uſq; fortitudo & conſtantia, vt qui erubeſcerent, ſi cernerentur pueris inferiores, rebus grauius & aſperis illatis, ſicut illi, non reſiſtentes. Quicunque autem rursus frangerentur periculis, ijs pueroꝝum perſeſſiones afferebant reprehensionem, quod non tam propter malorum grauitatem, quam propter animi mollitiem, eos victos fuiſſe appareret. Sic nihil temerē, nec abſque optima ratione, neque eſt, neque fuit, neque vnquam fuerit eorum, quę à Deo conceduntur & eius prouidentia: quomodo tunc multa quidem varia & multiplicia euenerunt in pueris. Ex quibus omnibus vnum nar- rabo, quod eſt maximē dignum vt mandetur memorię. Sic enim habet:

Maximianus Ma- ximum habent.

Matth. 10.

Maximiani ſauitia.

Infantium virtus.

Mira duos rum infan- tium con- ſtantia.

Nota So- phiſtę cru- dele inuen- tum.

Maximianus cum duos quosdam pueros genere fratres, illuſtri loco natos, curaf- ſet ſiſtendos, primò quidem conabatur eos quibuſdam promiſſis inſcicare, quibus ex- iſtimabat pueros maximē illiciendos. Poſtea iuſſit eis afferri ex ijs, quę erāt apud ipſum, ſacrificijs, & quę videntibus pueris, ſacrificauerat, vt & guſtarent, & nullis malis affice- rentur. Illis autem auerſantibus, & deſentibus, & vt poterant, lingua eis balbutiēte di- centibus, quod non ſic didiciſſent à parentibus: ſed alius eſſet modus, quo ij vteban- tur, minatus eſt, ab ira mutatus: quinetiam varijs eos affecit verberibus. Cum verò pueri fortiter reſiſterent, & nullo modo cederent, eos utique diuina roborante virtute, quidam è Sophiſtis, qui illic aderat ſimul cum Imperatore, & ad hęc eum maximē in- citabat & inducebat, pollicitus eſt ſe ſtatim eſſe ſtutum, vt ipſi comederent. Ridiculum enim eſſe dicebat, ſi à pueris adhuc balbutientibus viderentur ſuperari Romanorum Imperatores. Tale quid ergō machinatur: Cum ſinapij quandam acutiſſimam & tole- ratu difficiliſſimam excogitaſſet confectionem, eorum quidē capita pilis nudauit. Cum autem medicamenti id, quod erat craſſiſſimum, illiuiſſet, vt ex maiore materia, repen- tina & maior ſimul virtus profundum penetraret, in igne accenſum eos intulit balne- um. Hoc in loco pueri, cum veluti quodam fulmine iſta eſſent eorum capita, hac ipſa hora fuerunt inclinati ad ſolum uſque. Nec multò poſt cadens eorum etate minor, pri- or eſt mortuus, cum non potuiſſet reſiſtere magnitudini flamme accenſę in caluaria. Cum autem alter vidiffet fratrem ceciſſe, quā maxima potuit voce bona verba eſt eſſatus, fratris exultans victoria, eumque amplexus eſt & oſculatus, & eum proclama- uit victorem, aſſiduē exclamans: Frater mi vicisti: donc hoc dictum eloquens, eumq; complectens & oſculans, ipſe quoque expirauit & iacuit, fratrem iam vlnis tenens. Ac- cidit autem illo tempore hęc perpeſſio maxima & ijs, qui videbant, maximē miſerabi- lis, ipſa quidem certē aetate attrahente plurimorum animos ad miſericordiam. Et eos quidem ij, qui ad ipſos genere attinebant, cum ſuſtuliffent, ſepeliērant cum alijs pue- ris, propter cauſam communitatē. Et hoc eſt martyrium circa Nicomediā, quod no- minatur martyrium infantium, uſque in hodiernam diem.

Cum



Lucianus  
confirmat  
militis  
euerfos.

Cum autem Lucianus, dum duceretur, venisset in Cappadocia, & conuenisset quosdam illic milites, qui erant quidem Christiani, coacti autem fuerant abnegare, eorum mentem reuocauit, ostendens & exponens, quod sit omnium turpissimum, viros eosque milites, videri ignauos ac pusillanimes, & ad mortis aditum periculum timidissimos, quibus quaedam iam foemina, atque adeo pueri, suere superiores. Quomodo autem vos inquit, pro Rege caduco & terreno pericula adibitis, qui caeleste tam cito perdidistis? Quod autem erit vobis munimentum aut praesidium salutis, si ille vos mox hinc accesserit? Non cogitatis eum hoc vniuersum & regere, & administrare illumque, & vitae esse dispensatorem, & mortis Dominum? Est ergo longe melius, praesentem vitam minus curantes, consequi, quae apud illum nunquam desinit, beatitudinem, quam vitam, quae hinc est, amplectentes, ab hac nihilo secius excidere, ut qui forte sitis & hac priuati ab hostibus, & illam non assecuturi, & praeterea daturi poenas puniendi immortales. Illi ergo cum haec audiissent respicerunt, & eos poenituit se negasse. Et cum rursus ad se redissent, & libere essent locuti, plurimi propter Christum mortem subiierunt, cum essent non pauciores numero quam quadraginta: nonnulli autem cum decertassent aduersus omnia genera suppliciorum, vixerunt adhuc, cum nihil turpe & ignauium praese tulissent in secunda experientia, sed prius quoque iudicium negationis, inuicta deinceps pro pietate constantia deleuissent.

Perducitur  
Nicomedia

Lucianus autem, cum in transitu itineris haec, & plura huiusmodi effecisset, delatus est Nicomediam. Huius autem viri fuere multi familiares, & ex ijs nonnulli cum eo aderant decertante Nicomediae. Ex quibus aliqui cum ad eos accessissent, qui cogebant Christianos ritum sequi gentium, primum quidem cesserunt, ut qui non possent tormentis sufficere: at cum diuinus Lucianus (adhuc enim vivebat) eos ad se accessuisset, & omne genus sermonibus eorum animos correxisset, & quantum sit transgressionis periculum, ostendisset, & quod nemo eorum, qui suam prodiderit in Christum confessionem, effugiet flammam gehennae, quae non potest extinguere, ducti poenitentia, ab eo redacti sunt in ecclesiam. Ex ijs autem, qui ad Lucianum venerant Nicomediam, erat etiam Antoninus, discipulorum suorum dilectissimus: quo, postquam venit, vsus est ministro ad scribendas epistolas, ut ipse quoque ostendit Lucianus in vna epistola. Ex ijs autem, qui aberant, erant quidem plures viri, ex mulieribus autem Eustolia, & Dorothea, & Seuera. Aiunt autem Pelagiam quoque, fuisse ex eius discipulis, quae Antiochia Syriae vixit: quae etiam dicitur seipsam esse relictam altissimo deiecit, cum accessissent, qui eam erant comprehensuri, timens ne abominandum quid per vim sustineret, (erat enim virgo) & eo modo esse mortuam: quam etiam in hodiernum vsque diem honorat, tantquam martyrem, qui sunt amantes martyrum.

Pelagia  
martyr.

Reuerentia  
vultus S.  
Luciani.

Porro autem cum de Luciano a multis audiret Maximianus, tantam in eius facie insidere reuerentiam, ut si eum solum vidisset, veniret in periculum ne fieret Christianus, postquam iussit, ut ille adduceretur, timens ne sibi tale quid accideret, velo interiecto, separavit sermonis congressionem, & verba procul ad eum mittebat, intermedio vtens sermonis ministro. Et primum quidem pollicebatur se innumerabilia ei esse largituri, & rerum gerendarum habiturum eum esse consiliarium, & patrem Imperatoris dignitatis, & socium sollicitudinis, quae pro summa rerum suscipitur, & plura alia huiusmodi: pro quibus omnibus vnum solum dicebat se petere, nempe ut dijs sacrificaret. Cum autem ille, audita donorum magnitudine, quae de eis dicebatur, nihili fecisset, & ne vniuersum quidem mundum esse cum pietate in Deum conferendum dixisset, tunc iam mutatus Imperator, minatus est se ad supplicium ei esse intentaturum, quicquid longum tempus inuenisset, & si quid ipse posset inuenire nouum & inauditum. Illo autem aduersus haec interritam opponente audaciam, & parato prodire in aciem, valde indignatus Imperator, eum quidem noluit quamprimum tollere de medio: putabat enim se sic ei gratificaturum, ut qui eum illico liberaret a malis: sed iussit in carcerem coniectum torqueri varijs modis.

Diris afficitur  
cruciatibus  
Lucianus.

Cum eum ergo accepissent, ijs, quibus hoc erat imperatum, eum multis & varijs afficere cruciatibus, quibus erat quidem grauem accepturus dolorem, longo autem tempore in poenis duraturus. Et nunc quidem in cippum (est autem hoc tormenti genus oblongum) ambos eius pedes immittebant, ad quatuor distrahentes foramina: quod quidem est in hoc supplicio grauissimum, cum vtrinque coxendices violenter a suis moueantur articulis: nunc autem in toto dorso graues testarum aculeos, densos & continuos mali-

maligno animo substernebant: & vt ne liceret quidem viro iusto se vertere, & ne moueri quidem, dum talibus fauciretur aculeis, eius manibus extensis, eas vinciebant in quodam ligno, quod erat positum super eius caput. Quinetiam alijs quoque multis eum afficiebant probris ac contumelijs, & eum etiam arcebant ab omni cibo, nisi vellet vesci ijs, quae ab ipsis sacrificabantur: ea enim assatim porrigebant. Ille autem maluisset subire mortes vel innumerabiles, & lubentius manens ieiunus, paulatim a fame esset consumptus, quam vel illorum solum passus esset conspectum. Sic igitur permansit Christi seruus, qui a fame consumebatur, totos quatuordecim dies, faciens consueta, & verbis doctrinae animum addens ijs, qui pro Christo erant inclusi in carcere, & eos confirmans constantissimis & perpetuis precibus.

Cum autem aliquot iam dies transissent, ex quo eo modo, quo diximus, affligebatur, & iam appropinquaret quidem dies festus Theophaniorum, discipulos autem (iam enim ei plures aderant ex Antiochia, & ex alijs locis congregati) subiisset tristitia, reputantes fore, ut eis statim relictis, abeat quidem magister, non valens resistere diuturne illi fami: ipsi autem nequaquam digni censeantur, qui Theophanie diem festum cum eo celebrarent: videbatur enim eis esse adhuc valde remotus, & non posse magistri corpus vsque ad eum diem sufficere, ut potest quod inedia illud iam magna ex parte consumpsisset, vir ille inclutus eos consolans, iubebat esse bono animo. Ero enim, inquit, vobiscum, & diem festum Theophaniorum vobiscum celebrabo: recedam autem postridie. Ad effectum autem deductum fuit id, quod dixerat, aperte diuina in hoc ostensa virtute. Cum ergo aduenisset dies festus, qui expectabatur, desiderabant quidem discipuli hanc vltimam a magistro consequi mysterij diuini celebrationem. Videbatur autem esse dubium, quoniam modo mensam quidem in carcerem inferrent, aut laterent impiorum oculos, cum multi quidem tunc partim illic adessent, partim autem accederent. Ille vero, Mensa quidem, inquit, erit vobis hoc meum pectus, non, ut arbitror, Deo futura minus honesta ea, quae sit ex inanimata materia. Templum autem sanctum vos mihi eritis, me omni ex parte circumdantes. Et sic haec facta quidem sunt hoc modo. Iam enim, ut quod esset sanctus in fine vitae, & remissi erant custodes, Deo, ut ego quidem arbitror, qui martyrem honorare volebat, & suorum discipulorum non sustinebat inconsolabile videri desiderium, efficiente, ut citra impedimentum fierent ea, quae erant proposita. Nam cum omnes eos martyr fecisset in orbem consistere, ut inter se inuicem alter prope alterum stantes, eum tuto comprehenderent, iussit suo pectori imponi signa diuini sacrificij. Postquam autem haec fecissent, & in caelum protinus sustulit obtutum, cum iam vix posset extollere, & preces peregit consuetae. Deinde cum diuina plurima esset effatus, & sacro ritu omnia peregisset proposita, ipse & fuit particeps sacramentorum, & transfudit ad eos, qui aberant, ut ipse quoque ostendit in vltima ad eos epistola. Et hunc quidem diem cum eis transegit, sicut erat pollicitus.

Postridie autem cum venissent quidam ab Imperatore, visuri an adhuc viueret, (videbatur enim eis valde mirandum, quod vitam hucusque, produxisset) postquam prope se stantes adspexit eos, qui aduenerant, cum se, quantum poterat, extendisset, & ter dixisset: Sum Christianus, simul cum vltima voce emisit spiritum. Sunt autem, qui dicant eum adhuc spirantem, proiectum fuisse in profundum maris. Maximianus enim admiratus eius perpetuam ad finem vsque constantiam, iussit ijs, qui in eiusmodi rebus inseruiunt, ipsum in mare iacere, cum magnum lapidem appenderent brachio eius dextero, ut submersus nusquam appareret, & corpus eius nullam assequeretur sepulturam, nec iusta ei fierent. Atque fuit quidem in profundo quatuordecim dies, nempe totidem, quot in carcere decertarat aduersus varias corporis perpeffiones. Quintodecimo autem delphinus in siccum eum hoc modo extulit: Cum eius discipuli circa ripas & litora, alius alibi versarentur, ut viderent, si quo modo possent eum a mari eiectum inuenire, tempore autem hyberno id valde esset turbatum: diuturnum tempus effecit, ut planè desperarent se posse id inuenire.

Interim vero adueniente quintodecimo die, martyr in somnis apparuit cuidam Glycerio, germano suo discipulo, qui tunc versabatur in regione aduersa continenti Nicomediae, dicit ei: O tu, cum primum mane surrexeris, abi in hunc locum, ostendens locum litoris. Te enim, inquit, conueniam, cum illuc veneris. Ille autem, cum primum ex magna euidencia & admiratione eorum, quae ostensa fuerant, eum somnus dimisisset,

Dies festus  
Theophaniorum.

Prophetia  
S. Luciani.

Reddit Domino  
spiratum.

Corpus eius  
diu in mare  
postum,  
inde effertur.

Delphinus  
illud effert.

& iam dies illucesceret, surgens, & quosdam alios ex pijs secum assumens, cum eis venit in locum, qui fuerat ei significatus. In eo autem ingens delphinus ascendebat è mari, iam ex eo emergens: qui cum esset extensus super aquæ superficiem, valdè spirabat, & ad terram contendebar: eratque circa ipsum multa spuma, & murmur fluctuum, qui ab ipso scindebantur. Ferebat autem extensum mortuum, tanquam in lecto iacentem. Eratque spectaculum admirabile, super corpus aded lubricum & rotundum quietè manens mortuus, & nec à suo pondere, neque à vi fluctu deuolutus ab eo, quod ipsum portabat, vehiculo. Cum autem delphinus fuisset prope continentem, fluctu sublimè fuit sublatu, & terræ id appulit. Atque ille quidem statim expirauit.

Corpus illud  
sum & integrum,  
demum  
per manu,  
visitur.

Mortuus autem, statim in arenam delatus, iacebat saluus & omni ex parte integer, nisi quod manus dextera, cui lapis fuerat appensus, non est corpus quoque reliquum consecuta. Et sunt quidem qui dicunt, eam nec postea quidem fuisse è mari emissam, sed mansisse in profundo, esse etiam id, quod Deo visum fuit. Nonnulli autem dicunt, eam quoque non ita multo post fuisse redditam, cum effluxisset ei vinculum, eamque in terram delatam, cum sustulissent ij, qui aderant, restitutam fuisse rursus in eandem compagem corporis. Hoc autem accidit manui, cum Deus, ut arbitror, eam seorsum voluisset honorare, ut qui acceptum habuisset laborem, qui per eum fuit susceptus in corrigendis scripturis. Nam in perpeffionibus, quas pro Christo susceperat, in maiori honore fuit ea, que erat grauior. Non autem existimabit quispiam, corpus mortuum à delphino casu fuisse allatum, neque id factum fuisse fortè fortuna. Nam quod reuera quidè delphinus eum eo modo, qui dictus est, exportarit, videtur esse manifestissimum, cum multi, qui fuerunt illo tempore, huius fecerint mentionem. Quinetiam ipse quoque scio ab ineunte ætate de illo cani solitum hoc, cuius hæc est pars extrema:

In terram dorso portansque ex æquore delphin, Expirauit.

Quod autem non factum sit casu, vel maximè quidem ostendit ipsa magnitudo miraculi, quod factum est. Somnium quoque, quod propter id euenit. Quinetiam ea quoque, quæ postea sunt ostensa. E mari enim exportatum corpus, erat insigne miraculum ijs, qui contèplabantur, ut quod præter id, quod in mari acciderat, illæ sum alioqui maneret, & nec mare tam multis diebus ei nocuisset, neque vlli pisces id tetigissent, neque vllus malus odor illinc emitteretur: aded ut esset omni ex parte manifestum, fuisse diuinum id, quod factum est.

Neque verò prius aliquo contemptu, neque quod eum non posset defendere, fuit Deus tanta pericula adire martyrem. Neque nunc sine iustissima causa fuit ei disiungi manum à reliquo corpore is, qui in eo tam multa fecerat miracula. Sed & tunc vniuersam ornaturus eius virtutem, vocauit ipsum ad societatem passionum sui filij, optimam & iustissimam ei præbens occasionem ad hoc, ut ipsum quoque illius impertiret gloria. Et hæc est mihi communis ratio in omnibus martyribus, id est, testibus veritatis. Nunc autem volens confirmare studium, quod contulit in sacras scripturas, esse opus plurimi faciendum, manum, quæ ei propriè hac in re inseruijt, voluit etiam proprijs honorare passionibus: quomodo etiam, ut arbitror, solent spectatores fertis redimere brachia athletarum. Quod si quis etiam crediderit eam in mari mansisse, ei licet & hæc considerare, & quod Deus miraculis sæpè etiam admiscet ea, que procedunt à natura: ut per illa quidem ostendatur virtus effectrix miraculorum, per hæc autem fides quoque habeatur naturæ. Sed hæc quidem, & propter quam causam vnumquodque cõtingit, purè demum sciat is, qui hæc administrat. Quinetiam in singulis eorum, quæ ab ipso admirabiliter fiunt & geruntur, didicerit quisque aliam quoque esse arcanam, & que sit supra nos rationem, optimamque, & que comprehendere non potest, administrationem, neque temerè aliquid fieri aut fortuito.

Tunc ergo sic à Delphino exportatum corpus, delatum est in arenam. Concurrentes autem discipuli, primùm quidem, ut decebat, id saluabant, alius aliunde venientes, & osculabantur, & amplectebantur, vnusquisque pro viribus, ob promptum & alacrum animi studium. Deindè verò cum id sumpsissent, & proprijs manibus extulissent, & ei iusta omnia de more fecissent, in loco insigni deposuerunt. Et tunc quidem illi sepulcrum, quale potuerunt, prout tempus vrgebat, statuerunt. Postea autem, que nobis salutarem Domini restituit crucem, & magnum inter claros Imperatores genuit Constantinum, veneranda Helena, quando reuertebatur Hierosolymis, locum honorans, & in

co

eo condidit ciuitatem, conuocatis habitatoribus ex ijs, quæ circuncirca erant, regionibus, & effectis operis participibus, & validis eam cinxit mœnibus, & martyri templum ædificauit maximum: quod nunc quoque insigne & pulchrè extructum cernitur ab ijs, qui & terra, & mari ingrediuntur ac nauigant: Ad gloriam Domini nostri IESV Christi, & eorum, qui propter ipsum decertauerunt: Quoniam eum decet gloria in secula seculorum, Amen.

Helenopolis.  
S. Helena  
martyri Luciano  
templum maximum  
ædificauit.

### VITA S. SEVERINI, NORICI APOSTOLI, PER EVGIPPIVM ABBATEM EIVS CONTEMPORAN-

neum: *quanquam non dubito quædam hic omiſſa ab eo, vnde nos hæc descripsimus.*



EMPORE, quo Attila rex Hunnorum defunctus est, in vtraque Pannonia, cæterisque confinij Danubij, res turbabantur ambigua, ac primùm inter filios eius de obrinendo regno magna sunt exorta certamina: qui morbo iniquæ dominationis inflati, materiam sui sceleris accepere patris interitum. Quibus diebus sanctissimus Dei famulus Seuerinus de partibus Orientis in Pannoniam veniens, morabatur in oppido, quod Casturis dicitur: vbi secundum Evangelicam & Apostolicam doctrinam viuens, omni pietate præditus, in confessione Catholice fidei venerabile propositum sanctis operibus adimplebat. Dum ergo talibus exercitijs roboratus, palmam supernæ vocationis sequeretur, & quodam die ad ecclesiam ex more processisset, cepit presbyteris & clero atque omnibus ciuibus tota mentis humilitate prædicere, ut hostium insidias imminentes, orationibus & ieiunijs ac misericordie fructibus inhiherent. Sed animi contumaces ac desiderijs carnalibus inclinati, viri Dei talia prædicentis oracula, infidelitatis sue reprobauerunt crimine. Famulus itaque Domini reuersus ad hospitium, quo ab ecclesie fuerat custode susceptus, diem & horam imminentis excidij prodens, De contumaci, ait, oppido & citius perituro, festinus abscedo.

S. Seuerinus  
venit in  
Pannonia.

Horatur  
homines ad  
opera pietatis.

Indè abiens, ad proximū, quod Comagenis appellatur, oppidum declinavit: quod videlicet hostium intrinsecus consistentium custodia seruabatur arctissima, nullique ingrediendi aut egrediendi facile licentia præstatur, inita tantum cum solis Romanis pace stabili, ac foedere fidei. A quibus tamen famulus Dei, cum esset ignotus, nec interrogatus est, nec expulsus. Itaque mox ingressus ecclesiam, cunctos de salute propria desperantes, ieiunio & orationibus ac elemosynis hortabatur armari, proponens antiquæ salutis exempla, quibus diuina protectio populum suum contra opinionem omnium saluasset mirabiliter. Cumque salutem omnium in ipso discriminis articulo promittenti credere dubitarent, senex, qui dudum in Casturis ciuitate tanti hospitis susceptor extiterat, aduenit, atque à portarum custodibus sollicita interrogatione discussus, interitum sui oppidi habitu verboque monstrauit, adiciens eodem die, quem homo Dei prædixerat, Barbarorum vastatione deletum. Quo audito, custodes solliciti responderunt: Putas ne ipse est, qui desperatis rebus, Dei nobis auxilia pollicetur? Mox igitur in ecclesia Dei famulo recognito, senex eius pedibus prostratus, aiebat ipsius se meritis liberatum, nè cum cæteris oppidanis subiret excidium. His auditis, habitatores memorati oppidi incredulitatis suæ veniam postulantes, iuxta monita viri Dei operibus sanctis insistere coeperunt, ieiunijsque dediti & in ecclesia per triduum congregati, præterita errata castigabant gemitibus atque lamētis. Die autem tertio, cum vesperini sacrificij solennitas impleretur, facto subito terræ motu, ita sunt hostes intrinsecus habitantes exterriti, ut exeuntes, fugam velociter inirent, æstimantes se quam uicinorum hostium obsidione vallatos: auctoque terrore diuinitus, & noctis errore confusi, mutuis se gladijs cõciderunt. Tali ergo aduersarijs internecone cõsumptis, diuino plebs seruata præsidio per sanctum virum, armis didicit pugnare cælestibus.

Ieiunijs &  
elemosynis  
docet  
armari.

Ita placatur  
iratus Deus

Hostes ex  
vrbe fugiunt.

Eodem tempore ciuitatem, Fabianis nomine, sæua fames oppresserat: cuius habitatores vnicum sibi remedium adfore crediderunt, si à suprascripto oppido Comagenis hominem Dei Seuerinum religiosum ad se precibus inuitarēt. Quos ille ad se venire præ-

Fabiana,  
vrbs est, que  
nunc Vienna  
Austriæ  
noscens,  
appellatur.

nosces, cum hæsitareret, vtrum pergeret cum eis, nec ne, admonetur à Domino, vt pergeret cum illis. Veniens igitur ad prædictam ciuitatem, coepit suadere, dicens: Poenitentię fructibus poteritis de tanta famis pernicie liberari. Qui cum talibus proficeret institutis, beatissimus Seuerinus diuina reuelatione cognouit, quandam viduam nomine Proculam, fruges plurimas occultasse. Hanc nimirum productam in mediũ, arguit vehementer. Cur, inquit, tam nobilissimis orta natalibus, cupiditatibus te præbes ancillam & avaritiæ mancipium, quæ est, teste Apostolo, idolorum seruitus? Ecce Domino famulis suis misericorditer consulente, tu quid de malè partis facias, non habes, nisi fortè frumenta diu denegata, in Danubij fluente projiciens, piscibus exhibeas, quæ hominibus denegasti. Quamobrem subueni tibi potius, quam pauperibus, ex his, quæ adhuc te estimas, Christo esuriens, reseruare. Quibus auditis, magno mulier pauore perterrita, coepit seruatalibenter pauperibus erogare. Nec multò post naues de partibus Rhetiarum, mercibus onustæ quamplurimis, insperatè videntur in litore Danubij, quæ multis diebus crassa fluminis glacie fuerant congelatæ: sed Dei tunc imperio solutæ, ciborum copias laborantibus illis detulerunt. Coeperunt igitur omnes Deum, insperati remedij largitorem, continua deuotione laudare, qui se tabe diuturnæ famis interire crediderunt, fatentes euidentiùs, extra legitimum tempus, glaciali solutas frigore, serui Dei precibus aduenisse.

**Irruptio Barbarorũ.** Per idem tempus inopinata subreptione prædones ac barbari, quæcunq; extra muros hominum pecudumque repererant, duxerunt captiua. Tunc plures è ciuibus ad virum Dei cum lachrymis cõfluentes, illatæ calamitatis exitium retulerunt, simul ostendentes indicia recentium rapinarum. Ille verò Mamertinum tribunal percontatus est, vtrum aliquos secum haberet armatos, cum quibus latrunculos persequeretur instantiùs. Qui respondit: Milites quidem habeo paucissimos, & idèd non audeo cum tanta hominum multitudine conficere. Quod si tua veneratione præcipis, quantum auxilium nobis desit armorum, credimus tamen tua nos fieri oratione victores. Christi famulus ait: Etiam si inermes sint tui milites, nunc ab hostibus armauntur. Neque enim numerus aut humana fortitudo requiritur, vbi Deus pugnator comprobatur. Tantum in nomine Domini perge velociter, perge confideter: nam Deo misericorditer præeunte, debilis quisque fortissimus apparebit. Dominus pro vobis pugnabit, & vos tacebitis. Hoc vnum ante omnia seruabis, vt ad me, quos ex Barbaris ceperis, incolumes perducas. Exeuntes igitur, in secundo milliario super riuum, qui dicitur Taguntia, prædictos prædones inuenerunt: quibus in fugam repente conuersis, arma omnium sustulerunt: cæteros viros ad Dei famulum, vt præceperat, captiuos adduxerunt. Quos absolutos vinculis, ciboque ac potu resectos, paucis alloquitur, dicens: Ite, & vestris nunciate complicitibus, nè auiditate prædandi vltra huc audeant propinquare. nam certè statim cælestis vindictæ iudicio punientur, Deo pro suis famulis dimicante.

**Rugiorum rex consulit S. Seuerinũ.** Rugiorum rex, nomine Flacitheus, in ipsis regni sui coepit nutare primordijs, habens Gotthos ex inferiori Pannonia vehementer infensos, quorum innumerabili multitudine terrebaratur. Is ergò beatissimum Seuerinum in suis periculis tanquam cæleste consulebat oraculum. Siquidem dum vehementiùs turbaretur, veniens ad hominem Dei, deslebat se à Gotthorum principibus ad Italiam transitum postulasse, à quibus se non dubitabat, quia hoc ei denegatum fuerat, occidendum. Respondit ei vir Domini Seuerinus: Si nos omnes vna fides Catholica anneæret, magis me de vitæ perpetuitate consulere debuisti: sed quia de presenti tantum salute sollicitus es, ausculta quæ dico: Gotthorum aduersitate non turbaberis: immò discedentibus eis, quanto cyùs tu desiderata prosperitate regnabis: humilitatis tamen meæ monita noli contempnere. Non tepigeat pacem expetere etiam minimorum: nunquam de proprijs virtutibus confidas: Maledictus, inquit scriptura, qui cõfidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Disce igitur insidias cauere, non ponere, in lectulo quippe tuo pacifico sine transibis. Tali animatus oraculo rex prædictus, dum lectus & alacer abscederet, perlato sibi, quòd turba latrocinantium Barbarorum aliquos captiuasset ex Rugijs, ad virum Dei protinùs misit consulendum. Qui sanctis eum mandatis, nè prædones sequeretur, Domino reuelante præmonuit, dicens: Si eos secutus fueris, occideris. Caue, nè amnem trãseas, & insidijs, quæ tibi tribus in locis paratæ sunt, impronida mente succumbas. Cito enim nuncius adueniet, qui te de his

omni.

omnibus efficiet certiorum. Duo deinde captiuorum ab his hostium sedibus fugientes, ea per ordinem retulerunt, quæ beatissimus vir prædixerat. Igitur frustratis insidijs aduersantium, Flacitheus incrementis auctus prosperioribus, vitam rebus tranquillissimis terminauit.

Interea Odoacer, qui postea regnauit in Italia, vilissimoque tunc habitu iuuenis statura procerus aduenit: qui dum se, nè humilimè tectum cellulæ suo vertice contingeret, inclinasset, à viro Dei gloriosum se fore cognouit. Cui etiam valedicenti, Vade, inquit, ad Italiam, vilissimis pellibus nunc coopertus, sed multis citò plurima largiturus.

Feletheus quoque rex, memorati Flacitheus filius, paternam secutus industriam, sanctum virum pro regni sui coepit frequentare primordijs. Hunc coniunx eius feralis & noxia, nomine Gisa, semper à remedijs clementiæ retardabat. Hæc enim inter cætera iniquitatis suæ contagia, etiam rebaptizari debere catholicos aliquos conata est, sed ob sancti reuerentiam Seuerini non consentiente viro, à sacrilega quantocyùs intentione defecit: Romanos tamen duris conditionibus aggrauans, quos etiam Danubium vsque iubebat abduci. Nam cum quadam die in proximo Fabianis vico veniens, aliquos ad se trãferri Danubium præcepisset, vilissimis illic ministerijs seruitutis damnandos, dirigens ad eam virum Dei, vt eos dimitteret, postulabat. Verum illa facibus furoris exastuans, mandata iussit reportari asperrima: Ora tibi, inquit, serue Dei, intra cellam tuam delitescens: liceat nobis de seruis nostris ordinare, quod volumus. Audiens autem hæc homo Dei, Confido, ait, in Domino meo Iesu Christo, quia necessitate cogatur explere, quod praua despexit voluntate. Et continuo velox secuta correptio, prostravit animum arrogantis. Quosdam enim aurifices barbaros pro fabricandis regalibus ornamentis clauserat arcta custodia. Ad hos filius memorati regis admodum paruulus, nomine Fridericus, eodem die, quo regina seruum Dei contempserat, puerili leuitate concitus introiuit. Tunc aurifices pectori infantis gladium imposuere, dicentes, quòd si quis ad eos absque iuramenti præsidio ingredi conaretur, moreretur, paruulumque regium primitus transfigentes, semetipfos postea trucidarent: quippe cum nullam spem vitæ sibi promitterent, macerati diuturnis ergastulis. His auditis, regina crudelis & impia, vestibus præ dolore conscissis, talia clamitabat: O serue Dei Seuerine, sic illatæ vindicantur iniuriæ? Hanc mei contemptus vltionem effusis precibus postulasti, vt in mea viscera vindicares? Itaque multiplici contritione ac miserabili lamentatione discurrens, fatebatur se pro scelere contemptus, quod in seruũ Dei commiserat, plagæ præsentis vltione percelli. Confestimque directis equitibus veniam poscens, Romanos, pro quibus rogantem contempserat, transmisit, & abiens ad ergastulum, vbi aurifices operabantur, dato eis sacramento euadendi mortem, sospitem suum recepit infantem. Mox etiam & illi dimissi, abierrunt in sua cum gaudio magno. His auditis, reuerentissimus Seuerinus gratias creatori referebat immensas: qui ob hoc interdum differt vota poscentium, vt fide, spe, & charitate crescente, dum minora petuntur, maiora concedat. Denique id egit omnipotentis Saluatoris misericordia, vt dum liberam mulierem, sed nimium crudelem, subiecit seruituti, seruientes cogere tur reddere libertati. Quibus itaque impetratis, regina tamen ad seruũ Dei properas vnà cum marito, monstrat filium, quem fatebatur illius orationibus de mortis confinio liberatum: promittens, se nequaquam vltra iussionibus eius obuiare.

Dum hæc agerentur, nuncius sancti viri, quem pro deferendis reliquijs sanctorum martyrum Geruasij & Protasij direxerat, eius se conspectibus præsentauit. At ille condigno honore suscipiens allata munuscula, in quadam basilica collocauit officio sacerdotum. Quo videlicet in loco plurimorum martyrum congregauit reliquias: quas tamen semper, præeunte reuelatione, emeruit accipere, sciens aduersarium sepe sub nomine sanctitatis subreperere.

Episcopatus plerumque honorem vt susciperet, postulatus, præfinita responsione conclusit, sufficere sibi dicens, quòd solitudine desiderata priuatus, ad illam diuinitus venisset prouinciam, in qua turbis tribulantium frequentius interesset. Daturus nihilominus formam monachis, sollicitus admonere beatorum patrum vestigijs inherere, quibus sanctæ conuersationis acquireretur instructio: adhibendaque operam ei, qui parètes reliquit & seculum, nè pompe secularis illecebras, respiciendo retrorsum, cuperet, quas vitauerat: & ad hoc, vxoris Lot exemplum terribile proponebat.

Ephes.

Viennenses fame laborantes, releuantur.

Irruptio Barbarorũ.

Fugiunt Barbari, relicta armis.

Rugiorum rex consulit S. Seuerinũ.

Prædicat illi futura, cuius optime insituit.

Ierc. 17.

Detegit potestas regi insidias.

Odoaceri quæ prædicta xerit.

Hunc Cræzius vocat Phelreum. Gisa crudelis foemina.

Dat poenas contemptus sui in S. Seuerinum.

Reuerenter accipit &amp; colligit sanctorum reliquias.

Episcopus oblatos recusat. Docet monachos optime.

Gen. 19.

Memorabat etiam, timore Domini mortificanda esse incontinentia libidinum: nec aliter superanda corporeæ delectationis afferebat incendia, nisi fuissent per Dei gratiam la- chrymarum fonte restincta.

Prædicat  
cuidam su-  
um pericu-  
lum.

Quidam nomine Maurus, monasterij, cui beatus Seuerinus præerat, fuit ædituus, quem & ipse vir Domini redemerat de manu Barbarorum. Huic quadam die præcepit, dicens: Caue, nè alicubi hodiè digrediaris: alioquin imminenti periculo nõ carebis. At ille cõtra præceptum tanti patris, secularis cuiusdam hominis persuasum, meridie ad colligenda poma in secundo à prædicta ciuitate Fabianis milliario egressus, mox à Barbaris Danubium trãsuectus est cum suo persuasore captiuus. Eadem hora vir Dei dum in cella legeret, clauso repente codice, Maurum, ait, citò requirite. Quo nusquam re- perto, ipse quantocyus fluëra Istri prætermeas, latrones properanter insequitur. Cui- us venerandam præsentiam latrones minimè ferentes, supplices quos ceperant, red- didere captiuos.

Celebris  
eius fama.

Dum adhuc Noriciripensis oppida superiora constarent, & penè nullum castellum Barbarorum intraret incurfus, tam celebris S. Seuerini flagrabat opinio, vt certatim eum ad se singula castella pro suis munitionibus inuitarent, credentes quòd eius præ- sentia nihil eis deueniret aduersi. Quodam tempore in confinio castelli, quod dicitur Cocullis, locustæ frugum consumptrices infederant copiose, noxijs moribus cuncta vastantes. Tali ergò percussu peste presbyteri, ceterique mansores, sanctum Seuerinũ summis precibus adire, dicentes: Vt tantę plagę auferatur atrocitas, orationum tu- arum experta suffragia postulamus, quę magno dudum miraculo in accensis caliths cereis multum apud Dominum valere conspeximus. Quos ille religiosus allocutus:

Ioel. 2.

Non legistis, ait, quid diuina autoritas peccanti populo præceperit per prophetam, di- cens: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu, & post pauca: Sancti- ficate ieiunium, vocate cõerum, congregate ecclesiam, &c. Explete itaque dignis ope- ribus, quę docetis, vt malitiam præsentem facillè euadatis. Nullus vestrum ad agrum exeat, quasi humana sollicitudine locustas veriturus, nè diuina amplius indignatio pro- uocetur. Nec mora, omnibus in ecclesia congregatis, vnusquisque in ordine suo psal- lebat & more, omnis ætas & sexus, qui enim voce non poterat, preces Deo fletibus of- ferebant. Elemosynę verò fieri non cessabant, & quicquid bonorum operum præsens

Contra los-  
culturam in-  
festationē  
quid agen-  
dum docer-  
rit.

necessitas exigebat, sicut famulus Dei præceperat, implebatur. Omnibus ergò huiusce- modi studijs occupatis, quidam pauper opus Dei ceoptum deserens, & agrum proprię segetis inuisens, pro causa, quę parua inter aliorum segetes iacebat, egressus est, to- toque anxius die locustarum nubem impendentem, qua potuit, exturbauit industria, moxque ecclesiam communicaturus intrauit. Sed segetem eius exiguam, multis vici- norum circumdaram frugibus, locustarum densitas deuorauit. Quibus ea nocte ab illis finibus exterminatis imperio diuino, probatum est, quantum valeat fidelis oratio. Ma- nè quippe sancti operis temerator atque contemptor, rursus ad agrum suum malè se- curus egrediens, eum locustarum pernicie funditus inuenit abrasum, & omnium cir- cunquaque sationes integras vehementer admirans, ad castellum luctuosa vociferati- one reuertitur. Cumque hoc quod acciderat, indicasset, ad huiusmodi videndũ cun- cti exière miraculum: vbi quasi ad lineam regularem, contumacis hominis segetem lo- custarum morsus ostenderat. Tunc omnium vestigijs prouolutus, intercessionibus eo- rum delicti sui veniam fusa lamentatione poscebat. Ob quam rem monendi occasiõẽ homo Dei reperiens, docebat vniuersos, vt omnipotenti Domino discerent obedire, cuius imperio obediunt & locustæ. Prædictus verò pauper flebiliter aiebat, posse se man- datis deceterò obedire, si vlla sibi spes, qua viueret, remansisset. Tunc vir Dei ceteros al- locutus, iustum est, inquit, vt Deo omnipotenti gratias agatis, qui de proximi suppli- cio, humilitatis & obedientiæ vobis dedit exemplum.

Quintano-  
rũ Colonia.

Quintanis appellatur secundarum Rhetiarum municipium, super ripam Danubij si- tum, cui ex alia parte paruus fluuius, cui Quintanica item nomen est, propinquabat. Is crebra inundatione Danubij superfluentis excrefcens, nonnulla castelli spatia, quia in plano fundatum fuerat, occupauit. Ecclesiam etiam extra muros ex lignis, loci eius mansores habuere constructam, quę pendula extensione porrecta, defixis in altum sti- pitibus sustentabatur & furculis: cui ad vicem soli, id est, pauimenti, tabularum, erat le- nigata coniunctio: quam quotiès ripas excessit, aqua superfluens occupabat. **Quinta- nensium**

nensium itaq; fide sanctus Seuerinus illuc fuerat inuitatus, vbi cum tempus siccitatis venisset, interrogat, cur tabulata, nudatis obstaculorum tegminibus, apparerent. Ac- colæ responderunt, quòd frequenti fluminis alluione, quicquid fuisset superstratum, continuò laberetur. At ille: Sternatur, inquit, super tabulata nũc in Christi nomine pa- uimentum. nam videbitis fluuium amodò cælesti iussione prohibutum. Pauimento igitur perfecto, ipse vir Dei accepta securi, facta oratione, postes percussit, atque ad aquã fluminis venerandæ crucis expresso signaculo, dixit: Non te sinat Dominus meus Iesus Christus hoc signum crucis excedere. Ex eo tempore cum ex more fluuius creuisset in cumulos, & ambiuisset viciniam quam solebat, ita spatij ecclesiæ erat inferior, vt nun- quam sanctæ crucis signaculum, quod imprefferat homo Dei, prorsus excederet.

Signo cru-  
cis reprimi-  
tur vis flu-  
minis.

Talibus S. Seuerinus pro CHRISTI gratia ditatus muneribus, captiuorum, egeno- rumq; tantã curam ingenua sibi pietate susceperat, vt penè omnes per vniuersa oppida vel castella pauperes, ipsius industria pascerentur. Quibus tam lara sollicitudine mini- strabat, vt tunc se crederet tantummodò saturari vel abundare bonis omnibus, quando videbat egentum corpora sustentari, & cum hebdomadarum sepe continuatis ieiunijs minimè frangeretur, tamen esurie miserorum se credebat afflictum. Cuius largitionem tam piam in pauperes plurimi contemplantes, quantum ex duro Barbarorum imperio fa- mis angustiam sustinerent, deuotissimè frugum suarum decimas pauperibus impende- bant. Quod mandatum licet cunctis ex lege notissimum, tamen quasi ex ore angeli præ- sentis audirent, grata deuotione seruabant. Frigus quoque vir Dei Seuerinus tantum in nuditate pauperum sentiebat. Si quidem specialiter à Deo perceperat, vt in illa frigidis- sima regione, mirabili abstinentia castigatus, fortis & alacer permaneret. Pro decimis, vt diximus, dandis, quibus pauperes \* Norici, populum missi hortabatur epistolis. Ex qua consuetudine cum ad eum nonnullam erogandarum vestium copiam direxissent, interrogauit eos qui venerant, si ex oppido quoque \* Tigurinæ, similis collatio mittere- tur. Respondentibus autem illis, etiam prouidens inde adfuturos, vir Dei nequaquam eos venire signauit, sed dilatam eorum oblationem, prædixit Barbaris offerendam. Itaque non multò post ciues \* Tigurinæ, vario cum obsidentibus Gotthis certamine dimican- tes, vix inita foederis pactione, inter cetera etiã largitionem vestium iam in vnum col- lectam, quam mittere famulo Dei distulerant, hostibus obtulerunt.

S. Seuerinus  
captiuorum  
& inopum  
patronus  
præcipuus.

\* deest, fuisse  
tarretur, aut  
aliquid eius-  
modi.

Paulinus quidam ad S. Seuerinum, fama eius latius excurrente, peruenerat. Hic in confortio beati viri diebus remoratus aliquantis, cum redire vellet, audiuit ab eo: Festi- na venerabilis presbyter, quia citò dilectionem tuam populorum desiderijs, vt credi- mus, obstantem dignitas episcopatus ornabit. Remeante presbytero ad patriam, ser- mo in eo prædicentis impletus est. Nam ciues \* Tigurinæ, quæ metropolis est Norici, coegerunt eundem presbyterum summi sacerdotij suscipere principatum.

Prædicat  
lino, quod  
futurus sit  
episcopus.

Basilicæ extra muros oppidi Patauini in loco, nomine Boiotro, trans \* Rhenum flu- uium constitutæ, vbi paucis monachis Cellulam ipse construxerat, martyrum reliquiæ quærebantur. Ingerentibus ergò se presbyteris, vt mitterentur ad sanctuaria deferenda, hæc beatus Seuerinus monita præbebat: Quantum cuncta mortalium opera prætereant, hæc tamen ædificia præ ceteris celerius relinquenda sunt. Et ideò pro reliquijs sancto- rum nullum laborem suscipite, quia vltro eis S. Iohannis benedictio deferrur. Dum igitur S. Seuerinus in monasterio Fabianis euangelium legeret, oratione completa confur- gens, scapham sibi iubet ilicò præparari. Admirantibus autem his qui aderant, ait: Sit nomen Domini benedictum: sanctuarijs beatorum martyrum oportet nos occurrere. Nec mora, transmeato Danubio, inueniunt hominem in ripa vltioris fluminis conse- dentem, & multis eos precibus postulante, vt ad seruum Dei, ad quem fama vulgante olim venire cupierat, duceretur. Mox itaque Christi famulo demonstrato, suppliciter S. Iohannis reliquias obtulit, multis apud se seruatas temporibus. Quas Dei famulus de- bita veneratione suscipiens, basilicam, sicut prædixerat, vltro benedictione collata, sacrauit officio sacerdotum.

En quàm re-  
uerenter oc-  
currit sacris  
reliquijs.

Post hæc leprosus quidã Mediolanensis territorij ad S. Seuerinũ, fama eius inuitante, peruenit. Quem sanitatis remedia suppliciter implorantẽ, monachis suis indicto ieiunio cõmendauit. Et continuò, Dei gratia operatẽ, mundatus est homo, & gratias egit Deo.

Leprosus  
mundat.

Iisdem temporibus Odoacer sancto Seuerino familiares literas direxit, rogans, vt quicquid ab eo vellet, peteret, memor illius prælagij, quo eum quondam expresserat.

Odoacer  
italiæ rex,  
illi scribis.



regnaturum. Quibus sanctus alloquijs inuitatus, Ambrosium quendam exilio damnatum rogabat absolui. Cuius precibus annuens deuotè rex, præfatum virum absoluit. Quondam dum memoratum regem multi nobiles, coram sancto viro humana, vt solet fieri, adulatione laudarent, interrogat, quem regem tantis præconijs prætulissent. Respondentibus illis, Odoacrem: inquit vir Dei, Odoacer integer erit inter tredecim & quatuordecim annos, videlicet integrum regnum eius significans.

Sanat periculosè laborantem.

Ab oppidanis Comagenensibus, apud quos primùm innotuerat beatus Seuerinus, suppliciter rogatus aduenit. Cuius comperta præsentia, quidam optimatum Felethei regis, filium suum adolescentem, diuturno languore vexatum, cui iam parabat ex equis, traiecto Danubio, pedibus eius apposuit: & lachrymans, Credo, inquit, homo Dei, te filio meo velocem impetrare posse diuinitus sanitatem. Tunc data oratione, qui semiuiuus allatus fuerat, statim incolumis, patre mirante, & perfecta reuertitur sospitate.

Trem leprosum.

Elephantiosus quidam, Thegio nomine, de longinquis regionibus, S. Seuerini inuitatus virtutibus, venit, rogās se eius orationibus mundari. Susceptus itaq; à viro Dei consueta sibi more benignitatis, iubetur Deum, totius gratiæ largitorem, sine cessatione lachrymabiliter exorare. Quid plura? Precibus beati viri idem leprosus opitulatione diuina mundatus, dum commutauit mores in melius, mutare meruit & colorē, regis æterni magnalia tam suis, quàm plurimorum vocibus longè lateq; denunciāns.

Quibusdā sanitas perniciosa est.

Bonos, monachus S. Seuerini, Barbarus genere, qui responsis eius inhærebat, oculorum imbecillitate plurimùm prægrauatus, medelā sibi præstari eius orationibus poscebat, dicens, Aduentitios & externos salutaris gratiæ sentire præsidia, sibi verò nullam remedium opem aliquatenus exhiberi. Cui sanctus Dei, Non tibi, inquit, expedit, fili, corporeis luminibus aciem habere perspicuā, & exterioris oculi præferre conspectum. Ora magis, vt obtutus vegetetur interior. Tali bus igitur monitis informatus, dedit operam corde magis videre quàm corpore, meruitque absq; vilo fastidio in oratione effici iugitate continuus, & quadraginta ferè annis in monasterij excubijs perseuerans, eodem quo conuersus est fidei calore, transiuit ad Dominum.

Tres superbos monachos vt perierit castigare à Domino.

In loco Barotro quosdam tres monachos sui monasterij doctor humilis, superbiæ fœditate resperfos, dum singulos pro suis excessibus durare in pernicie probasset, orauit vt eos Dominus in adoptionem filiorum recipiens, paterno dignaretur flagello corripere. Prius ergò quàm orationem effusis lachrymis terminaret, vno momēto idem monachi dæmone corripiente vexati, contumaciamq; suam pectorisque fastum ac superbiam cordis miserabilibus vocibus confitebantur. Absit, vt cuiquam hoc crudele videatur aut noxium: quia traditi sunt huiusmodi homines satanæ in interitum carnis, sicut beatus docet Apostolus, vt spiritus saluus sit in die Domini: cum beatus Ambrosius Mediolanensis episcopus seruum Stiliconis, authorem falsarum epistolarum deprehensum, dixit oportere tradi satanæ, nè talia in posterum auderet admittere: quem etiam eodem momento, cum adhuc sermo esset in ore sacerdotis, spiritus immundus arreptum cepit discerpere. Seuerus quoque Sulpitius refert ex relatione Posthumiani, virum quendam magnis virtutibus signisque mirabilem, ad expellendam de corde suo iactantię vanitatem, quam incurerat, exorasse, vt permixta in se mensibus quinque diaboli potestate, similis his fieret, quos ipse curauerat. Idemq; post pauca: Itaque correptus à dæmone, tentus est in vinculis, & omnia quæ energumenis solent inferri, perpassus, quinto mense curatus est, nō tantum à dæmone, sed quod illi erat vtilius atque optatius, ab elationis vanitate. Prædictos itaq; monachos vir Dei delegatos fratribus, per dies quadraginta arduis abstinentiæ remedijs mancipauit. Quibus expletis, data super eos oratione, à potestate dæmonis & mentis fastu liberauit: & non solum corporis, sed & cordis sanitatem restituit. Quo facto miraculo, sancto viro reuerentia ac terror accreuit, ita vt cæteros fratres maior disciplinæ merus obtineret.

Hic author huius historię seipsum indicat.

Marcianum monachum, qui postea presbyter effectus, monasterio ante me præfuit, ad Noricum cum Renato fratre direxit: & cum dies tertius laboraretur, ait fratribus: Orate charissimi: grandis enim hac hora tribulatio Marcianum comprimit & Renatum, de qua tamen citius Christi liberabuntur auxilio. Tunc monachi quæ ab eo dicta sunt, protinùs annotantes, illis post menses plurimos reuertentibus, diem horamq; periculi, qua Barbaros euaserunt, indicantibus, sicut signauerant, approbauerunt.

En vt vult icitiu auer

Iste beatus Seuerinus vni ex fratribus, nomine Vrsò, repente præcepit, quadraginta dierum

dierum districtiori ieiunio venturæ calamitati occurrere, dicens: Imminet tibi corporale periculum, quod Dei præsidio parui panis & aquæ remedijs expiabis. Quadagesimo deinde die, mortis papula in brachio ieiunantis apparuit, quam ipse mox ad venerabilem patrem ingressus demonstraui. Cui sanctus Dei famulus: Noli, inquit, metuere prænunciatum tibi ante dies quadraginta discrimen. Statimque propria manu signo crucis obducto, mirantibus vniuersis, papula lethalis euaniuit. Hoc vnum de domesticis sanitatibus narrasse sufficiat, proluxa operis fastidia declinando. Nam sepius suorum ægritudines monachorum, Christo sibi reuelante, prænunciāns, isdem, quibus præuidebat, muneribus & sanabat.

Regem Rugiorum vt instruxerit.

Deinde post multos & diuturna certamina, cum se beatus Seuerinus de hoc seculo transiturum Domino reuelante cognouisset, memoratum Rugiorum regem Feletheum cum vxore eius crudelissima, nomine Gisa, ad se venire commonuit. Quos cum salutaribus esset exhortatus assatibus, vt ita cum sibi subiecto agerent populo, quod se iugiter cogitarent pro statu regni sui rationem Domino reddituros: alijsque verbis intrepidè monuisset, protenta manu regis pectus ostendens, reginam his interrogatōibus arguebat: Hanc, inquit, animam Gisa, an aurum argentumque plus diligit? Cumque illa maritum se diceret cunctis opibus anteferre, vir Dei sapienter adiecit: Ergo, inquit, desine innocentes opprimere, nè illorum afflictio vestram magis dissipet potestatem. E tenim mansuetudinem regiam tu sepe conuellis. At illa: Cur, inquit, nos sic accipis serue Dei? Cui ipse: Contestor, ait, vos ego humilimus iam profecturus ad Dominum, vt ab iniuris actibus temperātes, bonis operibus insistatis. Hucusque regnum vestrum ab omnipotente Domino prosperatum est: iam ex hoc vos videritis. His monitis rex cum coniuge sua sufficienter instructi, valedicentes ei, profecti sunt.

Prophetia morituri.

Tunc sanctus Seuerinus non desinebat de suæ migrationis vicinia sibi subiectos fratres alloqui dulcedine charitatis, quodque facere nec antè cessauerat: Scitote, inquit, fratres, sicut filios Israël constat ereptos esse de terra Aegypti, ita cunctum populum terræ huius oportet ab iniusta Barbarorum dominatione liberari. Omnes nempe cum suis facultatibus de his oppidis emigrantes, ad Romanam prouinciam absq; vlla captiuitate peruenient. Sed mementote præcepti sancti Ioseph patriarchæ, cuius vos ego indignus & infimus attestatione conuenio: Visitatione visitabit vos Dominus: tollite ossa mea hinc vobiscum, quod non mihi, sed vobis erit profuturum. Hęc quippe loca nunc frequentata cultoribus, in tam vastissimam solitudinem rediguntur, vt hostes æstimantes auri se copiam reperturos, etiam mortuorum sepulturas effodiant. Cuius vaticiniij veritatem euentus rerum comprobauit. Leuari verò suum corpusculum sanctus pater ideò iussit, vt dum generalis populi transmigratio prouenisset, indiuisa fratrum, quam acquisierat, congregatio proficiscens, obtentu memoriæ eius, in vno sanctæ societatis vinculo permaneret. Diem etiam, quo transiturus esset sanctus Seuerinus è corpore, ante duos seu amplius annos hac significatione monstrauit. Epiphaniarum die, cum sanctus se Lucillus presbyter ad beatissimi Valentini Rhetiarum quondam episcopi, diem depositionis annua solennitate in crastinum celebrandum sollicitus præparasset, & hoc sancto patri intimasset, ille respondit: Si beatus Valentinus hæc tibi solennia delegauit celebranda, ego quoque tibi in eodem die vigiliarum mearum studia derelinquo. His ille sermonibus tremefactus, cum se magis, vt potè homo decrepitis, enixius commendaret, quasi primitus transiturus: Hoc erit, inquit, sancte presbyter, quod audisti, nec Domini constitutum humana voluntas præteriet.

Gene. 30.

Die obitū sui longè antè indicat.

Nonis itaque Ianuarij cœpit tenuiter lateris dolore pulsari: quo durante per triduum, medio noctis tempore fratres adesse præcepit. Quos de corpore suo commonens, & paterna infor matione corroborans, instanter prosecutus talia, aiebat: Filij in Christo charissimi, scitis quod beatus Iacob de seculo recessurus, conditione mortis instante, filios suos adesse præcipiens, prophetiæ benedictionis assatibus singulos quosque remunerans, mysteriorum arcana prodidit futurorum. Nos verò infimi & tepidi, tanquam impares pietatis, hanc prærogatiuam nostris vsurpare viribus non audemus. Vnum tamen, quod humilitati congruit, non tacebo, mittens vos ad exempla Maiorum, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Abraham nanque vocatus à Domino, fide obediuit in locum exire, quem accepturus, erat in possessionem: & exijt, nesciens quò irer. Huius igitur beati patriarchæ imitamini fidem, imitamini sancti-

Oratio eius iam morturi, ad fratres. Gene. 49.

Gene. 12. Hebr. 11.

sanctitatem: terrena despice, patriam celestem semper inquire. Confido autem in Domino, quod inde vobis aeterna lucra prouenient. Video enim vos gaudium meum feruore spiritus ampliāsse, amare iustitiam, fraternae charitatis vincula diligere, castitati operam dare, humilitatis regulam custodire.

Totū corpus suū signo crucis munit. Psal. 150.

Reddit animam.

Calix argenteus altaris.

Vide poenas sacrilegij.

Odoacer expugnat Rugios.

Aperitur sepulcrum S. Seuerini.

Corpus eius integrum inuenitur.

Fuit miracula ad corpus sancti viri.

Post huiusmodi aedificationis alloquium, cunctos per ordinem ad osculum suum iussit accedere, & sacramento comunions accepto, fieri se penitus prohibet: totumque corpus signo crucis extensa manu consignans, vt psallerent imperauit. Quibus moeroris suffusione cunctantibus, ipse psalmum protulit ad cantandum, dicens: Laudate Dominum in sanctis eius: & Omnis spiritus laudet Dominum. Sexto itaque Iduum Ianuariarum die in hoc versiculo, nostris vix praesertim respondētibus, quieuit in Domino. Quo sepulto, credentes omnimodō seniores nostri, quae de transmigratione praedixerat, sicut multa alia, infecta praeterire non posse, locellum ligneum parauerunt, vt cum praenunciata populi transmigratione prouenisset, praedictoris imperata completerent.

Fridericus verō quidam, sancti Seuerini morte comperta, pauper & impius, barbara cupiditate semper immanior, vestes pauperibus deputatas, & alia nonnulla credidit auferenda. Cui sceleri sacrilegium copulans, calicem argenteum caeteraque altaris ministeria praecipit auferri. Quae cum posita essent in sacris altaribus, nec auderet directus villicus ad tale facinus suas manus extendere, militem quendam Anicianum nomine, compulit diripere memorata. Qui quantum inuitus praecipit perficiens, mox tamen incessabiliter vexatur omnium tremore membrorum, demonioque corripitur. Is autem velociter consilio meliore correxit errata. Suscepto namque professionis sanctae proposito, in insulae solitudine, armis celestibus mancipatus, militiae commutauit officium. Fridericus, vt iam dicere coepimus, immemor contestationis & praesagij sancti viri, abrahis omnibus monasterij rebus, parietes tantum, quos Danubio transferre non potuit, dimisit: sed mox in eum caelestis vindicta peruenit. Nam intra mensis spatium à Friderico fratris sui filio interfectus, praedam pariter amisit & vitam. Quapropter rex Odoacer Rugijs intulit bellum: quibus deuictis, & Friderico fugato, patrem eius Felertheum regem captiuum duxit, atque ad Italiam cum noxia coniuge, supra memorata, videlicet Gisa, transmisit. Audiens verō postea idem Odoacer Fridericum ad propria reuersum, misit illic cum multis exercitibus fratrem suum Onulfum: ante quem denuō fugiens Fridericus, ad Theodoricum regem, qui tunc apud Nonas ciuitatem prouinciae Moesia morabatur, profectus est. Onulfus autem, secundum quod ei praeeperat frater suus, vniuersos populos illic habitantes iussit ad Italiam migrare. Tunc omnes incolae, tanquam de domo seruitutis Aegyptiae, ita de quotidiana barbarie frequentissima praedationis educi, sancti Seuerini oracula cognouerunt. Cuius praecipi non immemor venerabilis presbyter noster Lucillus, dum vniuersi per Comitum Pigerium compellerentur exire, praemissa cum monachis vesperae psalmodia, sepulturae locum imperat aperiri. Quo patefacto, tantae suauitatis fragrantia omnes nos circumstantes accepit, vt praenimio gaudio & admiratione prosterneremur in terram. Deinde humaniter astimantes ossa funeris inueniri disuncta, (nam annus sextus depositionis eius effluxerat) integram corporis compagem reperimus. Ob quod miraculum immensas gratias retulimus omnium conditori, quia cadauer sancti viri, in quo nulla aromata fuerant, nulla manus accesserat condientis, cum barba pariter & capillis vsque ad illud tempus mansisset illaesus. Lintheaminibus igitur immutatis, in loculo multo iam tempore praeparato, funus includitur, & carpento trahentibus equis impositum mox euehitur, cunctis prouincialibus idem iter agentibus: qui oppidis super ripam Danubij derelictis, per diuersas Italiae regiones, varias suae peregrinationis sortiti sunt sedes. Sancti itaque viri corpusculum ad castrum nomine, Montem \* Felerthem, multis emensis regionibus, apportatum est.

Per idem tempus multi varijs occupati languoribus, & nonnulli à spiritibus immundis oppressi, medelam diuinæ gratiae sine vlla mora senserunt. Mutus etiam quidam ad id castellum perductus, dum in oratorio, in quo sancti viri corpus carro adhuc impositum iacebat, vt potē clauso oris sui ostio, in cordis cubiculo supplicaret, illic lingua eius in oratione soluta, laudem dixit altissimo. Cumque reuersus ad hospitium, interrogatus fuisset ex more, nutu signoque pulsatus, & orasse & laudem Deo obtulisse se clara voce respondit. Quo loquente, pauescēti qui eum nouerant, ad oratorium cum clamore

clamore concurrentes, sancto Lucillo presbytero, simulque nobis, qui cum illo eramus, ignorantibus quod euenerat, indicauerunt. Tunc omnes exultantes in gaudio, diuinæ clementiae gratiarum retulimus actionem.

Igitur illustris foemina Barbara beatum Seuerinum, quem fama vel literis cum suo quondam iugali optimē nouerat, religiosa deuotione venerata est. Quae post obitum eius audiens corpusculum sancti viri in Italiam multo labore perductum, & vsque ad illud tempus terrae minimē commendatum, venerabilem presbyterum nostrum Marcianum, sed & cunctam congregationem literis frequentibus inuitauit. Tunc sancti Gelassij sedis Romanae pontificis auctoritate, & Neapolitano populo exequijs reuerendis occurrente, in castello Lucullano per manum sancti Victoris episcopi in mausoleo, quod praedicta foemina condidit, collocatur. Qua celebritate multi diuersis languoribus afflicti, quos recensere longum est, receperunt protinus sanitatem. Inter quos quaedam venerabilis ancilla Dei, Procesa nomine, ciuis Neapolitana, cum grauissimum agritudinis pateretur incommodum, sancti viri prouocata virtutibus, in itinere properanter occurrit: & ingressa sub feretro, quo corpus sanctū portabatur, statim caruit omnium languore membrorum.

Transfertur eius corpus.

Laodiceus etiam quidam cecus, inopinato psallentis populi clamore perculsus, sollicitē adstantes, quid hoc esset, interrogauit. Respondentibus autem illis, quod cuiusdam sancti Seuerini corpus transiret, compunctus, ad fenestram domus, in qua manebat, est perductus, de qua poterat à fanis eminus multitudo psallentium atque vehiculum sancti corporis contemplari. Cumque fenestra enixius incumberet & oraret, protinus vidit, singulatim demonstrans omnes notos atque vicinos. Quo facto, cuncti qui viderat & audierant, gratias Deo lachrymantibus oculis retulerunt.

Cecus illi minatur.

Marianus quoque primicerius Cantorum sanctae ecclesiae Neapolitanae, cum sanitatem post immanissimum languorem recipere pro ineffabili capitis dolore non posset, caput vehiculo credens apposuit, & mox dolore liberum subleuauit: memorque beneficij, semper in die depositionis occurrens, deuotum sacrificium Deo cum gratiarum actione reddebat. Monasterium igitur eodem loco constructum ad memoriam beati viri, haec tenens per seuerat: cuius meritis multi obsessi à demonibus, curati sunt, & diuersis obstructi languoribus, receperunt & recipiunt sanitatem, Dei gratia operante, cui est gloria & honor in secula seculorum, Amen.

Monasterium S. Seuerini post obitū eius constructū.

### VITA S. GVDILAE VIRGINIS APVD BRABANTOS CELEBERRIMAE, EX PERVETVSTO

manuscripto codice transcripta, passim modicè emendata

phrasi per F. Lanr. Surium.



Ligitur Sigeberti regis temporibus, qui fuit Dagoberti regis filius, extitit quidam comes Vuitgerus in pago Brabantensi, probabilis moribus, cuius thalamis inhærebat coniunx dignissima, nomine Amelberga, Maioris domus Pipini inclyta sorore progenita: qui vterque, diuinis parili modo obtemperabant monitis. Quibus in seculo pie degentibus, sanctum & iustum contulit germen Dominus: vt potē beatum Emebertū, Cameracensium praesulem gloriosum, vita admirabili & meritis insignem: cuius etiam exiretē sorores, simili sanctitate probabiles, Reinildis sanctissima, & Pharauldilidis moribus egregia. Horū ergo genitricē, tam felici prole pollentem, omnipotēs Dominus etiam alia foecundauit prole dignissima: & iam more parturientium anxietatis fluctuantem procella, qui in feruis suis cōsolatur, huiusmodi refocillatione recreare dignatur. Nox erat, & in terris mortales somnus habebat, cum eadē mater familiās sopori dedita, angelū adspicit, hęc sibi proferētem verba: Solue meum corde, vt potē foecūdāta precioso germine. Ipse enim rex caeli ferre iubet hęc solamina tibi. Cōcepisti fideliter, paries feliciter, venerabilis filiae clarissima mater, q̄ ab ipsa puellari etate diuinis adherēbit cēremonijs: in quibus perueerās vsq; ad metas quae breuis palmam

S. IANVAR.

Genus S. Gvdilae.

Pagus Brabantensis pro Brabantia.

Mater eius per visum admonet.

palnam capiat vitæ perennis. Tali ore locuta visio angelica, eam cõpleto reliquit sermone, & in tenues euauit auras. At illa talibus exhilarata visis, corpus è stratis corripit, & ad cælum manus cum voce tendit, & parans exilitus delatis credula corda respicit, largitori omnium bonorũ gratias reddidit. Orta est sanè hæc virgo Brabantensium finibus, vt prædictum est, à parentibus tam religiosis quàm nobilibus, eo tempore, quo beata Gertrudis vixit celeberrima in Dei rebus.

S. Gertrudis eam è sacro fonte suscipit.

Cùm ergò prædicti parentes virginis, filiam suam sacro fonte regenerare decernerent, presentiam huius virginis expetunt, & vt eius regenerationis fieret testis, in omnes preces descendunt. Beata autem Gertrudis tam piæ preci assensum præbuit, virginisquæ Gudilæ regenerationi non solum interfuit, sed etiam manuum suarum munditia eam sanctificauit, & de sacro fonte leuauit. Vnde factum est, vt virgo virginis mater per spiritum fieret, atque vterius ad vbera doctrinarum suarum educandam suspenderet.

Aldegūdis. Vualdetrudis. In monasterio instituitur.

Huius etiam sanctæ virginis neptes, exitière sanctæ sorores Aldegūdis atq; Vualdetrudis, vbertim bonorum operum flore fulgentes. Ergò cùm iam beata virgo Gudilæ intra monasterij claustra sacra scripturæ lacte aleretur, & à sua sancta cõsanguinea, necnon spirituali matre pascetur, Euangelicis sententijs non absurdè auditis, mentem ad cælestis patriæ desideria cœpit erigere, & ad beatam atque æternam vitam mirificè exardescere. Beata siquidem Christi virgo Gertrudis, eius animum incessanter incitabat, vt sacra virginitatis iniuolatam palmam seruaret, vt veniente sponso, pulsans, nõ cùm stultis ad ostium remaneret, sed cùm prudentibus cælesti gloriã feliciter possideret. His nanque atque alijs huiuscemodi quamplurimis beata virgo accensa monitis, huius seculi pompam respiciens, moribus ætatem superans, & sanctam mentem suspendens ad astra, totam se mirum in modum in Dei redigebat famulatum, à quo perenne flagitabat præmiũ. Vnde contigit, vt semper in dies melior se fieret, ætatumque sensu præcelleret: quia secundum illud Sapientis, doctrinam, & non pecuniam, disciplinamque magis elegit, quàm aurum. Crescente verò de die in diem ætate, crescebat morum probitate, vt Dei famulæ congruebat. Erat sanè corpore incorrupta, mente casta, amabilis cunctis, affabilis vniuersis, prudentia solers, fortitudine ingens, studio temperantiæ serena, iustitiæ zelo seuera, patientia laudabilis, mansuetudine insignis, pietatè ineffabilis, feruens charitate bis tincta, stabilis fide robusta, longanimis spe inconcussa. Harum nanque omnium virtutum ornamenta augebat in eius animo cuncta disponens sapientia.

Matth. 27.

Prou. 8.

Virtutes S. Gudilæ.

Postquam ergò spiritualis eius genitrix, sanctissima videlicet Gertrudis, de huius mundi peregrinatione transiit ad patriam, & ab eiulatu & conualle lachrymarum ad cæli regiam, vbi desiderati sponsi facie perfuit, pijssimã Christi virgo Gudila tantæ cognatæ solatio destituta, redit ad parentes suos, referens pectus sitibundum, potu sapientiæ refertum, parentibus deinceps subiecta, iuxta Apostoli præceptum. Erat autem in cõfinio villa, Morfella vocabulo, distans ab eorum mansione duorum milliariorum interstitio, in quo ædificatum fuit oratorium in honore sancti Saluatoris. Huc locum deligens Dei virgo, crebrò expetijt remota à suis, vitans eis esse molestiã in omnibus etiam modicis rebus, atque appetens vacare contemplationi solius diuinitatis. Orationibus prolixis deputabat dies, continuabat & noctes, pernox in vigilijs, strenua in psalmodijs, exercitata in ieiunijs, macerabat se holocaustum Christi conspectibus, cui se totam deuota tradiderat ab annis puerilibus. & cùm solo hic esset corpore, quotidie animo ad æterna transibat. Sermo quoque illius erat, iuxta Apostolum, sale conditus: sapiissimè genuum flexionibus accommodata, cum lachrymis & compunctionibus cordis Dominum obsecrabat, vt quæcunque meditaretur vel ageret, conspectui eius accepta forent. Quantos autem pro huiusmodi facto aduersus virginem Dei fraudum suarum diabolus laqueos tetenderit, explicare quis poterit? Sed virgo Dei tot tegebatur diuinis adminiculis, quot contra se omnium hostis vsus est tendiculis: tantoque ei obnixius resistebat, quanto ad insidiandum insistere ipsum videbat.

Ephes. 6. Coloss. 3.

Exercitia S. Gudilæ, apud patres tes manentis.

Coloss. 4.

Quadam igitur nocte, dum ad idem oratoriũ sancti Saluatoris, quod diximus, declinaret, vt in cõtritione spiritus sui ad cælestia suspirando illic pernoctaret, ecce hostis, q̄ primæ parentis Eux calcaneo insidiabatur, huic virgini fraude, qua potuit, insidias moliebatur. Nam quia nox lumen negabat, secum virgo DEI lucernam habebat, quam pedissequa eius tunc fortè ferebat. Hanc non sine detrimento suũ inimicus extinxit, si fortè

Gene. 3. atitur in- testationes daemnis.

si fortè virginem fraude sua præoccuparet, eandemque à cœpto itinere reuocaret. Sed elusit fraudem inimici in virgine virtus Christi. Nam virgo Domini, vt diabolica fraudis dissiparet laqueos, orationum clypeum assumpsit: vtque lucerna per diabolum extincta, reaccendatur, flexis genibus Deum deprecatur.

Exaudiuit Deus preces virginis, quas pro receptione fudit luminis: & tenebras quas ingressit princeps tenebrarum, dispulit luce miserationum suarum. Videres itaque lucernam sine manibus accendentis reaccendi, & in obsequium virginis, velut in nictu oculi, lumen extinctum restaurari. Cœptum ergò læta peregit iter, & ad oratorium, quò

Est pernox tendebat, peruenit, reliquumque noctis obsecrationibus & vigilijs transegit. Cùmque aurora in matutinam lucem prorumperet, rebusque vultu suo colorem redderet, preces vigiliasque, in quibus hæc virgo totam noctem pernoctarat, longis suspirijs iam in diem continuabat. Nam pro carnis spiritusque sui contritione, & pro declinando populari favore, sola, propria comite famula, pedibus nudis sanctorum loca sub nocturnis horis frequentare erat solita. Diebus verò, vt humanum vitare fauorem, quasi dimidijs utebatur calcis, vt superior pars pedum videretur tecta: sicque Dei feruens amore incedebat, inferiore nuda relicta.

Est pernox in precibus.

Nudis pedibus nocturnis sacra iniuit loca.

Sed dum id, quod piè egit, homines latere vult, fit res palam, quam innotescere nolebat. Nam solo prostrata, & spe atque animo in cælos erecta, plantas quas nudas videri noluit, prætereuntium obtutibus non sine obliuione videndas reliquit. Sacerdos etiam id vidit, qui celebraturus Missam aduenerat, & quid ea res sibi vellet, satis superque mirabatur: atque horrore tanti facti percussus, eiusque algori condolens, diutissime præstolabatur. Postquam autem illa ab oratione surrexit, continuo chirothecas de manibus suis extraxit, eiusque vestigijs supposuit, vt tam illustris meriti puellam religioso officio honoraret. Quas in manus humiliter virgo accipiens, & recedente sacerdote in alteram partem se vertens, longè à se proicere voluit: sed diuina operante clementia, ferè vnus horæ spatio in aère mansere suspensæ. Quo stupendo rursus animata miraculo, immensas retulit gratias omnipotenti Deo: non suo imputans merito, sed illi qui suis semper adest fidelibus.

Expletis tandem à sacerdote Missarum solennijs, in quibus sancta virgo suum spiritum contribulatum Deo sacrificium immolauerat, ad proprii limina domatis remeant. Iam ferè medium iter emissa fuerat, & ecce cuidam mulieri venit obuiam, quam longus moeror & diutina calamitas torquebat. Gestabat siquidem filium suum in humeris, qui cum languore natiuo ab aluo ipsius malefoetæ parētis deciderat in hanc lucem: iamq; sol nonum voluebat annum, ex quo eundem puerum triplici malo debilitatum viderat. Etenim erat contractus, incuruus, caducis vultibus, & solam terram despectans cernuus. Organa etiam vocis erant impedita, & obmutuerat lingua. Quin etiam dirachiragra contuderat manuum articulos, intantum vt ori non ingereret cibos, nisi adiutorio alienæ manûs. Tanta igitur eius calamitate permota virgo Dei, & ex visceribus misericordiæ in lachrymas est soluta, ita vt ex lachrymarum indicio cum genuisse, & per omnia mater illius videri posset. Accessit ergò, & in humeros suos eũ accepit, atq; pro sospitate eius coram Domino aliquantulum fleuit. Cuius preces mox in aures Domini Sabaoth peruenerunt, effectumque sui celerem inuenerunt. Iam enim puero vocis membrorumque, retinacula laxabatur, & ad officium suum penitus excitabantur: membra in vsu mouendi roborabantur, atq; lingua ad officium distinguatur loquendi, primumque sermonem hunc habuit, quo matrem lætus sic inlclamauit: Mater veni, mater veni. Mirabatur beata Gudila virtutem Dei ostensam per se: gaudebat etiam mater pueri, misericordiam Dei per beatam virginem declaratam erga se.

Curat puerum valde morbidũ.

Ambæ gaudebant, ambæ stupebant, Dominiq; misericordiam semper superexaltare iudicium perpendebant. Sed hoc factum humilis virgo nube silentij appetens obumbrati, interdixit mulieri, nè id per eam aliquando ad aliorum notitiam deduceretur. At illa longè aliter actitabat, quàm virgo Dei iusserat: quia pro inopinata salute filij sui, pietatem nequibat tacere filij Dei: non vt verborũ virginis Dei aspernatrrix, sed vt deuota beneficiorum Domini veneratrix. Perlatum est igitur huiuscemodi miraculum ad populum circumquaque manentem, & celebre factum vsque in presentem diem.

Est adhuc quod in virgine Dei miremur, quod per eam de excelso cælorum habitaculo patratum fide fateamur. More suo, quodam die in cella sua orationis pensum perage-

peragebat, & in caelesti contemplatione spiritum suspendebat suum: cum ecce quaedam mulier leprosa accedit, non sine fide sospitatis suae mox futurae illud adueniens: cuius carnem ex diutina infirmitate putredo penè in vermes conuerterat, & ad mortem usque perduxerat, nisi iam ex pietate diuina preciosa per virginem succurreret medicina. Porro pro deformitate sua, à praesentia & consuetudine hominum intantum (vt ita dixerim) exulauerat, vt vix vlla cum quoquam ei esset familiaritas. Sed beata Gudila spiritu contrito & humiliato intrinsecus perfusa, praecommisseratione sermone cum illa satis multo est vsa, atque ex nomine sic inelamauit, & pro sospitate sua, nè diffideret, admonere curauit: O Herenfrida, inquit, mens tua fidei tuae ancoram in eum figat, qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Preces proinde ingeminat solitas, suspiriorum atque gemituum accessione munitas: vt quidem leprosis mundatis, vnus tantum alienigenae fidem inuenit, & pro gratiarum actione reuertentem laudauit, huius etiam mulieris fidem inspiceret, & eidem misericordiae suae antidoto consulere. Cuius preces Dominus exaudiuit, omnemque lepram miserationis suae manu deterisit, vt nec cicatricum signa in ea relinquerentur, quibus leprosa indicia notari possent. Quantis verò pro subita incolumitate sua gaudijs indulserit, facile ex similibus quisque colligere poterit.

Psal. 146.

Luc. 17.

Precibus suis sanat leprosam.

Miraculis post obitum miraculose curat.

Sancti Dominico spiritu reddit.

Act. 9.

Populus arbor hyeme ad eius tantum multum viret mirabiliter

Haec & alia innumerabilia, & plura certè, quam possit humana colligere scientia, per famulam suam operata est virtus diuina: quae ideò notitiam mortalium fugerunt, quòd ex iudicio diuino publica non fuere. Ea tamen, quae sciri contigit relatu antiquorum, suisque scriptis fides Maiorum praestitit, fidei sufficiant, atque pro sanctitate virginis illi satisfaciant. Voluit autem eam Dominus coruscare miraculis, quoniam in vita sua iuste & irreprehensibiliter viuere ei concessit. Igitur in eius praesentia & inimitabili vita, qualis esset meriti, crebro diuina declarabant miracula: quae ad scribendum nimium multa sunt, sed ex his paucis etiam eius caetera cognosci queunt. Soluta autem ab ergastulo corporis, multa prioribus ampliora & admiranda edidit miracula: quia etsi non viuit corpore, viuit tamè cum illo spiritu, qui est gloriosus in sanctis suis, & magnificus in omnibus operibus suis. O verè beata & multis praconijs digna, in qua dolus non fuit: neminem iudicans, neminem condemnans, nulli malum pro malo redens, sed coram Deo & hominibus iuste ac sanctè viuens. In hac itaque constantia animi perdurans, nedum per singulos dies, sed etiam per singula horarum momenta feruebat flagrantia interni desiderij videndi Deum deorum in Sion caelesti: quo quidem desiderio suo, & petitione, qua petijt, vt in domo Domini habitaret omnibus diebus vitae suae, non est fraudata.

Nam felici & vltimo eius praesentis vitae termino accedente, Dominici sacramenti sese viatico circunquaque vallans, iturum ad caelos spiritum roborans, Pipino seniore principatum obtinente, sexto Idus Ianuarias, flentibus fidelium caeteruis, supernorum ciuium, gaudentibus turmis, illa sancta anima sanctorum coetibus socianda, de mundi ludibrio migravit ad Christum, ab ipso perceptura aeternae felicitatis palmam, cui est honor, virtus & gloria in secula seculorum. Administrata autem sunt honorifice corporis ipsius funebria, & vt tantae nobilitatis puellam decuit, ex concursu plebis non parum celebria fuere: vbi virtutes eius, quibus plurimum vsa est quoad vixit, etiam ab inuitis lachrymas extorquebant, & ab ipsis vix quenquam abstinere permittebant. Lugebant certè hanc nobiles quique, qui affuere, quibus humilitas & summa eius subiectio exemplo erant. Lugebant etiam orphanis & pauperes, ostendentes tunicas & vestes, quibus illos haec altera Dorcas vestierat, & quotidianis alimoniarum stipendijs sustentarat. Sepulta est autem in villa Ham, quam hodieque eo ipso vocabulo constat nominari. Neque ad tumulum eius diuinæ glorificationis defuere magnalia, quae viuenti ei semper praesentia fuere. Nam vno eodemque die ipsius sepulturae, sole in Capricorni sidere posito: nunc quippe brumam facit deflexus ad austrum: arbor, quam ferunt populum, visa est subito ibidem virescere, & quod natura temporis non habuit, in propagines formari & frondescere, in testimonium eiusdem virginis, in domo Domini vt palma florentis. Tanta nanque hincindè frondium seu ramorum incunditate diffundebatur, vt omne aestiu temporis nemus vicisse putaretur. Magnus proinde in ore omnium super hoc miraculo rumor, & duplex in omnes permiscetur stupor, arborem & insperatè & intempestiuè creuisse. Vtrunque enim non satis quisquam admirari

mirari potuit. Mirum namque fuit, arborem subito pullulasse: sed mirabilius extitit, eam hyemis tempore, quod natura (vt praedictum est) non habuit, vernasse.

Fecit autem Deus haec consilio, quo nouit & voluit: fecit etiam potestate, qua valuit, qui in principio creaturarum terram iussit germinare herbam virentem, semenque iuxta genus suum facientem. Deinde pro miraculi huius admiratione plebs vndeunque accurrit cum exultatione, Deoque in tam praecleara virgine supplices offert preces, & miraculum, quod vidit, vbique gentium explicat. Contigit autem dum humaretur corpus sanctissimum, furem quendam exequijs eius interesse, & videre ornamenta, cum quibus sepulturae tradebatur. Tertia verò nocte, nefas quod corde conceperat malitiosè, mortifero debriatus veneno auaritia, opere festinabat adimplere. Proh nefas: Ad sepulcrum accessit, gloriosam margaritam detexit, & vt lupus ad praedam, ita impudens furcifer glorio sum irruit depraedari sepulcrum. Nobilis ergò cum esset virgo, atque incluta prosapia, & praepotentibus ac ditissimis parentibus, vt diximus, orta, non sua voluntate, sed fidelium potius amicorum apparatu, eius sacrosanctum corpusculum auro & argento, vestisque preciosa honorifice fuerat redimitum. Qui omnia secum absportans, diripuit, solo relicto sarcophago cum sacra virginis gleba. Quo facto, illius nutu, cui nuda & aperta sunt omnia, statim vltio subsequitur diuina. Nam eiusdem scelesti furis filia non multò post foeminarum choreis se admiscens, quum per plateas decantando, & huc atque illuc saltando cum caeteris discurreret, quaedam illic adfuit mulier, sanctissimae virginis familiaris & amica: quae eam diligenter intuens, easdem armillas, quas in brachijs sacrae virginis, dum sepeliretur, reliquerat, in eius lacertis esse certissime recognouit. Tanta ergò admiratione commota, hoc illic adstantibus denudauit celeritè.

Sacrilagus fur eius sepulcrum diripit. Heb. 4.

Quibus admirantibus, confestim ea ad sanctissimae virginis fratrem, Emebertum scilicet, delata fuere. Hic itaque pro atrocissimi immanitate sacrilegij dolore taetus cordis intrinsecus, quandoquidem ille locus, in quo furtum factum fuerat, suae dioecesi erat attributus, totus autoritate canonica in reos furis insurgens, maledictionis iaculum in eos vibrauit, & à sanctae Dei Ecclesiae gremio atque fidelium consortio sequestrans, damnauit. Quibus tam merito mulctatis, veluti arbor quaedam si à proprio sit abscisa stipite, continuo vniuersi rami à priori arescunt atque destituuntur viriditate: ita omnis illa progenies, tam detestabili profluens stirpe, graui & varia postmodum est infirmitate vexata. Nulla enim huius generationis persona extitit, quin clauda vel aliqua pedum debilitate detenta, vel etiam gutturosa, praeteritum luat facinus. Atque ita vsque in praesens huiusmodi in illis perseuerat infirmitas. Vnde datur intelligi, sacra virgine intercedente, illis temporaliter poenitere à Deo concessum esse, nè igni inextinguibili (quod multo constat esse deterius) aeternum cruciarentur.

Sacrilagus illud, horrendum in modum puniatur.

#### De sacri corporis eius eleuatione.

**C**V Migitur ex signis ad tumbam eius quotidie crebrescentibus, odorem virtutum eius fama adspiraret omnibus, ex consilio & dispositione altissimi, placuit fidelibus de loco sepulcri eam leuare, & in locum honori ipsius magis congruum transferre. Factumque est, vt ex consensu pariter & conuentu probabilium vtriusque sexus personarum, certus praefiniretur dies transferendarum beatæ Gudilæ reliquiarum, quas ad Niuellense visum est transferre coenobium ex consilio eorum, qui conuenerant, quandoquidem indignum censebatur thesaurum tantiprecij oculi angulo humilissimi viculi, quem loco celebri reponi oporteret. Sed consilium humanum, diuino non roboratum, in ipso suo conatu frustratum est. Nam cum feretrum, recipiendis reliquijs preparatum, mouere tentarent, vt eò, quòd praedictum est, transportaretur, tanto pondere ibidem fixum est, ac si catenis insolubilibus tene retur adstrictum. Itaque quid agere debeant, praestupore & sollicitudine vtrouique hesitant: nec enim videbant quid agerent, vbi de occulto Dei iudicio quicquam praesumere non audebant. Venit proinde in mentem quibusdam religiosis consanguinitas beatæ Gudilæ, Aldegundis atque Vualdetrudis virginum Christi: si forte haec virgo illuc membra sua transferri vellent, vbi altera harum virginum sedem suae quietis haberet.

Corpus S. Virginis moueri locum non potest.

Obtinebat autem tunc reliquias earundem virginum Christi beatæ quidem Aldegundis



Iterum ma-  
net immo-  
bile.

gundis Malbodium, sanctæ verò Vualdetrudis Castrilocus. Destinabant ergò animo nunc huc, nunc illuc transferre: at similiter in mouèdo vires perdidere. Nam & huius rei adiuuentio, per omnia in nihilū redacta est. Fatigari poterant, sed sanctā glebā mouere non poterāt. Singulis verò huic pōderi frustrā succedentibus, & in ipso conatu deficientibus, pietas diuina diutiùs suspensos tenere noluit, quos ad id operis inspiratione sua excitārat. Nam reuerendæ huic eleuationi quidam prouectæ, immò decrepitæ aratis intererat, qui vsque ad id temporis longum duxerat senium, solusque à diebus sanctæ Gudilæ superstes, cæterisque natu & industria prouectior erat. Huius spiritum diuina inspiratio mox excitauit, & quò virgo Dei transferri deberet, edocuit: Nanque in hæc verba prorumpens, Videtur, inquit, mihi cam quietis suæ sedem in oratorio sancti Saluatoris iam elegisse, in quo eam, quoad vixit, assiduis spirijs spiritū suum claruit vouisse Deo. Tunc ad nutum senis intuitus omnium pendebat, eiusque sententiæ eorum, qui aderant, consensus se accommodauit. Et accedentes ad feretrum, tanta mox facilitate vsi sunt in ferendo, quanta priùs difficultate frustrā laborauerant in mouendo.

Fit facile  
mobile.

Deportatum est ergò ad prædictum locum, putà Morfellam, illud venerabile corpus, populis promiscui sexus cum laude & tripudio cōmitantibus, miraculisque ex glorificatione diuina prosequentibus. E quibus ea, quæ fidelium relatu didicimus, vt posteris nota sint, narrabimus. Cùm à plebe, sanctum corpus in hymnis prosequente, dimidium itineris emensum fuisset, & iam ecclesiæ, ad quam festinabat, cantantium populus propinquasset, ecce surdus quidam, cui longa infirmitas aurium meatus clauferat, pro incommoditatis suæ remedio ad corpus sacrum propius accessit, & vt fidelibus in deportandis sanctorum corporibus moris est, prope \* lipsana sacræ virginis ex pietate ire voluit. Cuius fidem euestigiò sanitas repentina consecuta est, quam meritorum beatæ Gudilæ præstitit medicina. Haurit aure sonum, chorus indè stupet populorum. Tum verò pro receptæ sanitatis commodo gratias Deo sanctæque virgini agit, atque sacrum corpus ipsius sequendo, reliquum itineris peragit, & cum populis, pro nonitate rei voces in altum dantibus, ad definitum sancti corporis locum peruenit. Vbi in Basilicam sancti Saluatoris sancta ossa introduxere, & cum magna lætitia post sacrum deposuere altare, & nomen sanctum eius iustè in aliorum sanctorum serie adscripserunt. Cumque Missarum celebrassent solennia, perfecto honore, læti redierunt domum, prædicantes sanctæ virginis nomen famosissimum, ac in sanctis suis mirabilem magnificantes Deum.

\* id est, reli-  
quias.

Surdus re-  
cipit audi-  
tum.

Stupèdum  
diuinitus  
translatæ  
arboris mi-  
raculum.

Hoc verò die, quo translatum est corpus virginis in basilicam Morfellensem, virtus altitonantis ad nominis sui laudem, & suæ virginis ampliandū honorem, patefecit suæ omnipotentæ vim in transferenda illa arbore, cuius superius fecimus mentionem: quæ videlicet in vico Ham cœperat crescere ad vestigia sanctæ virginis, depositionis eiusdem die. Hæc enim arbor olim apposita custos fidelissima sanctarum reliquiarum, non defecit à suo obsequio etiam in translatione earum. Nam altera die eiusdem translationis in Morfellam, ea arbor sacræ virginis membra est subsecuta, & è priori loco tam mirificè eradicata, atque ita conuenienter transplantata ante prædicti oratorij fores, quasi ibidem à primordiogerminare cœpisset ac crescere, cùm vtraque villa à se inuicem decem ab sit milliarijs. Neque paruum erat spectaculum videre arborem ex eo loco, vbi olim sine manibus creuerat putantium, etiam sine manibus subitò transisse eradicantium. Quod ad iussum Dei omnipotentis actum angelico ministerio intelligit, qui diuina prouidentia disponi omnia fideliter credit. Huius autem rei rumor circunquaque per cunctorum ora volitans, ad palatium vsque peruenit. Ea tempestate Romani Imperij habenas Carolus moderabatur, qui à trophæis frequentibus cognominatus est Magnus. Itaque fama volucris peruulgante, certatim studebant illuc aduenire tam longinqui quàm proximi, & miraculum, quod Christus ad gloriam suæ virginis monstrauerat, ardebant intueri. Rex autem Carolus tam mirificis auditis miraculis, illuc deuotus aduenit, vbi ex miraculo prædictæ arboris nouum spectaculum sibi iniecit, & ex spectaculo compunctionis gratiam persequitur. Qui vt ecclesiarum Dei amator semper extitit, defensorque strenuus, in cunctis deuotissimus, eandem villam Morfellensem sacræ virgini testamentis donauit legalibus, & prædictum prædiolum Ham, vnde arbor aduenerat, sub pluribus ac idoneis tradidit testibus: vt ei loco tota villa

Carolus  
Magnus  
prædicatur.

villa deinceps subiecta maneret, vbi primùm arbor diuinitus procefferat. Atque idem rex eo in loco sanctimonialium instituit collegium, decretisque regalibus facultatem illis famulandi Deo attribuit satis opportunam. Quæ singula testamento mandauit, subscriptis testibus assignauit, & ecclesiæ, in qua sancta iacebat, in perpetuam hæreditatem delegauit. Quæ quidem traditio vsque ad Vuenemarum rata permansit: cuius vsurpatione iniusta, ad posteros suos eadem villa non sine offensa diuina pertransijt.

Post hæc memoratus rex Carolus, venationi pro more deditus, locis vicinis venationi aptis exturbabat rabidas feras à suis saltibus: inter quas miræ magnitudinis vrsus insequitur, qui iam multo spatio victus, cùm nullum esset effugium, vndiq; campis latè parentibus, ac mortem imminentem iam iamq; capiendus, crebris differret flexibus, prope cursu recto tendit Morfellam, & in sancti Saluatoris irrumpit ecclesiam: vbi tum res contigit, quam facilius sit admirari, quàm eloqui. Nam Deus, qui, vt Psal. 35. scriptum est, homines saluat & iumenta: bestialem quodammodo vrsi sensum permutauit, rationemque quandam intelligendi in eo formauit. Erat nanque cernere, prope lipsana sacræ virginis eum se inferre, & sub tanta protectrice, à strepitu insequentium iam securum, procumbere. Deindè oblitum feritatis suæ, flexa ceruice, submissoque humiliter capite, Sanctimonialium aduentium vestigia lambere, ac more laiciuentium carulorum omnibus blandiri, & hoc ipso satis indicare, se fuisse defensum patrociniò famulæ Dei, eiusque deinceps paratum esse deseruire obsequijs. Quod vbi nunciatum est regi, cum suis rem, quæ in bestia diuinitus agebatur, intellexit, Dei que magnalia in virgine venerans, recessit, sine eiusdem vrsi quidem læsione, sed non sine rei, quam viderat in vrsu, admiratione. Idem verò vrsus è syluestri, cœpit esse domesticus, & in reliquum apud eiusdem loci sanctimoniales non aliter vixit, quàm ab illis iussus esset.

Operæ precium mihi videtur non prætermitti silentio, vt eandem famulam suam clarificauerit opifex rerum per fines transmarinos. Rex quidam regebat populos sub placida pace, qui susceperat filiam ex legitima coniuge. Huic autem prima natiuitatis dies dedit initium vitæ cum membrorum labe, quippe quam languor cœuus debilitate contraxerat. Cui in visu persona muliebris, vultu & statura spectabilis apparuit, eamque ad tumulum virginis Gudilæ iam breui sospitè fore prædixit. Expergefata autem, patri & matri quæ viderat, retulit, stuporemque ipsis ea re attulit: quibus pro visione gaudium quidem creuit, sed quia locum ignorabant, sollicitudo tristitiam auxit. Tunc nocte sequente eadem visio puellæ apparuit, vt que bonis esset operibus intenta, admonuit. Quæ somno excitata, noctem illam diemque sequentem lamentationibus transegit, donèc tertia se nocte eadem, quæ antè apparuit, mulier præstò dedit, & consolationis viam primùm ingressa edocuit, quo beata Gudila pago orta, vbi post mortem sepulta, & ad quem locum postea esset translata: adijciens etiam sanctimonialium collegium illic institutum, quæ in ipsius obsequijs versarentur, Christo desponsæ. Manè ergò his, quæ viderat, publicè enarratis, patreque & matre in gaudium excitatis, nauivnà cum militum manu imponitur, emenso mari ad locum, vbi virgo Dei sedem suæ quietis elegerat, aduehitur. Vbi à sanctimonialibus suscepta, ac prope lipsana sacræ virginis posita, orationis instantia ab eisdem per triduum fo uetur: tandemque sospitatem, quam per visum accepturam se didicit, adipiscitur. Sicque pro membrorum officio restituto, incredibili affecta gaudio, licèt adhuc paganus esset detenta ritibus, Deum in tanta virgine miraculis coruscantem confitetur: ad patriam repedit, Deumque Christianorum publicè prædicat. Cuius incolumitas stuporem, gaudium, & fidem regi suisque attulit: stuporem, rei nouitate: gaudium, in filia recuperatione: fidem, in vnus Dei confessione. Tandem & ipse ad cœnobium sacræ virginis, satis terrarum marisque emensus, vnà cum plurimis regni sui viris est adductus, baptismumque, quibusdam suarum rerum copijs ibidem oblati, est adeptus. Post cuius perceptionem eidem beatæ virgini vas argenteum donauit, quod in deferendis ad Ecclesiam oblati longo post tempore ibidem manentium conseruauit ætas. Indè patriam cum suis reuisit, edictumque proposuit, vt omnes sui regni homines baptismi fonte abluerentur, quod latè diuulgatum, in vnum credere Deum fecit. Postremò, nul-

De cuiusdā  
regis filia.

lum permisit regno militare suo, qui per paganisimum rebellasset Christi regno. Sic per salutem vnius, multis prouenit animarum salus. Facile autem colligi hinc potest, quanta inter circummanentes signorum gloria fulserit, quæ longè etiam remotos populos illustrauit miraculis. Magna verè in cælis & in terris eius gloria, magna æquè ipsi apud Deum obrinendi, quæ postulat, efficacia: cuius meritis veri notitia Dei transfusa à S. Augustino in Gregorio Papa, eius nominis I. in Angliâ. Augustinus missus à S. Gregorio Papa, eius nominis I. in Angliâ. Augustinus missus à S. Gregorio Papa, eius nominis I. in Angliâ. Augustinus missus à S. Gregorio Papa, eius nominis I. in Angliâ.

Post multa & magna miracula ostensa Morfellæ, dispensatione Domini collocata illic sanctimonialium congregatione in honorem dilectæ Deo Gudilæ virginis, multiplicata populorum malitia, læta & prospera diaboli versutia perturbauit. Ipse quippe aduersarius noster, qui bonis inuidet, & malis lætatur, tanquam leo rugiens circuit, querens quem deuoret, & si qua adhuc virtutum vestigia remanserunt in terris, ea nititur omni impietatis abolere molimine. Vt ergo iacula atrocitatis suæ in corpora liberius contorqueret, heu dolor & facinus, primò venena sua in animas diffudit, tanto grauius, quanto abundantius. Indè ascendente ad Dominum clamore nequitiæ Christianorum, vt similem inuenirèt pœnam, fines Lotharingiæ gens inuadit Danorum. Sanctuarium vertebantur in derisum, in prædam substantiæ incolarum. Ità pace turbata, res cœnobij Morfellenfis paulatim diripit aduersariorum insatiabilis cupiditas.

Qua tempestate, metu paganorum agente, sacratissimæ virginis Gudilæ corpus à supradicto cœnobio in locum, qui dicitur Capremons, deportatur. Interea pagani impietatis suæ funiculos lætiùs protendentes, atque rapinæ vastationisque fomitem magis ac magis frientes, quæcunque poterant, planè euasunt, nec etiam à cœnobio Morfellenfi abstinere manus. Nam igni ab eis vsque ad concrematum est, vt nulla nostro tempore eius vestigia super sint. Sed sicut nobis Dominica vox testatur, omne regnum in se diuisum, desolabitur: Ludouicus rex Austrasiarum, fines Francorum iniuste inuaserat contra fratres suos: Facta indè pace inter eos, datisque sacramentis, cum reuerteretur, Nortmannis, qui erant progressi vsque ad Carbonariam, in loco, qui dicitur Thimnim, obuiam venit, & cum illis absque mora confligit, & Deo propitio, ex eis maximam partem gladio strauit: reliqui in fugam dilapsi, in fisco regio se communiunt: deindè noctu ad classem se recipiunt. Postea Vuahalim flumini

ingressi, Nouiomagi ad regium palatium applicuerunt, ibique castra posuerunt. Quod cum ad notitiã Ludouici perlatum esset, absque dilatione cum exercitu venit, & munitionem obsidione cinxit. Conferto cum eis nonnullis diebus prælio, non adeò praualuit: quod palatium ingentis magnitudinis mirique operis, hostibus tutissimum præberet receptaculum. Postremò rex accepta pollicitatione, quod si ab obsidione cessaret, Nortmanni continuò de regno eius discederent, cum omnibus copijs recessit. Illo recedente, Pagani palatium vnà cum munitione exurentes flammis, nauibus ascensis, maiori numero congregato, cum inestimabili multitudine peditum & equitum confederunt in loco, qui dicitur Haslon iuxta Mosam. Et primo impetu finitima loca depopulantes, Leodium ciuitatem, Traiectum castrum, Tungrensẽ urbem incendio cremant. Altera incursione Ribuariorum finibus effusi, cædibus, rapinis ac incendijs cuncta denastant. Coloniam Agrippinam, Bonnam, ciuitates cum adiacentibus castellis, Tulpiacum, Vulpiacum, & Nouesium igne comburunt. Post hæc Aquigranense palatium, indè & Malmundariense & Stabulense monasteria in fauillam redigunt. Arduennam percurrentes, Prumiense cœnobium ingrediuntur ipso die Epiphaniæ Domini: Interfectis omnibus, quos ibi inuenerunt, monasterium igne consumunt: & onerati præda, ad castra redeunt.

Dum hæc aguntur, Ludouicus rex apud Franconofort moritur. Nortmanni audita morte regis, nimio exultabant tripudio: & iam non de conflictu, sed de præda cogitabant. Igitur cum omni festinatione exeunt, & Treuironum ciuitatem nobilissimã die sacratissimo Cœnæ Domini occupant: In qua vsque ad sanctum diem Paschæ festi-

sa ab

sa ab itinere corpora recreantes, omne tentorium vrbs circumquaque vsque ad solum demoliti sunt. Deindè ciuitatem flammis exurentes, ad Mediomatras dirigunt aciem. Quod cum comperisset eiusdem vrbs antistes, adiunctis sibi alijs episcopis vel comitibus, vltro illis obuiam ad pugnam procedit. Inito certamine, Nortmanni victores extiterunt, & episcopo interfecto, cæteri fugerunt. Pagani iter, quod coeperant, deserentes, cum ingenti præda summa celeritate ad classem reuertuntur. Iisdem verò temporibus Carolus, huius nominis & dignitatis tertius, licet grauibus & multimodis regni negocijs occupatus, tamen aduersantes Nortmannos, Deo auxilium ferente, regno depulit.

Postea verò gens Hungarorum finibus suis egressa, regnum Bauarorum ac Lotharingiæ occupat, cædibus, rapinis ac incendijs omnia vastat, & vsque ad Carbonariam syluam igne & præda demolitur. Sed Otho senior tunc temporis Imperator, multimodis regni & suorum procerum impeditus incommotis, dum aduersantes non cohibet hostes censura regiæ seueritatis, maiorem licentiã inuultu agendi tribuit etiam domesticis. Bellum tamen contra Hungaros susceptum, Deo misericorditer dispensante & pro suis pugnante, satis feliciter peractum est. Rex ipse Hungarorum cum suis principibus captus est: cæteri verò interfecti, & funditis sunt extincti.

## DE RELIQUIIS S. GVDILAE.

Igitur post tanta flagitia recedentibus paganis, beatæ Gudilæ corpus ad prædictum cœnobium, ab Danisiam in nihilum redactum, redijt. Quod quanquam hostium irruptione sui que destructione vilesceret, beatæ tamen virginis corpus ibidem seruabatur, eaque reuerentia, qua loci eiusdem tulit paupertas, illud venerabantur, donec Vuenemarus quidam subintravit, qui vt altera pestis eundem locum iniusto possidendi desiderio vsurpans, omni crudelior belua, specie Christianus, non opere, paganos ipsos nimia vicit crudelitate. Bona ecclesiastica in vsus suos & suorum stipendia satis audacter præsumpsit vendicare, & ancillas Christi iniurijs & egestate afflictas, compulit fugere, & vt oues sine pastore circumquaque vagantes, errare. Si quam autem è numero DEO seruientium mors occupabat, locum eius auaritia Vuenemari supple- uenemarus bona ecclesiastica sibi seculeratè vendicat. uenemarus bona ecclesiastica sibi seculeratè vendicat. uenemarus bona ecclesiastica sibi seculeratè vendicat.

Hoc enim tempore, vt clamat veritas scripturæ, neque rex, neque dux in Israël erat: sed vnusquisque in via cordis sui ambulabat. Tanta nanque aliorum malorum pericula, tanta vndique aduersitatum creuerant incommoda, tanta in super principum erat negligentia, vel defensorum impotentia, vt res ecclesiarum minui vel diripi in his finibus ab aliquo, iam esset pro minimo. Post hæc Ottone secundo tenente imperium, Carolus frater Lotharij regis Francorum, in regno Lothariensi adeptus est ducatum. Qui statum imperij dolens perturbari multipliciter, ad melioranda negocia multorum animi solerter aduertit. Vnde inter cætera res ablatas ecclesiæ Morfellenfis inuasorum partibus nisus est subtrahere, & sanctæ Gudilæ famulantibus restituere. Sed quibus scire facile potest, quam difficilè corrigantur, quæ in consuetudinem venerunt diutina dilatione. Sua loco sancto volebat reddere industria Caroli Ducis, sed obstabat audacia peruasoris, nec Deum timentis, nec hominem reuerentis. Insurgunt testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Hermenfridum omnes suæ partis clamant esse patris successorem, & paterni boni hæredem. Ducis autem prævalente potentia, Hermenfridus sui que complices, amantes terrena, paruipendentes cælestia, inito consilio inuasit terras retinent sibi, & preciosam margaritam, omnibus datis comparandam, corpus scilicet sanctæ Gudilæ, dant bono negociatori, Carolo videlicet glorioso duci. O miseros & miserandos, qui instar brutorum animalium terram respicientes prono pectore, ac ventri obediens, non Deo, ipsi se indignos iudicant tanto dono. Et sicut paternam rapacitatem eis hereditate cessisse gauisi sunt, sic quasi æterno mucrone perfoffi, paternæ necis exitum sibi cõtigisse tristati sunt. Nam vniuersos eiusdem possessione.

Patores rerum ecclesiarum fabricarū.

S. Gudila transfertur Bruxellas.

Carolus dux quę sit largitus ecclesię eius.

S. Gudila ad S. Michaelis eadē transfertur.

possessionis cohęredes, inaudita miserabilique nece notum est finiri ad extrema venientes.

Carolus verò dux pro nihilo ducens damna terrarum, felici commercio gaudet se celestem accepisse thesaurum. Quem cum debito honore in ecclesiam sancti Gaugerici Bruxellas intulit, & quid sibi cessisset boni, volens probare oculis, temerè, quanvis deuotè, aperuit thecam virginis: sed mirum dictu, ecclesiam totam derepentè nebula circumfundit, omnemque diurni luminis aspectum in nocturnas tenebras permutans, oculos presentium caligo retundit, atque sic providentia Dei omnes ab incepta temeritate retraxit. Saniori interim dux innitens consilio, se vnà cum aliquanta fidelium plebe in contritione carnis ac spiritus coarctauit triduo, vt quod faciendum incauta persuasit temeritas, summa, que omnia vincit, humilitas impetraret. Et iam tertia dies illuxit, memoratusque princeps ad loculum beatę virginis cum sacerdotibus ac thymiamate accessit, aperuit, & quod desiderabat vidit, inuocataque Dei maiestate occlusit, ac sigillo obsignauit. Postea verò partem quandam villę, quę vocatur Molnebecca, sanctę Gudilę tradidit, & sex familias addidit, & alia complura altaris vestimenta donauit. Illic non sine magna veneratione quieuit vsque ad tempora comitis Baldrici, nepotis Caroli ducis. Millesimo quadagesimo septimo anno incarnationis Dominicę, XV. indictione, Damasò summo Pontifice Apostolicę sedi presidente, Henrico II. regnante, dedicatum est in monte Bruxellis templum XVI. Calend. Decemb. ad laudem nostri redemptoris, in honorem sancti archangeli Michaëlis à Gerardo Cameracensi episcopo. Lambertus verò, qui & Baldricus comes, Henrico fratri succedens, cuius presentia tunc omnia illic congruenter erant ordinata, eodem die illud corpus sanctissimum de ecclesia sancti Gaugerici cum episcopo cęterisque sacris ordinibus leuauit, atque cum summo honore in ecclesia sancti Michaëlis repositum. Et annuente in omnibus vxore sua Oda, quę fuit Gozelonis ducis filia, ad seruiendum Deo sanctęque Gudilę virgini, ibi clericos constituit, & ad vsus eorum ipsam ecclesiam cum decimis, & alia plura legaliter contulit. Ibi nunc quoque, ad ostendenda gloriose virginis merita, multa & magna sunt miracula. Hęc de virgine Dei pauca tantum è multis in nostrā venēre notitiam, ommissis proculdubid plurimis, quę nos præterierūt. Sed hęc nostra de virgine claudatur oratio, eiusdemque nobis non desit intercessio, que & me scribentem, & te Christiane respiciat legentem, Amen.

**BERNARDI IUSTINIANI ORATORIS EXPOSITISSIMI, IN BEATI LAURENTII IUSTINIANI Venetiarum protopatriarchę vitam, ad monachos Carthusienses Pręfatio.**



Hic non dubito, venerandi patres, quin Patriarcha Laurentius sicut viuens solebat, ita etiam vita functus excipietur à vobis omni pietatis officio: iucundiorē tamē eius aduentum esse existimari, si rationem, qua suauissimus gratissimusque hospes ad vos veniat, cognoueritis. Nam quum eum à teneris annis dilexissē, plus etiam quàm parentem, atque illius discessu mœrens, desiderarem aliquid solatij, optabam (vt amantium mos est) aliquam illius imaginem, non Lyssipi quidem manibus, aut Apellis, sed quę potius exprimeret & mores illius, & actiones, & verba: quę nisi literarum viua (vt ita dixerim) pictura fideliter atque perfecte representari non possent. Illud igitur vnum cupiebam, illud optabam, singulares illius cęlestesque virtutes, & cuius pontificum veterum merito non impares, præstantis alicuius ingenij literis illustrari. Quod cum ipse mecum sapius agerem, sepe etiam cum his venerabilibus patribus vestris, qui apud nos sunt, & præsertim cum angelici spiritus viro Francisco Taruisano, præfeto vestri cœnobij, accidit inter nos officij quedam & pietatis plena contentio. Quum orarem ego illum, & ille contrā me, vt aliquid de vita nostri pontificis scriberem: dicebam esse illi autoritatē, esse doctrinam: consueuisse per multos annos cum Laurentio, multa vidisse, multa cognouisse: singulari charitate ac reuerentia ei fuisse deuinctum: Vereri me præterea dicebam, nē si ego scriberem

Franciscus Taruisanus.

scriberem, sanguinis propinquitas obesset fortasse Laurentij causę, & (velut in foro solet) testimonium nepotis in causā patrui suspectius haberetur. At ille eisdem contrā me rationibus vrgebat enixius, & facultatis, & consuetudinis, & amoris: atque (vt est præstanti doctrina & vsu rerum) intueri iubebat Ambrosium, qui Satyri fratris laudes duobus libris complexus est: adspicere Bernardum, qui Gerardo fratri, inter cęteras nobilissimas super Cantica homilias, locum præcipuum eius laudibus inseruit. Neque Latinos solum memorabat, sed Gręcos etiam. Nam & Chrysofomus parentis, & Basilii sororis vitas & laudes, quemadmodum noster Aurelius Monica matris, persecuti sunt. An (præterea dicebat) si quotidie vides alienos & externi generis homines concurrere ad illius sepulcrum, qui aut statuas, aut flores, cereosve in testimonium venerationis apportent: quid tandem tibi necessitudine nepoti, pietate filio, tantis illius beneficijs obstricto agendum est? Te certè audiui, quum diceres illum tibi sæpè magnis in laboribus presenti adfuisse numine, quemadmodum promisit ipse tibi, dum migraret à vita. Nonne igitur ad illius honorem & gloriam, (nisi ingratus esse vis & haberi) quicquid in te est aut facultatis & ingenij, aut denique studij & diligentię, conferendum? Hęc igitur ille quum diceret non minus prudenter quàm amicè, certè in memoriam redigebat, id ipsum vsu accidisse ferè per omnes etates. Omitto enim præcos illos gentiles, vt Catonem, vt Cæsarem, vt Thucydidem & Xenophontam: quorum hi Gręcis, illi Latinis literis res illustrauere suas: adeò non de amicis aut propinquis, sed de seipsis scribere non dubitarunt. Dicam de nostris. Certè Athanasius Antonij, Martini Seuerus, Bernardus Malachię, Gregorius Basilij, Gregorij Chrysofomus scripsere vitas, aut discipuli omnes, aut amicissimi. Itaque refragari iam iam poteram summę authoritatis exemplis: sed illa præcipue ratione non poteram, quam de illius erga me memorauerat beneficijs. Abijt enim optimus pater ea maximè tempestate, quum me familiamque meam turbulentiissimi fluctus & procellę varijs modis impeterent, vt mergi penitus necesse fuerit, (tu scjs bone Deus) nisi inuocatus semper à me benignissimus pater, in tantis malis atque periculis opem tuam impetrauisset. Vt extaret igitur aliquod grati animi officium, quod profecto ab nepote erga patrum sine scelere omissionem potuit, appuli animum ad scribendum. Quę autem narrabimus, verè possumus dicere cum Apostolo, quia non solum à fidissimis testibus audiimus, sed pleraque ipsi vidimus oculis nostris, & manus nostrę contrectauerunt: præsertim cum ab initio pontificatus ad vltimum vsque vitę diem, ab illius (vt aiunt) latere nunquam ferè discesserimus. Placuit autem vobis potissimum inscribere, clarissimi athletę Christi. Nam quum Leonardi parentis cineres atque ossa, me, apud vos habeam pignus eximie erga vos familię nostrę obseruantię & pietatis: cur germanos optimos atque dulcissimos, qui se incredibili pietate dilexerunt, quantum in me est, pari quoque contubernio non donem? Venit igitur ad vos Laurentius, pater & vita sanctus, & doctrina instructus, & miraculis coruscans: quibus quidem ornamentis quid accedere possit, non video. Sunt autem summa omnia hęc, & habitant adhuc in oculis omnium: ex quibus & voluptatem in legendo, & fructum in imitando percipere possitis.

Serm. 26. in Cantica. for. Gregorius Nazanzenus.

Nota quid cõferat piã inuocatio Sanctorum.

1. Ioan. 1.

**QVO GENERE, QVIBVS PARENTIBVS SIT ORTVS, ET QVO PACTO ADOLESCENS AD DISCIPLINAM monasticam sit profectus. Cap. I.**



Natus est igitur Laurentius Venetijs, Bernardo Iustiniano patre, matre verò Quirina. De vtriusque familię nobilitate neque multa dicere, neque omnino silere licet sine illius iniuriã. Nam sicut his fortunę donis gloriari, superbę leuitatis est: ita fortiter contempsisse, quod Laurentius fecit, summę grauitatis. Celebre igitur est, & in antiquis Venetorum monumentis extat, Iustinianam familiam à Iustiniani posteris defluxisse: tres fratres Constantinopoli pulsos per seditionem, venisse in Italiam, atque Venetijs confestim. Huius familię virtus cum multis in bellis, tum in eo maxi-

S. IANVA. Genus S. Laurentij. familia Iustiniana.

Veneto-  
rum clad.

Redit ad  
monasteriū  
Nicolai  
Iulianus

1. Tim. 5.  
Nota fan-  
ditatem  
nobilitatis  
in  
trone.

Mores ad-  
lescentis S.  
Laurentij.

maximè claruit, quod à Vitali Michaële duce Veneto aduersus Emmanuelem Imperatorem Constantinopolitanum feliciori initio, quàm euentu, gestum est. Classè nobilem centum triremium, & viginti nauium dux Venetus centum diebus concecit, & in altum deduxit: quæ quum omnem oram Illyrici maris, portus deindè Epitæ atque Achaia, & deindè maris Aegæi insulas penè omnes recepisset, captaque de-nique ac spoliata Chio, ad insulam, quæ nunc dicitur sancta Panagia, diuertisset, & descendisset aquatum, (seu pestis illa fuit, corrupto cæli tractu, seu, quod magis creditum est, infecta ab hostibus veneno aqua) sanè incredibili lue vastata est. Iustiniani quicumque per ætatem potuerant capere arma, classè eam conscenderant, quasi patrias sedes bello repetentes: sed tantum conatum infelix exitus excepit. Nam ad vnum omnes, sic volente Deo, aut ferro, aut morbo extincti sunt domi, præter aliquot senes, sufficiens soboli frigidiores. Fortè euenit, vt vnus tantum superesset adolescens, Nicolaus nomine, apud monachos sancti Nicolai. Vitalis dux laceram, & tam milite quàm remige vacuam classè trahens, in patriam reuersus: & cum præter alia publica incommoda, tum etiam quasi excidij illius familia causa fuisset, quæ toti ciuitati fuerat charissima, incidit in populi odium. Et vt quoquomodo posset, reconciliaret, statuit non solum restituere illam in lucem, sed copulare etiam sibi sanguine. Impetrat ab Alexandro tertio pontifice maximo, vt liceat adolescenti monacho soluere vinculum religionis, ad reparandam sobolem suæ gentis: eique vnicam filiam despondet, Annam nomine, Faustæ fuere nuptiæ. Donauit illos Dominus maribus sex, & tribus foemellis. Lætus tam prospera sobole Nicolaus, & Deo gratias agens, voti veteris religionisque non immemor, ad monasterium reuersus est: edificato prius apud Amianum cœnobio virginum sub nomine sancti Adriani: in quo vxor ipsa Anna quoquè monasticam cepit vitam. Multis miraculis ambo claruerunt, atque eorum imagines apud ædem sancti Nicolai, in testimonium sanctitatis ad nostram vsque ætatem persistere. Quod, nè cui fortè mirum videatur, isdem temporibus idem Alexander pontifex Constantiam, Gulielmi Sicilia regis filiam & monacham, & plus quàm quadragenariam Henrico Imperatori, Frederici Barbarossæ filio, nuptui concessit, ad sobolem Gulielmi patris, qui Siculis fuerat charissimus, suscitandam. Ex hac igitur sanctitatis propagine Laurentius ortus. Bernardus pater iuuenili ætate è medio magnorum honorum cursu surripitur. Quirina mater, & ipsa clarissimo genere, anno ætatis quarto supra vigesimum, amisso viro, & quinque susceptis liberis, reliquam ætatem cælebem duxit, domum suam regens, vt Apostoli verbis vtat, & filios in timore Dei & mandatis instituens, instans orationibus die & nocte: & nè in delicijs mortua esset, cilicium & catenam æream, quoad vixit, circa lumbos gestauit, ieiunijs & vigilijs florentem ætatem castigans: præcipuè autem in pauperes misericors & benefica, & quæ ad eleemosynas filios semper & verbo instrueret, & exemplo. Accessit ad eximium Laurentij ornamentum, germanorum fratrum par memorabile, Marcus & Leonardus: quorum necessaria mentio me diu tenuit ancipitem, scriberémne hic aliquid de illorum vita moribusque: sed quum magni res operis videretur, malui nunc soli Laurentio dare operam. Vnum tamen illud non silebo, cum bona venia legentium, tres eiusmodi fratres tanta virtute, sanctimonia, & omnium bonarum artium scientia præditos (quod quidem scriptorū monumentis extet) vix vlla vnquam secula tulisse. Nec falli me amore, neque fallere prorsus scio. Natus est Laurentius sub finem belli Genuensis illius maximi & periculosissimi: & natus, quo die pro insigni apud Clodiam victoria, vniuersa ciuitas supplicationibus & omni lætitiæ genere redundabat. Dicere solebat Quirina mater, dum in ea lætitia pareret, gaudio quodam animi perfusa, Deo primùm gratias egisse, quod eum partum, quem tantis in laboribus periculisque gestasset, in lucem ederet cum tanta ciuitatis lætitia: deindè Deum suppliciter orasse, vt hostibus aliquando formidini esset, & saluti ciuibus: quod certè vidimus euenisse bello Mediolanensi, sicuti suo loco dicemus. Statim autem primæ ætate declarauit mori elegantiam singulari. Nihil illo venustius, aut amabilius: cum maioribus natu libenter esse, cum equalibus facilis, minores amplecti. Ceterū excellēti videbatur animi magnitudine, & ad summas res diuina sapientia rapiebat, vraliquando Quirina mater metuens, nè aliorum eruperet ille ardor animi, & mundi honores amplecteretur plusq̃ par esset: *Quin tu, ingt,* hanc

Christus il-  
li apparuit.

Nota fratū  
sancti ad-  
lescentis.

Spernit nu-  
ptiarū vo-  
luptates.

Pugnat ad-  
uersus vo-  
luptates in-  
signiter.

Vigilia  
eius.

Tolerantia  
frigoris;

Statio eius  
in templo.  
habebat:

hanc mi fili insaniam mittis? Infernum sapit ista superbia. Cui subridens Laurentius veluti per iocum, Noli timere, ait, mater: magnum me Dei seruum adhuc videbis. Hoc de seipso puerile præfagium haud multo post Dominus impleuit. Annū erat natus vnde uigesimalium, eius scilicet ætatis, in qua carnis illecebre ancipitè facere solent humana vitæ viam. Dominus autem Iesus manum illi adhibere volens, apparuit illi, sicut ipse in eo libello, qui Fasciculus amoris inscribitur, meminit. Ipsi verba subiiciemus: Etã vestri similis, querens æstuanti desiderio pacem in rebus extrinsecis, nec inueniebam. Tandem quædam virgo sole splendidior mihi apparuit, cuius nomen ignorabam. Hæc propiùs accedens, venusto vultu placidoq; affatu: O iuuenis, inquit, dilectè, cur effundis cor tuū, & pacem sectando per multa variaris? Quod queris, penès me est: quod concupiscis, tibi polliceor, si tamen in sponsam me habere volueris. Quum verò nomen ipsius, & genus, & dignitatem scire peroptarem, se ait sapientiam Dei esse, quæ propter hominum reformationem humanam formam suscepit. Assensu igitur, & dato pacis osculo, læta discessit. Hac igitur visione percussus, rem detulit ad Marinum, Quirinæ matris consobrinum, qui fuit tam vita quàm doctrina sanctissimus. Is quanquam magnū aliquid portenderet, & ardētē iuuenem ad omnem altissimæ vitæ rationem intelligeret, perspicere tamen penitus illius animum, & corporis firmitatem experiri maluit. de vestitu nihil mutauit, nè cultus sordidior proderet animi propositum: sed matri nimirum amanti secretum esse non potuit. Quæ quum præter suspiciones alias, ligna quadam rudia super lectum sternere, superq; his lignis cubitare filii depræhendisset, (vt est matrum natura mollior) metuens nè filius nõ satis difficultates religionis intelligeret, induxit in animum tentare illius propositum, & nuptias apparare. Et quidem virgo offerebatur, forma, nobilitate & amplis diuitijs præstans, quæ ego senem cognoui. Id quum animaduertisset filius, & fratres cum matre coniurasse perspiceret, fugam maturauit, atq; ad Marinum auunculum se contulit in religionem canonicorum collegiatorum, qui S. Georgij in Alga nuncupantur. Dicebat autem initio conuersionis proposuisse animo, hinc omnia bona fortunæ, nobilitatem, magistratus, honores, vxorem, liberos, pecuniã, & omnis præterea generis voluptates: illinc in edias, vigilijs, ætus, algorem, feruitutē: sedisse deindè quasi iudicem inter ista, & ab sese ita exegisse: Considera nunc etiam atq; etiam Laurenti, quid agas: Putasne hæc perferre poteris, aut illa contemneres? Tum sese ad Domini crucem conuertisse: Tu es Domine spes mea: ibi posuisti certissimum refugium tuum. Sic confirmatus animo, relicta matre, fratribusque calcatis, præterea opibus & honoribus, & florentis ætatis illecebris, ad cælestem militiam profectus est.

*De siti, fame, vigilijs, & omni corporis attritione, de dolorum tolerantia per omnem ætatem declarata. Cap. 2.*

**P**Rimum igitur sibi certamen instituit cum corporeis illecebris, cuius viã breuissimam iudicauit, si nihil illis molle concederet, sed bellū gereret quasi cum hoste capitali. Nihil dicam de cibi parcitate, quem nunq̃ saturitate, sed vix vltima necessitate definiret: nihil de sitis tolerantia, qua nunq̃ sic torreri visus est, vt vel per ieiuniū, vel manuū operationem, vel peregrinationem, vel valetudinē adduci potuerit, vt potum deposceret: quin si inuitaretur à fratribus, dicebat: Quo igitur pacto feremus Purgatorij calores, si paruam hanc sitim ferre non possumus? Vigilijs à patribus institutas, non solum ita seruauit, vt ad matutinum primus veniret, vltimus discederet: sed quum omnium monachorū mos sit, post matutinum ad somnum redire, donè sol illucescat, Laurentius per omnem vitam nunq̃ de ecclesia discessit, donè ad Primam fratres conuenirent. Rigente hyeme, accedere ad ignem nunq̃ visus est: quod fuit admirabilius propter corporis imbecillitatem. Accidit autem, vt pater quidam ad ignem inuitaret: recusante illo, palpauit pater illius manum, quumq; obrigentem frigore sensisset, admirans, inquit: O fili, magnus calor est, quo intus ardes, si frigora ista non sentis, quibus obriguiisti. Quid illud, vt ne in hortum quidem remittendi animi causa vnq̃ accesserit, quod vnum solet esse monachorum remedium? Stabat gradu nixus, dum diuina canerentur officia: non dextra, nõ leua sed ilibus herere: quæ statū semper in psallendo seruauit. Videtur hæc deorsus è minis admirabilia his, qui nunquam experiantur. Vos autē nobiles Christi athletæ, qui quotidie facitis harū rerum periculū, scio factu





ctu difficiliora quam dictu iudicatis. Huius propositi atq; constantiæ perseueravit vsq; ad vltimam senectutem, vt in ipsis ægritudinibus vix vlla corpus remissiori ratione foueret. Nam quum medicus eum laborantem iam fermè septuagenarium ad edendas carnes inuitaret **Q**uadragesimæ tempore, & quò facilius suaderet, afferret exemplum sancti cuiusdam ex his recentioribus, qui ob ægritudinem haud maiorem die Domini- cæ passionis pulpâ phasiani comedisset, petiuit primùm Laurentius, an abstinere posset sine vitæ periculo. quū ille non negasset, Vnusquisque, inquit, abundet in sensu suo: sed vt verum fatear, valdè me delectant veterum exempla sanctorum. Video autem confes- sores per carnis macerationem, martyres autem per sanguinis effusionem ad cælestem patriam contendisse. Itaque vt ad priores annos redeam, quum factus esset etate ver- gente debilior, cogebant eum patres ex capituli decreto, vt cibo & somno, & veste mo- deratiùs vteretur. **Q**uod ille agrè ferens, quasi ad delicias compelleretur, lubete, dice- bat, vt lubet, parebo iussis: scire tamen vos velim, ei qui pro Christo pati decreuerit, pa- tiendi viam non defuturam. **Q**uerebam ab eo patre, qui hæc narrabat, quid his verbis si- gnificare voluisset: Disciplinas credebat, id est, verbera & plagas, quibus solebat affligi vehementiùs. **N**otas quippe & sanguinis maculas sepius apparuisse. Non solùm au- tem euicit has communes naturæ necessitates, sed dolorum patientiam admirabilem vbiq; præstitit. Incidit initio religionis in morbum fistularū, quas medici appellare sero- phulas solent. His omne collum repletum est. Desperabant medici de iuuenis salute, Vnum remedium dabant, si fetis equinis per transfuerum collum sepe deductis, cor- rupti humores educerentur: adurerentur deindè ferro candenti. Verùm timebant, nè dolorem ferre non posset. At Laurentius vultu, quo semper erat, æquali, **Q**uid dubitatis, ait, fratres? secet & vrat medicus, vt libet: an non poterit Dominus mihi dare fortitu- dinem, qui tribus pueris dedit in fornace candenti? **T**raiectus itaque, & sectus, & adu- ctus est. Vbi illud admiratione dignum, quòd præter vnā vocem Iesu semel emissam, ne minimum quidem gemitum edere deinceps auditus est. **C**eterùm hoc nobis incre- dibile fuisse, nisi oculis nostris vidissemus, in vltima etate, quum pontifex esset, eandem animi firmitatem, & quum guttur intumisset maiorem in modum, ac resolutio tar- dior appareret, eademq; difficilis, angeretur autem animi pijsimus pater, domi atq; in cubiculo inclusum vacare non posse ouibus suis, ad ictum ferri stetit penitus immo- bilem, quum timenti medico diceret, Incide auda ceter. neque enim laminas martyrum nouacula tua superabit.

*De humilitate & mansuetudine, de contemptu ignominie, de paupertatis amore, de dono orationis & constantia. Cap. 3.*

**H**AEC de corporis attritione, & quidem pauca de multis: sed veniamus ad ani- mū, vbi plus negocij videtur. Incipimus aut ab humilitate, quam ipse cete- rarum virtutum reginā appellabat. Si rector erat monasterij, velut id sibi mu- neris contemptui potiùs esset, q̄ honori, infima quæq; ministeria diligere, quæ relatu etiā sint indigna: nihil nisi de peccatis suis loqui, sua detestari, cōtemni ac despi- ci cupere, semper de humilitate Domini Iesu, aut beatissimæ virginis loqui. Sed omi- sis quotidianis istis, videte patres, quomodò cōtumelias tulit. **Q**uū de monasterij nego- cijs aliquando in capitulo ageretur, frater quidā simplicioris ingenij, accusauit nescio quid à Laurentio factū. Laurentius aut quauis intelligeret hominis ingenij, & purga- re facilè posset quod obiecerat, substitit primū, quasi non audiret: tandè leni gradu in mediū procedens, genibus flexis: Ignoscite, inquit, patres: peccauit in cælum & coram vobis. ecce poenitentia, quam dederitis, agam. **T**actus poenitentia frater ille, ad Lauren- tium accurrit, & veniā petens, eius pedibus aduolutus est. **I**terùm aut quū simile quip- iam falsò objiceretur, compressa Laurentius mordicis lingua, nihil respondit: scilli- cet, nè aut mendax confessio malū exemplum proderet, aut negatio contentionem gi- gneret: loquendi & tacendi tempora prudentissimè discriminans. **M**undi verò fastus atq; superbiam quàm magnificè perdomuit? **N**on dico, vt opes reliquerit & honores: **N**eq; enim tantæ virtutis est, honores contemnere, quàm contemptū appetere. **P**lus est enim, vt malè affici negligas, quàm vt benè affici non cupias. **C**eterùm illud summæ perfectio- nis, vt malè affici desideres. **I**taq; nō silebo, quod Maphæus patriarcha, qui illi succel- sit, & fuerat eius discipulus, mihi narravit. **N**am quum de more exissent, ad petendum panem,

panem, fortè accidit, vt frequentiora vr bis loca penetrarent. **S**ensit eum Laurentius motum loci celebritate, & declinare homines cupientem: **M**aphæ, inquit, quid moueris? **V**adamus constanti gradu. **N**ihil enim profecimus, si reliquimus verbo mundum, nisi etiam opere declaremus. **E**amus cum faccis istis quasi crucibus, & gloriosum ho- diè de seculo triumphum referamus. **D**e paupertatis aut amore quid dicā? **A**ccidit for- tē, vt rectum monasterij igni cōflagraret, vbi fratres omne penu in spem anni reposue- rant. **A**berat eo die Laurentius. **A**duenienti verò mœsti fratres triste nuncium cum at- tulissent, hilari vultu Laurentius: **E**iā filij, quid mali actum est nobis? **N**onne paupertate- m vouimus? **B**enedictus Deus, qui nos voti compotes facit. **I**pse qui dat semen seren- ti, panē etiam ad manducandum præstabit: tantum nè amittamus confidentiam no- stram filij: quæ, vt inquit Apostolus, magnā habet remunerationem. **S**icut igitur omnes & carnis & mundi illecebræ viluerāt, ita vna illi voluptas erat, ex ecclesia aut cella non discedere. **E**t orationis quidē & contemplationis gratia eum nemo superauit. **Q**ualis enim veneratio subibat animū, cum illum ad altare conspiceret? quæ corporis immo- bilitas, quæ vultus intentio, quæ lachrymæ? **E**x fratre quodā audiui, illius in primis fami- liari, dum celebraret Missam nocte Dominicæ natiuitatis, post cōsecrationem Eucha- ristia solutum in mētis excessum. **C**umq; diutiùs perseueraret, accedit diaconus semel atq; iterùm. **I**lle persistit immobilis. **T**andè casulam tractus à fratre, velut à somno euigilans, **E**cce prosequor, inquit, frater. **S**ed quid de infantulo isto tam pulchro facie- mus? **Q**uomodò solum & nudum in tanto frigore relinquemus? **C**onstantia autem fuit admirabili. **P**ostq̄ Deum secutus est, maternam aut fraternā domum ingressus non est. **M**emini puer adhuc cum essem, videre eum ad domū nostræ ianuam pulsanter, pa- nes petere, domum tamen aut limen non ingredi, sed foris stantem panes opperiri. **M**ater autem filium, agrè ferens tanto onere grauem diutiùs per urbem vagari, iubebat ministris, vt factū illi panibus implerent. **R**ecusare semper Laurentius, & panibus duo- bus contentus discedebat, vt operam nauaret humilis mendicationis, & non domestici quaestūs. **M**atris dormitioni interesse, pietatis esse putauit: **I**bique noctem egit, vt ma- terni amoris præceptum adimpleret. **D**ignum illud memoria, quòd matrem, quā vnicè dilexit, morientem videre potuit sine lachrymis: & plorantibus alijs, ipse siccis oculis vltimum persoluit officium. **I**dem vbiq; erat, nunquam eum quisquam aut lætitia ex- hilaratum, aut ira commoierem, aut solutiorem remissione animi videre potuit. **N**on vllum denique vestigium metūs, cupiditatis, doloris, voluptatis.

*De dono & efficacia verbi: quo pacto fratrum tentationibus subueniret, de spiritu prophetia, & de vocatione illius ad pontificatum. Cap. 4.*

**E**RAT autem illius constantia (quod rarò solet accidere) mira simul humanitate & veneratione condita. **S**ermone fuit suauis, breui, & pondere pleno: & (vt scri- ptum est) verbum quod ex illius ore egrediebatur, vacuum non redibat. **F**uit illi præcipuus in adolescentia socius, tam genere quàm diuitijs clarus. **I**s fortè ab- erat, & in Oriente negocia gerebat, quando Laurentius Dominum Iesum secutus est. **H**oc cum accepisset & iuuenis & ignarus, quid esset animus diuino spiritu afflatus, pergat ad monasterium cum cantoribus & citharædis, & cum aliquibus armatis, planè non dubitans socium ad reditum pellicere: & si fratres fortè negarent, tum vi & armis vsurus, accersit Laurentium: quem cum vidisset non tam habitu vestis mutatū, quàm oris & gestūs & incessūs, obstupuit. **L**aurentius benignè salutatum, incipit illius ani- mum blando priùs sermone tractare: tum paulatim à mundi rebus ad cælestia deduce- re. **Q**uid multa? **I**mpulit iuuenem, & qui laqueum ad amicum capiendum tetenderat, in rete improuisus incidit. **R**espondens autem Laurentio, inquit, **F**rater, verba æternæ vitæ habes: & quoniam frustrata mea spes est, reque ex hoc loco educere non possum, tu sanè ex hoc seculo me ad te deducere poteris. **S**tatutum est tecum viuere, tecumque mori. **P**rædicationis facultas ad populum ei defuit: quia nec spiritu, nec lateribus esset benè firmis: sed nihil fuit suauius, quàm sedentem inter fratres audire. **C**uius quidem rei vos in primis, venerandi patres, optimi testes estis, à quibus vocari sæpè solebat. **V**bi aliquando audiui à fratribus vestris, cum sedissent ad vmbra patulæ fagi, & dicere ali- quid pararet, extemplo nimbis & tonitruis incredibili cum fragore misceri cælum vi- sum esse. **C**um verò fratres hinc pluuiam grandinemque metuerent, hinc egre ferrent

**Q** concu-

Obserua-  
iter in ca-  
los.

Patientia  
eius exi-  
mia.

Dan. 3.

Eius infi-  
gnis humi-  
litas.

Cōtemptus  
superbiæ &  
fastus mun-  
dani.

Amor pau-  
peratis.

2. Cor. 9.

Heb. 11.

Mentis ex-  
cessus in  
Missâ.

Eius cons-  
tantia.

Affectus vt  
edomitos  
habuerit.

Eius sermo  
qualis.  
Esa. 55.

Est frequēs  
apud Cara-  
thufanos.

Ioan. 8.

concupita prædicatione fraudari, subridere cœpit Laurentius, & manu monere: Quiescite, inquiens, fratres: hæc sunt fatanæ ludibria, qui mendax fuit ab initio, & in veritate non fœcit. Nunquid verbum Dei alligare poterit? Vix igitur sermonem instituit, & ecce cœlum visum est aperiri, diesque, lætissimus pio fratrum desiderio obsequentissimum præbuit officium. Non minori præterea cura fratribus aderat: Mœstos consolari, curare infirmos, laborantibus subuenire, cogitationes & diabolicas insidias exquirere. Vexabatur frater (vt mihi narravit) spiritu ad seculum redeundi, & aliquoties à Laurentio confirmatum, non cessabat diabolus instigare. Ferre ille amplius tentationem non poterat. Ad Laurentium autem se conferens, Succumbo pater, ait, fer opem. Ecce nisi adiueris, ad seculum redeo. Tum Laurentius: Sine modo, mi frater, & tantum hodie nè abeas. Cràs, vt libuerit, deliberato. Nox vna in orationibus ac lachrymis absumpta, sic diabolus fugauit, vt nunquam deinceps eum sit ausus impugnare. Sed quod sequitur, admirabilius: quod quidem narrare dubitarem, nisi accepissem à patre venerandæ fidei & authoritatis. Quum frater quidam simili instigatione premeretur, & ad certissimam Laurentij opem recurrisset, accepit Laurentius lauri ramusculum, qui decoctus aqua, relictus erat in vasculo. Ad fratrem autem conuersus, Accipe, inquit, frater, & in horto planta: & si quidem reuifcet, securus esto de perseverantia tua. Abijt ille & plantaui, & reuifcit: & de miraculo gaudens, memoriam virgæ Aaron, & palmæ Macarij reuocauit. Ceterum prophetiæ spiritu vberissima quadam mensura Dominus eum donauit: & hoc ita celebre & diuulgatum fuit, vt non aliter ad eum, quam ad oraculum concurreretur. Innumerabilia dicere possum, & aliqua dicemus sparsim, vbì res postulat. Interea vnum eligemus è multis, vel homine in quo accidit, vel multiplici varietate, vel certitudine rei præstantissimum. Fantinum Dandulum scio cognouissis, genere, dignitate, vita & doctrina clarissimum: qui fuit nupèr episcopus Patauinus. Hic dum secularis, esset adhuc, & primarium in nostra Republica locum teneret, primo die Quadragesimæ ad suscipiendum de more cinerem accedit. Suscepto cinere & benedictione, Laurentius ait: Memento frater, quia futuro anno tu alijs horum cinerum officium impendes. Quod vt audiuit homo secularis, & plùs quam quinquagenarius, surrexit admirans: neque aliud tamen ibi percontatus est propter loci maiestatem, sed in claustro prætereuntem expectat. Factus autem ad illum propior, rogat quid illis verbis significare voluerit. Laurentius substitit aliquantulum cogitabundo similis, deinde subiecit: Dico tibi frater, quòd cinerem quidem non impones, sed certè populo distribues ramos oliuarum. Fantinus quantum maiori adhuc admiratione teneretur, quoniam modo hoc posset accidere, tamen aliud sub his verbis latere dubitans, discussit. Ecce autem haud multò post Martino defuncto, Eugenius Venetus pontifex eligitur. Ad eum Fantinus legatus ab senatu nostro destinatur. Suscipit eum Eugenius maximo cum honore, & inter sacros ordines initiat. Denique ante vertentem annum legatum Apostolicum Bononiam mittit: quòd cum venisset, & primo die Quadragesimæ imponere cinerem populo necesse esset, inuitatur legatus ad id muneris. Ille recusat, quòd ab alio, quam sacerdote, fieri non liceret. Instant enixius illi, dicentes id muneris à Legatis semper exerceri consueuisse. Fantinus in proposito permanet, atque id officij non paruo tandem labore deprecatur, nihil adhuc de Laurentij verbis aduertens. Die verò Palmarum, cum similis contentio oriretur, & canonici peterent, vt oliuæ ramos populo distribueret, ille autem ex humilitate eadem sacerdotij excusatione vteretur: tandem canonici summis precibus postulant, vt si in cineribus Legatum sese gerere noluit, saltem non recuset oliuarum officium. Quid multa? Victus Fantinus, illud officium, vt prædixerat Laurentius, proprijs manibus absoluit. Has autem sancti viri virtutes Eugenius pontifex cum audiret, animum induxit Venetis episcopum dare. Quo animo acceperit, iudicate, si potestis. Bis fugiendi cepit impetum, & in abdita aliqua loca secedendi: bis restitit, & stare demùm in patrum suorum sententijs deliberauit. Erant autem ex ijs qui suaderent, non esse summo pontifici oblectandum, sed parandum Christi vicario. Nonnulli verò, vt nullo modo susciperet, suadebant, mundi factus, onera insucta, & corporis imbecillitatem memorantes. Fuere etiam, qui suaderent vt fugeret: & afferebant singuli exempla sanctorum, qui vel suscepissent, vel renuissent, vel incogniti profugissent. Inducto tamen ieiunio & oratione solenni, decreuerunt patres conari apud Eugenium & literis & nuncijs, nè sibi patrem ducemq; suum aufer-

Confirmat  
fratrem de in-  
stabilitate  
vexatum.

Admirabi-  
le quiddam.  
Num. 17.

Abundat  
prophetiæ  
spiritu.

Fantinus  
Dandulus  
episcopus  
Patauinus.

Abhorret  
ab episco-  
patu.

auferret, sine quo societas illa planè periclitaretur. Bis misere, bis rescripsit Eugenius: & extant duæ illius epistolæ, quibus dulcissimis verbis patres illos consolatur. Rationibus præterea grauissimis, & sanctorum patrum exemplis admonet, nè diuinæ voluntati aduersentur. Non parere igitur non potuit Pontifici ter iubenti.

*De assumptione pontificatus, familia, veste, victu & pecuniæ contemptu. Cap. 5.*

**A**nno ætatis quinquagesimo primo iniit episcopatum, & quidem nulla pompa aut comitatu, vt fratres etiam germanos adesse noluerit, & aduenisse prius nouum præfulem omnis vicinia cognosceret, quam penè intelligeret aduenturum. Eam noctem duxit insomnem, Deum precatus orationibus & lachrymis, vt si id muneris ad ipsius honorem suscepisset, nolens alioquin & inuitus, nè se desereret: scire se quantum negocij susciperet, nõsse populi multitudinem, ordinum varietatem, amplitudinem principatus secularis: quales & quam crebras discordias habuissent cum superioribus episcopis: contra verò, vires sibi tenues & imbecilles, quippe nisi in monasticis cellulis exercitatas. Quum hæc & pleraq; alia cum lachrymis effunderet, dicebat se tanta animi luce repletum, vt non aliter deinceps illius episcopatus, quam alicuius monasterij, munera obièrit. Familiam sic instituit. Elegit duos de suo cœtu fratres: quorum altero vtebatur ad officia diuina, cum altero partiebatur curas maiores. Quinque præterea ministros habuit per tres & viginti annos, quibus fuit in eo pontificatu: quanquam per liberalem iocum dicere solebat, familiam sibi grandem esse, cuius cura premeretur: pauperes Christi significans. Veste vsus est colore, quem dicunt, cœlestino, iusta longitudine. Tapeta, & aulæ, & cetera ornamenta edium omninò spreuit. Mensa non fordida, sed summa munditie, ad quam de more monastico legebatur: nihil omninò argenti. Vescabatur in vitreis & fictilibus: cibo vulgari semper vsus, amaui oua, quòd & stomacho amica essent, & voluptatem non iritent. Nihil appetere, aut damnare: Quicquid apponeres, sumere. Accidit semel, vt pincerna deceptus colore, acetum pro vino apponeret. Cum Laurentius admouisset ori, vt acetum esse sensisset, nihil vltra questus, prandium exigebat sine potu. Pincerna vt aduertit, veniam suppliciter deprecatur. Cui Laurentius placido vultu: Eia, inquit, curato diligentius deinceps officium tuum. Cubile habuit vix sex pedes protensum, tomento paleari, & oportorio, quod veteres centonem, nostri sclauinam vocant: exclusis semper de thalamo omnibus, vt liberius vacaret lachrymis & orationi. Statim autem operam dedit, vt pontificalis ecclesia, superiorum episcoporum aut incuria aut auaritia neglecta, pro dignitate sedis excoleretur. Canonicorum ordinem, ad nihilum redactum, restituit, addidit sacerdotes, cantores instituit. Eandem adhibuit curam circa alias ecclesias, vt plurimæ, in quibus vix Missa dicebatur, nunc videantur esse pontificales. Mores deinde cleri castigare adortus, deque ijs edidit pulcherrimas constitutiones. Sed nihil erat, quod non facile impetraret liberalitate & bonitate naturæ. Erat enim alioquin non grauis. Frui clerum suis fructibus patiebatur, vt nihil illi oneris imposuerit vnquam. Pari cura prosequabatur monasteria, præcipuè sacrarum virginum ob sextus infirmitatem, quibus nihil de esse pateretur, vel ad corporis necessitates, vel ad regulares etiam disciplinas. Collapsa restituit, noua construxit. Pulchrum huius rei testimonium, quòd cum initio viginti aut circitèr obseruantia suscepisset, moriens reliquit quinque supra triginta. Non minori studio aliarum etiam ouium curam gerebat. Non fuit credibile, quantus quotidie concursus fieret mœstorum & laborantium, qui consolari cuperent, qui iuuari ope, oratione, consilio. Ad eum omnes confluere. Plebanos quidem sedulo monere, reddituros aliquando proprij officij rationem. Ceterum pecuniam contempsit, vt neminem vnquam magis contempsisse crediderim. Domus erat aperta omnibus, omne penu pauperibus patebat. Si procurator rationes afferret, nihil accepti vel expensi videbat amplius, quam quid deesset aut superesset: indignum omninò ratus, vt qui animarum quæstui præfectus esset, federet ad calculos. Primum illi de pecunia institutum fuit, vt nullum penitus sibi cum fratribus esset commercium: quia nihil existimauit ad amorem suæ plebis conciliandum, fidemque comparandam efficacius, quam si tolleret prorsus omnem ex animis omnium de hac re suspicionem. A qua vt longius abesset, cum Leonardus frater aliquando pauperem eleemosynam petentem Laurentio commendasset: Vade, inquit ille, & responde Leonardo meis verbis,

bis, vt tibi ipse subueniat, postquam à Domino habet, vt de suo dare possit. Illud in amoris fraterni signum retinuit, vt in Paschate, & in natiuitate Domini, & festo Apostolorum Petri & Pauli, eos donaret duobus panibus, ex farina flore confectis. Post mortem autem fratrum, idem tributum mihi semper pendit: quin potius & à fratribus iuuatus ipse est pecunia grandi in bullis Apostolicis episcopatus, & à me deinceps non minori, præsertim cum ad patriarchatum euectus est. In cognoscendis autem penurijs hominum adhibere solebat viduas aliquot spectata virtutis & fidei, quod & ille sexus esset ad huiusmodi misericordiae opera feruentior, aptior etiam ad indagandas paupertates occultas, eorum præcipuè, qui ex opibus in inopiam decidissent, quorum generi hominum maximè miserabatur. Mâlèbat autem aliquandò decipi, quàm nimius esse in examinando: vt si in alterutro esset offendendum, mâllet, cui non oporteret, dare, quàm non dare cui oporteret. Libentiùs dabat res humano vsui necessarias, quàm pecuniam: & plures libentiùs summas, quàm maiores, vt esset communior in tanto populo beneficentia. Orauit aliquandò Laurentium consanguineus eius non ita pauper, vt pecunia eum iuaueret in filiae dotem. Respondit Laurentius: Considera, quæso, frater, si parùm dederò, non est quo opus habes: si multùm, defrauda bo multos, vt vni satisfaciam: & præterea quicquid illud est, quod est, ad cibos potius pauperum, quàm ad intortos crines aut margaritas, ab Ecclesia traditum est. Igitur ignosce, si dare non possum. Sed nihil fuit ciuitati gratius, quàm lignorum naues onustæ, quas sequente hyeme distribuebat pauperibus. Pecuniae ad eum quotidie confluebant, vnde non crederes. Vidi aliquandò, cum ab eo eleemosyna peteretur, quòd pecunia non posset, promissione satisfacere: sapè, quum domi nihil reliquisset, as alienum contrahere. Et quum procurator rogaret eum, qua spe faceret, Domini mei, dicebat, qui pro me dissoluere facile poterit. Nec spes illum fallebat. Nam continuò sub mittebat illi Dominus pecuniam in sperato multis de locis. His moribus & disciplina incredibile est, quantum benevolentiae & autoritatis apud omnes ordines comparauerit.

*De gratia verbi, consilio, sapientia, prudentia, iustitia, conscientia, & infusa scientia. Cap. 6.*

**H** Abuit autem hoc donum diuinitus collatum, vt omnes, cum quibus esset, laetos semper placidosque dimitteret, omnibus satisfaceret. Boni iuxta malique, modesti, facinorosi sine vilo penè discrimine illum colebant. Sic verba, & oculi, & motus, & omnia quaecunque aut diceret, aut faceret, (tanta erat virtutis & gratiae vis) rapiebant animos omnium in amorem. Initio quidem pontificatus, quum de mulierum ornatu decretum edidisset, vxorijis quibusdam maritis ingratum, dux noster illorum querelis deceptus, quasi libertati seculari metuens, accessit cum iubet. Queritur ea de re verbis acrioribus: vt fuit natura vehementior. Tum Laurentius pater mansuetè simul grauiusque respondens, sic illius animum demolluit, vt dux conuersus ad adstantes, neque lachrymas continens, Angelus, inquit, non homo, locutus est: Vade pater, & fungere officio tuo. Illum deinceps velut Apostolum veneratus est, vt aliquando per iocum dicere soleret, præter Laurentium neminem esse mortaliū, cum quo animam commutaret. Consulebatur autem dubijs in rebus, & quanquam irent quasi ad hominem diuino potius quàm humano spiritu respondentem, res tamen humanas, tam publicas quàm priuatas, quas nondum illi experiri contigerat: (si quidem ante vigesimum annum confugit ad solitudinem, primo & quinquagesimo redijt) sic callere videbatur, perindè ac semper tractauisset: vt dicere non verear, nihilo mihi minùs prudentiorem esse visum, quàm meliorem: si tamen prudentia, bonitatis pars non sit. Iam verò in iure dicendo sapientiam illi dicant, qui viderunt, & præsertim curia Romana: quæ nihil vnquam ab eo iudicatum rescindi passa est. Sententiae illius inappellabiles habebantur: & quanquam in irrogandis poenis clementior est habitus, iustitia tamen fuit, quæ neque precibus, neque lachrymis frangi posset. Nulli illius conaculum vel cubile non patuit. Non causarum multitudinem potuit, non proteruitate litigantium defatigari. Stabat velut rupes immobilis ad turbines causarum, quibus nulla fere, vt opinor, in orbe ecclesia magis agitur, propter amplitudinem ciuitatis & cleri. Gratissima in primis fuit breuitas respondendi, qua & paucis absoluebat, & ceteris

Benignitas eius in pauperes & calamitosos.

Eius in Deum fiducia.

Omnibus est gratus & venerabilis.

Etiā humanarum rerum fuit callentissimus.

Aequitas in iure dicendo.

ris aduentibus satisfacere facilius. Sed qua iustitiae luce afflatus ad iudicandum veniret, præsertim maioribus in causis, erit satis apertum testimonium, quod referemus. Matrimonij lis orta Padua est inter haud vulgares familias. Ad Fantinum episcopum, de quo dixi, defertur. Ille causa cognita, quum leges fauere mulieri, quæ virgo asse rebatur, pro muliere pronunciat. Iuuenis, qui sponsonem factam pernegabat, innocentiae conscius, aduersus tantæ autoritatis iudicem Laurentium pro secundo impetrat. Laurentius autem quum videret à sapientissimo & optimo alioquin iudice secundum mulierem iudicatum, tamen lachrymis iuuenis permotus, opem implorantis causam non suscipere non potest. Ad orationem autem se confert, quam grauioribus in causis habebat pro fidelissimo consiliario. Hac diligentius facta, iudicat secundum virum. Propinqui mulieris nihilo segnius tertium iudicem petunt, & impetrant episcopum Taruisanum. Is quoque pro muliere pronunciat. In discrimine videbatur Laurentij sententia duabus aduersis, & expectabant omnes attentius tantæ contentionis exitum: quum iudex æquissimus Deus ipse se pro quarto gerere voluit, & litem omnem dirimere: in lucem producit incæstum mulieris, quæ ex consobрино & eodem clerico grauida, quum partum amplius differre non posset, amisso pudore & patefacto flagitio, diuinam fuisse, non humanam, Laurentij sententiam confessæ est. Conscientia autem fuit explicata, pura, integra, quæ omnia dirigeret æquitate: scientia verò potius diuinitus infusa, quàm humanitus acquisita, videri posset. Vix enim elementa prima didicit à præceptore, & tamen nihil est in sacra scriptura disputatum, de quo non posset grauius respondere. Dicam, quod accidisse memini. Venit ad eum theologus, qui audierat de illius doctrina, & præsertim quòd didicisset sine doctore. Audire voluit & periculum facere. Mouet illi quæstionem de diuinis relationibus. Respondet Laurentius. Ille responsum laudans, repetit adhuc, velut cum circulatore sophista sibi res esset. Tum Laurentius: Scriptum est, frater: Contentiones & pugnas legis deuota: sunt enim inutiles & vanæ. Dixi quid sentirem: si satisfeci, placet: sin minùs, quære qui tibi respondeat sapientius. Compunctus ille & gratias agens, perita benedictione discessit. Scripsit autem volumina quindecim, & sermones quadraginta. Crebra illius scripturarum vsurpatio, denota traditio, stylus redundans & copiosus: qui si gentiliū literis dedisset operam, potuit inter scriptores elegantes annumerari. Voluminum tituli, hi sunt: Lignum vitæ. De disciplina monastica professionis. De spiritali & casto conubio verbi & animæ. De humilitate. De spiritali interitu animæ. De triumphali agone mediatoris Christi. De interiori consiliu. De complanatu Ecclesiae. De corpore Christi & sanguine. De vita solitaria. De contemptu mundi. De sermone Domini in cœna. De officio pastoralis. De obedientia. De gradibus perfectionis. Sermonum autem titulos apponere, operæ precium non iudicauit.

*De mansuetudine & dono lachrymarum, & corporis figura. Cap. 7.*

**Q** Vanto aut magis autoritate & gloria crescebat, eo in dies fiebat humilior. Audite mansuetudinè. Nam quum prælatus magnæ, plus ob pecuniam quàm vitæ, autoritatis ductus inuidia, varijs eū quotidie calumnijs laceraret: vt exple ret animi malitiã, indicit conuentum plurimorum præstantium & doctrina & dignitate virorum, quasi de theologica aliqua quæstione disputaturus. At conclusiones quasdam proponit, decretis illis contrarias, quæ Laurentius ediderat de sumptu & ornatu mulierum. Ridere partim qui aderant, partim mirari, quam ad rem essent conuocati. Qui verò grauius sentiebant, indignè admodum pati, quòd illud spectaculum non honor Dei, sed maledicèdi cupiditas coegisset. Tandem bonus pastor manu silentio indito, longam pro mulieribus orationem habet: cuius epilogo quum misericordiam & lachrymas mouere vellet, pluribus simul locis excitatus risus est. Gratia ijs, qui venerant, acta: Disputatores ad cœnam vocati, atque ita discessum. Affuit quidam, patris nostri dilectus in spiritu filius, qui huiusmodi re mirificè commotus, quòd homo petulans sanctissimum virum huiusmodi contumelijs incessisset, accurrit ad Laurentium. Aderam tum ego fortè, quum hic & ira & via fessus, Et quid, inquit, pater? Patieris ne honorè tuum ab ijs improbis lacerari? Tum Laurentius: Quid est, fili? Ille rem omnè, vt se habet, narrat, non verbis solum, sed & ore & oculis & manibus sic indignantibus,

\* deest, vide rentur, aut tale quipiam.

Oratio illi pro optimo consiliario est.

Eius conscientia.

Theologus quidam eius tentat doctrinam.

Tit. 3.

Eius lucubraciones.

Eius eximia lenitas & tolerantia iniuriarum.

vitio diuina  
in eius ob-  
retractores.

Diſtorū ſar-  
torumque  
eius mode-  
ratio.

Donū ſuę  
gratię la-  
chrymarū.

Extenuat la-  
chrymas  
ſuas.

Figura cor-  
poris egre-  
gia.

vt non eum ſolum in quem eſſent illa iactata, ſed quenuis alium immunem ab inſu-  
ria, facile commoueret. Quid tum Laurentius? Putatis ne aliquod irati animi ſignum  
protuliſſe? Teſtor Dominum Ieſum, quum intentos in eum ad id vnum conieciffem  
oculos, nihil mutationis in eo vultu perſpicere potuiſſe. Nihil indoluit, aut queſtus eſt:  
immò noluit ſcire, quis aſſuit, quis dixit: non fronte aut vultu aut ſignū aliquando vel  
minimū edidit animi cōmōtoris. Vt autem mōerentē filium ſolaretur, placido vul-  
ru: Noli, inquit, te aſſictare fili: Dominus Ieſus, cuius negocium eſt, ipſe aderit honori  
ſuo. Neq; ſanè in eo falſus eſt. Nam paucis poſt menſibus dux ipſe cum ſatellitibus ſuis  
partim exilio, partim vinculis, morte nonnulli aſſicti ſunt. Quamquam autem nihil vi-  
detur addi poſſe ad hanc manſuetudinem, neſcio tamen an id, quod accidit iterū in  
ſimili genere, ſit admirabilius. Nam quum ſolenni pompa Euchariffiæ ſacramentū ſe-  
ſto corporis Chriſti circumferretur, comitatu (vt ſolet) totius populi frequentiffimo,  
heluo quidam, qui clerici ſcelera ab epiſcōpo damnata impudentiſſe defenderat, ante  
oſtium proprię domū conſiſtens, dum indē Laurentius tranſit, Deum nihil veritus, qui  
ante oculos eius incedebat: En, inquit, qui pro ſancto colitur O inſani, qui talem ho-  
minem adoratis. Audit Laurentius. Sed quid arbirramini? Gradu quo vadebat, perfe-  
uērat: non vultum, non oculos deſceſcit ab Sacramento: & quum aliquot pij homines  
commoti rei indignitate, cum facibus ad illius domū vellent concurrere, vix à me qui  
tunc aderam, repreſſi ſunt. Quod tamen facinus vindicauit paulò poſt Senatus, maiori  
Laurentij gloria, illa præter cæteros inſicta pœna, vt perditus ille frequentiori populo  
in eccleſia pontificali ſuper pulpito publicè mendacium fateretur. Certauit autē Do-  
minus cum Senatu noſtro in pœna ſupplicioq; miſeri. Nam paulò poſt pulſus vrbe eſt,  
profuſuſq; nunc errat procul à domo liberisq;, inops atq; mendicus. Sed penè infinita  
ſunt talis manſuetudinis teſtimonia. Erat autem verborum adionumq; tanta menſu-  
ra, vt ſi inferiora hæc cæleſtibus conferri fas eſt, (cæleſtis enim certè animus eſt) vix  
ego motus calorū & reuolutiones & gyros agi maiori ordine atq; menſura crediderim.  
Ipſe quidem diſcipulo reuelauit, ſibi à Deo datum fuiſſe, vt quouis loco aut tempore ſe  
colligere vellet & in cælum mētem erigere, ſemper poſſet. Quòd ſi fortè aliquibus, vt  
ſolet, imaginibus turbaretur, nō aliter abigere ſe diceret phantaſias illas, quàm ſi mu-  
ſcas oberrantes pelleret ab oculis. Erat in illis cauſarū adionumq; turbinibus ſemper  
quietus & immobilis. Nihil audire diceret: quaſi in cælo eſſet animus, corpus in terris.  
Rursū autem, ſi ſtylo aut orationi ſeſe dediſſet, & interpellaretur, vt ſepè fit, ab aliquo  
eum adēte, videres ſine vlla moleſtia, ceopto opere intermiſſo, quaſi ocio ſum iucundo  
vultu venientē excipere, quoad vellet, audire: tanta profeſſo animi pace, vt angelica in-  
terdūm videretur potiūſ, quàm humana. Hanc tam admirabilem conſtantiam ſola di-  
uinæ bonitatis meditatio poterat emollire. Dixi ſuperiūſ, quum de matris dormitione  
loquerer, in illius funere lachrymam non emiſſiſſe. Videte patres, vbi lachrymæ proflu-  
rent. Donum enim habuit lachrymarum, vt nemo ferè alius. Quum poſt prandium ali-  
quando federet, & de diuinis, vt ſolebat, ſermonem haberet familiarem, conuerſus ad  
eos, qui aderant, ſeruientiori quodam mentis aſſectu, Quid, inquit, agam fratres, quid  
agam, quum ad iudicem deducar? Quid egi miſer, in quo ſperare poſſim? Nihil habeo,  
niſi quòd ad illius ſanctiſſimi ligni radicem prouoluar & plangam. Hæc quum dixiſſet,  
totus ſolutus in lachrymas eſt: quas cum profuſiſſe emiſſiſſet, & erectus vidiffet nos, qui  
aderamus, compungi, & illas lachrymas admirari, veritus nē quid ex his laudis huma-  
næ ſurreperet. Videtis ne, inquit, has lachrymas? Aſſictus cuiuſdam ſenſualis fuerunt,  
non veræ deuotionis, à qua abſum longiſſimè. At quàm pulchrè diuina bonitas con-  
uenientem illi animo ſedem tradiderat. Omittite virtutes aut ſanctitatis nomen: faci-  
te vos tunc primū eum videre: angelum, non hominem, credideritis. Fuit procerita-  
te corporis altiore quàm iuſta, gracilioribus membris, colore candido, ſtatu erectus &  
celſus, omni facie admodū decora. Oculis verò vniuerſum corpus ita moderantibus,  
vt venerationem & ſanctitatem vndiquè ſpirare videretur.

De amore fraterno, de prophetia, de eiectione demoniorum, de miſericordia, & mo-  
niali, cui per ſpiritum Euchariffiam communicauit.

Cap. 8.

Sed

**S**ed quia de Marco & Leonardo fratribus nihil hætenūſ dixi, nolim aliquis ex-  
iſtimet, vltos vnquam ſeſe maiori charitate dilexiſſe. Viſebatur ab his quotidie: Charitas  
erga germa-  
noſ fratres,  
ad eum publica omnia & priuata deſerebant: ſed omnes ferè illorum ſermones  
erant de æterna vita. Cæterū quàm diuino ſpiritu omnibus in adionibus ſuis  
ageretur, vltimis illorum horis apparuit. Laborauerat Marcus valetudine diuturna,  
domo per annum non exierat: cupiebat fratrem videre, quo nihil in terris charius habe-  
ret. Recuſabat Laurentius venire. Domo enim fraterna, ſicuri materna, vt antea dixi-  
mus, ſemper abſtinuit. At ille orare enixiūſ, & obſecrare per fraternæ iura pietatis, vt  
mori eum nō vellet ſine ſua benedictione. Solabatur eum, & promittebat venire Lau-  
rentius, ſed tamen differebat. Ibat ad eum Leonardus pater, ibam ego, orantes vt veni-  
ret, ſi quidem viuū reperire vellet. Dicebat, bono animo eſſemus: venturum ſeſe,  
quum tempus exigeret: & certè aliquotiès videbatur meliūſ habere. Quum autem ap-  
paruit hora, quam expeſtauit, fallere chariſſimum fratrem noluit. Ecce venit ad eum,  
quum minimè expeſtarem. Iam propinquus emiſſioni ſpiritus. Ingreſſus, & ſuper le-  
cūlum fratris incumbens, ſalutat eum dulciſſimis verbis, quaſi promiſſum perſolu-  
tum veniſſet. Marcus hilariori vultu conuerſus, ſignificato gaudio de illius aduentū,  
inter eius amplexus lætus & voti compos, in Domino requieuit. Nē tamen aut fortè,  
aut caſu hoc accidiſſe aliquis exiſtimet: idem penitūſ nono poſt anno in Leonardo ſe-  
dit. Quum ferè menſem domo exire, & Laurentium videre non potuit. Ibam aut  
mittebam, qui diceret fratrem extremum ſpiritum agere. At ille reddebat, horam ad-  
huc non eſſe. Sic per multos dies rem duximus, ego eundo aut mittendo, ille differen-  
do. Hora ea, qua promiſerat, venit: quumque ſumma cum lætitia eum pater excepiſſet,  
veſpera eius diei inter illius brachia ſpiritum feliciter emiſit. Addam illud etiam ad ei-  
us gloriam & ſolatum meum. Orauit pro fratre illis diebus precibus ardentiffimis: & Salutē fra-  
tris indicat  
nepoti.  
quum poſt aliquot dies ad eum veniſſem, aſſictus mōerore adhuc recenti, poſt prima  
verba ſalutationis, Gaude, inquit, Bernardē fili: Leonardus pater tuus ſaluus eſt. Hoc  
ego quum ingenti gaudio excepiſſem, Et quomodo, inquam, ſcis pater? Saluus, inquit,  
eſt: & aliud nē cures. O lachrymas dulces, plenas lætitię & pietatis, quas ibi fudi ante  
pedes illius, quum tantæ lætitię nunciūſ tam fidelis attuliſſet. Quid autem Eius pro-  
phetiæ.  
alia innumerabilia conſeſter de ſpiritu prophetiæ? Vitam ſanctiſſimæ Abbatiffæ à me  
diciſ dereliſtam, dilatam à Domino, dixit: & paucis diebus liberata eſt. In eodem mo-  
naſterio ſororem miræ ſanctitatis complorata, & iam penè exanimem, lugentibus  
alijs, bono animo eſſe iuſſit: & illo triduo omninò libera euasiſt. Propinquum ſuum,  
qui triremem conduxerat ad cōuendas ex Ponto merces, cauere iuſſit, nē triremem  
in Ponto dimitteret. Ille verò non ſolum triremem dimiſit, ſed maximo etiam fortūſ  
narum naufragio eſt aſſictus. Cæterū & filiorum orbitates, & lucra, & damna, & ho-  
nores repulſasque, ægritudines & incolumitates, aliaque tum proſpera, tum aduerſa,  
quæ quotidie accidunt, innumerabilia antè dicebat. Filium meum deſperatum à me  
diciſ, extremum ſpiritum agere ad eum detuli, vt conſulerem de loco ſepulturæ. Ille ſu-  
penſo aliquantulūſ & vultu & ſermone, reſpondet tempus adhuc non eſſe talis con-  
ſilij. Ego quia ex peſte familia extra ciuitatem aberat, admiratus huiuſmodi reſponſum,  
Quoniam, inquam, modo potero pater tempeſtiuè deliberare, quem iam expiraſſe exiſti-  
mo? Rursūſ ille. Redi bono animo: tempus adhuc non eſt. Reuerſus igitur domum, re-  
peri puerum præter omnem ſpem meliūſ habere. Neq; tempus illud benignitate Dei ad  
hanc vſque diem apparuit: & ſpero filium potiūſ de mea, quàm me de filij, ſepultura co-  
gitaturum. Sanè ipſe ſuum obitum prædixit virginibus ſanctæ Crucis per dies aliquot  
antequam accideret. Neque minor in eo fuit demoniorum pellendorum, & diſcernen-  
dorum gratia ſpirituūſ. Qui aſſuit & vidit, mihi narrauit mulierem ad eum deduſtam, Facultas  
pellendi de-  
mones, &  
diſcretio  
ſpirituūſ,  
ſpumanter ore & dentibus frendētem. Quod ille videns, Attuliſtis ne, inquit, mihi hunc  
demonē, tanquam ad apoſtolum? Ite fratres, & queſcite qui ſit me ſanctorum: ſum enim ho-  
mo peccator.

Enimuerò illi magis orabant, genibus prouoluti. Agē, inquit, valeat fides ve-  
ſtra, quæ Chananæ profuit & centurioni. Impoſita arreptij capiti manu, Quid, in  
quit, male demon veniſti pauperulam hanc vexare? Vbi nūc ſuperbia tua, quum de cę-  
lo decidiffi? Non te pudet depugnare eum muliercula? Agē, dimittē illam: Dominus  
Ieſus te præcipitem agit. Signaculo ſuo inſignita eſt. Videres inter hæc verba illam

Q 4

con-

Mat. 19.  
& 8.

Elia. 14.



contumaciam, atque oris diforti prauitatem explanari, illum tremorem palloremque in naturalem verti faciem. Admirantibus omnibus, & omnipotenti Deo gloriam red-  
dentibus, liberata est.

Spirituum verò cogitationumque discretio vbinàm maior apparuit? Decreuerat monasterium monialium reformare: quod vt faciliùs assequeretur, assignare volebat illis in confessorum virum fidelem & sanctum. Is autem, vt erat bonus & simplex, recusabat, timens cum mulieribus implicari. Postquam negauit, tactus pœnitentia est: deliberat redire. Hunc autem cum Laurentius procul venientem conspexisset, priusquam verbum presbyter ille faceret, aut diceret, ad quid veniret, dextra cingulum tenens, Benè facis, inquit, frater: noui ad quid venias. Velim autem scias, veluti cingulum istud, (manu siquidem cingulum suum tenebat) sic à Deo tibi esse permillum, Admirans ille, & magis corde compunctus: Accipe pro seruuulo me, inquit: nunquam mandata tua relinquam.

De Plebano non tacebo, adulterio, simonia, furto, & omnibus probris infami: qui ad vltimam inopiam redactus, vt omninò neque se, neque filios posset alere, quos oecultos alebat, impias sibi ipsi manus afferre statuerat. Hoc quum cognouisset in spiritu Laurentius, accersit illum, dicit quid cognouerit: solatur eum verbis charitate plenis. Tum declarat, accidisse hoc, permittente Domino, propter eius flagitia: & nisi respiscat, maiora minatur: Misereri tamen illius inopiæ: Dat illi deinde aliquot aureos, Quum eximiam charitatem miser ille vidisset: quippe qui vitæ malè actæ conscius, pœnas potius aliquas, quam eleemosynam expectaret: prœcidit ad pedes illius, & totus liquefactus in lachrymas, non poterat diuelli, promittens & iureiurando contestans vitam reformare: & comprobare quidem opere, quod promissit. Vixit autem postea aliquot annos, timens Dominum, & in mandatis illius incedens, magna cum admiratione hominum, qui eum antè cognouerant.

Statueram, optimi patres, delibare potius miracula, quam narrare. Mores etenim & angelicam in terris conuersationem describendam præcipuè susceperam: sed veluti incurrens in hæc, silere non potui. Postea verò quam necesse fuit, non omittam hoc, quod est genere præclarum, & magnitudine rarum, & fama notissimum. Sacra quædam virgo erat magnæ sanctitatis. Hæc per multos annos abstinentia, vigilijs, orationibus steterat ante Dominum. Accidit autem, vt solennitate corporis Christi, neque sorores alia, neque ipsa communicare diuinis mysterijs possent: & quum ægrè ferrent, & illa in primis sanctissima mulier, oratum Laurentium mittunt, quia prope esset monasterium, vt si gratiam communicandi eo die habere non possent, ipse saltem dignaretur, dum celebraret, pro ancillis suis orare. Promittit Laurentius. Quum autem celebraret ad populum, post eleuatum sacramentum factus extra seipsum est: detulitque eum spiritus ad illam mulierem in cella clausam, & contemplationi vacantem: quæ forte tunc miro quodam desiderio communicandi teneretur, & sacra illi mysteria communicauit: siue in corpore, siue extra corpus, Deus scit. Ab oculis quidem totius populi non discessit, donèc ad seipsum reuersus ab illo pietatis officio, reliquum Missæ peregit. Quum autem virgo illa quod acciderat, sacerdoti nunciasset, sacerdos patriarchæ, iussit ille, vt gratias omnipotenti Deo agerent, non sibi: & vt nunquam, donèc viveret, manifestarent. Hæc ego, Patres, & huiusmodi alia multa à Laurentio fieri optimum Deum crediderim voluisse, siue vt suam bonitatem atque potentiam nec temporum edacitate consumi, nec immutari malignitate morum, nec fidei nostræ tepiditate imminui crederemus: siue vt ea etiam, quæ sacris literarum monumentis edita sunt, & alioquin videri solent impossibilia, faciliùs crederentur à nobis: quippe cum legerimus Ambrosium, cum esset Mediolani, Martini exequijs interfuisse apud vltimas Gallias: Seuerum item Rauennatem episcopum, ad Geminiani exequias Mutinam in spiritu concessisse. Increbrescere tanti viri fama quotidie, & latius atque latius diffundi coepit. Habere eum sæpè apud se Eugenius Pontifex voluit: semper excusauit, metuens nè quid ei noceret curia Romana. Cum autem Eugenius vrbe pulsus, Bononiam venisset, efflagitatus ab eo, refragari non potuit, quod amplius neque alpes, neque itineris longitudinem, sicut antea fecerat, causari posset. Exceptus est à summo Pontifice, frequentibus cardinalibus, his verbis: Salue decus & gloria præfulum: ab vniuersa autem curia, maxima veneratione habitus. Voluit eum Eugenius apud se retinere, sed

Consolatur  
hominem  
iam planè  
desperatū.

Nota admirabile  
quidam.

Excipitur à  
Pontifice  
honorifice  
admodum.

fed imbecillitate corporis excusans, paucos ibi moratus dies, redijt inde lætior, quam ierat. Reliquit ibi maximum odorem sanctitatis. Pari amore seu maiore etiam Nicolaus quintus Pontifex nobilissimus eum dilexit, vt in illo ornando certauerit cum Eugenio. Nam sicut ille episcopum, cum primùm potuit, fecit: ita hic patriarcham, cum primùm oblata occasio est, creauit. Gradensi siquidem patriarcha mortuo, patriarchatum à Grado, nobili quondam vrbe, transfudit Venetias, idque nec cognita, nec postulata Senatus nostri voluntate: quippe qui non minùs hominem, quam ciuitatem, eo facto exornare cuperet. Allata res haud satis placuit Senatui, verenti nè spiritualis & ecclesiastica dignitas, aucta opibus & autoritate, veteres, quas cum superioribus episcopis discordias habuerant, renouaret: beatissimi tamen patris mansuetudo dimittit faciliè dubitationem. Adijt enim cõtinuò ducem & collegium, sese dixit abhinc duodeuiginti annos inuicem episcopum factum, & à quiete sua in hos turbines secularis iniectum: desiderare nunc quietem, & minui magis pondus præfulatus quam augeri, sibi esse in animo, hoc oneris quibuscunque posset modis deprecari, nisi ipse dux, ad quem ciuitatis suæ dignitas pertineret, fortè sentiret aliud: pro cuius honore, quoniam ita de se merita ciuitas esset, nullum laborem recusare deberet. Excitauit omnium lachrymas sanctissimi patris mista charitati humilitas. Dux, qui rem hanc agerrimè antè tulerat, & ab Eugenio tentatam semper impugnauerat, statim ex sua totiusque collegij sententia enixè eum rogare coepit, vt libenti animo id muneris susciperet. Sic quod inuidiosum fuerat in dignitate, ex mansuetissimis sancti viri moribus gratissimum factum est.

De dictis ab eo memoratu dignis, & summa nominis eius celebritate. Cap. 9.

SE D quia mores & actio nes illius haftenus profecuti sumus, subiiciemus etiam de dictis aliqua memoratu digna, quantum meminisse ex domestica consuetudine potuimus. Dicebat, serui Dei non esse, à magnis peccatis cauere: id enim esse secularis hominis: sed parua vitare, nè charitas refrigesceret. Non simul ac corpus extenuatum fuerit, de abstinentia remittendum: propterea enim abstinentiã. Tribus monacho opus esse: desiderio, moderatione, & gratia. Nam vbi horum aliquid desit, ibi per se uerantim esse non posse. Humilitatem esse torrenti similem, qui aestate tenuior, quasi serperet: hycem verò atque vere, inundaret. Sic humilitas in prosperis quidem exigua, in aduersis magnanima esse debet. Minimè sibi placebant in monasterijs ampla aedificia: & cum videret latiora cellasve ampliores, caput quassans, dicebat: Nò sic patres nostri, non sic. Dormitorium ipse fecit apud Leoniciũ ex sepe & creta, cum tamen lateritiũ facere faciliè posset propter monasterij facultates. Dicebat enim, nullam rem monachum adspicere debere in hoc seculo, quæ desiderium illius teneret. Maximè pensanda esse eorum proposita, qui se conferrent ad religionem, nè, dum ineptus suscipitur, ab eo aptus corrumpatur. Dicebatque, cum aueretur nimium numerus, rigiditatem vitæ atque monasticum vigorẽ diutius non posse consistere. Raram siquidem esse perfectionem. Memini adolescentem nobilem ad monasterium confugisse: quem cum intellexisset fratrum nimijs suasionibus pellectum, patri flagitanti reddidit, dicens: Accipe filium tuum. religionis propositum à sancto spiritu est, non ab humana suadela: & est longè deterius, ab religionis vita deficere, quam eam nunquam suscepisse. Ex quo die factus est sacerdos, quotidie Missam celebravit, nisi valetudine impediretur. Dicebatque, qui, cum posset Domino suo frui, non frueretur, faciliè se declarare, Domini sui curam non habere. Pudicitiam cum carnalibus blandimentis, nihil aliud esse, quam ignem extingueri velle, & ligna superinijcere. Paupertatis donum quantum esset, neminem nõ esse, nisi qui secreto cubiculo & contemplatione delectaretur. Consulto Deum gratiam religionis hominibus occultasse: nam si cognosceret illius felicitas, omnes ad eam concurrerent. Neminem benè scire quid esset humilitas, nisi qui à Deo accepisset, vt esset humilis. In nullo enim tam falli homines, quam in vera humilitate cognoscenda. Veram scientiam esse, scire hæc duo: Deum esse omnia, & se nihil. Sæpè monebat, nunquam amittendam de Deo fiduciam. Illam esse, in qua animæ vita consisteret. Diuitem dicebat non posse saluari, nisi per eleemosynam. Tanto facilius esse munus Imperatoris aut ducis, quam episcopi, quãto difficilius esset, quæ nõ videas regere, quam quæ videas. Inter labores publicos bellorũ, quæ eius

Nicolaus  
V. fecit eũ  
Patriarchã.

Patriarchas  
tus Venetias  
transfertur.

Eius sententia  
memorabile.

Quotidie  
sacrificat.

Religionis  
monasticæ  
felicitas.

Vera scientia.

etate

ætatē plurima fuere, dicebat senatoribus nostris: Si vultis Dominum vestri misereri, nihil vos ex vobis aut esse, aut posse iudicetis. Bonum principem assimilabat capiti: quia sicut caput & lingua implorat auxilium pro reliquo corpore se non mouente, ita principis oratio potest placare Dominum, quantum populus alius intendat. Vitanda monebat, quæ multis obstaculis impedirentur: quia opera spiritus sancti facilia essent & equalia, diaboli aspera & plena sentibus. Et cum de rectoribus civitatum secularibus loqueretur, quasi illorum laboribus condolens, non sine clementia Dei fieri putabat, ut virtutis comes esset gloria, & quasi laborum curarumque delinimentum aliquod: tantisper autem gloria cupiditati ignoscendum, dum virtutem velut ancilla sequeretur, non autem quasi domina præcederet. Innumerabilia alia sapienter & dixit, & sensit, quæ quidem referre, infinitum est. Ceterum iam plenus erat dierum, nomenque illius & fama latius quotidie fundebatur. Nemo veniebat ad hanc urbem, qui non vel in primis spectaculis appeteret hunc patrem videre. Taceo vulgus & turbam sine nomine, qui, quacunque incederet, ad eum visendum, veluti ad angelum de caelo demissum, per vias & compita concurrebant. Cardinales omnes, duces & principes domi eum inuisere, vitam inuestigare, thalamum, cubile, cœnaculum, omnia lustrare oculis & venerari. Franciscus Sfortia Mediolani dux & Blanca vxor, Galeatium maiorem natu & magnæ spei filium adhuc impubem, Venetias cum misissent, illud in primis mandauit, ut puerum ad sanctum virum deducerent, ut imponeret illi manum, & eius orationibus commendarent. Bartholomæus Collionus, clarissimus hac ætate dux, magnam ad eum vim auri detulit, quam in pauperes disperteret. Quod fuit & in militari viro propter deuotionem, & in patre nostro propter opinionem, rarum & singulare. Iam aduenæ & peregrini omnis ordinis & generis, Pannonæ, Germani, Galli, Hispani, vel qui Romæ ad limina Apostolorum, vel qui in Orientem ad Dominicum sepulcrum pergerent, tum felices auras sperabant, si benedictione huius patris accepta discederent. In maximis verò patriæ periculis dux noster atque senatus non aliter ad illius orationem confugere, quam ad oraculum quoddam. Quantum autem illius oratio proficeret, vnum aliquid prius, quam partem hanc claudam, in testimonium referemus. Est prope Corcyram locus asper & incultus, ubi vir habitauerat eremita triginta & amplius annos, vitæ abstinentia & orationibus, & quod primum ferebatur, prophetiæ spiritu insignis. Gerebat fortè Corcyræ negocium vir quidam de nostris, tam genere quam moribus præstas: qui cum arderet bellum, quod cum Philippo Mediolani duce gerebamus, & afflictiores viderentur esse res nostræ, adiit virum Dei: rogat eum, nunquid Veneta respublica, ut ferebatur, deplorata esset. Ad quem eremita: Commotus est furor Domini, inquit, contra vos, quia verbum Domini proiecistis: & nisi potestis vestri lachrymæ interpellare pro vobis, iam dudum quasi Sodoma perissetis. Tale de Laurentio testimonium retulit eremita in medijs Corcyræ rupibus & speluncis. Cui non solum Laurentius, sed omnes ferè mortales incogniti erant & inauditi.

Celebritas  
nominis  
sancti viri.

Efficacia  
precii eius.

Charitas  
erga oues  
ipsi com-  
missas.

Porro charitas illa, qua suas oues prosequabatur, vix animo concipi posset, nedum verbis explicari. Totus illi pontificatus inter grauissimorum temporum maximorumque bellorum turbines consumptus est. Non erat contentus propria oratione: animabat hortando, monendo, obsecrando, iubendo, ut profecto tantæ charitatis & ardoris vel minima pars vim caelo inferre potuerit. Et hoc, si mihi liceat, proculdubio dixerim fuisse Quirinæ matris suæ præsagium, quod filio nascenti precata est: ijs præcipue temporibus, quibus ter quaterve in præcipiti fuit Venetum imperium.

*De vltima ipsius valetudine, & que in ipsa dixit aut fecit. Cap. 10.*

**A** Gebat annum quartum supra septuagesimum, corpore quidem imbecillo & tenui, sensibus autem integris, & sine vlllo vitio valetudinis: nisi quod ingrascens ætas, additis inedia, vigiliæ, aliorisque ab ipsa adolescentia susceptis incommodis, totum corpus pariter attriuerat. Nos autem de eius vita plura quam de nostra solliciti, hortabamur ut audiendi onera deponeret. Quibus ille, vultisne locum, qui mihi commissus est, deseram? Nam quod ad ieiunia, vigilias & castigationem carnis attineret, senescere corpus, spiritus iuuenescere videbatur: & aut Paulum referebat, qui nonagenarius vescebatur palmulis: aut Hilarionem, qui octogenarius fari-nula, aut alium de patribus antiquis. Ut autem nihil ad cumulata gloriam deesset, perue-

perueuerat scribere vsque ad eam diem. Fortè tunc librum de gradibus perfectionis absoluit. Dum autem post cibum mecum de more ambularet, Quam libenter a birem, inquit, si Domino placeret. Neque enim melior sum, quam patres mei: sed tu bone Iesu obsequi non debes voluntati meæ, sed vtilitati populi tui. Voluit autem Dominus preces eius audire. Febri post paucos dies acerrima corripitur. Lectum paramus: ille commotior & indignanti similis, Mihi ne plumam paratis? Qui mollibus sternuntur, in domibus regum sunt. Non in pluma Dominus meus, sed in durissimo ligno cubitavit. An non meministis, quid beatus Martinus in re simili responderit, nõ decere Christianum hominem mori, nisi in cinere & cilicio? Nihil igitur tunc profecimus, victique ad eius mattam deluimus inter brachia. Cum autem neque medicis, neque pecuniæ parceretur, & ministrantium circa se studium videret, compungebatur animo: En quanta, dicebat, ob huius sacci vilis sanitatem parantur? quanta perduntur? cum interea pauperes Christi non panem, non stratum, non ignem habeant, ubi calefiant. Intellexit autem vir sanctus migrationis diem aduenisse. Haec tunc, inquit, filij per iocum res acta est, sermo nunc agitur. Propè est sponsum: eundem ei obuiam. Et sublatis in caelum oculis, Venio, inquit, ad te bone Iesu. Obseruatum est autem ab ijs, qui ministrabant ei, quod aliquando plenus animi, ardore quodam spiritus in caelum ferri gestiebat: interdum verò in profundum sese humilitatis abiciens, pertimescere videbatur diuinum iudicium. Nam dum ego ad eum non sine lachrymis dicerem, Quam læto animo migrare debes, o pater, cui palma caelorum parata est: Decerni, inquit, fili fortibus solet hæc palma, non ignavis meique similibus. Hæc humilitatis: illa verò quam plena fiducia? Nam cum nos lachrymari videret, Abite, ait, hinc cum vestris lachrymis: tempus lætitiæ est, non lachrymarum. Sic in fiducia Macarium, in timore Arsenium referens: inter vtrumque incedens, ut cum fiducia metueret, nec sine timore consideret. In campum igitur cum morte descendurus, armari se sacramentis Ecclesiæ, & ad sacellum inter manus deferri postulauit. Et cum è strato subleuatus, innixus humero meo, labantia membra regere non posset, paululum resedit. Effundebat totus in lachrymas. Quod ille aduertens: Quid ploras, inquit, Bernarde fili? Da mihi dexteram. Quam quum ambabus suis tenuisset, Confide, inquit, & bono animo esto: nunquam enim te deseram. O vocem dulcem pariter & acerbam. Nescio quomodo non elanguit cor meum: nisi quod temperata fuit tam certa promissione mœstitia. Certè illius diei, illius loci, patres clarissimi, debeo nimis crebro meminisse. Legatum, quod à dulcissimo patre mihi relictum est, omni fide & spe veluti brachijs amplexabor, quasi ob signatum ab angelis, subscriptum à beatis spiritibus: quorum gloriosam & innumerabilem multitudinem ad suscipiendam fidelis conferui animam cubiculum illud compleuisse non dubito. Quam verò suppellectilem creditis fuisse compertam in his ædibus? Putatisne aurum aliquod aut argentum? Illud admirabilius, quod nullum omnino librum possederit. Cum quotidie legeret aut scriberet, librum tamen vllum possidere noluit. Testamentum omne, quod fecit, efferri sese iussit nulla pompa ad monasterium suum, quod abest duo millia passuum extra civitatem, ibique in sepulcris fratrum reponi. Neque semel præcepisse contentus, quasi diuinarer, quid cõtionis de illius sepultura esset futurum, vocari nos iterum iubet: Scitis, inquit, quæ de sepultura mandauit? Facite quod iubeo: nolite pompam parare. Neque enim is sum, quem fortè existimatis: Antonium imitatus & Hilarionem, qui in locis obscuris sepeliri voluerunt, nè colerentur à vicinis.

*De oratione, quam habuit antè quam migraret è vita, & de duobus miraculis. Cap. 11.*

**S** V septa verò paulò ante diem sacri olei vnctione, sermonem habuit de mortis vtilitate ac de caelesti vita, miro quodam sensu ac grauitate verborum. Nam ut erat supinus, aliquandiu tenuit in caelum oculos. Tum denuò semiclausis, in hanc sententiam fari cœpit: (verba etiam, quantum potuimus tenere, subjiciuntur) Videtis, o filij, horam me aduenisse: benedictus Deus, qui eam tandem venire voluit, cum nulla sit alia via, quæ ducat in caelum. Ille enim venit nobis via, veritas & vita, ut eic-  
Ioan. 14.  
tis de paradiso miseris exilibus, viam signaret in patriam redeundi. Si enim in hac via  
1. Cor. 15.  
ta tantum sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Sed ablit à  
nobis tam stulta cogitatio. Quid enim vita hæc, nisi lanugo quædam (ut ille inquit)  
Sap. 5.  
& veluti

Capit dicit  
folij, & effe-  
cū Christo.

Correptus  
febri, omnia  
mollitiem  
respuit.

Vult mu-  
niri Eccle-  
siæ facta.  
mentis sub  
mortem.

1. Cor. 15. & veluti memoria hospitis vnus diei praterentis? Christus pro nobis mortuus est primitiæ dormientium. Pudeat nos mortem timere, cum Dominus noster propter nos mori voluerit. Hunc diē semper ante oculos habui: tu scis Domine: quanquam dum vitam meam considero, confusio sit mihi potius appellanda, quam vita. Sed in spiritu humilitatis suscipe me, bone Iesu, vita & salus animæ meæ. Neque enim in iustificationibus meis prosterno preces meas ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Illa ego ouis amissa, ad te pastorem redeo. Vocem tuam noui, non alienorum: peto Domine, vt ad ouile me reducas. Potēsne spernere vocem clamantis & confugientis ad te? Nonne tu ille, qui dixisti, Clamabit ad me, & ego audiam eum: cum ipso sum in tribulatione? Ecce clamo plūs corde, quam ore, Domine: ecce tribulatio proxima est, & non est qui eripiat, nisi tu bone Iesu. Sed neque felicitium spirituum sedes affectare ausim, qui speciē intuentur sanctissimæ Trinitatis. Portio tamen aliqua creaturæ tuæ, postulat micam suauissimam mensæ tuæ. Nimium mihi fuerit, & heu quam nimium, si subtus calceos infimi electi tui loculum aliquem huic pusillo tuo seruulo non negaueris. Conuersus deinde paululum ad adstantes, ait: Vos interea fratres, seruate Domini præcepta. Omnis enim caro foenum, & omnis gloria eius tanquam flos foeni. Contemplamini me: Ecce aruit foenum, & flos eius cecidit. Horam hanc quis poterit euadere? Sed mihi credite, filij, nihil est præstantius, quam seruire Domino. Hæc cum dixisset, sublato paulisper brachio, quod nudatum tenebat, caligantibus oculis, vt Isaac illum antiquū videre te diceret, adstantibus crucis signo, Benedicat, inquit, vobis Dominus Iesus, fratres & viscera mea, & benedicat filijs meis qui absunt, quos in Domino parturij. Det vobis cor, vt colatis eum: aperiat animum in lege sua, neque vos deferat in tempore malo. Benedicat principi nostro, & vniuerso senatui, vt sortem cōmissi sibi principatus, ad honorem Dei & commune omnium ordinum bonum, sibi traditam recordentur. Benedicat denique populo meo, cuius amorem, pacem, cōcordiam Dominus in dies magis atque magis conseruare & augere dignetur. Dilucescere cōperat, & iam antea percrebuerat viuere diutius eum non posse. Mota igitur vniuersa ciuitas est. Canonici quidem primo diluculo sunt ingressi: quos dulcissimè recognoscens, ab his veniam petebat, si muneri suo non satisfecisset. Diuinum honorem commendabat & ecclesiæ cultum: tum vt mutua inter se charitatem seruarent. Postremò rogabat, vt in diuinis officijs sui meminissent. Quid ibi rursus lachrymarum, bone Deus, quid clamorum edebatur? Illum patrem, illum dominum, præceptorē, ducem. Paulo post procuratores sancti Marci ingressi sunt, & alij principes ciuitatis, sacerdotes & religiosi viri. Nullus denique ciuitatis ordo arceri foribus potuit. Loquebatur vnicuique aliquid ad salutem. Procuratoribus & principibus pauperes, iustitiam: sacerdotibus honorem Dei, negociatoribus charitatem, aduocatis pauperum causas, singulis denique officiorum suorum munera commendat: vt admirabile fuerit artus illos penè exanimis, intento semper spiritu laborem loquendi, benedicendique per totum biduum (tantum enim superuixit) perferre potuisse. Nusquam magis enituit illa puritas & altitudo animi. Neminem respuit, omnes pari fronte suscepit: vt neque pauperis, neque diuitis, neque secularis vlla apud eum videretur esse distinctio. Plura interea tum prædixit, tum fecit digna memoratu: quorum duo tantum subiiciemus, vt appareat, omnem huius sanctissimæ vitæ partem, signis atque portentis, sicut cæteris claruisse virtutibus. Erat ei charissimus in Christo filius Marcellus nomine, clarus genere, sed vita clarior, vir bonus & iustus. Laurentium autem sic diligebat, vt palam diceret, si quid de eo accideret, se nullo modo superuicturū. Cum audisset igitur de illius valetudine, continuo accurrat: introducit ad eum: cui ad eius osculum inclinato Laurentius submissa voce: Marcellus, inquit, quid de discessu meo cruciaris? Ego quid præcedo, sed tu me propediem sequeris. Sic Domino placitum est, vt hoc Paschate nos iterum mutuo amplexemur. Lætior ille huiusmodi verbo, quam tristior, initio Quadragesimæ acri valetudine corripitur, & in Paschate, vt prædixerat, ad sepulturam elatus est. Dilectissimo autem filio Hieronymo, grauiter laboranti, salutem & prædixit, & reddidit. Nam cum destitutus à medicis pro mortuo haberetur, mater autem & sorores nihil iam spei nisi in patris huius orationibus haberent, misit ad eas sanctus hic pater, qui dicerent, bono animo essent: neque enim illa agritudine moriturum. Quod sicut dixit, ita factum est. Paulò enim post reliquit eum febris, & pristina valetudini restituitur.

Singulis ad ipsum accedentibus optimas tradit institutiones.

Predicit obitū Marcelli.

Alia propheta.

Deuota

Deuota spiritus emissio, & inhumati corporis diuturna permanſio. Cap. 12.

SED iam dissoluebantur sanctissima illa vincula carnis & spiritus, & que indissolubili pace per tot annos atq; concordia vixerat, iubente Deo, illa terræ, spiritus celo reddendus erat. Claudere paulatim cœpit oculos facie quadam hilariori, & membra omnia explicare, quasi de labore ad requiē transiturus. Quas ibi cæternas angelorū aduenisse vidissemus, si corporeis oculis potuisset videri illa societas? Tali igitur comitatu inter eorum cælestes voces & cantus felicissimus ille spiritus, velut igniculus in cælū emicuit. Hic finis sanctissimi patris verè felix, verè beatus. O si mihi nunc liceat laxare habenas lachrymis, & liberiùs lamentari. Vim facio mihi, patres. Erumpunt lachrymæ, nec cohibere me possim: sed non est huius loci: secretum cubiculum aptius est: ibi promittitur tua, optime pater, quā necesse fuerit, repetā: ibi dexteram tuam testabor, præsertim cum læpè aliàs in maximis periculis inuocatus, me miris modis adiuueris. Orta altera luce, effusa incredibili concursu tota ciuitas est: vix penè fores effractæ, vt in ecclesiā subito deferri necesse fuerit ad oculos populi depascendos. Tanta autem continuo circumstetit feretrum multitudo, vt à gradibus chori, vbi positus fuerat, raptus deinde sit, non hominum manibus, sed sola se se comprimentium atq; impellentium turba, vsque ad valuas ecclesiæ. Discissæ vestes, sublatis calcei, omnia ad venerationē direpta. Cæterum vt primitiæ aliquæ sanctificationis, & publicum iam apparere testimonium inciperet, scholæ illæ quatuor celeberrimæ (sic enim eas appellamus) nō quasi ad mortuum, sed ad viuētem & sanctum, & viris frequentissimæ, & ornatu ac pompa, non quidem lugubri aut funebri, vt solent in mortuorum elationibus, sed vt in processionibus ac supplicationibus, quum gratiæ publicè Deo redduntur: sic nullo publicè aut priuatim iubente suadente, sed ipsa per sese sic instruat auratis cereis, & omni honoris ac lætitiæ significatione currere. Quale illud etiam testimonium, quod bini ex vestris fratribus, quum ad illud officium, vt cæteri, adijssent, audire sibi visum suauissimos quosdam cantus & inauditas modulationes? Redeuntibus autem ad monasterium, & illis non cessantibus, tum alter ad alterum, Audisne frater has melodias? Quidni audiam, inquit alter: angelicus planè mihi videtur iste concentus, non humanus. Idem affirmare alius cœpit. Vtrisque igitur admirantibus, nunquam illi cantus, quoad usq; ad monasteriū peruenerunt, cōticuere. Expletis officijs, quū efferendi tempus aduenisset, ecce quo pacto, præcipuo quodam Dei iudicio, tunc quidem occulto, sed paulò post aperiendo omnibus, lis oriri cœpta inter patriarchales canonicos, & fratres sancti Georgij: Hi quum ex præcepto patris nostri repeterent, quod mandauerat de re loco sepulturæ: illi sacros canones afferrent, vt prælati in proprijs ecclesijs sepeliretur: neq; semper defunctorum ordinationibus parendum, ex Marcellini Pontificis exemplo: qui quāq; corpus suum inhumatum sub anathemate permanere iussisset, visum esset tamē sanctis patribus non tā hominis, q̄ pontificis habere rationem. Interim autem sacrum illud corpus in ecclesiæ sacrario reponitur, quasi litis euentum expectaturum. Accidit autem res omnibus retrò seculis inaudita: pace dixerim sanctorum aliorum omnium: quod quidē extet ex eorum monimentis. Nam ibi corpus illud dum reponitur, altero ac tertio die, nec corruptionis aliqd, nec foetoris apparet. Item q; & quinto & sexto nihilominus integrū perseuerat. Tantæ rei miraculo excitata, accurrunt vniuersa ciuitas: vident & exquirunt diligentius, nunquid sit delibutum vnguentis: omnia membra contrectant. Nihil pigmenti aut artis, nihil rigoris in membris, foetoris longè minus: quin potius odorem suauissimum membra illa spirare videbantur. Additur miraculum miraculo. Nam post biduum rubescere genæ, & viuus per membra sanguis conspici cœpit. Et iam capere non poterat sacrarium illud concurrentem turbam, & sese inuicem comprimentem: vt octauo tandem die necesse fuerit in ecclesiam publicè deferri, ad oculos populi exatiandos. Tum verò & admiratio, & stupor, & clamores. Igitur qui litigant, & hi instantius postulant, & hi custodiunt diligentius. Reponitur iterum in sacrarium, vbi per dies quadraginta perseuerauit incorruptus & integer. Omnibus illis diebus nunquam non visitatus est: nunquam sacrarium illud non apertum omnibus fuit, videre & venerari volentibus, donè septimo supra sexagesimum die, quum alio quifatis cōmodè seruari posse non videretur, sepulturæ traditus est officijs & honoribus, non quibus cæteri solent, de quorum virtute & meritis ambigatur: sed quasi sancti cuiusdā

Redditus spiritus S. Laurentius.

Publici eius sanctitatis testimonium.

Carthusiani duo audire angelicas cantiones.

Contentio de eius sacro corpore.

Insigne miraculum.

Diebus 67. manet corpus incorruptum.

R

cuiusdam reliquia, sic cum omni honore collocata, decimo sexto videlicet Calendae Apriles, quum sexto Idus Ianuarias migrasset ad Dominum. Multi non solum ex Italia, sed Illyrico etiam atque Epiro, ad id ostentum domo profecti. Medici omnes, & praesertim Gerardus Veronensis, medicus aetate nostra omnium nobilissimus, qui cum in hac aegritudine visitauit, naturam nullam vi fieri posse testati sunt, praesertim cum putrida febris laborasset. Diffusus enim per venas putridus & corruptus humor, corruerit necessesse fuit reliquum corpus: ut impossibile penitus extiterit, absente calore naturali, vel paruum aliquid temporis integrum incorruptumque manere. Quantum igitur, quamque, admirabile spectaculum fuerit, aliorum sit iudicium. Nam si beatissimo Bernardo honori datum est, ut dandum erat, quod corpus eius triduo inhumatum subsisterit: quid Laurentio nostro tribuendum, qui tot dies & penes menses integer & incorruptus quassus? Mota ciuitas tantae rei miraculo, dare operam voluit, ne eiusmodi ornamento, vel primi scilicet, vel sanctissimi patriarchae reliquijs, patriarchalis ecclesia spoliaretur. Hoc facto relatum in memoriam illud beatissimi Marrini Turonensis episcopi: qui quum apud Condantensem Picta uorum urbem diem obiisset, & Pictaui, apud quos obiisset, retinere uellent: Turonenses autem repeterent proprium antistitem, tandem in contentione res illa uersata est, donec a Turonensibus furto sublatus, propriae ecclesiae restitueretur. Quae autem miracula deinceps acciderint, quaeque, accidant quotidie, ad sepulcrum illud diuinam opem poscentibus, ea non aggredi satius existimaui: quippe quae innumerabilia sunt. Inquirentur fortassis aliquando diligentius ab ijs, quorum sicuti auctoritas maior est & officium solennius, ita uix crediderim fieri posse, ut tanti luminis splendorem Deus iacere diutius in tenebris patiatur.

Miracula  
ereberrima  
ad eius se-  
pulcrum.

CERTAMEN SANCTI MARTYRIS  
POLYEVCTI, AVTHORE SIMEONE  
*Metaphrasie.*

IANVAR. 9.  
Beda & Vili-  
ardus hunc  
habent Idi-  
bus Febru-  
arij.



Nearchus  
& Polyeu-  
ctus milites  
amicissimi.

Est vlla alia pulcherrima narratio, pulcherrima quoque est narratio admirabilis martyris Polyeucti. Nam cum vilitate, magna quoque est coniuncta iucunditas. Huius autem rei potest ea non falsam testem adducere experientiam. Dicatur ergo, & a nobis in medium proferatur pijs Dei que amantibus auditoribus, vobis quoque pro viribus quae vestra sunt afferentibus, aures orationi attentas exhibentibus, promptumque & alacrem animum praebentibus narrationi.

Tempore Imperatorum Decij & Valeriani, erat quidam Nearchus & Polyeuctus, studio quidem milites, amicitia autem ita inter se deuincti, ut longè magis, quam si inter eos intercessisset sanguinis & cognationis necessitudo, summo sui inuicem desiderio & insigni concordia ac consensione coniuncti essent eorum animi, & uterque in alterius corpore se putaret viuere & spirare. Erat autem Nearchus quidem Christianus & fidelis, pietateque, ac vera religione perfectus. Egregius autem Polyeuctus, gentilis quidem religione, & veritatis luce nondum illuminatus, alioqui se Christianum accuratè conseruans, & omni virtute exornans: & erat quidem olea frugifera, hoc autem solum ei deerat, quod nondum erat in domo Dei. Quoniam autem Decius ille & Valerianus non rectè utebantur imperio, nec eum, qui illud eis dederat, agnoscere & colere volebant, immò verò manum impiam & cum Deo pugnantem, in ipsum crexerant: & non solum eum negabant, sed omnes quoque subiectos scriptis edictis incitabant, & omnibus modis arcebant à Dei cognitione: & deos pro dolor falsos & vanos, in veri Dei locum constituebant, & illos colere & adorare cogebant, qui minus habent sensus, quam lapides & statuae.

Quoniam ergo haec ita habebant, & proposita erant supplicia & praemia: ijs quidem qui parebant, honores, dona, & pecuniae: ijs autem, qui non parebant, minae, poenae, & vltimum malum mors: amico timuit Nearchus, & putauit hoc esse tempus, quod effecturum esset, ut dissensio in religione, eorum quoque dissolueret amicitiam. Haec cum in ani-

in animo haberet & apud se versaret, aperte ostendebat se cruciari animo, magnisque agitari fluctibus, & occultè desistere amicum. Praestantissimus autem Polyeuctus cum videret sic se habere amicum, pungi que aculeis doloris, & qui verbis explicari nequeunt, gemitibus conari leuare magnam animi aegritudinem, & vestigia lachrymarum indicare oculis: amice ad eum accedens interrogat, & causam quaerit discere, cur ita se habeat. Nam ipse quoque nihilominus dolebat, cum eum videret sic affectum, qui erat eiusdem cum eo animi. Ille autem volebat quidem dicere, & significabat se nihil posse celare amicum: esse autem aliquam causam, propter quam, etiam si velit dicere, necessesse habeat tacere, & amici consolationem hac in re minimè consequi. Cum autem valde diuinus vrgeret Polyeuctus, & postulareret ut ei secretum aperiret, & ei exprobraret contemptum amicitiae, & mutatam affectionem, Nunquid, dicens, aliquid offendimus? Quanam in re tibi molesti fuimus? Quanam res tam dira & tam atrox facta est, ut Polyeuctum tuum à venia arceas?

Haec cum diceret & animo angeretur, non ferens Nearchus, oculos suffusus lachrymis, & profundo suspirio inenam cordis flammam significans: Cum, inquit, o amicissime, nostrae consensionis & dilectionis apud me cogito separationem, necessesse quoque habeo animum abrumperè. Haec postquam ille audiit, corde grauissimè perculsus, Quomodo haec, inquit, Nearchus, quomodo? & cur haec verba dicis praeter spem? & vnde nam haec erit nobis separatio, quam statuimus ne mortem quidem posse nobis facere? Hoc est, inquit, o amicissime, quod me propemodum suffocat, & ipsum comprimit spiritum & animam, quoniam haec, quam dixi, separatio est nobis humana morte validior & grauior. Cum autem nondum, quid sibi vellet oratio, intelligeret Polyeuctus: statim surgens, & amicum complexus, & ei ita ut eum tenebat, ardentissimè circumfusus: Sed dic, inquit, mihi, o Nearchus, dic aperte, & explica quemadmodum haec sit futura separatio. Non enim fero amplius hoc minimè amicum silentium. Sin minus, videbis iam tuum Polyeuctum in terra iacentem mortuum & exanimem. Atque videbatur quidem Nearchus velle dicere, sed victus ab animi perturbatione, vinctam habebat linguam: & solum moestus ac conturbatus, amicum fixis adspiciebat oculis, & immoderatum significabat dolorem. Postquam autem vidit Polyeuctum moerore confectum, abiecit animum, & humi procidere, & esse iam à dolore omnino superatum, cogitur in hanc vocem erumpere:

Valde vrget  
Polyeuctus,  
ut dolorem  
suum Nearchus  
indictet.

O amicissime, inquit, Polyeucte, hoc edictum Imperatoris nobis separationem auferet & dissolutionem. Postquam autem hanc vocem sapientissimus audiit Polyeuctus, statim coniiciens quid sibi vellet, quod dixerat Nearchus: Cogitauit enim, quod amorum in religione dissensio iam examinanda, & acerbiter subitura iudicium, cogit eos à se inuicem disungi: conuertit eum ad diuiniorum quandam cogitationem, & reuolvens animo quam viderat visionem, & eam iudicans temporali conuenientem, coepit repleti gaudio & voluptate: & quemadmodum haec fuerit visio, communicauit amico, Est aliquid, dicens, o Nearchus, quod prohibebit nobis hanc fieri separationem.

Vidi enim ego Christum, quem tu adoras, ad me accedentem, hac fordida, qua sum indutus, veste me exuisse, alia verò valde preciosa (o quis illius pulchritudinem dixerit & splendorem?) induisse, cuius humerum fibula cōstringebat aurea. Deinde verò mihi quoque equum tradidisse alatum. Atque talis quidem fuit visio, quam vidit diuinus Polyeuctus: eius autem nequaquam fuit vanus exitus, sed preclare expressit id, quod erat futurum, mutata quidem illa vestis pulcherrima, mutationem in melius ex eo quod est deterius, nempe, ut ex terrena militia in caelestem & diuinum militum referretur numerum, per quem erat in chorum martyrum cooptandus. Alatus autem ille equus quid aliud possit significare, quam illius celerem à terra in caelos ascensum?

Visionem  
sua Nearchus  
narrat  
Polyeuctus.

Haec cum audiisset Nearchus, lætatus est, hilarisque effectus, ei dixit: Christum cognouisti? Christum, o Polyeucte, qui verè est Deus? Ille verò ei dicit: Quando autem eum ignorauisti? Num, cum tu de eo diceres, tremor meum subibat animum? aut cum legeres, non eius admirabar sermones? solum enim mihi nomen deerat: alioqui enim eram affectione Christianus, & studebam me Domini Christi mancipare seruitio, multum valere iubens cultus inanes simulacrorum. Quid ergo facimus, o Nearchus: Cur non aperte ostendimus nostram in Christum confessionem? Cum haec autem lubenter



**Animus Nearchi verè Christianus.** accepisset Nearchus, dixit, se veluti nudans & aperiens: Mihi, ô Polyeuete, non diuitiæ, non gloria, nec omninò dignitas militaris, nec aliquid aliud ex ijs, quæ sunt huius mundi, præfertur vitæ, quæ est in Christo. eam enim solam desidero: alia autem sunt apud me parua & nullius precij. Deindè rursus diuinus Polyeuetus eius animi veluti faciens periculum: Quid verò, inquit, an non concupiscis hanc, quæ adest tibi, dignitatem? Nearchus autem existimans hæc ab eo dici ex animo, & non eius tentandi gratia, Vidèris, inquit, mihi ô Polyeuete, ignorare veram in Christo dignitatem, & eam quæ est apud illum gloriam, & quæ nunquàm cessat, beatitudinem. Sic quidem inter se conferebant sermones, & sibi inuicem suam aperiebant sententiam.

**Polyeuetus cupit baptizari.** Egregius autem Polyeuetus iucundè & lepidè volens aliquid amico dicere: Tu quidem suspicaberis, inquit, me ignorare eam, quæ est in Christo, gloriam, & quæ est apud illum, beatitudinem. Ego autem, ô Nearchè, videor te præcessisse, & imperatoriam, ut scis, & cælestem chlamydem accepisse per reuelationem. Sed tamen volo ex te sciscitari aliquod caput spiritale. Vereor enim, nè, si absque sacramentis & mysterijs accesserim ad Seruatorem, ei videar minimè acceptus, & indignus qui referar in numerum eius militum. Postquam hæc audiuit Nearchus, statim surgit, & euadit animo acrior & vehementior: & amicum incipit recreare, promptiorque & alacriori animo eum reddere ad Christi fidem, dicens: Nulla, ô amicissime, sit tibi de hac re dubitatio. Scriptum est enim, posse Deum vel ex his lapidibus suscitare filios Abraham. Quod quidem quid est aliud, quàm hoc, posse etiam gentiles ex insperato salutem assequi, & esse milites Christi? Nam omnibus, ut semel dicam, aperta est porta cæli: nulli omninò ex omnibus oclusus est salutis aditus. Quamobrem is quoque qui credit, magnam recipiet mercedem parua illius fidei. Propterea enim ijs quoque, qui prima & tertia & nona hora accesserunt ad vineam, æqualis merces decernitur. Quamobrem, etiam si ipse tardus accesseris, eadem quæ primi, præmia consequeris. Ad hæc D. Polyeuetus tanquam eius subijisset animū recordatio, Per veritatem, inquit, Nearchè amicissime, audiui aliquando latenter te aliquid eiusmodi legentem ex diuina scriptura, quod eos, qui vnam horam essent operati, æquali Christo honorasset portione ijs, qui sustinuisset totū estum dici. Nearchus autem, Multa quoque, inquit, ô vir egregie, inuenies eiusmodi exempla. Ecce enim, inquit, latro, qui fuit cum Christo crucifixus, cum innumerabilium reus esset criminum, pro modico & breui verbo magnas inuenit remunerationes: & quæ multis emitur sudoribus in paradiso conuersatio, admodum facile ab eo paratur. Nam vel parua fides potest magnos montes transferre.

**Luc. 23.** Hæc cum diuinus audisset Polyeuetus, animo statim in altum extollitur, & vt corporum & terrenorum omnium planè oblitus, Pacificamur, dicit Nearchò, nos firmiter & stabilis esse seruaturus ea, quæ visa fuerint. Ego enim rebus humanis deceterò renunciaui. Quodnam autem de Christo nos oporteat ferre testimonium, planum fecit, quæ id præsciuit, diuina Domini clementia. Ecce enim, ô Nearchè, eam quæ est in cælis, pulchritudinem mihi visione clementia. Ecce enim, ô Nearchè, eam quæ est in cælis, pulchritudinem mihi visione apprahendit cogitatio: quam quidem assistere, & Christum video ante oculos, & splendore eius visionis mihi vultus illuminatur. Sed iam tempus est legere impium edictum Imperatorum, & rectè scire, quidnam velit nos facere. Sic dixit: cumque id accepisset, perlegit, inter legendum conspuit: & cum id in frustra minuta confregisset, ventis mandauit. Deindè sic conuersus, videt idola quæ portabantur, & à stultis adoranda deducebantur ad aras. Quæ cum iucundissimè & vehementissimè risisset, prius quidem simulat se propro & alacri animo ad ea accedere. Deindè illorum singula accipiens, & protinus humi allidens, simul contriuit omnia, & redegit in subtilem puluerem.

**Polyeuetus conspuit & confringit edicta Imperatorum.** His ergò factis, cum eius socer venisset Felix: fuerat enim iam constitutus persecutor ab Imperatoribus: & vidisset quæ fecerat Polyeuetus, admodum egrè ferens, Heu, dixit, Felix est priuatus liberis: & qui prius eram insignis, & suscipiebar propter filios, repente me affligit filiorum orbitas. Nullus deorum nec hominum potest misereri Polyeueti, qui talia est ausus, & nostros deos contriuit. Ad hæc D. Polyeuetus, eo quod factum fuerat, veluti magis glorians, tantum aberat vt reformidaret aliquid & extimesceret: Nunc quidem, inquit, ego eos contemnens, re ipsa ostendi quàm sint imbecilli. Quod si sunt tibi alij, ij quoque in medium adducantur. Hinc enim scies, quem admo-

admodum nos Christi seruos ea conspuere oporteat. Felix autem cum humana & miserabili quadam affectione de sancto cogitans & loquens, Si velis, inquit, ô Polyeuete, aliquantisper viuere, donèc tuam videas vxorem. Quænam autem adhuc, inquit sanctus, vxoris mihi cura est & filiorum, qui ex rebus humanis nihil omninò curo, cum in solis cælestibus mens versetur, & ijs in quæ non cadit interitus? Tua autem filia, si me quidem sequatur, beata erit propter suum animum & institutum: sin minùs, ipsa quocumque cum vestris dijs mala malè peribit.

Admirabilis animi fortitudo.

Post hæc Felix profundebat lachrymas, vt qui spem omnem abiecisset. Qua de re dupliciter cæcutiens, nempe & ex ægritudine animi, quæ eum angebat, & ex insania, qua laborabat in simulacra, loquebatur verba digna tantis tenebris & tanta dementia: Hei mihi, dicens, te quoque, ô Polyeuete, Christi artes fefellere magica? Martyr autem admodum prudenter & fortiter, Non per sacra, inquit, martyrum certamina. Non nego, inquit, me ab illo esse vocatum ad cognitionem veritatis. Ipse enim est, inquit, qui cum suis manibus meam demulisset animam, à tenebris ad lucem, & ab errore deduxit ad veritatem, & dignum censuit, qui esset & nominaretur eius miles. Cum autem hæc dicerentur, accedentes sanctorum persecutores, cum martyrem comprehendissent, sacrum os eius pulsabant, verè odio habentes confutationem, quæ erat in foribus, & malis auribus non valentes ferre vim veritatis. Præclaro autem Polyeueto eæ quidem plangere nullo modo erant curæ. Videbat enim Christum, qui pro eo erat passus, prope ipsum assistere. Quem cum suum posuisset refugium, nec pro malis habebat ea, quæ ipsum inuadebant: nec scuticam, quæ eius corpus cædebat.

Os S. Polyucti verberatur.

Has ergò plagas, vt dictum est, parum curabat Polyeuetus: luctabantur autem aduersus aliam diaboli maligni artem. Nam cum ille ad eum adduxisset socerum & vxorem lachrymantes, & miserabiliter eiulantes, sic conabatur eius animam suis decipere præstigijs, & pro viribus dissoluere eius robur & constantiam. Is autem non ignorans maligni insidias, cum seipsum valde vtiliter conturbasset, animamque fortitudinem & iram excitasset, & quæ ex lachrymis oritur, effœminatæ mollietati eam opposuisset, grauius admodum & fortiter: O scelerate, inquit, & profanorum mystagoge simulacrorum, cur me insidiosus tuis & vxoris lachrymis studeas abducere à confessione in Christum? Cur autem desies Polyeuetum, cum teipsum multo magis desere & lugere oporteat, propterea quod cum principibus, qui sunt ad tempus, seruièris, igni sis æterno tradendus? Et hæc quidem dixit socero Felici. Postquam autem vidit vxorem quoque suam Paulinam miserabiliter lachrymantem, & dicentem, Quid tibi accidit, ô Polyeuete? Quomodo autem fraude es inductus, vt duodecim deos nostros confringeres? Eam suauiter ridens sanctus, Si solus, inquit, ego duodecim deos tuos vici & contriui: ecce deorum es omninò egena. Adesum ergò, inquit, Paulina, & faciam vt verum Deum cognoscas, quem ipsa stude diligenter adorare, & hac breui vita æternam commutare. Cum hæc sic dicerentur, & multi infideles per ipsum ad fidem in Christum conuerterentur, & omnes persecutores simul congregarentur, & partim quidem promissis, partim verò etiam minis sanctum studerent in contrariam traducere sententiam: quoniam nulla via & ratione id effici poterat, nec eius rei vlla erat spes reliqua, fertur in eum sententia, vt ense statim mortem subeat.

Diabolus eius insidias tendit per vxoris lachrymas.

Cum autem ei iam res fuisset aperta, erat videre Polyeuetum nihil mœstum, nihil triste, nihil omninò, quod esset effœminati & pusilli animi, aut dicentem, aut pari præ se ferentem: quod quidem accidisset alicui alij, qui ab hac incunda luce & vita separaretur. Immo verò tanquam ex tenebris & afflictione ad gloriā transiret & delicias, magnam ostendebat lætitiā & animi alacritatem, vt qui iam frui inciperet ea, quæ est illic, beatitudine. Nam ijs quoque, qui aderant, affirmabat se quendam accedentem videre adolescentem, & secū eloquentem, & omnibus modis efficientem, vt obliuisceretur omnium terrenorum. Sed quis, ô diuine Polyuete, hoc vel tuū solum laudandum assumens, te dignam possit laudem contexere? Nam cum iam esses cōsummandus, & per sacrum tuum sanguinem, diuinum baptismū & in Christo signaculum accepturus: ô generosam animam, ô mentem firmam & stabilem, & à mendacio alienam: nec sic amicitie Nearchi es oblitus, sed eum adspiciens, Vale, inquis, Nearchè, & pastorum conuentuum recordare. Hanc cum tu vir fortis vocem, tanquam vltimum aliquod donum, amicum reliquisses, ad ensē processisti, & per eum illatam mortem prompto & alacri animo subijisti.

Caditur gladio.

hinc v. 71. 72. 73.

Cum sic autem fuisset consummarus Polyeuctus, preciosum quidem eius corpus, qui ex fratribus erant studiosiores, deposuerunt in Melitene ciuitate Armenia, æternam hæreditatem sic sibi acquirentes. Fuit autem dies quartus, qui vidit finem Polyeucti & corporis depositionem. Insuperiit autem hic quoque Nearchus, qui accepto sanguine martyris, cum eum in nitido imposuisset linteo, portauit in ciuitate Cananæotarum, donans eis arma salutaris, & verè beatam hæreditatem.

Sancti curat res nostras.

Hæc gesta sunt tempore Decij & Valeriani in prima Orientis persecutione. Nam fuit quidem primò martyr Hierosolymis sacratissimus Stephanus, secundò autem Philoromus in Alexandria ciuitate Aegypti, & tertio D. Polyeuctus in Melitene Armenia 4. Idus Ianuarij. Is sæpè se magnam curam agere Christianorum, etiam post mortem, non leuiter & obscure, sed aperte & euidenter ostendit. Quidni enim faceret, qui talis erat, & genus illinc ducebat, & eiusdem fuerat sodalitaris? nobilium, inquam, & illustrium ex fide in Christum: qui sequebantur quidem Marcum Imperatorem, bellum gerentem aduersus Barbaros, aquæ autem penuria laborabat Romanorum exercitus, tristisque erat Imperator, cum hostes quidem valde inualescerent, sitis autem inter cætera nostros vexaret. Ij autem Christi fortes milites, qui eandem implebant legionem, quam hic venerandus martyr, cum se separassent, & procul ab exercitu remouissent, manus quidem pias ad Deum tollunt, piam, quæ ab eis honorabatur, fidem acerrimè proferentes. Rogant autem Dei miserationes, vt eos benignis oculis adspicerent, & hanc soluerent necessitatem, quæ opprimebat multitudinem. Cùm illi sic orassent, suis non sunt fraudati precibus. Nondum enim preceationibus finem imposuerant, & densa nubes cælum subiens, aërem quidem impleuit tonitru: fulgura autem elisa micabant, & multa erupit pluuia, adeo vt dum sic ferrentur fulmina & imbres, recreati quidem sint Christiani, plurimi autem barbari interièrunt, & ex eo sit legio nuncupata

Alij vertit, Fulminea.

κατανοβόλος, id est, Fulminū iaculatrix, hucusq; cognita ex hac magni miraculi effectio ne, ad gloriam Patris & Filij & Spiritus sancti, vnius & consubstantialis diuinitatis: Cui conuenit omnis gloria, honor & adoratio, nunc & in secula seculorum, Amen.

VITA SANCTORVM IULIANI MARTYRIS CVM RELIQUIS, AC BASILISSAE VIRGINIS, ex Simeone Metaphraste.

9. IANVAR.



Matth. 17.

tinere. Vos autem, qui hæc auditis, & legitis, nobiscum vnà credite, omnia possibilis esse credenti, ob idque sine aliqua hæsitacione bonam hanc hæreditatem, quam nobis Martyres imitandam reliquerunt, accuratè & diligenter persequamur. Peto igitur à vobis, qui hæc lecturi estis, vt attentis animis audiat, quam gloriosum sit terrena hæc derelinquere, quò per angustam sanctorum hominum viam contententes, illorum institutionem assequi possimus. Illud igitur, vt dixi, vos rogatos velim, vt cum eorum facta legitis, vera esse credatis. Nam beati quidem sunt qui viderunt, & crediderunt: sed longè beatores, qui non viderunt, & crediderunt. Nos, qui nostris oculis vidimus, Martyrum facta conscribimus: quamobrem exiguam beatitudinis partem nobis fore credimus. Vobis verò necessariò maior quædam gloria futura est, qui auditis, & creditis, Deum in sanctis suis perfectissima quæque opera implere posse. Huius igitur sanctissimi martyris Iuliani certamen, quod ille perpeffus est, in medium afferam: neq; silentio

Ioan. 20. En se vidit se aut mar tyru gesta.

lento præteribo, quemadmodum ab ipsa pueritia vitam Deo gratam exercuerit. Velim fidem nostris verbis habeatis, vt id facientes, discatis, qualis merces fidelibus hominibus parata sit.

Genus Iuliani.

Beatus hic Iulianus claris fuit parentibus, quòd ad mundi huius splendorem pertinet. Illum parentes vnicum habebant suorum viscerum ac generis pignus, quem omnino erudicione & sapientum virorum disciplina instituendum curauerunt. Nulla enim Dialecticæ, aut Rhetoricæ artis pars eum fugiebat: ita ingenij acrimonia prestans erat. Ille verò non aliter mundi sapientiam, quàm vt bonum Christi athletam decet, exercebat: mundo autem ipso sic utebatur, tanquàm nõ vsurus esset: legerat enim apud omnium Christianorum magistrum Paulum: Præterit figura mundi huius. Ità denique se ipsum Deo charum præbebat, vt mundi huius sapientiam stultitiam duceret: semper enim in votis habebat, mundi huius memoriam nullam habere, sed cum Christo esse. Fidei verò, quæ sancta mater Ecclesia tenet & obseruat, amator erat ardentissimus, quòd sanctorum virorum ianuas frequentans: neq; diem vllum intermittebat, quin ad eos iret, & tanquàm bonus aliquis operarius, thesaurum in corde suo reponebat, omniumque sanctorum & electorum Dei virorum facta imitans, & ad vniuersumque virtutes properans, Christi gratia florebat.

1. Cor. 7.

Fidè colit s. Ecclesiæ, & sanctorū facta imitatur.

Inerat in eius visceribus perfectus quidam amor, timorem eiiciens, ita enim seipsum ab huius carnis & mundi affectibus atq; infirmitatibus remouit, vt rectè illud Domino Deo confiteretur: *Quandiu in hoc mundo sum, peregrinor à Domino. Ille & homines latere cupiebat, quoniam Christo ipsi placere studebat, quam obrem suum propositum & sanctissimum desiderium occultabat.* Hunc cum parentes viderent tanta attentione animi Christianæ fidei exercitationem sequi, iuuenem ad se vocarunt, & his verbis hortati sunt: *Sua uisime noster fili, audi parentum tuorum sanas admonitiones. Quoniam in sanctissima Christi lege à beato Apostolo, omnium Christianorū magistro, spirituali doctrina instructi sumus filios gignere, familiam regere, nullam occasionem inimico relinquere: propterea te hortamur, vt non tantum nobis placeas, quantum Domini Iesu Christi legibus fidelem te præbeas.* Ad hæc beatus Iulianus dixit: *Neq; propositi mei ratio, neq; ætatis tempus postulat, vt ea faciam, quæ adhortamini. Tum parètes: Annos decem & octo natus es: qui potes igitur recusare, quin coniugem ducas? Nolumus ætatem excuses, sed facere studemus, vt vxorem habeas, quòd liberos gignere possis, & puerum aliquem Deo ipsi offeras. Verum quo tempore corporis libidines deferbuerint, tu & vxor concordia animo & voluntate in castitate viucentes, salutarem Christi doctrinam attendere poteritis.*

2. Cor. 3.

1. Tim. 3.

Hæc parentes agebant, vt semen propagare possent, quod finem habiturum credebant, nisi generis successione renouaretur. Ille verò cum parentum verba molestè ferret, neque illis acquiesceret, cumq; tam cõsanguineorum, quàm eorum, qui patris amicitia utebantur, consilia execraretur, illis responsum hoc dedit: *Neque vxorem ducere in animo habeo, neque licet recusare, quod vos cupitis: quocirca septem dierum tempus à vobis peto, & quale consilium Deus ipse per Spiritum sanctum mēti meæ suggererit, tale vos à me responsum referetis.* Hæc cum parentes audiissent, multis cogitationibus sollicitabantur, quòd ad definitum ille dies præteriret, quo audire possent, quid filius responderet. Adolescens autem ille honestissimus septem dierum spatio, quod à parentibus impetrauerat, diurna & nocturna tempora in precibus transigebat, à Deo petens, nè pateretur virginitatem, quam illi seruandam promiserat, quauis causa violari. Cùm igitur septimi diei nox aduenisset, & eius corpus ieiunio extenuatum esset, cumque somnum cepisset, præstò fuit illi Dominus, & fidelem seruum consolatus est, ac eius mentem confirmauit, iubensque facere, quod parentes admonebant: *Surge, inquit, nè timeas, neque parentum tuorum consilia, vel propositum metuas: duces enim coniugem, quæ te non maculabit, neque à meipso segregabit, sed tua causa virginitatem etiam seruabit. Itaque & te & illam virgines in cælum recipiam: multa enim castitas per vos propagabitur, multique iuuenes & puellæ per vestram doctrinam castis vitæ ciues fient. Ego tibi præstò ero, in te habitans, vt omnes corporis libidines & carnis bellum expugnem: quin etiam illam ipsam virginem, quæ tecum copulata fuerit, talem efficiam, qualem ipse volo. Faciam igitur, vt ipsa institutum tuum sequatur, & illic quidem in thalamo vobis præparato me cum angelorum choro videbitis, &*

Virginitatem Deo promiserat.

Christus ei apparet.

cum innumerabilibus vtriusque sexus virginibus, quos natura quidem ipsa dissimiles fecit, at fides, quæ in me habetur, similes facit: quorum & tu imitator esse agnosceris.

Hæc cum dixisset Dominus, & illum tetigisset: Viriliter, inquit, age, & confortetur cor tuum. Hac Dei virtute confirmatus admirabilis ille adolescens, surrexit, & ait: Gratias ago tibi, Domine Deus, qui es cordis & renum scrutator, quicquid mundi huius delicias ac voluptates procul à me remouisti, ita vt corde firmo castitatis meæ te adiutorem mihi futurum sperem, eaque te daturum confidam, quæ neque oculus vidit, neque auris audiuit, ea scilicet, quæ preparasti his, qui ex toto animo te secuti fuerint. Tu dignum me fecisti, qui possem in via tua ambulare: vel potius tu, quæso, mihi sis bona illa via, & his, qui castitatem amant, & animæ integritatem, corporisque munditiam amplectuntur. Nouisti tu Domine, quemadmodum ex eo die, quo \*genitus sum, usque ad hanc horam, qua me vocare dignatus es, nihil mihi optandum, nisi te ipsum proposui: idque solum in votis habeo, vt quod ab ore meo exijt, tu confirmes. Tunc enim me ipsum credam cepisse id exequi, cum ea, quæ dixero, re ipsa præstabo.

Exijt igitur è cubiculo ita hilaris, vt sui ad spectus hilaritate omnem parentum tristitiam ademerit, quibus ait: En ego, vt optabatis, nuptias ipsas, rectam quædam viam, non peccati, sed gaudij, mihi futuram esse cognoui: itaque iam faciam, quod vos adhortamini. Ea re parentes valde letati sunt, futurum sperantes, vt ab eo prolem susciperent. Quid multa? Dabant operam, vt foemina inueniretur, quæ similis ei foret tum moribus, tum generis nobilitate, quæque ad filios procreandos foecunda iudicaretur. Diuina igitur prouidentia factum est, illius, inquam, Dei, qui ex eo coniugio tantum boni futurum prouiderat, vt virgo quædam inueniretur, quæ multarum possessionum facultatibus abundaret, generis splendore par, cui nomen erat Basilissa, parētibus suis etiam ipsa vnica. Cumque, vt hominibus mos est, nuptiarum tempore aduentante, parentes consensum puellæ habuissent, nuptiarum tempus definitur, omniaque illa confecta sunt, quæ consueuerunt in eorum, qui nuptijs copulantur, sponsonibus contineri. Beatus vero Iulianus ita nuptiarum diem expectabat, tanquam bonus aliquis athleta, qui, superata corporis libidine, cælesti Deo gratus esse studeret.

Cum igitur dies constitutus aduenisset, finitimarum vrbiu[m] ciues conuenerunt, multa & varia oblectationum genera secum afferentes, quibus delicatæ & elegantioris ætatis mentes ad amoris illecebras excitarentur. Itaque plateæ musicis omnium generum vocibus resonabant, virginum multitudo illic aderat, aureis vittis crines contextos habentium, quæ suauissimis canticis vel constantes & fortes viros ad intemperantiam illecebras prouocare poterant. Inter eiusmodi barbaricas nationes Christi athleta Iulianus constanti & forti animo versabatur, nulli occultæ cordis sui consilia patefaciens, nisi Domino ipsi, à quo victoria spem certam expectabat. Prolatam igitur è thalamo ipsam hilari vultu accepit, cum qua & exultauit in Domino: & ijs quidem, quorum multitudo illic aderat, hilarem vultum ostendebat: in animo autem Deo ipsi illud cum timore canebat: Domine, vre renes & cor meum, nè vetus ille draco contra me bellum exuscitet. Cum verò hora illa propè esset, qua sibi & virgini secum copulata thalamus nuptialis adeundus erat, religiosus ille adolescens à Domino communitus, thalamum securo animo ingressus fuit: quo loco cum primum preces ad Deum misisset, tantus liliorum & rosarum odor emissus est, vt virgo ipsa eo in loco sibi esse videretur, qui verno tempore varijs & suauè redolentibus floribus abundaret. Nocte vero intempesta virgo iuuenem, cui fuerat copulata, sic allocuta est: Mirum est, quod sentio, valde certè mirandum, quod velim mihi dicas, an & tu sentias. Ad hæc beatus Iulianus: Narra, inquit, fideliter, quæ sentis. Tum virgo: Cum sit hyemis tempus, & terra ipsa nullos habeat flores, ita in hoc meo thalamo omnes flores odorum suauitatem emittunt, vt incunditate hac suauissima vndique perfusa, tota certè obstupescam, neque omninò cubilis copulationem appetam. Tum illi beatus Iulianus dixit: Suauissimus odor iste, quem sentis, non temporis, sed ipsius Christi castitatem amantis opus est, qui corporis castitatem intactam seruantibus, æternam vitam largitur. Si Christi ipsius præcepta mecum vnà seruare volueris, vt cum tota animi attentione diligamus, vt virginitatem ingenti præmio remunerandam conseruemus, vt denique in hoc seculo vasa ipsius electa efficiamur, in his ipsis in futuro illo æuo habitabimus, cum Christo ipso regnabimus, & nunquam disiangemur. Ad hæc beata virgo Basilissa: Et quænam, inquit,

Sentit à se ablatas mundi voluptates.

\* in terrenatus sum,

Queritur ei sponsa.

Iulianus non afficitur mundi oblectamentis.

Psal. 23.

Vide miraculum.

Encomium castitatis.

inquit, alia tam necessaria salus est, quam vt virginitatem seruemus, & vitam æternam consequamur: Idque ita esse credo, vt dicis. Itaque cupio tecum vnà concordem animum habere, vt sempiternam mercedem Christum Dominum meum possidere valeam.

Hæc cum virgo illa dixisset, beatus Iulianus in solo prostratus, Dei adorandi causa iacebat, ita clamans: Confirma hoc, Domine, quod operatus es in nobis. Id cum virgo ab adolescente sponso factum vidisset, ipsa etiam idem fecit: & ecce subito fundamenta cubiculi, in quo erant, commota sunt, & lumen, quod verbis exprimi non potest, ita effulsit, vt lumen, quod in eo thalamo erat, illius lucis magnitudine obscuratum sit: implementumque tunc illud est: Spectaculum facti sumus & angelis, & hominibus. Maximum profectò & diuinum spectaculum in cubiculo illo tunc erat. Ex vna parte æternus ille rex Christus sedebat cum innumerabili quorundam candidas vestes habentium multitudine: Ex altera parte innumerabilium virginum cœtus, quarum primas tenebat gloriosa Mater & Virgo illa Maria. Ex æterni Regis parte summis vocibus illud canebatur: Vicisti, Iuliane, vicisti. Quæ verò cum Virgine illa Regina Maria erant, clamabant: Beata es Basilissa virgo, quæ salutaribus admonitionibus obtemperasti, & mundi fallacias respuens, ad sempiternam gloriam percipiendam te ipsam preparasti. Rursus ex æterni Regis parte clamabatur: Milites mei, qui veteris serpentis voluptatem expugnauerunt, surgant è terra, & attento corde librum æternæ vitæ recitent. Liber autem ipse positus erat in cubiculo ipsis preparato.

Hac voce audita, qui erant ex vtraque parte sedentes, responderunt, Amen. Venerunt autem duo quidam viri candidis vestibus induti, quorum pectora zonis aureis cincta erant: & singuli singulas coronas in manibus gestantes, illosque erigentes: Surgite, inquit, quoniam vicisti, & nostro numero ascripti estis. Videte, quod in preparato vobis cubiculo positum est. Legite & cognoscite, quoniam fidelis est Dominus in verbis suis. Cumque illorum manus tenerent, eas coniunxerunt. Erat autem illic positus quidam liber argento septies purgato splendidior, aureis literis conscriptus. Circa cubile verò quatuor senes erant, qui habebant in manibus phialas aureas plenas aromatis varijs, multi odoris suauitatem emittentibus, è quibus senibus vnus dixit: Ecce in his quatuor phialis continetur perfectio vestra: ex his enim quotidie ante faciem Dei odoris suauitas ascendit. Quamobrem beati estis, qui plurimas huius seculi voluptates deuicistis, ad illas properantes, quas neque oculus vidit, neque auris audiuit, quæque in cor hominis non ascenderunt. Abi nunc, Iuliane, & lege, quod vna sancta Trinitas iubet.

Accessit multa cum fide Iulianus, & cœpit legere, quæ in hanc sententiam scripta erant: Quisquis meo desiderio detentus, mundum hunc contempserit, in eorum numero erit, qui mulieribus non sunt coinquinati. Basilissa verò, quæ animo sincero atque intacto est, in ordine virginum numerabitur, quarum vera mater Domini Iesu Christi Maria primas partes obtinet. Hæc cum dixisset, librum complicuit, & rursus multa ista millia dixerunt, Amen: & multa illa alia millia eandem dictionem vna voce repetentes, hilaritatem simul præ se tulerunt. Rursus ad illos senex dixit: In hoc libro, vt videtis, scripti sunt casti homines, sobrij, veraces, misericordes, humiles, mites, qui non fidam charitatem habuerunt, qui res aduersas atque acerbis sustinuerunt, qui calamitates & ærumnas perpeffi sunt, qui denique suæ in Christum charitati nihil prætulerunt, non patrem, non matrem, non uxorem, non filios, non agros, non diuitias, non reliqua omnia, quæ in hoc seculo humanos animos impediunt. Illi denique in hoc libro sunt scripti, qui ne suas quidem animas Christi causa in mortem tradere cunctati sunt, è quorum numero & vos esse digni habiti estis. His dictis, statim visio ab illorum oculis ablata est. Tunc beati virgines, Christi visione gaudentes, reliquum noctis spatium vigilantes, in hymnis & canticis transegerunt.

Quid plura? Cum dies illuxisset, frequens hominum multitudo letabatur, & eiusmodi copulationem se visuros existimabat, quali homines ipsi solent inter se copulari, cum non intelligerent neque sentirent, totam illam diuinam fuisse copulationem. Illi enim beati homines coeperunt spiritu, non carne, diuinæ gratiæ mysterium copulare: quod in se occultantes, dabant operam, vt quod faciebant, tantum à Christo Domino, & eius angelis cognosceretur. Quoniam verò Deus ipse non destituit eos, qui cordis & animi sinceritate vitam agunt, ita diuinæ gratiæ dona progressum habuerunt, vt breui tempore vtriusque parentes ex hac vita decesserint, & idoneos heredes eos reliquerint, per quos

Orat. Sæctus in solo prostratus.

1. Cor. 4.

Psal. 144.

Esa. 64. 1. Cor. 2.

Tegunt suam continentiam.

quos cęlorũ regno non priuarentur. Erāt autem & ipsi Christiani fidelissimi. Tunc beatus Iulianus & Basilissa hilares, libertatis occasionem sibi datam arripuerunt, pręmium se accepturos sperantes, quo possent per fragiles mundi huius facultates, sedes illas cęlestes habitare. Quoniam verò laboriosum est, religiosę illorum vitę facta singulatim narrare, ex tot tantisque pauca quedam percurreremus.

Dant operā  
saluti ani-  
marum.

Matth. 11.

Multi ad il-  
los conflu-  
unt, relicti  
omnibus.

Beatus Iulianus & Basilissa concordem sententiam in ea quoquę re habuerūt, vt non solum essent solliciti de salute sua, sed etiam multarum animarum curam haberent. Diuiserunt igitur sibi domicilia, & super duo illa candelabra duę lucernę altę effulgebant; æternusque ille rex immensam gratię suę misericordiam ignotis etiam hominibus impartiens, per ardentem illorum hominum orationem, tribulos & peccatorum spinas comburebat. Potens quoquę Christi Domini vox, per ora sanctorum Iuliani & Basilissę in omnes partes transcurrens, hæc dicebat: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Constituerunt igitur monasteria, in quibus animarum messem ex huius mundi spinis atque ærumnis abreptam, colligerent: neque erat quisquam, qui audiens sancti Iuliani sermonem, aliqua re detineretur, quo minùs ad Dominum conuerteretur. Relinquebant igitur viri mulieres, filij parentes, sponsi suas sponsas, & paternas facultates, & propter sempiternam illam vitam ingentes diuitias pauperibus largientes, angustam viam arripiebant: neque quisquam illorum imponens manum aratro, respiciebat retrò. Erat autem beatus Iulianus sacri illius gregis, ferè decem millium monachorum, pater. nam quicumque ad cęlestem vitam animos suos conuertebant, apud Iulianum ipsum ad Deum se transferebant, ad eum vt nemo posset enumerare animarum multitudinem, quę per sanctum Iulianum conuersa, & ad cælum traducta est. Eodem modo & beata mulier Basilissa, virginum & mulierum animas ab huius mundi sordibus liberatas, ad cælum dirigebat. Itaque à beato Iuliano sancta illa virorũ mercatura tractabatur: per sanctam verò Basilissam, inter virgines & mulieres castitatis victoria effulgebat.

Quoniam verò planum omnibus factum est, qualis fuerit sancta illorum institutio atque vita: cum, inquam, Deo adiuuante, id per nos planum factũ sit, nunc ad illud tempus oratione nostra progrediemur, quo martyrium assecuti sunt, eorumque gloriosa facta & victorię præmia declarabimus. Temporibus Diocletiani & Maximiani, persecutionis furor & impetus vndiquę feruebat. Eius autem rei fama per omnem Orientis regionem peruagata erat. Tunc sanctus Iulianus eum sancta Basilissa in ieiunio & precibus perseuerantes, tales orationes in conspectu Dei effundebant: Domine, qui es occultarum rerum cognitor, humanarum mentium testis, cordis & renum perscrutator, te obsecramus, vt tranquillo vultu tuo nos illumines, & aures verbis tuis obedientes nobis præbeas: non enim dormis, neque dormitas tu, qui vtriusque nostrũ castitatis propositum ac studiũ custodis. Hoc studio tu Domine Iesu Christe vides nos lætari: nè permittas igitur gregis tui simplicitatem corrumpi, neque insatiabilis lupus, qui semper nobis aduersatur, potestatem habeat, vt aliqua in re fidei tuę murum ac signum dissoluat, quod signum in seruos tuos & seruas per nos abiectionos contulisti. Et illos igitur, & nos Christe protegas: plus enim potest dextera tua nos erigere, quàm persecutoris potentia opprimere. Cognosce & perscrutare singulorum vires & pro tuę prouidentię & prænotionis gratia omnes ad illos viuentium choros perducas, vbi nulla amplius mortis suspicio reliqua est: sed in secula omnia regnandum erit, vt die illo, quo venies magnus & terribilis, concedas nobis Domine, vt serui tui & seruę, te auctore, per nos in militia tua versantes, integri atque intacti in conspectu tuo stare possint, nosque hilares dicamus: Ecce nos & filij, quos dedisti nobis: nemo ex illis periit.

Esa. 8.

Christo ap-  
paret s. Ba-  
silissę.

Cum orationi finem imposuissent, in domos suas reuersi sunt, eodemque illo tempore nocte intempesta Dominus ipse in somnis ita beatam mulierem Basilissam allocutus est: Basilissa nomine tuo digna, scito, quęcunque optasti, ea me firmare decreuissę, vt vasa illa vniuersa, quę per tuam ipsius operam mihi purgavi, tu viuens ad cęlestia regna præmittas, & habeas dimidium annum, quo possis ex omni loco, vbi tritici sementem fecisti, colligere, & laboris tui messem tutò reponere. Itaque & ipsa postea sequeris, vt horrei bonarum animarum pleni clauas accipias: ex hoc enim quotidie odor suauitatis in conspectum angelorum ascendit. Iulianus verò pugnabit & vincet: neque enim vnquam vinci poterit is, in quo regnat castitas: multa verò mihi per ipsum ani-

marum

marum copia conciliabitur. Itaque oportet illum pro nomine meo multa pati. Verum ego multa prodigia ac signa in conspectu inimicorum ipsius ostendam, & priusquam me ille inuocauerit, dicam, Ecce adsum.

Hęc cum audisset sancta Basilissa, experrecta gaudebat valde, quod Domini Iesu Christi vultum & characterem splendidum, & instar solis exorientis effulgentem vidisset. Ordine igitur Iuliano rem omnem narrauit. Cumque sanctam virginum multitudinem conuocasset: Agite, inquit, sanctę virgines, gaudium meum & corona capitis mei, agite, ad Deum preces mittamus, & sacrificium laudis corde contrito & humili offeramus Deo ipsi, quandoquidem dignatus est nobis reuelare mysteria occulta, viamque & tempus definiuit, quo animas nostras purgatas habentes, illius sigillo imprimamur: vt singulę proprii cordis occulta considerantes, in hoc mundo benè peregrinemur, & ad æternam illam vitam transmigremus: vt nihil proprium in nobis inueniant potentię illę, quę animas in cælum proficiscientes impediunt: vtque dæmones ipsi nihil in nobis inuenientes, timeant, cum sanctum illud præsidium nobiscum vnà venire, & castitatis spiritum nobiscum esse viderint. Considerate, & mentium vestrarum occultissima quęque inquirete, vt quoad tempus nobis suppetit, animas nostras ab omnibus vitij ac peccatis purgemus pura illa aqua: & actionibus bonis insistentes. Deo ipsi tales nos offeramus, (hoc autem si cum fide petierimus, à Domino impetrabimus) vt peccatorum maculis purgata, ad cęlestia illa regna peruenire possimus, vbi est sponus noster Dominus Iesus Christus. Quamobrem vos hortor, sanctę meę sorores, nè aliquod fermentum malitię in corde vestro resideat, sed omnes vicissim vobis veniam detis: & si quid mutuo contra vos habetis, vicissim vobis remittatis, vt à Domino mercedem reportetis: si quid, inquam, alię aduersus alię commiserunt, læto animo vobis condonetis, vt perfectam animę & sinceri corporis coronam accipiat, & me matrem vestram Deus ipse vetricem vnà cum vestro grege incorrupto efficiat. Illudque scitote, nihil valere corporis virginitatem, vbi cordis ira & simultas habitauerit.

Hęc cum narrasset beata Basilissa, locus ille, in quo erant, commotus est, & illis adspicientibus, columna ignea visa est, auream habens inscriptionem: ex qua columna vox quedam emissã est multo cum splendore & odoris suauitate: illincque & Crucis signum effulsit. Vox illa hæc dixit: Basilissa, quę nomine tuo digna es, lege quod scriptum vides. Inscriptionis autem sententia talis erat: Hęc dicit primus & nouissimus: Omnes virgines, quarum tu dux es, vasa pura sunt, & oculis meis gratissima: neque enim aliquid reprobaturum in illis inueni, quas tu iustitię purgatione & igne probationis, tanquam aurum purum effecisti. Venite igitur ad regna vobis præparata. Hęc cum legisset Basilissa, visio ab oculis earum ablata est. Tunc omnes illę virgines gratias egerunt Deo, qui diuinitatis suę testimonio animas illas sanctas esse comprobauerat. Beata verò Basilissa animo & vultu hilari, Gratias, inquit, ago tibi Domine Iesu Christe, qui corporeas pugnias deuicisti. Addidit autem & illud: Nihil facio te, diabole: quinetiam cõtemno, quippe qui fraudum tuarum fructum perdidisti. Despicio te, serpentis voluptas, quę vasa Deo segregata & electa, nullis artibus subripere potuisti. Nihil te curo, mendacij magister, quoniam de grege mihi commissio nulla est, quę tecum vnà perierit. Nihil facio te, & ebrietatem tuam, quod sobrias peccatorum nostrorum cogitationes vincere non potuisti, neque tu amator mundi huius animas nostras, Dei seruitio intentas, ad tuam libidinem reuocare valuisti: non artibus, non machinis, nõ tuis laqueis nos irretire aut detinere potuisti. Tu igitur tua confusione contentus sis, tu solus tuo supplicio læteris: vides enim prædam è manibus tuis abreptam, & regna cęlestia, è quibus tu excidisti, hominibus patefacta. Gaudete mecum, sorores, quoniam regnant in vobis virtutum signa: & mundi contemptio, cęleste regnum percepit: parentum abnegatio, angelorum coheredes vos fecit: abiectione & frugalitas, tanquam cedrus in Libano, & cupressus in monte Ebron, erecta est: deuicta voluptate, temperantia cumulata est. Nulla ab hostibus nostris vis amplius metuenda est, neque dubitatio aliqua superest, quod animę nostrę detineri possint, quo minùs ad genitorem suum ascendant. Omnes inimici nostri crubescant, quod nihil de suo in nobis inueniant. Hęc cum læto animo Virgo diceret, cepit vitis illa Domino consecrata, iustitię florem producere: & ita diuina prouidentia completa fuit, vt intra promissum tempus omnes illę virgines ad Deum commigrauerint.

Cum

Oratio s.  
Basilissę ad  
Virgines.

Institat Ba-  
silissa dia-  
bolo.

\* Hermo.



Cum igitur sancta Basilissa de illarum animarum, quæ illius fidei, vt depositum quoddam, commissa fuerant, oblatione & fructu non esset amplius sollicita, hora dici sexta orationi & precibus incumbens, sopore correpta, vidit omnem chorum sanctarum virginum, quæ erant ferè mille, splendidis stolis indutas, & regalibus zonis cinctas, quæ regiam Crucem baiulantes, vna voce beatæ virgini Basilissæ dicebant: Hoc responsum accepimus, vt tecum vnâ Dominum & regem adoremus. En te ipsam expectamus, vt tu nos offeras Christo illi, cui nos conciliasti. Experrecta verò beata Basilissa, gauisa est gloria illa, quam futuram audiuit, & sancto Iuliano rem omnem significauit. Dei verò prouidentia ita factum fuit, vt dum precibus & orationibus vacarent, sancta Basilissa ad Deum migraret. Quam beatus Iulianus meritò sepulcri honore profecutus est, dies & noctes spirituales vigilas ad eius memoriam adhibens.

Migrat ad  
Dominum,  
& Iulianus  
ad eius se-  
pulcrum vi-  
sitat.

Ipsè verò cum choro sanctorum hominum versabatur, quibus talis gratia data est, vt alius alio non esset inferior, sed virtutibus inter se certarent. Multa enim curationum signa per ipsum & eius discipulos Deus efficiebat. Neminem sol ipsè irarum vel inuenit, vel dereliquit. Si quis verò aliquo modo in aliquem se arrogantem & superbum ostendisset, cibum non sumebat, in humilitate & fletibus perseverans, quoad charitatem fratri restitisset. Eiusmodi studio ita laborabant, vt sanctarum orationum fructus sacrificium laudis Deo ipsi offerrent. Gaudebat pariter ipse filiorum studio. Tunc singuli dicebant se incipere, quando finiebant. In hac sancta congregatione nunquam diabolus aliquem suis laqueis irretire potuit.

## F. LAVRENTIVS SVRIVS CANDIDO LECTORI.

*Hucusque reuerèdissimus Aloysius Lipomanus, vir sempiterna memoria dignissimus, in septimo Tomo Vitarum Sanctorum, hanc Iuliani & Basilissæ historiam, ex Græcis ipsius hortatu Latine conuersam, ponit, tantum non persuasum habens, nihil eius hactenus Latine extitisse. At nos, totam historiam, cum Græco Aloysij exemplari ferè vbiq; consentientem, quamq; antiquissima etiam allegent martyrologia, in manuscriptis codicibus inuenimus, libenterq; ea, quæ in Græco exemplari desiderari testatur Aloysius, his, quæ ille eleganter curauit Latine transferri, adiecimus, vt habeat lector integram totius rei gestæ narrationem, in quibus tamen interdum stylum absque sententiæ damno mutauimus.*

Dura Chris-  
tianorum  
persecutio.

**H**AE C agebantur Antiochia, quæ est metropolis Syriae. Quid multa? Vis persecutionis incubuit, sed Dominus non dereliquit sanctos suos, conseruans eos etiam in confessione martyrij, cuius regnum permanet in secula seculorum, Amen. Adueniente autem Martino præside in urbem Antiochiam, adeo furor sacrilegus exarsit, vt non villa, non vicus remaneret, vbi non idolum statueretur: vt si quis aut emere aut vendere voluisset, prius idolis immolaret. Antiocheni aut iussu præsidis compellebantur singuli in suis ædibus simulacrum Iouis collocare: & ipse quidem præses Martinus, author erat perditionis cum coniuge & vnico filio suo. Perfertur autem ad illum Iuliani fides, & quod multos secum in hac religione socios haberet, qui se pararent ad mortem potius, quam idolis sacrificarent. Iratus itaque Martinus, accito ad se assessori suo præcipit, vt beatum Iulianum & eius socios omnes conueniat, horteturque ex decreto inuictissimorum principum dijs immolare, nè cum contemptoribus diuersis subdantur poenis. Assessor verò vnâ cum Corniculario & principe ac primarijs viris ciuitatis, pergit ad eum locum, vbi sanctus Iulianus Domino vacabat: quò permulsi sacerdotes & diaconi & ministri Ecclesiæ se receperant, rabiemque persecutionis declinantes, parati erant ad necem. Nunciatur igitur Iuliano, assessorem iudicis cum principe & primoribus vrbis præforibus adesse. Ille igitur sic alloquitur eos, qui illic erant congregati: lam, fratres, oremus: quandoquidem iuxta sunt persecutores nostri, qui instar aquæ aborbere nos volunt. Videamus ergò, quid nobis responsum sint.

Armat frō-  
tem crucis  
signo.

Hæc dicens, armat frontem crucis signo, & scuto fidei communiens pectus, iubet eos ingredi: & quia erat primarij viri eius vrbis filius, pro dignitate ei à magistratu ciuitatis honor exhibebatur. Porro iudicis assessor in has prorupit voces: Puto non te latere, Iuliane,

Iuliane, sacratissimorum principum decreta, quibus orbi cōsulunt, vt vna sit apud omnes deorum cultura. Nam dominus meus Martinus præses, audiens nobilem generis tui stirpem, hoc pro sua sapientia decreuit, vt secundum moderationem legum, cum gratia conueniaris: quam legem dominorum principum præmanibus habeo, tibi recensendam: ex quibus salutiferis dictis veritate comperta, reddas te generi tuo, & proprijs bonis vtaris, & amicitiam consequaris principum. Cui beatus Iulianus sic respondit: Sapientiam tuam non credo fugere, quia non serpens mouetur ex propria sede, nisi ex ore incantantis verborum cognouerit carmina. Nam sicut non proficit, nec valet mouere serpentem, qui carmina nescit: ita nec decreta principum, nec philosophia iudicis, quæ in te cognoscitur, Christicolas mentes ad demonum poterit inclinare culturas. Assessor dixit: Ergò cōtemnis ac despicias, & indignum ducis audire principum iussa? Sanctus Iulianus dixit: Audiant principum iussa, qui ipsis militant: nos autem, qui regem habemus in cælo, terrenum principem non audimus. Assessor dixit: Et hoc potes gestis edicere? Iulianus sanctus dixit: Gestis aliquid prosequantur, qui in hac vita spem habent: nobis autem, quibus mundus crucifixus est, quid cum foro? Assessor dixit: Vt video, desperasti de te, vt non viuas: vel istius multitudinis, quæ tibi aggregasti, miserere. Sanctus Iulianus dixit: Multitudinis huius voluntas simul mecum ex Deo pendet arbitrio. Nam qualem me vides loquentem, tales sunt & isti tacentes. Vnus est Dominus, quem confitemur, qui est Christus filius Dei. Assessor dixit: Hæc quæ prosequeris, renūcio domino præfidi. Sanctus Iulianus dixit: Quod in nobis cognouisti, occultari non sinas. Nos potius parati sumus nunc temporalem mortem suscipere, vt in æternum viuamus, quam viuere temporaliter, vt æternis poenis mancipemur. Assessor dixit: Audio etiam, quod episcopus & omnem clerum tecum aggregasti. Nunquid & ipsi discipuli tui effecti sunt? Sanctus Iulianus dixit: Discipuli non sunt, sed patres. Per ipsos enim veram natiuitatem suscepimus: Pro qua re satis dignum est, vt filij cum patribus, & patres cum filijs pergant ad regna caelorum.

Episcopus  
& Clericos  
dicit patres  
suos, & quia  
dem reuer-  
renter,

Rediēs igitur assessor, præfidi Martino omnia nunciauit, quæ fuerāt gesta. Tunc Martinus præses cōsilio diaboli armatus, hæc dedit authoritatē, vt Iulianus solus obrutibus suis suæ audientie referuaretur: multitudinem verò sanctorum in eodē loco, quo agebant & Dei laudibus vacabant, iussit ignibus cōcremari. Quod & impletum est, & omnes ibidem igne consumpti sunt. Huic ergò loco talis diuinitus gratia collata est vsq; in hodiernum diem, vt omnes prætereuntes, vbi tempus psallendi certissimū venerit, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, & nocturno tempore ita audiant psallentium multitudinem, vt si quis his temporibus aduenerit, quacunque fuerit infirmitate detentus, sanus abscedat. Nunciatur Martino impletum fuisse quod iusserat, & beatissimum Iulianum sub custodia degere. Tunc exarsit inimicus, & sequenti die tribunal sibi preparari iubet in foro. Illic igitur præfidi iussio impletur. Cucurrit vndique omnis ætas, omnisque sexus, vt beatum Iulianum, cuius amore tenebantur, viderent cum diabolo dimicantem.

Martyres  
cōburunt.

Tunc præses sub voce terribili iubet beatum Iulianum suis aspectibus præsentari. Iulianus si-  
quem cum offerret iudici, intuitus in eum Martinus præses, dixit: Tu es Iulianus, præ-  
ceptis principum rebellis, & diuinorum numinum contemptor contumax. Tu es, qui in-  
nocentem multitudinem magicis artibus aggregasti, & omnium mētes immutasti? Ad  
hæc beatus Iulianus studebat silentio. Ad quem iterum Martinus ait: Video te sceleribus  
tuis oppressum, nihil ad ea, quæ interrogo, respondere. Sanctus Iulianus dixit: Ego nec  
rebellis, nec sacrilegus vnquam fui: sed legi diuinæ, in qua regalia vitæ continentur man-  
data, pareo. Nam quod me studentem silentio miraris, tecum colloqui sanè erubescō,  
quem video fallacia & mendacijs armatum. Nam horum Imperatorum iussio quomodo  
potest esse sacra, quæ sacrilegium imperat? Martinus dixit: Doleo vicem tuā, quod  
sic magicis artibus occupatus es, vt non intelligas, quantam vim habeat principum ius-  
sa: per quæ obediens consequitur laudem, & principum meretur amicitias: inobediens  
autem, qualis tu esse dinoscis, poenis subiacet, & mortis heres efficitur. Nam audio te  
tam nobili familia exortum, vt adhuc Imperator natalibus tuis parcere velit. Itaque hor-  
tor te quasi filium meum, vt ad laudem generis tui, dijs thura offerre letus properes.

Iulianus si-  
statur ad  
tribunal præ-  
sidis.

Hæc audiens beatus Iulianus, dixit: Præses spiritu malitiæ cecate, non recto ordine prosequeris, vt intelligere possis, quæ sit laus generis mei. Tu mihi suades, vt dijs quos colitis, thura offeram, vt gloriam & amicitias principum merear adipisci. Vos dinoscimi-

Irridet falsos deos.

ni multorum deorum dearumque esse cultores: nos autem Trinitatis vnicæ veri esse cultores manifestamur. Dij vestri lapidei sunt, aut ærei. Si ærei sunt, satis eis meliores sunt cucumæ, quæ ad visum hominum ex ipso metallo fiunt. Si lapidei sunt, respuædi sunt, quia ex ipsis sternuntur plateæ ad euadendum lutum: & cum sint omnes, quos colitis, ex quo liber metallo, aut cõflatili, aut sculptili, dicitis eos sacrificio & thure placari, vt per hæc sint propitij his, qui eos colunt. Nos autem, qui vnum Deum, qui est in cælis, colimus, dicitis magicis artibus occupatos: pro qua re torqueri nos iubetis, verum Deum cõsistentes. Vnde debes scire quod nescis: quia sicut non est societas luci & tenebris, nec firma habitatio agni cum lupo: ita non poterit fides nostra subiugari imperio vestro. Martianus dixit: Mihi iussum nõ est verbis agere tecum: sed audi, quod iubent inuicti principes, vt ex eorum lege cognoscas, quid te agere oporteat. Sanctus Iulianus dixit: Quid iubent, audiui: quid autem me oporteat facere, cõsilio salutari definiui. Nefas est enim, grege præmissio, pastorem minimè sequi. Martianus dixit: Illi mortem dignam pro errore suo consecuti sunt: tu verò vt euadas tormenta, quæ contemptoribus debentur, & vt generi tuo & natalibus restituaris, hoc elabora. Sanctus Iulianus dixit: Labora pro te, vel pro tuis, quos diabolus sibi fecit esse hæredes: pro me autem ille sollicitus est, qui me ex limo terræ formauit. Martianus præses dixit: Sic tecum debeo agere, quasi cum infirmo cardiaco medicus, quoadusque sanitatem recipias. Quod si te sanum reddidero, & diuinorum numinum cultorem effecero, magnam mihi honorem apud principes confuero. Nam & ipsi domini rerum, multum tuæ insaniam condolent. Sanctus Iulianus dixit: Nunquam auditum est, vt cæcus illuminet videtem, aut morbidus curet sanum, aut errans corrigat recto itinere gradietem. Martianus dixit: Ergo vt dicis, cæcus sum, morbidusque, & errans, qui salutem tuam consultum esse cupio: & tu solus plenam obtines sanitatem? Sanctus Iulianus dixit: Hæc omnia in te dominium obtinet. Quod si velles te cognoscere, vt toto pectore salutem inquireret tuam, nõ te horreret medicus noster, per quem omnes Christiani verissimam obtinent sanitatem. Quos autem vos colitis, demones esse manifestum est: qui perdere possunt sibi credentes, liberare verò non possunt.

Hæc audiens Martianus, exclamat tortoribus suis: Extendatur ad verbera, vt vel sic stultitia eius omnibus innotescat. Beatus Iulianus dixit: Non est stultitia Deum nõsse, sed gloria: tu verò secularibus oppressus illecebris, quid sit congruum, non agnoscis. Martianus dixit: Extẽdite eum, & fustes rigidos, & nodosos afferite, & omnia eius membra fortiter dissipate. Cum hæc facerent, vnus de cædentibus ictu percutiens oculum amisit: & is erat de necessarijs præsidis, qui etiam Imperatoribus notissimus fuit. Hæc videns Martianus, fremuit, dicens: Tantum valuit magica ars tua, vt tu nihil sentias, & aliorum oculos quællas? Sanctus Iulianus dixit: Martiane vides, quia hoc est verum, quod superius dixi: cæcus es, & morbidus, & errans. Sed tãdem amota sèquitia tua, qua in me baccharis, audi quæ propono. Martianus dixit: Si pro salute tua, audiam te libentissimè. Sanctus Iulianus dixit: Cõuoca omnes, quos habes, deorum & dearum probatissimos sacerdotes, & inuocent nomina deorum suorum super oculum euulsam, & restituant cultori suo visum. Cum autem non valuerint, ego Domini mei Iesu Christi nomen inuoco, & non solum euulsam oculum corporalem ei restituo, sed & cordis oculos illuminabo.

Tunc Martianus tam vera ratione confusus, iubet omnes pontifices adesse, dicens ad eos: Ite, & immortales deos sacrificijs optimis honorate, vt huic rebelli suo Iuliano ostendant virtutem suam, & homini meo necessario oculum reformantes, ipsum cultum suum inclinent. Ingressi sunt lapides ad lapides, lapidum iussa complentes. Qui cum in ritu illo nequissimo demonia appellarent, hoc accipiunt in templo responsum: Discedite à nobis: nos igni perpetuo mancipati sumus. Nam tantum valet deprecatio Iuliani ad Dominum, vt à quo die comprehensus est, nobis poena centuplicata sit. Et cum tenebris clausi retineamur, quomodo huic visum reddimus, quem ipsi non habemus? Hoc responsum accipientes in templo, egrediuntur falsa promittentes. Beatus verò Iulianus, quem nihil latebat, oratione facta, dicit ad præsidem: Martiane, festina celeriter ingredi templum: vocat te dij tui. Et licet nõ volũtate pareret, sed inuitus, tamen paruit. Cumque ingredere ianuam templi, vidit omnia simulacra ærea, crystallina, eleatrina, aurea, vel ex omni metallo sculpta, quæ fuerant amplius quinquaginta, ita comminuta & in puluerem esse redacta, vt quid fuissent, penitus non appareret. Tunc Martianus præses cæcatus à diabolo, clamare & dicere cœpit: O maleficia sic præualentia: o apodixes carminum,

Demonum simulacra destruitur.

minum, vt & vires deorum superent, & preciosa numina in puluerem redigant. Sed hæc deorum sapientia laudabilis est: qui adhuc iniurias sibi irrogatas sustinent, vt rebelles suos patiendõ subiugent. Ipsum autem videamus, si pollicitationis suæ impleat effectum, vt oculum ictu percipientis extinctum, sola inuocatione nominis Dei sui valeat reformare.

Tunc Martianus præses ad beatum Iulianum dixit: Patientissimos deos te superasse gloriaris, quorum circa te pietatem minimè cognoscis. Nunc autem promissum tuum imple, vt in Christi nomine, quem colis, oculum restituas extinctum. Sed nõ hoc magicis artibus exerceas, lotio te perfundi iubeo, per quod maleficia omnia profigantur. Beatus Iulianus dixit: Hoc quod facturus es, non ad iniuriam meam, sed ad laudem Domini mei proficiet: vt & oculum pristinae sanitati restituat, & putens lotium in odorem conuertat nectareum. Cumque eum perfunderent, ita completum est, vt à sancto Iuliano antè prædictum fuerat, vt non lotio, sed balsamo putares esse perfusum. Ad quod miraculum præses, licet incredulus, tabescebat. Tunc sancto Iuliano super oculum extinctum crucem Saluatoris faciente, & nomen Domini inuocante, statim ita restitutus est oculus, quasi nihil fuisset passus. Sed hæc omnia non Dei virtute, sed magicis artibus credebat fieri Martianus. Ille verò, qui oculum recepit, clamabat, dicens: Verus Deus est Christus, & ipse solus est colendus, ipse solus adorandus. Quem talia prosequentem præses gladio animaduerti iussit: sicque rosæ sanguinis sui rubore perfusum, Christus sibi martyrem consecrauit.

Sanctum verò Iulianum impijssimus Martianus diuersis poenis afflictum, & vinculis ferreis per omnes artus oneratum, sub voce præconis circuire ciuitatè præcepit, dicendo: Hæc merentur rebelles deorum, & principum cõtemptores. Cumque venissent ad locum, vbi filius præsidis literis studebat, puer ait ad condiscipulos suos: Rem video inauditam. Qui dixerunt: Quam? Et ait: Ecce video reum illum Christianum, quem milites ducunt, & multitudinem candidatorum, cum illo loquentem, & coronam ex lapidibus preciosis & auro super caput eius, cuius fulgor æris huius obscurat lumen: & alios tres viros albescensibus comis aureoque vultu, in similitudine aquilarum, super eum excubias celebrantes. Et hoc mihi videtur, quia dignum est huic tali Deo credere, qui sic suos tuetur cultores, & tali decore circũdat. Nam credite mihi fratres, in eius cõfessione delector, & talia pati desidero, si velit eius Deus esse Deus meus. Hæc audientes cõdiscipuli eius & magister, turbati sunt, eumque blãdo sermone corripientes, ab intentione reuocare volebant. Timebant enim, quia vnicus erat patri. Et adiecit puer: Verè magnus est Deus Christianorum, in quem credere cõsilio salutari decreui. Ipse est verus Deus, qui credentes in se non deserit. Quæ est enim gloria huius vitæ? Sicut vento vter distentus ple-

habemus lætitiã, & æternam Dei potentiam non cognoscimus. Volumus dominationem exercere, & dominatorem rerum, qui est in cælis, corde incredulo volũtariè non agnoscimus. Quanto meliora sunt nobis pecora & iumenta, vel canes, qui vocem vel iussum dominorum suorum agnoscunt: iniuriam verò eorum, moribus vindicant & calcibus. Nos autem rationales facti, creatorem nostrum dimittimus, & colimus lapides & ligna. Sufficiat mihi hucusque errasse: iam non errabo, quod mihi defuit, ostensum est. Tempus acceptum inueni: quare non elaborem, vt adquiram tempus sine tempore, fruar luce sine fine? Contemno diuitias labiles, vt æternas adquiram. Nam impedimenta huius mundi separant à Deo: potestas verò temporalis successione finitur, & vita ipsa à morte separatur. Illi credere debeo Deo sancto, in cuius regno si militem, nullus venit mihi successor: cuius æternitati si sociatus fuero, mortem nõquã pertimesco. Hæc est vera gloria & nobilitas generis, pro eo pati: quem, cum torquor, nõquã amitto: quem cum confiteor, nõquã derelinquo.

Hæc dicens præsidis filius, proiecit volumina doctorũ, & ipsas vestes, quas indutus erat, abiecit à se, dicens: Polluta vestimenta mea ad Dei hominem properantem, necesse est abijcere: nudum me maternus vterus huic seculo fudit: ideoque quod mundi est, mundo relinquam. Et hæc dicens, per plateam ciuitatis cursum arripuit, quousque ad locum, vbi sanctus Iulianus torquebatur, veniret. Itã enim iusserat iniquissimus Martianus, vt per omnes plateas & vicus ciuitatis diuersis poenis affligeretur. Tunc puer prostratus pedibus sancti Iuliani martyris, clamabat, dicens: Te desidero patrem secundæ natiuitatis,

S 2 quem

O cæcus hominũ mentes.

Fætor lotij ingratiſſimos muræ odores.

Cæcus videt.

Visio filij Præsidis.

Gloria huius vite prostrans inanis.

Spiritus Dei loquitur in puero.

Mira conuersio filij Præsidis.

quem Christus Dominus adeo clarum exhibet. Martianum verò genitorē meum, iniquum veridicorum omnium veritatisq; persecutorem, abnego & despicio: tibiq; adhaerens, opto pro Christo Domino & Salvatore meo, quem vsq; in hunc diem ignoravi, similia tibi pati. Hęc vidētes ministri poenarum & milites, tabuerunt admirantes, stupore perterriti, nec sermonem edere poterunt. Doctores verò atq; magistri fugam meditantur, totaq; ciuitas ad spectaculum tantæ rei concurrebat. Omnes hęc audientes & videntes tremor inuasit, cognoscentes præsidis filium sancto Iuliano sic adherētem, vulnera eius osculantem, taliaq; proclamantem: Vniuersi populi, qui conuenistis, cognoscite me: quia ego sum filius præsidis, qui cum in ipso meo patre sanctorū veneranda corpora, licentia paternæ potestatis elatus, dissipabam: Et hęc ignorans, contra Deum feci. At vbi Deum cognoui, immò cognitus sum ab eo, dijs abrenuncio, patrem & matrem abnego, diuitias superfluas respuo, Christum confiteor, beati Iuliani me sectatorem profiteor. Quid tardatis ministri & milites? Ite, renunciate parentibus meis, me verum Deum cognouisse: & huic adherere, quem veri Dei verum cultorem cognoui.

Innotuit res toti ciuitati, totamq; prouinciam fama peragrauit. Nunciatur hęc patri eius & matri: at illi audientes, vt cera ab igni tabescebant: & quia innumerabilis uenerat multitudo populi, iubent filium à Iuliano segregatum, sibi restitui. Domini verò misericordia irā adfuit precibus sancti martyris sui, vt si quis vellet extendere manum, vt eum separaret à cōplexu sancti Iuliani, statim contraherentur manus & brachia illius. Resciscēs id pater, iubet eos ad se simul perducī. Cumq; eius ad spectibus sisterentur, ait ad beatum Iulianum: Spei meæ fructum magicis artibus auferre conaris, & tenerum pectus illicitis carminibus genitorum affectus negare compellis? Hęc dicente præsidē, aduenit mater eius cum innumerabili familia vtriusq; sexūs, crinesq; soluto & vberibus nudatis laceratoq; pectore, vocem dabant in celum. Tunc præses videns hęc, scissis vestibus, lacerata facie, dicit ad beatum Iulianum: Iuliane crudelissime, adspice dolorem patris & matris: adspice tantæ familiæ planctum, & magicis artibus solue innocentiam, vt nobis vnicum reddas filium, & huic tantæ familiæ restituas dominum: vt & ego pro te Imperatoribus suggeram, vt culpa tua neglecta, sanus abscedas. Sanctus Iulianus dixit: Suffragio tuo opus nō habeo, nec ab Imperatoribus tuis dimitti quæro: sed hoc rogo Dominum meū Iesum Christum, vt me vnā cum isto agno, de luporum visceribus nato, & omnes qui credituri sunt, martyrio impleto, in eorū numero, quos tu in innocentia viuentes, igne consumpsisti, computare dignetur. Nam ecce adest, qui ex te natus est, & modò mecum credendo renatus est. Aetatem habet: ipse tibi responsum det, ipse genitricis adspiciat lachrymas, ipse vbera, quibus nutritus est, doleat moribus factis esse consumpta.

Parētes eius mirē cruciatur eius cōuersione

Oratio Celsi pueri ad parentes suos.

Ad hęc venerabilis puer dixit: Cōtingere solet, vt de spinis rosæ nascantur, nec amittit odorem suauissimum rosā nata de spinis: neque frutex, qui genuit rosam, spinarum suarum amittit aculeos. Vt igitur confueuistis, pungite, & me odorē suauitatis credentibus permittite propinare. Vobis obediant, qui perire parati sunt: me imitentur, qui de tenebris ad lucem transire contendunt. Ego pro Christo Iesu Domino meo vos parentes abnego: vos propter deorum vestrorum cultum, filium vestrum tormentis affligite. Per istam enim temporalem mortem, vitam acquirō æternam: nec possum in vos pius esse, & in me crudelis existere: nec vestrum amorem præpono æternæ lætitiæ. Quid moramini? Quasi incredulus & crudelis pater, non quasi verus Abraham, apprehende gladium, & Christo filium victimam offer. Sed si te viscera pietatis vincunt, dirige me ad sequissimos principes, vt & ego pro Domino meo Iesu Christo ornamenta martyrii poenis adimpleam. Nam vani & inanes sunt luctus vestri, falsæ lachrymæ: me verò ab hac confessione pietatis non valebunt disungere nec definitiones omnes philosophorum. Discedit ergò à me, quia paternum disungere nec definitiones omnes philosophorum. His auditis, exclamauit Præses: Custodia priuata afferentur, & opes necessariæ eis subministrantur. Tum verò sanctus Iulianus, Opes, inquit, quas nobis præberi iubes, tibi consentientibus largiaris.

Hęc audiens Martianus præses, fremuit vt leo: Et existimās poena terrere, quos blandimentis obtinere non potuit, iubet eos in carceris ima retrudi, vbi damnatorum membra, diuturno tempore tabefacta, horribilium vermium examina exhalabant: & foetor terribilissimus sentiebatur. Introducuntur eò sancti martyres: quos præcedens gratia Dei, locum

locum horrendum illum delectabilem eis reddidit, tenebrasq; conuertit in lucem, exhibens cererum officia, nectareumq; spirans odorem, ita vt poena euanesceret. Hęc videntes milites circiter viginti, qui eos custodiae mancipandos adduxerant, cōuersi, adinuicem dicunt: Non pudet nos ferreo esse pectore? Nunquid iustum est, vt ab hac talis luce ad tenebras reuertamur, à vita ad mortem, ab odore nectareo ad horrendas effusiones sanguinis, à tali patre sic nos monente ad iudicem irascentem, à veritate ad mendacium, à sobrietate ad ebrietatē, à castitate ad libidinem? Turpe est reuerti & esse quod fuimus, & negligere salutem quam inuenimus. Hęc dicētes, ad pedes se aduoluunt sancti Iuliani, laudantes & confitentes nomen Christi. Tunc beatus Iulianus cum venerabili puero, Deo gratias referūt. Audiens hęc Martianus præses, præponit custodiae crudelissimos custodes, donec tormentis preparatis, omnibus poenas inferret. Beatus verò Iulianus sollicitus de salute eorum, quos Christo acquisierat, orabat Deum, vt baptismi gratia eos faceret confirmari.

Nec hoc silebitur, aliud insigne donū in eadem ciuitate cōcessum. Ante tempus enim persecutionis, Imperatores Diocletianus & Maximianus primarium virum ciuitatis illius vnicē diligebant, quod ex genere Carini Imperatoris descendisset. Hic defunctus cum vxore sua Christiana, septem filios perfectos Christianos superstites reliquit, quos Imperatores retinentes amore patris eorū, iusserunt eos sine aliqua persecutione Christianæ religioni deseruire. Hi habuerunt secum presbyterum, qui eis sancta mysteria celebrabat. Visitantur ergò à Domino, & iubentur vnā cum presbytero carcerem petere, vt venerabilis puer & milites gratiam baptismi perciperent. Statim igitur sancto præcepto obediunt: cumq; ad carcerem venissent nocte, viderunt angelum Domini ante se præeuntem: qui vt tetigit ianuas carceris, statim omnia claustra aperta sunt. Et orantes simul cum beato Iuliano, Deo vota persoluunt. Tūc illi septem fratres vnā cum sancto presbytero Antonio videntes tantum splendorem gratiæ, clamabant, dicentes: Ecce adsumus: Huc nos Dominus direxit vnā cum sacerdote suo, vt omnes hi gratiam baptismatis consequantur, & nos omnes per te pater Iuliane, verax Christi miles, in agone martyrii Christo plenius militemus. Hęc audiens beatus Iulianus, dixit: Gratias tibi Iesu bone refero, qui dignatus es ita implere desiderium meum, vt hi, quos per me tibi acquisisti, per baptismi gratiam vera fidei membra confirmentur, & quos impietas Imperatorum quasi agnos paruulos inter tanta agmina luporum reliquerat, ad tui sancti nominis confessionem aggregentur.

Nunciatur interim hęc impio Martiano, cumq; comperit septem germanos sine aliqua persecutione Iuliano sociatos, & optare mori pro Christo, contremuit: Et educēs eos de custodia, sic alloquitur: Quid vobis contigit, infantuli, quos ita principes tuentur & diligunt, vt ipsi arbitrii vestri essetis, & fidei vestræ cultores? Quid patimini, vt sine aliqua persecutione optetis mori, quibus concessum est viuere? Si ego maleficijs amisi filium, & militum mentes nescio quibus carminibus immutatae sunt, cur ita vos, vestro permissi arbitrio, vltro neos offertis neci? Audite me, & estote securi, vt fuistis. Ad hęc senior frater venerabilis ait: Præses, audi quæ à me dicuntur. Præses dixit: Dic, & libens audiam. Puer dixit: Massa auri naturæ suæ obtinet claritatem: sed nisi per manus artificis, igne & malleis & limis in partes dissectetur, diadema indè in capite regis non perficitur. Vt verò ex ipso metallo auri, industria artificis diuersarum adhibito ordine margaritarum & lapillorum, preciosum componitur diadema, ita vt omnes qui vident, mirentur, & vt auro, natura sua splendido, diuersarum margaritarum & lapillorum natura adheret: ita sumus & nos, nati de Christianis parentibus, & facti Christiani: sed nisi natiuitas hęc in publico omnibus fuerit manifestata, in occulto non coronatur: & nisi beati Iuliani vestigia immaculato calle secuti fuerimus, in diademate regis æterni Domini nostri Iesu Christi esse non possumus. Satis abominabilis est illa arbor, quæ folijs vernat, & creatori suo melliflua poma non exhibet. Hęc audiens Martianus, iubet eos in custodiam recipi: in qua pro eis beatus Iulianus & omnes sancti Dominum deprecabatur, ne per serpentis falsa blandimenta innocua pectora declinarent ad verba maligna: suscipiantque sancti lætos, quos antè suspectos habuerant.

Tunc Martianus præses suggestionem fecit Imperatoribus, dicēs: Pijssimi principes, subuenite legibus vestris, & diuinis numinibus, quæ remanserunt, præbete munimina: & magnum Iulianum vestris cōspiciatibus præsentate, qui magicis artibus amplius quin-

Horridus carcer sic martyribus delectabilis.

20. milites credunt.

Presbyter sancta mysteria celebrat, id est, Missam.

Septē fratres cum possent viuere, vltro se poenis offerunt.

Præses refert ad Imperat.

quaginta deorū simulacra, per quos mūdus florebat, cōminuit, filiumq; meū vnīcū à me separauit, & militū mētes, nescio qua magica arte immutauit: quin & septē germanos, quos clemētia vestra legis suæ iussit esse cultores, sua magica arte ad se allexit, & beneficijs vestris fecit esse ingratos. Quid ergo iussu vestro definitis, decernite. Hęc audientes Imperatores impijssimi, hęc dederūt sententiā, vt si Iulianus cū socijs suis in hac confessione permaneret, ad exemplū ceterorū, cōgregata omni prouincia, vniuerso vulgo expectāte, singulis singulas cupas iuberet pparari, & in eas picē, bitumen & sulphur mitti, & singulos in easdē deponi cupas, & igne supposito cōcremari. Quod si aduersus hęc magicæ artis præualeat carmen, haberet potestatem qua vellet eos pœna affligendi.

Sistuntur  
martyres  
tribunali  
præsidis.

Accepta hac autoritate, præses iubet sibi in foro sedem preparari. Alia verò die cum confedisset, iubet sanctum Iulianum cum socijs eius suis ad spectibus sisti. Et cum sisterentur, in hanc vocem serpens prorupit: Nihil de vestra salute in tanti temporis spatio cogitasti? Sanctus Iulianus respondit: Cogitatus noster qui est ab initio, in quo cœpit, in hoc & finit: tu verò si aliquid cogitasti pœnarū, exerce. Martianus præses dixit: Quod cogitasti, hoc implebo. Et adiecit: Audistis, quid de vobis statuerint in iustissimi principes? Venerabilis puer respondit: Audisti & tu nec nominande, nec dicende, nec vidende pater, pœnā, quam preparauit Deus diabolo & vobis, qui effecti estis angeli eius? Subsecutus sanctus Iulianus, dixit: Quod iusserunt, imple. nam nos quidem te audire non delectat. Cum ista dicerentur, ecce corpus ferebatur exanime per plateam, sepulture mancipandum. Tunc Martianus præses cœco corde iubet corpus reduci. Cumque hoc factum fuisset, iubet illud in medio foro deponi. Omnes ergo hęc videntes, vehementer obstupescunt. Et ait ad sanctum Iulianum: Magister vester Christus dicitur antequam crucifigeretur, mortuos suscitasse. Hęc iam patebit, si verè Deus est, si vos, sicut & magister vester, mortuum suscitaueritis. Sanctus Iulianus dixit: Quid prodest cœco, quod hic sol oritur? Martianus dixit: Hęc nunc parce fabulis, & si aliquid præuales, aut Deus tuus, sicut superius dixi, hunc mortuum suscita. Beatus Iulianus dixit: Licet infidelitas vestra hoc non mereatur à Domino, tamen quia tempus est, vt virtus eius manifestetur, & nē hoc impossibile putetis, fidele habeo promissum Domini mei, credens quicquid eum petiero, non me fraudatum iri. Tunc verò Iuliano oculorum intentionem in cœlum defigente ferè vnus horū spatio, subito immutata est facies eius, & facta est vt nix: & his verbis coram omni populo, audientibus cunctis, fudit orationem ad Dominum, dicens: Domine Iesu Christe, qui es verus filius Dei, qui in principio natus es de patre sine tempore, & in nouissimo mundi carnem de Virgine sumpsisti sine semine: adspice in hac hora de summitate cœlorum ad confusionem inimicorum tuorum, & ad corroborandam fidem credentium in te hęc, quæ operatus es positus in terris: exaudi nunc de cœlis, & suscita hunc mortuum, vt viui non moriantur, sed mortui reuiuiscant. Et hęc dicens, ait ad corpus: Tibi dico, terra arida, in ipsius nomine, qui quarto die Lazarū suscitauit, surge & sta super pedes tuos. His dictis, surrexit qui erat mortuus, & voce magna clamabat: O acceptabilis oratio, o immaculata virginitas, quāta meretur? Quod enim ego dicebar, & vndē redactus sum?

S. Iuliani  
precatio.

Mortuus  
excitatur.

Mortui  
suscitati  
oratio  
in  
vincula.

Tunc Martianus cœcatus à diabolo, irridendo dicebat: Vndē redisti? Tunc ille, qui fuerat mortuus, dixit ad præsidem: Permitte me ordine prosequi. Martianus iterum ridens, dixit: Prosequere. Ad hęc ille, qui fuerat mortuus, dixit: Ducebar nescio à quibus Aethiopicis, quorum statura erat vt gigantū, ad spectus horrendus, oculi vt fornax ignis, dentes vt leonum, brachia vt trabes, vngulæ vt aquilæ: in quibus nulla misericordia erat. Hi me letantes ducebant in infernum, & iam propè ad os putei cum essem, hoc expectabatur, vt caro mea redderetur terræ, ex qua sumpta est. At vbi tu præses corpus meum fecisti reuocari, & beatus Iulianus orationem fudit ad Dominum cœlorum, infernus omnis conturbatus est, & audita est vox de throno Dei, dicens: Propter dilectum meum Iulianum reducatur anima. In nullo enim volo eum contristare, in quo sic pater & ego & spiritus sanctus letamur. Post hanc vocem venerunt duo viri albis induti, & auferentes me de damnatione impiorum, huic luci reddiderunt, vt per eum qui me suscitauit, cognoscam eum post mortem, quem antè viuus negabam. Hęc audiens præses, turbatus est: & nē dissensio fieret inter tantas multitudines, iubet eum cum sanctis in custodia retrudi, & claustra annulo suo signari. Quem beatus Iulianus fecit baptismi gratiam consequi: atque ita cum illis cœpit martyrij agonem subire.

Iubet

Iubet autem impius Martianus preparari pœnam, quam Imperatores decreuerant. Cumque parata fuisset, illuxit dies altera, & populi vtriusque sexūs currebāt ad spectaculum circi. Sedit autem pro tribunali præses, & vniuersa ætas concurrir: & qui volebant, à ministris vrgebantur. Statuuntur cupæ per ordinem triginta & vna: terror verò intolerabilis inuasit homines: implentur cupæ ad medium vsque pice, bitumine & sulphure: aggregatur copia lignorum & sarmentorum, iubetque impius Martianus sanctos produci de custodia. Sanctus verò Iulianus & puer vno vinculo tenebantur: ceteri autem onerati diuersis vinculis catenarum, trahebantur ad spectaculū, hymnum Domino vna voce cantantes & dicentes: Bonum mihi Domine, quia humiliasti me, vt discam mandata tua. In quorum adspectu nouam pulchritudinem omnis ætas mirabatur, & eorum mentes ad fletum conuersa pietas inclinabat. Clamabant omnes confusè, Viri dicebant: O iniustitia, & nos filios habemus. Mulieres, solutis crinibus, clamabāt: O fletus felle acerbior, cur talis iuuentus igne crematur? O potestas cæca, quæ nec visus parcat, nec refurgentibus credit. Tunc sanctus Iulianus silentium petens, ait ad populum: Nē prohibeatis auro, quò minùs per ignem transeat: scientes visuros omnes & credentes & incredulos, igni consumpto, illæsos nos permanere.

Iussit autem præses ad suum illos conspectum adduci, quibus sic ait: O desperata voluntas, per quam decus iuuentutis ad interitum quasi ad epulas properat. Nescio quo carmine sic alienatae sunt istorum mentes. Conuertimini, & licet tardè, pro vestra salute immortalibus dijs, qui pro vobis laborant, ceruices flectite. Quod si volueritis, ego obtinebo ab Imperatoribus, vt sine aliqua persecutione religionis vestrae sitis cultores: tantum, nē vnicus filius meus in ipso flore vernantis ætatis crudeli incendio concremetur. O insanabilis dolor pectoris mei, quem primùm plangam? Cum omnium decora sunt corpora, at filij mei dulcissimi vultum considero elegantiorē. Væ tibi Iuliane, omnium malorum architecte: quàm multa bona tecum trahis ad mortem, vt vnicus filius me neget patrem, nec matrem velit agnoscere. Vel antequam pereas fili, ex ore tuo dulcissimo verba audiam tua. Ecce venit & mater tua, quæ partus sui dolores, quos non sperabat, inuenit: Ecce & innumera familia, quæ te sibi futurum dominum sperabat, tibi valedictura aduenit. Venerabilis puer Celsus dixit: Lugeant te & se, quos fallacia dæmonum blandimenta decipiunt: nos autem quos conspiciunt ad regna cœlorū contendere, cur lugent? Nam nos transibimus per ignem istum, & illæsi tibi apparebimus, & huic tanto populo, qui agonem nostrum expectat. Dæmones verò quos colitis, & illos, quos Imperatores pijssimos dicitis, ceu quadam purgamenta despiciamus. Præses dixit: Ipsa est contumax audacia vestra, quæ vos viuere non permittit. Beatus Celsus dixit: Per ipsam vanitatem quam colis, te obtestor, vt præstes quæ te postulo intrepido corde, & petitioni meæ tribuas effectum. Præses dixit: Quicquid volueris, pete. Puer dixit: Cum me videris illæsum post ignem, permitte ad me venire matrem meam, & habeo cū ipsa consilium, tridui dilatione concessa. Si verò mihi illa vnā rem, quam voluero, concesserit, nec me, nec ipsam amittes. Mater hæc audiens, vrgebat fieri. Tunc impius Martianus cœcatus à diabolo, dixit: Si ex igne illæsus exieris, (quod fieri posse non credo) faciam quæ desideras.

Tunc præses non sustinens videre incendium filij, assessorem reliquit, qui principum iussa implet: ipse autē scissis vestibus eiulans, cum vxore iam propè mortua domum reuertitur. Exurgit verò luctus immanis, plangentibus cunctis: lugebantque parentes filium, familiæ multitudo dominum: nec erat, qui consolaretur. Quid multa? Assessor munus sibi iniunctum adimplens, iubet sanctos singulos in singulas cupas deponi. Sanctus verò Celsus, qui nunquam à sancti Iuliani latere fuit disiectus, dans pacem patri, ad preparatum supplicium ibat intrepidus. Et cum singuli à ministris apprehenderentur, & deponerentur in cupas, sicut superius contexuimus, picē, bitumine & sulphure impletas: aggregata copia lignorum, sarmentorum & stupæ, iubet assessor ignem supponi. Quod vt factum est, erupit flamma triginta cubitis excelsior. De medio verò ignis ita multitudo psallentium resonabat, quasi vox aquarum multarum. Consumptis autem omnibus, igneque sopito, cunctis mirantibus apparent sancti vt aurum vel argentum mirificè rutilans, hac modulatione hymnū Deo canentes: Transiuimus per ignem & aquam, & induxisti nos Deus in refrigerium. Et iterum: Ignis ardens & coruscans, vim naturæ suæ oblitus est.

Produciuntur  
iterum mar-  
tyres ad sup-  
plicium.

Celsi pueri  
egregia con-  
stantia.

Deponuntur,  
martyres in  
cupas.

Psal. 65.  
Sap. 16.



Nunciatur hæc præfidi, Dei sanctos illætos omnibus apparere, & cum vxore ad spectaculum properat, exitum rei volens agnoscere. Tunc in hanc vocem prorupit: Iuliane, te obtestor per Deum tuum, vt mihi dicas, vnde tantam virtutem maleficiorum didiceris. Beatus Iulianus dixit: Quia me per Deum meum obtestatus es, qui est horum mirabilium auctor, referam quomodo possint mereri, qui talia desiderant nōsse maleficia, vt, sicut & ego, huius carminis efficiantur auctores. Si quis primū elaborauerit, vt se ab omnibus actionibus huius seculi faciat alienum, & solam vocem Domini audiat, imperantis & dicentis: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollet crucem suam, & sequatur me: ita vt nihil amori Christi præponat, nihilquē aliud desideret, nisi quod ipse Dominus promittit: non consideret patrem aut matrem, non vxorem, non filios, & cætera, quæ in hoc mundo impedimenta sunt animæ: qui ante omnia pauperum curam sollicitè gerit, qui contentus est esurire, vt alij reficiantur: quia satis Deo acceptum est munus, quo indigens saturatur, & nudus vestitur: quando ira non perficitur: qui malum pro malo non reddit, qui iracundiæ tempus non reseruat, qui impatientiam patientia superat: & qui non dicitur sanctus, antequam sit, sed elaborat, vt sit. Multi enim dicuntur, quod non sunt, & ipsa spe securi, quia dicuntur quod non sunt, segnes efficiuntur. Elaborare autem debent, vt quod de eis dicitur, non verbis tantum, sed etiam operibus comprobetur. Et multi sunt, qui verè sunt sancti, nec tamen de eis dicitur quod sunt: sed humilitate & gratia pleni, ab hominibus audire nolunt, quod sunt: vt ab illo recipiant mercedem, qui nouit, quid sint. Hi tales hanc artem, quam ego didici, scire possunt: & non solum in hoc corpore degentes hanc merebuntur gratiam, sed etiam æternam Christi sibi conciliant amicitiam, qui docti à Christo, alijs communicant donum ipsis collatum: qui illatas sibi iniurias pro laude deputant, qui sibi iniuriæ tempus non reseruant, qui reconciliant se proximo, & proximum sibi, & sic offerunt munera Christo: deniquè qui humilitatem obtinent, quæ est culmen omnium bonorum.

Humilitatis.

Martianus præfides dixit: Et quis tam sit inspiens, qui huius vitæ lætitiâ fugiat, & ad istam tantam iniuriâ & indignitatē semetipsum abijciat? Sanctus Iulianus dixit: Deus noster omnibus paratus est dare, sed pauci digni sunt, qui mereantur accipere.

Martianus præfides dixit: Ad te, Iuliane, meus sermo iam finem accepit. Sanctus Iulianus dixit: Hoc & ego semper optaui. Tunc præfides ad filium suum ait: Ecce mater tua, vt postulasti: triduo cum ea habebis inducias. Hæc enim ad omnia parata est tibi consentire: tantum, nè te vnicum solatium dolorum suorum amittat, & dulcissimum filiâ. Sanctus Celsus dixit: Hoc triduo mihi matre concessa, nulli licebit tuorum interesse.

Præfides dixit: Sicut vis, ita concedo. Et adiecit: Recludantur simul priuata custodia. Impletur iussio præfidis. Tunc sancti martyres recluduntur in custodia vnâ cum matre pueri. Ingressi verò sancti, hanc orationem fuderunt ad Dominum: Domine Deus, qui præscius es futurorum, qui transacta velut præsentia conspicias, qui mentes magis comprobas quàm ætates: tu Domine oculos cordis huius aperire dignare, & acceptabilem tibi fac terram, ex qua suscepisti fructum, in quo lætari cognosceris. Statim ergo commotus est locus, in quo erant sancti orantes, & fulgor argento septiès splendidior emicuit: nec odor consuetus sanctis defuit, & vox psallentium in aère sonabat: Verè pius es Deus, qui iustificas sine operibus animas peccatrices. Hæc videns mulier & audiens, clamabat: Nunquàm in diebus vitæ meæ tantum odorem comperi. Nam sicut in amœnissimis hortis lilliorum & rosarum, & crocei, & neclarei, & balsami, & nardi redundat odor: ita his donis sum refocta, vt omnium dolorum meorum oblita sim: nec aliud cordi meo remanere sentio, nisi vt illum verum Deum esse confitear, pro quo filius meus agonizat.

Mater Celsi conuertitur.

Hæc audiens beatus Iulianus cum omnibus sanctis, talem fertur matronæ illi tradidisse doctrinam: Beata tu, credens quæ sit spes fructus tui: meritò animæ & corporis medicinam celeriter consequeris. Nam talis est medicus, qui tuâ suscipit infirmitatem, vt non secundo curet vulnera tua, sed semel probando fidem tuam. Venerabilis verò puer Celsus subsécutus, dixit: Verè te nunc veram matrē confiteor, verè genitricem meâ agnosco: nec tu amittis filium, nec ego matrē, si vnâ mecum ad illud contendas donum, pro quo omnes sancti tanta in hoc seculo patiuntur. Venerabilis autē matrona, cuius intima pectoris diuina gratia iam illustrauerat, respondens filio, dixit: Cognosce me,

me, fili, nihil amori eius præponere, quem tu sic diligis: pro qua re quicquid necessarium salutis meæ cognosces, exerce. Venerabilis puer respondit: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Itaque hoc tibi deest, vt purificationem baptisimi accipias, per quam possis effici habitaculum spiritus sancti. Matrona respondit: Ecce nos omnes claustra obtinent, & militum custodiæ circunvallant, nec introitus nec exitus licentia permittitur: & quomodo hîc inuenimus talem hominem, qualem mihi proponis? Cui sanctus Iulianus dixit: Hîc habemus sanctum & venerabilem virum Christi sacerdotem, qui te purificet: tantum, vt tu ex corde abneget deos patrios, & in vnum Deum credas, qui regnat in cælis, in Trinitate vnus, & in vnitate trinus: sub cuius imperio imperant principes, cuius gratia confirmantur duces, cuius timore contremiscunt gentes, cuius sapientia prudentes fiunt homines, cuius imperio operiuntur cæli nubibus, cuius voluntate dantur terræ pluuiæ, cuius dono terra fœcundatur, cuius voluntate quæ necessaria sunt hominibus, gignit, cuius dono manant fontes: ipse est Dominus Iesus Christus, æternus autem pater cum filio & spiritu sancto. Illius splendore illuminantur cæci, tenebræ incredulitatis fugantur: illius nutu gubernantur vniuersa, quia eius voluntate creata sunt cuncta. Hæc audiens matrona, dixit: Qui hæc irâ esse non credit, ferreum habet pectus: nec hominum gerit sensum, sed pecudum.

Tunc omnes sancti gratias referunt Domino, qui dignatus est de luporum faucibus eum perditam liberare. Ad quam iterum beatus Iulianus conuersus, ait: Itaque credis, vt audisti, vnum Deum verum esse in cælis? Matrona respondit: Ipsum verum credo esse Deum, quem per tuam prædicationē esse cognoui creatorem omnium, qui certis limitibus fixit mare, qui ei posuit terminum, quem non transgreditur, qui cælum suspendit, & illud diuersarum stellarum splendoribus adornauit: qui perpetuum solis ardorem fundauit, & lunæ iniqum & finem constituit: ipse est Dominus Iesus Christus, cui, relicta omni vanitate, credo, cupiens hac vita, quam temporalem esse cognoui, carere, vt ad illam vitam æternam vobiscum merear pertingere. Hæc dicente matrona, locus in quo stabant, cõtremit, & audita est vox in aère, dicens: Credidi, propter quod locutus sum. Et post hanc vocem dixerunt, Amen. Tunc beatus Antonius presbyter baptizauit eam: quam venerabilis filius eius Celsus suscipiens, pater eius in baptisimi gratia factus est. Cumquæ de eius salute omnes lætarentur, audita est vox in aère, dicens: Viriliter agite, & confortetur cor vestrum in Domino. Post huius verò concessæ gratiæ munus, ait beatus Iulianus ad sanctos: Vox, quæ intonauit auribus nostris, prænunciat nobis futuras passiones & genera tormentorum, quæ aduersum nos cogitat inimicus. Pro qua re, sancti martyres, fidei nostræ cursum ei commendemus, qui potest fidem nostram conseruare, & cursum consummare, vt repositam iustitiæ palmam & coronam mereamur percipere.

Quid multa? Cognoscat impius Martianus, vxorem suam martyrum prædicatione conuersam, atque in Christi fide & amore esse confirmatam, & iubet intra domum suam martyres priuatim exhiberi. Cumquæ eius ad spectibus præsentarentur, ait ad venerabilem puerum Celsum: Matrem tuam sub hac ratione postulasti, vt tibi consentiret: sicque nostræ acquiesceres voluntati. Itaque quid gestum sit, nunc edicito: cognoscere enim cupio. Venerabilis puer dixit: Gratiâ ago Deo meo, qui voluntatem meam ita perfecit, vt in æternum eam possideam matrem, & ipsa me filium. Tu verò scito nos pro Christi amore in hac vita spem penitus non habere. Pro qua re nec ego te noui patrem, nec illa maritum. Tunc ira repletus præfides, iussit matronam comprehendere, & domo teneri. Ad quam cum appropinquarent ministri, volentes eam contingere, cæci efficiebantur.

Hæc videns Martianus, cæcatus à diabolo, iubet omnes in ima carceris recludi. Alia verò die sedens pro tribunali, iubet viginti milites illos, qui in agone certabant pro Christi nomine, decollari: septem verò germanos, igni tradi præcepit. Quod cum fuisset factum in atrio illius, consummauerunt martyrium suum in pace. Iulianum autem cum Antonio presbytero, matrem & filium cum illo, qui à mortuis erat excitatus, iudicio suo reseruari iussit. Et cum sederet pro tribunali in foro, iubet beatum Iulianum, & reliquos sanctos, quos memorauimus, exhiberi. Ex officio ergò dictum est: Adstant. Tunc Martianus sic erupit: Tecum loqui, Iuliane, penitus dignum non censeo. Et adiecit: Tu es Antonius, quem papam suum isti testantur? Constat te huius magicæ artis esse

Rom. 10.

Mater Celsi conuertitur Dominum Iesum. Psal. 115.

Psal. 30.

20. milites & 7. fratres perimuntur.

esse authorem. Beatus Antonius presbyter respondit: Gratias ago Domino meo Iesu Christo, qui benignitatis suae me voluit esse ministrum. Praeses dixit: Vel tu mihi dic Antoni: Quae est ars magica vestra, ut sic separatis coniugia, & filios à parentibus disiungatis, & immortales dii per vos blasphemantur? Quae sit ergò hæc audacia vestra, edicito: nam scire cupio, ut ex ore tuo re cognita, videam quale vobis & magicis artibus vestris nomen imponam. Tantum enim præualuistis ad decipiendum populum, ut gloriemini vos mortuum suscitasse, per quod tot innoxia pectora irretijistis.

Ad hæc beatus Antonius presbyter dixit: Optaueram quidem, ut ducem huius agnominis nostri Iulianum tibi prouocares, & ab eo responsum acciperes: sed quia vnus est Dominus noster Iesus Christus, qui tangit organa cordis nostri, quandoquidem tu interrogasti quem voluisti, audi à me quae inquiris. Magister & author huius magicæ artis, quam nos dicis exercere, hoc nobis dedit præceptum, nè margaritæ preciosæ à nobis porcis mittantur. Qui etiam dixit: Non veni pacem mittere, sed gladium: Veni enim separare filium à patre, filiam à matre, &c Qui & alio loco consequenter dicit: Qui amat patrem aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut aurum, aut argentum, aut domos, aut agros plus quam me, non potest meus esse discipulus. Hanc vocem audiens filius tuus, non plures fecit te carnalem genitorem, quam Christum creatorem suum. Similiter quæ illa, quam dicis tuam uxorem, hac voce Domini comperta, contempsit vitam temporalem, ut Christum immortalem, & requiem consequatur æternam. Et adiecit: Nihil verius, nihil dulcius, modò id cognoscere posses. Hæc audiens Marianus, iubet eos in custodia recludi, dicens: Excogitabo poenas, quibus isti intereant.

Alia die conuocans ad se sacerdotes templi, dixit ad eos: Ornate venerandum templum Iouis, quod pro consuetudine semel in anno solet patesceri: vbi habentur veneranda numina, id est, Iouis, Mineræ & Iunonis ex electro puro consecræ imagines, quibus sua uisum Cupido delectamenta ministrat: simulque libamina & sacrificia præparate. His illi auditis, solitas instruunt hostias. Quid multa? Illuxit dies, patefactoque templo, vniuersa multitudo conuenit, admirans templum patefactum, quod vix semel in anno in principum natalicijs patefceret. Tale enim erat opus fabricæ illius, ut non marmore, sed tabulis aureis parietes & pavementum instructum splenderet, auroque purissimo & margaritis vel lapidibus preciosis crispant camerae. Cumque omnia pararentur, ingressus praeses templum, iubet Dei sanctos adduci. Quibus praesentatis dixit: Eccè nunc Iuliane & tu Antoni tempus aduenit, in quo vos & confortes vestri salutem consequamini. Hoc enim elegi pro vestra salute, ut in isto terribili templo deorum, thura immortalibus numinibus offeratis. Quòd si verò adhuc in ista contumacia perstiteritis, abnegantes deos, pro quibus hucusquè vobis peperci, diuersis tormentis in vos debacchabor. Tu itaque Iuliane, quem constat esse authorem sceleris huius, accedens, concilia tibi deos immortales, per quorum diuinitatem generi tuo restituaris. Beatus Iulianus respondit: Iam quidem Praeses desineras, nullum deinceps mecum habere sermonem: sed quia tempus illud aduenit, quod tu ipse dixisti, quo nos salutem consequamur: ut numina à nobis honorentur, fac omnes sacerdotes deorum inritus adesse, ut cognoscant quale sacrificium offeramus. Praeses ait: Benè sit tibi: optimè locutus es.

S. Iulianum  
falsò putat  
Praeses sacrifi-  
ficare velle.

Sanctus Iulianus dixit: Quandoquidem multam nos laudem reportaturos dicis & gloriam, hortarisque ut omnibus in vnum conuenientibus, dijs vestris immolemus: id quidem facere non piget. Nam idè semper distulimus, ut in hoc templo mirabili magnum sacrificium cunctis cernentibus immolaremus. Tunc enim lætatur qui conuiuium parat, si omnes adfuerint inuitati, ut nullum prætereat epulum, quod paratur, nè postea sit qui succenseat. Tunc Praeses non intelligens, qua ratione hæc prosequeretur, dixit: Gaudeo de vobis: quæsi tardè, tamen coepistis dulcissimam hanc lucem, omnibus bonis redundantem, dijs immolando non amittere. Deindè iubet vincula ab omnibus auferri, dicens: Turpe est vinculis adstrictos teneri, quibus coeperunt dii esse propitij. Cumque exonerarentur ferro, quò erant constricti, dixit ad venerabilem puerum & matrem eius: Accedite, & placate deos, quibus hucusquè seruisistis. Cui venerabilis matrona hoc solum dedit responsi: Non permittat verus Deus, quem cognoui, ut vitra tecum colloquia miscëam. Et per ignorantiam quidem feci quæ dicis: sed iam cognoui veritatem, à qua nunquam recedam. Tunc praeses conuersus ad Iulia-

Iulianum, ait. Eccè omnia parata sunt: implete quæ spondidistis. Sanctus Iulianus dixit: Iam est tempus & hora, in qua gloriemur, ut omnibus vidètibz gloriosi appareamus, noueritque; omnis posteritas, quale sacrificium hodiè Deo obtulerimus. Praeses præcedit, & iubet sanctos de priuata custodia venire, æstimans esse certum, quod volebat.

Ingressi verò sancti in templum, vexillo crucis armant frontem. Tunc ait beatus Iulianus ad praesidem: Quid præcipis praeses? Omnibus dijs offeremus sacrificium? Praeses dixit: Omnes quos conspicias, immortales sunt, pares virtute, æquales in gloria: nec inuident sibi in cultoribus suis, præcipuè in vobis, qui tam tardè cognouistis. Hæc dicente praeside, fixit genua sua sanctus Antonius presbyter, & beatus Iulianus cum socijs suis. Ait autem sanctus Iulianus: Deus qui es sine inirio, sine fine, sine tempore, & æternum, quæsi des in corde mûdo: qui non in manufactis habitas, quem non capit mundus, sed requiescis in corde mûdo: qui per sanctum prophetam dixisti, Omnes dijs gentium dæmonia: tu autem solus Deus Abraham, Isaac & Iacob: qui per tuam sapientiam fecisti cælos, fundasti terram, congregasti maria, terminum eis ponens, quem non transgrediuntur, quem murmur aquarum sua voce collaudat, quem diuersarum volucrum garrulæ voces sua uiter collaudantes, suum creatorem agnoscunt, qui arbitrio CHRISTI creati vniuersa: adspice nunc in subuersionem templi huius, & has dæmonum imagines, easque colentium frange audaciam, ut ad nihilum redigantur hæc dæmonum imagines, et te solum cognoscant verum esse Deum, & glorientur in te, qui credunt nomini sancto tuo, & Iesu Christo filio tuo, quem cognoscimus tibi coequalem & coeternum in vnitatis spiritus sancti, per omnia secula seculorum. Et cum dixissent omnes sancti, Amen, omnia sculptilia illa ad nihilum redacta sunt, & templum ita subuersum est, ut quid fuerit, penitus non pateret. Multi quoque sacerdotum, circiter mille, cum templo subuersi sunt, & alia multa paganorum turba simul interijt. Ignis autem eructat in eodem loco usque in hodiernum diem.

Signo crucis  
eis frontes  
suas munijit  
sancti mar-  
tyres.

Psal. 95.

Templum  
corruit fundi-  
ditis cum  
simulacris  
dæmonum.

Esa. ultimo.

Tunc beatus Iulianus dixit ad praesidem: Praeses, vbi sunt manufactæ imagines dæmonum, in quibus gloriabaris? Vbi electrum, vbi aurum, vbi argentum, vbi templi pulchritudo, vbi parietes & pavementum aurei, vbi metalla preciosæ? Inuocato nomine Domini nostri Iesu Christi, in terram conuersa sunt, vnde assumpta erant. Sicut autem illa omnia vterus suscepit terræ, ita vos & Imperatores vestros, & omnes cultores dæmonum perpetuus accipiet infernus: vbi ignis edax non extinguetur, & vermis deuorans non morietur: vbi corpus semper reparatur ad poenam, vbi misericordia quaritur, & non inuenitur. Hic vos talis locus expectat, & scelerum auctorem diabolum. Tunc Martianus ingemiscens, aiebat: O virtus magica: ô carmen inauditum, sic præualens, ut etiam terræ sinus aperiat, & tanta bona ab oculis piè fruuentium auferat. Iam non miserebor, iam non parcam, donè eos gladio feriri iubeam, & eorum poenis me exattem. Iubet ergò sanctos in imo carcere includi.

Ea nocte cum in Dei laudibus versarentur Iulianus & socij eius, in ipso mediæ noctis silentio adest multitudo sanctorum cum sacerdotibus, qui iam martyrij palmam retulerant, omnes stolis albis induti: inter quos viginti milites & septem illi fratres glorificati aduenerunt: adest & beata Basilissa cum omni choro virginum, in qua multitudo sola vox Alleluia resonabat. Tunc beata Basilissa ita alloquitur sanctum Iulianum: Regna caelorum tibi patefacta sunt: & hoc præceptum accepimus à rege æterni, Domino nostro Iesu Christo, ut die apparitionis suæ te cum comitibus ad se recipiat. Omnis patriarcharum & prophetarum & apostolorum gloriosus vobis occurret numerus, in quorum vos sanctorum numero Dominus Iesus Christus perpetua lætitia sibi sociabit: sicque visio ab oculis eorum ablata est. Alia die iubet Martianus praeses in medio foro tribunal sibi præparari, & adduci sanctos Dei, excogitans nequissimus serpens noua & exquisita genera tormentorum. Deindè præcipit ministris, ut manuum & pedum digitos licinijs oleo madentibus colligent, & ignem supponant. Cumque factum fuisset, licinijs consumptis, illa se permanebant sanctorum corpora. Videns hoc inimicus, iubet à sancto Iuliano & venerabili puero cutem capitis auferri: sancto verò Antonio presbytero & Anastasio, qui resuscitatus fuerat, clamantibus & dicentibus, Gloria tibi Christe, iussit oculos vncis ferreis effodi. Sanctam verò Marionillam matrem pueri, quam Dominus præficiërat poenas tolerare non posse, cum eam iubere cæculo applicari, si quis ex ministris eam voluisset contingere, cæcus efficiebatur, eiusque;

S. Basilissa  
cum multis  
apparet S.  
Iuliano &c.

Noui cruci-  
atus marty-  
rum.

Marionilla  
mater Celsi  
à poenis præ-  
seruatur.

cuiusq; nerui aded contrahebantur, vt manus suas ad se reducere non posset. Sanctos vero suos Dominus ita curauit & illuminauit, vt omnibus quasi nihil passi viderentur.

Tunc exclamauit Martianus: Heu me, vincimur: sed adhuc vnum superest. Iubet ergo amphitheatrum preparari: in quod ingressus, iubet in sanctos omne genus ferarum immitti. At feræ laxatæ, nihil læserunt sanctos, immò verò illorum pedes lingebant. Hæc videns præses, conuocans omnes magistratus ciuitatis, iubet omnes culodias perscrutari, & personas iam morte dignas in amphitheatrum intrromitti: atq; sanctos Dei inter diuersorum criminum reos & sacrilegos decollari præcepit. Tunc sanctus Iulianus cum socijs suis dixit: Gloria tibi Christe, qui nos ad hanc horam salutis perduxisti. Tunc venerabilis puer cum sancta matre sua dixit ad præsidem: Nota tibi facies nostras, quas in hoc seculo gratia Christi sic vides immutatas. Tua enim perfidia conabatur foeditatem nobis imponere: gratia verò & pietas Domini nostri Iesu Christi induit nos magna gloria & decore: vt in illa die cognoscas nos in gloria, cum tu fueris in poena. Ità ergo sancti martyres capite plexi sunt. Cumq; hoc factum fuisset, statim terræ motus exiit ingens, vt propè tertia pars ciuitatis à fundamentis subuerteretur, nec locus aliquis perstitit, in quo idolum fuisset: accesserunt quoque fulgura & tonitrua & grando, quæ maximam partem incredulorum consumpserunt. Ipse autem præses Martianus semiuivus euasit: verum non post multos dies vermibus scatens exspirauit.

Ea nocte venerunt sacerdotes ac religiosi viri, vt sanctorum reliquias colligerent, sed præ multitudine cadaverum, sanctorum corpora non agnouerunt. Positis ergo genibus, oratione completa, apparuerunt eis in specie virginum animæ sanctorum, & vnaquæque suo corpori infedit: sicque sanctæ reliquiæ collectæ sunt. Domini verò gratia ita ordinauit, vt sanguis eorum, quasi lacteus panis, circa vnumquemque eorum congelaret: vt nec terra auderet os suum aperire ad sanctorum cruorem recipiendum, quia sceleratorum sanguine iam fuerat satiata. Sanctorum igitur corpora auferentes sacerdotes, sepelièrunt in ecclesia sub sacrosancto velamine altaris: vnde Domini pietas indeficientem fontem prodire iussit, cuius vndis sacrosanctum baptisterium inundatur. In quo loco ea diuina beneficia credentibus tribuuntur, vt si quis adueniat fide & credulitate plenus, cuiuslibet morbi statim consequatur medicinam. Nec silebo miraculum, quod ibi Dominus ad fidelium confirmandam fidem operari dignatus est: nec quisquam debet ambigere, quin idem hodieque efficiat. Decem leprosi iam exesis & putrefactis carnibus, ad fores adducti sunt, vt in die passionis eorum baptismi gratiam consequerentur. Completo igitur in eis sacramento, cum eos baiularent, quia manibus tangi non poterant, eam sunt adepti corporis sanitatem, vt vix quisquam mortalium pulchrior videretur. Simul autem etiam vox audita est: Iuliani dilecti mihi fides hæc omnia promeruit, & his maiora merebitur. In eodem venerabili loco cæci illuminantur, & dæmones profligantur: neque ibi duntaxat, sed vbicunq; in nomine Domini Iesu Christi, & sancti eius Iuliani basilicæ constructæ sunt. Gloria ergo Christo, qui est fidelis in verbis suis, & tantam gloriam præstat sanctis suis, regnans cum Deo patre in vnitatem spiritus sancti, Amen.

I. Tomo  
Epistolarum.

### VITA S. PAVLI PRIMI EREMITAE, AVTHORE D. HIERONYMO.

Io. IANVAR.  
alij t. Ia.  
nuarij,

Monachorum institutum antiquissimum.



INTER multos sæpè dubitatum est, à quo potissimum monachorum eremus habitari cœpta sit. Quidam enim altius repetentes, à beato Elia & Iohanne sumpsere principium: quorum & Elias plus nobis videtur fuisse, quam monachus, & Iohannes antè prophetare cœpisse, quam natus est. Alij autem in quam opinionem vulgus omne consentit, asserunt Antonium huius propositi fuisse caput: quod ex parte verum est. Non enim tam ipse antè omnes fuit, quam ab eo omnium incitata sunt studia. Amathas verò & Macarius, discipuli Antonij, quorum superior magistri corpus sepeliuit, etiam nunc affirmant, Paulum

Paulum quendam Thebæum, principem istius rei fuisse: quod non tam nomine, quam opinione nos quoque comprobamus. Nonnulli & hæc, & alia, prout voluntas tulit, iactant, subterraneo specu crinitum calcaneo tenus hominem fuisse, & multa, quæ persequi ocio sum est, incredibilia fingentes: quorum quia impudens mendacium fuit, ne refellenda quidem sententia videtur. Igitur quia de Antonio, tam Græco, quam Romano stylo, diligenter traditum est, pauca de Pauli principio & fine scribere disposui, magis quia res omissa fuit, quam fretus ingenio. Quomodo autem in media ætate vixerit, & quas satanæ pertulerit insidias, nulli hominum compertum habetur.

Sub Decio & Valeriano persecutoribus, quo tempore Cornelius Romæ, & Cyprianus Carthagine, felici cruore damnati sunt, multas apud Aegyptum & Thebaidam ecclesias tempestas sæua populata est. Voti tunc Christianis erat, pro Christi nomine gladio percuti. Verum hostis callidus tarda ad mortem supplicia conquirens, animas cupiebat iugulare, non corpora: & vt ipse, qui ab eo passus est, Cyprianus ait, volentibus mori, non permittebatur occidi. Cuius vt crudelitas notior fiat, duo memoriæ causa exempla subiecimus. Perseuerantem igitur in fide martyrem, & inter eculeos, laminasq; victorem, iussit melle perungi, & sub ardentissimo sole ligatis manibus post tergum resupinari, scilicet vt muscarum aculeis cederet, qui ignitas sartagine antè superasset. Alium iuuenili ætate florentem, in amœnissimos hortulos præcepit abduci, ibique inter lilia cædentia & rubentes rosas, cum leni iuxta murmure aquarum serperet riuus, & molli sibilo arborum folia ventus præstringeret, super extructum plumis lectum resupinari, & ne se inde posset excutere, blandis serico nexibus irretitum relinqui. Quò cum, recedentibus cunctis, meretrix speciosa venisset, cœpit delicatis stringere colla complexibus, & quod dictu quoque scelus est, manibus attrectare virilia: vt corpore in libidine concitato, se victrix impudica supericeret. Quid ageret miles Christi, & quò se verteret, nesciebat. Quem tormenta non vicerant, superabat voluptas. Tandem cælitus inspiratus, præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit, ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superauit.

Per idem ergo tempus, quo talia gerebantur, apud inferiorem Thebaida, cum sorore iam viro tradita, post mortem amborum parentum, in hæreditate locupleti Paulus reliquus est annorum circiter quindecim, literis tam Græcis quam Aegyptiacis apprime eruditus, mansueti animi, DEVM valde amans: & cum persecutionis procella detonaret, in villam remotiorem & secretiorem secessit. Verum quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Sororis maritus cœpit prodere velle, quem celare debuerat. Non illi vxoris lachrymæ, non communio sanguinis, non spectans cuncta ex alto Deus, ab scelere reuocauit. Ad hæc instabat crudelitas, quæ pietatem videbatur imitari. Quòd vbi prudentissimus adolescens intellexit, ad montium deserta confugiens, dum persecutionis finem præstolaretur, necessitatem in voluntatem vertit, ac paulatim progrediens, rursusque subsistens, atque hoc idem sapius faciens, tandem reperit saxeam montem: ad cuius radicem haud procul erat grandis spelunca, quæ lapide claudebatur. Quo remoto, (vt est cupiditas hominum occulta cognoscere) auidius explorans, animaduertit intus grande vestibulum, quod aperto desuper cælo, patulis diffusa ramis vetus palma contexerat, fontem lucidissimum ostendens: cuius riuum tantummodò foras erumpentem, statim modico foramine, eadem quæ genuerat, aquas terra sorbebat. Erant præterea per exesum montem haud pauca habitacula, in quibus scabræ iam incudes & mallei, quibus pecuniæ olim signatæ, viscebantur. Hunc locum Aegyptiorum literæ ferunt furtiuæ monetæ officinam fuisse ea tempestate, qua Cleopatra iunctus est Antonius. Igitur adamato, quasi quod à Deo sibi offerretur, habitaculo, omnem ibidem in orationibus & solitudine duxit ætatem. cibum & vestimentum ei palma præbebat. Quòd nè cui impossibile videatur, Iesum testor & sanctos angelos eius, in ea eremi parte, quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur, vidisse me monachos, de quibus vnus per triginta annos clausus, hordeaceo pane & lutulenta aqua vixit: Alter in cisterna veteri, quam gentili sermone Syri cubam vocant, quinque caricis per singulos dies sustentabatur. Hæc igitur incredibilia esse videbuntur his, qui non crediderint, quia omnia possibilia sunt creditibus.

Sed vt ad id redeam, vnde digressus sum, cum iam centum tredecim annos beatus Paulus vitam cælestem ageret in terris, & nonagenarius in alia solitudine Antonius

T

mora-

Exempla duo  
atrocissime  
persecutio-  
nis.

Inuicta mar-  
tyris virtus.

Aeneid. 3.  
A finis vult  
Pauli pro-  
dere.

Vide hinc  
ram Monachorum  
abstinentiæ &  
ciborum de-  
lectum.

Marc. 9.

moraretur, vt ipse asserere solebat, hæc in mentem eius cogitatio incidit, nullum vltra se perfectum monachum in eremo confedisse. At illi per noctem quiescenti reuelatum est, esse alium vterius multò se meliorem, ad quem visendum deberet proficisci. Ille è erumpente luce, venerabilis senex infirmos artus baculo regente sustentans, coepit ire velle, quò nesciebat. Et iam media dies, coquente desuper sole, feruebat: nec tamen à coepito itinere abducebatur, dicens: Credo in Deum meum, quòd seruum suum, quem mihi promisit, ostendet. Nec plura his, conspicit hominem equo mixtum, cui opinio poetarum Hippocentauro vocabulum indidit. Quo viso, salutaris impressione signi armat frontem, & Heus tu, inquit, quam in parte hæc seruus Dei habitat? At ille barbarum nescio quid infrendens, & frangens potius verba, quam proloquens, inter horrentia ora senis blandum quæsiuit alloquium, & dextere protensione manûs cupirum indicat iter: & sic patentes campos volucris transmittens fuga, ex oculis mirantis euauit. Verùm hæc vtrum diabolus ad terrendum eum simulauerit, an (vt solet) eremus monstrosum animalium ferax, istam quoque gignat bestiam, incertum habemus.

Signo crucis armat frontem.

Monstrum.

Ephes. 4.

Stupens itaque Antonius, & de eo quod viderat, secum voluens, vterius progreditur. Nec mora, inter saxosam conuallem haud grandem homunculum videt, aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Infra stusque & hoc Antonius spectaculo, scutum fidei & lorica spei, vt bonus præliator arripuit: nihilominus memoratum animal, palmarum fructus eidem ad viaticum, quasi pacis obsequia, afferebat. Quo cognito, gradum pressit Antonius, & quisnam esset, interrogans, hoc ab eo responsum accepit: Mortalis ego sum, & vnus ex accolis eremi, quos vario delusa errore gentilitas, Faunos, Satyrosque & Incubos vocans, colit. Legatione fungor gregis mei: precamur, vt pro nobis communem Deum depreceris, quem pro salute mundi venisse cognouimus, & in vniuersam terram exijt sonus eius. Talia eo loquente, longæus viator vbertim faciem lachrymis rigabat, quas magnitudo lætitiæ, indices cordis effuderat. Gaudebat quippe de Christi gloria, & de interitu satanæ: simulque admirans, quòd eius posset intelligere sermonem, & baculo humum percutiens, aiebat: Væ tibi Alexandria, quæ pro Deo portenta veneraris. Væ tibi ciuitas metretrix, in quam totius orbis dæmonia cõfluxerunt. Quid nunc dictura es? Bestiæ Christum loquuntur, & tu pro Deo portenta veneraris. Necdum verba compleuerat, & quasi penigero volatu petulcum animal aufugit. Hoc nè cuiquam ob incredulitatem scrupulum moueat, sub rege Constantino, vniuerso mundo teste, defenditur. Nam Alexandriam istiusmodi homo viuus perditus, magnum populo spectaculum præbuit: & postea cadauer exanime, nè calore ætatis dissiparetur, sale infuso, Antiochiam, vt ab Imperatore videretur, allatum est.

S. Paulus in spelunca degit. 1. iohan. 4.

Sed, vt propositum persequar, Antonius coeptam regionem pergebat, fesarum tantum vestigia intuens, & eremi latam vastitatem, quid ageret, quòd verteret gradum, nesciebat. Iam altera effluerat dies. Restabat vnum, vt deserit se à Christo non posse, confideret. Pernox secundas in oratione exegit tenebras, & dubia adhuc luce, procùl intuetur lupam, sitis ardoribus anhelantem, ad radicem motis irreperere. Quam sequutus oculis, & iuxta speluncam, cum fera abijisset, accedens, intrò coepit adspicere, nihil curiositate proficiente, tenebris arcibus visum. Verùm (vt scriptura ait) perfecta dilectio foras mittit timorem: suspensò gradu, & anhelitu temperato, callidus explorator ingressus, ac paulatim progrediens, sepiusque subsistens, sonum aure captabat. Tandem per cæcæ noctis horrorem procùl lumen intuitus, dum auidius properat, offensus in lapidem pede, strepitum concitauit: post cuius sonitum beatus Paulus ostium, quod patebat, occludens, fera obsirmauit. Tunc verò Antonius præ foribus corruens, vsque ad sextam, & eo amplius horam, aditum precabatur, dicens: Qui sim, vnde vel cur venerim, nõsti. Scio me non mereri conspectum tuum: tamen nisi videro, non recedam. Qui bestias recipis, hominem cur repellis? Quæsiui, & inueni: pulso, vt aperiatur. Quod si non impetro, hæc moriar ante postes tuos: certè sepelies vel meum cadauer.

Talia persistabat memorans, fixusque manebat.

Ad quem responsum paucis ita reddidit heros:

Admittit Antonium Paulus.

Nemo sic petit, vt minetur: nemo cum lachrymis iniuriam vel calumniam facit. Et miraris si non recipiam, cum moriturus adueneris? Sic arridens Paulus, patefecit ingressum. Quo aperto, dum in mutuos miscentur amplexus, proprijs se salutauere nominibus:

bus: gratiæ Domino in commune referuntur. Et post sanctum osculum residens Paulus cum Antonio, ita exorsus est:

En quem tanto labore quæsiisti, putridis senectute membris operit inculta canities. En vides hominem, puluerem mox futurum. Verùm quia charitas omnia sustinet, narra mihi, quæso, quomodo se habeat humanum genus: an in antiquis vrbibus noua tecta consurgant: quo mundus regatur imperio: an supersint aliqui, qui dæmonum errore rapiantur. Inter has fermocinationes suspiciunt alitem corum in ramo arboris confedisse: qui indè leniter subuolans, integrum panem ante mirantium ora deposuit. Post cuius abscessum, Eia, inquit Paulus, Dominus nobis prandium misit, verè pius, verè misericors. Sexaginta iam anni sunt, quòd accipio dimidij semper panis fragmentum: verùm ad aduentum tuum militibus suis Christus duplicauit annonam. Igitur, Domino gratiarum actione celebrata, super vitrei marginem fontis vterque confedit. Hic verò quis frangeret panem, oborta contentio, penè diem duxit in vesperum. Paulus more cogebat hospitij, Antonius iure refellebat ætatis. Tandem consilium fuit, vt apprehenso e regione pane, dum ad se quisque nititur, pars cuique sua remaneret in manibus. Dehinc paululum aquæ in fonte prono ore libauerunt: & immolantes DEO sacrificium laudis, noctem transgère vigilijs. Cumque iam esset terræ redditus dies, beatus Paulus ad Antonium sic loquutus est: Olim te frater in istis regionibus habitare sciebam: Olim te conferuum mihi promiserat Deus: sed quia iam dormitionis meæ tempus aduenit, & quòd semper cupiebam dissolui, & esse cum Christo, peracto cursu superest mihi coronam iustitiæ, tu missus es à Domino, qui humo corpusculum meum tegas, immò terræ terram reddas.

1. Corin. 13

Coruus panem adfert Paulo.

Philip. 1. 2. Tim. 4.

His Antonius auditis, flens & gemens, nè se desereret, atque vt comitem talis itineris acciperet, precabatur. Et ille: Non debes, inquit, querere quæ tua sunt, sed quæ aliena. Expedit quidem tibi, sarcina carnis abiecta, agnum sequi: sed & cæteris expedit fratribus, vt tuo insti tuantur exemplo. Quamobrem, quæso, perge, nisi molestum est, & pallium, quod tibi Athanasius episcopus dedit, ad inuoluendum corpusculum meum defer. Hoc autem beatus Paulus rogauit, non quòd magnoperè curaret, vtrum tectum putresceret cadauer, an nudum, (quippe qui tanto temporis spatio, contextis palmarum folijs vestiebatur) sed vt à se recedente mœror suæ mortis leuaretur. Stupefactus ergò Antonius, quòd de Athanasio & pallio eius audierat, quasi Christum in Paulo videns, & in pedore eius Deum venerans, vltra respondere nihil ausus est: sed cum silentio lachrymans, exosculatis eius oculis, manibusque, ad monasterium, quod postea à Saracenis occupatum est, regrediebatur. Neque verò gressus sequebantur animum, sed quantum corpus inane ieiunijs, seniles etiam anni frugerant, tamen animo vincebat ætatem. Tandem fatigatus & anhelus, ad habitaculum suum confecto itinere peruenit. Cui cum duo discipuli, qui ei longo iam tempore ministrare consueuerant, occurrissent, dicentes: Vbi tandiù moratus es pater? respondit: Væ mihi peccatori, qui falsi monachi nomen fero. Vidi Eliam, vidi Iohannem in deserto, & verè vidi Paulum in paradiso. Et sic ore compresso, & manu verberas peccatus, ex cellula pallium protulit: rogantibusque discipulis, vt plenius quidnam rei esset exponeret, ait: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tunc egressus foras, & ne modicum quidem cibi sumens, per viam qua venerat, regressus est, illum sitiens, illum videre desiderans, illum oculis ac mente contemplans. Timebat enim, quod euenit, nè se absente, Christo debitum spiritum redderet.

Obserua, vt per spiritum didicerit absentia.

Ecces 3.

Cumque iam dies alia illuxisset, & trium horarum spatio viam remeauisset, vidit inter angelorum cateruas, inter Prophetarum & Apostolorum choros niueo Paulum candore fulgentem, in sublime conscendere. Et statim in faciem suam procidens, sabulum capiti superiaciebat, ploransque & eiulans, aiebat: Cur me Paule dimittis? Cur in salutaris abis? Tam tardè notus, tam citò recedis? Referebat postea beatus Antonius, tanta se velocitate, quòd reliquum erat viæ cucurrisset, vt instar auis peruolasset: nec immeritò. Nam introgressus speluncam, vidit genibus complicatis, erecta ceruice, extensisque in altum manibus, corpus exanime. Ac primum & ipse viuere eum credens, pariter orabat. Postquam verò nulla, vt solebat, suspiria precantis audiuit, in flebile osculum ruens, intellexit quòd etiam cadauer sancti Deum, cui omnia viuunt, officioso gestu precabatur. Igitur obuoluto & prolato foras corpore, hymnos quoque & psalmos de Christiana traditione decantans, contristabatur Antonius, quòd sarculum, quo terram

Anima eius in celos ascendit.

En vt corpus exanime Deum flexis genibus precatur.



foderet, non haberet: fluctuansque vario mentis æstu, & secum multa reputans, dicebat: Si ad monasterium reuertar, tridui iter est: si hinc maneam, nihil ultra proficiam. Moriar ergo, vt dignum est, & iuxta bellatorem tuum, Christe, ruens, extremum halitum fundam.

Talia eo animo volente, ecce duo leones, ex interioris eremi parte currentes, volantibus per colla iubis, ferebantur: quibus adspicis, primò exhorruit. Rursusque, ad Deum referens mentem, quasi columbas videret, mansit intrepidus. Et illi quidem directo cursu, ad cadauer beati senis subsiterunt, adulantibusque caudis circa eius pedes accubuerunt, fremitu ingenti rugientes, prorsus vt intelligeret eos plangere quomodo poterant. Deinde haud procul cœperunt humum pedibus scalpere: arenamque certatim egerentes, vnius hominis capacem locum foderunt: ac statim quasi mercedem pro opere postulantes, cum motu aurium, ceruice deiecta, ad Antonium perrexerunt, manus eius pedesque lingentes. At ille animaduertit, benedictionem eos à se precari: nec mora, in laudationem Christi effusus, quòd muta quoque animalia Deum esse sentirent, ait: Domine, sine cuius nutu nec folium arboris defluit, nec vnus passerum ad terram cadit, da illis, sicut tu scis. Et manu annuens eis, vt abirent, imperauit. Cumque illi recessissent, sancti corporis oneri seniles curuauit humeros, & deposito eo in fossam, desuper humum congregans, tumulum ex more composuit. Postquam autem alia dies illuxit, nè quid pius hæres ex intestati bonis non possideret, tunicam eius sibi vendicauit, quam in sportarum modum de palmæ folijs ipse sibi contexerat. ac sic ad monasterium reuersus, discipulis cuncta ex ordine replicauit, diebusque solennibus Paschæ & Pentecostes semper Pauli tunica vestitus est. Libet in fine opusculi eos interrogare, quæ sua patrimonia ignorant, qui domos marmoribus vestiunt, qui vno filo villarum insunt prædia, huic seminu quo quid vnquam defuit? Vos gemma bibitis, ille naturæ cœcauis manibus satisfacit, Vos in tunicis aurum textitis, ille ne vilissimum quidem indumentum habuit mancipij vestri. Sed e contrariò illi quidem pauperculo paradysus patet, vos auratos gehenna suscipiet. Ille vestem Christi, nudus licet, tamen seruauit: vos vestiti sericis, indumentum Christi perdidistis. Paulus vilissimo puluere coopertus iacet, resurrecturus in gloriam: vos operosa saxi sepulcra premunt, cum vestris opibus arduos. Parcite, quæso, vobis, parcite salutem diuitijs, quas amatis. Cur & mortuos vestros auratis obuoluitis vestibus? cur ambitio inter iustus lachrymasque non cessat? An cadauera diuitum nisi in serico putrescere nesciunt? Obsecro, quicumque hæc legis, vt Hieronymi peccatoris memineris: cui si Dominus optionem daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius, quam regum purpuram cum poenis suis.

Matth. 10.  
Dies solennes Paschæ & Pentecostes etiam Antonij tempore.

### VITA SANCTI PATRIS NOSTRI MARTIANI PRESBYTERI, QUI FUIT OECONOMVS MAGNAE Ecclesie Constantinopolitane, authore Simeone Metaphrasse.

IANVAR. 10.

Ornamenta  
vrbium.



SUNT quidem multa quodque alia, quæ hanc regiam exornant ciuitatem, Imperatorum sedes & opes, & omne genus pulchritudo, situsque, & magnitudo, & mœnia, quæ sunt hostili manu potentia. Nihil autem ei adfert æquæ magnum decus & ornamentum, atque vita virorum bonorum & virtutis amantium. Ij enim maiorem quidem adferunt delectationem, & maiorem etiam admirationem: quin etiam maiorem pariunt utilitatem. Propterea maior est gloria ciuitatis, ornari potius viris pijs & religiosis, quam murorum propugnaculis. Atque ea quidem multos viros tulit præclaros, qui eam decorant varijs virtutis ornamentis: ex quibus si quis primos accuratè elegerit, & ijs vitam Martiani conferre, vel etiam præferre voluerit, is mihi non videatur à recto excidere iudicio. Quòd autem sit non mala de eo nostra, sed recta sententia, ipse, vt aiunt, ostendet, eritque procedens fide digna oratio.

Martiani  
patria, Pa-  
rentes.

Hic ergo Martianus natus quidem tempore eius, cui fuit idem nomen, nempe Martiani, qui tunc erat dominus Romani imperij. Patriam autem suam veterem Romam ab alto repetens à parentibus, (illi enim ex ea profectus, in hanc Constantinianam ciuitatem, quæ

quæ erat recentior, migrarunt) consequenter erat & illustri natus genere, insignique opibus & dignitate, & quòd nobilitatem referebat ad splendorem Imperatorum. Tanta autem gloria insignes natus parentes, pietate autem & religione longè insigniores, ipse quoque educatur liberaliter, & eruditionem pulchrè docetur, nostram, inquam, & externam. Deinde sicut Moses quoque ad Aegyptios, ita etiam Martianus optimè ventitat ad Byzantinos, & ad maiorem & perfectiorem sapientiam, eam, inquam, quæ est ex spiritu, conuertitur. Quæ quidem ex re & vitæ splendor, & sermonis gratia illi accedens, nomen ei peperit, & insignem fecit inter omnes laicos: Paulò post autem etiam cooperat in clerum ecclesie: & cum sacris esset dignus, deducit ad gradum sacerdotum. Qui autem ei ad hoc vim attulit, fuit huius ciuitatis Patriarcha. Nam illum quoque cepit serren illius virtutis, & plenæ erant aures ijs, qui de illo spargebantur, sermonibus & laudibus. Cum ergo gradus, qui inter sacerdotum intercedit, nihil esset quod prohiberet, sed multo magis, vt ad maiora procederet, inuitaret: cum omnes breui tempore peruasisset, vocatè tempore, refertur etiam in numerum sacerdotum. Deinde etiam fit Oeconomus maximæ ecclesie communi suffragio, non vim afferens, sed inuitus, & non tam honoratus, quam eos honorans, qui eum prætulcrant. Sed hæc quidem postea.

Promouetur ad sacerdotium.

Modò autem cum ei admodum iuueni creditum esset sacerdotium, & eius parentes è vita iam excessissent, & vtriusque facultates, quæ erant luculentæ, accepisset, eum iuuentutem quidem moderatè, sacerdotium autem honestè, opes verò piè regere & administrare fuit cognitum: vt qui egenos suæ hæreditatis assumeret coheredes, & eis maiori parte cederet: vel vt hoc potius dicam, cum eis quæstuosam exerceret negotiationem, & in paruis suppeditandis maxima vicissim acquireret. Atque alias quidem voluptates magno quodam & excelso animo apparuit eum despiciere, & eis minimè vti: ab vno autem solo vitæ fuit amore, à verbis, inquam, diuinæ scripturæ: & ad illa oculos perpetuò conuertebat, & eis perpetuò assidebat. quo fiebat, vt nihil esset in eis ad occultum & inuentu difficile, quod non manifestum & notum euasisset laboriosæ eius diligentia. Venti autem & oculis fortiter imperabat, vt qui sciret florem & robur iuuentutis per ea facile impelli ad lapsum. Sunt autem casus, qui ex ijs oriuntur, multi & difficiles. Precibus & vigilijs se debebat plurimum, & valdè pueros edocebat, quod ad virtutis rationem attinet, non solum eos, qui erant relati in numerum sacerdotum, sed, vt semel dicam, quotquot in canitie erant pijs & religiosi, & curam gerebant philosophiæ. Illo autem suo præclaro boni & honesti amore, valdè quoque amabat sacras aedes Christi Martyrum, & ex eis alias quidem, quæ laborabant, & ruinam minabatur, reficiebat: alias autem, quæ nondum factæ fuerant, excitabat. Quod autem ardentissimè amabat, & sui desiderij finem existimabat, hoc erat, vt præclaræ & insigni inter martyres Anastasie præclarum templum extrueret. Laborabat autem in loco inueniendo, in quo opportunissimè sacram ei ad extruendum.

Precibus & vigilijs se dedidit.

Templa inaurat & extruit.

Cum de eo autem esset sollicitus, mulier quædam, quæ genus ducebat ex Syrorum Antiochia, Nico nomine, cum paulò antè coniugem amisisset, insignem domum, quæ ei hæreditate obuenerat, posita autem erat in medio Constantinopolis foro, volebat vendere, vt cum eius precium accepisset, ad sua reuenteretur. Hæc cum rescuisset hic ardens amator martyris, & locum vidisset conuenientem, & situm esse aptum suo proposito, pro lucro rem esse ducit: & ad mulierem veniens, loquitur de precio, & numeratis bis mille aureis, persuadet ei domum vendere. Cum sic fecisset, planum erat eum iam velle opus aggredi. Sed qui bonis omnibus aduersatur, ne hic quidem ostendit se suæ artis oblitum, neque omnino cessare aut cessaturum esse malefacere: sed se mulieri astutè insinuans, & ei grauem immittens poenitentiam, eius mentem validè oppugnabat: tanquam aliquas machinas ei pudorem admouens, quòd scilicet à vulgo haberetur ludibrio, quæ sic pulcherrimas consumeret possessiones. erat enim domus antiqua & magnifica, & cui longo antè tempore, magni scilicet Constantini, contigisset ædificari: locari autem mercedibus & annuis possessionibus, satis magnum commodum afferebat. His mulier, vt mulier, labefactata, contractum soluere conabatur. Martianus autem, qui nulli volebat esse molestus, nec cogere vt aliquid faceret quod nollet, suo iure cessit, & possessionem dimisit mulieri, quæ res actionis sacrum esse fundamentum, & nihil volens offerre sanctæ martyri, quod non prompto & alacri daretur animo, aut quod esset coactum. Ex hoc ergo videbatur malignus victoria potitus: sed fuit illud principium, quo factum est,

Maligni demonis fraus

vt maximè vinceretur. Nam Deus, qui scit omnia traducere ad id quod est conducibile, is prouidet, vt huius rei exitus sit longè melior & præclarior.

Hic enim Martianus cum hoc amore teneretur, & aliquando versaretur in legendis orationibus eius, qui & sermone & moribus & theologia præclarissimè refulsit, sapientis, inquam, Gregorij, & de huius martyris templo cognouisset, vt ille dicit, quod positum quidem esset in ijs, quæ Domini Rostra vocabantur: erat autem tunc veluti quædam sedes Orthodoxis aduersus Arrianos. Cum ergò cognouisset, quæ ille de eo templo prædixerat, suum gregem incitans, & ei addens animum: Hanc Anastasiam, hanc, inquam, quæ cognomen accepit ex resurrectione, videbitis (sat scio) ampliorem & maiorem. Cum quæ didicisset non sine Dei numine nec temerè prædictum fuisse à magno illo viro: etsi non magis prædictum fuisset de templo, quàm de populo: &, vt potè quòd is, qui per illum hæc prædixisset, possèt quoquè verba in opus deducere, neque reputans impensarum multitudinè, neq; quòd maior esset conatus, quàm qui eius viribus conueniret, ei, quæ omnia potest, fidei rem credens, opus cœpit vrgere: & illud quidem minus & vetus templum relinquit in priori figura, vt sic omnibus ad spectandum propositum, apertius quàm lingua prædicaret Theologi prophetiam: alterum autem ei excitat maximum & pulcherrimum, in orbem quidem varijs porticibus atrijsque & vestibus, quæ vel ante templum elegatè præ se ferunt speciem, compræhendens: id autem veluti quandam magnam stellam vel lunã, à multis ijsque pulchris stellis circumdatam, in medio erigens. Qualis enim id complexa sit pulchritudo, columnarum splendores, & colores, & magnitudo, lapidumque fulgor, & claritas materiæ, aurum tectum supra illustrat, & ubique picturæ, quæ artis quidè perfectione mentes obstupesciunt, oculos autè demulcent varietate materiæ. Iam verò domum venerandæ illuminationis, aut eam quæ est constituta ad reponenda sacra vasa & donaria, quomodo quis dicens, non minus dixerit, quàm postulet operum dignitas? Ipsorum autem vasorum multitudinem, aut materiam, aut artem qui volet oratione persequi, sciet omninò, se ea solùm mirari posse, non lingua exprimere. Adèd sunt omnia æquè excellentia, vt etiam si nemo prædixerit, vel ex hoc possit esse manifestum videntibus, quòd ea mente diuina processerunt, & manu diuina opem ferente è superis.

Omnibus autem conuenientibus, noui quidem templi, vt par est, encænia celebrantur, & dies quoquè, quo ipsa martyr certamen consummanit, ipso, inquam, Decembre. Vocabant autem encænia & fideles Imperatores & sacrum Senatium, & vniuersam (vt semel dicam) ciuitatem. Oportebat autem, qui latebat, Martiani eo die videri, qualis esset moribus, qualis virtute, & quantum se vltra mandata extendebat. Nam cum tota concurreret ciuitas, & egentes vnà cum ea quodam pacto attraherentur, pauper quidam accedens ad hunc virum egregium, (ij enim exquirunt ac discunt benignas & clementes animas, non secus atquè ij, qui laborant, medicos) accedens ergò, respexit ad eius dexteram, & petijt vt acciperet aliquod medicamentum famis. Ille autem (tunc enim nihil gestabat in sinu, sed reuera habebat intra animæ sinum benignitatem multam & clementiam, cum remorus fuisset ab omnibus, & locum adspexisset valdè latètem, nullo autem alio, nisi vnà regetur tunica, quod quidem fuit ei tota vita familiare, vt duabus non vteretur tunicis: cum sic se haberet vir diuinus, etsi facile erat excusando egestatem, repellere supplicationem: nam quòd nihil portabat, testes habebat omnia intuentes oculos. Ille, perindè ac, si non daret, fieri non possèt, vt non Deo afferret molestiam, cum se ea ipsa, qua sola indutus erat, veste exuisset, dat egenti præopto & alacri animo: & deceterò habebat solam vestem sacerdotalem, & penulam, quæ corpus contegebat, quàm etiam vndiquaque contrahens, cupiebat quantum fieri poterat, latère, & id quod factum fuerat, omnium celare oculos.

Postquam autem fuerunt intra ædem sacram, ei autem diuinum celebrare sacrificium iussit primus sacerdotum: ille quidem penulam similiter contrahebat & complicabat, cupiens, vt diximus, rem latère. Qui autem aderant, & vnà cum eis Pontifex, cum oculos in eum defixissent, videt quoddam nouum & arcanum miraculum, & propemodum ijs solùm credibile, qui adspexerunt: vident eum intus indutum eximia quadã veste regia, & auro nitenti intertexta, quæ tunc etiam magis apparebat in manibus, quando eos qui accedebant, diuino corpore impertiebat. Hæc videntes, alij quidem apud se mirabantur: alij autem alijs quoquè enunciabant, nonnulli quidem vt admirantes, nonnulli

Vaticinium  
S. Gregorij  
Nazanzeni

Templum  
S. Athanasij  
sive cõdit S.  
Martianus.

Dedicatio  
templorũ,  
& natalicia  
martyrum  
etiam olim  
celebrata.

Nota in  
genem libe-  
ralitatem  
in pauperẽ.

nulli verò, vt est verissimile, etiam inuidentes. Qui etiam ad ipsum pontificem Gennadium accedentes, tanquam existimantes eum nescire, quæ eum scire maximè volebant, ei renunciant. Deindè ei etiam conabantur detrahere, & mouebant calumnias aduersus beatam illam animam. Et ille seipsum quoquè dicebat vidisse, modum autè ignorare, & se re vera de eo dubitare.

Postquam autem à Martino fuit impositus finis sacrificio, eum accersit Patriarcha, & eum seorsum conueniens, de veste repræhendit, dicens eam magis Imperatoribus conuenire, quàm sacerdotibus. Ille autem magis animi dubius, quàm is qui dubitabat, præcidit ad pedes illius, & in eos multas fundens lachrymas, negabat omninò id quod dictum fuerat, & dicebat deceptos fuisse eius oculos. Tale quid enim vel solùm cogitasse, aperta est insania. Adhæc Patriarcha (stultum enim existimabat & à ratione aperte alienum, proprijs non credere oculis) manu propria statim tangens, relaxat ipse penulam simul cum veste sacerdotali, & deceterò miraculum videbatur & dicebatur. Nam illa quidem aurea, quæ paulò antè videbatur, tunica, nusquam erat: nudus autem sanctus videbatur sicut erat, exceptis his indumentis sacerdotalibus: nudus, inquam, qui verè aureis virtutis tunicis, quæ sub adspæctum non cadunt, tegebatur. Hoc Pontificem quidem adducit in admirationem: in admirationem autem adducit etiam Imperatores, cum iam fama ad eos perueneret: clarum autem erigit trophæum simul & aduersus malignam & sceleratam Arrij insaniam, quæ, proh dolor, vsque ad id tempus defendebatur ab aliquibus. Fidelium enim multitudo, cum miraculo ei esset veluti additus animus, & in recta esset confirmata sententia, Arrij quidem dogmata respicebat tanquam nugas: ipsi autem perindè ac quædam amnium fluentia, prompto & alacri animo ad templum confluebant, partim quidem contemplaturi eius pulchritudinè, partim autem rectos quoquè audituri sermones. Tanta autem & tam innumerabilis confluebat multitudo, vt vel solùm accessisse prope ambitus, esset præmium multorum sudorum, & à multis existimaretur dignum, de quo acriter contenderent.

Conueniebant ergò, diem vnum festum frequenti decinceps tempore celebrantes. Nam ab eo quoquè frequentia fiebant miracula. Ex quibus, nè in multis dicendis immorer, aliquod vnum accipiens narro, quod satis est & ad ostendendam Magni Martiani gratiam, & quòd hoc sacrum templum Dei voluntate factum sit: Incendium, quod non multa habuit similia, exitio dabat Rostra Domini. Nam cum ignis apprehendisset loca, quæ sunt ad mare boreale, totam urbem cingebat, & sic serpens ferociter, vsque ad mare, quod est in meridie, depascebat omnia quæ intercedebant. Consequenter ergò hanc quoquè sacram ædem ignis compræhendebat imperus. Vnusquisque ergò proprijs neglectis calamitatibus, ad templum acriter procedebant, igni qui non cernebatur, eorum inflammatis animis. Homo autem Dei nihil perterritus, & ne si quidem eum in orbem circumsideret ignis, nihili faciens, sed fidei in Deum credens omnia cedere, sacris acceptis Euangelijs, in summum tectum ascendit, & stans in medio flammæ, & se conuertens ad præces: Christe Deus, dicebat, Deus patrum nostrorum, qui Abrahamæ sacrificiũ suscepisti, & quem ei ex promissione præter spem præbuiisti filium, præter spem à cæde liberasti: qui etiam in fornace Babylonica tres pueros captiuos eo effecisti potètiore: Dan. 3. ipse nunc quoquè Domine hæc tuam domum cõserua, nè lædatur ab igne: & nè concedas, vt opus tuum quod nos multo labore & tanto perfecimus desiderio, ignis destruat, nè adhuc pergat inimicus in nos insolenter gloriari, nec ora Arrianorum, qui sunt nobis propinqui, nos probis appetant: sed nunc quoquè ostende aliquid dignum tua benignitate & maiestate, ad gloriam tui nominis, & ad nostram, qui veritati credimus, gloriationem & exultationem.

Hæc cum ille diceret, vnà cum verbis effluebant lachrymæ, & ostendebant eum intus extabescere. Deindè cum subiunxisset, Amen, videbant omnes ferè qui aderant, primum quidem ignem sibilantem circa totam ædem, & in illam veluti facientem impetum: deindè verò recedentem, & veluti repressum à quadam inexpugnabili & fortissima virtute. Certè hæc quoquè sacra ædes, quomodo diuinorum puerorum aliquando corpora tota illæsa, tota intacta, in tanto, ô Christe Seruator, igne est conseruata. Nec hoc solùm, vt iam antè diximus, sed plurima quoquè alia admirabilia in hoc templo ostenduntur: multa quidem & tunc per Martianum, multa autem post illius

Habet virtus  
semper  
emulos suos.

Arrianismo  
necdum  
extinctus.

Claret miraculis  
Martianus.

Gen. 22.  
Dan. 3.

Precibus  
incendium  
auertit.

Miracula.

quoque mortem, partim quidem magna inter martyres Anastasia: partim autem ipsa quoque communi omnium regina, intemerata, inquam, Deipara operare. Quæ quidem euidentissimè apparens ijs, qui in eo sunt paulò meliores, cum figura & forma consueta, nò solùm in somnis, sed reuera, causa est vt fugentur dæmones, morbi & ægritudines: veneficijsque & alijs malis medicamentum verè est inexpugnabile. Sed hæc quidem dicere certamè est non facile, & enumerare perindè est, ac mare metiri cyatho.

Quòd autem non solùm viuì, vt rectè viuerent, sed etiam iam mortui, vt viuèrent, in hoc templo acceperunt, iam volens declarare oratio, inueniat eorum, qui adsunt, aures paratas ad accipiendum miraculum. Mulier quædam ex superiori porticu dexteræ partis despiciens, & plùs, quàm tutum esset, se in altum extollens, simul & cadit ex alto: & sibi quidem mortem affert, affert autem, pro dolor, mortem quoque foerui, qui in ea habitabat. Quòd quidem cum vidissent diuinus Martianus & populus, id ferre non poterant: sed in medio festo erat lamèntatio & lachrymarum occasio id quod acciderat. Verumenimuerò is qui est natura bonus, non sinit diù dominari illam affectionè: sed antequàm è templo exirent, qui congregati fuerant, (oportebat enim simul & Dei clementiæ, & in eos, qui ipsum amabant, gloriæ opus conspici) cum in altum manus sustulisset Martianus, & communiter oraret cum populo, & mulier surrexit præter opinionem, & intus motus est infans admirabiliter. Sed de miraculis quidem satis sit in præsentia.

Insigne miraculum.

Tèplū tres &amp; Theodori.

Oportet autem omninò alia quoque templa complecti oratione, quæ ille piè ac religiosè edificauit: Irenes, inquam, quæ est inter martyres admirabilis, quod est ad mare positum: & eius, quod est illi continens, diuini scilicet Theodori. Hoc enim templi martyris Irenes, erat quidem in principio, neque propter magnitudinem, nec pulchritudinem, nec vllum alium ornatum aut magnificentiam, dignum quod spectaretur. Sed Deo omninò curæ fuit id excitare in eam, quæ nunc cernitur, magnitudinem & pulchritudinem. Quamobrem Gennadio quoque; Patriarcha diuina quædam apparet visio. Dicebat autem visio: Solue hoc templum: tempore enim tui successoris sum id rursus excitaturus. Atque ille quidè simul iussum impleuit, & vitam finijt. Martianus autem ille admirabilis, cum ad eius aures peruenisset hæc visio, atque ei etiam fuisset tradita magnæ ecclesiæ dispensatio, existimans somnium id ad se deferre, varias apud se versabat cogitationes, quonam modo fieri posset, vt ei succederet hoc opus ex sententia. Inscientibus itaque, ferè omnibus, cum paucis aliquot illuc venit. Deindè etiam cum ipsos iussisset recedere: iam enim erat nox: solus & genu & anima Deo inclinata, vbi nunc sacra ara est posita, Deus, orabat, dicens, qui execranda templa simulacrorum tuo nutu & salutari voluntate euertisti, ab eorum autem deceptione opus tuarum manuum liberasti: ædes autem sacras & templa sancta excitari iussisti, in quibus tu quoque semper diuina multa signa peragis: ipse nunc quoque conuenienter tuo diuino promisso, ad hunc locum respice, & eum sanctifica tua ineffabili gratia & virtute: per nos Domine excitans iam tibi præcognitam domum ad tuam gloriam, ad nostram exultationem, ad multarum animarum salutem, quæ tuum nomen inuocant. Certè Deus & rex omnium, cuius voluntati cedunt omnia, & cuius verè est opus cogitatio. Cum sic orasset, eius oculis somnum immittit Deus, & statim ei ostendit in somnis, & templi situm, & magnitudinem, & aliam omnem ædificationem. Deindè etiam diuinam tanquam in somnis audit vocem: O Martiane, fieri possunt omnia credenti.

Deus vult templa extrui.

Visio S. Martiani.

Psal. 23.

Templi mira elegantia.

Cum itaque surrexisset, metu & gaudio plenus, accedit ad archiepiscopum, & exponit visionem. Illius autem gratum assensum assecutus, ad opus aggreditur, & vt, prout ei ostensum fuerat, ædem faceret magnificam, cum proximum mare, quod tunc templi fores propemodum alluebant, labore & magnis sumptibus effodisset, templi sic iacit fundamentum: ad eò vt huic quoque templo conueniat, quod dictum est: Ipse super maria fundauit eam, omnium scilicet opifex. Iactis autem fundamentis, reliqua quoque pergit edificare. Magnificas enim columnas per seriem vtrinque statuens, deindè alias ijs supernè imponens, effecit inferiores & superiores porticus. Deindè cum totam ædem omni ex parte comprehendisset, ita tectum imponit, maximis id complexus trabibus. Quid autem dixerit quispiam, quàm sint validi parietes, quàm sit amœnum pauimentum, quàm sint alia omnia ornata, accurata & elegantia?

Nam

Nam vbi cunquè quispiam oculum defixerit, existimàs se immorari in eo quod est pulcherrimum, deindè rursus aliud attenderit: eum poenitebit moræ, quam in priore traxerit: & sic omnia peruadens inueniet, cum semper id quod præcessit, videatur vincit ab eo quod adest. Cuiusmodi autem inuasit quoque dæmon, hoc præclarum opus impedire aggrediens? Nam cum duæ magnæ columnæ, quæ stature erant ante aram venerandam, iam essent erigendæ, altera ex ijs manibus hominum diù parere noluit, vixque contineri poterat, & à statu concinno diuertebat, & instrumenta continenter dirumpebantur: ijsque, qui ad hoc ministrabant, defatigata iam erat industria. Tandem cum fieri posse veluti desperasset, ad sanctum vno consensu accedunt, & id quod factum fuerat, renunciant. Is autem non statuit se dēdere ocio & socordia. Neque verò afferendi remedij spem abiicit, respiciens imbecillitatem cogitationum & manuum humanarum: sed spei in Deum vniuersum permittens, venit ad locum. Et cum primo manus extendisset, & se totum contulisset ad precationem, & figuram crucis signasset, increpauit dæmonem, qui erat causa impedimenti: Inimice, dicens, & hostis omnis boni, cessa inuidere & ea impedire, quæ fiunt ad Dei gloriam. Deindè ipse quoque cum alijs, manibus iam senio affectis, opus vnà attingens, magnū attulit momentum, ex spiritu potius, vt ita dicam, quàm ex corpore: & propinè moueri coepit columnæ status, & cessit manibus. Apparet autem in hodiernum vsque diem in columna miraculū, per hoc quòd à recto paululum declinauerit. Hanc autem dicimus columnam, quæ posita est à sinistris aræ sacræ ijs, qui adspiciunt ad Orientem.

Precibus &amp; signo Crucis dæmon enervatur.

Sed quomodo pulcherrimi quoque ab eo constructi illuminatorij, quod quidem solemus vocare baptisterium, paucis explicare quis possit pulchritudinem, quod videntibus cum admiratione magnam profundit voluptatem? Compræhensum enim est à quinque porticibus, sicut Probatam quoque aiunt piscinam, quæ est in Hierusalem. Sed hic quoque, maiora, quàm illic, videntur fieri miracula. Nam in illa quidem erat qui accedebat angelus, & vno die vnus assequatur curationem. Hic autem non est seruus qui ministrat, sed aduenit quidem Dominus. Curatio autem nò vno fit die, sed assidue: & non solùm corporum, sed etiam apertè animarum. Ostendit autem diuinus Martianus hac quoque, figura baptisterij, se vniuersum fecisse ad formam huius, quæ sermone celebratur, piscinæ. Cum enim tectum tholis diuisisset, & aureis lapillis quæcunque erant illius ornasset, & ægrotorum figuras descripsit ad vnguem, & ipsum etiã Christū egrotos curantem: vt non solùm eos qui laborant, sed medicum quoque videre liceat. Optimum autè fuerit, non ita valde indigendo præsentis oratione, ea quæ dicta sunt, ipsis oculis apprehendere. Nam quæ illic sunt, maiora esse existimo, quàm vt ea possimus oratione contemneri, & quæ possit solus visus comprehendere. Quamobrem ea quidem statuo prætermittere. Quæ autem sunt his germana, & simul propinquo tempore perfecta fuerint, ea dicam vti quæ: & quod iam mihi fuit in memoria, diuini Isidori templum, adhuc magis literis memoriæ mandabo.

Baptisterij mirifici operis. Iohan. 5.

S. Isidori templum.

Cum diuinorum oratoriorum ædificationis quodam vehementissimo teneretur amore bonus re vera Martianus, nec magnum quoque neglexit Isidorum: sed vt eius sacras afferret reliquias, & magnificentissimam ei ædem extrueret, magno sibi duxit studio contendendum. Nec cessabat omnem locum considerare ac contemplari. Et idè adhuc quidem differebatur ædificatio. cum autem eius collegisset reliquias, & in loculo deposuisset, eas statuit in præsentia seruare in hoc templo martyris. Vbi autem breui aliquo post tempore aggressus est eas transferre, accidit ibi aliquid admirabile & arcanum. Neque enim ipse, nec alia manus hominū potuit thecam amplius mouere. Diuinam ergo aliquam rem esse arbitratus, & cum alioqui ei in somnis ipse significasset martyr, se loco delectari, neque velle hinc suas transferri reliquias, deinceps patris visioni, construxit hæc ædem, quæ sita est prope templum martyris Irenes. Quòd hæc ædes autem sit grata martyri, per multa hoc signa significat, euidenter apparens, & magna miracula assidue efficiens, & à dæmonibus quidem liberans eos qui ab eis detinentur: naufragis autem fluctus sedans, & ventorum sequitiam increpans: eos qui molestia afficiuntur, consolans, & tristitiæ causas eis adimens, & alioqui egrotantibus aut egentibus ea, quæ sunt grauias, cessare faciens: & quæ bona sunt, præbens. Hæc cum magnus perfecisset Martianus, & his veluti alijs muris aureis, ornatis gratia & securitatis, ciuitatem decorasset, dissoluit vitam in profunda senectute, priusquam maximo

Nota miracula de sacris martyris reliquijs &amp; miraculis.

*S. Martiani  
obitus.*

ximo templo Irenes celebraret encania: hoc veluti excedenti appositum quidpiam elocutus: Hæc ambo in manus tuas commendo Domine, nempe animam quam ipse creasti, & templum quod ego tua voluntate construxi. Quæ cum dixisset, decessit decimo mensis Ianuarij.

*Celeberrima eius sepultura.*

Concurrunt autem vniuersa ciuitas, deductura reliquias, ipseque qui tunc erat pontifex, & quicumque erant fortis Ecclesiasticæ, & multitudo monachorum, & cœtus honestarum mulierum, & ex magistratibus, quotquot erant pij ac religiosi. Atque sacras quidem eius reliquias Iohannis Baptistæ monasterium, quod etiam dicitur Daniels, suscipit: quod situm est prope diuinum templum præclari martyris Mocij: quod ipsum quoque fuit opus illius manus, vel, vt verius dicam, propositi. Quo quidem in loco in hodiernum vsque diem præclare & piæ eius memoria celebratur. Aedis autem magnæ Irenes, quam ipse fuerat fabricatus, maximè pia Verina (ea autem erat vxor Magni Leonis) curam suscipit. Quæ quidem, quæ ei ad ornamentum decrant, implet diligentissimè, auroque testum ornat magnificè. Hæc autem declarat, quæ illic est inscriptio. Templi verò encania quotannis peraguntur vicefimo Ianuarij. Quo tempore magnus quoque est concursus multitudinis, & frequens in ore omnium decantatur Martianus, tanquam illius filias hæc duo templa vidente multitudine, & eius memoriam per ea renouante: adeò vt nonnulli inter se lepidè dicant cum voluptate: Ecce hæc quoque est alia filia magni Martiani, pulchritudine & magnificentia soror magnæ Anastasie. Quod certè ille quidem ipse solummodò de diuina dixit Anastasia, quemadmodum censuerit quispiam esse prætermittendum? Nam cum quidam ex eius familiaribus magnam miraretur impensam: Si desponsurus essem, inquit ille, meam filiam, non quæ ad eius decorem pertinerent & ornatum, statuerem mihi esse præbenda quam possèm magnificentissimè? Nunc autem cum impensas statuerimus facere in templum sponsæ CHRISTI, & sponsæ adeò pulchræ, & quæ pro ipso sanguinem non parit fundere: non longè amplius & alacrius sumus sumptus facturi, nullumque ornamentum speciemque & elegantiam prætermitturi? Tam splendidus & magnificus erat Martianus in ijs, quæ DEO grata erant, operibus: neque vllis parcebat sumptibus.

*Studij eius  
erga sepeliendos mor-  
tuos.*

Etenim non harum solum fuit conditor, sed multarum quoque aliarum ædium non tantum se præstitit opificem, verum etiam refectorem atque reparatorem. Vt magni quoque martyris Theodori, qui fuit in Tanaro: & Stratonici martyris, qui fuit Rhegij. Et quod est magis admirabile, cum in sacris ædibus eius esset manus tam liberalis, ea erat multo magis profusa in cura gerenda pauperum. Quod quidem nunc vult cursim persequi oratio, adeò vt non solum manifesta fieret illius in egenos benignitas, sed hæc ipsa quoque beneficentia qualibus donis dignaretur illius amatores. Non enim vir ille admirabilis obiens plateas & ciuitatis angiportus, huius quoque curam gerebat. Sicubi inuenisset mortuum præ nimia paupertate abiectum, & cuius nemo curam generet, & quem talem vidisset, tanquam magnum aliquod lucrum assècutus, eum lubenter videbat: cumque eum diligenter lauisset & induisset, & alia iusta pro more ei fecisset, deinde etiam mortuum tanquam viuum alloquebatur: Agedum, dicens, sis quoque nobiscum particeps eius, quæ est in Christo, charitatis. Quæ cum sic diceret, habebat eum qui iacebat, audientem. Surgebat enim, (ò miraculum, quod verbis non potest explicari) & bonum amplectebatur Martianum, curam quæ eius gerebatur, non illum, sed Christum potius ostendens suscipere. Deinde sic mortuus, rursus erat mortuus: & talis videbatur ab ijs, qui erant superstites. Hoc autem fuit aliàs quoque cognitum: sed ex hoc euasit manifestius.

*Moneta  
ænea.*

Media nocte, quando maximè putabat fore vt à nemine videretur, vtitabatur ad quandam argentarium sibi familiarem, vt aurum permutaret: & accipiens multum minutæ monetæ æneæ, vt haberet quod posset distribuere pauperibus, statim reuertebatur. Argentarius autem accipiens noctem intempestiuam ad lucrum occasionem, iniqua trutina ponderabat aureos. Ille autem nihil contradicens, nec omnino accuratè considerans, apertè ostendebat se omnia permittere conscientie eius qui ponderabat. Cum autem hoc sciret, & Martianus simulans se non intelligere, nequaquam insimularet argentarium, eum magna subijt admiratio: & simul tempus considerans, nempe medium noctis, ad meliorem venit considerationem: cœpitque suspicari id, quod erat veritati pro-

propius, & Martiani vitæ conuenientius. Vnum certè ex suis pueris iussit eum sequi egredientem, vt sciret, quidnam ab eo illa minuta fieret pecunia. Neque enim ab argentario cognoscebatur Martianus, vt qui apertè vultum celaret, quando ad ipsum ingredebatur, vt illam minutam acciperet pecuniam. Atque puer quidem sequebatur. Postquam autem incidit vir diuinus in quendam pauperem mortuum in lecto iacentem, & accipit eum ex quadam cauponis domuncula, lauit & induit: & cum surrexisset, est amplexus, & eo deinde reclinato, rursus abijt: puerum, cum hæc vidisset, horror inuasit, & conuersus, quam citissimè fieri potuit, omnia declarat ei qui illum miserat. Illum autem subiit poenitentia eorum, quæ fecerat: & quod se iniquissimè in sanctum gesserat, desebat, & poenas sumebat de sua conscientia. Certè cum is rursus venisset, vt faceret similia, præcidit ei ad pedes, & confessus est ea, quæ malè fecerat: & quicquid per fraudem lucratus fuerat, enumerauit. Ità bona tacens actio plura potest facere, quam verborum multitudo: & quibus nihil prostant reprehensiones & suasiones, ijs opus latidabile procedens silentio, & latenter transmissum ad eorum conscientiam, meliores reddidit, & effecit vt bonum sua sponte discerent. Diuinus autem Martianus cum dixisset se fuisse nulla læsètum iniuria, ab eo quod dabatur, & eo qui dabat, se deinceps abstinuit: non tanquam improbum aliquem auersans: illi enim non solum ignouit, sed etiam professus est se eum habere amicissimum: sed toto pede fugiebat cramben, ex vana gloria proserpentem, & non volens sua alicui homini fieri manifesta, sed ea apud Deum solum reponens. Licet ergò ei qui velit, considerare, quidnam prius possit admirari, insignène miraculum, an beneficentiæ studium, an in vniuersa machinatione eius animi libertatem. Verumenim uerò de illius beneficentia oratio aliud quoque bonum mihi reuocat in memoriam.

Hæc virtus ei tantæ erat curæ, vt propter eam ne in meretricum quidem domos venire dedignaretur, neque eam rem esse turpem existimaret: sed ad illum ipsum, quæ diligebat, Christum aspiciens tanquam ad exemplar, qui cum publicanis & peccatoribus propter eorum salutem sæpè habuit consuetudinem, & malis suaderet mulieribus, quæ erant salutaria: quibus nonnunquam inopia erat causa sui interitûs, dum vellent, pro dolor, suo corpore quæstum facere. In eas ergò magis erat profusus, & dextera magis promptus optimus Martianus: & maximè si contigisset festum agi die sequenti. Tunc enim erat paratus plura eis præbere, quam illæ erant accepturæ ex abominanda nequitia: persuadebatque eis & vitilauacro, & se in sequentem diem seruare impollutas, & ad ecclesiam deinde accedere, & recordantes eorum quæ præcesserant, horribilis gehennæ metum sibi incutere, & Deum placare lachrymis. Quod quidem cum sæpè factum esset, nonnullas boni vincebat consuetudo, diuinusque eis ingruens metus efficiebat, vt non solum stupris, sed omni etiam ornamento valedicentes, ad monasteria & asceteria, id est, loca in quibus se exercerent, prompto & alacri venirent animo. Multæ quoque, ex ijs statuerunt ire Hierosolyma, cum ab illo accepissent sumptus, qui sufficerent ad viaticum. Quæ cum vitam maximè paratam & priori ex diametro oppositam ostendissent, ne boni quidem spiritûs donorum suere expertes: sed aliæ quidem ex ipsis mortuos soluerunt oratione, aliæ autem dæmones quoque, quos prius diligenter coluerant, facile eiecerunt ex hominibus. Hæc ille, non vt faceret aliquis ex ijs, qui magnis affluunt opibus, id quod redundat ex inaniens, sed propter magnum quod egentibus afferebat auxiliû, ne ipsis quidem parcens necessarijs. Sed nonnunquam cum omnia etiam extulisset & erogasset, quæ habebat in manibus, sibi solam spem bonæ & ad Deum solum manus adspicere, relinquebat: adeò vt cum alijs, quæ habebat bonis, etiam quod ad nihil possidendum attinet, primas partes nulli cederet.

Huius autem quod dico, signum est. Dicitur enim, quod à festo sanctorum reuertens aliquando: nam nec ijs, nec Domini, quæ sit in medio multorum, laudationi decrat diuini cultûs & religionis gratia. Reuertens ergò, quoniam pluuiam erumpere contigerat, madefactus & domum ingressus, cum se inclussisset & vestem exuisset, paucis exiebat carbonibus. Accidit autem, vt Dei amantissimus pontifex tunc eum accerseret. Qui autem missi fuerant, cum domum inuenissent clausam, pulsabant ostium, & iubebant egredi. Illum verò pudor, ne nudus videretur, cogebat intus manere, quoniam ne alia quidem ei vestis aderat, vt posset indutus progredi. Et ideò renunciauit quidem se venturum, sed tamen adhuc differebat, donec vnus ex ijs qui aderant, se ge-

*Mortuum  
Martianus  
lauit & in-  
dult.*

*Fugit vanâ  
gloriam.*

*Meretricibus  
quoque præ-  
stat benefi-  
cia, vt reser-  
piscant.*

*Quædam ex  
ijs, ad bonâ  
frugem se  
recipiunt.*

*S. Marciani  
magna pau-  
perum.*

*rens*



rens paulò curiosius, cum vni foramini oculum admouisset, & contemplatus esset id quod fiebat, & ipse repletus fuit admiratione, & effecit vt alijs vteretur huius rei re-  
sibus, dum suis cernerent oculis. Postquam itaque id quod visum fuerat, omnes ob-  
stupefecisset, reuersi sunt, & Patriarchæ cum admiratione omnia aperuere. Illi autem nõ  
modò venit in mentem admirari, sed potiùs eos increpare, quòd ex adeò paruis statu-  
erint magnum iudicare Martianum, cum liceret ex multis alijs, & quæ nullus posset  
alius facillè efficere, illum existimare admirandum & beatum.

Est apud  
omnes in  
magna ve-  
neratione.

Quanta autem fuerit ex æquo omnium in hunc magnũ reuerentia, populi, inquam,  
& Senatũ, & ipsius Imperatoris, testatur quidem fama: testantur autem etiam, qui  
tunc fuere potentissimi, Aspar & Ardaburius. Qui etsi essent mala opinione præditi, &  
ijs qui rectè sentiebant, inimicissimi, diuinum tamen Martianum ne facillè quidem in-  
trueri poterant, insignem eius virtutem reuerentes: & ideò illi magnum honorem tri-  
buebant, & templum magnæ Anastasię, quod ab illo fuerat conditum, preciosis vas-  
is ex auro & argento factis decorauerunt. Ille autem donum remunerans, decreuit vt di-  
ebus solennibus, patria eorum lingua (Gothi enim erant) diuinitus inspiratæ scriptu-  
ræ in eo templo legerentur. Sed Byzantinis quidem erat Martianus adeò venerandus,  
Vocabat autem fama eas quoquè, quę procul sitæ erant, ciuitates, & vndiquè consu-  
ebant: alij quidem percepturi peccatorũ curationem, alij verò morborum: & nec de-  
erant quidem, qui à Roma veteri veniebant. Inter quos alio quoquè, quod factum est  
dignum memoratu, non par esse arbitror fraudare vestras aures.

Morbida  
mulier cu-  
ratur ab eo.

Quædam enim mulier laborans diurno fluxu sanguinis adeò grauitè, vt omnis  
medicinæ, quòd ad eam attinebat, vanum existimaretur studium & superuacane-  
um. Ea, Roma relicta, (eam enim vocabant diuina signa Martiani, quę canebantur ab  
omnibus) peruénit Constantinopolim. Neque verò eam tantum iter confecisse po-  
tuit, vt quę tanta vexatione nihil dignum consecuta sit: sed simul vt ad iustum access-  
sit Martianum, & morbum significauit, curata est mulier. Talis enim fuit hic vir diui-  
nus, vt nec tactu quidem scire, sed sola precatione & nudo adspectu liberaret eos qui  
accedebant, & ei exhibebant negocium. Tantis quidem fuit Martianus miraculis. Ta-  
lis autem ijs quoquè, quæ rectè & ex virtute gesta sunt, conuenienter diuinæ promiss-  
sioni, quæ dicit: Eos qui me glorificat, glorificabo. Cuius intercessionibus nobis con-  
cedatur, illius esse bonorum participes, in Christo IESV Domino nostro, cui gloria  
& potentia nunc & in secula seculorum, Amen.

1. Reg. 2.

**VITA S. GVILHELMI, ARCHIEPISCOPI BITVRICEN. ORDINIS CISTERTIENSIS, PRÆCIPVE QVAM**  
*gessit toto illo tempore, quosuit pontifex: scripta ab eius quodam contemporaneo,  
& qui satis indicet, se res compertas & sui temporis conscribere: qui tamen  
quòd in plerisque verbosior esse videatur, per F. Lauren. Surium,  
mutato stylo, in compendium redactus est.*

10. IANVAR.  
Henricus  
Archiepis-  
copus Bit-  
uricensis.



VM ex hac luce migrasset felicis memorię Henricus Bitu-  
ricensis Archiepiscopus, qui inter nos degens, erga clerum  
& populum summa semper vsus est mansuetudine & hu-  
manitate: paucis post diebus Ecclesię illius Clerici ad eli-  
gendum idoneũ successorem cõuenere: sed cum primum  
inter se non concordarent, tandem ex instinctu spiritus san-  
cti in eam pariter iere sententiam, vt ecclesię Parisiẽs an-  
tistitem, qui ex illorũ collegio ad id erat dignitatis assum-  
ptus, accessissent, eius in Episcopo eligendo consilio & pru-  
dentia vsuri. Erat enim vir magnus, & cunctis venerabilis,  
consilijs prouidus, iustus ac timēs Deum: cumq; erga ali-  
as Galliarum ecclesias multa vteretur sollicitudine, æquum esse existimabant, vt matri-  
suæ, id est, ecclesię desolatæ, in qua à teneris annis fuisset enutritus, tam necessario tem-  
pore minimè deesset. Ille verò nullas neccens moras, tãquam deuotus filius afflicte ma-  
tri omnibus quibus posset modis consulturus, vocatus mox aduenit. Itaq; vbi ad præ-  
fixum

fixum diem conuentum est iterum ab eius ecclesiæ clericis, post multam deliberatio-  
nem, id tandem omnibus vnanimiter placuit, vt ex ordine Cisterciensi, cuius tum erat  
in ecclesiã Dei eximia sanctitas, Abbas aliquis in pontificem deligeretur. Ibi tum in-  
ter ceteros quos morum sanctitas commendabat, crebrò nominatus est Guilielmus,  
id temporis Caroli loci religiosissimus Abbas: qui postquam arduum illud amplexus  
fuerat institutum, in dies ad perfectiora contendeat, & sicut generis nobilitate, ita vi-  
tę sanctimoniam ceteris antecellere videbatur. Tandem ex compromisso & hinc & ali-  
os, ab ipsis nominatos, ad Parisiensem episcopum derulerunt, ex eius arbitrio pro-  
culdubiò suum antistitem habituri, quem ipse esset indicaturus: quippe qui illorum  
omnium mores probè cognitos haberet. Sed quia iam hora tardior erat, vir ille pru-  
dentissimus noluit in re tanti ponderis præcipitare sententiam: sed negocium omne  
in diem alterum distulit. Etsi autem inuitus admodum eam in se prouinciam recepit,  
nulla ratione recepturus, nisi schismatis certa discrimina impendère vidisset: at cessit  
tamen, decreuitque ea nocte solitis vigilijs & precibus incumbere, & diuinum implo-  
rare auxilium, vt Dominus desinitus ecclesię pasto rem idoneum daret.

Ordinis  
Cisterciens-  
is sanctitas

Sequenti indè die in beatissimæ Mariæ virginis templo manè sacrificium Missę cum  
ingenti deuotione obtulit. Aderant verò illi duo eximie sanctitatis & prudentię viri,  
quorum vnus postea Turonensi, alter Meldensi ecclesię præfectus est: Sub horũ con-  
spectu schedulas, quibus cera ob signatis Abbatum nominatorum erant inscripta no-  
mina, sub altaris palla reposuit, penitus ignorans, quę cuius nomen haberet. Absolu-  
to autem sacrificio, cum lachrymis & multo gemitu humi prostratus, orat Dominum  
Iesum & eius sanctissimam genitricem, vt qui solus corda nõset omnium, ostendere  
dignaretur, quem vellet eius ecclesię pastorem constitui. Expleta oratione, nihil iam  
hæsitans de misericordia Dei, surrexit, & ex omnibus schedulis vnã solam appra-  
hendens, nomen inuenit domini Guilhelmi Caroli loci Abbatis: moxq; rem duobus  
illis socijs suis indicauit: atque vnã cum illis properat ad clericos congregatos, & ipsi-  
us aduentum præstolantes. Interim rem apud se & duos illos tacitam habet, dilaturus  
eius propalationem, donè certius aliquod diuinitus indicium appareret. Et ecce non  
minima pars eorum, qui cõuenierant, obuiam illi procedit: vna voce clamitãt omnes  
Guilielmum Abbatem, vtpotè virum religiosum, iustum, sanctis moribus conspicuũ,  
facris instructum literis, illustri ortum profapia, reliquis omnibus debere anteferri. Itã  
Dominus Iesus, quem ipse iam designasset pontificem, illorum quoquè animis inspi-  
rauit. His verò auditis, & lætitia & admiratio cepit Episcopum, itã vt lachrymas tene-  
re non posset, videns rem diuinitus geri, exclamauitque: A Domino factum est istud:  
simul Deum benedicens, mox properat cum illis ad reliquos paucos, qui in electionis  
loco permanerant: atque indè cum omnibus ad beati Stephani metropolitanam ac-  
cessit ecclesiam: vbi ante aram prostrati cum preces Domino fudissent, ex omnium  
fratrum voluntate & consensu, ipso die S. Clementis Guilielmus Abbas in archiepi-  
scopum & totius Aquitanie primatem eligitur. At illum quidẽ res tota latebat: post-  
quam verò illi innotuit, nõ est superbia elatus: immò verò dolere cœpit & mœstus es-  
se, quòd à sublimi diuinarum rerum contemplatione animus ad tractanda secularia &  
temporalia deinceps auocandus esset. Hinc ergò gemitus, hinc ex imo pectore ducta  
suspiria. Sed quanto ille à tanti honoris dignitate magis abhorrebat, tanto honor ipse  
eum archiũ complexus est, vt possit de illo quoquè dici, quod de S. Paula D. Hierony-  
mus ait: Fugiendo gloriam, gloriam merebatur, quæ virtutem quasi vmbra sequitur,  
& appetitores sui deserens, appetit contemptores.

Petit in  
episcopum  
Guilielmus  
abbas.

Eligitur ab  
omnibus.

In vita S.  
Paula.

Interea positus in deliberatione, quid potissimũ sequi deberet, recipere tam mo-  
lestum in se onus, an fugere potiùs: videt solennes ad se venire nuncios ecclesiæ Bitu-  
ricensis, obnixè rogãtes, vt vocationi diuinę obsecundet, & electioni de ipso factę af-  
sensum præbeat. Et hi quidẽ, licet cum veneratione multa suscepti, passi fuissent haud-  
dubiè repulsam, nisi maior auctoritas obstitisset. Accessit igitur ad has preces Cister-  
tensis Abbatis mandatum, cui iam reluctari nisi suę professionis vellet esse transgres-  
sor, nõ poterat. Et nõ posset vlla ratione effugere, addidit grauius præceptũ etiã Aposto-  
licę sedis legatus, qui id tẽporis in Gallijs erat. Scripserat autẽ vterq; epistolã ad illum,  
plenam ponderis, admonentem illũ, nõ se diuinæ voluntati præberet refractariũ: cogi-  
taret verò quandoq; reuerfurum Dominum, & talenta collata repetiturũ cum vsuris.

Compelli-  
tur electio-  
ni assentire.

Ita igitur ille compulsus, licet valde in initio reniteretur, seque indignum clamitaret, velle tandem cogitur, quod nolebat, sciens meliorem esse obedientiam quam victi-  
 mam. Valedicens vero fratribus, quibus praeferat, nec sine multis lachrymis multoque  
 cordis gemitu, singulorum se precibus commendans, recessit ab illis corpore tantum,  
 non animo. Porro festinus iter habuit Bituriges: quod cum peruenisset, a populo & Cle-  
 ro, illi procedente obuiam, in primis reuerenter acceptus est: deinde ab episcopis ritu  
 solenni consecratus, curam commissi sibi gregis, non ut mercenarius, sed ut verus pa-  
 stor suscepit. Et ne sibi deesset, sui que ipsius curam neglexisse videretur, omnes ani-  
 mi motus ita studuit rationis continere imperio, adeoque omnia quae sunt in mundi hui-  
 us contemnere, ut nihil in ipso reprehensione dignum animaduerti posset a subditis,  
 quibus se ipsum virtutis & sanctitatis atque bonorum operum exemplar praebere vo-  
 lebat: non ignorans, quod semper componitur orbis Regis ad exemplum: nec sic in-  
 flectere mentes humanas edicta valent, quam vita Regentis. Domabat carnem, ut  
 & antea consueuerat: & qui cunctis animi perturbationibus & affectibus a puero bel-  
 lum indixerat, nunc acrius indicit, ut posset ex sententia dicere cum Apostolo: Casti-  
 go corpus meum, & in seruitutem redigo: ne forte, cum alijs predicauerim, ipse re-  
 probus efficiar. In opibus & copijs, in honore & dignitate eximia, quae solent permul-  
 tos euertere, pauper esse spiritu studebat: inter lautas epulas & in ciborum apparatu  
 nouerat esurire: inter vestitos mollibus asperrimo cilicio terebat corpus, monastico  
 retento habitu, ut non tam pontifex quam monachus videri posset. Vestes habebat,  
 quae corpus tegerent, non quae luxum & pompam praeseferrent: neque his quic-  
 quam aut aspera hyeme adijci, aut feruente aestate detrahi sinit: pondere illarum pre-  
 sus potius, quam adiutus. Ab eo tempore, quo, relicto seculo, monasticum vitam ge-  
 nus amplexus est, nunquam carnibus vesci voluit: licet ob gratiam hospitum, tam ex  
 aucupio quam venatione apparata fercula iuberet mensae suae inferri, cum id ratio  
 postularet. Inter mundanos strepitus & aule tumultus, inter litigantium rixas & con-  
 trouersias pacem peccatoris ita coluit, ut etiam cum his qui oderant pacem, foris pa-  
 cis studiosum se exhiberet.

Cum sciret autem non posse eum incendere alios, qui ipse non ardeat, igne sancti  
 spiritus inflammatus, subditos quoque suos accendebat sanctae conuersationis exem-  
 plis: non modo nulla admittens illicita, sed a multis etiam licitis ultra abstinentes. Si qua  
 autem ab alijs essent mala perpetrata, ea haud secus atque propria lugebat: ut de diuer-  
 so bonis alienis non aliter quam suis delectari videbatur. Interioris hominis sui macu-  
 las, si quas inuenisset, lachrymis compunctionis diluebat: ita ut deinde facilius non  
 modo festucas, sed etiam ingentes vitiorum trabes, ab aliorum oculis verbo sanctae  
 praedicationis & irreprehensibilis conuersationis exemplis amoueret. Cauebat enim,  
 ne si proprijs scateret morbis, audiret illud sibi obijci: Medice, cura te ipsum. Qui enim  
 apud Deum pro alijs intercessor est, non debet suis offendere culpis, quem pro alienis  
 deprecatur. Verum in numero cum sanctus pontifex nihil sibi male esset conscius, at  
 tamen seruum se putabat inutilem, semperque sibi ipsi suspectus & pauidus, ibi etiam  
 culpam agnoscebat, ubi non erat, clamans cum Propheta: Delicta quis intelligit? Ab  
 occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.

Porro non ignorans virtutum omnium custodem fidissimam, esse humilitatem: tum  
 quoque vnigenitum aeterni patris filium, cum Dominus esset omnium, non tamen ve-  
 nisse ut ipsi ministraretur, sed ut ministraret, ad illius se componens exemplum, omni-  
 bus humilem & benignum sese exhibuit: quantoque maior erat ex dignitate ponti-  
 ficia, tanto se gerebat summissius, humiliabatque in omnibus, memor illius aposto-  
 licae sententiae, Non dominantes in Clero, sed forma facti gregis. Valdè autem dabat  
 operam, ut nec integram vitam peruersa doctrina, nec sanam doctrinam vita impro-  
 ba deturparet. Agebatque diligenter apud subiectos, ut ex animis eorum tribulos &  
 spinas vitiorum extirparet, & virtutum semina insereret: sciens non ad ocium, sed ad  
 immensum negocium a Domino se esse vocatum, cui quandoque administrata tam  
 amplae prouinciae rationem esset exactissimam redditurus.

Esti autem ob patientiae & humilitatis studium, quas in virtutum structura funda-  
 menti loco posuerat, quibusdam videretur iustitiae censuram non nihil negligere, ab  
 ijsque propterea temerè remissus & tepidus diceretur: at Cleri tamen & ecclesiae  
 iura

1. Reg. 15.  
Eccle. 4.

1. Cor. 9.

Non depo-  
nit habitu  
monastici.Nunquam  
vescitur  
carnibus.

Luc. 4.

Psal. 18.

Humilitati  
praecipue  
studer.  
Matt. 20.

1. Pet. 5.

iura atque libertatem, in nullo passus est violari. Visus quidem fuit indulgentior erga  
 delinquentes: sed pius pastor sua patientia illos prouocabat ad poenitentiam: quos si  
 vidisset ea humanitate fieri obstinatior, iam zelo accensus iustitiae, ad castiganda &  
 vindicanda flagitia commisit potestatis gladium exerebat: nihil ea in re nec minis  
 principum, nec tyrannorum saeuitia absterritus, nec amicorum blandis precibus fra-  
 ctus aut delinitus.

Non se sinebat instar Heli sacerdotis falsa superari pietate, qui quod in corrigendis  
 filijs esset remissior, cum illis pariter extinctus est. At tamen contemplans humana  
 conditionis fragilitatem, & ex natura vitij deprauata semper in deteriora proclues  
 hominum animos, in alienis culpis propriam attendebat infirmitatem: sicque seipsum  
 considerans, libenter veniam dabat peccata sua lugentibus ex vera cordis contritio-  
 ne: ita maternis eos fouens complexibus, ut tamen, ubi res posceret, etiam paterne  
 virge adhiberet disciplinam: seuerus in vitia hominum, benignus erga naturam. Itaque  
 nec in misericordia remissus, nec in humanitate mollis, & effeminatus, nec in rigore  
 iustitiae seuerus & crudelis, nec in pietate plus equo indulgens fuit, sanandis peccatorum  
 vulneribus & vinum & oleum prudenter infundens: ut vini acrimonia vulnerum sa-  
 niem abstergeret, & olei lenitas dolorem temperaret.

Quam autem circa misericordiae & benignitatis opera sedulus & intentus fuerit, non  
 est silentio tegendum. Miseris & egenis praestabat alacriter elemosynam, sciens scri-  
 ptum esse, quod hilarem datorem diligit Deus: quosque abiectiones nouerat, eos sua  
 liberalitate solitus erat anteuertere ac praeuenire: debiles & claudos reficere, maximè  
 a quibus nullam expectaret beneficij compensationem, hospites & peregrinos non  
 modo secro recipere, sed compellere etiam ut intrarent. Eos vero duntaxat admitte-  
 bat ad familiaritatem, quos sanctitatis opinio commedabat: a quibus ut magis ma-  
 gisque disceret esurire & sitire iustitiam, crebris eorum colloquutionibus frui volebat:  
 illis planè a familiaritate exclusis, quos vel sciret notatos infamia, vel quibus ipsa fa-  
 miliaritas causa esset eius contemnenda dignitatis & functionis.

Neque tamen quenquam non amabat in Christo: immò verò prodesse cupiebat  
 omnibus. Nudos pro cuiusque conditione, paucis admodum conscijs, vestiebat: non  
 ab hominibus gloriam querens, sed mercedem expectans a Domino: Aegrotos &  
 carceribus inclusos & visitare & consolari studuit, aduersus desperationem & impati-  
 entiam, scripturae diuinæ sententijs & exemplis eos confirmans. Erant in ijs tertiana  
 & quartana febre vexati, qui concepta in Deum fiducia, quod per sancti viri preces &  
 merita curari possent, rogabant eum, ut manu ipsis imposta, febrem discedere iube-  
 ret. At ille molestissimè ferens se sanctum vel appellari, vel existimari, eos silere iussit, &  
 ad diuinam poscendam opem se conferre. Illis autem cum ingenti gemitu in sua pre-  
 ce persistentibus, ut erat mitis & humilis corde, manus illis imponebat: & alij quidem  
 quamprimum, alij paulò post integram recepere sanitatem. Ex ijs sanè quosdam nos  
 vidimus bonae existimationis viros, qui haec nobis ita, ut diximus, gesta testarentur.  
 Et quia vitæ sanctitas studiosè occultata, per miracula se solet prodere, libet hinc que-  
 dam sancti viri miracula commemorare, quae per eum Dominus efficere dignatus est,  
 dum adhuc in carne degeret.

Cum more solito vir sanctus dioecesin suam circumiret, & gregem sibi creditum pa-  
 terna sollicitudine visitaret, suumque munus fideliter exequeretur concionando, sa-  
 cros ordines conferendo, templa & aras consecrando, discordes conciliando, baptiza-  
 tos sacro chrismate confirmando: puer quidam continuo capitis tremore iam men-  
 ses tres & eo amplius agitatus, apud montem Falconis illi a parentibus offertur: quem  
 cum vidisset vir pius, manus illi imposuit, & intra triduum ille se sensit incolumem.

Capellanus S. Germani de Podio, cuius ecclesia duobus a nostra vrbe miliaribus  
 abest, dimidio ferè anno sinistrae manus officio priuatus, Missas celebrare non potuit.  
 Ea re non mediocriter ille afflictus & confusus, a medicis petijt tanti mali medicinam,  
 sed frustra. Tandem ad virum Dei venit, manu illi propè aridam ostendit. Susceptus  
 ab illo benignè, hoc responsi accepit, ut humiliter peccata sua cõfiteretur. Abijt ille,  
 accepta prius sancti patris benedictione, & paulò post reddita sanitate, die tertio Mis-  
 sae sacrificium obtulit. Consecrauerat quodam die vir sanctus ecclesiam quandam, &  
 tanto defatigatus labore, cum clericis & alijs inde reuertens, in prato confedit, pau-  
 lum

Cur erga  
lapfos fue-  
rit lenior.

1. Reg. 4.

Erga pec-  
cantes vt se  
gesserit.

Luc. 10.

Benignitas  
in pauperes.  
2. Cor. 9.Hinc potest  
colligi, au-  
thore huius  
historiae res  
compertas  
scribere.Miracula  
cuius.



A. Cor. 5.

mentiebantur, offensum sibi reconciliaret: quòd si cūstaretur, se illius facultates minarentur in fiscum regium redacturos, & illum tanquam læsæ maiestatis reum, proscripturos. Sed ecclesiæ columna nec blanditijs eneruatur, nec terroribus concutitur, sciens, Deo magis oportere, quàm hominibus, obedire.

Extiterunt autem, sua zizania seminante omnis diffensionis satore diabolo, etiam discordiæ grauiissimæ inter ipsum & clericos metropolitane ecclesiæ, adeò vt quidam ex illis, non leuibus eum contumelijs & probris afficerent: quorum sanè ille furori cedere máluit, quàm maledictum reddere maledictis, & liti atque contentioni inferuire. Verùm omnipotens Deus quorundam bonorum virorum opera & intercessione, & regem pontifici, & filios patri conciliauit, omni illa tempestate sedata. Sanctus autem pontifex ex vtraque hac infestatione creuit existimatione & gloria, vbi robuste mentis eius constantia & præclara apud Deum merita, quæ priùs homines latuerant, sese declarare cœperunt. Rex enim, auditis sanctitatis eius testimonijs, suo illum fauore complexus est: & clerici puncti poenitentia, patrem suum & amare ardentius, & maiori prosequi reuerentia student. Ille è diuerso rebelles priùs filios amplius & veneratur & diligit, & alijs, qui nunquam eum offenderant, etiam præfert & anteposit. Nulla postmodùm in illa Ecclesia extitit rebellio, omnia pro suo arbitratu statuit: cuius rei nos testes sumus oculati. Tam enim certis indicijs plenum eum esse spiritu sancto crebro comperimus, vt aliquid illi statuere volenti si quis eo absente resistere deliberasset, illo præsentem non posset: immò verò, quod plus habet stuporis & admirationis, votis omnium non sine miraculo in id consentientibus, vt ius conferendi sacerdotia, quæ vulgò Præbendas vocant, in illum, & eius gratia in successores illius trāsferrent, quod antea semper ad totum illorum collegium pertinuerat: ille hoc præsentem ad Ecclesiæ damnum quandoquæ cessurum, spontè & liberaliter hanc oblatam donationem nullo pacto admittere voluit.

Vides hinc quoq; auctoritatis huius historie res cognititas scribere.

Defendit Ecclesiæ iura.

Interim verò nè deesset sancto viro satan suus, qui eius patientiam exerceret, erat quidam vir dolosus, qui sicut eius antecessores, ita & illum pertinaci odio infestabat. Cernens enim sanctum episcopum mansuetum, modestum, simplicem, confidentius iura ecclesiæ violare tentauit, & toto malignitatis spiritu debacchari in hominem Dei. At ille hominis versuti fraudes non ignorans, columbæ simplicitatem serpentis prudentia temperat, minimeque patitur ab impio ecclesiam ipsi creditam opprimi: sed opponens se murum pro domo Israël, quantum exigere iustitia videbatur, eouq; humiliter resistit illi persecutori, donèc ex hac luce migraret.

Hæretici grassantur in Aquitania.

Extitit autem alia quædam longè grauior persecutionis procella, & pugnandi magna necessitas, vt victori sua gloria & præmia cumularentur. Eo nanque tempore in Aquitania, in extremis regni finibus hæretici Ecclesiam Dei adeò exagitauerunt, vt penè mergi videretur. Soluebatur ab illis catholice fidei vnitas, & iam in eam euaserat multitudo, vt instar locustarum operirent terræ superficiem, non occultantes, sed palam prædicantes perfidiam suam. Cumque scripturæ diuine sententias prauè interpretarentur, vinum sibi vertebant in venenum, & ex lumine sibi faciebant materiam cecitatis. Iactabant miseri licere ipsis omnia, sectatoribus suis impunitatem promittebant flagitiorum, cæci duces cæcorum. Ea autem proposita impunitate, facile homines, alioqui nimium in vitia procliuēs, sibi allaciebant plurimos. Vtque apud vulgus imperitum scientiæ sibi existimationem pararent, summoperè in eam curam incumbebant, vt ab alijs rectè intellecta corrumperent, & prauas suas opiniones falsis assertionibus communirent. Iam cultus diuinus illis locis maxima ex parte erat abolitus, & templa haud secus atque iumentorum stabula vilesciebant, dum nemo parietes ruinam minitantes instauraret, & brutis animantibus in ea pateret aditus, quæ loci baptisterij & altaria tua Domine cõtaminabāt: atque etiam sordes & immunditiæ in conspectu introeuntium hominum ante fores iactarentur, vt polluerēt sanctuarium Dei.

Ad horum indoctam doctrinam confutandam, sanandamque insaniam, missi sunt à sanctissimo Pontifice Innocentio viri religiosi Cisterciensis ordinis, multa sanctitate conspicui: qui cum eò venissent, cum magna humilitate verbum Dei seminaturi, inuenerunt terram prorsus sterilem & inutilem: planeque derisi sunt & contempri ab illis superbis hæreticis, nec fructum apud illos facere potuerunt. Ea re comperta, & animo & corpore à deploratis hominibus recesserunt, excusso in illos puluere pedum suo-

suorum. Verùm nè modicum fermētum totam massam paulatim corrumperet, visum est summo Pontifici, vt funestæ arbores, non nisi acerbos & exitiosos ferentes fructus, nè latius suos propagarent ramos, radicibus succiderentur. Mittit igitur literas ad prouincias omnes, vt arma capebant ad edomandam hæreticorum perneciam, abolendumq; eorum nomen in terris, quorum iam nomina de libro vitæ deleta erant. Dignum enim erat, vt qui à capite Christo se separauerant contumaciter, & obstinatè, nec vllis admonitionibus ab errore poterant reuocari, meritas pœnas luèrent. Pontificis acceptis literis, omniū animi accensi sunt ad capiendas & profligandas vulpeculas, vineam Domini Sabaoth demolientes. In ijs autem facile primus fuit beatissimus Primas noster Guilielmus, qui non sine lachrymis multis magnoq; animi mœrore, lectis publicè sanctissimi Pontificis literis, instar Phinees zelo inflammatus est, crucemq; vcti assues, eam voluit virtutum suarum quasi coronidem vel consummationem relinquere, vt Ecclesiasticæ vnitate perturbatoribus eliminatis, pacem Ecclesiæ restitueret. Etsi autem esset imbecillis corpore, non tamen illi deerat animi constantia & fortitudo: nec tam erat senio fractus, quàm ieiunio assiduisque vigilijs confectus. Igitur conuocatis subditis suis, exponit illis Christi Saluatoris beneficia, humano generi collata, crucis mysteria explicat: in ea sola eos gloriari docet, & vt se gratos declarēt, hortatur vt cruce se signari sinant contra crucis irrisores: profert illam Christi sententiam; Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. His alijsque eius sermonibus egregiè animati, pollicentur se quocunquè intendere velit iter, illum alacriter secuturos. Et illi quidem promissis steterè suis: at sanctus episcopus priùs è viuis excessit, quàm posset voto suo satisfacere. At nec sic tamen putandus est sacra militiam non interfuisse. Cum enim in Domini exercitu Abbas Cisterciensis dux & præceptor esset constitutus, sub cuius ille magisterio in habitu monastico diu Christo militauerat, quoniam pacto in re tanti momenti illum deserere potuit? Etsi igitur corpore absens, sed præsens erat spiritu. Nam visi sunt multis militiæ caelestis exercitus, præcedente crucis signo, quo etiam illi signati erant. Hinc illa insignis victoria Christianorum Catholicorum, qui illos impios mirabiliter debellarunt, neque ætati parentes, neque sexui. Capta est velut momento temporis populosa vrbs, quam Biteres vocant, quæ iam non exigua scelera meditabatur, sed in id vique amentia prorupit, vt magnam sibi videretur assumpsisse religionem, quòd nullam respiciisset falsitatem. Inter vbera matrum paruuli quoque cæsi sunt, & neque ecclesiæ, neque monasteria tueri eos poterant, qui Ecclesiæ sciderant vnitatem. Indè itum est Carassonem manitissimam urbem, ex eaque perfidi omnes eieci sunt. Tandem etiã terræ princeps comprehensus est, genere quidem spectabilis, sed moribus ac religione degener, qui illam hominum faciem susceperat fouendam atque tuendam. Detentus autem est in vinculis, donèc miserandum in modum spiritum exhalauit. Contritis igitur & exterminatis impijs, expiantur altaria, extruuntur templa, ecclesiæ dirutæ instaurantur: in ijsq; constituuntur sacerdotes, diaconi & clerici, qui diuina celebrent officia, cultumq; diuinum reparent.

Sed vt ad narrationis ordinem reuertamur, cum beatus Guilielmus audiisset mirabile ex hoc seculo venerabiles antistites, Turonensem & Parisiensem, valde quidem contristatus est, & planxit planctu magno. Erant enim illi quasi duæ oliuæ speciosæ & fructiferae in domo Dei, & velut lucernæ supremo ardentes lumine, quas verus Oriens miserat ad Occidentis regiones illustrandas. Expectabant autem mox ipsos secuturum Bituricensem Pontificem, vt qui in vita se eximie dilexerant, in morte quoque non separarentur. Fuerat enim inter illos sincera quedam familiaritas, & cum se animi causa iniuriam in uiceret, de his, quæ ad animarum & ecclesiarum ipsis commissarum curam, administratione & salutem pertinerent, inter se secretò conferebāt, suaq; inter se arcana sibi mutuo cõmunicabant. Illis igitur vita functis, paucis mēsis noster episcopus superuixit. Cupiebat enim dissolui, & esse cum Christo, & licet obitus sui diem ex diuina reuelatione præsciret, tamen longa illi omnis mora videbatur. Interea sic vixit in carne, vt quasi carnis sarcinam exuisse videretur: adeò iam consumptis carnibus, pellis ossibus adhærebatur, & artus admodum cõfecti atq; extenuati viscebatur; nec tamen cessabat exigere à carne, vt spiritui seruiret. Porro cum non parum vereretur, nè post ipsius obitum gregem suum lupus rapax ceu pastore orbatum dissiparet & discerperet, valde

Literæ Pontificis cõtra hæreticos.

Cruce signati cõtra crucis irrisores.

Hæretici à Catholicis profligantur.

Obitus episcoporum, Turonensium &amp; Parisiensium.

Phil. 1.



coepit animi esse dubius, quid potissimum eligeret. Nam nec à beata illa supernorum ciuium iucundissima societate diutius abesse, nec gregem volebat desolatam relinquere: sed inter hæc totum se diuinæ permisit prouidentiae & voluntati.

Iam Saluatoris natalem diem, Circumcisionem quoque sanctus praesul cum fidei populo solemniter celebrauerat: porro pridè Epiphaniae Domini sentiens adesse tempus migrationis suae ab hoc exilio ad patriam diu concupitam, populi multitudine congregata in ecclesia protomartyris Stephani, coepit ad illos concionari, uti saepius consueuerat: nec ab hoc officio, neque à laudibus Dei se retrahi passus est febre acutissima, qua tunc laborabat. Nam etsi vi morbi corporis vires tabescerent, at spiritu roborabatur, ut posset dicere cum Apostolo: Cum infirmor, tunc potens sum. Interioris enim hominis vires ipsa firmat corporis infirmitas. Sumpserat autem sibi Thematis loco illud Apostolicum, Hora est iam nos de somno surgere, &c. Nimirum pastor bonus iam prope diem discessurus ab omnibus suis, exhortabatur ad vigilandum, nè intrarent in tentationem: & nè improuisa illis subreperet mors, ad moneretur ut semper essent parati, & id genus alia multa, tanquam vltimum Vale illis dicens, proponebat. Sermone absoluto, & data populo benedictione, ex imbecillo imbecillior factus abscessit. Sauebat tunc solito acrius hyemis frigus, & ille nihilo minus caput habebat nudum, membris febrili languore fatifcentibus. Locus enim ille, in quo sermonem habuit ad populum, omni ex parte vento erat expositus, quod sic affecto corpori non potuit non esse incommodissimum. Et tamen perinde ac si opus non haberet, nullius poscebat auxilium, & sine adminiculo domum reuerteretur. Creuit in dies febris, & sanctum Pontificem egregie exercuit. Deinde quinto Idus Ianuarij, cum iam omnibus ritè peractis, etiam conuocatis, extreme Vnctionis sacramentum humiliter ac deuotè percepit: eo percepto, etiam sacrosanctam Eucharistiam sibi porrigi instantissime postulauit, ut tanto iueneris duce munitus, posset securus hostium cuneos penetrare. Ut autem Dominum & Creatorem suum ad se venisse cognouit, ilicò resumptis viribus, de stratu prostratus, tanquam iam febris omnis abscessisset, non sine stupore circumstantium, maxime quod iam ferè in supremo spiritu positus videretur, & vix aliquid liquoris posset in os admittere, concito gradu procedit obuiam suo Saluatori, vires certe subministrante charitate, flexisque genibus, totus lachrymis disfluens, illum adorat: utque saepius genua possit flectere, crebro prostratus erigitur, illique suum agonem tota deuotione commendat, orans ut quicquid purgandum superest, ipse purgare dignetur, nè quid funestum in ipso possit inuenire inimicus.

Extremam  
vnctionem  
accipit.  
Item Eucha-  
ristiam.  
Nota reuer-  
entiam.

Fuerat autem biduo ferè maxima ex parte loquendi priuatus facultate, ita ut extremas vocum partes tantummodo exprimeret, quas nos coram positi aegre possemus intelligere: sed interim tamen nutibus & signis euidenter declarabat, integrè ipsi semper permanere memoriã. Porro coram Domino sic prostratus, prolixè orauit, sed eius verba ad plenum intelligi non poterant, linguae, ut diximus, impedimento obstante. Deinde expansis in crucis formã manibus, & oculis in caelum sublatis, carnè Saluatoris non sine lachrymis, corde contrito & humili, manducauit. Hoc factò, latior effectus, confortatur in Domino, sciens se fortissimum in illo supremo certamine habere adiutorem, ducem itineris, praemij largitorem. Mox ad fratrum rediens, subleuantium illum manibus adiuutus, cum paululum respirasset, coepit nutibus indicare, velle se ut corpus ipsius defuncti apud Caroli locum humaretur. Illi enim monasterio diu praesuerat, nec immeritò locum illum praeter ceteris amare visus est. Aderant autem etiam illi morientis aliquot eius monasterij fratres, nec deerant, qui putarent, illis petentibus, hoc ita illum constituisse.

Verum initio ab omnibus ibi coram positus reclamatum est, ita dicentibus: Absit à nobis, pater sancte, ut corpus tuum nostrae ecclesiae subtrahi patiamur. Corporis tui praesentia carere nolumus, quae nobis boni pastoris memoriam iugiter reficit. Obnixè oramus, ut sicut hactenus plebem tuam ab imminentibus malis protexisti viuus, ita tuearis & vita functus: quosque in vita varijs malorum casibus saepe eripuisti, etiam sepultus apud nos, tuis meritis & precibus eripere digneris. Ille verò nulla ratione se passus est à sententia deduci, sed cum lachrymis obsecrabat, ut quod cuius catholico licet, liceret etiam ipsi, nempe sepulturae locum sibi deligere. Cedunt igitur qui aderant,

rant, & nè patrem affligerent, coguntur velle quod nolunt. Sacrilegum enim putabant, ea praesertim hora, eius supremè resistere voluntati. Ea re ab inuitis impetrata, omnes osculatus est, nutibus orans, ut pro ipso Dominum deprecarentur, & ceu filij pacis pacem inter se amarent & colerent. Illi verò omnes se eius precibus commendabant, & cum vicissim petiissent omnium, si quae intercessissent, offensionum veniam, veriti nè multorum praesentia illi esset onerosa, accepta ab eo benedictione & licentia discedendi, non sine lachrymis domum abiierunt. Manserunt autem apud illum pauci familiares & domestici, secretorumque eius conscij. At ille nihil à morbo impeditus, ut erat semper orationi intentus, totus in Dei opere versabatur. Labia diuinis assueta laudibus, sine intermissione moueri ad preces videbantur: & ut sanus consueuerat, temporibus & horis congruis diuina coram se officia celebrari voluit, & quos ore promere non poterat psalmos, patulis auscultare auribus, & animo altius affigere studebat. Ità omni tempore aut vacabat precibus, aut raptus in spiritu, caelestia contemplabatur: nec iam de praemio haesitabat, qui se angelicorum spirituum visionibus sentiebat confirmari.

Nocte verò subsequente (solet autem nox exaggerare vim morbi) vir sanctus acrioribus coepit vrgeri doloribus: & iam praesentens extremam ferè adesse horam, iussit sub aspectum suum è serinijs proferri vestes pontificales. Ex ijs quasdam minoris precij ad se adduci voluit, quibus etiam tunc vsus fuerat, quando est consecratus antistes: quas immutabili animi proposito ad suam sepulturam diligenter curarat asseruari. Eas verò omnes cuidam è suis familiaribus, cuius fidem habebat exploratam, ad breue tempus seorsum seruandas tradidit.

Solitus erat vir sanctus circa noctis medium surgere ad preces nocturnas, hymnos, psalmos, & alia à sanctis patribus instituta, cum omni deuotione, & qua par erat solennitate decantare, illud obseruans propheticum, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Ijs verò omnibus ritè peractis, inuictum ab oratione spiritu non relaxans, nunquam dabat membra sopori, nunquam defatigata sinebat quietè capere: sed tandiu manebat in oratione prostratus, donec illucesceret dies. Sed nunc morbo magis magisque inualecente, cum statutum tempus expectare non posset, quo, ut diximus, ad persolendas noctis preces surgere solebat: nè illis nondum absolutis hinc fortassis abscederet, horam solitam voluit anteuertere, nè mors ipsum anteuertere. Signo itaque dato ijs, qui ipsi aderant, fratribus, ut laudes Domini inchoarent, ipse prior labijs & pectori suo signo crucis impresso, hæc duo verba, Domine labia, utcunque pronuncians, reliqua formare non potuit.

Illi verò mente eius persecta, finem illius impendere, ex precum anticipatione verisimilibus coniecturis didicerunt. Itaque vnus ex ijs, sacerdos religiosus, admodum illi familiaris, à memoratis verbis preces auspicatus est, & cetera omnia, quae sequuntur, alijs adiuantibus, debito ordine ad finem vsque perduxit, viro sancto mente easdem preces persolente. Quibus completis, voce & manu significauit, se velle in terram deponi. Parent illi iussis eius: & quia non deceat Christianum nisi in cinere & cilicio mori, in sparsos humi cineres eum deponunt, cilicio semper indutum, licet pauci admodum eius rei essent conscij: quod etiam nunquam sibi passus est ab aliquo detrahi. Cumque paulo spatio temporis sic iacisset, benedicens fratribus, spiritum suo reddidit conditori.

Audito autem pijssimi patris obitu, vniuersa ciuitas commota est: passim omnis aetas & vterque sexus cum cereis & luminaribus properant ad ecclesiam beati protomartyris Stephani, quod corpus exanime cum hymnis & canticis psallentium deferebatur. Videre illic multos licebat, qui nullam viuo reuerentiam praestare voluerant: & eam hunc defuncto exhibent, seque hominem sanctum aliquando contempnisset, aut dictis vel factis afflixisset, ducti poenitentia, palam lugere non erubescunt, & ad sanctum corpus prostrati, adorare non desinunt. Denique tota illa nox ab alijs in psalmis & iubilo, ab alijs in planctu & mœrore exacta est. Illucescente altera die, sparso iam circūquaque rumore de morte sancti viri, ex locis vicinis multitudo populi haud aliter atque ad festum confluxit diem, domus & tuguria custode vacua relinquuntur. Vidisses ibi feminas, dum se verentur ad pij patris exequias tardius venturas, relinquere in cunis vagientes paruulos, & non obseratis domorum foribus, properare ad funus. At eandem, cum quid egissent, & quo in periculo paruulos reliquissent, secum postea perperderent, consternatae animis, quod metuerent nè infantes à feris beluis deuorarentur,

cum

Osculatus  
est, & petiit  
veniam, si  
quem offē-  
derit.

Perpetuè  
orat.

Psalmus.

Præuenit  
nocturnas  
preces iam  
moriturus.

Vult depo-  
ni in terrâ.

Perpetuè  
vultur cilic-  
cio.

Moritur.

cum multo eiulatu accedentes ad corpus sancti pontificis, illi suas proles commendabant: quas deinde, domum reuersæ, non sine magna admiratione saluas repererunt: sic ut etiam illi, qui ostijs apertis, præ sancti patris amore, discesserant properè ad exequias, postquam domum redièrè, nullum penitus alicuius detrimentum se passos admirati sunt. Diem autem illum omnes habuèrè festiuum & solennem, nec villo admonente, omnes ab omni seruuili opere spontè abstinebant. Erat sanè & incundum, & admiratione dignum spectaculum, videre omnis generis & ætatis homines ad sanctum corpus vndique confluere, vt vultum intueantur angelicum, & manus ac pedes deosculètur: quos tamen semel exosculari non fuit satis, sed crebrò reuertebantur, vt oscula denuò ingerent.

Vultus angelicus de sancti.

Globus igneus videtur.

Eodem autem die circa horam vespertinam, cum vniuersus clerus & populus ad celebrandas pastoris sui exequias conuenisset, quasi globus igneus in aère suspensus, supra sancti protomartyris Stephani ecclesiam instar stellæ coruscantis apparuit: quem non solum illi qui aderant, sed etiam nonnulli aliundè ad nostram urbem properantes, dimidiæ ferè horæ spatio se vidisse, cunctis admirantibus, nunciabant. Interim parabatur cum multa festinatione feretrum, quo sacrè corpus ad Carolilocum, quem admodum sanctus vir decreuerat, deportaretur, populo hanc eius voluntatem adhuc penitus ignorante. At postquam rei veritas innotuit, subito commoti sunt vniuersi: & sole iam ad occasum inclinante, omnes vnanimiter statuerunt, vt omni studio, adhibitis custodibus; valuas & omnes aditus templi etiam armata manu obseruarent, nè quis sacrum corpus per vim posset auferre: neque illorum pars minima intra Ecclesiæ parietes tota illa nocte egèrè excubias. Manè autem alterius, id est, Dominicæ diei, iuxta altare sancti martyris humo altius effossa, & omnibus ad sepulturam necessarijs celeriter præparatis, nè quod posset impedimentum incidere, sanctum corpus etiam ante sacra Missarum solennia sepulture mandare constituerant. Verùm ille moderator & rerum & temporum, qui serui sui gloriam nulla ex parte minui, sed augeri potius voluit, nihil absque ratione & ordine fieri permisit.

Celebrato igitur prius Missæ solenni sacrificio, stabant seorsum fratres Caroliloci, animi dubij, quid agerent: & neque propius audent accedere, neque vt supremæ sancti patris voluntati fiat satis, postulare. Iam enim turbæ conspirauerant, vt si alienæ manus auferendo sancto corpori admouerentur, aut si qui aduenire vel ignoti illud apprehendere conarentur, repente trucidarentur. Et quidem ex senioribus & maioribus Ecclesiæ nonnulli, nè fidem datam sancto episcopo infringere, liberam illis fratribus tollendi corporis fecèrè potestatem: sed id eo & libentiùs & liberiùs, quod satis scirent ne se ipsos quidem, etiam si vellent, ceteris fratribus Ecclesiæ illius non consentientibus, & turbis renitentibus, sacrum corpus inde posse amouere. Ità ergo fratres Caroliloci videntes se nihil posse proficere, Cleri & populi mirantur deuotionem: cedu ntq; turbis, spe & expectatione sua frustrati, præsertim cum ipsis præsentibus cum honore debito sacrum corpus beatissimi viri sepulture traderetur.

Turbæ per tinacia in asseruando sacro corpore.

Miracula.

Nec defuerunt miracula, quæ illius sanctitati illustre redderent testimonium. Nam eo ipso die per merita illius, necdum humato eius corpore, inter cetera insigne quoddam contigit miraculum, quod nolimus silentio prætereire. Puer quidam non omnino decem annorum, toto curuatus corpore, celsum intueri non potuit, sed prono semper vultu terram spectabat. Iam triennio id incommodi pertulerat, manuum ac pedum officio penitus destitutus. Cibis aliena manu eius ori inferebatur, & ad naturæ necessaria à matre portabatur, quæ sic languente filio suo, ipsa pariter languebat, eiusq; afflictione acriùs affligebatur. Vt autem percepit hic puer sanctum episcopum è corpore excessisse, multa instantia obsecrat matrè, vt ipsum perferre non grauetur ad Ecclesiàm, quò possit sancti patris corpus exosculari. Ac quiescit tandem mater eius crebrò repetitis precibus, eumque suis complexa vlnis, difficulter in templum inferre potuit præ turba. Vt autem propius accessit, constanti animo prostrauit se cum paruulo suo coram sacro corpore, & ambo osculati sunt eius manus & pedes. Ea ipsa hora audit mater quasi fragorem quendam & commotionem ossium filij sui, quæ (vt ipsa testabatur) potuisset etiam audiri à multis, si non oblitisset circumstantis populi strepitus & tumultus. Redit mater cum illa sua sibi multum chara sarcinula, & cum iam procul à turba recessisset, exclamat filius, & dicit: Sine me, mater, meis

meis ingredi pedibus: ecce enim per merita sancti Episcopi sentio me reum sanitati.

Quibus auditis, mater illum deponit, & consolidatæ sunt bases eius & plantæ, & sine villo adminiculo, cunctis admirantibus, iter cepit. Stupet mater, stupet vicini omnes, qui nouerant puerum triennio tam malè affectum fuisse. Timens autem mater puero ob recentem adhuc curationem, nisi ad ecclesiam reuersa, gratias ageret omnipotenti Deo, & eius gloriosissimo confessori Guilhelmo, illuc redire statuit post turbæ discessum. Sed dum illa expectat, & miranda Dei opera secum admiratur, ecce Dominus volens clarificare sanctum suum, ad eius tumulum cateruatim confluentibus populis, antiqua potentia suæ innouat miracula, signisq; alijs alia succedunt. Igitur nolens expectare diutius, apprehensa manu pueri, non obstante populi concursu, ad ecclesiam properat, & cum alijs sanitati restitutis, atque ea causa gratias agentibus, ipsa quoque pro filij sui salute agit totius gratia largitori.

Eodem Dominico die, cum turbæ recessissent, multi & nostræ urbis homines, & locis finitimis degentes, varijs afflictis morbis, qui præ populi frequentia ingredi antea non poterant, humiliter ac deuotè ad sancti tumulum accesserunt, sperantes in eo, qui sanant contritos corde, vt per eiusdem beati patris merita, oprata potirètur sospitate. Sed quia nimis longum est, immò impossibile, non ea modò, quæ ad sancti viri sepulcrum, sed etiam in diuersis regionibus ad eius inuocationem quotidie eduntur miracula, singulatim commemorare, dicemus in summa duntaxat: nempe, videre cæcos, claudos ingredi, hydropicos curari, surdos audire, loqui mutos, dæmoniacos liberari, aperiri carceres, vincula solui, sanari lethaliter faucios, mortuos ad vitam reuocari: atque adeo etiam bruta animantia non vno morbo liberari: multos iam penè desperatione obrutos, ad sancti patris recordationem mirificè releuari: denique quacunq; vel ægritudine correptos, vel periculo expositos, à malis omnibus eius intercessionibus creptos, sentire præsentem virtutem Domini nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Multi varijs affectis morbis, curantur.

## VITA SANCTI PATRIS NOSTRI THEODOSII COENOBIAARCHÆ, AVTHORE SIMONE METAPHRASTE.



Inter tempora quidem verè iucundissimum, inter stellas autem sol est pulcherrimus: inter vitas autem optima quoque est vita magni Theodosij. Theodosij, inquam, qui nomen non solum esse nomen ostendit, sed id ad rerum perduxit veritatem, vt qui verè conspectus sit hominibus *θεοῦ δῶρον*, id est, donum Dei, & vniuersæ vitæ, quæ virtutis amore tenetur, exemplar commune. Qua quidem de causa eum iustius fuerit nuncupare Coenobiarcham, quam quòd cœnobio præfuerit. Nam hoc quidè est magis eius proprium: alterum verò, multorum quoque aliorum: & hoc quidem ostendit imperij beatitudinem, sicut reuera fuit: alterum autem finem habet incertum, & nondum manifestum euertum. Is autem quisnam fuerit ab initio, & ex quibusnam ortus sit parentibus, & quemadmodum ad spiritalia aggressus sit certamina, prius oportet persequi: deinde verò dicere de eius monasterio, quod ab omni lingua communiter decantatur, & de alijs rebus illius dicere pro viribus, nec aures grauando immoderata oratione, neque rursus nimia breuitate in ijs quæ sunt opportuna, dando damnum egregijs animis.

Beatum Theodosium tulit quidam vicus, nomine Magariassus, situs in regione Capadocum: qui tunc quidem erat multis ignotus & obscurus: nunc autem ferè omnibus propter ipsum cognitus. Oportebat enim eum esse potius causam splendoris patriæ & parentibus, quam illa vitæ Theodosij decus afferre & gloriam. Erant autem eius parentes & vero Dei cultu religiosi, moribusque pij & Deo grati: qui vel ex ipsis nominibus bonam vitam & mores ingenuos optimè significabant. Vocabatur enim pater qui

IANVAR. II.

Theodosij patria.

Parentes.

Mater eius fit monacha.

ter quidem Proæresius : Eulogia autem, quæ eum genuerat. Quæ quidem postea quod vitam amplexa monasticam, vt quæ boni huius instituti occasionem inuenisset ex bona vita filij charissimi, eum patrem habuit spiritalem, cuius ipsa fuerat mater secundum carnem : pro carnali generatione rectè accipiens spiritalem regenerationem. Et si difficile est filio, dignas gratias referre parentibus, qui vt sit, sunt authores : cur non hic quoque est superior, qui fuit causa matri, vt benè esset?

A puero quibus deditus fuerit.

Ex his ergo ille ortus, generosa & beata planta, pie ac religiosè nutritur & augetur, simul in corporea & spiritali ætate, & quomodo omninò oportebat eum, qui ex talibus quidem esset natus, & talis quoque esset euasurus. Cum autè eam iam attingeret ætatem, quæ prouidet & discernit, statim ostendit, ad quanam esset eius propensus animus: non amans pecunias, non corpora, quæ quidem sunt exultationes & germina non generosa & non rectè educatæ iuuetutis : tanquam equi, qui fræno minimè assuevit, & terræ, cui non obtigère manus & labores agricolæ : sed vitæ philosophicæ amorem paratians, & loca sancta videre cupiens, in quibus omnium opifex & Deus, toti mundo salutare sustinuit passiones : has ipsas Christi vtique reueritus passiones, si illas ipse tam parui faceret, vt propter corporis laborem cedens ocio ac socordicæ, ad sancta illa loca non veniret : præterea autem volens etiam accipere solitudinem, adiutricem egregiam ad philosophiam, & amplecti vitam planè solitariam & quietam. Non enim cupiebat nomen, quod eam, quæ est in rebus, mentitur veritatem. Quanam autem fuerit occasio huius peregrinationis, vult iam persequi oratio.

Lectoris fuit officio.

Gen. 12. Mar. 19.

Psal. 85.

Dexter erat ad diuinas legendas scripturas præclarus Theodosius, si vllus alius. Lubenter enim audiebatur, non solum quod hac in re pulchrè esset eruditus : sed etiam, quod acre inijceret omnibus desiderium, & ex morum moderatione & veracitètia, qua nihil aliud magis decet iuuenes. Propterea ergo ei mandatum fuerat, vt sacros libros legeret populo. Quos quidem concinnè & numerosè legens, cum aliquando quidem Deum Abraham præcipientem, vt exiret è terra & cognatione : aliquando autem & patriæ derelictionem, & domus, & parètum, & fratrum, quæ sit propter ipsum, ijs qui sic fecerunt, esse causam vitæ æternæ. Hac legens, & ea quæ sunt his similia, & in mētibus immittens, ita vt par erat, accendebatur animo, & sequedi Christum magno tenebatur desiderio, per viam angustam & asperam. Cumque has assiduè versaret animo cogitationes, preces fundit, quæ vitæ pulcherrimæ fuere procerium : Deduc me Domine, dicēs, in via tua, & ambulabo in veritate tua. Deinde diligenti studio inuit viam, quæ ducit Hierosolyma : illo quidem tempore, quo Martianus Imperator erat in vitæ occasu : Chalcedonenſis autem synodus (eam autem esse quartam & sanctam cognoscimus) congregabatur aduersus Nestorium & alios hæreticos.

Eutychea

Simeonem Styliten inuinit.

Simeon illi futura prædicit.

Cum autem iam venisset Antiochiam omni ex parte bonus Theodosius, non statuit oportere eam transire, nisi ad insignem Simeonem, Simeonem, inquam, Stylitè, id est, in columna stantem, prius veniret, & eius vultum contempleretur, & sermones audiret, & ex his veluti viæ solatium caperet, orationisque & benedictionis eius esset participes, quæ simul & virtutis viam, quam habebat in animo, & eam quæ cernebatur, leuem facilemque redderet. Cum ad eum autem abiret, statim non contemnendum nec leue signum accipit illius apud Deum fidutiæ & familiaritatis, priusquam ad sacram accederet columnam & vocem emitteret, ipse de super illum audiens clamantem, & ipsum nominatim vocantem. Vox autem ita habebat : Benè venisti homo Dei Theodosi. Ille autem obstupescit, & ei genu inclinat, & se humi prostrernit, gloriosiore appellacionem specie humiliore respondens. Deinde ad ipsum latus ascendit, cum ille insisteret, & amplectentem est complexus : hoc quoque magni faciens, membra attingere venerabilia, & illius complexum suscipiens tanquam diuinum aliquod signaculi, confirmantem ei gressus ad virtutem. Ille autem ei omnia diuinissimè prædixit, & qualem nam sit huius vitæ finem inuenturus, & cuinam sit regi postea præfuturus, & quod multas pecudes ratione præditas abrepturus sit à lupo, qui percipitur intelligentia : & alia, quæ paulò post finem singula accepere : quæ etiã per vnumquodque tempus procedens dicit oratio.

His ergo adhuc magis animo confirmatus, cum preces admirabilis Simeonis tanquam duces quasdam & custodes accepisset, alacrius quam prius iter persequeretur, & peruenit ad sanctam ciuitatem, cum luuicali tunc esset commissus archiepiscopus

Inuinit resuerter sanctam ciuitatem.

Præfert inuitio vitæ cœnobiticam anachoreti.

Psal. 62.

Recedit à Logino inuitus.

Spelunca, eius sacris diues reliquijs. Matth. 2.

tus Hierosolymorum. Cum autem totum illud diuinum locum obijisset, & sancta sanctè adorasset, apud se in animo versabat, quomodo inciperet philosophari, & vtrum ex duobus vitæ institutis eligeret : id est, quod est planè solitarium, & quod non habet aliquam cum vllò consuetudinem : an quod agitur cum alijs pijs, & qui eundem scopum persequuntur. Cæterum separatim silere, & quiete agere, non probauit in præsentia, id nequaquam tutum esse iudicans ei, qui nondum esset expertus per se luctari cum spiritibus nequitia. Si enim ex ijs qui in mundo militant, nemo, inquit, est tam inuicta audacia, & tam insigni stultitia, vt si sit planè rudis & in re militari omninò inexercitatus, à linea in medios statim hostes irruat : quomodo ego, cui manus non sunt eruditæ ad prelium, nec digiti ad bellum, neque superna sum accinctus potentia : idque cum sit conflictus longè periculosior, aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi principes tenebrarum huius seculi, aduersus spiritalia nequitia, possem in acie consistere? Restat ergo, vt cum ego à sanctis Patribus didicerim, qui se in his prius rectè exercuerunt, & satis ab eis fuerim institutus ad decertandum contra hostes, qui percipiuntur in intelligentia, deinde in tempore percipiam fructus, qui colliguntur ex quiete & silentio.

Hæc cum sapientissimè cogitasset : erat enim ei inter alia, perfecta quoque intelligentia : statim se conuertit ad eos quærendos, qui bonum cum labore meditatur, vt qui sciret, quod patiendū tūtiū docetur & discitur. Longino itaque, beato seni, qui erat excellentissimus patrum sui temporis, seipsum tradit : vndique cum eo & degit & habitat, illius moribus admodum delectatus, & idè totus ei veluti inhærens, & vt dicam cum diuino Dauide, anima post eum agglutinatus. Nam cum quo quis versari delectatur, talis etiam esse creditur : & id pulchrè dicitur ab antiquis. Admirabilis autem hic Longinus se in quadam domuncula turris diuini David : hoc enim perhibet longi temporis traditio : inluserat, & illic dulce mel virtutis laboriosè conficiebat. Apud quem cum omnes sensus pijs Theodosius, ita vt oportebat, exercuisset, & in ijs quæ sunt expetenda & fugienda, discernendis summè elaborasset, in veterem sedem (eum enim locum ita vocat : est autem in via publica, quæ tendit versùs Bethleem) commigrat, inuitus quidem, sed cedens paternæ voluntati, cui potius quam sibi ipsi morem gerebat. Quanam autem fuit causa migrationis? Mulier quædam admodum pia & honesta, nomine Icelia, diues facultatibus, sed virtute ditior. Ea cum aliquo quidem prius cohabitauit : postea autem Christi fit ministra propter pietatem. Etenim templum quoque, quod illic est, dicitur possidisse omnium Dominæ & Deiparæ. Cum ea ergo tunc seni magno perè supplicasset, vt in templo, quod ipsa condiderat, collocaret Theodosium : ille quidè parer inuitus : persuadet autem multo magis nolenti Theodosio, vt admittat translationem. Cui enim iucundum erat simul habitare, consequens est, vt ei quoque molesta fuerit separatio : maximè cum beatus Theodosius mallet parère, quam imperare, sicut declarabit oratio.

Cum itaque persuasus & translatus esset, & diuinum illud templum habitasset, eius deinde fama ad omnes peruadente : solet enim virtus non minus eum, qui possidet, ostendere, quam eum, qui illam fert lucerna : non ferens illic versari diutiùs, transit in hunc sacrum montem & hanc speluncam : ex qua facit ille vnam solam eam, quæ est ad Deum, transitionem, illic relicto corpore. Tribus autem de causis pie fit eius in montem translationem, ad excelsioris vitæ institutum translationem efficeret, hominum solitudinem multiplicem virtutis fructus producere arbitrans. Tertiò autè, quod non à se, sed à Deo motus fuerit, vt ei Christi phalanx ducenda committeretur, vbi tot militum, vel fortissimorum potius hominum millia, erat communi Domino oblaturus. Sic ergo pia mente commotus, accedit ad verticem montis, & in hac spelunca perpetuò habitat, quæ etiam hucusque eius sacris diues est reliquijs.

Quædam autem fama ab alto à patribus tradita, ad nos vsque peruenit, quæ dicit, fideles illos Magos, qui Bethleem venerunt ab Oriente, cum Deo, qui ex superna specula in Occidentem huius mundi venerunt, aurum, thus & myrrham pie admodum obtulissent, deinde ab angelo responsum accepissent, nè eandem viam rursus inirent, sed per aliam potius redirent in suam regionem : Hos, inquam, dicit Magos in hac spelunca in reditu fuisse diuersatos : cumque hæc noctu dormijissent, manè ingressos esse viam, quæ

ducebat in patriam. Et tale quidem est id, quod dicitur, & fortasse eam nulla labefacta improbabilitas. Nam primum quidem, cum statuisset ingredi iter per Hierosolyma, non est admodum facile, ut ij alia ex Bethleem domum reuenterentur. Sicut etiam nunc videmus eos, qui à Bethleem, vel ab ea quæ est circuncircà regione, transeunt, per hanc proficisci. Præterea autem multa ex ijs, quæ olim quidem facta sunt, sita autem non sunt in diuina scriptura, sola scriptis non madata traditio, efficit ut in hodiernum vsq; diem pro certis habeantur. Qualia sunt ea, quæ dicuntur de loco cranij, quæ sunt, inquam, tractata à magno Basilio. Ille enim dicit in quadam sua oratione, (oportet enim ea tanquam condimentum aliquod addere orationi) non scriptam nobis exponens traditionem: Adam, inquit, primus noster parens in hoc, qui nunc dicitur cranij, loco dicitur esse sepultus: vbi meus quoque Christus pro nobis crucem & mortem suscepit, propter eam, quæ verbis explicari non potest, benignitatem. Et hæc quidem sic.

Traditiões sine scripto, pro certis habeantur in Ecclēsia.

Charitari præcipuè studet. Matr. 22.

Sapiens autem Theodosius cum fuisset in hoc loco, & semper cuperet excelsiora, diuino Apostolo sibi veluti exemplari pposito, euasit illius imitator, omnia quidem sacra amans mandata similiter: præcipuè autem captus amore diuinæ dilectionis. Eius enim suauis iaculo sic erat illius sauciata anima, & ita eius insolubilibus adstringebatur vinculis, ut excelsum illud & diuinum præceptum, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, re ipsa ab eo impleretur: quod quidem non aliter fieri potuerit, nisi oēs naturales animæ facultates ad nihil aliud, quod adfit, cōtendant, nisi ad solum creatoris desiderium. Has, inquam, intelligentes animæ operationes, ut qui musicæ esset peritus, pius Theodosius cōtinuè & numerosè mouēs ad ea, quæ oportet, & quando & quantum oportet, & vt par est, vnamquanq; coniungens, omnium harmoniarum numerosissimam & iucundissimam effecit suæ vitæ temperaturam, vnum solum scopum sibi proponēs, vt ex Deo à se omnia fierent, & nihil ab eo discederet & discreparet.

Ecce sancti patris sancta exercitia.

Quis enim in ijs, quæ pro Deo suscipiuntur, periculis æquè excelsi & fortis animi visus est atque ille, qui neq; vincebatur à minis potentiorum, neq; illiciebatur inducebaturve blanditijs, quando de Deo fortasse, sed non ex Deo, erat quod iubebatur? sed de ea re quidem differatur oratio. Quis autem significauit iudicare cordis cogitationes, & accuratè eas examinare, & maligni nõsse artes, quæ suffurantur per dexteram, sicut ille? Quis sic animam quidem comprimere, spiritum autem contere, omnem autem intelligentiam & altitudinem deprimere, quæ extollitur aduersus Dei cognitionem? & vt semel dicam, Quomodo quis res illius imitatus fuerit, quas ne dignè quidem laudare potuerit? ieiunij constantiam, vigilandi perseverantiam, orandi assiduitatem, pulchrum psalmodiæ ordinem, oculorum in lachrymas innatam profusionem, vt prius spes esset sisti perennia fluuiorum fluentia, quam fontes illius lachrymarum: per totas noctes stationem, illa quæ occultè suspendebantur, propter quæ, eò quòd in somnum disfluere & resolveretur, dolor incumbebat in inguinem: humilitatem spiritus, mansuetudinem, animum vtpurimum cogitandum & attētum, ac re ingenium, & quod admodum facile recta ad cælos vsque volabat? Hæc optare quidem possunt etiam alij: sunt autem ad imitandum omninò difficilia.

Sancti viri abstinentia & victus austeritas.

Quis ventri ita imperauit, aut eum abstinentiæ legibus magis habuit obedientem? Qui eo utebatur non secus ac ancilla, cibum sumentem quando ipse iuberet. Sumentem autem cibum, non quantum ipse vellet, sed quantum sufficeret ad continendum vinculum naturalis coniunctionis. Alimētum autem erat fructus palmæ, aut pauca filiquæ, aut legumen aliquod aqua madefactum, aut etiam quæ ex agr estibus herbis erant esculentæ. Quòd si horum quoque, quæ dicta sunt, erat penuria propter summam solitudinis inopiam, ossa dactylorum madefacta, erant illi lautum & splendidum nutrimentum propter necessitatem, & famis scitum solatium. Perpetuis autem triginta annis panis nihil gustauit penitus. Sed etsi ita parcè & strictè se gerebat in ijs, quæ pertinebant ad vsum corporis, non ita tamen se habebat in ijs, quæ pertinebant ad animam: sed illam contra abundè & copiosè noctu diuq; alebat: vt qui in lege Domini quotidie meditaretur, & sacris elogijs quotidie rigaretur. Quo factum est, vt visum sit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, & fructum dedit in tempore iucundissimum & copiosissimum. Atque corporis quidem in iuuentute ad libidines incitationem sic pulchrè effecit conuiescere. Hanc autem abstinentiæ legem non statuit simul abijcere cum florè iuuentutis, neque eam repulit tanquam adhuc inutilem & minimè neces-

Psal. 1.

necessariam: sed conseruauit vsque ad profundissimam senectutem, augens & non remittens: & non secus ac quendam socium nauigationis, qui vnà nauigauit in hyeme & tempestate, multorumq; laborum & ærumnarum fuit particeps, cum iam fuerit in portu, erubescens amandare.

Amplectebatur itaq; labores, sicut alij voluptates: remissiones autem & delicias repellebat vt hostes, cum longa cōsuetudo ei talem impressisset habitum. His non secus ac stella iucundissima, splendidissime ac pulcherrimè micans radijs, iam etiam procul apparebat. Nam ciuitatem quoque sitam supra montem, est celari difficile. Ergò nec latuit, etiam si illud ipsum perpetuò fugeret. Cum non lateret autem, consentaneum erat omninò, vt boni & honesti studiosas animas ad se traheret, non secus ac magnæ ferrum: aut potius vt bonas quasdam apes, iucundum illud mel virtutis. Ad illum itaq; iam ventitabant quidam ex ijs, qui erant amatores virtutis, & malebant cum eo incolere solitudinem, quam cum Imperatoribus præclaras ciuitates. Qui vim afferentes, vix quidem, sed tamen persuadent, ne sua solum consideraret, sed ea etiam, quæ sunt proximorum: & eius, quæ est ex Deo vita, eum accipiunt veluti pædottibam. Et tunc quidem sex vel septem numero erant chorus, qui erat circa ipsum. Cum autem sciret ille magnus, ijs qui ex Deo viuere elegerint, nihil æquè conducere ad parandam virtutem & ad patriam conseruandam, ac mortis memoriam: quæ etiam vera philosophia & dicatur & creditur: quid facit? Sepulcrum iam cōstruere his suis iubet discipulis: simul quidem vt eius esset monumentum finis, sicut etiam vocatur: & sic eos magis excitaret ad decertandum, & diligentius stimular et ad virtutem: & simul etiam, & mortuos acciperet: quin etiam ille ex futuris aliquid præuidens & præfagiens, iam enim hæc charismata & gradus attigerat, in luce gratiæ lucem videns. Quid autem erat quod præfagebat, iam declarare aggreditur oratio.

Labores appetit, spernit voluptates.

Quidam se illi adiungunt.

Mortis memoria vera philosophia.

Paratum enim erat sepulcrum, & adstabat quidem ipse desuper: discipuli autem ipsum circumstabant. Ille autem acuto mentis oculo intuens id, quod erat euenturum, sic lepidè dicit, eos adspiciens: Sepulcrum quidem est paratum: quisnam autem ex vobis est encania eius celebraturus? Et ille quidem sic, lepidè & vrbane orationi miscens seria. Solebat enim ipse quoque inter alia tempus nõsse, austeritatemque & tristitiam gratia moderata soluere. Quidam autem Basilius, dignitate quidem sacerdos: propter rerum autem bonarum desiderium, expressos aperte seruans paternos characteres: & eum qui ipsum genuerat spiritaliter, non minùs referentes similitudine virtutis, quam carnales patres ij, qui ex illis nati sunt, & alioqui sciens quæstionem non frustra dictam esse propositam à magistro, primus arripiens sermonem, erat prompto & alacri animo ad mortem eligendam, tanquam rem non repudiandam, sed valde vtilem & conducibilem. Protinùs ergò genibus flexis, cum se humi proiecisset, Benedic mihi, inquit, Pater. Ego autem, inquit, huius sepulcri primus celebrabo encania. Hic ergò petijt, ille verò dedit. Et ipsum quidem habuit sepulcrum. Iubet autem pater omnia ipsi fieri, quæ lex vult fieri mortuis, tertianas, inquam, & nouenas, & consequenter etiam quadragenas. Cum autem iam finè acciperent quadragenæ, o quomodo explicauerit oratio id, quod est valde quidem verum, sed est valde creditu difficile, propterea quòd modum exuperat? Basilius neq; à febre arreptus, nec capitis dolore vexatus, nec vllum dolorem sentiens in vlla parte corporis, tanquam molli quodam & suauis somno sopitus, excessit ad Dominum, præmiū virtutis, & quòd prompto & alacri animo illinc trāsire voluerit: quod quidem aperte significauit eum eorum, quæ hinc sunt, nequaquam affici voluptate: vt qui primus vt ante Deum sisteretur, & primus coronaretur, tulerit; adeò vt ipse hac in re laudem magistri superauerit, nisi fortè nimis videatur curiosum id, quod dictum est. si quidem magna res est, Dei facies benignè & beneuolè adspiciens.

Obserua hic vsum antiquum tertianarum, &c. pro defunctis.

Hic sic perfectis, miraculum consecutum est miraculum. Quadraginta enim deinceps dies, in canticis vespertinis inter sacrum chorum discipulorum hic diuinus quodam stans Basilius, & vnà cantas videbatur & audiebatur à magno Theodosio. Et ex alijs quidem nullus alius, neq; vocem audiebat, neq; illius formam cernebat. Solus autem quidam Aëtius, vir qui ipse quoque magistri sequebatur vestigia, & volebat esse discipulus Theodosij: non ex eo solum, quòd res illius & sciret & narraret, sed eum etiam imitari, ipsum quidem videre non poterat, sed vocem audiebat. Rogauit autem magistrum, an ipse mortui quoque vocem audiret. Ille verò dixit se & videre & audire:



& si vellet, se ei esse ostensurum eo tempore, quo apparuerit. Atq; nox quidem successit, & peragebatur conuentus, & homo Dei rursus planè videbat Basilium cum ijs, qui stabant & caneabant, simul stantem & canentem, eumq; digito ostendens. Aëtio, preces quoque addidit: Aperi Domine, dicens, huius quoque oculos, & videant hoc quoque magnum tuorum operum mysterium. Cùm is autem statim vidisset & agnouisset, atq; etiam accurrisset, & præ desiderio eum complecti voluisset, Basilium non solum apprehendi non potuit, sed etiam euauit, cùm dixisset alijs audientibus, Salui estote, & patres & fratres, salui estote: me autem deceterò non videbitis amplius. Quamobrem id quod à Christo dictum fuit in Euāgelij, Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: ostendit id quod factum fuit, esse verissimum & fide dignissimum.

Hoc fuit primum testimonium virtutis Theodosij. Secundum autem mea iam vult persequi oratio, quod priori nullo modo est inferius: Dies erat festus, & festorum omnium primus & præcipuus: ipsum, inquam, Pascha, mei Christi, vel mea potius resurrectio & reformatio. Sacra autem noctis aderat quidem vespera: ijs autem, qui ad eum ventitabant, nihil erat ex ijs, quæ sunt ad vescendum necessaria: non panis, non oleum, non aliquid aliud ex ijs, quæ sunt esculenta. Atq; chorus quidem discipulorum egre ferebat, ut est verisimile, qui iam erant numero duodecim: ægre ferebant autem non pro se tantum, sed quòd cùm iam non adesset panis, qui offerretur ad sacrificium, erat eis futurum pascha absq; sacrificio, & absq; corpore Christi dies festus celebrandus. Circumsistentes itaq; aduersus magistrum murmurabant, cùm causam rationi consentaneam veluti ex re cepissent. Ille verò cùm tantum dixisset, Parari oportet sacra mensam: reliquorum autem, inquit, nihil vlli curæ sit. Nā qui olim tor Israëlis millia in solitudine, deinde etiam non paruam multitudinem aluit ad satietatem: hic ipse nostri quoque curam gerens, nec est viribus imbecillior, nec ad prouidendum debilior. Hæc ille quidem dixit: sed quemadmodum eius verba effectum sint quamprimum consecuta, nec spe fraudauerint discipulos, iam iam dicet oratio. Quomodo enim olim ouis in planta Sabec adfuit parata ad holocaustum, ita etiam huic quoque, beato, sole iam terram relinquente, accedit par mulorum, per quos afferebatur sarcina variorum alimentorum, conuenientium hominibus, qui se exercent: & nec aberat quidem ipse sacra mensa, qui videtur, & intelligentia percipitur, panis: sed erat vnā cum alijs. Propter quod magis lætati sunt Theodosij quidem discipuli, Christi autem cultores. Et hoc quidem donum, fuit donum illius precum, quod non ex cælo descenderat, ut prius manna: sed ex terra scaturierat nutibus cælestibus: & aluit non solum sensiliter, sed etiam spiritaliter, quòd ad panem quidem attinet, qui fuit oblati sanctificationibus. Sic ergo cùm simul terrestribus bonis & cælestibus se iucundè satiassent, qui apud ipsum erant, vsque ad sanctam Pentecosten, paulatim discebant, qualis esset illorum Doctor. Et hoc quidem ita se habuit.

Quod autem consequitur, illius dico esse fraternū, & similis fidei & spei foetum germanissimum. Vir quidam, cuius erant magnæ opes, bonis aut operibus laudem assequi statuerat, suas facultates distribuebat in benedictionibus, & pecuniæ materiā efficiebat animæ salutarē. Is, inquam, cùm omnibus alijs, & præcipuè ijs, qui vtebantur ex Christo, & se à mundo remouere, ad Deum autem propè accedere rectè cogitabant, dextera apparuisset iucundissima, ut diuina dicit scriptura: aut rursus, ut cum scriptura magis dicam, hortus eius non conclusus, & fons conspectus esset non signatus, solis Theodosij discipulis, per obliuionem aut ignorationem non impertijt beneficentiam: aut fortè etiā Deo in his sanctum probante aut glorificante. Atq; discipuli quidem accedentes, ei exhibebant molestiam, ut & se illos manifestos redderet diuisori, & magno studio instabant: neq; enim se habere, quo deinceps alantur: qui paucas quidem habebant siliquas, & cùm eæ nonnunquam deficerent, ea quæ restabant ossa, coquebant, ut iam dictum est, & eis utebantur ad famis solatium. Sic ergo illi hominem, qui semper latere studuerat, manifestum fieri cogebant propter pusillum suum & abiectum animum: & cum, qui ad Deum oculos conuertere consueuerat, vrgebant, ut turpiter manus porrigeret hominibus, relicta manu, quæ est aperta, & implet omne animal benedictione, ut qui eam esse angustam vel parcam ac sordidam iudicasset in præsentia. Atque illi quidem erant tristes. Is verò eos sensim admonens: Quis, aiebat, ex ijs qui in Deo confisi sunt, omnino est derelictus? Aut quis, qui ipsum ad finem vsq; sustinuit, non accepit consolationem? Qui

Qui inebriat omnem sitientem animam. Hæc nobiscum dicat diuinus Hieremias: Et Jerem. 31. omnem esurientem implet animam. Qui preparat coruis cibum, & pullis coruorum: Psal. 146. ut lob quoque & diuinum David introducā simul loquentes. Cognoscāmus quantum interest inter humanum studium & diuinam prouidentiam, quæ pertingit vsq; ad extrema: & sciemus, quemadmodum ijs etiam, quæ propter Christum lubenter reliquimus, diuina rursus prouidentia abundè & copiosè fruimur.

Hæc dixit, & paulò post apparuit quidam, ducens animal onustum. Ibat autem non ad magni Theodosij monasterium: sed scopus quidē erat ei id transire, onus autem in aliquo alio loco deponere. Postquam verò fuit iam prope monasterium, vel inuitum virum sistit iumentū: cumq; ei flagello multas plagas incuteret, illud erat immobile, non secus ac si esset saxum. Cùm homo ergo rectè existimasset id non fieri sine Dei numine, mox conuerso ordine, animali vrtebatur tanquam duce, & laxato freno, ei permittebat ire, quòd eum ferret impetus. Cùm homo sic fecisset, animal cōfessim nusquam quidem aliò, sed perindè ac si aliquis frenum, cùm à nemine videri posset, traheret & dirigeret, rectà vadit ad monasterium. Quòd cùm vir esset ingressus, & inopiam, quæ eos vrgebat maxima, didicisset, & Dei prouidentie arcanū esset admiratus, quemadmodum scilicet effecisset, ut inopiæ molestia eis esset occasio coronarum, & ut ipse eam solueret molestiā: & quòd ea de causa non parebat animal, eum diuina vocante prouidentia ad alendas animas, quæ Deo quidem ministrabant, ministrantis autem corporis laborabāt imbecillitate. Hæc cùm ille didicisset, duplum præbuit eius elemosynæ, quam primus diuisor dederat. Deceterò ergo eius discipuli cessantes ei exhibere molestiam, & esse pusillo & abiecto animo, studebant potius eum imitari, beatumq; eum ducebant propter firmam spem & fidem in Deum. Sed hæc quidem hucusquē.

Quoniam autem ei quotidie accedebant discipuli: fontes enim illius gratiarum, vobis augetur in dies numerus discipulorum eius. cabant bonas & virtutis studiosas animas: ceruas rationis compotes dixerit aliquis, aquas amantes spiritales: alijq; plurimi accesserunt, & non pauci ex ijs, quorum magna erat autoritas & opes. Et iam magnus quidem erat numerus discipulorum, spelunca autem exigua & planè minor, quam ut eos posset capere: ipsi autem accedentes sollicitabant, ut excitaret monasterium, & ampliorē eis faceret mandram ouium spiritualium: dicentes, nihil oportere eum curare sumptus faciendos ad ædificationem. Nam & sumptu, aiebant, qui ad eam sufficit, manus, & manu nobis ea animus largior. Sic cùm maiori gregi cogerebatur præesse verè bonus pastor, dici non potest, quāris iactaretur curis, & quam varijs distraheretur cogitationibus. Quando enim ad bonum quietis & silentij respiciebat, & ad puram & tranquillam mentē, ab hac chara quiete tanquam à matre se auelli dolebat. Quando autem considerabat, curam esse gerendam eorum qui ventitabant, & non oportere sibi soli viuere, sed multo magis etiā proximis, & eius rei ipsum Dominum fuisse nobis ab initio exemplar propositum, qui & sibi congregauit discipulos, & conspectus est pastor ouium rationis compotum, & pro eis emisit animam.

Hæc ergo quando per ocium considerabat, & in contrariam partē trahebatur animus, neq; sciebat cuiam purè adhereret. Nam quietis quidem & silentij fructus non ignorabat. Rursus autem sciebat, quinam essent fructus curæ, quæ gereretur fratrum: & idè vtriusq; adhebat, & neutrius erat penitus: & ab vtroq; recedebat, & cum ambobus rursus conueniebat. Quid ergo facit? Deo permittit vniversum, qui vel solus potest miscere, quæ misceri non possunt: & illius auxilio credit posse fieri, ut & conseruetur bonū quietis & silentij, & non priuatur mercede præfecturæ. Non enim in eo, quòd sit corpus solitarium, sed in eo, quòd sit cor benè compositum & tranquillum, vitam rectè geri monasticam, ut à diuino David est definitum. Certè etiam si ita se haberet, iudicium tamē Deo permittit, & ei supplicat, si omnino ei gratus esset conatus: (ei enim in mēte versabatur, quòd olim diuinus Simeon de eo prædixerat) si ergo omnino Deo placeret, ut hoc signo declararet, & locum apertè indicaret, in quo erat monasterij iacturus fundamenta.

Cùm ergo in manus sumpsisset thuribulum, & implisset carbonibus, & deinde absq; igne imposuisset suffitum, peruasit solitudinem, labris preces decantans. Preces autem ita habebant: O Deus, qui per multa & magna miracula fecisti Israëlem fidelem, qui famulo tuo Mosi multis & varijs prodigijs persuasisti, ut eos regendi onus subiret: & Exod. 4. virgam quidem in serpentem, in alborem autem leprosam manum mutasti, & deinde

Efca diuini  
nitus auge-  
tur.

Nota mira-  
cula, quæ in  
Theodosij  
fiebant mo-  
nasterio.  
Exo. 16.

Tria vale-  
tudinaria  
extruit.

Ioan. 15.

Efa. 37. iu-  
sta 70.

1. Cor. 5.

debant, illi quibus hoc commissum fuerat: tantum abest, vt haberent quod satis esset ad eos alendos, nisi in vna mensa oporteret vnum panem apponere. Qui autem arcas panarias antè impluerat Dominus, larga & copiosa dextera, quæ aperitur & nutrit, quicquid ab ipsa est creatum: is tunc quoquè mensas impleuit, vel vt potius dicam, ventres: adeò vt cum innumerabilis ille hominum conuentus, fuisset plenus ad saturationem, tot essent sportæ reliquiarum, vt ipsi quoquè, qui accubuerant, multa domum tulerint, & ijs qui seruebant, ex ijs sint opiparæ postea mensæ appositæ. Videntur autem hæc esse difficilia non solum ad imitandum, sed etiam ad laudandum, & ad rectè explicandum oratione. Quis enim adhuc videns Aegyptios cõfluentes ad magni Theodosij monasterium, non existimauerit vel puteos esse tantæ multitudini defecturos ad solum potum? Illi autem ita ad saturationem fruuntur appositis, vt ijs etiam, qui post ipsos veniebant, sufficerent quæ remanserant, ad secundum cõuiuium. Quis ergò videns, quæ in hodiernum vsque diem fiunt in solitudine, non statim est habiturus fide dignum testimonium, quod qui per Mossem in solitudine mirabile prius pluit Hebreis nutrimentum, hic ipse nunc quoquè per Theodosium (etenim in Christo viuere creditur) hoc quoquè magnum & diuinum efficit, & tot viris nutrimentum copiosè suppeditat? Propterea ergò multos quoquè videris ad hunc locum festinantes, hunc ipsum reuerà esse illum existimantes, propter quem Seruator & quinque prius panes benedixit, & tot hominum millia aluit ad saturationem. Sed hæc quidem ita se habent. Nobis autem redeundum est ad ea, quæ consequuntur.

Quoniam enim præcipuum indicium charitatis in proximum, est cura quæ geritur ægrotorū: quæ etiam maximè nouit purgare patibilem nostræ animæ facultatē: quoniam non sufficit ad perfectionem, fratrem nutrire esurientem, & potum dare sitienti, eumque qui est hospes & nudus, in domum introducere & cõplecti: sed oportet præterea eius etiam cum mutuo quodam sensu misereri, vt non sit solummodò bonū, sed etiam benè fiat, ex animæ scilicet affectione: vt nõ manu solum, verum etiam anima ostendat misericordiã. Qualis autem ille esset in ea re, iam vult declarare oratio. Cum tres domos edificasset, vnam quidem ijs, qui propter Christum erant seiuncti, & toti mundo crucifixi, tribuit ad curam corporis in infirmitatibus. Deinde duas permisit ijs, qui in mundo vivebant & versabantur: & ex ijs ipsis vnam quidem ijs, qui erant insigniores & honestiores: alteram verò ijs, qui erant viliores & pauperiores, & qui opus habebant alterius auxilio. Quinetiam suis monachis, quorum propter senium & labores longè exercitationis soluta erat vis membrorū, (Oportebat enim ne hoc quidem effugere Theodosij sollicitudinem) ijs cum in loco separato aptum extruxisset gerontocomion, ideis permisit ad recreationem diurnæ afflictionis, tanquam bonis viatoribus, longa via & aspera defessis, accommodatum diuersorium. Præterea autè aliud quoque ab eo constructum est nosocomium, nempe ad opera commiserationis verè misericordiæ & clementi animæ: quod etiam erat donum mulieris verè honestæ, moribusque piæ & religiosæ: quæ quidem eius admirans bonitatem, domumque & se ipsam cum filiis ei largitur: mundo quidem renuncians, Deo autem totam se ipsam permittens, & volens vt sui filij sub illo viuerent.

Quinetiam, quod maius est signum clementiæ & benignitatis, quicumque in montibus & speluncis degere quidem propter Christum, sed non ex Christo, elegerant, inconsiderato & non stabili calore secuti exercitationem: & humane quidem imbecillitatis, & Christi verborum, quod absque illo nihil possumus facere, oblitū: inani fastu & vana persuasi arrogantia, & quæ rectè gesserant, miseri sibi adscribentes: o mea mala, o grandem insolentiam, vel potius amentiam. Quid enim boni fecerit humana natura, tu, o Seruator, nudata auxilio? qui me doces per linguam Prophete, dicentem: Remissi manus, & aruerunt: & facti sunt tanquam foenum siccum super domos, tanquam gramen. Quid verò per hæc significat? Quod amisso flore virtutis, quem qui tuam habet manum opem ferentem, amplexi sunt, deinde exiccati defectu tuæ pinguedinis, dedecus deformitatis miserabiliter induerunt. Qui ergò sic stultè senserant, & ideò traditi erant satanæ ad interitum carnis, vt ait Paulus, vt saluus fiat spiritus: aut alioqui mente erant læsi & malè affecti, & poenas dederant in eo, quod peccauerat, vt disceret cum in honore essent, effecti rationis compotes, intelligere ac noscere opificem & auxiliatorem, & non esse ingrati in eum, qui eis dederat gratiam: ij experti sunt eum valde beni-

maximè autem ex ijs, qui hoc ministerium vnà cum eo obibant: qui cum primò hanc insignem benignitatem & commiserationem similiter atque alij auerfarentur, illius deinde egregiam reueriti moderationem, persuasi fuerunt rectè sapere, & vt par est, imbecillitatem humanam & humilitatem.

Quamobrem si quis eum dixerit communem portum, & communem medicinæ officinam, commune domum, commune penarium, rectè dixerit & congruenter veritati, ægrotantium, esurientium, algentium, peregrinantium. Eorum enim omnium ea, quam par erat, cura ab eo gerebatur. Qui autem contemneretur aut despiceretur propterea, quod esset vilis & humilis, si quæsiuisses, illic inuenisses neminem: sed propter hoc ipsum, quod esset, inquam, vilis & minimus, maiorem consequeretur curam rationem. quoniam Christus quoquè est inter minimos, & quæ sunt illorum, apertè sibi tribuit. Quare eorum qui expellerentur, nulla illic habebatur ratio. Nullus despicebatur, nullusque indignus reputabatur commiseratione. Quod quidè patrum quoque, nonnullis non est admodum facile seruare in filios. Sed alijs quidem vestes quoque dabantur, quibus ijs erat opus: omnibus similiter dabantur alimenta. Atque meminere quidem, qui ad hæc ministrabant, se vno die plusquam centum mensas parasse. Et humanus quidem misericordiæ fons erat huiusmodi, & tam abundè scaturiens: DEI autem fons qualis? Num est manifestum, quod multis atque adeò infinitis partibus superabat? Nunc autem declarabit oratio, quibusnam indicijs, & finem imponet ei, quod est pollicita.

Castigabat aliquandò terram Deus, castigabat autem fame: erat autem non breuis aliqua famas, neque in hos quidem dominabatur, in alios verò nõ: sed ex æquo omnes inuaserat flagellum. Cum sic autem affligerentur homines, vt eorum, quæ sceleratè fecerant, poenas darent: malorum enim studiorum hæc esse fructum dicit diuinus Micheas: & adesset dies festus Palmarum, quo pauperum & agrestium multitudo, festi accepta occasione, in eo loco versabatur, iam hoc quidem pro more facientes, sed tunc magis à fame iussi. Qui itaque ad parandum prandium inseruebant, ad tantam caligantes multitudinem, conabantur quibusdam libris & stutinis alimentum distribuere, vt hac accurata subrilique ratione & parcitate posset pluribus alimentum sufficere. Pondus autem eis ad libram, vt dixerit quispiam vtens lingua Romanorum, redibat. Accedens autem magnus ille Theodosius, cum id quod fiebat, visu apprehendisset, & à magna multitudine vim afferri ianuis, & idem quod Iob, didicisset sentire & diceret: Foris non diuersabatur hospes, & patebat ostium omni viatori: iubet portas aperiri, & permittere, vt omnes volentes possent ingredi: & hominibus mensas confectas apponere, quos difficile erat vel numerare, non solum eos cibo satiare. Quicumque ergò ei erant inseruituri, quando ad solam tantummodò adspiciebant multitudinem, non credebant: tantum abest, vt aliquid facerent, propterea quod modum iustus exuperabat. Postquam autem adspexerunt ad virtutem & gratiam eius, qui iubebat, ab humanis desiterunt, & altius adspexerunt, & portas statim aperuerunt, & libenter admiserunt eos qui veniebant: & deinde etiam parandis mensis dabant operam, & hilariter ea etiam apponebant, quæ habebant. Quid ergò Deus admirabilius? Rursus quoque sufficit ad paucis alendam magnam multitudinem, sicut etiam prius quinque panibus quinque millia. Simul ergò & eorum impleti sunt ventres, & arcæ panarie ostendebantur plenæ panibus: & illi quidem existimabant fore, vt omnia deficerent: eæ verò erant plenæ, & plura tenebant quàm præbuerat, & per orationem veluti ad replendos ventres pauperum plurimum fructum producerant. Sic pro eius proposito Deus ipsum est remuneratus, & pro eius beneficentiã in pauperes, non solum abundè desuper pluens propter eius munificam voluntatem: sed etiam efficiens, vt vir ille in admiratione haberetur & celebraretur, propterea quod sit minimè falsum promissum. Promisit enim eos glorificare, qui eum sciunt glorificare per opera.

Post hoc autem aliud quoquè dicatur, quod est similis munificentiæ & virtutis in faciendo miraculo. Rursus erat dies festus, & festus virginis Dei matris: in quo, propterea quod erat valde insignis ac solennis, tam magna conuenerat multitudo (oportebat enim & festi causa esse multos celebraturos, & eius qui festi celebritatem peragebat, dexteram, aut vt potius dicam propositum, habere etiam conuenienter multos qui alerentur) vt ne sufficerent quidem ad faciendum accumbere eos, qui acce-

Esa diuinitus augeatur.

Nota miracula, quae in Theodosij fiebant monasterio. Exo. 16.

Tria ualentinaria exruit.

Ioan. 15.

Esa. 37. iuxta 70.

1. Cor. 5.

debant, illi quibus hoc commissum fuerat: tantum adest, ut haberent quod satis esset ad eos alendos, nisi in una mensa oporteret unum panem apponere. Qui autem arcas panarias ante impleuerat Dominus, larga & copiosa dextera, quae aperitur & nutrit, quicquid ab ipsa est creatum: is tunc quoque mensas impleuit, vel ut potius dicam, ventres: adeo ut cum innumerabilis ille hominum conuentus, fuisset plenus ad satietatem, tor essent sportae reliquiarum, ut ipsi quoque, qui accubuerant, multa domum tulerint, & ijs qui seruebant, ex ijs sint opipara postea mensae appositae. Videntur autem haec esse difficilia non solum ad imitandum, sed etiam ad laudandum, & ad recte explicandum oratione. Quis enim adhuc videns Aegyptios confluentes ad magni Theodosij monasterium, non existimauerit vel puteos esse tantae multitudinis defectuos ad solum potum? Illi autem ita ad satietatem fruuntur appositis, ut ijs etiam, qui post ipsos veniebant, sufficerent quae remanserant, ad secundum conuiuium. Quis ergo videns, quae in hodiernum usque diem fiunt in solitudine, non statim est habiturus fide dignum testimonium, quod qui per Moysen in solitudine mirabile prius pluit Hebraeis nutrimentum, hic ipse nunc quoque per Theodosium (etenim in Christo viuere creditur) hoc quoque magnum & diuinum efficit, & tot viris nutrimentum copiose suppeditat? Propterea ergo multos quoque uideris ad hunc locum festinantes, hunc ipsum reuera esse illum existimantes, propter quem Seruator & quinq; prius panes benedixit, & tot hominum millia aluit ad satietatem. Sed haec quidem ita se habent. Nobis autem redeundum est ad ea, quae consequuntur.

Quoniam enim precipuum indicium charitatis in proximum, est cura quae geritur aegrotorum: quae etiam maxime nouit purgare patibilem nostrae animae facultate: quoniam non sufficit ad perfectionem, fratrem nutrire esurientem, & potum dare sitienti, eumque qui est hospes & nudus, in domum introducere & coplesci: sed oportet praeerea eius etiam cum mutuo quodam sensu misereri, ut non sit solummodo bonum, sed etiam bene fiat, ex animae scilicet affectione: ut non manu solum, uerum etiam anima ostendat misericordiam. Qualis autem ille esset in ea re, iam uult declarare oratio. Cum tres domos edificasset, unam quidem ijs, qui propter Christum erant seiuncti, & toti mundo crucifixi, tribuit ad curam corporis in infirmitatibus. Deinde duas permisit ijs, qui in mundo uiebant & uersabantur: & ex ijs ipsis unam quidem ijs, qui erant insigniores & honestiores: alteram uero ijs, qui erant uiliores & pauperiores, & qui opus habebant alterius auxilio. Quinetiam suis monachis, quorum propter senium & labores longe exercitationis soluta erat vis membrorum, (Oportebat enim ne hoc quidem effugere Theodosij sollicitudinem) ijs cum in loco separato aptum extruxisset gerontocomion, id eis permisit ad recreationem diurnae afflictionis, tanquam bonis uia toribus, longa uia & aspera defessis, accommodatum diuersorium. Praeterea autem aliud quoque ab eo constructum est nosocomium, nempe ad opera commiserationis uere misericordiae & clementiae animae: quod etiam erat donum mulieris uere honestae, moribusque pia & religiose: quae quidem eius admirans bonitatem, domumque & se ipsam cum filiis ei largitur: mundo quidem renuncians, Deo autem totam se ipsam permittens, & uolens ut sui filij sub illo uiuerent.

Quinetiam, quod maius est signum clementiae & benignitatis, quicumque in montibus & speluncis degere quidem propter Christum, sed non ex Christo, elegerant, inconsiderato & non stabili calore secuti exercitationem: & humanae quidem imbecillitatis, & Christi uerborum, quod absque illo nihil possumus facere, oblitum: inani fastu & uana persuasi arrogancia, & quae recte gesserant, miseri sibi adscribentes: o mea mala, o grandem insolentiam, uel potius amentiam. Quid enim boni fecerit humana natura, tuo, o Seruator, nudata auxilio: qui me doces per linguam Prophetae, dicentem: Remissi manus, & aruerunt: & facti sunt tanquam foenum siccum super domos, tanquam gramen. Quid uero per haec significat? Quod amisso flore uirtutis, quem qui tuam habet manum opem ferentem, amplexi sunt, deinde exiccari defectu tuae pinguedinis, dedecus deformitatis miserabiliter induerunt. Qui ergo sic stultè senserant, & ideò traditi erant satanae ad interitum carnis, ut ait Paulus, ut saluus fiat spiritus: aut alioqui mente erant lesi & male affecti, & poenas dederant in eo, quod peccauerat, ut disceret eum in honore essent, effecti rationis compotes, intelligere ac noscere opificem & auxiliatorem, & non esse ingrati in eum, qui eis dederat gratiam: ij experti sunt eum ualde ben-

benignum, & paternè in ipsos se gerentem. Pro eis enim accendebatur, tanquam pro filiis proprijs, & alioqui beneuolè in eos afficiebatur: cumque eis constituisset locum quietum & tranquillum, permisit ut in eo agerent: ut esset ei quodammodo alterum monasterium, & ob multitudinem eorum, qui erant congregati, & ob ordinem ministerij, & ob statum eorum qui ministrabant, & ob sumptum eorum, quae suppeditabantur. Magis ergo quam aliorum, homo Dei, sicut diximus, vincebatur ipsorum commiseratione, & in eis recreandis magnam adhibebat curam & diligentiam, & eos consolabatur uerbis aptis ad persuadendam tolerantiam:

Nequaquam o filij, dicens, nequaquam resoluamini & encruemini hac temporali afflictione. Neque hoc uobis videatur optandum, a Deo omnino non corrigi. In laboribus enim, inquit, & in flagellis castigare Hierusalem. Sic dicit Deus per Hieremiam: Anima mea nunquam a te deficiat. Castigat enim, sed benignè: & castigat omnè filium, quem recipit, possum dicere ex diuina scriptura, adeo ut disciplina eius & castigatio non sit ira, sed dilectionis, ad correctionem peccatorum, inducitur propter benignitatem. Bonum est ergo, o fratres, & ualde bonum, cum hic spiritaliter castigati fuerimus, illic Dominicas plagas non experiri: & cum hic ad tempus afflicti fuerimus, quae sine non habent, tormenta effugere. Hic enim nihil pati, longè est grauius, quam pari: & excedere è uita absque tentationibus, ut cuius non fuerit purgata materia peccatorum multis afflictionibus, quod est apertum indicium terribilium afflictionum, & nothorum potius, quam germanorum filiorum signum cuidens. Quantaquam ne illud quidem omnino conturbabit animum eorum, qui sapiunt, si figmenti diuini dæmon euadit dominus. Nam datur quidem eis potestas ab eo, qui creauit, tanquam quibusdam punitoribus, hei mihi, ad castigationem filiorum qui declinant. Datur autem, quantum ille nouit sufficere ad castigationem, non quantum ipsi uolunt. Vix enim parcerent hominibus, qui ne brutis quidem pepercerunt, ut sacra docent Euangelia. Conspiciamus ergo per hanc disciplinam sensum accipere peccatorum, & non egere alijs plagis grauioribus, quod incorrecti maneamus post plagam. Efficiamur probati per afflictionem. Quod contra nostram uoluntatem est illatum, fiat etiam proprium uoluntatis, in eo quod moderatè feramus ea, quae contigerunt, & gratias agamus ei, qui intulit disciplinam legibus benignitatis. Ipse percussit, & ipse nos sanabit. Et hoc habeo a Propheta: Percutiet, & alligabit, & non tardabit ad curationem. Haec dicens admirabilis Theodosius, omnibus quidem procurabat consolationem, & nonnullis etiam a morbo liberationem: alios admonens, ut forti & magno animo ferrent ea, quae sunt graua: & persuadens esse uilius ea tolerare, quam ab eis liberari. Haec ratione plurimum studij ponebat Theodosius, non ut eos qui male habebant, liberaret ab eo, quod erat eis molestum: sed ut potius eis persuaderet, ut ea forti & magno animo ferrent.

Sedenim quomodo aliorum illius bonorum epulis auditores excipiemus? Quid enim, perinde ac si desint res praclare ab eo gestae, excogitabimus, quemadmodum possumus immorari in oratione? Quis enim cum eas, quae hic sunt, audierit hymnodias, non demulcetur quidem auribus, laetatur autem animo, corde autem vehementer exilit, promptoque & alacri animo labra mouet ad laudandum eum, qui fecit: quod diuersis quidem linguis, una autem mente & sententia canatur pie & religiosè? Quomodo enim in lyra, ea quae fit uicissim pulsatione, contemperatur uocum diuersitas numero admirabili: ita etiam hic quoque diuersis linguis, quida uariis & ualde concinnus cantatur hymnus. Hic enim uir sapiens, sicut olim Beseleel diuini architector tabernaculi, sapientissime & pulcherrimè dispensat & administrat in hoc sancto monasterio, & quatuor aedes intra id aedificat. Ex quibus unam quidem dimisit ijs, qui lingua Graeca utuntur: in qua ipsa aliorum quoque patrum choro hymnus canebatur. In secunda autem genus Bessarum sua uoce communi Domino fundebat preces. Tertiam autem sortita fuit gens Armeniorum: in qua quidem ipsi quoque lingua patria Deo hymnos emittebant. Ultimam autem & quartam seorsum ab alijs ij, qui vexabantur a daemone: Qui cum erant alioqui furiosi & emotae mentis, ut ante meminimus, cum ipsi ad se reuerfi, erant compositae mentis, cum ijs, qui eis ministrabant, in ea preces emittebant altissimo. Ita ab eis peragebatur hymnodiae regula, quae (ut dictum est) septies in die offerebatur DEO uniuersorum. Sed haec quidem alio tempore.

Adhortatio ad patientiam. Hierem. 6.

Heb. 12.

Cur diabolus finatur obfidere homines.

Matth. 8.

Osee 6.

Etiā antiquis patribus hys hymnodia & cantus fuit in uis, tam in die, quam in nocte.

Eccle septem horae cano. Nam

Nam quando oportebat veneranda participare sacramenta, lex erat apud eos pulchre admodum constituta, ut usque ad diuinitus inspirata Euangelia unusquisque in sua Ecclesia simul & lingua diuinam audiret vocem: postea autem omnes congregarentur in vna, exceptis demoniacis: in magna scilicet Græcorum Ecclesia. Quod quidem in hodiernum usque diem faciunt: & illic sunt participes sanctificatorum.

Et quid opus est omnia recensere, illius, inquam, sacri pastoris & gregis: & vtrum eorum magis admiraretur virtutem, an multitudinem? Nam quos tota quidem sua vita parturit spiritualiter, paternè autem nutrit, & deinde etiam ad Deum emisit, cum pulchre suam vitam finissent, fuerunt numero sexcenti & nonagintatres. Quos autem præfatus, qui post illum successit monasterio, fuerunt plusquam quadringenti, spiritualis virtutis apertum seruantes characterem, filij patrem amantes, & filij, qui insigniter amabantur à patre. Causa autem amoris, qui erat in vtrisque, erat non natura, quæ est res laude carens & mercede: sed bona voluntas & bonum animi institutum, amans id quod bonum est & honestum: & idè laudem omninò meretur. Et postem quidem dicere cum magna voluptate, quot pastores, quot Episcopos protulerit eius educatio, & quot ex eius ouibus fuerunt pastores aliorum, & præfuerunt sacris monasterijs: non ipsi amantes imperium, sed potius iudicati digni qui imperarent, & digni quibus crederetur præfectura animarum: & quorum multi per se vixerunt, propter quietis ac silentij desiderium, & cupiditatem maiorum certaminum: quorum nullis producta fuit exercitatio usque ad octoginta annos, & eis annorum multitudo congregauit multitudinem diuitiarum spiritualium: per quæ omnia cognoscebatur & prædicabatur Theodosius, & ei aureum cõseruabatur genus, quod honore, inquam, antecellit. Per quæ ei implebantur fructus & manipuli, & merces augebatur. De vnoquoque ergo eorum libenter meminisset oratio, nisi produceretur ad immoderationem. Oportet ergo paucis dicere, nullum fuisse relictum locum, qui non commodi & vtilitatis aliquid ex eo sit consecutus.

Postquam ergo huius viri diuini fama per vniuersum orbem terræ iam peruassisset, & virtutis studiosas ad se attraxisset animas, multi quidem ex militibus bella multum valere iubentes, referebantur in numerum eius phalagis: multi autem ex ijs quoque, qui valebant dignitate, & honores fuerant consecuti, hæc non secus atque somnia despicientes, aut potius ut alias Sirenes, quæ demulcent ad eorum, qui eas attendunt, exitium, dimittentes, toto pede ad ipsum contendebant: propter Christum ignominiam, veram esse gloriam, & ipso etiam regno meliorem credentes. Multi autem ex ijs quoque, qui erant insignes eruditione, libros quibus adhaerebant, tanquam aliquibus vberibus aut fontibus, vel tanquam iucundissimas voluptates, vel tanquam pulcherrima spectacula despicientes, maluerunt attingere institutiones elementorum vitæ, quæ ex Christo agitur: relicti quæ plausibus & laudibus ciuilibus, humanæ sapientiæ prætulerunt eam, quæ est propter Christum, stultitiam. Quibus admodum aptè vsus fuit hic bonus pastor: imbecillioribus quidem labores alleuans, augens autè robustioribus: adè ut neq; imbecillitas opprimeretur immoderatione, neq; vires insolescerent si non comprimerentur: erga omnes seipsum varians & mutans spiritali sapientia: Non virga castigans, sed sermone instituens, sermone sale condito, & qui persuadebat usque ad profundum motum mentis, ut qui vim haberet ex ipsa operum fiducia. Ea ratione & consolans, erat multis terribilis: & increpans, desiderabilis, & iucundus in omnibus. Quis ita fuit, & cum multis conuersans, vtilissimus, & ad sensus colligendos, & ad efficiendum ut intrò conuerterentur, aptissimus: adè, ut is in maiori esset tranquillitate in medijs tumultibus, quam is, qui sunt in solitudine: & idem simul esset & cum multitudine, & separatus: & illud quidè alijs, hoc verò sibi afferret vtilitatem: vel suam potius per vtrumque. si quidem iuuare proximum, est apertè iuuare seipsum. Quod autem & permansit cum eo toto vitæ suæ tempore, & est veluti necessarii aliquid & semper consequens, erat diuinorum lectio eloquiorum: quam non tempus, non morbus, non senium, non aliquid aliud ex ijs, quæ accidunt, interrumpit. Quinetiã cum iam esset imbecillus, & iam ad extremam venisset senectutem, nec deceterò posset amplius progredi, liber erat in manibus, & vincebantur labores à laboribus: à meditationis, inquam, laboribus, labores senectutis & imbecillitatis. Ad quos cum dies non sufficeret, illius lucem lucerna supplebat in noctibus.

Quo-

Quoniam autem cum esset homo, oportebat eum esse multis defessum & exhaustum laboribus, non poterat quidem nocturnè vnà esse cum fratribus canentibus, & admonere quæ oportebat: ministro autè tanquam lingua vtens, qui ei fundebat aquam manibus, per eum significabat fratribus, & quisnam esset canticum incepturus, & quisnam facturus lectionem sedentibus, & quis chorum ducturus. Hæc autem faciebat his duabus de causis, & sibi quidem prouidens, ut assidue vigilaret: & illis, ut regulam spiritualis officij seruarent citra vllam reprehensionem. Sed nocturnè hæc quidem illi magno erant præcepta ecclesiastica: interdum autem ad eum accedentes, qui erant ex spiritu ei geniti filij, eum seorsum interrogabant propter cogitationem, quæ eis afferebat molestiam. Apertè autem ea suadebat, quæ pertinebant ad eorum vtilitatem, non sermone solum docens, sed etiam vita ea, quæ dicebantur, cõfirmans. Quo quidem tempore erat, quod fiebat, non procul à miraculo. Nam vir ille, qui externam negitauerat quidem sapientiam, & in libris gentiliū ne linguam quidem exercuerat, tanta verborum copia faciebat admonitiones, ut nullus eorum, qui in his libris conseruauerant, & arte dicendi linguam satis acuerant, facile possent cum eo contendere. Docebat itaque non ex humana sapientia, sed ex gratia boni spiritus, qui ad eum veluti dixerat: Ecce dedi verba mea in os tuum, sicut olim Hieremiæ sapienti: ex seipso quidem multa dicens, eaque elegantia: multa autem etiam ex dictis Apostolicis. Maxime autem crebrò recordans salutarium constitutionum & sermonum, qui instruunt ad exercitationem, Magni, inquam Basilij: cuius etiam vitam imitans, & eius orationis magno captus amore, studebat animam quidem illius moribus, linguam autem eius ornare eloquentia. Certè per ipsam quoque proferebat ea, quæ sunt rerum illius pulcherrima, meditando assumens, & conseruans memoria, quæ possent prompti animi studium iniicere vel focioribus. Bonum autem fuerit illorum ipsorum quoque meminisse verborum, quæ memoria tenere curæ erat Theodosio:

Rogo, fratres, per charitatem Domini nostri IESU Christi, qui dedit seipsum pro peccatis nostris, aggrediamur aliquando curam gerere nostrarum animarum: dolore afficiamur ob vanitatem vitæ nostræ præteritæ. Decertemus pro futuris ad gloriam Dei & filij sui. Nè remaneamus in hac fociordia & mollitie, præfens quidè semper occidit admittentes, in crastinum autem diem & perendinum, principium operum differentes: Nè si comprehensi fuerimus ab eo, qui nostras animas decipit, nequaquam instructi operibus, excludamur quidem à thalamo gaudij: frustra autem & in cassum deficemus, despectui malè habitum vitæ tempus lugentes, tunc quando nihil iuuabit eos, qui agent poenitentiam. Nunc est tempus acceptabile, nunc est dies salutis. Hoc est tempus poenitentiae, illud remunerationis: Hoc est tempus operandi, illud verò dandæ mercedis: Hoc est tolerantiae, illud consolationis. Nunc Deus est adiutor eorum, qui conuertuntur à mala via. Tunc erit terribilis, & qui decipi non poterit, examinatore rerum & verborum & cogitationum. Nunc fruimur patientia: tunc iustum cognoscemus iudicium, quando resurrexerimus, alij quidem ad æternum supplicium, alij autem ad vitam æternam, & recipiet unusquisque congruenter suæ operationi. In quod tempus Christo obedire differimus, qui vocauit nos ad regnum suum caeleste? Non expergiscemur? Non nos reuocabimus à vita consueta, ad perfectionem Euangelij? Quo modo oculis apprehendemus illum terribilem & insignem diem Domini, in quo eos quidem, qui dexteræ Domini per bonas appropinquant actiones, excipiet regnum Domini: eos verò, qui ad sinistram sunt abiecti, propterea quod à bonis deserti sint operibus, abscondet gehenna ignis, & tenebræ æternæ, & stridor dentium? Nos autem dicimus quidem nos cupere regnum calorum: ea autem non curamus, quibus id possumus assequi, sed pro præcepto Domini nullum laborem suscipientes, in vanitate mentis existimamus nos esse æquales honores consecuturos ijs, qui usque ad mortem resistunt contra peccatum.

Deinde cum hucusque perfecisset orationem, nonnunquam ea etiam, quæ sua erant, addebat: & quæ excitabant ad obedientiam, & parabant ad tolerantiam, & vniabant ad concordiam. Addebat autem sua, non ut quisquam se iactans & glorians: sed qui seipsum ostenderet eadem sentire. & simul ea quidem, quæ iam dicta sunt à veteribus, propter breuitatem verò vel sententiæ magnitudinem, vulgi caprum excedunt, ipse suis additamentis reddens apertiora, manifesta quæ & clara reddens omnibus.

Atque

nicæ etiam  
à prescis  
monachis  
frequenter.

Eius discipuli  
quales  
extiterint.

Multi se in  
eius tradit  
disciplinâ.

In illis in-  
stituendis  
eius prudē-  
tia.

Lectio scri-  
pturæ assidua.

Singularis  
eius copia  
in adhortando.

Jerem. 1.

Constitutio-  
nes monas-  
tiche Basilij  
Magni.

Eius exhortationes ad  
fratres.

2. Cor. 6.

Iohan. 5.

Matt. 25.

Aduertant  
hec, qui so-  
lam fidem  
iactant.



Zelus pro  
pietate &  
religione.

Atque sic quidem utebatur sacer Theodosius ea, quæ ad docendum comparabatur, oratione: ea verò, qua traduntur dogmata, quomodo se habebat? & quis erat eius in ijs sermo & zelus? An ne de hoc quidem est sciscitandum, ut potè quòd res omnes loquantur quavis voce apertius, & eius zelum pro pietate predicent? Illud autè est potius diligenter quaerendum, quænam lingua sit erudita & facunda, ut possit rectè explicare illius linguæ trophæa. Nam is quidem in alijs quidem omnibus erat mansuetissimus & promptissimus, ut honestè potius vinceretur, quàm non laudabiliter vinceret. Vbi autem erat in pietate & vera religione, periculum, erat illic stabili & forti sententia Theodosius, & nullius cedebat obiectioni: ut qui cerneretur acri & iniuncto animo, ignis comburens, aut securis scindens, aut rhomphæa pugnatoris, ut dicam quæ diuinæ sunt scripturæ. Eius autem, quod dico, argumenta sunt multa quidem alia, mihi autem sufficere vnum reducere in memoriam.

Esa. 59.

Esa. 32.

Acephali  
hæretici.

Auro oppu-  
gnatur vir  
sanctus.

Egregiè elu-  
dit artem  
hæretici  
Imperato-  
ris.

Tulit aliquandò nostrum quoquè tempus Imperatorem, qui prius quidem fuerat, quantum apparebat, paradisi voluptatis: postremò autem rebus fuit cognitus campus destructionis, & vnus scilicet ex ijs pastoribus, qui sui gregis oves dispergunt & perdunt, & eas turbida potant subuersione. Et vt reliqua illius prætermittam, hoc quidem accipiet, quod post nos sequetur, tempus. Neque enim par est, vt id mandetur obliuioni propter eos, quorum est scelus insigne: qui, vt dicit Esaias, concipiunt laborem, & pariunt iniquitatem. Heu mihi, impius, siue ab alijs ad hoc motus, siue hunc scelerratum foetum ex se produxerit: (Stultus enim, inquit, stulta loquetur, & cor eius vana cogitabit) Patrum, qui Niceæ fuerunt, sacra dogmata, tanquam montem Sion & turrim fortitudinis scilicet aggreditur, illa quidem volens abrogari, valere autem sententiam Acephalorum, quam à ratione alienam, & verè ἀκεφαλον, hoc est, carentem capite, iure quis dixerit. Potentiæ autem admiscet improbitatem, vt hac quidem deciperet, illa verò effectum redderet quod contendebat: vt neque vis, si esset immixta & persuasione minimè temperata, molesta videri possit, & planè violenta, vt quæ rorur accepisset ex sola occasione. Neque rursus persuadere, si impotens sit, sit imbecillum, & quod possit pauca & apud paucos efficere. Hinc alios quidem ex Episcopis adoriebatur minis & exilijs, alios autem honoribus & assentionibus: & nonnunquam etiam corrumpere pecunia, & suum malum aliorum quoque efficere, & morbum cōmunicare contendebat, mutabilis non minus quàm Proteus, vt Græci dicunt, & non minus mente, quàm ille ad specum, varius. Postremò autem hanc quoque magnam turrim aggreditur. Machinæ autem erant aurum, idque non paucum, vt posset cōtemni, sed quod redibat ad summam triginta librarum: eratque donum non nudè & apertè donum, nè non acciperetur, vt quod suspicionem pareret auaritiæ: sed id quoque occultabat prætextus speciosus & valdè probabilis, nempe pauperes, & quæ erant necessaria ad vsus fratrum egrotantium. His virum conabatur ingenium redigere in seruitutem. Et si bonum existimas & gratum piorum animis id, quod à te, o vir egregie, innovatur, ego illi dixerim, cur non ab eo ipso finis trahi amatores, & propria vinci pulchritudine eos, qui sunt pulchri amatores: sed id pecunijs ornas & muneribus, quod solet fieri turpibus & deformibus, vt quæ sint aliena ornamenta & artificia?

Cum ergò cognouisset ille magnus id, quod fiebat ab illa pusilla & abiecta anima, temerè aduersus se cōparari, erat, vt vulgò dicitur, aquila in nubibus: vt qui nec posset capi, nec vinci: sed reuerà potius eum capit, qui simulabat. Nam aurum quidè non repellit, nè fortè videretur temerè suspicari, & offensionis aliquam præberet occasionem: sed duplici damno afficit aduersarium: simul quidè priuans pecunijs, cum esset alioquin auarus: & simul etiam spem vanam & inanem ostendens, qua ducebatur, & quæ scopo nihil habebat consequens. Sed quem leonem existimabat se iam habere in pedicis, eum cum in se concitasset vehementissimè, præclare ostendit, vt est in proverbio, capream inijsse pugnam aduersus leonem. Nam cum iam tempus aduenisset, & ille ab eo petijisset confessionem, & adessent qui ea de causâ missi fuerant, hic mihi considera eius animi virtutem & fortitudinem. Nam cum omnes simul congregasset ciues solitudinis, & dixisset esse tempus, vt finem acciperet dictum illud Prophetici, quod iubet mitem fieri pugnatorem, & eos instruxisset ad suscipienda pro pietate certamina, se ostendit esse ducem, se militem, se virum strenuum & fortem, & primum in omnibus, & cum Imperatore per literas est congressus. Et lubetissimè quidem memin-

nissent illarum ipsarum probationum, quibus Theodosius apertas nugas esse ostendit ea, quæ ex propositis videbantur esse validissima: sed propter prolixitatem, & ea spectans, de quibus agitur in præsentia: multis enim manibus opus esset & libris: solum meminero eius dicendi libertatis, qua vsus est in fine. Sic enim paucis ostenditur, quàm esset homo liber, & qui nequaquam deijci deprimiue poterat. Sic autem habent ea, quæ scripta sunt:

Cum hæc duo sint nobis proposita, o Imperator, vel turpiter & illiberaliter viuere consentiendo Acephalis, vel honestè mori sequendo recta Patrum dogmata: scito mortem à nobis esse præferendam. Tantum enim abest, vt hæc noua sequamur dogmata, vt non solum in loco mansuri simus, præcedentes Patrum leges sequentes: sed eos etiam, qui præter hæc alia tueri sustinuerint, pie abdicabimus, & subijciemus anathemati: sed nec vllum ex Acephalis ordinatum, per vim suscipiemus. Absit vt hoc fiat, o rex Christe. & si tale quid contigerit, veritatis Deum præsidem testantes, vel potius illum ipsam, qui nunc ab ipsis, maledictis & blasphemijs appetitur, vsque ad sanguinem resistemus: & quomodo pro patria, ita pro recta fide lubenter animas profudemus, etiam ipsa sancta loca igne perdenda visuri sumus. Quid enim opus est solo nomine, quando ipsa sacra, reuera afficiuntur contumelia? Nos ergò nequaquam admitemus aliquid sentire, tantum abest vt dicere, quod discrepet à sanctis & cœcumenicis concilijs. Ex quibus primum quidem ornatur trecentis & octo Patribus, qui cum aduersus Arrium in sancto spiritu Niceæ conuenissent, anathemati miserum subijciunt, & à corpore abscindunt Ecclesiastico, alienantem à patris essentia cum, qui est natura filius, & introducentem dogmata aliena à recta fide. Secundum autem impulsu diuino congregatum aduersus Macedonium, qui ipse quoque sceleratè loquebatur aduersus bonum spiritum, eum abdicat. Tertium autem aduersus prophanam & execrandam linguam Nestorij, qui ipse quoque absurda erat locutus aduersus Christi carnis susceptæ consilium, pulchrè Ephesi conuenit. Post hæc, quod fuit etiam Chalcedone sexcentorum & triginta diuinorum Patrum: qui cum etiam ea dixissent, quæ conueniebant prioribus, & quæ illi dixerant, adhuc accuratiùs exposuissent, infelicem & execrandum Eutychen vnà cum Nestorio abscindunt à corpore Ecclesiæ, & fidem confirmant Apostolicam: & quicumque non ita sentiebat, decernunt esse alienum ab Ecclesia. Aduersus hæc & ignis accendatur, & ens acuatur, & mors quoque nobis acerba adferatur: immò verò, si fieri possit, pro vna innouabiles: nos verò nunquam prodemus veram religionem, neque ea quæ rectè placuerunt Patribus, ea abrogando probro afficiemus. testes sint eorum sudores, quos pro fide susceperunt, & multæ dimicationes: sed ea manebunt firma & immobilia, & apud nos, & apud eos, quos fas est & Deum & nos sequi. Pax autem Dei, quæ superat omnem mentem, sit custos & dux tuæ potentiæ.

Cum hanc Imperator accepisset epistolam, mittens & vim afferre, & conari persuadere, se potius submittens, aggressus est se de ijs excusare, quorum accusabatur, & sic composuit epistolam: Huius innouationis, o homo Dei, nos non sumus authores. Testem confidenter inuocamus, qui omnia cernit, Dei oculum: sed ab illis oritur hic motus, quos plùs, quàm alij, oportebat hæc honorare silentio. Nunc autem cupientes singuli primi videri & dicendi facultate & dignitate, se ipsos feriunt, & nos ad se inuicem attrahunt. Quid nos ergò aliud oportet facere, quàm dum ij mouentur, nos non simul moueri, sed quietem amplecti: vt sic persuadere possimus eis, qui hinc mouere statuerint, dimissa tali contentione, vnà nobiscum quiescere? Onanind enim tuam non latet pietatem, quòd quidam monachi & clerici, qui rectam fidei sibi vendicant sententiam, hæc mouere scandala, se ipsos, vt diximus, studentes offendere primas obtinere partes in harum rerum cognitione: & quòd mysterium & fidem in ore suo circumferant. Quæ quidem cum non possint comprehendere ab hominibus, nihil aliud quàm illos mendaces ostendunt & sycophantas. Ex quo etiam proficiscitur magna Dei in nos indignatio, eò quòd existimamus mysterium non esse mysteriū, nec ex sola fide consistere, sed ex absurdis nugis: & condemnamus eos, qui nos docuerunt Deum fide & mysterio colere. Vos ergò nunc quoque oportet, si vnquam, orare pro Ecclesia, vt nos benignis oculis adspiciat, & pacè suis conciliet ecclesijs, quæ tam malè sunt diuisæ propter studia ipsorum Præfulum. Quæ autem à vobis missæ sunt eulogiæ, nobis admodum lubenter

Epistola eius  
ad Impera-  
torem.

Quatuor  
Concilia cœ-  
cumenica.  
Nicænum.

Constanti-  
nopolitanū.

Ephesinum.

Chalcedo-  
nense.

En quàm  
constanter  
vir sanctus  
Conciliorū  
decretis cen-  
suerit in hæc  
rendum.

Epistola Im-  
peratoris ad  
illum.

ostenſæ ſunt: noſtrum autem quale ſit inſtitutum, annunciabunt pij monachi, qui à vo-  
biſmiſſi ſunt. Et hoc quidem modo ſe habuit epiſtola.

Sed qui hæc quidem ſcripſerat, Imperatorem, & tunc de furore paululùm remiſe-  
rat, & bellum, quod aduerſus rectam opinionem, vel ſuum potiùs caput gerebat, re-  
preſerat: non multo interiecto ſpatio, grauis ſubit pœnitentia: & perindè ac ſi cum  
pœniteret, quòd omninò parùm eſſe pius ſtauiſſet, & ſe facilitatis nimie condemna-  
ret, ad priora eſt reuerſus. Difficile enim eſt, vt eſt in prouerbio, aſinum conſtrictum  
auertere. Rurſus ergò edicta aduerſus pietatem, rurſusque hic egregius martyr citra

Conſtantia  
Theodoſij,

ſanguinem: ſiquidem conſideranda eſt voluntas, & non rerum exitus. Nam cum omnes  
eſſent planè conſilij inopes & dubij quid agerent: & alij quidem blaſphemiam deſen-  
derent, alij autem vererentur vel ſolummodò contradicere: fortasſè autem etiam hæc  
in re communi Patri, dicendi libertate cederent, & veluti ducis ſignum expectarent:  
tunc tunc euadit manifeſtum, qualis etiam ſeneſtus, quando zelo cõfirmatur, ſe fortiter  
& iuueniliter gerit aduerſus ea, quæ pro bono & honeſto ſuſcipiuntur pericula. Con-  
temptris enim illis ſcriptis & decretis, miniſq; innumerabilibus, turbâq; quæ Impera-  
torem & Deum ex æquo reuerſatur, militibusq; qui eos obſeruant, qui eſſent tale  
quid diſturi: Illis omnibus contemptis, tanquàm vanis ſtrepitibus, & dicens non eſſe  
ſuum, ſed puerorum talia horrere tonitrua, leonis ſuſcipiens imperium, cum Dei tem-  
plum eſſet ingreſſus, & ſuggeſtum conſcendiſſet, in quo ſolent legere Sacerdotes, ma-  
nu populo ſignificans ſilentium, Si quis, inquit, quatuor ſanctas ſynodos non tanti eſſe  
exiſtimat, quanti quatuor Euangelia, ſit anathema. Hæc cum dixiſſet, & tanquàm an-  
gelus populum adduxiſſet in admirationem, & vocem omnibus ademiſſet præ miracu-  
li magnitudine, per ſilentium procedit per medium eorum tanquàm dormientium, &  
exiſtimantium ſe in ſomnis videre, non autem verè, id quod ſiebat. Et fuit hoc quidem  
viri ſtratagemata, ex quo dictas quoque ſanctas ſynodos in ſacris diptychis collocare ſta-  
tuerunt.

Eccè quãta  
ſit quatuor  
Conciliorũ  
generalium  
authoritas,  
quæ etiã D.  
Gregorius  
vt quatuor  
Euangelia  
amplectit.

Cum poſt hæc autem nihil eſſet cunctatus, & nec parùm quidem ſubſtiſſet, obiit  
ciuitates quæ erant circuncircã, diſcipulos & alios ſuos ſectatores ex ſolitudine, veluti  
quidam dux exercitũs, eos qui ſub ſe erant, inducens: primus canos, primus etiam  
oſtendens promptum animi ſtadium. Omnes obiens, factus omnia omnibus, certio-  
res reddens eos qui dubitabant: adhuc confirmans eos, qui erant ſtabiles: eos excitans,  
qui erant ſocordiores: eorum, qui erant prompto & alacri animi ſtudio, augens dili-  
gentiam: addens animum ijs, qui extimeſcebant: adhortans eos, qui decertabant: ter-  
rens aduerſarios, quòd tam eſſet magno ac generoſo animo, vt ad eum non pateret ad-  
itus: medicinæ celeritate omnem morbum præueniens, docens omnes, quòd Dei ver-  
bum eſſet quidem idem ſimul Deus & homo, vna autè hypopſiſ ſiue perſona, vt unq;  
eorum habens natura, diuinitatem ſcilicet & humanitatem. Ad ea autè, quæ dicta ſunt,  
probanda adduxit illam ſanctam ſynodum œcumenicam, quæ ipſa quoque de Chriſto  
ſic agit, & ea ratione effugit declinationes hæreticorum, quæ ſunt in vtranq; partem.  
Nam eo, inquit, quòd vnã conſiteatur perſonam, repellit impiam Neſtorij hæreſim:  
eo autem, quòd non neget duas naturas, Eutychetis & Dioſcori magis impiam extur-  
bat hæreſim: neq; ſimiliter vt Neſtorius, Chriſtum vnum diuidens in duos filios & hy-  
poſtaſes: neq; ſimiliter ac Eutyches & Dioſcorus & etiam Seuerus, in vnã confun-  
dens naturam, vnus ſcilicet Chriſti diuinitatem & humanitatem. Nam plus, quàm par  
ſit, habet vnusquisq; eorum: vnus quidem fugiens diuisionem, alter verò contraſtio-  
nem: ille quidem ad hoc, vt duos diceret filios: alij verò, vt ne vnum quidem propriè fi-  
lium fateantur, miſerè exciderunt. Nam Neſtorio quidem, quoniam vtique timebat  
confuſionem, venit in mentem, vt diceret habitudine ſolum & dignitate ſeu authorita-  
te factam eſſe diuinitatis vnionem humanitati: adeò vt cum naturis duas quoque val-  
dè impiè defenderet hypopſiſes, & duos introduceret filios: vnum quidem Deum, geni-  
tum ex patre ſeu ſum & ſeparatim: alterum verò, qui ex ſancta Virgine, per gratiam  
ſolum ei tribuens dignitatem adoptionis.

Error Ne-  
ſtorij,

Eutychetis,  
Dioſcori &  
Seueri.

Eutyches autem & Dioſcorus, & etiam Seuerus, qui ſe eis nupèr adiunxit, & impie-  
tatis elegit eſſe particeps, vt qui vellent abſurdiſſimam Neſtorij tollere diuisionem,  
malum malo medicantur: & ipſi quoque rurſus ſtultè audent introducere confuſio-  
nem, vnã & eandem nominãtes naturam diuinitatis & humanitatis, & ad paſſionem,  
quantum

quantum ad eos attinebat, non verentes deducere impatibilem diuinitatem. Si enim ex  
eorum ſententia vna eſt Chriſti natura, is autem eſt reuerà Deus & homo: fuit ergò di-  
uinitas mortis quoque particeps. Sed ſclerata his ora obſtruantur, & mali malè cum  
ſuis pereant dogmatibus. Eos autem increpet beatus quoque Petrus, Chriſto paſſo pro nobis carne,  
dicens, ſed non etiam diuinitate. Nam eſt quòd attinet ad eſſentiam, vni-  
ta erat Chriſti diuinitas carni patienti, non fuit tamen ipſa ſocia paſſionis. Nam quo-  
modò eſſet eſt enim diuinitas omninò impatibilis. Rectè ergò & ſecurè prædicatum  
eſt ab hac ſancta ſynodo, duas naturas diuinitatis & humanitatis, inconfuſè, immutabi-  
liter, citra diuisionem, in vna honorari perſona: eundem ante ſecula quidem genitum  
ex patre, quòd attinet quidem ad diuinitatem: in extremis autem rurſus temporibus  
natum ex ſancta Virgine, recentiori lege humanitatis: patri & matri ſimilem eſſentia,  
eundem ſine patre & ſine matre: vt qui illud quidem pulchrè eſſe cognoſcatur ex ea,  
quæ infernè fuit, generatione: hoc verò ex ea, quæ ſupernè, vnigenitum & primogeni-  
tum. Illud quidem, quòd attinet ad naturam diuinitatis: neque enim, quòd ad eam at-  
tinet, eſt ei frater: hoc verò, quòd attinet ad eſſentiã humanitatis. Multi enim poſt eum  
fuerunt à patre in filios adoptati per baptiſma.

Hæc ergò & his ſimilia docens ille lingua libera, & quæ acuerat confidenter loquen-  
di audacia: quoniam Imperatorem ad iram magis prouocauerat, ab eo perpetuo da-  
mnatur exilio: ab eo, inquam, qui iam inuitabilem ſuam exterminationem, & quæ  
hinc erat futura, venientem ignorabat migrationem. Et idè ipſe quidem à vita tunc  
præſente, hic autem vir diuinus liberatur ſtatim ab exilio, & vehemens ille fluctus ſe-  
datur eccleſijs, nutu eius planè facit iudicium ijs, quibus ſit iniuria, & diuiniore decre-  
to. Et qui in eam quidem prædonum inſtar impetum fecerant, quod facturi erant, ipſi  
paſſi ſunt: & teſta, vt eſt in prouerbio, conuerſa, damnati ſunt exilio. Qui autem expul-  
ſi fuerant è ſuis ſedibus, in eas glorioſè ſunt reſtituti, & gregi ſuo vnusquisq; redditus  
eſt mirabiliter. Sic ille conſeruatus, non ijs ſolum, qui aderant & ſpectabant certami-  
na, ſed ijs etiam, qui omninò longè erant remoti, fuit admonitio & zelus ad virtutem.  
Nam cum de eo intellexiſſent, & qui veteris Romæ ſedem pulchrè tenebat, (is autem  
erat Agapitus) & qui Antiochenam ſedem regebat Ephraim, ipſi quoque literis rectam  
fidem prædicabant. In quibus multa quoque ſunt ad laudem huius beati compoſita,  
quæ non minorem afferebant gloriam ijs, qui ſcripſerant, quàm ei qui laudabatur: qd  
non ad gratiam, ſed planè ad veritatem fieret laudatio. Quoniam autem difficile eſt, re-  
cenſere omnia ei ſus certamina pro fide orthodoxa, oportet illud in ſumma dicere, quòd  
ipſi quoque cum Propheta inimicos Chriſti odiſſe mirabiliter inerat: maximè autem  
oſtendebat ſe auerſari Origenem, qui exiſtimauit ſuum in hoc ponendum ſtadium, vt  
diuinæ apoſtolorum prædicationi nugæ contexeret gentiliũ, & luderet in rebus mi-  
nimè ludicris.

Sed tempus eſt tranſeundi ad ea, quæ deinceps ſequuntur, & huius viri miraculis  
piorum ac religioſorum auribus gratificandi. Nam cum Imperator impius edicta in  
omnes partes miſiſſet, vt omnes, per cognationem, inquam, & ſodalitatem, in eundem  
locum conuenirent: congregatus quidem eſt hic quoque ſacer cœtus, ſenũ qui erant  
in ſolitudine, inſignis canities, circa locum qui dicitur Hieratheon, cum communi pa-  
tre & filiorum amante. Eſt autem hoc, locus cathedræ: quod fama eſt excitãſſe Con-  
ſtantinum, magnum inter Imperatores: in quo mos eſt, qui perpetuò ſeruatur, vt crux  
veneranda quotannis exaltetur. Quædam autem mulier, quæ morbo laborabat in ma-  
milla: cancerum eum ſolent nominare medici: Ea autem cum iam longo tempore ab  
eo premeretur, & à nulla quidem abſtinuerat medicina: ex ea autem nullum adiuven-  
tum ceperat, niſi quòd in Deo magis ſperabat, quòd humana deſperaret remedia. Ea  
cum ingreſſa eſſet per Angelicam, quæ dicitur, portam, triſtis ſterit prope chorum, qui  
erat circa ipſos: & ad vnum ex ijs (is erat religioſiſſimus Iſidorus) adſpiciens, qui po-  
ſtremò præfuit ſancto Succlauræ monaſterio, cum & figura & adſpectu & lachryma-  
rum fluxu ſignificãſſet dolorem, qui eam vehementer cruciabat, & deindè propius cum  
acceſſiſſet, (neque enim ſinebat dolor eam ſeruare illum pudorem, qui decet mulieres)  
rogauit an cū ſacra hac multitudine magnus quoque eſſet Theodoſius, & qualis is eſ-  
ſet adſpectu. Viri enim fama ad eam ſatis peruenerat. Is autem cum didiciſſet cauſam,  
propter quam eum quærebat, & ſimul morbum vidiffet, & quàm vel ſolo adſpectu eſſet

Ab Impera-  
tore damna-  
tur exilio.

Reſtituitur.

Reſtituitur  
etiam alij.

Pſal. 138.  
Auerſatur  
Origenem.

Crux quot-  
annis exal-  
tatur.

molestus, auertens oculos ab acerbo spectaculo: deinde etiam sciens, quod illius fuerit, & eius qui est in eo spiritus, hæc potenti soluere medicamento gratiæ: quoniam nec ipse erat ignarus illius in Christo virtutis, mulieri medicum ostendit digito, & signis eum accuratè describit.

Matth. 9. Illa verò sensim & sine vlllo strepitu accedit, eum valdè sitiens, & in animo habens illam, quæ laborabat profluio sanguinis. Deinde cum propè esset, mamillam sensim aperuit, fecitque vt cucullam attingeret, & rursus sicut illa, suffuratur curationem, & à magnis doloribus citra laborem inuenit solutionem. Simul enim ac pannum attigit, eius dolor recessit: perinde ac si tenebræ aliquæ solutæ essent aduentu luminis, aut focum ignis irruptione. Ille autem (nullo enim modo poterat ignorare, quod ea tam pulchrè & ex fide fuerat suffurata) protinùs est conuersus, & cum vidisset mulierem, soluit timorem, qui eam inuaserat, in magnum gaudium curationis: Esto, dicens, bono animo ó filia. Meus enim dixit Dominus: Fides tua te saluam fecit. Diuinus autem Isidorus confestim currens ad mulierem, (cupiebat enim oculos quoquè suos pascere ad spectu miraculi) cum ad eam peruenisset, & curiosus adspexisset, videt mamillam planè sanam, & omnis morbi adeò expertem, vt nec cicatrix, nec vllum in eo esset impressum vestigium grauis, quod paulò antè fuerat, vlcere. Ità Deus aperit eam, quæ laet, virtutem, & eos, qui illius solùm oculis volunt manifesta fieri, quæ ab eis rectè geruntur, non sinit abscondi, nec relinquit in angulo: nec vt prædicentur, eis solummodo referuat in futurum: sed eos quoquè, qui hic sunt abditi, producit in lucem & prædicat: & eos, qui sunt sæpè obscuro & inglorij, claros facit & illustres, & sedere facit cum populo potentum. Verumenimverò hoc quidè est eiusmodi. Oporter autem alia quoquè persequi.

Postquam enim tyrannum quidem falx mortis abstulit, patribus autem certè successit id, cuius studio tenebantur, & vnusquisq; ad suum redierat monasterium, modò quidem ibat Bethleem hic vir præclarus: modò cum orasset, reuertebatur. Magnum autem laborem itineris recreans, diuertit ad Martianum. Cum autem venissent ad amplexus, & se inuicem spiritali impertissent osculo, cum eo anima quoquè congregiente, primùm quidem fuit eis apposita mensa sermonum, quibus præclare suos pascebant animos, se oblectantes sanctorum eloquijs, & senum narrationibus, cum quibus intercedebat eis morum cognatio. Cum autem tempus inuiteret, vt meminissent etiam alimentum corporis, non aderat quidem frumentum, vt panis apponeretur: lentem autem discipulis iussit coquere Martianus. Et illa quidem fuit apposita sine pane: Cum autem cognouisset magnus Theodosius tam apertam inopiam, qui egens erat, fuit diues in inopia, ipseque magnoperè studebat, vt lautiori conuiuio exciperentur hospites. Iussit ergò discipulo, vt è pera proferret panes, quos parauerat ad viaticum. Et illi quidem producti sunt & appositi. Ij verò propter charitatem, quæ latificat, non minùs lautum celebrarunt conuiuium ex ijs, quæ erant necessaria, quàm si prolati essent cibi superflui.

Vt solet autem fieri, sermones quoquè admiscetur conuiuio, & complures ex ijs lepidi & iucundi. Hilariter autem diuinus eum rogabat Martianus, dicens: Noli agrè ferre tanta fame laborans hospitium, nec conqueri quod panem vobis non apposuerimus, cum frumentum nobis admodum turpiter defecerit. Cum hoc dixisset, admirabilis Theodosius defixis oculis in barbam Martiani, vidit granum frumenti, quod nescio vndè ceciderat, & illinc sustulit hilari & cauta dextera, & dixit: Ecce frumentum. Quomodò autem dicitis vos egere frumento? Et hoc quidem ab eo dictum vel etiam factum fuerat lepidè & iucundè. Ille autem cum granum, tanquam egregiam aliquam & præstantem sementem, supinis manibus accepisset, id ponit in horreo frumenti, credens eam sine labore multum fructus allaturam, & esse superaturam agricolarum industriam. Id autem ei accidit longè ampliùs & copiosius, quàm sperabat. Nam cum sequenti die esset horrei ostium aperturus, (ó arcana tua Domine miracula) videt quæ intus erant plena fructibus: qui reuerà prouenerant absq; agricultura, aut potius cum agricultura solius orationis. Cum ergò nihil esset in hoc cunctatus Martianus, statim mittit vnum ex suis discipulis ad magnum Theodosium, ei significans mirum & ineffabilem rei euentum, & simul ad admirabilis spectaculi societatem eum vocans. Postquam ergò is quoquè venit, ostium quidem erat parùm apertum, frumentum autem à seipso extrudebatur, cum non posset horreum capere multitudinè, & sic ex eo pet-

Nota exitium miraculum.

Mensa sermorum optima.

Nota lautitias sanctorum patrum.

## DE S. THEODOSIO COENOBIA RCHA.

multum foràs effundebatur. Hoc est prioribus quoquè simile, & miraculo de panibus nihil dissimile, quod olim meus effecit Christus. Nam vna omninò est in vtrisque operatio: nisi quod illic quidem ipse erat præsens & ministrans: hic autem suo famulo vtès ministro miraculi, sicut priùs quoquè Apostolis. Post hoc autem oportet illius quoquè meminisse.

Mulier quædam, cui insignis patria erat Alexandria, ingentibus autem abundabat opibus: dicatur id etiam, quod erat in ea multo melius, & dignius quod committatur auribus, nempe quod & diues erat bonis moribus, & curam gerebat vitæ piæ ac religiose. Ea cum accepisset filium, (erat autem hic ei vnigenitus, & solus in se rectè seruans femina generis) ventitabat ad monasterium, & adducebat eum ad pedes magni Theodosij. Puer verò etiam antequàm adduceretur à matre, vbi procùl vidit Theodosium, protinùs illum esse exclamauit, qui eum super puteum sustinens conseruauit. Rogata autem mulier, quidnam sibi vellent ea, quæ dicebantur à puero, dicebat eum quidem luisse vnà cum æqualibus: cum autem ludo esset intentus, & non præuideret, quæ erant in pedibus, deiectum fuisse in puteum, eumque profundissimum. Et qui aderam quidem, immaturam & acerbam mortem pueri desebant. Nemo enim erat, qui non existimaret puerum fuisse statim ab aqua suffocatum. Quid enim ex ea re poterant aliud suspicari? Deinde etiam se humanè gerentes, se ipsos statim demittunt in puteum: non vt eum acciperent antequàm moreretur: (Quomodò enim eius esse posset vel spes minima?) sed vt antequàm corrumperetur, eius corpus attraherent, matri donum calamitatis, & acerbum oculis spectaculum, & stimulum doloris, tanquam ex naufragio conseruatum, simul & fugiendum & desiderandum matris oculis. Postquam autem descenderunt, & eum inuenerunt sedentem super aquas, & nec tantillum quidem madefactum, sed qui sustinebatur veluti ab aliquo solido, ore aperto manebant, mirabantur, dubitabant, nesciebant quidnam cogitarent de eo, quod cernebant. Sed cum eum ex aquis extraxissent, & non absque diuina prouidentia rem factam fuisse iudicassent, eum rogabant: is dixit, quendam adstitisse Monachum, tali habitu, amictu & forma præditum: dicens omnia insignia, quæ erant patris Theodosij longè similima. Et huius, inquit, mihi manus causæ sunt, nè in aquis interiërim, quæ me rectè sustinebant, & efficiebant vt essem aquis superior.

Hæc mater & narrabat, & adiciebat: Ego, inquit, cum ex illo tempore filium accepissem, vrbes oboe & vicos & montes & præcipitia, labores subiens, multos quidem, sed non iniucundos, vt liceret mihi incidere in eius seruatorem. Nunc autem cum eminus eum agnouisset filius, mihi quoquè matri dedit vt agnoscerem: & eum apertè prædicat libera lingua, & quæ suspicionem omnem superat & mendacium, meque gaudio repletam & admiratione, & veluti quodam diuino furore percitam, non sinit quiescere. Hæc cum dixisset, ad opus quoquè accessit, vt quæ protinùs ad genua patris aduolueretur, & illius poplites ambabus prensaret manibus, & completeretur labris simul & animo, calidas in eos lachrymas effundens: & seruatorem, & vitæ authorem, non solum filij, sed suæ quoquè magnum vocans Theodosium. reuerà enim ei fuisse futuram deinceps vitam non vitalem, aut vel ipsa morte longè amariorem, si tam intempestiuè, inquit, & miserè ei filius interiisset.

Potest autem oratio quoquè aliquid aliud dicere, simile præcedenti. Nam quædam alia mulier, quæ in partu quorannis grauitè laborabat, & nec ex eo aliquam capiebat utilitatem. Priusquam enim infans editus esset in lucem, è vita excesserat, & labores lucus, & mors partum excipiebat. Hæc ergò quæ sic & multos pariebat filios, & erat orba filijs, cum iam longo tempore eo malo esset vexata, vix tandè inuenit mali medicamentum: & cum ad sanctum confugisset, ei que affectionem suam dixisset & calamitatem, lachrymis potius quàm verbis virum orat vehementer, vt malum ei sifteret, nè ampliùs progredere. Sistet autem, inquit, non aliter, quàm solo tuo nomine, si permisseris id quod nasceretur, sic vocari. Et hoc erit, inquit, mihi & solutio calamitatis, & filio causa vitæ. Hæc cum petisset, & annuentem magnum nata esset Theodosium, & quod deinde natum est, Theodosium nominasset, vehementer quoquè fide dignam inuenit mercedem. Non ampliùs enim partus labores ei peperere lachrymas, sed apertè lætitiæ occasionem, cum eum, qui inter viuos erat primogenitus, Theodosium adhuc videret superstitem, & complementem chorum monachorum eius, qui illum genuerat

Matth. 14. & 15. Matrone ditissimæ & religiose filius mirè seruatus.

Is agnosce S. Theodosium, à quo fuit seruatus.

Mulier post crebros abortus salutè edit prole.

secundum spiritum: & orationis fructu potius, quam alui, conspici ex operibus: quandoquidem hæc quidem morientium, illa verò viuentis mater fuit: & idè adductus est ad monasterium ab ea, quæ genuit, & vicissim Deo est redditus: vt, sicut præsentem, ita etiam manentem vitam consequeretur. Multa alia eiusmodi posset quispiam illius recensere.

**Item alia.** Quædam itaq; alia mulier, profecta quidem ex ciuitate Bethleem, quæ similiter in partu laborabat, æquè autem infelix erat eius euentus, & in pariendo grauius affligebatur, & in magnum vocabatur periculum, eadem quoquè impetrat à magno Theodosio, eodem medicamento vsa ad curationem, & filio suo eodem, quo ille, vocato nomine. Quem non solum vidit grandem, & qui iam ad virilem ætatem peruenerat: sed manuum quoquè artificio præstantem, & qui fuit ædificator optimus sui temporis. Sunt admirabilia, quæ dicta sunt: sed quæ restant, sunt ijs longè admirabiliora.

Cùm bruchus aliquando & locusta terras depopularentur, inuitabilibus senectutis vinculis vinctus magnus Theodosius, & qui nec liberis quidem pedibus vti poterat, salutem multorum postponens omnia, ita vt erat affectus pedibus, & baculo more senum supplens quod sibi deerat, viam peragit: vt sic magis Deum quoquè traheret ad misericordiam, vt qui ad specturum esset necessitatem eius profectiois. Discipulis ergò manus sustentibus, & omnibus modis eius ingressum adiuuantibus, peruenit ad locum eis innixus, vbi bruchorum & locustarum multitudo ingens, agros non minus quam hostes, populabatur & deuastabat. Cùm ergò sanctus illic staret, & manus sustulisset Deo supplices, & deinde horum bruchorum & locustarum vnum in manus sumpserit: & partim quidem cum vilissimis & breuissimis animalibus, tanquam cum conseruis, disseuisset: partim autem iussisset, vt labori pauperum & agriculturæ parcerent: hoc enim vobis, inquit, communis quoquè præcipit Dominus. Cumque cum eis ita placidè locutus esset, tanquam cum animatis, ea quæ dicta fuerant, consecutum est miraculum. Tantum enim examen deinceps mansit in regione, & nec transiit aliò, nec damnum dedit ijs locis, in quibus versabatur: sed veluti foedere inito cum agris, decatèrò circunvolabat quidem, & ardebat spinas: amicitia autem & pax ei intercedebat cum fructibus, & ab eis omninò abstinebat.

**Bruchos & locustas, nè nocent, cohercet.**

Sed hæc quidem per se: alia autem re etè quoquè gessit per alios. Nam cùm aliàs flagellum simile terram premeret, & videbatur fore, vt mox ei vico incumberet, ex quo & vicini omnes parabant commeatum, & qui multis benignè communicabat ea, quibus opus habebant: cùm vas quoddam impleret oleo, & hoc inuocatione diuina sanctificasset, id mittit in vicum: & cùm viris tradidisset fidelibus & pijs, hoc solum suffecit, vt esset tanti mali solutio. Tunc enim repente de medio sublatum est id, quod lædebat, & vicus conseruatus est illæsus.

Vestimentis aliquando fuit opus fratribus: & illi quidem ei exhibebant molestiam, vt aliquid præberet ad emendum: quoniam si velle & commiserari tolleretur, nihil erat. Sed tamen confidens veridicæ Domini promissioni, ea tunc apud eos est vsus, dicens: Nolite esse solliciti de crastino. Sequenti autem die effectum sunt consecuta ea, quæ promissa fuerant. Protinus enim quidam alicundè adueniens, centum dedit aureos: qui quidem dati, ad vsum vestimentorum seruièrunt fratribus.

Julianus quidam, qui ab ineunte quidem ætate veniit ad magnum Theodosium, postea autem fuit ipse quoquè cognitus Pastor optimus, ecclesiæque, quæ est in Bostra, fuit ei credita administratio. Is ergò de ipso quoquè hæc narrabat, quod cùm fuisset in ciuitate Bostrenorum: semper enim magnus Theodosius eum habebat socium vitæ ex Christo agenda, volebatque cum eo philosophari, & esse socius solitudinis. Cùm ergò fuisset in dicta ciuitate, primum quidem mulier quædam insignis & vitio nobilis, cùm sanctum dixisset planum & impostorem, in oculis eorum dedit poenas, intemperantis linguæ acerrimum subiens supplicium, cùm graui morte eius erupisset anima. Deinde autem, inquit, nos quidem ciuitate egressi, proficiscebamur ad Apostolorum templum, quod est propinquum. Monachi autem quidam ex monasterio propinquo, qui morbo Seueri laborabant, cùm nos vidissent accedentes, lignum quod conuocat ad ecclesiam, pulsabant ante horam consuetam, & synaxim significabant fratribus. Magnus autem Theodosius, intellectis insidijs, cùm diuino zelo accensus esset eius animus, verbis Domini opportunè est vsus: & eos, qui ipsi insultabant, iuste est vltus, lapidem

**Matth. 6.**

**Mulier atrocis conuicij in sanctum, diras luit poenas.**

**Luc. 21.**

lapidem non esse mansurum supra lapidem in eo loco, ipse quoquè minatus. Porro autem minas consecutus est effectus. Breue tempus intercessit, & quædam Agarenorum multitudo, nocturna facta incurfione, illud quidem igni mandant monasterium, & diripiunt etiam quæcunq; illic erant: & abducunt captiuos monachos, & nunc proponitur locus, acerbè oculis spectaculum, qui non magis meretur videri, quam deseri. Sed hæc quidem narratio aperte est disciplinæ & castigationis. Alteram autem, quæ est planè gratiæ particeps & vtilitatis, vult addere oratio.

Dux Romani exercitus, (mos est autem eum vocare Comitem Oriëtis) nomine Cericus, in bello audax, in Deum autem pius. Is iam incurfionem facturus contra Persas, existimauit oportere se primum currere Hierosolyma, & illinc aduersus hostes assumere auxilium. Cùm aut statuisset in transitu ire ad hominem Dei: eum enim valde traherat illius fama, & virtutis illecebræ: dum abiret, & multa alia licuit ei audire ex sacra illa lingua, & hoc inter cetera, Nè, quomodo diuinus Dauid, in arcu speraret, nec poteret salutem in gladio: sed nec in multorum hominum consideret millibus: vnum autem sciret adiutorem, vim inexpugnabilem, cui est facile, vt vnus mille persequatur, & decem millia profligentur à duobus. Hæc cùm Comiti sanctus disseuisset, ita fuit ille captus ab eius admonitionibus, & ita flagrare coepit eius desiderio & ardenti fide, vt ipsum cilicium, quo magnus ille interiùs induebatur, loco cuiusuis alterius rei arma peteret, quibus se conseruaret. Quod quidem cùm accepisset & induisset, & consueta aggressus esset certamina, paulò post victor redijt, cùm & animi & manus p̄clara ostendisset facinora, & digna quæ commemorentur.

Cùm rebus ergò fortiter in bello gestis, insignis & clarus esset reuersus, nequaquam ingratus fuit in benefactorem, neque vt multi, qui postquam sunt consecuti, obliuiscuntur beneficij: sed se similem coferuans in omnibus, rursus venit ad sanctum cum vehementi cordis exultatione, & gratias agens, & ei vniuersam adscribens victoriam. Dicebat enim: Illo ipso tempore pugna, mihi quidem cùm pro thorace tuum induissem cilicium, veniebat in mentem considerare, & in hostes irruere. Cùm autem manus conseruissemus, magnæ exoriebantur tenebræ, tanquam in densa caligine: & ab alijs quidem omnibus ea etiam, quæ propè erant, cerni non poterant: ego autem te solum mihi videbar videre me præcedentem, & manu significantem, & admonentem vt has quidem prælij partes dimitterem, in has autem pugnam: & te duce equum agere, donec conspectus terribilis & intolerabilis inimicis, vehementi terrore omnibus iniecto efficerem, vt se conijcerent in pedes, & turpem fugam lubenter eligerent. Et hæc quidem ille, qui etiam dignus est habitus diuina hac apparitione.

Non ad illum autem solum, sed etiam ad alios magnus Theodosius, ad multos qui dem inter nauigandum, ad multos autem in faciendo itinere, & ad alios quidem, qui cum furenti mari & ventorum colluctabantur, ad alios autem qui in ora ferarum incidierant, & ad alios quidem in somnis, ad alios autem videntibus reuera eorum oculis accedens, liberauit à periculis. Non hominibus autem solum adè acris fuit adiutor, sed bonæ huius quoquè animæ benignitatem vel in bruta animantia, parata est ostendere oratio. Viatori enim aliquando asinum deducenti, sæuus leo occurrit, qui viatorem quidem neglexit, in asinum autem irruit. Atq; viatorem quidem, vt accidit ijs malis, quæ præter spem eueniunt, stupor inuasit & metus: temporis autem velocitas effecit, vt vnum solum inueniret medicamentum ad ferendam opem, nempe nomen sancti Theodosij. Quod quidem cùm dixisset, statim cessauit & ira fera, & repressus est vehemens eius impetus.

Iam verò qualis fuit in futurorum præscientia? Oportet enim paucis quæcunq; sunt illius ostendere, & veluti eorum gustum præbere: vt sit etiam manifestum omnibus, quod quomodo nullius ex ijs, quæ ex virtute geruntur, ita nec charismatum seu gratuitorum donorum fuit expers. In fuit aliquando, vt præter solitam horam pulsaretur lignum: nondum enim erat hora secunda diei: & præcepit, vt fratribus significaret synaxim. Illi autem conuenerunt quidem: neq; enim poterant contradicere, vt qui optimè didicissent obedientiam. Cùm autem fuissent congregati, rogabant eum conuenissent ante tempus. Ille verò (ò puram animam; ò oculum, qui procul omnia adspicit) stabiliter lugens & miserabiliter, Orandum est, inquit, ò patres, orandum est. Video enim iram Domini, quæ iam mouetur aduersus Orientem. Hæc ille quidem dixit,

**Pal. 43.**

**En quanti sit cilicium sancti viri.**

**Obserua videri ad mirandam,**

**Nota quam multis ad huc in corpore positus appareret.**

**Claret spiritu prophetiæ.**



Antiochia  
corrui.

Illi autem tunc quidem neque videbant aliquid, neque vnà cum eo dolorem accipiebant: quoniam nō iisdem, quibus ille, intuebantur oculis. Sexto autem aut septimo die, postquam prädixerat, auditum est, Antiochiam fuisse magno terræ motu euersam, illo tempore, quo iam prädixerat illè magnus: totque ornamenta, tantamque cecidisse speciem & pulchritudinem, & in vilem puluerem redactam iacere ciuitatem: quæ neque tanto casu dignas confecuta est lachrymas, neque luctum, qui exaquaretur calamitati. Atque talis quidem fuit eius præscientia. Res autem multas præclare ab eo gestas, præcedens ostendit oratio.

Nota ex  
nimiam hu  
militatem.

Oportet autem hoc quoque addere, ad quantam humilitatis altitudinem peruenirent. Contendebant & depugnabant inter se aliquando duo ex fratribus. Is autem suadebat, vt componerent inimicitias, & odium commutarent amicitia, quæ decet omnem Christianum: multo autem magis monachos. Quoniam autem dicens non persuadebat, videbat autem illorum esse maiores inimicitias, quam vt suis verbis placari possent: fit supplex protinus pastor, ouium: magister, discipulorum: pater, filiorum: & illorum bonum postulabat ipse, tanquam proprium beneficium: eorumque morbum & vulnus medicus rogabat vt sanaret. Rogabat autem non leuiter nec contemptim, sed magnopere & vehementer, sed magnam moderationem afferens & humilitatem. Se enim humi deiciens iacebat, aperta figura humilitatis mollire se credens duritiem inimicitarum: nec prius desistit rogare, quam eorum odium mollierit, & eos, qui à se inuicem male erant diuisi, amicitia vinculis colligârît.

En, vt etiã  
iniuste ex  
cōmunicat  
us nō con  
templaret.

Segregauit aliquem ex fratribus, iuste se gerens, cum iusto scilicet cōiuncta clementia, videbat enim morbum egere tali medicamento. Ille verò bona malis commutans, simul & ordinem transiit, & eandem rursus intulit poenam ei, qui nihil habebat simile, perinde ac si quis iuberet sanos ea tolerare, quæ tolerant egroti: adeò vt sit manifestum, fratrem quoque alio morbo laborare grauiori, nempe impudentia. Quid ergo magnus Theodosius, moderatione & humilitate valde excelsus & celestis? Poenam quidem suscipit, tanquam quæ rectè fuerit imposta, & vt quæ in ipso locum habeat: neque prius diuinis communicauit sacramentis, donec ipse, qui ligauit, induxit ipse quoque solutionem. Erat enim Moïsis euidenter imitator, terribilis quidem & inexorabilis ijs, qui in Deum peccabant: valde autem mitis & mansuetus ijs, qui ipsum offendebant. adeò vt nec veniret in cōtemptum propterea, quòd esset mitis & mansuetus: nec grauis ac molestus propter nimiam austeritatem, & vt qui solum corporibus imperaret, non animis. Voco enim, quod ex metu quidem solum est imperium, imperium corporum: id autem quod desiderium quoque habet temperatum, etiam animorum.

Virtutes  
Patrum vt  
in se ex  
presserit.

Non solum autem Moïsis, sed etiam cuiusvis alterius in virtute excellentiam imitabatur: vt potè Abrahæ, quòd Deo pareret in omnibus, & omnia propter illum contemneret: non solummodò pecuniam aut patriam, aut familiares & cognatos, sed ipsam quoque naturam & vitam. Ijs enim, qui genere attingebant, non Deum solum, sed eos etiam, qui ex Deo viuebant, putabat esse preferendos, & eos magis attrahebat ad cognitionem, propter virtutis rationem & studij & volūtatis, quæ in idem confertur. Itaque in spiritalis Patres vsque ad mortem obedientiam, & eius corporis gratum & acceptum sacrificium: Iacob perfectam sinceritatem & libertatem ab omni improbitate. Huius autem sunt fide digni testes, qui cum eo consuetudinis & familiaritatis fecerunt periculum, Ioannis solitudinem & inedia: Petri, cum exacta fide, vehementiam & ardorem: Pauli, pro eo quod est honestum, perpetuam actionem, afflictionem & diligentiam: & quòd propemodum vniuersum orbem terræ, sicut ille, partim quidè pedibus, partim verò sermonibus, partim verò fama peruaferit: & vt semel dicam, quomodo quis pictor præstantissimus, qui præstantissimos virtutis colores vndique collegit & rectè miscuit, is veluti quoddam exemplar suam vitam, laudatu quam imitatu faciliore, proposuit virtutis studio sis.

Neque verò Iob admirabilis erat extra chorum eorum, qui sumpti sunt ad imitandum: sed eius etiam tolerantiam, semper quidem, in fine autem apertius est imitatus. Nam cum iam esset à vita humana excessurus, & pro ijs, quos tulit, laboribus mercedes & remunerationes, quas sperauit, accepturus, postremò eum inuadit morbus diuturnus, & propemodum ne iuueni quidem & florenti corpori tolerabilis, nedum tanta senectute confecto, & quam virtutis causa susceperat, afflictione. Ea de causa & toto

\* animo

\* animo iacebat in lecto, cum inexpugnabilibus colluctans doloribus, & talibus dilatatus afflictionibus. Tunc enim attractam habens illum pellem, & vt dicitur, vmbra si mulacrum effectus, adeò vt nihil ei præter ossa relinqueretur: nihil tamen molle, nihil illiberale, nihil indignum aut fecit, aut est locutus eo spiritu, qui tali vitæ conuenit. Quinetiam cum quidam senex intentam ac vehementem vim morbi adspexisset, & ei dixisset, Roga Deum, fortè enim malum sic sistetur: non amico nec benigno, vt solebat, eum ad spectu intuēs: Nè tu mihi, inquit, o pater, quidquam de eo dixeris. Nam cum me sepe tales subiissent cogitationes, arbitratus has esse potius maligni insidias, quam consilium, eas toto studio repuli: vt qui illud apud me reputauerim, quòd presentis quidem vitæ bonorum satis magnum fructum ceperimus, vt qui gloriã scilicet & nomen simus consecuti. Oportet ergò omninò affligi, & mala perpeti, & aliquam habere partem, quæ digna sit ea, quæ est illic, consolatione: nè nobis quoque meritò illud dicatur, quod diuiti dictum est: Præcepti bona tua in vita tua. His auditis, se abscondit senex: & Lucæ 16, nec habebat quidem omninò, quod sancto responderet.

Ceterum illius patientiæ & tolerantia multa quidem sunt alia quoque signa: testes autem sunt ij quoque, qui in tempore infirmitatis ei inseruere, quòd nihil ex animæ operationibus à morbo fuerit ei surreptum, nec in amore diuinorum eloquiorum ipse omninò seipso visus sit inferior aut frigidior. Est aut hoc quoque signum vehementis illius rerum diuinarum meditationis. Nam etsi illius oculus somnum sepe gustauit, vt potè flexus ab ea, quæ omnia vincit, natura: at eius quidem certè labra faciebant, quòd con- Etiam dor- micans orat. sueuerant. Quocirca etiam interim, dum à somno surgeret, canticum ad Deum comprehendebat labris: adeò vt, quòd dicit diuinus Dauid, in eo impletur: Et noctu canticum eius est apud me. Porrò aut multa quoque dicunt eum in morte diuinasse: multa aut etiam prädixisse de futuris, per spiritum qui in ipso cohabitabat. Nam cum eum circumstans totus cœtus fraternitatis, specie quidem illum, reuera autem seipsum vnusquisque desiebat, vt qui talem patrem amitteret, qui eos in Christo genuit, ex Pauli sententia, quique carnalium Patrum viscera longè vincebat sua in illos affectione: & cum quo vnà maluissent deficere, si fieri potuisset, quam eum videre excedentem.

Is autem cum eos satis esset adhortatus, vt in loco permanerent, & vt ingruentes tentationes ad finem vsque fortiter ferrent, & vt eis obedirent, qui post ipsum præfuturi essent monasterio, & prädixisset omnia, quæ erant euentura, dat eis illud signum, quòd finem essent acceptura ea, quæ dicta sunt. Si enim post meum, inquit, decessum videritis mihi gregem augeti, & quo magis tempus processerit, tanto se maiorem euadere & meliorem, tunc dico vos de alijs quoque bonam spem oportere cœcipere. Quòd si non sint hæc hoc modo se habitura, clarum est, fore vt nec reliqua finem sint acceptura. Quæ quidem an euenerint, sicut ille prädixit, & finem acceperint, ipsa ante alia testantur, quæ videntur, magnitudo quidem adificiorum monasterij, & multitudo eorum, qui inhabitant, & eorum virtus eiusmodi, vt cum eis nemo possit contendere. Viuam autem illius post mortem quoque gloriam, & quanta ei fuerit apud Deum fiducia, quinam alij apertius ostenderint, quam oculi quidem eorum, pedes verò claudorum, & manus eorum, qui erant manci ante illius preces: ex quibus illè quidem vt mouerentur, hi verò vt currerent, oculi autem vt viderent, per eum acceperunt: & ante hæc ipse loculus reliquiarum, qui vnguenti fons esse cognoscitur?

Sed hæc quidem oratio, quæ nos portat tanquam fluentum aliquod, admonet me, vt in eius morte amplius immerer, & tractem quemadmodum excesserit, & ea etiam, quæ post ipsam sunt consecuta, apertius eloquar. Postquam enim vidit Magnus illam appropinquare, & sciuit futurum, vt post tres dies ad communem patrem & celestem transmitteret: cum tres solos Episcopos accersisset, perinde ac de re aliqua communi cum eis tractaturus: turbam enim & tumultus vitabat ille maximè: & simul etiã, vt dierum numerum per ipsos ostenderet, quòd scilicet plusquam tres non viueret: Cum eos ergò accersisset, salutar letus tristis, lachrymans non lachrymans, animo anxios ipse hilaris, sicut etiam erat consentaneum. Nam illi quidem priuabantur eo, qui desiderabatur: Hic verò deducebatur ad eum, quem magis desiderabat, & illi quidem se patre priuari agere ferebant, hic verò proficisciebatur ad Patris tabernacula. Hic quidem videbat finem eorum, quæ ei afferebant molestiam: illi verò ducebant illius mortem esse rerum molestiarum principium. Deinde cum manus susulisset ad orandum, & labra sensim

for. anno  
Ep inuicta  
patientia.

Etiam dor-  
micans orat.

Psal. 47.  
Moriens  
multa præ-  
dicit.  
1. Cor. 4.

Coenobij  
eius & stru-  
cturis &  
monachie  
auctum.

sensim mouisset, ita vt ijs qui adstabant, relinqueret cogitandum, quod extremi ad Deum excessus verba loqueretur, & post orationē eas decore pectori imposuisset, generosam illam & verē demonibus terribilem & inexpugnabilem animam commendat in manus Dei, cum omnes annos vixisset centum & quinque, & paulo amplius. Deus autem eius mortem statim honorat diuino miraculo. Hoc autem fuit:

Moritur vir sanctus 105. annorum.

Vir quidam nomine Stephanus, genere Alexandrinus, qui iam lōgo tempore vexabatur à maligno spiritu: & Magnum quidem prius rogātur Theodosium, vt eum curaret, & ideò vsque ad extremum eius spiritum permanerat, non autem impetrauerat, quodam diuini omnino consilio, vt potē quod post vinculi soluitionem, & beati Patris dimissionem, maligni quoque spiritus reseruetur dimissio. Hic ergo cum fuisset prope lectum, qui corpus ferebat iam mortuum: tunc enim erat sanā & composita mentis, quod maiorem quoque ei dolorem afferebat, vt qui posset considerare, in qualem incidisset infelix calamitatem, & quod quam solam habebat spem liberationis, ea quoque sit priuatus, mansurus sit autem perpetuo hanc grauem sustinens tyrannidem, & ferens motum dæmonis, secretos illos impetus, furorem horribilem, & quæ dicuntur, agitationem, casusque miserabiles, qui ex eis oriuntur, & inenarrabilem apud homines ignominiam. Hæc cum in animo versaret, & rectē intelligeret, quod nulla spes deceret, & nulla ab eis relicta esset liberatio, graui dolore cor ei feriebatur, igne viscera incendebantur, grauissimo luctu anima tenebatur: quid non dicens, quid non faciens miserabile: capillos acerbè vellens, pectus valdè feriens, fronte miserè solum pulsans, longum & acutum eiulans, pedes rigans lachrymis, eum qui iacebat, tanquam mortuum alloquens: Qui solus erat spes, solus seruator recedit, reliquit nos deditos dæmoni. Quodnam est adhuc refugium? Quænam est adhuc expectatio? Nunc enim melius est sua sponte incumbere: nunc ignem, nunc mare ingredi, & sic dæmonis insultus effugere.

Dæmoniacus ad eius corpus exanimeliberatur.

Hæc desilens infelix, se in lectum deiecerat, amplectebatur reliquias: mælebat vnā cum eo sepeliri, quā lucem adspicere, tali tyranno seruiens. Quid ergo Deus rerum admirabilem? Mouet quidem dæmon interim, dum flet, hominem, & cum eum humide iecisset, & totum ipsum in oculis omnium dilacerasset, vt vel sic inuoluntarium significaret recessum, quamque sit hominibus infestus, & quanto in eos cieatur furor, eum relinquit: aut potius ipse exturbatur, motus flagello diuiniore. Sic ergo ei & viuo & post mortem cessit terra, & cælum, & mare, & aer, & dæmones. Terra quidem à feris, cælum verò à siccitate, mare autem à periculis, aer verò à locustis & brucho, dæmones autem à plagis homines liberantes: & nihil fuit, quod non deinceps eius testaretur virtutum apud Deum fidutiam.

Petrus Episcopus Hierosolymorum.

Cum autem fama repente in omnem locum peruassisset, quod & magnus Theodosius ad suum Dominum iam excessisset, & magnum de dæmoniaco miraculum esset non paucis auditione acceptum, Petrus ille magnus, qui tunc Apostolicam sedem tenebat Hierosolymis, ille, inquam, Petrus, cuius magna quidem fuit fama, famam autem superabat virtus: accedit cum multis alijs Episcopis ad sepeliendas reliquias. Vndique autem concurrebat, & multitudo monachorum simul, & eorum qui simul promiscuè versantur cum alijs. Omnes autem multum ponebant studij, vt & partem aliquam attingerent, aut sanctorum illius capillorum, aut sacræ vestis, aut certè vt vel solum appropinquarent, & beatum illum vultum viderent: & de eo tanta certabatur contentione, vt ne diu quidem permitteretur sepelire reliquias, sed melius existimaretur, prætermittere iusta quæ sunt mortuis. Deinde verò tandem permittente multitudine, honorificè simul & splendide illud venerandum & cælis dignum corpus terræ mandatur & contegitur: non vt quod oporteret quidem abdi & latere, sed quod seruabatur potius pijs, tanquam opes & thesaurus: Ad gloriam Domini nostri Christi, simul cum Patre & sancto Spiritu, nunc & semper & in secula seculorum,

Eccē qui bus enco mjs sancti viri corpus celebrat.

Amen.

VITA

VITA SANCTI ARCHADII MARTYRIS, PER  
DIVVM ZENONEM EPISCOPVM VERONENSEM  
*scripta, sed nunc demum locis non paucis emendata & aucta.*



Um beati Archadii martyris gesta, fratres charissimi, cælestis triumphus honore sublimia, fidei annalibus recensenda mandamus, in agone immortalis laudis Christianus semper ardor animatur, sit geminum de religiositate commercium, cum ad cæleste præmium populus accenditur, & de martyris meritis non filetur. Sed quis illustri martyrij palmiferam tot trophæis coronam competenti valeat sermone differere, cum in spiritali palæstra multiplex luceat sui numerositate victoria, cum in vno corpore tot martyria videantur esse, quot membra?

12. IANVAR. Est sermo 49. inter sermões eiusdem libr. 3.

Armauerat diabolus satellites suos in Dei populum, veterano odio desertor antiquus, & totam familiam Christi impastæ feritatis grassatione turbabat. Indixerat in homine Deo bellū, & infaustæ superstitionis busto in nefas conscium toto mundo funereum fecerat rogam. Scatebat per tecta culminum publicum scelus, nec fuerat locus, in quo non erat pro religione sacrilegium. Cogebatur Christi populus vanis superstitionibus interesse, atque in cultus nefandi ritus, nunc aut libamina incesta profundere, aut ornatas fertis victimas trahere, aut grauias nidoribus thura succendere, aut inter fumidos ignes pallenti aruina funesto sanguine prolitare, vt illicita administratione ministerij Christianis mentibus Deus posset expelli.

Sæua persecutio.

\* varijs

Sed dum bellum duri certaminis geritur, & familia Domini cælo spectante probatur, Archadius beatis simus martyr, huius inopinati nūcij horrore perculsus, paululum distulit pugnam, iam debitus ad coronā. Nam posteaquam turbari urbem funesta conuentione cognouit, ac singulos quosque ad funebre illud spectaculum trahi, cōtemptris vniversis facultatibus suis, amputatis raptibus sæculi, delitescens, secessionis se commendaui vmbraculo: vt rursus Christiano explicans voto, vt & non longius videretur à prælio, & secedendo Euangelicæ iussione animaretur exemplo.

Archadius primò latitabat. Matth. 10.

Eccē itaque in eius hospitium, velut in hostilem prædam, grassantium satellitum præceps irruit manus, sperans occupatione festina Dei famulum posse deprehendi. Quem beati propinquus martyr, qui in eius fortè debebat habitaculo, absentem esse assiduis vocibus inclamabat. Hunc verò profitentem, ad nefandam custodiam noxiè mancipes rapuerunt. Quem oblatum sibi, iubet crudelissimus rector acri obseruatione detineri. Ad futuræ gloriæ testimoniū, tale beatus Archadius debiti martyrij quodammodo sequestrauerat pignus, in quo nec Christum relinqueret, nec propinquum. Statim itaque beatis simus martyr se latere non passus est, se vitro offerens iudici, moram suam voluntarię oblationis præiudicij excusauit. Cui cum prouincię rector, pristinę eius fugę veniam sub pactione promitteret, si se vel serò nefandis superstitionibus immiscuisset, talibus in eum sanctissimus martyr vocibus exilijt:

Prodit in publicum.

Quid (inquit) vanissime omnium iudicum? putasne, aut de lucis istius incogruis vsum, aut de properæ mortis subitis damnis familiā Dei posse terreri, cum sciamus Apostolica fide esse scriptum, Mihiviuere Christus est, & mori lucrum? Excogita quibus potes supplicij tormēta grauiora: maioribus te furoris stimulis accende: cuiusuis cruciatūs exercemole: nos à Deo non poteris separare.

Eius egressia cōstantia. Philip. 1.

Statim igitur crudelissimus rector, viperei veneni felle commotus, iubet noua & inuisitata animaduersione pœnarum, nec vsuali in reos lege, carnificum manus in martyris membra sequere. Viluerunt vngulae, inutiles ictus visi sunt plumbatarum, stetit contemptrus oculus, crebri sustium imbres, maioris pœnæ contemplatione neglecti sunt.

Excogitatur nouum stupendumque supplicium, quo se in homine vincere crederet Deum. Iubet sanctissimum martyrem furoris sui conscijs tradi: quibus nihil aliud imperat mandatorum, nisi vt non præpropere discessu martyris spiritus migraret ad cælum. Expectet, inquit, mortem suam, & per membra distentus, proprij corporis laniatione vnum cadauer adspiciat. Incidatur (ait) ab articulis manus, à cruribus pedes. O infanc hominum, fraudauit te furor tuus: Adhuc erat in victima Domini, quod possit offerre.

Nota san- manitatem sequi iudicia.

Ampu-

Amputadam linguam mandare ne scisti, quæ in colluctatione martyrij prior solet Domino confiteri. Ductus est tandem beatus Archadius ad exoptatum iustis orationibus locum. Et intuens cælum, sterit Deo spectante securus. Parauerat extensa futuris istibus colla, nudauerat gladijs venientibus iugulum, putauerat se feralem iudicis amentiam citæ mortis forte satiare, dum subito manus iubetur extendere, ac super cespitem nudus proiectus in faciem, pedum extrema nudare. Ecce inter ipsa supplicia vacare non sinitur, sed orationis instar per carnificis tormenta meditatatur.

Exererat securim percussor infans, & signans oculis vulneribus lineam, feralis ictus assidua contemplatione vibrabat. Hæserant confessionis suæ gloriæ intrepidæ martyris manus, nec salientes digiti futuræ mortis palpabant. Mox itaque ut deuotione constantia, vt omni corpore paratus veniret ad gloriam. Mox itaque vt deuotum vulneribus corpus carnifex vidit, statim cadentis securis ictu neruorum connexa dissoluit, & cunctas compage discussa iuncturas corporis rupit: exilièrunt sectæ manus, & redeunte in se venarum meatu, paululum stupore fugitio, rursus in se riuos sanguinis, ruens vnda cruoris effudit. Dehinc poplitibus surisque porrectis, à germana coniunctione naturæ, gladio sequi latronis plantarum limes inciditur, & obsequio pedum corpus martyris viduatur.

Numerent martyria, qui possunt numerare supplicia: & in vno corpore quantum diabolus publicatus est furere, tantum cognoscatur Dominus triumphasse. Sed durat inter hæc martyris spiritus, & morarum numerositate seruatus perstat viuus, parte sui corporis iam sepultus: remoratur in luce detentus, cuius membris iam plenus est tumulus.

O dignus gloriosi exitus finis. Ascensurus altitudinem cæli, corporis sui impedimenta præmittit, & exequias funeris sui ipse præcedit. Cui hæc est comparanda confessio: Machabeorum iungenda est numero, Eleazari est adæquanda proposito, comparanda consilio. Archadius beatissimus martyr adhuc demoratur in seculo, & iam martyr recitatur in cælo: vt sit nomen Domini benedictum, qui regnat in secula seculorum, Amen.

Horrendū in modum sancti martyris excruciat.

2. Mac. 7.  
1. Mac. 6.

**DE S. BENEDICTO ANGLLO, ABBATE**  
MONASTERII SS. PETRI ET PAULI, HOMILIA  
*partim historica venerabilis Bedæ presbyteri. Extat Tomo 7. Operum eius in Homilijs hyemalibus de Sanctis.*

In illo tempore, dixit Simon Petrus ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, &c. Matt. 19.

12. IANUAR.



Matt. 19.

Labores huius vitæ præmium habent in cælis.

Vdiens à Domino Petrus, quia diues difficile intraret in regnum cælorum, sciensque se cum suis condiscipulis ad integrum mundi fallentis spreuisse delicias, voluit agnoscere, quid vel ipsi, vel ceteri mundi contemptores, pro maiore mentis virtute, maioris præmij sperare deberent, & respondens Domino, ait: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Vbi solerter intuendum, quod non solum se omnia reliquisse, sed & Dominum sequi gloria tur: quia stultum profectò est, iuxta Platonem & Diogenem, & quosdam alios philosophos, vitæ quidem huius diuitias calcare, & hæc non pro æterna adipiscenda vita, sed pro inani agere mortalium laude captanda: stultum, præsentis labores vltro, absque spe futura subire quietis & pacis. Perfectus autem ille est, qui abiens vendit omnia quæ habet, & dat pauperibus, ac veniens sequitur Christum. Habebit enim thesaurum non deficientem in cælis. Vnde benè interroganti Petro, dixit talibus Iesus:

Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. In hac quippe vita pro eius nomine laborantes, in alia præmium sperare docuit: id est, in regeneratione, cum videlicet in vitam immortalem fuerimus resurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti. Et iusta prorsus retributio, vt qui hinc pro Christo humanæ gloriæ celsitudinis neglexerunt, illic à Christo glorifi-

glorificati, iudices singulariter cum eo humanæ conuersationis assideant: & quia à sequendis vestigijs eius nulla ratione poterant auelli. Nemo autem putet duodecim tantum Apostolos, quia pro Iuda præuaricante Matthias electus est, tunc esse iudicatos: Aa. 1. sicut nec duodecim solæ sunt tribus Israël iudicandæ. Alioquin tribus Leui, quæ tertiadecima est, iniudicata recedit: & Paulus, qui tertiusdecimus est Apostolus, quia pro Iuda præuaricante Matthias electus est, iudicandi forte priuabitur, cum ipse dicat, Nescitis quoniam angelos iudicabimus, quanto magis secularia? 1. Cor. 6.

Sciendum nanque est, omnes qui ad exemplum Apostolorum sua reliquerunt omnia, & secuti sunt Christum, iudices cum eo venturos, sicut etiam omne mortalium genus esse iudicandum. Quia enim duodenario sæpè numero solet in scripturis vniuersitas designari, per duodecim sedes Apostolorum, omnium numerositas iudicantium: & per duodecim tribus Israël, vniuersitas eorum, qui iudicandi sunt, ostenditur. Vnde notandum, quod duo sunt ordines electorum in iudicio futuri: vnus iudicantium cum Domino, de quibus hoc loco memorat, qui reliquerunt omnia, & secuti sunt illum. Alius iudicandorum à Domino, qui non quidem omnia sua pariter reliquerunt, sed de ijs tamen, quæ habebant, quotidianas dare elemosynas Christi pauperibus curabant. Vnde & audituri sunt in iudicio: Venite benedicti patris mei, possidete præparatum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere, & cætera, quorum & in superioribus huius lectionis Dominus meminuit, cum principe quodam interrogante, quid boni faciendo vitam possideret æternam, Si vis, inquit, ad vitam ingredi, serua mandata. Non homicidium facies, nō furtum, non falsum testimonium dices: vel, honora patrem & matrem, & diliges proximum tuum sicut teipsum. Matt. 25. Exod. 20.

Ergo qui mandata Domini seruat, ad vitam ingreditur æternam: qui autem non solum mandata seruat, verum etiam consilium Domini, quod pro contemnendis diuitijs mundi & luxibus tribuit, sequitur, non tantum vitam ipse percipiet, sed etiam de vita aliorum cum Domino iudicabit. Atque ita fit, vt in iudicio, vt diximus, duo sint ordines bonorum. Sed & reproborum duosibi futuros ordines, Domino narrante, comperimus: vnus eorum, qui Christianæ fidei mysterijs initiati, opera fidei exercere contemnunt, quibus in iudicio testatur: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare, &c. Alterum eorum, qui fidem & mysteria Christi vel nunquam suscepere, vel susceptam per apostasiam deseruere, de quibus ait: Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Qui quoniam nec verbotenus Christum colere voluerunt, nec verba saltem eius, quibus coarguantur in iudicio, merentur audire: sed ad hoc tantum veniunt in iudicio, vt cum eis, qui iudicantur, peccatoribus, in damnationem mittantur æternam. Verum his cum timore & pauore debito paulisper commemoratis, ad lætissima potius Domini & Saluatoris nostri promissa conuertamus auditum. Videamus quæ tantæ gratiæ pietatis, non æternæ tantummodò vitæ præmia suis sequacibus, sed & presentis munera pollicetur eximia.

Et omnis, inquit, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Qui enim terrenis affectibus siue possessionibus pro Christi discipulatu renunciauerit, quo plus in eius amorem profecerit, eo plures inueniet, qui se interno suscipere affectu, & suis gaudeant sustentare substantijs: eius nimirum professionis vitæque consortes, qui se pro Christo pauperem factum in suis domibus agrisque suscipere, & maiori prorsus quàm vxor, parens, frater aut filius carnalis deuotione charitatis refouere delectentur. Centuplum nanque, quod ait, non numerum amanti-um in Christo, & seruietium pro Christo fidelibus, sed vniuersitatem perfectionemque, qua per charitatem inuicem seruiunt, ostendit. Centuplū à Christo præmissum.

Cuius rei & in nobisipsis, fratres charissimi, sæpè exemplum sumpsimus, cum alicubi pro rerum necessitate digredientes, cuncta nobis monasteriorum habitacula quasi propria patere cognouimus, cunctos in nostrum obsequium sincerissima deuotione pronos adspeximus: & maxime in beatæ memoriæ patre nostro beato Benedicto, cuius hodie venerandam assumptionis diem debita solennitate recolimus, totum lectionis huius tenorem videmus perfectissime completi. Per electis enim omnibus, secutus est Christus, Z stum,

Historiola S. Benedicti Angli.

stum, quando spretis ijs, quæ in ministerio regali acquisierat, vel acquirere valebat, cum esset nobilis natus, ad beatorum Apostolorum limina peregrinaturus aduolauit: ut quia rudis adhuc in gente Anglorum fides & ecclesiarum institutio florebat, ibi potius perfectam viuendi formam sumeret, ubi per summos Christi Apostolos totius Ecclesiæ caput eminet eximium. Ibi ergo eruditus in Christo, illis in partibus attonsus, ibi est monasterialibus imbutus institutis: ibidem totum vitæ suæ tempus erat exacturus, si non Apostolica domini Papæ prohiberet autoritas: qui eum propter ducendum in Britanniam sanctæ recordationis Archiepiscopum Theodorum, in patriam redire præcepit.

S. Benedi-  
ctus sit Ro-  
mæ mona-  
chus.

Construit  
monasteriū  
in Anglia.

Nec longo post tempore etiam reges seculi, cognito virtutum eius studio, locum ei construendi monasterij, non ab aliqua minorum personarum oblatum, sed de suis proprijs donatum dare curabant. Quem ille acceptum, mox perfectissime iuxta regularem disciplinam interius exteriusque constituit, non pro suo captu decreta nobis statuens, sed antiquorum statuta certissima monasteriorum, quæ peregrè didicerat, sibi suisque obseruanda proponens. Nec cuiuslibet vestrum, fratres, graue debet videri, si nota loquamur: sed delectabile potius æstimare, quia vera loquimur, quando patris nostri spiritalia gesta narramus, cui manifesto miraculo Dominus, quod fidelibus suis promisit, adimpleuit: quia omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet in hoc tempore, & in seculo futuro vitam æternam.

Reliquit quippe cognatos, quando patriam deseruit: accepit verò centuplum, quia non solum à cunctis in hac terra, pro virtutum industria merita veneratione habitus est, sed & in Gallia atque Italia, Romæ atque in maris insulis, ab omnibus qui eum nosse potuerunt, dilectus: adeo ut ipse Papa Apostolicus ad profectum monasterij huius, quod illum nuper fundasse gaudebat, Iohannem illi Abbatem atque archicantorem Romanæ Ecclesiæ, sicut charitas vestra benè meminit, in Britanniam Roma deducendum præstaret, per quem idem monasterium morem canendi ac ministrandi canonicum, iuxta ritum sanctæ Romanæ atque Apostolicæ Ecclesiæ perciperet. Reliquit domos & agros, quos habuerat, pro Christo, de quo agrum semper virentis paradisi, & domum non manufactam, sed æternam in cælis accipere sperabat. Reliquit uxorem & filios, non quidem uxorem acceptam, & filios ex carne natos: sed uxorem prorsus accipere, ex qua filios habere posset, castitatis amore cõtēmpsit, mälens ad illa centum quadraginta quatuor millia electorum pertinere, qui cantant canticum nouum ante sedem Dei & agni, quod nemo potest dicere, nisi illi. Hi enim sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, & sequuntur agnum quocumque abiërit. Et accepit centuplum, quando non in his solummodo, sed & in \* marinis cum partibus plurimi in domos suas recipere viantem, suorum fructibus agrorum reficere desiderabant, quando \* patronum per plures illi, quando viri Deo deuoti pro animi constantis excellentia, non minori quàm coniugibus aut parentibus proprijs, dilectionis instantia seruibant.

Apoc. 14.

\* transma-  
rinis, legem  
dū viderur.  
for. \* vt pa-  
trono

Locus de-  
prauatus.

Accepit centuplum domos & agros, quando hæc, in quibus monasteria construeret, adeptus est. Uxorem nanque dimittere pro Christo, & in hoc centuplum accipere est: quia animarum centuplum, maius esset tunc meritum charitatis inter continentes propter fructum spiritus, quàm inter lasciuientes quondam propter desiderium carnis: filios, quos carnaliter habere despexit, centuplum accipere meruit spirituales. Centenarius quippe numerus, ut sæpe dictum est, perfectionem figuratè significat. Nos namque sumus filij eius, quos in hanc monachiam demùm pius prouisor induxit: nos sumus filij eius, si iter virtutum eius imitando tenemus, si non à semita regulari, quam docuit, torpendo desectimus. Meminimus nanque, fratres, qui illum nosse potuimus, dicere crebro auditu, quos post obitum illius in nostræ fraternitatis consortium pietas superna congregauit, quia quandiu sospes erat corpore, pro gloria sanctæ Dei Ecclesiæ, & maximè pro huius monasterij pace, honore & quiete semper laborare perstabat: toties mare transit, nunquam, ut est consuetudinis quibusdam, vacuus & inutilis redijt: sed nunc librorum copiam sanctorum, nunc reliquiarum beatorum martyrum Christi munus venerabile detulit, nunc architectos ecclesiæ fabricandæ, nunc vitrificatores ad fenestras eius decorandas ac muniendas, nunc cantandi & in ecclesia per totum annum ministrandi secum magistros adduxit, nunc epistolam priuilegij à domino Papa missam, qua

Multis bo-  
nis auxit  
monasteriū  
suum.

qua nostra libertas ab omni extrinseca incurfione tutaretur, apportauit, nunc picturas sanctarum historiarum, quæ non ad ornatum solummodo ecclesiæ, verum etiam ad instructionem intuentium proponerentur, aduexit, videlicet ut qui literarum lectione non possent, opera Domini & Saluatoris nostri per ipsarum contutum discerent imaginum.

Vide vsum  
sacrarum  
imaginum.

Qui in his & huiusmodi rebus idè tam plura laborare studuit, nè nobis sic laborandi remaneret necessitas: idè toties transmarina loca adiit, ut nos omnibus scientiæ salutaris dapibus abundantes, intra monasterij claustra quiescere, & cum secura libertate Christo seruire queamus. Qui etiã cum corporis infirmitate corripetur, premereturque acerbius, semper interim debitas gratiarum actiones, de monasteriorum, quas didicerat, docueratque, regulis seruandis, semper de Ecclesiasticis obseruationibus, quas per omnes ciuitates & maximè Romæ viderat, semper de locis sanctis, quæ se lastrasse iuuenem meminit, loqui & iterare, delectabile habebat. Sic longis virtutum studijs exercitatus, longo in super anno semper infirmitatis martyrio excoctus, post centupla gratiæ presentis munera ad vitam transiit æternam.

Feliciter  
exit ex hac  
vita.

Vndè necesse est, fratres charissimi, ut tanquam boni filij, & tanto parente digni, exempla ac præcepta illius in omnibus seruare curemus, neque vlla nos à vestigijs tanti ductoris sequendis animæ vel carnis illecebra reuocet: quatenus & ipsi, qui carnales affectus substantiamque reliquimus terrenam, qui uxores ducere ac filios procreare, angelicæ conuersationis amore fastidiuimus, augente spiritalium virtutum merito, & in presenti centuplum accipere de societate sanctorum, & in seculo venturo vitam possidere mereamur æternam: Præstante gratia redemptoris nostri, qui viuuit & regnat cum patre in vnitatis spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum, Amen.

MARTYRIVM SANCTORVM CHRISTI MAR-  
TYRVM HERMYLI ET STRATONICI, AVTHORE  
Simeone Metaphrasæ.



Lmpio imperante Licinio, & magnum adhibente studium, ut idola honorarentur sacris & sacrificijs, impendebat mors grauis omnibus Christianis, ciuitatesque propter ipsos indagabantur, & regiones vicique & agri curiosè perquirebantur: & quicumque Christianum vnum deferebat ad Imperatorem, videbatur is esse ei beneuolus, & dignus maximis honoribus. Quocirca & ipse, & quicumque ei suberant, hac in re magna utebantur diligentia: cum ille quidem varijs dijs, hi verò Imperatori gratificarentur impio & scelerato. Ad hunc ergo Licinium aliquando in sublimi sedentem tribunali, accedit quidam ex ordine militari, diuinum deferens martyrem: Est, dicens, vir quidam Hermylus nomine, qui ordinem obtinet diaconi: qui diu quidem abhinc obseruat & colit ritus Christianorum: deos autem & te subannat & nihili facit o Imperator. Hęc cum audisset Licinius, non distulit nec protelauit: sed ijs, qui aderant, statim iussit, ut eum ubicumque esset comprehenderent, & ad tribunal adducerent. Atque illi quidem cum in omni loco scrutati essent, & eum alicubi orantem, & sanctas manus tollentem comprehendissent, ei significat iussum Imperatoris. Is verò statim alacer alacer est secutus, nihil ignatum nec molle ad spectu præferens: quibus ex rebus manifesta fit animæ affectio: sed gaudens potius & magna repletus lætitia, quod est propter Christum passurus.

Persecutio  
atrox sub  
Licinio.

Hermylus  
compre-  
henditur.

Ille verò, Responde, inquit, & apertè significa, an te Christianum fateris esse, sicut audiuius. Hic verò, Non solum hoc, inquit, cum præclara sententia & voce confiteor: sed etiam, quod Deo, qui sub visum non cadit, sum consecratus: & ei assisto, ut qui illius factus sum Diaconus. Imperator autem volens se ostendere vrbatum, & valdè ingeniosum, Ergo te, inquit, dijs diaconum, hoc est, ministrum exhibe. Martyr autem in risum vertens eius promptum & versatile responsum: Vidèris, inquit, mihi esse surdus o Imperator, aut etiam stultum agere. Dixi tibi me ministrare Deo, qui non cadit sub adpectum: Non autem horum, qui videntur, aut potius ne vident quidem, esse Diaconum,

Eius præ-  
clara con-  
fessio.

Irridet Ty-  
ranum.



quos ipse, vt qui fallaris, perindè ac deos colis: cùm sint lapides & signa omninò inanimata, & surda opera manus humanæ, & quæ ijs, qui sapiunt, sunt potius ridenda quàm adoranda. Non tulit Imperator dicendi libertatem, sed statim quibusdam instrumentis æneis, ad fumendum supplicium cõfessis, iubet genas quidem verberari martyris, præconem autem hæc proclamare: Nè sis lingua nimium profusus, ô Hermyle: honora Imperatorem, dijs sacrificia, & liberare à supplicio. Is autem, etiam si sic verberaretur, perindè ac si nihil subiret molestum, contrà Tyranno etiam exprobrabat imbecillitatem, vt qui dubij perplexiq; esset animi, & planè victus: & idè non secus ac ij, qui sunt pusilli & abiecti animi, ex ira inferret supplicium. Deindè etiam clariore voce vtens: Plagas, inquit, quæ nunquam desinunt, & diuinas manus experieris, quòd eo, qui te fecit, relicto, furdus & mutis dijs attendis: & quod est grauius, aliorum veluti salutis inuidens, contentis ad eundem trahere interitum.

Magna eius in supplicij libertas.

Truditur in carcerè.

Psal. 117.

Psal. 79.

Postquam autem visum est Imperatori sufficere supplicium, & ira aliquid remisit de nimia acerbitate, tradit martyrem carceri, & tres dies iussit in eo manere, Fortasè, dicebat: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi caro. Iam autem ingrediens custodiam, Qui pascis Israël, dicebat, attende, qui deducis tanquam ouem Ioseph: Qui sedes super Cherubim, manifestare, & veni ad nos seruandos. Sed sic quidem martyr, & sic quæ erant graua & molesta, propter Christum pati voluit. Christus autem quomodò se habuit? Num famulum contempsit? Num illo patiente, neglexit ipse consolationem? Et quomodò fuerit hoc nostri Dei, benignitatisq; & clemètiæ, quæ omnem superat cogitationem? Non ergò defecit opem ferens, sed etiam incitauit ad animi fortitudinem, & ad eum Angelum mittit consolatorem, dicentem: Hermyle, esto bono animo, & noli timere: loquere, & noli tacere. Decerta, & noli timere. Mox enim vinces tyrãni machinas, & desuper ferres præclaram coronam martyrij. Sic Deus armat potius aduersus tyrannum, qui nõ aparet. Sic accingit virtute, & docet quidè manus ad bellum, dat arcum autem æneum: Põnit brachia & clypeum salutis.

Angelus eum confortat.

Psal. 17.

Post tertium certè diem, cùm tribunal ascendisset Licinius, protinus diuino adducto Hermyle, Num modò, inquit, statuisti dijs sacrificare, & ab imminentibus terroribus, minisque & periculis liberari? An adhuc, inquit, ferris per præcipitium, & eadem rursus te cepit amentia? Ad hæc fortiter admodum Christi miles, & pro dignitate eius, qui illum armauerat: Semel, inquit, dixi tibi, ô Imperator, & oportet contentum prioribus, de iisdem non mouere amplius. Est enim mihi Deus in cælis, cui soli viuo, & cui mox me ipsum hostiam offerre propero: & à quo spero maximum venturum auxilium. Videã ergò, inquit Imperator, an is, qui cælos habitat, satis tibi afferet auxilij. Statimq; iussit, & viri sex raptim, quod iussi fuerant, exequentes, viri manibus robusti, immites & crudeles animo, cædem & furorem spirantes, cùm humi martyrem extendissent, virgis cædebant crudelissimè. Atque illi quidem sic faciebant, mortali regi seruietes. Martyr autem perindè ac si nihil haberet commune cum carne, quæ sic patiebatur, neq; dolorum vllum sensum caperet, quietè perseuerabat in oratione, & Deo attendebat. Hæc autem erat oratio:

Constantia eius.

Cæditur virgis.

Domine Deus meus, qui propter me sub Põrio Pilato flagella & plagas tolerasti, ipse me rursus propter te patientè confirma, vt possim cursum præsentem perficere, vt cùm socius fuero perpeffionis, dignus quoquè sim, qui splendoris efficiar socius. Et talis quidem fuit eius oratio, vox autem protinus audita est desuper, dicens: Amen, Amen Hermyle, Post tres dies liberaberis à præsentibus molestijs: Præclaras autem & magnificas accipies præsentium laborum remunerationes. Et vox quidem martyri magnam attulit audaciam & animi fortitudinem: lictoribus aut magnum incussit timorem: omnesq; repentè in terram procidentes, tremebant & trepidabãt, adè vt nec ipse Imperator, nec vlli alij fuerint immunes ab animi perturbatione, sed omnes ex æquo moti fuerint: etiam illi illi præ impietate cęcutiēs & grauius furens, noluerit intelligere vt benè ageret: nec vitium est auersatus, vt dicam cum diuino Dauide, nec vllam eius, qui hæc faciebat miracula, vel minimam acceperit notitiam: sed in carcerem rursus obscurum & tenebricosum lucisque expertem tradidit martyrem.

Psal. 35.

Reducitur in carcerè.

Sed mentem adhibere oportet orationi, & Dei sapientiæ arcanum intelligere. Hinc enim

enim proficitur id, quod est orationis iucundissimum, & est athletæ coniuncturum commilitonem. Is enim, cui in custodiam fuerat sanctus creditus, & qui curam gerebat carceris, erat ei valdè amicus & familiaris. Quis hic est? Stratonicus ille sapiens, qui videbatur quidem eadem sentire quæ amicus, & esse in religione eiusdem sententiæ: Stratonico enim Christianus. nondum autem audebat pietatem liberè profiteri. Neque Ioseph occultam superauerat disciplinam: se amici tamen misereri, & eius agrè ferre cruciatus, ostēdit multorum oculis. Sed de Stratonico quidem in præsentia dicere differamus. ea enim persequitur oratio, quæ ad diuinum pertinent Hermylum, nec patitur eorum abrumpi consequentiam. Martyr ergò Hermyle ingredienti carcerem, hæc opportunè canebantur & prouidenter: Dominus illuminatio mea & Saluator meus: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo? Dum appropinquant super me nocentes, vt edant carnes meas. Qui tribulant me & inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Si consistant aduersus me castra, non timebit cor meum, Si insurgat aduersus me bellum, in hoc ego sperabo. Sic dixit & statim lux mirabilis desuper in ipsum erumpit ad confirmandum id, quod canebatur: & vox rursus illinc est audita, iubens athletam bono esse animo: & psalmum similiter confirmans, & sicut erat ei pollicitus, post tertium diem finem esse venturum.

Psal. 26.

Iterum diuinitus animatur.

Sequenti autem die cùm procedendum esse significasset Licinius, & præfisset in tribunali, proclamari iussit per præconem, vt duceretur Hermylus. Ille verò læto animo ductus est, lætis oculis, & cor habens plenum lætitiæ. externus enim ad spectus hoc aperte significauit. Subridens autem & caput mouens Licinius, & veluti sanctum aperte ludificans, Agè, inquit, quàm tibi conducibilis fuit illa obscura custodia? Quomodò hoc, quod intercessit, spatium tibi reuerà attulit aliquam sententiæ mutationem, & persuasit iussis cedere Imperatoris, & dijs reddere ea, quæ debentur: an adhuc nobis opus erit tormentis aduersus tantam tui cordis duritiem? Martyr autem, Mihi quidem, inquit, tærum illud & tenebricosum domicilium magnam lucem conciliauit: & nunc mea versatur anima in tranquillitate, & voluptate, & inexplicabili illuminatione, quæ futuri mihi spem bonam porrigit. Ego autem valdè miror, quem admodum quæ in te habitant tenebræ, nullam suscipiunt mutationem: sed semper profundæ & cœretæ insident tuis animæ oculis, quæ nequaquam sinunt adspicere veritatem. Cùm tam aperte impietatem Imperatori exprobrasset, Licinius illi vehementer & cum magna respondens acerbitate: Nihil aliud, inquit, vt videtur, didicisti, nisi solummodò appetere contumelias: quod quidem est linguæ intemperantia, & animæ audacia, & vt semel dicam, amentia. Sed tamen responde, & dic aperte: Dijs ne sacrificabis, & nobis cedes sic imperantibus, an te vt oportet vt mereris? Christi autem martyr Hermylus: Habes, inquit, responsa ô Imperator. & nihil ex ijs à nobis amplius audiueris. fac deinceps quod velis, & exequere ea quæ statueris.

His ira percitus Licinius, iubet eum porrectū supinū virgis figura triangulis in ventre verberari. Et erat quidem hoc graue tormētum, & corporibus humanis minimè tollerandum. Anguli enim virgarum, non secus ac quidam enses, carnes vehementer tangebant. Sed athletæ, etiam cùm verberaretur tam immisericorditer, vnum erat solatiū, nempe Christum fixis oculis adspicere. Vnum benignum medicamentum preces, quas ad illū fundebat, quibus plagas iucundè adspergebat, dicens: Domine, ad adiuuandum me festina. Ille verò citò ei adfuit, & faciens vt ferret dolores facilius, & annuncians eius consummationem. Imperator igitur, vt qui esset iritatus cõ quòd non pareret, & egregiam illam athletæ pro pietate constantiam, existimaret esse suæ contemptum potētiam, manebat adhuc puniens, & vi eum esse persuasurum arbitrans. Quocirca iussit eius ventrem perfodi aquilarū vnguibus, donèc suis, inquit, oculis sua videat intestina. Propter quæ dixit martyr: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum vitium. Sicut ex adipe & pinguedine repleta est anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum. Et hæc quidem sic. Quæ autem sunt deinceps consecuta, quomodò?

Crudele martyris supplicium.

Preces, medicina dolorum.

Psal. 83.

Psal. 62.

In animo quidem habebat tyrãnus eum rursus dare in custodiam, vt eum rursus puniret acerbius. Egregius autem Stratonicus (iam enim postulat oratio, vt ad finem deducam promissum) cùm videret Hermylum sic patientem, nec ei posset omninò opem ferre, faciebat id quod poterat: amici miserebatur, & acerbum dolorem capiebat, vultusque eius conciderat, & ex eius oculis guttatim profluebant lachrymæ. Quo factum est,

est, vt cum sic se haberet, nō potuerit latere: sed cum quidam ex commilitonibus eum tristem vidissent & moerentem, & causam rei deprehendissent, ad Imperatorem accedentes, Stratonicus, inquit, o Imperator, Stratonicus custos carceris, aperte ostendit se erroris & Christianissimi societatem habere cum Hermyle. Videtur enim eius misereri, & eius causa in animo magnum dolorem concipere. Ille verò cum statim accersisset Stratonicum, rogauit an esset amicus Hermyle. Discipulus autem veritatis, minime est mentitus, nec sustinuit ignauam & pusilli abiectione animi pietatem apud se occultare. Sed tempus esse arbitratus, vt hæc Dei ociosa cognitio prodiret ad opus, & magnum sibi pararet fructum per confessionem, se esse amicum Hermyle & Christianum protinus est confessus, & eos, qui colunt simulacra, magne condemnat ignorationis. Timoco enim, inquit, ego solum Deum, qui fecit celum & terram.

Stratonico  
libere Christi  
sum profi-  
tecur.

Flagellatur  
atrocissimè

Ad hæc mouetur Imperator, & iubet eum grauissimum subire supplicium. Id autem erat, vt ex illis virgis plagas nudo toto corpore acciperet: atque adeo consequè, donec ipsa vox eum deficeret. Et sic quidè Licinius. Martyr autem etiam esset tot malis implicatus, amicum fixis adspiciebat oculis, & eum vocabat, eoque vrebatur ad Christum intercessore, dicens: Hermyle, ora pro me Christum, vt cum erga ipsum firmam ac stabilem seruauero confessionem, possim facile superare Tyranni insidias. Interim autem ipsum quoque ludificabatur Licinium, cæcis ijs sacrificare prohibens, & veri Dei vindictæ ei terrorem incutiens: in cuius manus incidere, verè terribilem habet & inuitabilem perfectumque interitum. Licinius autem cum vidisset sanctum Stratonicum satis sancium, parit eum amplius punire: non quod humana mens & clemens animus eum moueret ad misericordiam, sed vt ei locum daret poenitentiam, cum eum prius tormento teruisset. Et idè eum in presentia tradidit in custodiam. Ille verò etiam esset in custodia, lesum ducebat suam esse consolationem, & cum eo per preces colloquebatur: Domine, dicens, nē meminertis nostrarum antiquarum iniquitatum. Fer nobis opem, Deus seruator noster: propter gloriam nominis tui. & simul vox diuina est consecuta, dicens: Cursum consummauistis, fidem seruastis. Decerèd vobis est reposita corona iustitiæ, quam crās accipietis.

Ducitur in  
carcerem.  
Psal. 78.

Cum autem iam esset dies, adductum Hermylum rursus interrogauit Licinius, an dijs sacrificaret. Ille autem: Eadem que prius, inquit, o Imperator, do tibi nunc responsa. Quamobrem vre, puni, scinde, fac quicquid tuo infederit animo. Didici enim non timere ab ijs, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Hęc cum audiuisset Imperator, & desperasset fore omnino, vt sanctum in aliam traduceret sententiam, eum suspendit in ligno. & iubet eum vehementer scindi. Sed etiam eius carnes tam acerbè scinderentur, non ignorabat, vndenam esset salus iustorum, nempe quod à Domino, & quod est eorum defensor in tempore afflictionis. Et idè esto mihi adiutor Domine & redemptor, dicebat assidue, & perindè ac si videretur aliquem desuper audire dicentem, Noli timere: sum enim tecum, & Deus tuus ego sum. Veritus ergo Licinius, & ex auditione veluti conturbatus, ex ligno deducit martyrem, & eum cōdemnat, vt in Istro fluuio intereat, iubens vt in eum iaceretur: stultus fortasse arbitratus, quod sic passus Hermylus omnino interiret, & nec venerabilis quidè eius corporis futura esset inuentio. Ad ipsum autem adducto Stratonico, visus est suggerere & admonere ea, que essent vtilia. Crede, inquit, mihi o miser, crede, & dijs velis sacrificare, nē tu eadem quoque patiaris, quæ amicus, & ambo subeatis eandem poenam inobedientiæ. Respondens autem Stratonicus, Reuerà, inquit, miser fuerim, si tibi parens, cum ille sit mortuus propter Christum, ipse velim viuere. Licinius autem, Quid ergo? Vis mori cum Hermyle? Maximè quidem, inquit diuinus Stratonicus. Etenim, inquit, si oportet amicos communes habere calamitates, oportet omnino eos quoque bonis frui communiter. Quid autem nobis fuerit iucundius aut preciosius, quàm pati propter Christum? Propter quæ cum desperasset Imperator fieri posse, vt persuaderet Stratonico, similem quoque in eum fert sententiam, & eodem fine vtrunque condemnat: quos etiam reuerà par finis excepit, communisque beatitudo & exultatio.

Hermyle  
corpus scin-  
ditur.  
Psal. 36.

Constantia  
inuita  
Stratonici.

Lucæ 2.

Merguntur  
in flumen  
martyres.

Ad mortem itaque ducebantur martyres, dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona voluntas: qui quidem est hymnus conueniens ijs, qui sunt bonum aliquod consecuturi: non eorum, qui deducuntur ad mortem, aut ad aliquam aliam causam tristitiæ. Postquam autem iam peruenissent ad fluuium, in rete iniecti ab

ab ijs, quibus hoc datum erat negocium, transmittuntur in profundum. Cum suscepisset autem fluuius corpora sanctorum, & quanto oportuit fluente esset sanctificatus, ea rursus tradit manibus fidelium: vt qui talem, vt arbitror, thesaurum apud se diutius abdere non sustinuisset, & tanti boni iactura afficeret Christianos, cum prima eorum non apparuisset bonitas. Tertio ergo die postea, visa sunt corpora martyrum: in quæ cum incidissent quidam viri pii, & quorum erat officium venari corpora sanctorum, & ea oprantibus manibus piè ac religiosè suscepissent, & sacros hymnos cecinissent, & quæcunq; mos est Christianis, peregissent: in quodam loco, qui octodecim stadijs abest à ciuitate Singedone, ea simul deponuat, vt eis essent omnia communia & amica: in Christum confessio, in carcere habitatio, in flumine demersio, supernæ gloriæ cōsecutio, in vno loco corporum depositio: gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul cum sancto spiritu gloria, potentia, honor & adoratio, nunc & in secula seculorum, Amen.

Nota hæc  
Ecclesiasti-  
cos erga su-  
nera ritus.

### VITA S. HILARII PICTAVORVM EPISCOPI, AVTHORE FORTVNATO, TVNC ADHVC PRE- sbytero. Prefatio.

**D**omino sancto, & meritis beatissimo patri, Pascentio papæ, Fortunatus. Religiosi pectoris studio sollicitante commonitus, papa beatissime, diuinis in actibus cum sacri conuersione propositi iugiter exercitaris intentus, & intendis exercitandus: vt facile sit perspicuum, ad culturam Ecclesiasticæ disciplinæ & fuisse te genitum, & esse prouectum, cum irrefragabiliter veteris dispositionis catholici dogmatis fundamenta custos obseruas, & ad ædificationem plebis amantissimæ, veluti bonus instructor, adijciendo aliquid, culmen fabricæ continuare festinas, non sine timore diuino. Cuius operis amore prauentus, me dignatus es perurgere, quò de actibus sacratissimi viri Hilarij confessoris, qui te ab ipsis cunabulis ante sua vestigia, quasi peculiarem vernulam, familiariter enutriuisti, vt impensi muneris vel verba rependerem, & si non plenè, vel quædam ex parte complexa perstringerem: quatenus dum gregis auribus vox quodammodo & vita pastoris antiquissimi resonaret, & ille probaret ministerium, & ipse tuum non celares affectum. Sed cum mei ingenij breuitatem mensuro, adeo beati Hilarij immensitatem fortem cognosco, vt penè mihi videatur æquale, tam istud posse dicere, quàm digito cælum tangere: præsertim quod etiam beati (vt audio) Hieronymi torrens illud eloquium recufauerit attentare, qui huic materiei se imparem eatenus iudicauerit, vt taceret. Ego verò, cui nullius scientiæ irrigua fluua succurrunt, quem vix stillicidij pauperis attenuata gutta perfundit, nihil proprio de fonte respirans: qua temeritate inter ingentia flumina, Euphratem beati Hilarij, & Nilum Hieronymi, siccos velim cursus extendere, cum de illo etiam doctissimi viri quicquid dicere potuerunt, minus est quàm meretur? Et cum virum sanctissimum consultius mihi sit mirari quàm loqui, æquabilis fuerat hæc beato Ambrosio de fratre scribenda mandare, cui verba virtutibus coniuncta florebant. Tamen etiam cum mea verecundia vobis quidem obedientiam, & illi impendo, de quo non dignè loquor, fortasse iniuriam: sed concedi per veniam credimus, quod deuotione peccatur. Et nē protracta pagina fastidium potius generet, quàm prouocet auditorem, nunc de eius vita proponamus.

Pascentius  
à S. Hilario  
enutritus.

I A N V A R I V S.  
VITA B. HILARII EPISCOPI.

13. JANUAR.

Patria.

Genus.

Coniunx &  
filia Hilarij.Hæreticos  
quàm sit  
auctus  
adhuc lai-  
cus.  
Psal. 67.Eligitur in  
Episcopum.Arrianorū  
validissimū  
oppugnator  
est.Hæreticorū  
versutia.Cōdemna-  
tur exilio.Epistola il-  
lius ad filiā  
Abram.

**L**ITVR beatus Hilarius Picta uorum vrbis episcopus, re-  
gionis Aquitanie partibus oriundus fuit: Quæ ab Oceano  
Britannico ferè millibus no naginta seiungitur: apud Galli-  
canas verò familias nobilitatis lampade non obscurus, im-  
mò magis præ cæteris gratia generositatis, nitore peccatoris  
addito ornatus, quasi resurgens lucifer inter astra processit.  
Cuius à cunabulis tantæ sapientiæ primitiua lætatur in  
fantia, vt iam tunc potuisset intelligi, Christum in suis cau-  
sis pro obtinenda victoria, necessarium sibi iussisse militem  
propagari. Deniquè coniugem habens & filiam, ita plenitu-  
dine Domini venerabiles animos ecclesiasticæ regulæ tradi-  
dit informandos, vt adhuc in laicali proposito constitutus, diuino nutu pontificis gra-  
tiam possideret: ita se ipsum propria disciplina coërcebat intentus, quasi futuram spe-  
ciem indicans, vt irreprehensibilis in templo Christi præpararetur sacerdos. Nam quod  
inter mortales adhuc valde videtur difficile, tam cautum esse quenquam, qui se à ludæis  
vel hæreticis cibo suspendat: ad eò vir sanctissimus hostes catholicæ religionis abhor-  
ruit, vt non dicam conuiuium, sed neq; salutatio fuerit cum his prætereunti communis.  
Vibat hæc Dauidico suffultus exemplo, nè cum hæreticis mensam participando, sic-  
ret illi in scandalum. O q̄ perfectissimum laicum, cuius imitatores ipsi etiam esse deside-  
rant sacerdotes: cui non fuit aliud viuere, nisi Christum cum dilectione timere, & cum  
rimore diligere. Cuius sequaces, currunt ad gloriam: diuertentes, ad poenam: credenti  
succedunt præmia: recusanti, tormenta. Qui omnes de piæ religionis opere commo-  
nens, nunc alios de confessione inæstimabilis sanctæ Trinitatis informans, nunc reli-  
quos promissione regni cælestis inuitans, non cessabat in plebem verba veritatis, fructu  
fidei redundantia, seminare. Quo cognito de sancto Hilario, quoniam tantum lumen,  
& si uoluisset, latere non potuit: quippe necessarium, vt alienas tenebras in lucem tran-  
ferret: concordante fauore populi, aut potius Dei spiritu proclamante, vir olim myste-  
rijs deputatus, aliquando sacris altaribus sacerdos electus est. Crescebat in eo quotidie  
opinio, famulatrix virtutum: nec erat fama eius contenta, circuncinctas tantum Galli-  
as illustrare, sed exteris nationes & regiones implebat, meritorum gratia percurrente:  
idque actum est, vt in toto orbe velociter beati pontificis gloria militaret.

Igitur Constantij Imperatoris tempore, cum Arriana hæresis, venenata de radice,  
flore toxico pullularet, tunc sanctissimus timore nudus, fidei feruore vestitus, quasi  
signifer belligator per medias acies inter hostiles fremitus, inter hæreticos gladios  
se ingerebat, Christi charitate securus: nihil de sua morte formidans, illud solum me-  
ruebat, nè præiudicium religioni, quod absit, illatum præualeret. Hinc à Valente & Vr-  
satio episcopis, qui praua credulitate Ecclesiam Dei turbare pertinaciter insistebant,  
Imperatori persuasum est, vt virum eruditissimum, de quo loquimur, & Dionysij Me-  
diolanensem, & Eusebium Vercellensem exilio condemnaret. Nihil enim poterat ante  
insuperabilem sancti Hilarij facundiam hæreticus obtinere, sperabat enim hostis fidei,  
aliquas se nebulas splendori catholico posse prætere, si retrusus exilio, vir talis à  
certamine defuisset: quoniam si quis peruersus voluit cum illo confingere, ac si mutus  
& claudus, nec verba poterat proferre, nec responsionibus currere: sed quasi natans in  
pelago, ante fluctum eius eloquentiæ mergebatur. Itaq; in Phrygiam Asiæ regionem  
missus exilio, ad augmentum virtutis gratias egit: quia quantum, pro nomine Christi  
longius discedebat de solo proprio, tantum merebatur fieri vicinior cælo. Qui dum  
ad locum peruenisset optabilem, nobis tacendū non est, quod illi diuinitus concessum  
est. Nam eo tempore, sancto sibi spiritu reuelante, cognouit, quod beatissimā Abram  
filiam suam, quam cum matre Pictaui reliquerat, quidam iuuenis nobilissimus, præ-  
diuus, pulcherrimus, coniugij vinculo sibi quæreret adnectendam. Sed ipse interven-  
tu orationis assidua, cælestem illi sponsum sine contaminatione prouiderat. Mox op-  
portunitate reperta, manu propria subscriptam filia direxit epistolam, sufficienti sale  
conditam, & velut aromaticis vnguentis infusam, quæ tenetur Pictaui pro munere con-  
seruata: indicans ei, quòd talem sponsum pater anxius prouidisset, cuius nobilitas cæ-  
los

## DE S. HILARIO EPISCOPO.

los ascenderet, pulchritudo rosarum & lilij comparisonem præcederet, oculi gemma-  
rum lumine luminarent, vestis candorem niuis opprimeret, ornamenta inæstimabili ful-  
gore vernarent, diuitiæ intra se regna concluderent: eius sapientia incomprehensibilis  
emanaret, dulcedo faui mella postponeret, pudicitia incontaminata persisteret, odor  
suauitate fragraret, thesauri sine defectione constarent. Addit ergò monitis, vt filia  
nulli se prius à matre diuisa coniungeret, quàm vt patrem expectaret sibi pollicitum,  
& sponsum pariter cum promissione venturum. Quod Abra dulciter excipiens, & qua-  
si sponsum futurum in epistola patris amplectens, admonitionem secuta est, nulli se in  
coniugio resoluens. Sed qualiter ad illum sponsum perueniret, locus in sequenti ser-  
uatur.

Interea cum in toto orbe Arriana hæresis peruersitas pullularet, dato generaliter Im-  
peratoris edicto iussum est, vt omnes orientales episcopi apud Seleuciam Isauriæ op-  
pidum conuenirent, disceptaturi quid sentirent de fidei veritate. Tunc inter reliquos, <sup>Synodus apud Se-  
leuciam.</sup> quarto iam exilij anno, de Phrygia sanctus Hilarius in prædicto loco data sibi pergend  
euectione, ad synodum venire compellitur. Qui quoddam castellum dum adisset, die  
Dominico ingressus est templum: moxq; Florentia puella gentilis, irrupens multi-  
tudinem populi, voce magna seruum Dei illuc aduenisse testata est: & ad pedes eius ac-  
currens, non cessauit petere, nisi signum crucis ab ipso sibi fieri, fideliter impetrasset.  
Quam Florentius pater secutus & cuncta familia, in nomine Domini meruerunt pa-  
riri baptizari. Quæ Florentia, relicta parentibus, vestigijs eius inherens, vsq; Pictaui  
perducta est. Patrem verò se habere, non à quo generata est, sed per quem regenerata  
est, prædicabat. Cumq; Seleuciam peruenisset, magno fauore à cunctis exceptus est, eò <sup>Hilarius ve-  
nit Seleuciam ad Synodū.</sup> quòd diuina misericordia tam prudentissimum virum, & singulari eruditione comper-  
tum, in spectaculum mundi produxerit, vbi erat de fide censendum. Hinc post exami-  
nationem agnitis hostibus & oppressis, decretis in scripto conditis, prospera gerens  
synodi ad Imperatorem dirigitur legatio: cum qua perrexit sanctus Hilarius, quantum ei  
non fuisset iniunctum, metuens nè adhuc contra religionis dogmata respiraret damna-  
ta perfidia.

Sed differere longum est, qualiter in Ariminensi synodo, composita mentione, aliud <sup>Synodus  
ex alio referens, fraus hæretica serpentino lapsu subrepsit, & quomodo postea lega-  
tis Seleucensibus per Imperatoris impietatem ipsa est illata calumnia. Ariminensi.</sup> Quod tamen  
Athleta Christi beatus Hilarius agnoscebat, grauius dolere apud Ariminum diaboli præ-  
ualuissimè mendacium: intantum, vt orientales partes simili composito prauitatis furo  
inficeret. Imperatori autem tribus libellis oblati, preces effudit, vt in eius conspectu  
collectis aduersarijs, esset ei contra hæreticos disceptandi de religione licentia, nè ve-  
ritatem falsitas obnubilaret, nè iniquitas æquitati præualeret, nè Imperator Deo resi-  
steret, nè Trinitatis fidei, iniquitatis perfidia rebellaret. Vnde Valens & Vrsatius, con-  
scientiæ reatu perterriti: quoniam si daretur facultas certandi, mox se recognoscebant <sup>Nota artes  
hæreticorū.</sup> Hilarij contentione prosterni: sollicitant Imperatoris animum, iam magna ex parte  
captiuum, vt ipsum Dei virum ad Gallias redire perurgeret, dicentes, illo præse hæ-  
retica non posse machinamenta proficere. Quo obtentu, ad Gallias compulsus reuer-  
titur, putans amplius se pati exilium, quòd illuc perturbationem Ecclesiæ relinque-  
bat, termino disceptationis non consecuto. O beatum pontificem, qui in summo discri-  
mine, inimico etiam sibi iudice, adiit tribunal Imperij, sine timore tormenti. Verè to-  
tis visceribus diligebat Christi regnum, qui non formidabat in principatu Constans-  
tium. Nam quòd se pro Domino sic ingerebat aperto periculo, optabat martyrium,  
si non deesset percussor: & tamen animus sumpsit gloriam, etsi tempus non intulit poe-  
nam. Sed hunc ipsum diuino nutu seruatum testificor pro correctione multorum. Nam  
penè totum mundum graui errore confusum, factis sæpius in Gallia synodis, per Hi-  
larium fuisse ad viam veritatis adductum, constat lingua multorum. Quid autem <sup>Crebræ in  
Gallia Syno-  
di.</sup> interest, vel sibi pro æterna vita factum fuisse martyrem, vel amplius vixisse, reliqui nè  
perirent? Igitur sanctissimam animam etsi gladius persecutoris non abstulit, ipse tamē  
palmam martyrij non amisit. Itaq; dum regrederetur Hilarius ad propria, tunc bea-  
tus Martinus, æquè meritorum lumine non absconsus, qui ab eodem sancto Hilario <sup>S. Martinus  
predicatur.</sup> exorcista est postea constitutus, cognito aduentu eius, Romam festinanter occurrit.  
Quem cum iam præterisset cognosceret, est vsque ad Gallias profectus. Neque enim  
Martinus,

Martinus, qui adhuc catechumenus Christum chlamyde sua tectum videre meruit, illi deuotus occurreret, nisi per omnia mysterijs plenum in eo spiritum praeuidisset. Nec mirum, si ille, qui Deum prius vidit in paupere, postea illum habitare cognosceret in doctore.

Illud etiam nobis non conuenit tam nobile praeterire miraculum. Nam cum circa Gallinariam insulam propinquaret, relatione agnouit vicinorum, ibidem ingentia serpentium volumina sine numero peruagari: & ob hoc quantum illis hanc insula videtur vicina, propter inaccessibilem tamen locum longius illis videbatur esse, quam Africa. Quo audito, vir Dei sentiens sibi de bestiali pugna venire victoriam, in nomine Domini, praecedente crucis auxilio, descendit in insulam. eoque viso, serpentes in fugam conuersi sunt, non tolerantes eius aspectum. Tunc baculum figens in terram, quasi metam, quousque deberent excurrere, virtutis potentia designauit, nec amplius libertas est illis occupare, quod vetuit: & tanquam hanc insula non sit terra, sed pelagus, qui dum semper illam partem verentur attingere, facilius est illis mare transire, quam vocem. O inmutabilem terminum, de sermone plantatum. Apparet, quantum est melior Adam secundus antiquo. Ille serpenti paruit: iste seruos habet, qui possunt serpentibus imperare. Ille per bestiam de sede paradisi proiectus est: iste de suis cubilibus serpentes exclusit. Deposuit anguis antiquum mendacium, qui didicit implere mandatum. O Hilarij dulce medicamentum & meritum, ante quem sine mora venena fugata sunt: addidit terram hominibus, quia in loco beluae incolae transmigrant. Sed reuertamur ad ordinem.

Fugat serpentes ex insula S. Hilarius.

Gen. 3.

Picta uorum suum graulatione excipitur.

S. Martinus mortui excitat.

S. Hilarius iudicatus defunctum.

Filiae mortis suis precibus obrinet.

Cum de exilio regressus, introiit Pictaui, summo fauore plaudebant omnes pariter, eo quod ecclesia recepisset Pontificem, grex pastorem: & acsi omnes cum ipso tunc redissent ad patriam, ita sine illo se exules fuisse desebant. Itaque beatum Martinum in vico Tegiaci nomine dum praecipisset consistere, virtute diuina meruit ibi beatus Martinus mortuum suscitare. Deinde post aliquot dies infans sine baptismi regeneratione defunctus est, duplici morte damnatus: praesentem amiserat lucem, & poena futuri seculi non carebat. Tunc mater extincti, quae iam mater non erat, dum filium non habebat, prouoluta ad pedes sancti Hilarij, praecedentibus lachrymis, nati sui corpus effudit, exclamans: Martinus adhuc incipiens, catechumenum mortuum reuocauit: tu pontifex redde, rogo, filium aut mihi, aut baptismum. Qui populi pater agnosceris, ut ego mater vocer, quae so obtineas. Sic illa plura lachrymis petente, quam uerbis, commotus pietate vir Dei & spectante populo, ad consueta arma recurrens, in terram prosternitur. Mox paulatim defuncti pallor in ruborem conuertitur, frigida membra reuocato spiritu in tepescunt, oculorum apertis ianuis palpebrae, peregrinum lumen agnoscunt: vox adducto aere de pectoris domicilio conflatam profertur, gressus suis uestigijs rediuius extenditur, in anterioris fundamenti statum tota fabrica renouatur. Quid plura? Tandiu iacuit sacerdos in puluere, donec pariter surgerent, senex de oratione, infans de morte. Ecce uita laudabilis, quae de alterius corpore necem precibus fugauit: spoliavit tartarum, spem habens in Christo. Mors ibi iura non tenuit, ubi Hilarius uim orationis ingessit. Sed tanta res non potest nostris uerbis plura ornari, quam ipsius meritis. Nunc uero memorandum est, quod supra praetermissimus, qualiter miracula reliqua hoc subiecto miraculo cumulauit.

Denique cum beatissimam Abram filiam suam, ad quam de exilio destinauit epistolam, incolumem inuenisset, alloquitur eam, quomodo dulcedo poterat patris, & facundia oratoris. Quid dicam? Alloquitur illam Hilarius, cuius eloquentiae post ipsum, comparare aliquem uix audemus, nisi qui fuerit spiritu diuino, ut ille, repletus: tentat eius animum, si uellet attingere sponsum, quem patris gratia prouiderat. Tunc libenter ac desideranter, ut celeriter ei iungeretur, optabat. Quam uoluntatem pius pater agnoscens, intentus orationibus, non cessauit, donec sine dolore, sine contagio, se praesente, de mundi ludibrio migraret ad Christum: quam proprijs manibus, ut deiecit, uenerandae tradidit sepulturae. O funeris gloria, quae melior habetur quam uita: quia quod terrae subripuit, in caelum transmisit. Verè, ut ego considero, plus fuit, quam resuscitari, sic mori. Cerra enim salus est, non contaminari peccatis. Quanti cuperent, rebus cum uita traditis, talem transitum comparare, si mercatorem forsitan inuenirent? Quid distat inter uiuificati infantis, & filiae mortificatae mysterium, nisi quod illum

illum resuscitauit ad baptismum, hanc praedestinauit ad regnum? & quod in illo adhuc spes peccandi restabat, hanc immaculata finiērat? Quod cum uidisset mater beatæ Abre, à pontifice postulat, ut & ipsa, si mereretur, erepta de mundi crimine, cum filia praesentaretur ad regnum. Cuius uota considerans, assidua oratione & ipsam ante se transmisit ad gloriam. Quis aestimaturus est, talem uirum ita dilexisse Dominum, coniugis & filiae affectu contempto? Tamen in hoc magis illas amasse cognoscitur, cum per ipsum luminis perpetuo transferuntur.

Quis uero abundantiam gigantis ingenij contendat euoluere, aut eius uerba uerbis ualeat exaquare? Qualiter ille indiuisae Trinitatis libros stylo tumente contexuit, aut scripta Dauidici carminis sermone cothurnato per singula referauit? Quam fuit in discretionem prouidus, in tractatu profundus, per literaturam eloquens, per uirtutem mirabilis, in complexionibus multiplex, in resolutione subtilis, astutus, iuxta prophetam: immo prudens, iuxta Domini uocem, ut serpens, columbae simplicis gratiam non amittens. Ipse conditi sal ingenij, fons loquendi, thesaurus scientiae, lux doctrinae, defensor Ecclesiae, hostium oppugnator. Cuius dicta qui legit, non credit dicere, sed tonare. Hoc fuit ultra homines sapere, tam caute de religione censere. Sed qui uult ipsum agnoscere, eius exilia memoret, merita respiciat, volumina relegat, dicta perpendat, signa quotidiana percenseat. Qui dum superstes fuit in hoc seculo, aut scripsit Ecclesiasticæ fidei documenta, aut pugnando calcauit haeretica crimina, aut petenti tribuit miraculorum suffragia: quae, uolente Domino, usque in hodiernum diem eius orationibus perseverant. Sed mea lingua non sufficit singula de spiritu sancto, qui per eum operatus & locutus est, sicut illi dignum est, proferre. De tibi plus ueniam, quia multa praeteriui, qui uix pauca conscripsi. Ita beatissimi Hilarij de praesenti seculo uita, Valente & Valentiniano regnantibus, cum gloria migravit ad Christum, terra plorante, caelo gaudente, Amen.

Itidem coniugis quondam suae.

Matth. 10.

Abiit uita.

#### PRAEFATIO FORTVNATI IN LIBRVM SECVNDVM DE MIRACVLIS S. HILARII.

**D**omino sancto, & meritis beatissimo patri, Pascentio Papae, & in Christo florifera perenniter ueritate uernatibus Ecclesiae Picta uensis habitatoribus, Fortunatus. Cum ueteres & infidelium conditores voluminum, eloquentiae suae pompam cunctis ostendere, causa prouocauerit opinionis inflata: dum inter regum uota seu funera, id est, prospera uel aduersa confuso uocis ordine, quodammodo nisi sunt cantare pariter & plorare: ut hi qui dixerunt, uel de quibus locuti sunt, saltem in libris uiuerent, & si uacuis actibus inaniter defecissent: cur ego melioris spei sollicitatus instinctu, patiar reticere summi confessoris uiuentia merita & uirtutias, non sine, quod absit, uindictae caelestis incursum: cum uix debita soluerem, si de beati Hilarij indeficientis lampadis splendore, infatigabili uoce, die continuata cum nocte pariter decantarem? Qua uero uel irretitus inscitia, uel impulsus offensa, in ea uoluntate sub graui torpore persisterem, ut cum illi plurimo decepti tractatu, de resoluta uimbrarum imagine nonnulla conficerent, & in puluerem redacta cadauera, falsis quasi laudibus animarent: ego de sanctis permanentibus, & quod est felicius, in regno Christi quotidie florentibus, nihil referrem: praesertim ubi diuersa diuersarum partium uidentur esse causa mercedum: quod gentiles fructum laboris sui, inani tantum fauore uoluerunt consistere: nos autem oportet in beatorum uirorum intercessione plantare? Quibus hic si uerba soluimus, illic gaudia comparamus. Idcirco reddat illi mobilis lingua praeconiū, à quo prius pectora hunc conceperunt affectum. Nam bonis eius aperte creditur inuideri, si quae de illo cognouimus, silentio uideantur abscondi.

Beatorum intercessio ambienda.

Merito itaque cum ceteris & me de se loqui compellit, qui etiam nuntos, ut loquantur, absoluit. Sed quam plura superstes in corpore fecerit, uel quanta operatus sit, postquam aeterna in requie, plaudentibus angelis, ad Christum uictor de mundi certamine transmigravit, & si non potui, annorum uetustate subripiente, contingere: attamen uel quae praesenti tempore miracula misericors praebuit, cupio indigenti memoriae non fraudare: ut quisquis hanc fideli, sicut condecet, auditu perceperit, & praeteri-



præterita se cognoscere gaudeat, & similia fieri virtute confessoris in futuro confidat.

LIBER SECVNDVS, QVI EST DE MI-  
RACVLIS S. HILARII.



S. Hilarius  
sanat puerū  
moribundū.

Probianus  
Episcopus.

Leptosi duo  
curantur  
pulvere se-  
pulcri S.  
Hilarij.

Aliud mira-  
culum.

Cæco red-  
ditur oculo-  
rum lumen.

**LITVR** Probianus cūm dubio iam vitæ pendēret in fi-  
ne, & spem conualescendæ infantiaē mors inuida parenti-  
bus subripere festinaret: nec paruuli funus acerbum con-  
siderans, nec desideria ingemiscens sine clutis spectans,  
auida quicquid inuenit extra sortem cuncta concludens,  
sola tamen intercessione beati Hilarij restiterat moribun-  
do salutis occasio. Quem Franco suus genitor, & Pericu-  
losa mater, quæ magis conuerso nomine, filij periclitaba-  
tur in nece, iam quasi defuncti præmeditantes exequias,  
cum ingenti fletu in confessoris tabernaculum detulerūt.  
Tunc sanctus Hilarius ab authore suo secreta artis exhi-  
bens medicinam, consuetus de dispendio funeris reddere compendia sanitatis: subitò  
membrorum fluentem fabricam, verbo operante erexit, & in statum pristinū, tanquam  
si nihil in ea fuisset solutum, reformauit: Moxque parentum lætitiæ mole fa-  
perniente, siccauit, gemitus voto succedente præclusit: vbi iam per dolorem non  
erat, sed per gaudia, quod plorarent. Quas pœnas, quæ tormenta mors ipsa tunc per-  
tulit, quando illud, quod credebat inuadere, sic amisit: Profectò quando alterum victur  
ferire non potuit, sese ipsam victa percussit. Qui tamen Probianus postea apicem pro-  
meruit obtinere pontificis, & vsque in hodiernum diem ad luminaria sui medici, singu-  
lis annis vitæ debitor tributa persoluit.

Illud quoque nobis est tam singulare miraculum, pro gloria collatoris, ad memori-  
am populi reuocandum. Nam cūm à Cadurcis venissent duo homines, lepre maculis  
immutati, spem suæ salutis in sancti intercessione fundantes, de puluere, qui ab eius se-  
pulcro abstergebatur, sua lauantes capita, & membra reliqua perungētes: tam diū sibi  
talem curam fideliter impēderunt, donèc infirmitatis ipsius vlcerosæ varietas de corpo-  
re, quod captiuauerat, captiua migraret: vt decepta suis solarijs, colorem, quem inua-  
serat, inuiolatum relinqueret, & quam secum attulerat, turpitudinis speciem non te-  
neret. Post innumerabilia itaque vulnera, membris omnibus instaurata est cutis vna.  
Vultus ille diuturna deletus sorde, sua cœpit in ambobus repingi imagine, nec agnosci  
potuit, qualis fuerat per infirmitatem. Per fidelissimum nanque pulueris lauacrum,  
Pictauis illis purificus Iordanis inuentus est: & non ipsi ad fluiuium, sed ipsis fluiuius hic  
occurrit: ex quo tam prædicabilis patuit miseratio confessoris, quòd & laborem eis  
longinqui itineris abstulit, & salutis vota porrexit. O quàm inæstimabiliūm claruerunt  
documenta virtutum, vbi sepulcri immunditiæ, mundauerunt maculas lepræ. Cuius  
hoc facere cura potuisset artificis, qui de tali puluere, ferret beneficia medicinæ? Ex  
quibus Castorius, diaconus: & Crispus, subdiaconus institutus, ad eius obsequium vsq;  
in finē suum, per quem sanati sunt, adhæserunt. Et meritò illius elegerunt sustinere iu-  
ga Domini, à quo à pœna liberi sunt effecti.

Quædam puella in hanc vitam veniens, dextram mortuam traxerat, natura forman-  
te, & debilem manum in speciem globi collegerant neruorum fila contra cta, fluxa suo  
stamine digitorum tela marcebant. Tunc occurrens ad beatissimi sepulturam, inter-  
cessione eius viuacibus est officijs ordinata: Paulatim mobilis vigor articulos stupen-  
tes & vngues irrepit. Post longa tempora manus illi tunc nata est, cūm sensit munera  
confessoris: extincta manus venit ab vtero, viua redijt de sepulcro. Ecce quàm larga  
remuneratoris est pietas, vt quæ natura non genuit, hic membra suppleret.

Nec illud quidem præterire conuenit, quod cæco post vota felici successit. Nam  
cūm ad beati Martini limina pro recipiendo lumine intentus properaret, in sancti Hila-  
rij præteriens templum ingressus est. Quo dum vigiliis officio solito Cleri celebrarent,  
manè factò, apertis oculis, ipse diem cœpit alijs nunciare, qui semper egebat audire.  
Apud quem vna semper nox erat, tenebras illa nocte purgauit. Qui nunquam viderat  
orna-

ornamenta diei, cœpit illi nouus sol nasci. Tunc illi fabricata sunt omnia, quando eo-  
rum meruit videre facturam, & vt ita dicam, quodammodò illi post se mundus est na-  
tus, cūm factus est agnitus. Cæcus ad beati Martini Ecclesiam festinabat accedere: iste  
hunc in suo templo dignatus est illuminare. Quanta micat gratia donatoris, qui præ-  
uenit desideria supplicantis?

Quid dignum etiam referam de tam regali mysterio, quod ab ipso est in regem col-  
latum? Denique Clodoueus rex dum contra hereticam gentem pugnaturus, arma  
tas haberet acies, media nocte meruit de basilica beati viri lumen super se veniens ad-  
spicere, admonitus vt festinanter, sed non sine venerabilis loci oratione, aduersus ho-  
stes conficturus descenderet. Quod ille diligenter obseruans, & orationi occurrēs,  
tanta prosperitate, altero pro se pugnaturus, processit ad bellum, vt intra horam diei  
tertiam, vitra humana vota sortiretur à Domino victoriam. Vbi multitudo occisorū  
cadauerum tanta iacuit in loco, vt collis ipse ob hoc visus sit se crexisse in altum. Ecce  
terribiliter formidanda prodigia, & delectabiliter amplectenda miracula. Parūm illi  
fuit pro solatio regis, signum ostendere luminis, nisi apertè monitus addidisset & vo-  
ce. Simile quoddam contigit Israëliticæ gentis tempore huius causa virtutis. Nam ibi  
columna ignis populum præcesserat: hic figura lampadis admonebat. Vellem nōssc,  
cur fuerit tanti ardoris secretum mysterium, & tam manifestè prolatum. Sed quātum  
ipso inspirante videor agnoscere, non tacebo. Contra hereticas acies, sicut olim in  
corpore, non cessauit spiritu dimicare. Quanta fuit illi semper pro cultu catholicæ re-  
ligionis auditas, cūm in requie posito, adhuc sollicitudinis nō desit vbertas? Nam qui  
tunc in synodo ad confundendum hostem verba fidelia protulit, hic in campo nūc ar-  
ma tractauit.

Mulier in vico Tonaciaco, dum aquam ad opus suum deportaret die Dominico,  
(non est meum nōssc, quo præuenta peccato) manu attracta est, venarum a refecto dis-  
cursu. Tunc reuelatione commonita est, vt ad sancti limina, si vellet salua fieri, prope-  
raret. Quo illa fidens nuncio, tanquam cum ipso sanitatis suæ præuiat ore, læta præcu-  
rrit. Et dum in Ecclesia psalleretur, similiter in absolutiōne, die Dominico, quo præ-  
cesserat pœna, secuta sunt gaudia. Ecce consuetudinem patroni singularis amabilem,  
qui vt inueniat cui præstet, & causas exquirat. O beate Hilari, omnium corde, ore, vo-  
ce canende: Cuius tam larga benignitas, non solum se alicui non abscondit, sed vltro  
ingerit. Veniamus ad alios venerandi fructus miraculi.

Quædam paralytica, annis adulta puella, non merito, sine vitæ viuebat officijs. Cui  
in funus extincti corporis tantum superstes anima palpitabat, & in toto cadauere lu-  
mina quasi sola vigeant: velut mortua in se membra vigilantes oculi custodiebant.  
Non lingua torpens intra palati cameram, volubilis excurrerebat, nec imo ducta de pe-  
ctore, vox collata poterat per verba disponi: non manus, cūm soluta langueretur, na-  
tura debita seruitia dissoluebat: neque pes instabilis, membrorum ruinas sustinebat.  
Adhuc totius corporis infabricata massa torpebat. Quæ in eius solennitatis die, intra  
Ecclesiam posita, cum ingenti fauore, spectantibus omnibus, est erecta: sicque in vnus  
debilis corpore miracula plura compleuit: Attenuata genuum vestigia roborauit, lin-  
guam rigentem flexibilitate & facilitate vocis aptauit, ad vsum lanificij debiles quon-  
dam palmas armauit, lineamenta viscerum, gratia pij muneris animauit. Aliquandò  
igitur vetus infans in verba prorupit, & quod est conspicuum, voce prima lactis ali-  
menta quæsiuit. Ergò vt talis cibus inter omnes posceretur, quid aliud datur intelli-  
gi, nisi quando sanata est, tunc prius credidisset se nasci?

Nec illud tam fidele mysterium obliuione noxia subtrahatur. Itaque cūm duo ne-  
gociatores ad beati basilicam occurrissent, habentes formam cere quasi socialiter in  
commune, quidam ex his alloquitur alterum, vt eam, etsi tam paruam rem, tamē tan-  
to confessori vel libenter offerrent. Sed incassum sua verba in animo socij nolētis ex-  
pendit. Ipse tamen cum collega suo in oratione prosternitur, ceram illam occultè an-  
tetremendi sepulcri cancellos exponit. Mox ad omnem æqualitatem cere ipsius for-  
ma se diuisit, & parte illius fidelis oblatoris accepta, pars altera, videntibus plurimis,  
voluendo vsque ad alios cancellos, nutu diuino cum omni contumelia est repulsa: qua-  
si nollet sanctus inuadere, quod alter illi deuotus non obtulit: & quoniā semper ab-  
horruit, quod ex fide non venit: tam certus in iudicio, quàm misericors est in voto. O

A a quàm

Clodouei  
regis visio  
& victoria.

Exo. 3.

Mulieris  
manus con-  
tracta sana-  
tur.

Puella pa-  
ralysa libe-  
ratur.

S. Hilarij  
solennitas.

Repellitur  
munus no-  
lentis offer-  
re.

quàm incorruptibilis arbiter claret: cautior est iste in examinatione iudicij, quàm in electione florum illa, quæ ceram casta producit. Tunc itaque ille, qui offerre noluit, admissi criminis se teste confusus, & immensi pudoris reatu percussus, postquam vidit sibi à radice suæ conscientiæ tantæ turpitudinis opprobria pullulasse, & in faciè suam occultæ cogitationis facinora reuelata adspexit: considerauit, ingemuit & defleuit, vt saltem lachrymarum fonte rigante dilueret, quod corde delinquente scædauit. Qui post, eà maiora obtulit dona exactus, ceræ iudicio castigante.

Ignis nihil  
lædit opes  
rimentum  
sepulcri ei  
us.

Item cum iuxta consuetudinem, quadam nocte cereus illuminatus fuisset, casu su- per sepulcrum eius, qui intercessione sua mortuos viuificat, ardens corruit: ita vt su- per maiorem, quò cecidit, sine læsione aliqua perarderet. Nam inquantum fuit cerei longitudo, cera iacens inuenta est, papyro consumpta: tanquam si confinium cera ipsa fecisset inter ignem & pallium, vt ab ipsa inueniretur defendi, per quam potuisset ex- uri. Attendit beneficium, vt obediret præcepto. Quam semper scit subindè consume- re, hinc ceram ignis expauit: quam ad ardendi auxilium sumpserat, ipsa ei visa est repu- gnare. Sed inter hæc illud potius admonet, vt dicatur, In virtute confessoris, quas de- ducit cera flammæ, extinxit, & conuerso ordine illud, à quo vorari potuit, præfocauit. Diuersæ species suam visæ sunt naturam mutasse. Nè quid enim hinc incendia læderet, pallium pro marmore, cera fuit pro flumine. Sed quantum est apud illum cerei lumè extingueret, qui cæcorum lumen accendit: aut cum ad alterius cadaveris sepulcrum oculorum ignem redintegrat, quàm faciliè credimus de sepulcro proprio vt flammæ expellat: Vellem adhuc infatigatus sacratissimi viri miracula quasi peculiariter decan- rare: sed vereor, nè vndè meam cupio deuotionem ostendere, auditoris animum, fa- stidio nascente, videar obturare. Da mihi pie veniã de textûs huius paruitate: da ca- sui culpam, de quo exiguum dicerem, si libros implerem: nè, dum hominis cupio vi- tare fastidia, videar incurere confessoris offensam. Sed præsumo plurima de te mi- nus dicere, vt de te legere populum breuitas plùs inuitet.

VITA S. REMIGII, RHEMORVM ARCHIE- PISCOPI, SCRIPTA AB HINC MARO, AEQVE Rhemensi Archiepiscopo. Claruit is circa annum Domini 850.

P R A E F A T I O .



**H**INC MARVS nomine, non merito, episcopus, ac plebis Dei fa- mulus, dilectis fratribus ac comministris nostris, huius sanctæ Rhe- mensis ecclesiæ filijs.

Liber ingès  
de vita S.  
Remigij  
vt perierit.

Fortunati  
laus.

Carolum  
Martellum  
dicit.

Sicut à senibus, & iam ætatis prouectæ viris religiosus, quide tempore Tilpini vrbs huius præsulis adhuc viuebant, quando in seruitium istius sanctæ ecclesiæ, auctore DEO, fui electus atque prouectus, & postea per aliquot annos vixerūt, fideli relatione di- dici, à suis Maioribus audièrunt narrari, eos vidisse librum maxime quãtitatis, manu antiquaria conscriptū, de ortu ac vita ac virtutibus atq; obitu beati Remigij, sanctis- simi patroni nostri. Qui hac occasione deperijt: quoniam Aegidius, post beatū Remi- gium quartus istius ciuitatis episcopus, quendã virū religiosum, Fortunatū nomine, metricis versibus insignē, qui à multis potenti bus & honorabilibus, in his Gallicis & Belgicis regionibus, per diuersa loca tunc vitæ ac scientiæ suæ merito inuitabatur: pe- tijt de eodē libro, cothurno Gallicano dictato, aperto sermone aliqua miracula, quæ in populo recitarētur, excipere, quatenus ea sine tædio audire & mente recòdere, atq; per ea ad amorē & honorem atq; deuotionem Dei & ipsius protektoris sui idem popu- lus excitari valeret. Quod & in eadem excerptione lector potest aduertere, vbi scriptū est: Studeamus pauca differere, plurima præterire. Et cum ipsa excerptio coepit lectio- ne in populo frequentari, & à multis propter breuitatis suæ facilitatem transcribi, ipse magnus codex à negligentibus negligentius coepit haberi: vsque dum Caroli princi- pis tempore, quando propter discordiam & contentionem de principatu, inter eum & Ragenfridum, frequentia ac ciuilia, immò plùs quàm ciuilia, quia intestina & par- ricidalia bella in Germanicis & Belgicis ac Gallicanis prouincijs religio Christiani- tatis

tatis penè fuit abolita: ita vt episcopis in paucis locis residuis, episcopia laicis donata, & per eos rebus diuisa extiterint: adeò vt Milo quidam, tonsura clericus, moribus, actu, & habitu irreligiosus laicus, episcopia Rhemorum ac Treuironum vsurpans in- simul, per quadraginta circiter annos pessunderit. Cuius infelici tēpore, de ista Rhe- mensi ecclesia non solùm preciosa quæque ablata fuerunt, sed & ecclesiæ arque do- mus religiosorum destrudæ, & res ab episcopo fuere diuisæ. Illi quoquè pauci, qui erant residui, clerici negotio victum quærebant, & denarios, quos mercimonio con- quirebant, in chartis & librorum folijs interdum ligabant. Sicque præfatus liber cum alijs partim stillicidio putrefactus, partim à foricibus corrosus, partim foliorum ab- scissione diuisus, intantum deperijt, vt pauca & dispersa indè folia reperta fuerint. Cum verò tempore Pipini regis, prædicti Caroli principis filij, reuelatio ostensa Eu- cherio, Aurelianensis ciuitatis episcopo, de damnatione æterna eiusdem Caroli, qui res ecclesiarum diuiserat, fuit: idem Pipinus, sicut & aliarum ecclesiarum episcopijs, huic Rhemensi episcopo partem de rebus ecclesiasticis reddidit, & Tilpinum in hac vrbe Rhemorum episcopum ordinari consensit. Hoc enim in hac ecclesia Rhemensi nouissimo seculi tēpore de libro memorato, sed & de alijs accidit, quod antiquo tem- pore de authenticis scripturis euenisse sanctus Ioannes Chryostomus in Homilia 9. Euangelij secundum Matthæum, memorat, dicens: Multa enim ex propheticis periè- re monumentis, quod de historia Paralipomenon probare possibile est. Desides enim cum essent Iudæi, nec desides modò, sed & impij, alia quidem perdidit negligenter, alia verò tum incenderunt, tum conciderunt profanè. Et de prophanitate quidem tali Ieremias refert. De negligentia verò in quarto Regum libro legimus, quomodò post multum temporis vix Deuteronomij sit volumen repertum, defossum quodam in lo- co, ac penè deletum. Sed & plura de scripturis in his, quæ habemus, memorata legi- mus, quæ non habemus: sicut est liber iustorum, qui commemoratur in libris Regū: & sicut est liber bellorum Domini, cuius in libro Numerorum mentio est: neq; Carmi- na Salomonis, neque Disputationes eius sapientissimas de lignorum natura herba- rumque omnium, itemque iumentorum & volucrum, reptilium & piscium: vel quod in libro, Verba dierum, dicitur: Reliqua verò operum Salomonis priorum & nouissi- morum, scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, & in libris Ahie Silonitis: in visione quoquè Addo Videntis contra Ieroboam filium Nabath, & multa huiusmodi volu- mina, quæ scriptura quidem fuisse probat, sed hodiè constat non esse. Vastata nanque à Chaldæis Iudæa, vt in patrum literis legimus, etiam bibliotheca, antiquitus congre- gata, inter alias prouinciæ opes, hostili est igne consumpta: ex qua pauci, qui nunc in sancta scriptura continentur, libri postmodum Esdræ pontificis & prophetæ sunt in- dustria restaurati. Vndè scriptum est de eo: Ascendit Esdras de Babylone, & ipse scri- ba velox in lege Moyfi. Velox videlicet, quia promptiores literarum figuras, quàm ea- tenus Hebræi habebant, repererit. Et in epistola regis Persarum: Artaxerxes rex re- gum, Esdræ sacerdoti, scribæ legis Dei cæli doctissimo, salutem.

Iere. 36.  
4. Reg. 22.

2. Reg. 1.  
Num. 11.  
3. Reg. 4.

2. Par. 9.

1. Esd. 7.

1. Ibidem.

Psal. 67.  
Psal. 80.

Remigius  
Francorum  
Apostolus.

Quocontrà & nos, multis alijs perditis, plura in quibusdam historijs & diuersis pi- taciolis, ac vilitata relatione, à præcedentibus relicta posteris, de ortu & vita, seu vir- tutibus & obitu domini & sanctissimi patris ac protektoris nostri Remigij habemus, quæ in memorata excerptione non continentur. Vndè bonis vestris desiderijs placuit, vt illa mea seruitus ad ignorantium & subsequentiū notitiam in vnū colligeret. Quod & iam diu fecissem, nisi me spes vana deluderet, quibusdam dicentibus, quia in illo & in illo loco magnum librum de virtutibus & vita ipsius domini & patroni nostri repe- rite valerem. Ad quæ mittens, quæ mihi promissa fuerunt, penitus falsa inueni. Nūc autem, opitulante Domino, qui in se confidenti, & opera sua, qui mirabilis est & glo- riosus in sanctis suis, volenti loqui, promittit: Aperi, inquit, os tuum, & ego adim- plebo illud: meritis ipsius sancti Francorum apostoli & patroni nostri, vestrisq; adiutus orationibus, aggrediar quæ diu distuli, à progenitoribus & ortu eius incipiens, & sic tam ea, quæ in historijs, à Maioribus editis, de illo inueni, quàm & illa, quæ in diuersis schedulis dispersa reperi: verum & illa in serie digerens, quæ vulgata relatione perce- pi: quia vt longè ante nos dictum est, & etiam in sanctis scripturis, sed & in euangelica veritate comperitur: vera est lex historiæ, simpliciter ea, quæ fama vulgante colligun- tur, ad instructionem posteritatis literis commédare. In quibus omnibus lectorum di-

uerfitas styli non perturbet: quoniam ea, quę de historijs Maiorum adsumam, & ea, quę in antiquis schedulis reperiam, ita vt inuenta fuerint, ponam.

Illam verò, quę ex antiquis vulgata relatione, percepi, & quę ad instructionē legendum vel audientium addam vel eorum verba, de quorum dictis mutuabor, ponere procurabo, vel meo sermone dictabo: volens quiddam debiti mei obsequij in laude, qua non indiget, offerendo, ipsi benefactori meo retribuere pro omnibus, quę indigno mihi gratis potius tribuit, quàm meritis vllis retribuit. Denique in descriptionibus virtutum eius ordinem, quo per illum eas Dominus dignatus est operari, seruare non potero: sed sicut eas vel scripto vel auditu accepi, describam. Sic enim saluo altiore prophetice inspirationis munere, diuino allatę mysterio, & psalmos sanctus Hieronymus dicit in ordine digestos, non sicut fuerunt editi, sed sicut ab Esdra diuersis temporibus fuerunt inuenti. Veruntamen prout notitiam temporum inueni, vel ordini gesta congruere videro, ea digerere procurabo. In his autem, quę descriptis virtutum miraculis, à Domino per beatissimum patronum nostrum operata sunt, ad exhortationem legendum siue audientium, pro modulo intellectus mei, de catholicorum dictis subiungere studebo: vestigia beati Gregorij, licet non valeam, prosequi moliar. Qui describens sanctorum actus, prauorumque casus, exhortatione inde assumpta, secundum sapientiam sibi à Deo datam, multa necessaria & vtilia legentibus ac audientibus interposuit. Verum & non ab re agere à quoquam videri puto, si ea, quę de ortu, & actu, atque obitu domini & patroni ac protectoris nostri in schedulis, vetustate propè deletis, inuenta sunt, reparo, & de abditis ad lucem reduco: & ea, quę veterum certa relatione cognoui, literis commendare procuro: cum, sicuti præmissi, sancti Esdrę pontificis studio sacras scripturas, desidia & prophanitate impiorum Iudeorum abolitas, noscamus fuisse restauratas, & non solum euangelicam & apostolicam historiam, ab euangelistis sacratissimè conditam, sed & plurimorum sanctorum gesta plurimos Ecclesię magistros, ad instructionem multorum, & etiam historiographos agones secularium, ad posterorum memoriam descripsisse, gentiles quoque poetas sua fragmenta grandisonis pompare modis, studuisse legamus.

In lib. Dialog.

VITA S. REMIGII RHEMORVM ARCHIEPISCOPI.

13. IANVAR



OST vindictam scelerum, quę facta est à Domino eade Galliarum, prosequente Vuandalorum crudelitate, misericordiam cęli distillarunt: cum ad mitigandam, gentis Francorum barbarica ferocitate superuenturam, diuinę animaduersionis propter iniquitates perseuerantes ultionem, mundo præfulem à Deo prædestinatam, Remigium pontificem hoc ordine protulerunt.

Montanus monachus insignis.

Erat quidam venerabilis, ac dignus professione & nomine, Montanus monachus, in reclusionem solitariam vitam ducens, ieiunijs, vigilijs, atque orationibus continuè vacans, necnon ceterarum virtutum insignibus adeò diuinitati se commendabilem reddens, vt angelicis sepè fruere alloquijs, & frequenter cęlestibus visionibus ac reuelationibus interesset. Is ergò cum peruigil in oratione pro pace sanctę ecclesię, quę multis ac diuersis afflictionibus apud Galliarum & Belgicarum prouincias vexabatur, Dei omnipotentis clementiam inde se precibus exoraret, nocte quadam plùs solito orationem protelans, vsque lucis crepusculum in contemplatione permansit. Qui cum, lassitudine ac fragilitate carnis compellente, paululum membra sopori dedisset, subito per diuinam gratiam angelorum choris & animarum cętibus, beatissimorum hominum iam cum Deo regnantium, & immortalitatem adhuc corporum expectantium, spiritibus interfuit, & familiarissimè cepit audire colloquium. Inter cetera igitur, quę in conuentu illo cęlico audiuit, etiam illi sancti spiritus, humanę salutis auidi, quęritari cęperunt de Gallicanę deiectione ecclesię, & quod factò ad talia opus esset, crebro versare sermone, dicentes, quia iam tempus esset miserendi

Eius ecclis.

miserendi eius. Duplicia enim receperat pro omnibus peccatis suis, quanquàm fax eius non sit exinanita. His ita inter se conferentibus, subito vox adfuit, à superioribus atque secretioribus adytis saluberrimè atque suauius intonans, quę & presentium solaretur spirituum mœstitiam, & quod futurum erat, gratulabūda promulgaret sententia, ita dicendo: Dominus prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cęlo in terram adspexit, vt audiret gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum: vt annuncietur nomen eius in gentibus, in conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant ei. Cilinia in vtero concipiens, filium pariet nomine Remigium, cui à me saluandus populus committeretur. Beata siquidem Cilinia, intenta pijs operibus, licet corpore teneretur in mundo, mente conuerfabatur in cęlo. Quę in flore iuuentutis pepererat de vnico viro suo Aemylio Principium, Sueffionum ciuitatis postea sanctum episcopum, & fratrem eius, patrem beati Lupi episcopi eiusdem Principij successoris, qui vsque ad vltima gloriosi Remigij tempora, sacerdotio est functus, sicque defunctus.

Cilinię laus.

Principius Sueffionū Episcopus.

Vir autem ille venerabilis, inter illius temporis innumera pericula, tanta consolatione accepta, Cilinię diuinum oraculum, gratia Dei perceptum, innotuit. At illa dixit ad Montanum: Quomodo fieri potest, vt anus lactem filium, cum mihi à temporibus diu transactis muliebria defecerint, & vir meus Aemylius vetulus sit, ac in quouo eius corpore frigidus extet circū præcordia sanguis, & voluptatis opera in eo penitus emarcuerint? Erant enim ambo genere nobiles, & gratia inter suos nominatissimi. Et quia liberorum parentes processerant in diebus multis, effœti, & carne iam infœcundi, coniugale commercium non querebant, nec eis spes vltra vel appetitus generandi sobolem inerat. Cui beatus Montanus respondit: Scias, quia cum ablaçtaueris puerum Remigium, de lacte tuo perunges oculos meos, & recipiam lumen. Nam vt merita illi accrescerent, sicuti & sancto Tobię, iuxta diuinum sermonem, vt iustus iustificetur adhuc, idem beatus Montanus lumen corporalium oculorum amiserat. Tandem credentibus parentibus verbis viri Dei, sit gaudium, quòd talem suscepturi essent prolem, in cuius conceptione non foret ardor explendę libidinis, sed amor generandę iuxta diuinum præsagium sobolis. Concipitur ergò futurus Christi pontifex, & Christi adminiculante misericordia, mater beatissima, quem auspice Deo concepit, feliciter filium genuit, cui Remigij secundum Domini dictum, in baptismate nomini imponi fecit. Et ablaçtatus, sicut suus prænunciator prædixerat, lacte matris oculos sui vatis, matre obstetricante, perungens, lumen illi gratia diuina restituit. Nec incredibile videri debet, si puer iste, antequàm per ætatem corporis sciret vocare patrem & matrem suam, virtutes munere diuino operatus est: qui etsi vt homo in iniquitatibus cõceptus est, contra morem tamen humanę conditionis, non in delictis eum præuaricationis, sed in gratia remissionis, mater sua peperit. Neque enim dubitandum est, quia spiritus sanctus, qui eum talem futurum prædixit, & cuius munere cõceptus fuit, etiam à peccatis absoluit. Constat quippe veridica patris sententia, quia lege non constringitur spiritus sancti donum. Et propterea qui Corneliam ac domum eius ante perceptionem baptismi sua gratia consecrauit, ipse vtrique beatum Remigium non solum ante baptismum, sed etiam ante natiuitatem eiusdem gratiæ munere perfudit. Ortus est autem ex anu & vetulo diu sterilibus per promissionem, vt Isaac & Iohānes, vir iste, sanctus, antequàm natus: nomine designatus, antequàm mundo cognitus, in pago Laudunensi, alto parentum sanguine: vt monstraretur in ortu, qualis fururus erat in actu.

Tob. 2. Apoc. 22.

Montanus recipit visum.

Psal. 50.

Act. 10.

Gen. 17.

Luc. 1.

Singularis autem meriti indicium datur, quoties hominibus à Deo vel imponitur nomen, vel maratur. Sic Abram, quia pater multarum gentium erat futurus, Abraham nomen, vel maratur. Sic Iacob, quia Deum vidit, Israël appellari meruit. Sic Iosias rex, ob eximię virtutis culmen, nominatus à Deo est multò antè quàm natus. Sic Iohannes, eò quòd diuina sibi gratia adminiculante, plus esse meruit, quàm propheta, & quòd nemo inter natos mulierum maior illo surrexit: & Petrus à firmitate & stabilitate petre sumpsit cognomen. Et qui antè Saulus, postea nominatus est Paulus, quoniam legis zelo contra Christum erectus, ab eo, quem in membris suis persequebatur, de cęlo in terram prostratus, apud se factus est Paulus, id est, paruus, modicus & humilis: demum gratiæ Dei magnus defensor & vas electionis effectus, atque totius est Ecclesię magister & prædicator egregius. Et filij Zebedę, eò quòd verbum Dei terribiliter mundo peccanti intonucunt, filiorum tonitruum assumpserunt cognomen. Et Dominus ac redemptor noster, Iesus,

Matth. 1. *suus, id est, Saluator est cognominatus ante, quam carne natus, eò quòd salutem facturus esset populum suum à peccatis eorum. Ità ergò & beatus Remigius ab eo, quòd ecclesiam sibi credendam, inter fluctuagos mundi rectoris esset anfractus, Remigij cognomen à Deo affectus est. Seruorum nanque Dei proprium est, à Deo nominati sciri.*

Exod. 33. *Vnde vni eorum dicitur: Noui te ex nomine. & beato Ieremie, ad verbi diuini predicationem ituro, dicitur: Priusquam te formarem in vtero, noui te, & in ventre matris tue sanctificauit te. Ieremias enim ab idolorum cultu populum reuocaturus, in ventre sanctificatur: Iohannes populum suo illuminaturus alloquio, in vtero materno prophetiam suscepit gratiam: & beatus Remigius gentem Francorum à tenebris ignorantiae ad lucem perducitur euangelij, itidem diuina donatus est gratia, vt quod perfectus erat ministerio, cum participibus suis pari claresceret munere: & qui, vt dictum est, Ecclesiam Dei, speciali autem cura Rhemorum ciuitatem atque prouinciam, remigio alarum sanctarum, scilicet verbo & exemplo, meritis & atque uocatus erat Dei predestinatione rectoris, & peracto certamine, spiritu celestia regna petiturus, angelorū uicquò subuectus auxilio, Remigius est iure Dei preceptione uocatus.*

Remigius, *Nec illud silendum est, quia in chartis recentis tempore post illius obitū, sed & post plura annorum curricula factis, de rebus Rhemensi Ecclesiae traditis, Remedium fuisse nominatum legimus. Quod qui merita & acta illius attendit, congruè hoc eum nomine appellatum fuisse intelligit. Qui mitigator furoris Domini, in tempore iracundiae factus est reconciliatio, & magnificatus à Domino in conspectu regum, in uerbis suis, sicut in sequentibus ostendemus, monstra, uidelicet paganos feroces, placauit. Meritò igitur eum Remedium fuisse nominatum in baptismate crederemus, nisi in emendationibus gestis illum oraculo diuino per sanctum Montanum, Remigium uocari debere, cognosceremus. Sed & in uerbis meritis ab ipso compositis, & iussione illius in quodam uase ab eo consecrato sculptis, ita legimus:*

Carmina S. *Hauriat hinc populus vitam de sanguine sacro,  
Remigij, Iniecto aeternus quem fudit uulnere Christus.  
Remigius reddit Domino sua vota sacerdos.*

*Quod uas usque ad nostra tempora perdurauit, donec fuissem, in redemptionem datum est Christianorum, ut à ministris diaboli Nortmannis redimeret precium argentei calicis, quos de potestate tenebrarū redemerat effusus sanguis calicis, Christi uidelicet passiois.*

Traditur *Traditus autem à parentibus scholæ literis imbuendus, in breui coequis & etiam natu maioribus suis doctrina excellentior est effectus. Studebat quoque teneros annos morum maturitate vincere, & beneuolentiam cordis, charitatis melle condire, turbas frequentium populorum uitate, & ut praerionem suam fecisse didicerat, uita solitaria in reclusionem Domino seruire: qui locus in castro Lauduno haecenus designatur, & uenerabiliter colitur. In qua reclusionem secundis successibus certatim sanctae conuersationis studijs iustus adolescens Domino militauit. Et cum ad viginti & duos aetatis suae annos peruenit, defuncto Bennadio archiepiscopo in hac urbe Rhemensi, omnium generaliter uotis ad pontificij culmen raptus fuisse dinoscitur potius, quam electus. Fit ergò concursus populi, diuersi quidem sexus, conditionis ac dignitatis, nec non & aetatis: sed unius atque eiusdem sententiae cuncti hunc uerè Deo dignum, & qui populis praefici deberet, acclamabant. Vir autem beatissimus his angustijs depressus, nimis afficiebatur angoribus: quia nec fugae locus usquam patebat, nec populo, ut ab intentione coeptra resipisceret, ullo modo satisfacere poterat. Diuinae nanque erat uoluntatis, ut qui omnium saluti prospiceretur erat, omnium acclamationibus eligeretur: & qui uoluntati fidei cum iam fidelibus, & futuris fidelibus erat prouisorus, unione cuncti populi ad sedem eueheretur sacerdotalis honoris. Sanctissimus quidem uir cum his acclamationibus se uergeri conspiceret, de infirmitatis & aetatis suae tempore conqueri coepit, & quia Ecclesiasticus ordo infirmam aetatem ad hanc non reciperet dignitatem, uoce publica fatebatur. Timebat enim, ne immatura aetate inimici uersutis impugnata, aliquid contraheret sinistra. Sed diuina gratia, & uocem populorum constantissime in ipsius perdurare fecit electione, & sanctum uirum ab antiqui hostis protexit malignitate. Et cum populi acclamarer frequentia, & sanctissimus uir magna reniteretur constantia, placuit omnipotenti Deo ei manifestissimis monstrare indicijs, quod ipse de eo haberet iudicium.*

Etenim

Etenim cum modo praedicto reniti conaretur, uidentibus cunctis qui aderant, de- *Eius electio*  
scendit subito radius noui luminis super ipsius uiri sancti uerticem, ac si ipse sol de cae- *diuinitus*  
lo motus, super eum ceciderit: & quia illuminandarum lux parabatur animarum, ipse *approba-*  
quoque, cum ad hoc opus adscisceretur, lumine debuit declarari uisibili. Ipse nanque *tur.*  
erat lucerna, quae non sub modio curae corporeae, sed super candelabrum purissimae ac  
Deo dilectae conuersationis erat ponenda: quatenus his, qui in domo sanctae Ecclesiae  
futuri erant, lumen optimae institutionis praeberet.

Placuit etiam omnipotentiae diuinae, huic miraculo aliud addere, ad ostensionem me- *Diuinitus*  
ritorum beatissimi uiri. Etenim radio supra dicto se illustrante, sensit capiti suo uingui- *uigitur.*  
nis sacri infusum liquorem, quo totum eius delibutum est caput. Et merito: ut qui oleum  
spirituale populis, quo eorum quidem capita uisibili, mentes autem praedicatione,  
sancto spiritu in se loquente, uenturus erat chrismate inuisibili, id est, gratia eiusdem  
spiritu sancti, ipse quoque prius tali uinctio insigniretur. Accepit autem talibus ac-  
tantis auspicijs, diuinis timuit contraire statutis. Neque enim tutum illi uideri poterat,  
tot signis praecurrentibus, diuinae contradicere iussione, praesertim cum luce & uinctio-  
ne sancti spiritus, quae oleo uisibili designatur, interius illustratus atque perunctus, ut &  
sanctus Esaias, admittendum se in diuinum ministerium, debere se potius offerre, quam  
excusare, didicerit. *Esa. 6.*

Posthabita ergò omni dubitatione, atque ancipiti submota sententia, unanimitate *Consecra-*  
episcoporum Rhemensis prouinciae, infulis induitur sacerdotalibus, benedictione con- *tur in epi-*  
secratur episcopali, atque in sede praesulatus collocatur huius ciuitatis Rhemorum. *scopum.*  
Vbi statim sic apparuit aptus & deuotus, tanquam si officio, ad quod nouiter ascende-  
rat, iugiter praefuisset. Fuit itaque, in eleemosynis largus, in uigilijs sedulus, in oratione  
denotus, in humanitate profusus, in doctrina praecipuus, in charitate perfectus, in ser-  
mone paratus, in conuersatione sanctissimus. Synceritatem mentis, uultus sui serenita-  
te monstrabat: & pietatem clementissimi cordis, ostendebat in lenitate sermonis. Quic-  
quid ad salutem posset pertinere aeternam, non minus implebat beatissimus opere, quam  
sermonis praedicatione docebat. O uirum, per omnia Deo dignum. Eminebat in ipso  
habitu, animi pulchritudo: in specie exterioris hominis, ipsam putares expressam im-  
aginem sanctitatis. Erat irreuerentibus terribilis ad speculum, reuerendus in incessu, metuen-  
dus seueritate, uenerandus benignitate. Censuram autoritatis, temperabat mansuetu-  
do humilitatis. Delinquentibus quidem minabatur frontis austeritas, sed blandiebatur  
cordis serenitas. Erga bene agentes, Petrus apparebat in uultu: erga delinquentes, Pau-  
lus in spiritu: ac sic conueniente in uo diuersitate gratiarum, illius pietatis, huius erat  
aemulator districcionis: ita ut cum praesentiam eius quisquam uix sustineret, absenti-  
am ferre non posset. Internorum autem bonorum suorum formas ac species, sicut ne-  
mo ad plenum potuit inspicere, ita nemo sufficit explicare: Quas sicut ille studuit ex-  
colere, ita & laborauit occultare: & cum haec uellet augeri, nolebat agnosci. Sed quia *Iustitiae in-*  
haec est natura iustitiae, ut quanto studiosius abscondi optat, tanto clarior innotescat, & *doles,*  
occultatio ipsa, praedicatione sit: per populos tantorum bonorum fama uolabat. Emi-  
nebat in admiratione omnium, ueluti ciuitas super uerticem montis exposita, nec iam  
lucerna poterat latere sub modio. Gloriosa illa anima aperuit latentes in se diuitias  
caelestium munerum, & de armario sua uolentium uirtutum, aromata sanctificationis  
& gratiarum suarum supra omnem hanc ecclesiam effudit. Neglector quieris, refuga *Nota exi-*  
uoluptatis, appetitor laboris, patiens abiectionis, impatiens honoris, pauper in pecu- *mia orna-*  
nia, diues in conscientia, humilis ad merita, superbus ad uicia. Sic in se excoluit diuer- *menta.*  
sas gratiarum uirtutes, ut uix pauci tenerent singulas, quomodo ille impleuit uniuersas.  
Semper in operis exercitio, semper in compunctionis affectu. Nulla illi ex omni-  
bus propensior cura, nisi ut aut de Deo in lectione atque sermone, aut cum Deo in  
oratione loqueretur. Qui contrita continuatis ieiunijs ossa studebat de persecutore  
inimico, longo triumphare martyrio, pro cibo ac potu hoc secum incessanter rumi-  
nans: Fuerunt mihi lachrymae meae panes die ac nocte. Concupiscit & deficit anima  
mea in atria Domini. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. Defecit in *Psal. 41.*  
salutare tuum anima mea. Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Siti- *Psal. 83.*  
uit anima mea ad Deum fontem uiuum: quando ueniam & apparebo ante faciem Dei? *Psal. 118.*  
Et consolando se dicebat: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in *Psal. 62.*  
Deo, *Psal. 41.*  
*Ibid.*

Aa 4 Deo,



Pfal. 16.

Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & Deus meus. Satiabor, dum manifestabitur gloria eius.

Nam quia specie sui conditoris ad quam anhelabat, necdum satiabatur, continuo suspirijs atq; gemitibus, diurnis atque nocturnis lachrymis illum desiderans, pio luctu ad superna gaudia subleuata, flendo se anima sancta pascebat: & intus quidem doloris sui gemitum tolerabat, sed eo refectiois pabulum percipiebat, quo hic vis amoris per lachrymas emanabat. Præter vitam auide nihil esuriebat, præter iustitiam nihil desiderabat, & in futuro reposita quasi oculis subdita concupiscebatur. Et verè felix terra, quæ talem genuit, ac de alumno nobis patronum, de homine angelum ac doctorem nobis emisit. Benè igitur & congruè, secundum prophetam, de illo dicamus: In memoria æterna erit iustus. Dignè enim in memoria versatur hominum, qui ad gaudia transijt angelorum. Qui idè gratiam Dei glorificatus inuenit, quia mundi gloriam, adiutus Dei gratia, non quæsiuit. Qui gubernaculum fidei viriliter tenens, ancoram spei tranquillam in statione composuit. Qui contra impetum diaboli, scutum Dei ita insatigabiliter tenuit, vt ad victoriam perueniret. Habemus in eo medicum è celo, cum quo sanctitas, immò ipse sanctitatis author ciuitatem nostram intrauit. Quantis cæcis, à via veritatis errantibus, visum quo Christus videtur, aperuit? in quantum auribus, sermonibus cælestium mandatorum, preciosum infudit auditum? Quantos intrinsecus vulneratos, angelici oris arte & orationis virtute curauit? quantum animas, peccatis iam in corpore defunctas, ad emendationem tanquam ad lucem vocando resuscitauit? Docebat quotidie filios suos, nè res alienas concupiscerent, nè eis coniuges extraneæ pulchre essent, nè peccati venenum per aspectum animam penetraret. De quantum cordibus ille, quos iniquitas & impietas possidebat, fugauit luxuriam, remouit iram, restrinxit inuidiam, reuocando illuc fidem & castitatem atq; misericordiam? Quantos virille Apostolicus poenitentia medicamentis à peccatorum morte resuscitauit, cullos animarum, cupiditates refecans, iram comprimens, malitias extirpans? His magis virille temporibus necessarius fuerat, quibus tanta iniquitas sumptis quotidie, deficiente iustitia, viribus, cõualefcit. Et quidem ille in hac peregrinatione seculi solo corpore confitutus, cogitatione tamen in illa æterna patria conuersatus est. Qui huic mundo crucifixus ac mortuus, quicquid laborauit, de hac vita ad illam transtulit, & de sinistra semper transmisit ad dexteram, atque in celo suos reposuit sudores. Et inter hæc omnia intendeat vir beatus iactantiam virtutum fugere, in quo non poterat gratia excellatere: adeò vt non solum corda hominum, beluina feritas crudelia, ad mansuetudinem Christi domaret fidelis seruus eius & prudens, sciens conseruis eius dare in tẽpore tritici mensuram, id est, pro captu audientium mensuratè & opportunè diuini verbi pabula ministrare: verum etiam aues, vt in nocentia & potestas primi Adæ, antequam peccaret, cui omnia irrationalia subiecta fuerunt, vt scriptura demonstrat, in isto sancto viro per secundum Adam, Dominum nostrum Iesum Christum, reformata intelligerentur.

Pfal. 111.

Beneficia per S. Remigij hominibus præstita diuinitus.

Iactantiam deicit.

Gen. 1. Psal. 8.

Iob. 29.

Cum enim inter domesticos suos contingeat illum secretis habere conuiuium, & delectaretur in hilaritate charorum, descendebant ad eum intrepidè passeres, & in manu eius, mensæ reliquias colligebant. Discendebant alij saturi, accedebant alij saturandi. Sic mansuefcibat feritas auium, in operatione virtutum. Delectatio nanq; illius talis erat in hilaritate charorum, sicut de beato Iob legimus, quoniam nõ cadebat lux vultus eius in terram: quia nimirum in tanta grauitate vultus tenere consueuerat, vt nunq̃ contemptibili lætitia resolueretur: sed quotiescũquè hilariorem se presentibus exhibebat, certa semper hoc causa vtilitatis eorum faceret. Ità & hic sanctus, religiosa grauitate discretus in omnibus, nõ vanitatis iactantia hæc vel dissolutione agebat: sed vt Dei ostenderetur collata sibi gratia, & ad eius amorè & fidem, qui mirabilis in sanctis suis, seruos suos multis modis cõsolari ac mirificare dignatur, suorum corda excitarètur, & illius seruituti se propensius manciparent. Sed & nõ sine consideratione videtur prætereundum, cur iste sanctus in iocunditate charorum, amplius in mansuetudine ac passione passerum, quam aliarum auium delectabatur. Et vt primò dicamus simpliciter, solent homines alias aues domesticas habere in domibus suis, passeres autem, licet in tectis, sicut legimus, & videntes scimus, soleat habitare, humana gaudentes vicinitate, intra domos tamè suas domesticos habere nõ solènt. Vnde constat quia si aues, quæ in domibus domesticè haberi solent,

solent, in manu pasceret, pro nullo haberetur miraculo, nec esset, vnde conuuantibus iocundatio proueniret. In domum quoquè secretiorem alijs aibus, quæ intra cubicula domesticè haberi non solent, nisi passeribus, qui in tectis, humana vicinitate gaudentes, habitare solent, ad hanc seruo Dei diuinam collatam gratiam demonstrandam, facultas non erat conueniendi.

Sed si altius aliquid in hoc sancti Dei facto pscrutari volumus, intelligere possumus, quia nullæ aues tam sepè in scripturis cõmendantur, sicut passer, coluba & turtur. Columba quippe & turtur, quæ gemitus pro cætu edere solènt, quia luctus sanctorum in presenti seculo, & superna desideria per secretas orationum lachrymas, & cantus ecclesiarum publicos designènt. Passer verò auis corpore parua, sed maxima sagacitate sollicita, quæ nec facillè laqueis irretitur, nec per ingluuiem vètris, escarum ambitione decipitur. Hæc propter infirmitatè suam, nè aut ipsa à suo insidiatore capiatur, aut foetus eius serpen- tinis deuorentur insidijs, ad domorum fastigia celsa concurrat. Huic meritò prudens & humilis quisq; cõparatur, qui diabolicè calliditatis fraudes fugiens, vigilijs & orationibus ac poenitentij lachrymis intra sanctæ ecclesie septa se munire festinat. Redemptor etiam & Saluator noster se passere dignatus est designari, Psalmista teste, qui dicit: Etenim passer inuenit sibi domum. Iam quippe passer domum sibi inuenit, quia æterni celi habitaculum noster redemptor intrauit: vbi factus est sicut passer solitarius in tecto, quia solus inter mortuos liber, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, quanto differèntius præ illis nomen hereditauit, vt sit & vocetur filius Dei. Hic est verus Deus, & vita æterna. Ad què in hac peregrinatione positi anima cuiusq; fidelis suspirans, sic iocundatur, dum per fidem rectam & sancta desideria ac per bona opera, in celorum regno mansionem suam sentit esse præparatam: sicut passer in foramine parietis exultat: id est, etiã veraciter fidelis in foramine macerie, scilicet in vnitrate ecclesie, quæ de perforato in cruce Christi latere, lauacro rigatur & poculo, à maligni spiritus & membrorum eius malignitate protectus, exultat: & qui ex sanguinibus, & volutate carnis, & volutate viri natus, sed sanguine Iesu filij Dei de potestate tenebrarum redemptus, & ex aqua & spiritu, quo idè Dominus Deus noster ex gloriosa semper virgine Maria Domina nostra est natus, & ipse à virgine matre Ecclesia, immaculato diuini fontis vtero est renatus, ac Christo incorporatus, gaudio inenarrabili & exultatione exultat.

Sunt & alia, quæ de hoc beati Francorum apostoli facto (Signa enim apostolorum eius, Franci sunt, sicut in processu monstrabimus) ad nostram vtilitatis augmentum considerantes trahere possumus, cõparantes illud actioni Iohannis apostoli. Fertur enim relatione Maiorij, quia cum B. Iohanni apostolo auis, quæ perdix vocatur, vina & sana à quodam oblata fuisset, coepit eam leni manu demulcèdo tractare. Quod videns quidam adolescentium, ad coæuos suos ridendo dixit: Videte quomodo ille senex cum auicula, sicut & puer, ludit. Beatus verò apostolus ista per spiritum cognoscens, vocauit ad se iuuenem, interrogans quid manu teneret. Cui iuuenis, Arcum, inquit. Et B. Iohannes: Quod habet officium illud, quod in manu tenes? Et iuuenis: Sagittamus, inquit, indè bestias, siue aues, vel alia quæq; Et B. Iohannes, Quomodo, inquit, vel quali ordine? Et iuuenis curuato arcu retendit illum, & tensum in manu tenuit. Sed cum B. Iohannes nihil ei subsecutus loquendo fuit, post aliquod spatium iuuenis arcum distendit. Cui B. Iohannes, Cur, inquit, arcum distendisti? Ad què iuuenis: Quia si diutius tensus teneretur, infirmis tela iactaret. Et ad hæc sanctus apostolus: Sic & humana fragilitas si semper in rigore contemplationis persistat, & sibi nõ condescendat, minus necessariò valida contemplationis penna subleuatur. Quod pia pronisione conditoris & saluatoris nostri agitur, vt per collatam gratiam crescamus in profectu virtutum, & per infirmitatis nostræ recognitionem, discamus humilitatis custodire virtutem. Quo facto & sermone audientibus magnam instructionis edificationem & presentibus contulit, & futuris seq; sequentibus dereliquit. Sic & de hoc beati Remigij facto maximam instructionis edificationem, & in clarorum chara dilectione, & in fragilitatis nostræ discreta condescensione, nobis valemus assumere, si vtiliter passeribus subministrans, qui non serunt, neq; congregant in horrea, sed Deus pasceat illos, alijs saturatis, alios saturandos suscepit, nos qui res & facultates, vel cognationis successione, vel fidelium collatione suscepimus, fratribus, qui non preparauerunt sibi, (quia hilarem datorè diligit Deus) cum gaudio bona, quæ possumus, ministrantes, alios quibus bona ministremus, adsciscimus: plus gaudentes de bono opere, quam

Tea legens dicitur: nam dicitio erat obliuiscata.

Passer mysticè.

Psal. 83.

Psal. 101.

Heb. 1.

2. Iohan. 5.

Remigij, Francorum apostolus. Similia Cassianus habet Collatione 24. cap. 21.

Admiranda nonnunquam animi relaxatione.

1. Cor. 9.

quàm de bona possessione: vt & Deus colleteretur bono operi nostro, qui operarijs pietatis se in iudicio dicturum prędixit: **Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.**

**Matt. 25.** Accidit autem quodam tempore, cum pastoralis solertia ex more parochias circuiret, vt si negligenter aliquid in diuinis cultibus ageretur, fidelis Christi seruus agnosceret, & vt bonus agricola, quę inculca erant, ad bonę operationis fructus proferendos excoleret, vt ad vicum, cui vocabulum est Calmaciacus, perueniret. Vbi dum quidam cęcus, per interualla temporum occultatis se dęmonis inuasionē possessus, ab eo opem misericordię postulasset, quoniam ante ipsius sancti viri pręsentiam occultari non potuit, (erat enim illius generis, de quo Dominus in Euangelio dicit, quod nõ eijcitur, nisi in oratione & ieiunio) cępit, qua dudum captus fuerat, dęmonis infestatione idem cęcus corporis vexatione torqueri. Tunc B. Remigius in oratione, qua semper animo ad Dominum intendebat, corpore, quod ieiunijs & bonorum operum exercitio incessanter afficiebat, se humiliter ad terram prostravit, statimq; lumen pristinum cęci oculis reddidit, & ab eo pestem immundi spiritus effugauit, & nõ vltra eum vexare pręsumeret, in nomine Christi pręcepit, opemq; victus petita pauperi tribuit. O ineffabilis gratia pietatis, à quo dum sola substantia petitur, triplex remedium obtinetur. **Victu** pavit egenum, muneravit visu cęcatum, reddidit libertati captiuum. Atq; ita contigit per hoc insigne miraculum sanctę Trinitatis mysterium, vt cum apparuit vnus in paupere, Trinitas se ostenderet in salute.

**Intercessio** **sanctorum** **ę efficac.** Qui ergo tentationibus, siue occultis in mente, siue apertis in corpore, antiqui hostis sentit se infestatione vrgeri, opem intercessionis eius obnixę deposcat: & si fideliter petierit, ab infestatione immundi spiritus se ipsius meritis & orationibus à DEI gratia liberari non dubitet. Qui superne lumen contemplationis ignorat, qui presentis vitę tenebris pressus, dum venturam vitam nequaquam diligendo conspicit, & quogressum operis porrigat, nescit: lumen intelligentię ac contemplationis, atq; necessariam cordis compunctionem, per intercessionem eius apud Domini pietatę exposculet, nihil hęstans, quia pro certo accipiet. Qui paupertate spiritualis victus atq; vestitus, fidei videlicet, spei & charitatis, ac cęterarũ virtutũ se arctari cognoscit: vel etiam temporalibus necessitatibus ac tribulationibus sentit affligi, eius intercessionũ solatia gemitibus & lachrymis expetat, & quod pauper, cęcus atq; dęmoniosus per illum obtinuit, se solatio consolationum obtinere confidat. Verũ si ad primas rogantis lachrymas Dominus precibus huius intercessoris nostri respondere, id est, erranti sospitatem mentis dare, vel opem ferre necessitatem patienti distulerit: nec sic quidem à petędo, quarendo, pulsando desistendum est, neq; impetrandi subeunda desperatio: sed tanta potiũs perseuerandum instantia, tam obstinato frequentandus est, cum intercessionibus huius protektoris & adiutoris nostri, clamore Saluator, donęc & ipse de cęlis Domino pro supplicatore suo supplicet: sicq; fiet, vt si mentę ab intentione proposita non mutauerit precator, nequaquam fructu pię petitionis fraudetur. Sed & si pro sua fragilitate quis, seu pro alijs interuenerit, desideratũ potietur effectu: nisi fortę petentę cor in petitione reprehenderit, cum resistere se pręceptis eius meminit: quia dignum profecto est, vt ab eius beneficijs sit quisq; extraneus, cuius nimirũ iussionibus non vult esse subiectus. **Qua** in re hoc est salubre remedium, vt cum se mens ex memoria culpę reprehēdit, hoc prius in oratione desleat, quod errauit: quatenus erroris macula cum fletibus tegitur, in petitione sua cordis facies ab authore munda videatur. Curandum est etiam, nõ ad hoc rursus proruat, quod se mundasse fletibus exultat: nõ, dum plorata iterũ culpa committitur, in conspectu iusti iudicis ipsa etiam lamenta leuietur, & cor iterũ pręterita in petitione reprehendant. Grauius nanq; vnusquisq; confunditur, quando mandata Dei vel legendo vel audiendo respicit, quę viuendo contempsit: & indę dubitatione confusus, se ad orandum Deum conuertit. Vndę Iohannis voce dicitur: Si cor nostrum non reprehēdit nos, fidutiã habemus apud Deum, & quicquid petierimus ab eo, accipiemus. Ac si diceret: Si id quod pręcipit, facimus: id quod petimus, obtinemus. Valdę nanque apud Deum vtraque hęc sibi necessariõ congruit, vt & oratione operatio, & operatione oratio fulciatur. Hinc etenim Ieremias ait: Scrutemur vias nostras, & queramus, & reuertamur ad Dominum: leuemus corda nostra cum manibus ad Deum in cęlo. Vias etenim nostras scrutari, est, cogitationũ interna discutere. Cor verõ cum manibus leuat, qui orationem suam operibus roborat. Nam quis-

Mar. 9.

Cæci dæ.  
moniaci  
curatio.Intercessio  
sanctorum  
ę efficac.Virtutes, vi-  
ctus & vesti-  
tus animi.Oranti Deũ  
quid agen-  
dum.

I. Iohan. 3.

Oratio &  
operatio.  
Thre. 3.

quisquis orat, sed operari dissimulat: cor leuat, sed manus nõ leuat. Quisquis verõ operatur, & non orat: manus leuat, & cor non leuat. Iuxta Iohannis vocem, tunc cor fidutiã in oratione accipit, cum sibi vitę prauitas nulla contradicit.

Erat enim hic pręsul beatissimus, internorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentiam in interiorum solitudine non relinquens. Cum ergo circumiens parochiã solitudine pastoralis, transiret per \* condumam episcopi villę, cuius vocabulum est Tudiniacus, adspexit messorum messes secantes: accedensq; ad eos, cum verbo prędicationis exhortatus est eos, dando cibum & porum in consolationem laboris. Et dum hæc ageretur, accidit, sobrinam illius, nomine Celsam, Deo sacratam, proindę transire, & villam suę proprietatis, nomine Celtum, adire. **Quę** cum cognouit sanctum Remigium iuxta transitũ sui viam esse, venit ad eum, & benignę, vt par erat, ab illo suscepta, petijt eundem virum sanctum, vt vnã cum illa domum suam, quõ ibat, dignaretur adire. Idem vir sanctus, vt erat pręstabilis super iustis petitionibus, ipsius sobrinę suę postulationi prębuit assensum. Et cum pariter ad domum peruenissent, & inter se familiaria & spiritalia haberent colloquia, venit minister ipsius Celsę, ad auriculam eius, dicens, quod villicus eius vinum, quod in eadem villa fuerat, venditum iam habebat, excepta paruula quantitate, quam pro saluando vasculo reseruauit. Cuius vultum sanctus Remigius videns rubore perfusum, interrogauit quid ei suus minister in auriculam dixerit. **Quę** illi promptę respondit, quoniam non tantum pro eo de ipso nuncio verecundabatur, quantum pro eis, qui cum eo aduenerant. Cognita verõ causa, beatus Remigius hilari vultu consolatus est eam, dicens: Pro hac re, filia, noli contristari: dabit enim indę Dominus largitate pietatis suę solitam consolationem, qui per prophetam suum se timentibus nihil deesse promisit. Et dixit eidem sobrinę suę, audientibus illis qui aderant, vt alia illa curaret: ipse autem vellet interim hortum & viridarium atq; domos illius circumire, & videre qualiter illa maneret. Et sic de industria prius alia circumiens, peruenit vsq; ad cellarij ostium. Et interroganti, quid in illo recto haberetur, respondit minister, cellarium esse. Idem autem vir sanctus dixit, se illuc introire velle. Cui cum nemo auderet contradicere, interrogauit cellarium, si haberet in aliquo de ipsis vasculis vel aliquid vini. Et designato vasculo, in quo aliquid vini remanserat, dixit: Claude ostium, & sta de ista parte, vsquedum ego ad te reuertor. Et pergens ad alteram frontem vasculi, quę erat iuxta parietem, fecit crucę super idem vasculum, quod erat non modicę quantitatis: & genua flectens ad orationem, orauit diutiũs: & cępit vinum per foramen superius, per quod eidem vasculo infusum fuerat, adeõ redundare, vt super pavementum ipsius domũs largiter inundaret. Et viro sancto adhuc decumbente in oratione, cellarius timore percussus exclamauit, dicens: In nomine Christi, quis vnquam tale vidit? Quod cum audiuit sanctus Remigius, surrexit ab oratione, & pręcepit illi, vt nemini hoc indicaret, sed diceret dominę suę ministris, impetratum vinum se habere, vndę ministrare valerent. Sanctus verõ Domini rediens ad pręfata sobrinam suam, consolatus est eam, dicens: Filia, noli contristari, sed spera in Domino, & fac bonitatem, & pascęris in diuitijs eius. Habes nunc vinũ: latemur & exultemus in Domino. **Quod** factũ cum ipsa & homines eius per cellarium cognouissent, quia, vt scriptum est, opera Domini narrare honorificum est, dixit ad eum sobrina sua: Nunc cognoui sanctę pater, quia diuina inspiratione ad hanc domum hodię te vocaui: propterea de hac villa te & ecclesiam tuam perpetuõ hæredem esse faciam. Et pręsentialiter ipsam villam ad Rhemensem ecclesiam tradidit, & eidem sancto pręfati indę chartam & vestituram secundum morem legalem fecit.

Miramur, quia iuxta verbum Elisei, paruo olei liquore magna vasa infusa, oleo fuę repleta. Miremur, quia benedictione & oratione Domini & patris ac patroni nostri Remigij, vas non modicę quantitatis, de paruo liquore, quod in eo erat, vinum superfusum etiam in pavementum cellarij redundauit. Et nos qui carnis \* voluntatibus debriati, alios etiam peccare facientes, peccatis inebriauiamus, & ad peccandum nostro vel exemplo vel verbo illeximus, euacnati à Christo, vasa donis spiritualibus vacua, si ad memoriam huius beati Pontificis à fundo cordium nostrorum, venenum iniquitatum nostrarum, quod delectabiliter vt vinum nos ingurgitando bibimus, per puram confessionem cum contritione & cordis rugitu euouerimus, euacuant nos felle peccatorum, quo repleti sumus, & lachrymis nos eluērimus, leuantes corda nostra cum

Vigilantia  
pastoralis.

Psal. 38.

Crucis si  
gnũ edit, &  
orat, vinũq;  
abundat in  
vase penę  
in vacuo.

Psal. 36.

Tob. 12.

4. Reg. 4.

for. \* vola-  
ptatibusConfessio  
peccatorũ,  
cum

cum puris manibus sine ira & disceptatione ad Deum, meritis eius & precibus obtinere nos posse credamus, vt repleamur abundante gratia Dei, & fiat in nobis fons vitæ, ac in eius lumine videamus lumen.

Summaria  
explicatio  
fidei Chri-  
stiana.  
Ioan. 18.

Tunc ad iustitiam credentes corde, & ad salutem confitentes ore, quia in patre totus est filius, & in verbo totus pater: in patre simul & filio, totus est sanctus spiritus: à patre simul & filio totus idē procedit spiritus sanctus, Quod in futuro specie videbimus, quādo secundum promissionem suam Dominus noster Iesus Christus nobis palam de patre annunciabit: quia per patrefactam tunc maiestatis suæ speciem, & quomodo ipse gigantem non impar oriatur, & quomodo vtriusq; spiritus vtriusq; coeternus procedat, ostendet. Apertè namq; tunc videbimus, quomodo hoc quod oriendo est, ei de quo oritur, subsequens non est: quomodo is, qui processione producit, à proferentibus non preteritur. Apertè tunc videbimus, quomodo vnum indiuisibiliter tria sunt, & indiuisibiliter tria vnum. Credamus igitur & confiteamur sanctam & inseparabilem Trinitatem, patrem, & filium, & spiritum sanctum, coeternam & consubstantialem ac coequalē sibi esse, vnius diuinitatis, essentia, omnipotentia, gloria, magnitudinis, maiestatis, & quicquid ad se, id est, substantialiter dicitur: relatiuè autem tres personas, patrem & filium & spiritum sanctum, & quod inseparabilis naturæ unitas, non possit separabiles habere personas. Quod & in hoc ostenditur, personas non posse diuidi in Trinitate, quia cuiuslibet personæ nomen, semper ad alteram respicit personam. Si patrem dicis, filium ostendis. Si filium nominas, patrem prædicas. Si spiritum sanctum appellas, patris & filij esse spiritum necesse est intelligas. Et hoc regulariter sit tenendum, quod omnia naturæ nomina vel essentia, sicut in vna persona singulariter, sic etiam in tribus semper singulari numero sit dicendū, & in Deo nihil secundum accidens sit dicendū, quia nihil in eo mutabile est. Et qualis ac quantus sit pater, talis ac tantus sit filius, talis ac tantus sit spiritus sanctus: nec aliquod maius sit, tres simul dictæ personæ, quàm singula quæq; persona: quia eadem magnitudo est in vnaquaq; persona semel dicta, quæ est in tribus personis simul nominatis.

Sola filij per-  
sona incar-  
nata.

Vna verò tantum ex eadē sancta Trinitate persona filij, per quem omnia facta sunt, operatione spiritus sancti ex immaculata carne perpetuæ virginis Mariæ, nostræ carnis substantiam, animatam nostræ naturæ anima rationali & intellectuali, de incomprehensibili nobis virtutis suæ opere, totum scilicet hominē, vt totum saluaret hominem, assumpsit in unitate personæ diuinitatis suæ. Natiuitas enim Domini secundum carnem, quauis habeat quædam propria, quibus humanæ conditionis initia transcendit, siue quod solus ab inuiolata Virgine sine concupiscentia est conceptus & natus, siue quod ita visceribus matris est editus, vt fecunditas pareret, & virginitas permaneret: non alterius tamen naturæ erat eius caro, quàm nostra est, nec alia illi, quàm cæteris hominibus, anima est inspirata principio, quæ excelleret, non diuersitate generis, sed sublimitate virtutis. Nihil enim carnis suæ habebat aduersum, nec discordia desideriorum gignebat compugnantiam voluntatum. Sensus corporei vigeabant sine lege peccati, & veritas affectionū sub moderamine Deitatis & mētis, nec tentabatur illecebris, nec cedebat iniurijs. Verus homo vero unitus est Deo, sed secundum existentem prius animam deductus è cælo, nec secundum carnem creatus ex nihilo. Eandem generis in verbi diuinitate personam, & tenens communem nobis in corpore animaq; naturam. Non enim esset Dei hominumq; mediator, nisi idem Deus idemq; homo, in vtroque & vnus esset & verus. Quam seruilem formam, à solo filio Dei susceptam, tota sancta Trinitas, cuius vna est voluntas & operatio, in vtero gloriose ac semper virginis Mariæ fecit, sicut euangelizauit ei archangelus: Spiritus sanctus, inquit, superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Quæ tota sancta Trinitas, scilicet Deus pater, nuncupatione altissimi designatus: & eius virtus & sapientia, quæ edificauit sibi domum, vni genitus videlicet filius, ipse auctor operis, ipse opus auctoris, cooperante spiritu sancto, eiusdem Saluatoris nostri humanitatem, corpus nimirum & animam, cōdidit in visceribus virginis, quæ facta est ancilla hominis, per diuinitatem: & mater verbi, per carnem. Non autem prius in vtero Virginis caro concepta est, & postmodum diuinitas venit in carnem, sed mox verbum venit in vterum, mox verbum, seruata propriæ veritate naturæ, factum est caro. Et perfectus homo, id est, in veritate carnis & animæ rationalis, natus est per vterum

Virgi-

Virginis filius Dei, vnctus oleo lætitiæ, id est, dono spiritus sancti, præ confortibus suis, scilicet præ cæteris hominibus. Nos prius homines peccatores efficiamur, & postmodum per vnctiōnem sancti spiritus sanctificamur: ipse autem existens Deus ante secula, per spiritum sanctum in vtero Virginis homo conceptus est in fine seculorum. Ibi ab eodem spiritu vnctus est, vbi conceptus, nec antè conceptus, & postmodum vnctus est: sed hoc ipsum de spiritu sancto & carne Virginis concipi, à spiritu sancto vngi fuit. In quo complacuit inhabitare omnem plenitudinē diuinitatis corporaliter, id est, substantialiter: quia verbum per omnipotentiam suam, voluit hunc perfectū hominem, quem assumpsit, hoc fieri ex tempore, quod ipse semper fuit sine tempore, id est, proprium filium Dei: vt non possint dici duo filij Dei, alius ante tempora genitus, & alius factus ex tempore, nè quaternitas (quod absit) pro incarnatione ipsius in sancta Trinitate dicitur: quoniam Deus, Dei filius humanam assumpsit naturam, non personam, in æternam suscipiens personam diuinitatis, temporalem humanitatis substantiam. Homo transiit in Deum non vertibilitate naturæ, sed propter diuinam unitatem personæ. Nam sicut in sancta Trinitate alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti: sed non aliud est pater, aliud filius, aliud spiritus sanctus: ita in Dei filio Domino nostro Iesu Christo, aliud est diuinitas, aliud anima, aliud corpus: sed non alia est persona diuinitatis, & alia humanitatis, sed vna eademq; persona. Ideò non sunt duo Christi, nec duo filij: sed vnus Christus, & vnus filius, Deus & homo, iuxta Euangelistam, plenus gratia: quia plenitudo humanitatis, anima & corpus, assumpta est à verbo in unitate personæ suæ diuinitatis. Plenus veritate, quia in plenitudine humanitatis, inhabitat plenitudo diuinitatis: quem beata virgo Maria, salua integritate sui corporis, Deum & hominem, vnicum filium edidit, quem admodum salua virginitate concepit, creatorem corporum & animarum humanarum, quæ ab eodem opifice suo Deo incorporantur, & priusquam suis inspirantur corporibus, non fuerunt. Sed quia per primi hominis præuaricationem, tota humani generis propago est vitata, nemo potest à conditione veteris hominis liberari, nisi per sacramentum baptismatis Christi, in quo nulla est discretio renatorum: quia quos aut sexus in corpore, aut ætas discernit in tempore, omnes in vnam parit gratia mater infantiam, dicente Apostolo: Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus & Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque femina: omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Cuius humanitatem in nulla proprietate operum, quæ naturas in eo distinguunt, diuinitas deseruit, postquam eam assumpsit, nec in ipsa etiā passione, quauis ipsa diuinitas impassibilis semper in sua permanet natura.

Et quoniam Iohannes Baptista eidem Domino nostro Iesu Christo singulariter ac sine mensura datam spiritus largitatem, dixit, in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat, cuius anima & caro, cū verbo vnus est Christus, & vnicus filius, anima eius plenam in se diuinitatis habuit semper, & habet notitiam, cum qua naturaliter vnam creditur habere personam. Ipse est enim, qui dat sanctis spiritum, ipse est, qui accipit: æqualis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem. Et quia potens est ad mensuram dare, ideò non debuit ad mensuram accipere. In forma enim Dei manens, spiritum dat: formam serui accipiens, spiritum accepit. Ipsum enim, quem ad mensuram dat, totum accepit. Idem sacerdos & sacrificium, veniens ad nos offerre pro nobis, quod assumpsit ex nobis, vt auferret à nobis, quod inuenit in nobis, id est, peccatum, mediator Dei & hominum, habens cum patre eandem diuinitatis naturam, & humanitatis eandem cum matre substantiam. Habens ex nobis, vsque ad mortem, nostræ iniquitatis pœnam, habens incommutabilem de Deo patre iustitiam. Propter nostram iniquitatem temporaliter mortuus, propter iustitiam suam & ipse semper viuus. Qui Dominus & rex gloriæ crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute sua. Idem Deus, qui in cruce homo factus pependit, & in sepulcro idem Deus homo factus iacuit: sed in sepulcro secundum solam carnem idem Deus iacuit, & in infernum secundum solam animam descendit, & resurrexit tertia die carne: quia peccatum non fecit, à quo resurgeret anima. Ipse Deus & homo ascendit in cælum, & sedet ad dexteram patris, venturus iudicare viuos & mortuos. Quicquid enim in Christo factum est, se legitur, ab vno Christo & ab vno Dei filio gestum est. Hæc verò personaliter totus Christus dignatus est agere. Ipse quippe suas passiones inuenitur operatus, qui nihil

B b habuit

habuit, quod pateretur inuitus. Cuius anima tantæ sanctitatis & iustificationis est, vt omnes in se credentium animæ, per eam sanctificari & iustificari queant. Et caro tantæ munditiæ & libertatis est à peccato, vt omnes in se confidentium carnes, diuina in eo operante gratia, purgari & liberari possint: quia sanguis, qui de eadem carne lancea militis vulnerata fluxerat, precium est salutis humanæ. Per cuius effusionem, extincta est flamma illa paradisi custodia, & via fidelibus aperta est ad lignum vitæ, quod plantatum est fecus decursus aquarum viuentium. Cuius ligni sapientissimus Salomon, cum de laude sapientiæ multa dixisset, recordatus est, irà dicens: Beatus homo, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Et paulò post: Viæ eius viæ pulchra, & omnes semitæ eius pacificæ. Lignum vitæ est his, qui apprehēderint eam: & qui tenuerint eam, beatus. Quem scilicet Christum Dei virtutem & Dei sapientiam videns Iohannes Baptistia & præcurfor suus venientem ad se, populis, quibus diu illum prædicauerat, digito demonstrauit, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ecce agnus Dei, ecce innocens & ab omni peccato immunis, vtpotè qui os quidem de ossibus Adam, & carnem de carne Adam, sed nullam peccatrice de carne traxit maculam culpæ. Ecce qui tollit peccatum mundi, ecce qui iustus inter peccatores, mitis inter impios, hoc est, quasi agnus inter lupos appàrens, etiam peccatores & impios iustificandi habet potestatem.

Quomodò autem peccatum mundi tollat, quo ordine iustificet impios, apostolus Petrus ostendit, qui ait: Non corruptilibus argento vel auro redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditionis, sed precioso sanguine, quasi igni incontaminati & immaculati Iesu Christi. Et in Apocalypsi Iohannes Apostolus: Qui dilexit nos, inquit, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Non solum autem lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, quando sanguinem suum dedit in cruce pro nobis, vel quando quisque nostrum in mysterium sacrosanctæ passionis illius baptismi aquis ablutus est: verum etiam quotidie tollit peccata mundi, lauatque nos à peccatis nostris quotidianis in sanguine suo, cum eiusdem beatæ passionis ad altare memoria replicatur, cum panis & vini creatura, in sacramentum carnis & sanguinis eius, ineffabili spiritus sanctificatione transfertur: sicque corpus & sanguinis illius, non infidelium manibus ad perniciem suam funditur & occiditur, sed fidelium ore sumitur in salutem. Cuius recte figuram agnus in lege paschalis ostendit, qui semel populum de Aegyptiaca seruitute liberans, in memoriam eiusdem liberationis per omnes annos immolatione sua populum eundem sanctificare solebat, donèc veniret ipse, cui talis hostia testimonium dabat. Oblatusque patri pro nobis in hostiam odoremque suauitatis, mysterium suæ passionis, ablato agno, in creaturam panis vini que transferret, sacerdos factus in æternum, secundum ordinem Melchisedech, qui per proprium sanguinem semel introiuit in sancta, æterna redemptione inuenta. Quia verbum, quod erat in principio Deus apud Deum, cibus sempiternus sanctorum angelorum, vnde viuunt supernæ virtutes, caro factum est: id est, idem Deus verbum, quod erat apud Deum, homo factus est, sicut dictum est, & semper credendum atque dicendum est. Quo auctore & redemptore, nunc in celo viuunt cibo sempiterno beatorum spiritus, ac perpetuò omnis viuere Ecclesia sanctorum. Et nos vera eius carne de cruce pascimur, & sanguine vero ac vino, qui de latere eius in cruce manauit, potamur: qui manducatus & potatus, integer perseuerat & viuus, quia surrexit occisus. Et in hac mystica distributione spiritualis alimonie, hoc impartitur, hoc sumitur: vt accipientes virtutem celestis cibi, in carnem eius, qui caro nostra factus est, transeamus, & in quo crucifixi, cui commortui, & consepulti, & conresuscitati, ipsum per omnia carne & spiritu gestemus. Nam aliter in sancta Ecclesia, quæ corpus eius est, nec rata sacerdotia, nec vera sunt sacrificia, nisi in nostræ proprietate naturæ, verus nos pontifex reconciliat, & verus immaculati agni sanguis emundet. Quilicet in patris dextera sit constitutus, in eadem ramen carne, quam assumpsit ex Virgine, sacramentum propitiationis exequitur, dicente Apostolo: Christus Iesus qui mortuus est, immò qui & resurrexit, qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

Huius siquidem fidei gratia repletos, & in ea vsque ad excessum vitæ perseuerantes, poscimus nos istius patris nostri meritis ac precibus multiplicari, à fructu frumenti & vini & olei Dei, id est, doctrina sancta, sapientia superna, diuinæ gratiæ misericordia, vt in-

vt inebriati ab vbertate domus eius, ac pinguedine, videlicet gratia sancti spiritus, qua repletur Catholica Ecclesia, quæ est domus & corpus eius, flumina de ventre nostro fluant aquæ viuæ, de mentibus scilicet nostris spirituales doctrinæ, quæ sunt animæ vita: & quos per baptismum ab omnibus mundauit sordibus peccatorum, per lachrymas poenitentia, à cunctis ablutos facinoribus, in vitæ conseruet mūditiā, & ad vitam mundos perducat æternam.

Quia humani generis aduersarius non desistit ostendere nocendo malignitatis suæ potentiam, immisione sua surgētibus subitò flammaram globis, hanc ciuitatem Rhe-morū succendit. Et nimia vastatione oborta, iam partem ferè tertiam fauillis extantibus, concrematio peracta consumpsit, & quod residuum erat, vixitrix flamma lambebat. Cuius rei nuncius cum ad beatissimi Remigij antistitis peruenisset auditū, ilicò adorationem in basilica beati Nicasij vrbs huius pontificis & martyris (nam ibi tunc morabatur) se prostravit: & surgens ab oratione, suspiciens in cælum, ingemuit & dixit: Deus Deus meus, adesto vocis meæ. Et concito cursu per gradus, ante ipsam ecclesiam petris compositos, egressus ciuitatem petijt. In quibus petris, ac si super molle lutum, impressa eius fuerunt vestigia, quæ hodieque ibi ad memoriam diuini miraculi demonstrantur. Et sic celeri velocitate cucurrit, atque se igni opposuit. Statimque vt extensa dextra contra ignem, cum inuocatione Christi nominis signum sanctæ crucis fecit, rotum illud incendium, velut quodam reatu cognito, fracta & concisa atque in sese relicta virtute, cepit ante viri Dei presentiam fugere. Quod vir Dei semper insequeretur, & inter ignem, & ea quæ adhuc erant residua, cum signo sanctæ crucis & inuocatione Christi se opponebat. Sicque torum flammaram globum, ante se fugientem, per Patentem portam (sic enim tunc temporis vocabatur, quia portis alijs clausis ob ciuitatis custodiam, pro exeuntium & introeuntium commoditate in die patebat) diuina potentia expulit, & alia porta ad hoc officium deputata, præfatam portam clausit, & vt nunquam ab aliquo aperiretur, cum interminati one vindictæ, qui illam præsumeret aperire, prohibuit: sicut & Iosue imprecatus est vltionem de eo, qui muros Hiericho, Dei virtute deiectos, denuò restauraret. Post quosdam verò annos, cuius quidam nomine Fercintus, fecus illam portam manens, pertusum in maceria, qua eadem porta obstruata fuerat, fecit, per quem finum suæ cortis eijceret. Quem mox tanta est vindicta secuta, vt non homo, non pecus clade superueniente in eadem domo remanserit. In quo miraculo omnibus gratia Dei declarauit, quòd vir Dei plenus fide, plus igne diuini amoris caluit, qui sanctitatem tantæ indignationis meritis sanctis euicit, expulit & extinxit. In eo enim, quia in silicibus eius fuerunt impressa vestigia, & beati Petri in elemento instabili soliti gressu iussione Domini extiterunt, licet diuerso modo, non tamen diuersa fide ac gratia, operationem Christi conspicimus. Nam & in veris historijs legimus, quia in sancta ciuitate Ierusalem seruatur lapis durissimus, in quo monstrantur pia redemptoris vestigia, quando ante Pilatum iudicem stetit, cuius cordi saxo duriori, exigentibus culpis, eius verba imprimi nequiuerunt.

Et silicibus impressis vestigijs serui sui Remigij, contra malitiam diaboli, cuius membrum Pilatus extitit, pugnaturi, dignatus est demonstrare, quia dedit ei, sicut discipulis suis in carnis presentia dixerat, potestatem calcandi supra omnem virtutem inimici. Verum & in hoc facto gratia suæ potentia voluit demonstrare, quàm speciosi sunt pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona: per quem auferebat à duris corde, & ablaturus erat ab infidelibus Francis corda lapidea, & dabat pertinacibus atque daturus erat infidelibus corda mollia, ad recipienda diuini verbi semina, vt per patientiam referrent fructum in tempore suo. Sed & per se Dominus, qui perforato in cruce latere suo edificauit Ecclesiam, profundens aquam & sanguinem, quibus eadem Ecclesia lauacro rigatur & poculo: & per hunc seruum suum, cui regendam suam commisit Ecclesiam, impressis in petra vestigijs, quando robustiora saxi vestigia, & molliora vestigijs saxa ostensa sunt: demonstrare figuratè voluit, quòd de eadem Ecclesia per Moysen figurata locutione prædixit: Ferrum & æs calceamentum eius. Calceamentum quippe in scriptura sancta, munimen prædicationis accipitur, sicut scriptum est: Calceati pedes in præparatione euangelij pacis. Quia ergò per ferrum virtus, per æs autem perseuerantia ex primitur, ferrum & æs calceamentum eius dicitur, dum prædicatione illius acumine simul & constantia munitur. Per ferrum enim, mala aduersantia



2. Cor. 2.

Num. 16.

penetrat: per æs autem, bona quæ proposuit, longanimitèr seruat. In eo quòd inter ignem, & ab incendio necdum tacta stans, cum signo crucis & inuocatione Christi nominis iste vir sanctus, qui cum suis collegis dicere poterat, Christi bonus odor sumus Deo in omni loco, se transgredi flammam prohibuit, Dei miraculum fuit representatū, quando Aaron pontifex, vt iram Domini placaret, thuribulum cum incenso odorifero sumpfit, atque inter moruos & viuētes stetit. Cuius meritis & precibus postulemus in nobis extinguī flammam vitiorum, nosque liberari ab igne perpetuo intolerabilium tormentorum. De eo, quòd præfatus ciuis contra vetitū beati Remigij, quod ille clauserat, aperire præsumpsit, & vltione non caruit: nos quoque pertimescamus sanctorum verba & præceptiones paruipendere: quia Deo in se loquēte, sine mutabilitate manentes sententias exprimit eorum sermo, qui transit.

S. Benedi-  
ctus claret  
miraculis.

Quædam puella ab vrbe Tolosa, præclaris orta natalibus, ab infantia maligni spiritus tenebatur obsidione captiua. Quæ cum tenero amore diligeret pijsissimi genitores, ad sancti Petri sepulcrum in Romanam urbem cum plurima multitudine & multæ deuotione duxerunt. In ipsa namque partibus erat tunc vir vitæ venerabilis, gratia & nomine Benedictus, plurimis effulgens virtutibus. Cuius famam audientes ipsius puellæ parentes, ad eundem Dei seruum illam perduxerunt. Qui multis ieiunijs & orationibus pro ipsius emundatione ab infestissimo dæmone laborans, Domini potentiam studuit exorare. Quæ cum nulla potuisset intercessione curare, nec ab ipsa callidi dæmonis virus valuisset expellere, multis ac validissimis exorcismis adiuratus, hoc responsum antiquus hostis reddidit, diuini nominis obtestatione constrictus, quòd nunquam alterius decodæ habitaculo, nisi huius beatis. Remigij antistitis orationibus posset expelli. Tunc parētes eius cum ipsius viri Dei Benedicti literis hanc Rhemorum ciuitatem adire ceperunt. Et quoniam apud Alaricum regem Gothorum, qui in Tolosana ciuitate sedem suam constituit, & vnâ cum regno Gotthico magnam partem Galliarum sibi obtinuit, prædictæ puellæ parentes valde honorati ac familiares, & vt ferebatur, carne propinquis eius erant, cum literis ac legatis ipsius ad beatum Remigium pro emundatione sepe predictæ puellæ ab antiquo hoste, in hanc urbem, illâ secum vinctam adducētes, venerunt, vt Christi per eum virtutem agnoscerent in purgatione sobolis, quam præscierant confessione latronis. Beatus autem Remigius cum diuturna reluctatione se non esse ad tantum opus dignum assereret, & consueta patientia repugnaret, precibus est populi supplicantis euasus, vt orationem pro ea funderet, & parentum lachrymis condoleret. Tunc meritis sanctitatis armatus, verbi præcepit imperio, vt iniquus prædo per quod ingressus fuerat, discederet, & Christi famulam relaxaret. Itaque cum nimio vomitu & obsceno fetore per os, quo intrauit, egressus est. Sed paulò post discedente pontifice, sub ipsius tamen horæ spatio, dum nimio labore fessa nutaret, vitæ calore decepta, spiritum salutis amisit. Iteratis ergo precibus supplicatium turba recurrit ad medicum. Vir autem sanctus se accusat potius perpetrâsse facinus, quam sanitatis præmiū indulisse: & extitisse homicidij reum, non contulisse remedium. Ad basilicam igitur sancti Iohannis Baptistæ, vbi corpus iacebat exanime, populi obtentus deprecatione, regreditur, ibique sanctus Remigius cum lachrymis ad pauimenta sanctorum in oratione prosternitur, & reliquos vt ita facerent, adhortatur. Et effuso lachrymarum imbri, consurgens suscitauit mortuam, quam prius sanauit egrotam. Apprehendens namque manum eius, dixit: Puella, in nomine Dñi nostri Iesu Christi surge. Quæ mox cum integra incolumitate, sicut ipsa postea fatebatur, ab ipsis inferni claustris surrexit, & ad propria feliciter remeavit.

Nota hu-  
militatē S.  
Remigij.  
Curat dæ-  
moniacam

Excitat  
mortuam.

Duæ mor-  
tes.

Duplex re-  
surrectio.

Iohan. 5.

Potest enim fragilitate carnis exutus, & choris angelicis sociatus, plebem suam & quemlibet cum fide petentem, de casu cuiuslibet periculi imminētis, meritis & precibus suis eripere, & quemcumque a malis ad bona conuersum, de cuiuscumque peccati morte resuscitare, sed & de futura perpetua morteliberare, qui adhuc in ergastulo corruptibilis carnis positus, vitam mortuæ valuit restaurare. Propterea quoniam duæ mortes sunt in vnoquoque nostrum, vna videlicet animæ per peccatum, & altera corporis propter peccatum ad pœnam peccati: quia mors est animæ, quando Deus eam deserit ob magnitudinem peccatorum: & mors est corporis, quando ab anima deseritur: & duæ sunt resurrectiones, nunc animæ in Ecclesia per filium verbum Dei, quâdo per gratiam eius resurgit a morte iniquitatis: & hæc est prima resurrectio, quam qui habet, & in secunda, quæ est corporis, feliciter resurget in vitam æternam, per verbum Dei carne factum filium ho-

um hominis, qui potestatem accepit iudicium facere: quod iudicium in fine erit seculi: & ibi non erit resurrectio animarum, sed corporum. Petamus igitur corde contrito, cum lachrymis, bonis operibus suffragantibus, per huius patroni nostri intercessionem nos resuscitari a morte animæ in presenti vita, vt viuamus in Christo: & vt resurgentes corpore in fine seculi, æternaliter viuamus cum Christo: credentes firmiter, nos per eius intercessionem hoc apud Domini misericordiam obtinere posse, si fideliter petierimus: qui in curatione prius a dæmone, & post in resurrectione corporis a morte præfata puellæ, certissimum pignus de meritis eius accepimus.

Habeamus seduli ante mentis oculos horam exitus nostri de corpore: præueniamus faciem Domini in cōfessione peccatorum nostrorum, & lachrymis ac bonis operibus: indulgentes his, qui in nos peccauerunt, vt indulgentiam peccatorum nostrorum obtinere possimus apud Domini misericordiam: & non negligamus bona, quæ nunc agere possimus: quia exuti corporibus, postea nec mala nec bona agere poterimus: sed pro his, quæ in isto seculo egimus, condignam remunerationem in illo seculo accipiemus ab eo, qui, vt scriptum est, reddet vnicuique secundum opera sua. Nam vt tacemus de apostolis, martyribus, confessoribus, & cæteris arctioris ac perfectioris vitæ viris, qui mox corruptione carnis soluti, caelos penetrant, & quem sua cognoscere carne mortalē, iam in natura diuinitatis patri & spiritui sancto videre possunt equalem: quorum vnus, certaminum suorum conscius, non dubitauit de seipso testari, Cupio dissolui, & esse cum Christo: sunt plures in Ecclesia iusti, qui post carnis solutionem, continuo in beata paradisi requie suscipiuntur, expectantes in magno gaudio, in magnis congaudentium choris, quando recepto corpore veniant & appareant ante faciem Dei. At verò nonnulli propter bona quidem opera ad electorum sortem præordinati, sed propter aliqua mala, quibus polluti de corpore exierunt, post mortem seuerè castigandi, excipiuntur flammis ignis Purgatorij: & vel vsque ad diem iudicij, longa huius examinatione, a visceribus forde mundantur: vel certe prius amicorum fidelium precibus, elemosynis, ieiunijs, scilicet & hostiæ salutari oblationibus absoluti pœnis, & ipsi ad beatorum perueniunt requiem. Vnde pensandum est, quod tutior via sit, vt bonum, quod quisque post mortem suam sperat agere per alios, agat, dum viuunt, ipse per se. Beati prope est, liberum exire, quam post vincula libertatem querere.

Rom. 2.

Philip. 1.

Sancti mox  
euolant in  
caelum.

Ignis Pur-  
gatorius.

Precibus  
impetrat  
sacrum  
chrisma.

Nota hic  
Ecclesiasti-  
cā Traditio-  
nem.

Iohan. 2.

Iohan. 16.

Gen. 1.

Denique cum quidam ægrotus familiæ non ignobilis, necdum baptizatus, se a sancto postularet Remigio visitari, & iam velut in vltimo spiritu positus, credere se fatebatur & baptizari deposceret, egrotans abrenunciante, & benedicto fonte, sanctus Remigius a presbytero loci illius exorcizatum oleum & chrisma quesitum. Qui simplex oleum se habere, sed oleum exorcizatum & chrisma in ampullis, in quibus fuerat, iam penitus defecisse respondit. Sanctus autem Remigius ipsas ampullas sibi afferri præcepit: quas vacuas super altare misit, & se in orationem prostravit. Surgens autem ab oratione, ampullam, in qua breuis habebatur olei exorcizati: & alteram ampullam, in qua breuis continebatur sacri chrismatum, plenas inuenit. Sicque infirmum, qui antea abrenunciauerat, post abrenunciationem oleo exorcizato perunxit: demumque baptizatum, secundum traditionem ecclesiasticam, chrismate sacroliniuit. Qui mox animæ sanitate recepta, etiam corporis incolumitatem promeruit. Quem, fratres charissimi, quem imitatum atque secutum in hoc miraculo beatum Remigium debemus aduertere, nisi cum, qui in nuptijs ad quas venire, & eas sua presentia dignatus est sanctificare, hydrias vacuas aqua impleri præcepit, & eandem aquam nutu suo in vinum conuertit? Et quidem Dominus potuit implere vacuas hydrias vino, qui in exordio mundanæ creatiōis cuncta creauit ex nihilo: sed maluit de aqua hydrias impleri, & de ipsa aqua facere vinum: vt ministrorum obsequio hydria aqua replerentur, & benedictionis sue nutu aqua verteretur in vinum: vt patenter ostenderet, quia sicut omnia fecit ex nihilo, ita & naturas rerum sanctificatione sua mutat, vt ipse voluit. Et beatus Remigius, seruus & amicus sponsi ecclesiæ, credentem per diuina mysteria socians eidem corpori eius, verbis solēnibus poterat simplex oleum exorcizare, & sanctum chrisma, sicut & fontem, sacrare: sed maluit, vt Dominus singularim de sacramentis sanctificatis ampullas, in quibus fuerat, benedictionis sue potentia repleret, & se fidelem in verbis suis, quibus dixerat, Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis, ad confirmandam fidem neophyti credentis obsequio famuli sui, ostenderet. Certum est, quoniam qui in exordio creationis, creaturis singulis benedixit, & eas semper ipsa benedictione in vltus hominum crescere & multiplicari fecit: & de creaturis panis ac vini aqua mixti, sed

Transsubstantiatio.

Vide librū  
1. Pauli Aemilij de  
gestis Fran-  
corum.

Aemilius  
\* Bithinam  
vocat.

Etiam ethni-  
ci Franci  
reuerentur  
S. Remigi-  
um.

Clodouei  
humanitas.

& olei, secundum suam traditionem, ad inuocationem sacerdotis semper bona creat: non faciendo, quod iam erant: sed sacrosancta mysteria faciendo existere, quod nondum erant, corpus videlicet & sanguinem suum, & christina salutis eternae: idem ampullas singulas oleo repleuit, & ad inuocationem sacerdotis sui, sanctificationis benedictionem singulatum infudit.

Cum gentis Francorum, ut historiae produnt, de Troia ciuitate, impugnantibus & expugnantibus Graecis, pars cum Aenea in Italiam perrexit: pars eorum, videlicet duodecim millia in finitimas Pannoniae partes secus Maeotides paludes peruenerunt, ibique ciuitatem aduenientes edificauerunt, quam ob suam memoriam Sicambriam vocauerunt: in qua multis annis habitauerunt, & in gentem magnam usque; ad tempora Valentiniani Imperatoris creuerunt. Et ita sub principibus crinitis, iuxta morem gentis subinde succedentibus, per Thuringiam regionem Germaniae a castello Dispargo, in quodiu habitauerunt, ad Belgicam prouinciam Tornacum atque Cameracum ciuitates aggressi sunt. Indeque usque; ad Sommam fluum partem Belgicam prouinciam occupauerunt, ubi plurimis temporibus degerunt sub Clodoueo & Meroueo rege utili, a cuius nomine celeberrimo, Franci vocati sunt Merouingi: sicut a Valentiniano Imperatore Attica lingua vocati sunt Franci, hoc est, feroces. Cui Meroueo in principatum successit Childericus, qui de Basina regina Thuringorum habuit filium Clodoueam, qui fuit rex magnus super omnes ante se reges Francorum, pugnator bellicosissimus atque egregius. In illis diebus vel temporibus ceperunt Franci Agrippinam ciuitatem super Rhenum, quam Coloniam vocauerunt, & Treuironum ciuitatem super Mosellam, quae ab Hunnis antea diruta & afflicta fuerat, succedentes ceperunt. In illo tempore in his partibus circa Rhenum usque; Ligerim fluum habitabant Romani, quorum princeps erat Aegidius. Ultra Ligerim autem dominabatur Gotthi, quorum princeps erat Alaricus. Burgundiones quoque Arriani, ut & Gorthi, habitabant iuxta Rhodanum fluum usque; ad ciuitatem Lugdunum, & ei confines vrbes, quorum princeps erat Gundebaldus. Eo tempore mortuus est Aegidius, & successit in principatum Romanorum, qui habitabant in Gallijs, filius eius Syagrius. Mortuo autem Childerico, qui Aurelianum & Andegauias ciuitates cum suo exercitu Francico occupauit atque vastauit, Clodoueus filius eius sagaciter Francorum regnum suscepit. Anno quinto, Clodoueo regnante, Syagrius filius Aegidij dux Romanorum, qui in Gallijs habitabant, in Sueffionum ciuitate, quam pater eius tenebat, residebat: super quem Clodoueus cum hoste aduenit atque deuicit: quemque ab Alarico, apud quem in Tolosa, fugiens Clodoueam, aliquandiu habitauit, sibi transmissum recepit, & occidi praecipit, & omnia, quae illius erant, suae potestati subegit.

Eo tempore multa ecclesiae a Clodouei exercitu depradatae sunt. Erant autem, sicut & rex illorum, fanatici & pagani. Attamen audientes miracula, quae fiebant per beatum Remigium, reuerentur eum: & licet pagani, diligebant illum, in quo lux caelestis gratiae omnibus resplendebat: & rex illorum libenter illum audiebat, & auditu eo, multa faciebat, & a multis nequitijs se cohibebat. Erat enim sanctus Remigius vir sapiens atque sanctissimus, egregius rhetoricus, praeclarus in virtutibus, caecis visum restituens, mortuis vitam reparans, daemonia eiiciens, omniumque infirmitatum languoribus medelam praebens.

Transitum autem rex faciens secus ciuitatem Rhemorum per viam, quae usque hodie, propter Barbarorum per eam iter, Barbarica nuncupatur: noluit eandem ciuitatem introire, ne ab exercitu suo aliquod malum ibi fieret. Sine voluntate autem & conscientia ipsius, pars quaedam indisciplinatorum, quoniam non erat potestas temporalis inhabitantium, quae eis resisteret, eandem ciuitatem intrauit, & quaedam ornamenta atque sacra vasa inde rapientes, ut praedones solent, abspertauerunt. Inter quae vrceum mirae magnitudinis atque pulchritudinis rapientes tulerunt. Sanctus autem Remigius missos suos ad regem Clodoueam direxit, deprecans, ut si aliud de sacris vasis ecclesiae recipere non mereretur, vel illum vrceum missis suis reddere iuberet. Haec audiens rex, ait ad missos ecclesiasticos: Sequimini nos usque Sueffionum ciuitatem, quia ibi cuncta, quae acquisita sunt, diuidenda erunt. Cumque ille vrceus mihi in partem obtulerit, quae episcopus postulat, adimplebo. Veniens autem Sueffionum ciuitatem, cunctam praedam, quae abspertata vel acquisita fuit, rogat afferri in medium. Cumque omnia fuissent in praesentiam regis allata, dixit: Rogo vos, o fortissimi pugnatores, ut mihi dare vrceum istum non negetis. Hoc rege dicente, Franci illi, qui bono animo fuerunt,

erunt, aiunt: Omnia, gloriose rex, quae cernis, tua sunt, & nos tuo dominio fumus subiecti. Quod tibi bonum videtur, hoc fac: nullus enim tuae potestati resistere audeat. Cumque haec illi benignè dixissent, vnus Francus leuis, cum vociferatione eleuata bipenni, quae alio nomine vocatur Francisca, percussit vrceum illum, dicens: Tu nihil hinc accipies rex, nisi quod tibi fors vera donauerit. Obstupescit omnibus, rex iniuriam suam patienter sufferens, acceptum vrceum nuncio ecclesiastico reddidit, seruans iram in corde absconsam. Transacto anno Clodoueus rex, ut omnium armorum nitorem videret, omnem exercitum iussit cum armorum apparatu venire secundum morem in campum Martium. (sic enim conuentum illum vocabant a Marte, quem pagani deum belli credebant, a quo & Martium mensem, & tertiam feriam, diem Martis appellauerunt: Quem conuentum posteriores Franci Maij campum, quando reges ad bella solent procedere, vocari instituerunt.) Verum ubi rex cunctum exercitum circumiuit, venit ad hominem illum, qui vrceum praeterito anno cum bipenne percusserat, & ait ad eum: Nullus hic tam incultra & sordida habet arma, sicut tu: quia neque clypeus, neque lancea, neque bipennis est utilis. Accepit autem rex Franciscam eius, quae vocatur bipennis, & proiecit in terram. Cum autem ille se inclinasset eam recolligere, rex statim eleuata manu Franciscam suam in caput eius defixit, & ait: Sicut tu in Sueffionum ciuitate superiori anno in vrceio illo fecisti, sic & facio tibi. Mortuoque illo, exercitum rex de ipso campo iussit ad propria in pace discedere. Grandis pauper & timor pro hac re in Francorum populo surrexit.

Clodoueus decimo anno regni sui, commoto exercitu, sibi Thuringiam prouinciam subiugauit. Inde Gundebaldi regis Burgundionum neptim, filiam videlicet fratris sui Chilperici, quem gladio interfecerat, nomine Crotildem, pulchram fati puellam & vere Christianissimam, interueniente Aureliano consiliario ac legatario suo, nutu diuino in coniugem sumpsit, sicut lector in suo loco plenius legere potest. In diebus illis dilatauit rex Clodoueus regnum suum usque; Sequanam: sequenti tempore usque; fluum Ligerim occupauit. Accepitque; Aurelianus castrum Milidunense, quod & in ducatu obtinuit.

Concepit denique ac peperit filium Crotildis. Quem cum sacro baptismate consecrari vellet, rex non acquiescebat ei. Necdum enim credebat in Dominum Deum caeli. Regina autem quotidie illi praedicabat eum: at ille nolebat eam audire. Interea regina parat filium ad baptismum, ornat ecclesiam velis atque cortinis, ut regis cor ad credendum compungeret. Baptizatus est puer, quem Ingomitum vocauit, qui in Albis decessit. Vnde rex nimis contristatus, reputabat reginam, increpando dicens ad eam: Quia si in nomine meorum deorum puer dedicatus fuisset, utique incolumis diu vixisset. Quia vero in nomine Dei vestri baptizatus est, vivere non potuit. Regina vero dicebat: Deo gratias ago, qui me non duxit indignam, ut de vtero meo primogenitum in regno suo recipere dignatus sit. Ego autem nullum dolorem in corde meo pro hac causa retineo. Postea vero genuit filium alium, quem in baptismo Clodomirum vocauit. Et hic cum aegrotare coepit, dixit rex: Non potest aliud, nisi de isto sic fiat, quomodo fuit de fratre eius, ut baptizatus in nomine Christi vestri, cito moriatur. Sed orante regina, & Domini misericordia praecurrente, recepit sanitatem. Regina quoque non cessabat regi praedicare, ut Deum verum coleret, & idola, quae colebat, vana relinqueret: sed nullo modo animum eius ad credendum poterat commouere, donec tandem aliquando bellum contra Alemannos Sueuosque moueret, in quo compulsus est Deum confiteri, quem antea negauerat.

Factum est autem bellantibus inter se, Francis videlicet & Alemannis atque Sueuis, ut Clodouei exercitus nimis corrueret. Aurelianus consiliarius eius intuens regem, ait: Domine mi rex, crede modo Deum caeli, quem domina mea regina praedicat, & dabit tibi ipse rex regum & Deus caeli atque terrae victoriam. Ille vero eleuatis in caelum oculis, commotus in lachrymas, ait: Iesu Christe, quem Crotildis regina mea praedicat esse filium Dei viui, qui subuenis in tribulatione, qui das auxilium in te sperantibus, tuum adiutorium deuotus postulo: ut si mihi victoriam super hos hostes dederis, & expertus fuero virtutem illam, quam de te populi praedicant, credam tibi, & in nomine tuo baptizabor. Inuocaui enim deos meos, & ut experior, elongati sunt ab auxilio meo. Vnde credo eos nulla potestate esse praeditos, qui sibi credentibus non succurrunt. Te Deum verum inuoco, & in te credere desidero: tantum ut liberer ab aduersarijs meis.

Bb 4 Cumque

Militis cuiusdam te-  
meritas.

Nota super  
plurimum ho-  
minis sacra-  
legi.

Clodoueus  
Crotildem  
ducit vxor-  
em.

Nota, in  
Albis.

Clodomir  
nascitur.

Clodouei  
ad Christi  
preces.

Victoria  
Clodouci.

Cumque hæc orans clamaret, Alemanni in fugam versi, terga dederunt: & videntes regem suum interfectum, Clodouci porrecti se subdunt, dicentes: Parce, precamur, Domine rex, ne percat plus populus: iam tui sumus. Tunc iussit rex imminentem plagam cessare, & Alemannos cepit, ipsosque ad terram eorum sub iugo tributario constituit. Sicque facta victoria, reuersus est in Franciam ad reginam suam, & narrauit ei qualiter per inuocationem nominis Iesu Christi victoriam meruit obtinere. Acta sunt hæc anno decimoquinto Clodoueo regnante.

1. Cor. 7.

Tunc regina, vt impleretur dictum Apostoli, Saluatur vir infidelis per mulierem fidelem: vocauit sanctum Remigium, vrbis huius Rhemensis antistitem, deprecans eum, vt regi salutis viam predicaret. Quem sanctus sacerdos per multam salutaris vite doctrinam ad baptismum venire predicabat. Et ille ait: Libenter te audiam, beatissime pater: sed vnum restat, quia populus, qui me sequitur, non vult deos suos relinquere. Vadam autem adhortari eos, iuxta verbum tuum. Et veniens rex ad populum, cepit hortari eos, vt Deum, qui eis victoriam dederat, crederent, quoniam dii eorum in tribulatione sua nihil eis prodesse potuerunt. Acclamauerunt autem omnes, precurrente misericordia & potentia Dei: Mortales deos relinquimus, gloriose rex, & verum Deum immortalem, quem Remigius predicat, credere parati sumus. Nunciantur hæc sancto Remigio. Ille quoque gaudio magno repletus, regem & populum, qualiter diabolo & operibus ac pompis eius abrenunciare, & in Deum credere deberent, apertis & breuibus verbis instruxit. Et quia dies sancti paschæ imminabat, ieiunium secundum Christianorum consuetudinem eis indixit.

Franci credunt.

Die verò passionis Dominica, quem pasceuen vsus Ecclesiasticus vocat, pridie scilicet antequam baptismi gratiam rex & populus eius percepturi erant, cum sanctus Remigius & venerabilis coniunx regis Crotildis, pro regis & populi eius salute in oratione pernoctarent, episcopus ante altare sanctæ Mariæ multas effundens lachrymas, & regina in oratorio sancti Petri, iuxta domum regiam: expleta oratione, pontifex ad ostium regij cubiculi pulsaturus accessit: vt videlicet per alta silentia noctis alijs curis regi absoluto, liberiùs possit committere sacra mysteria verbi. Quem ostijs apertis cubicularij regis reuerenter suscipiunt, & cum honore debito vsque ad penetralia regis introducunt. Sed & rex alacriter ei obuiam profiliuit, eumque amplexus, cum ipso & venerabili coniuge in oratorium beatissimi Petri principis Apostolorum, quod, vt diximus, cubiculo regis contiguum erat, processit. Cumque illi tres, pontifex scilicet, & rex, atque regina, dispositis sedilibus confedisent, circumstantibus quibusdam clericis, qui cum pontifice venerant, & familiaribus regis atque reginæ, & sanctus præful regem monitis instrueret salutaribus, ac euangelicis disciplinis imbueret: ad confirmandam veræ fidei predicationem, per sanctum depromptam pontificem, etiam visibiliter ostendere Dominus voluit, quod cunctis fidelibus promissit: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum: Repente nanque lux tam copiosa, totam repleuit ecclesiam, vt claritatem solis euinceret: & cum luce vox pariter audita: Pax vobis: ego sum, nolite timere. manete in dilectione mea. Et post hæc verba lux, quæ aduenerat, recessit, & incredibilis suauitatis odor in eadem domo remansit: vt patenter ostendetur, illuc auctorem lucis & pacis atque suauitatis venisse. Quem nemo eorum, qui aderant, præter episcopum, propter fulgorem luminis timore percussis, intueri valuerunt: tantaque claritatis gloria pontificem sanctum perfudit, vt splendor ex eo procedens, plus conspicuam domum, in qua sedebant, reddiderit, quam lucernarum lumina ibidem lucentia.

Nota reuerentiam.

Rex itaque & regina pedibus sancti se prosternunt sacerdotis, & cum magno patore ac gemitu consolationem eius requirunt, & quid sibi ad vtilitatem atque salutem pertinens esset agendum, cum magna expectunt deuotione, parati audire & opere complere, quæ à sancto pontifice discerent. Nam lumen, quod eos exteriùs perfudit, etiam interiùs illuminauit, & ad quærendum salubre consilium incitauit. Delectabantur nanque in verbis illis, quæ audierant, licet exterriti essent de luminis claritate. At verò vir sanctus, sancta repletus sapientia, cepit eos instruere, hanc esse visionis diuinæ atque angelicæ consuetudinem, vt in aduentu suo terreat corda mortalium, sed subsequenti consolatione demulceant præcedentem timorem: instruens eos ex auctoritate sanctarum scripturarum, quomodo singulis, quibus apparuerant, & in primordio

ordio apparitionis incufferint videntibus se timorem, sed post per gratiam consolationis, gratissimam eorum cordibus præbuere lætitiæ hilaritatem. Cumque vir sanctus de talibus eos sufficienter instruxisset, prophetico repletus spiritu, cuncta quæ eis vel semini eorum euentura erant, prædixit: qualiter scilicet successura eorum posteritas regnum esset nobilissimè propagatura atque gubernatura, & sanctam Ecclesiam sublimatura, omni que Romana dignitate regnoque potitura, & victorias contra aliarum gentium incurfus adeptura: nisi forte à bono degenerantes, viam veritatis reliquerint, & diuersos vitiorum fuerint secuti anfractus: quibus negligi Ecclesiastica solet disciplina, & quibus Deus offenditur: ac per hoc regna solent subuerti, atque de gente in gentem transferri. Quod de Moyse scriptum legimus, quia splendida facta est facies eius, dum respiceret in eum Dominus: hoc & in beatum Remigium luce splendida illustratum, factum fuisse audiuimus: quoniam sicut Moyse legislator populi veteris erat à Domino constitutus: ita & beatus Remigius euangelicæ gratiæ laetor populo, in proximo per fontem baptismatis innouando, extitit munere Christi electus.

Exod. 34.  
2. Cor. 3.

Interea eundi via ad baptisterium à domo regia præparatur, velis ac cortinis depictis ex vtraque parte protenditur, & desuper adumbratur, plateæ sternuntur, ecclesiæ componitur baptisterium, balsamo & cæteris odorum consergitur: talemque gratiam Dominus subministrabat in populo, vt æstimarent se paradisi odoribus refoceri. Sicque præcedentibus sacrosanctis euangelij, & crucibus cum hymnis & canticis spiritualibus atque litanij, sanctorumque nominibus acclamatis, sanctus pontifex manum tenens regis, à domo regia pergit ad baptisterium, subsequente regina & populo. Dum autem simul pergerent, rex interrogauit episcopum, dicens: Patrone, est hoc regnum Dei, quod mihi promittis? Cui episcopus: Non est hoc (inquit) illud regnum, sed initium viæ, per quam venitur ad illud. Cum verò peruenissent ad baptisterium, clericus, qui chrisma deferebat, à populo est interceptus, vt ad fontem venire nequiverit. Sanctificato autem fonte, nutu diuino chrisma defuit. Et quia propter populi pressuram vili non patebat egressus ecclesiæ vel ingressus, sanctus pontifex oculis ac manibus protensis in cælum, cepit tacite orare cum lachrymis. Et ecce subito columba niue candidior attulit in rostro ampullulam, chrismate sancto repletam, cuius odore mirifico super omnes odores, quos antè in baptisterio senserant, omnes qui aderant, inestimabili suauitate repleti sunt. Accipiente autem sancto pontifice ipsam ampullulam, species columbæ disparuit. De quo chrismate fudit venerandus episcopus in fontem sacratum.

Cruces &amp; litanie &amp;c.

Chrisma celitus adfertur.

Viso autem rex tanto miraculo, abnegatis diaboli pompis & operibus eius, petijt se à sancto pontifice baptizari. Procedit nouus Constantinus ad lauacrum saluterum, in quo delendi erant lepræ veteris morbi, sordentesque antiquæ peccatorum macule diluendæ, diuino muneri obsequente beato Remigio, in quo apostolica doctrina & virtutum gratia alter representari videbatur Syluester. Ingresso autem in fontem vitalem Clodoueo, sanctus episcopus dixit ore facundo: Miris depone colla Sicamber: adora quod incendiisti, incende quod adorasti: præceptis salutaribus illum instituens, humili deuotione venerari ecclesias, ad cultum religionis ædificatas, vt Deum adoraret in eis, quas rigida profanitate incendere consueuerat: & idola, quæ in asyris suis pro deo adorare solebat, fidei ardore succensus, deijciendo incenderet. Cuius sapientia miranda est in breuitate sermonum, quibus discretionem ostendit inter illam adorationem & seruitutem, quam sæpè à sanctis viris honore venerationis & amore obsequij, angelis & hominibus exhibitam legimus: & illam adorationem & seruitutem, quam cultu diuinitati debito, Deo soli iuxta præceptum ipsius, non autem vili creaturæ exhibendam, sanctæ scripturæ lectione cognoscimus. Et sic post confessionem orthodoxæ fidei, ad interrogationem sancti pontificis secundum Ecclesiasticum morem, baptizatus est trina immersione in nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, patris & filij & spiritus sancti. Et susceptus ab ipso pontifice de sancto fonte, perunctus est sacro chrismate, cum signo sanctæ crucis Domini nostri Iesu Christi. Baptizantur autem de exercitu eius tria millia virorum, exceptis paruulis & mulieribus. Baptizantur sorores eius Albofledis & Landehildis, & factum est gaudium magnum in illa die angelis sanctis in cælo, & hominibus deuotis in terra. Multi denique Francorum exercitus, necdum ad fidem conuersi, cum Raganario vltra Sommam fluuium aliquandiu degerrunt,

Adoratio duplex.

Deut. 6.  
Matth. 4.

Rex baptizatur.

Vngitur chrismate.

Clodouci alij annota- runt in bar- ptimo die- tum esse Ludouici.

runt, donè Christi gratia cooperate, gloriosis potius victorijs, eundem Raganarium, flagitijs turpitudinum inseruentem, vincum à Francis, sibi traditum rex Ludouicus occidit, & omnem Francorum populum per beatum Remigium ad fidem conuertere & baptizari obtinuit.

De miraculo siquidem, quod Dominus dignatus est ostendere per columbæ speci- em in allatione chrismatis, sicut & de alijs, rata est Catholicorum Patrum sequenda sententia, qua dicitur: Diuina operatio si ratione comprehenditur, non est admirabilis, nec fides habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.

Barprizatus aut rex cum gente integra, plurimas possessiones per diuersas provincias sancto Remigio tam ipse quàm Franci potentes dederunt: quas ipse per diuersas eccle- sias tradidit, nè Franci eum rerum temporalium cupidum esse, & ob id ad Christianita- tem eos vocasse putarent, & fidem Christi ac sanctum sacerdotium vilipenderent.

De quibus rebus in Orientalibus Franciæ partibus, petentibus traditoribus, portio- nem quandam episcopo Rhemensi adiunxit: & de his quæ in Rhemensi provincia illi fuerunt traditæ, non modicam partem ecclesiæ sanctæ Mariæ in castro Lauduni clau- ti Rhemensis parochiæ, vbi nutritus fuerat, tradidit: ibique Genebaldum, virum carne nobilem, & tam in scripturis sanctis, quàm & in secularibus literis eruditum, qui relicta cõiuge, nepte scilicet ipsius beati Remigij, vitam religiofam expetièrat, episcopum or- dinauit, & parochiam ipsius comitatûs Laudunensis præfato castro subiecit. Qui Ge- nebaldus plûs quàm necessè fuerat, de antea cta vita & gradûs sublimitate confidens,

Nota ca- sum sancti viti, & caue peccadi oc- casiones. Job 14.

cùm debuerit cogitare, quia nec David sanctior, nec Salomone sapientior esset, qui mulierum delinimentis periclitati sunt: incautè suam vxorem, quam relinquens muta- uerat in sororem, quasi pro instructione salutari, frequentius se visitare permisit, obli- tus scripturæ, dicentis: Lapidés excauit aquæ, & alluione terra consumitur, & rupis transfertur de loco suo. Vndè contigit, vt crebræ visitationes, & blanda ac frequenta mulieris colloquia, durum contra luxuriæ molliem cor episcopi emollirent, & quasi rupem saxeam de loco suæ sanctitatis ad luxuriæ inquinamenta transfulerint. & item contra scripturam, dicentem: Quis alligabit ignem in sinu suo, & vestimenta eius non comburentur? admota igni palea, id est, muliebris carnis materia, libidinis ignem suasi- one diabolica, quasi vento vehementi, exagitante, ardor luxuriæ in flammam erupit, & concubente eo cum eadem, quondam vxore sua, mulier concepit: & post partum man- dauit episcopo, filium se peperisse. Genebaldus verò confusus & dolens, nuncio dixit: Quia latrocínio, vt latèret homines, quod Deum latere non potuit, in cubiculi abscon- so generatus est, rectè vocabitur Latio. Sic ei nomen imponat. Et quia culpa homini- bus non innotuit, nè suspicio inde procederet, si se à solita visitatione scemina illa sub- traheret, cepit vt antea domum frequentare episcopi. Sic que factum est, vt recta homi- nibus culpa, & in cordibus tam episcopi quàm sceminae tectus luxuriæ ardor, quoniam, vt notum est, quo magis regitur, tectus magis æstuat ignis: contra culpam compunctus episcopus, post fletum ad culpam redijt, & oblitus est quod planxerat, cum extinguere noluit, quod per desiderium ardebat. Iterauit peccatum, quod egerat. Concepitque iterum mulier, & misso nuncio, mandauit episcopo se scemina peperisse: quam iussit nominari Vulpeculam. Quod, cur ita eam nominari voluerit, qui fraudes & significa- tiones in scripturis ipsius animalis cognoscit, quas ad dolos ac versutias deceptoris diaboli, & ad carnis petulantis illecebras & anfractus retulit, facile satis aduertit. Tan- dem Domino, qui beatum Petrum respexit, & negationem amarissimè fleuit, illum res- picere, Genebaldus in se reuersus, ad sanctum Remigium misit, petens vt Laudunum veniret: quia tales causæ ibi emerferant, quas per se diffinire non posset. Beatus autem Remigius, sicut Genebaldus petijt, Laudunum peruenit. Et susceptus cum debita reue- rentia, ac secreta cubiculi petens, Genebaldum interrogauit, pro qua causa illum vo- cauerit. Genebaldus verò cum maximo fletu & eiulatu volens tollere stolam de collo suo, & procidere ad pedes sancti Remigij, cum magna virtute à beato Remigio est de- tentus, nè stolam de collo suo tolleret. Et postquam diutius ambo fleuerunt (intelle- rat enim beatus Remigius Genebaldum admisisse crimen, pro quo stolam vellet depo- nere) vix singultibus & lachrymis Genebaldus per ordinem omnia retulit, quæ commi- serat. Quem sanctus Remigius videns contritum & penè desperatum, blandè conso- latus est, dicens: Non tantum doleo de admisso à te crimine, quantum quod sic malè

Prou. 6.

Matth. 26.

sentis

sentis de Domini bonitate, cui secundum Euangelicam veritatem, non est impossibi- le omne verbum. Ipse de nihilo cuncta fecit, primumque parentem, in quo omnes pec- cauerunt, gratia saluum fecit: nullumque peccantem ad se reuersum despicit, qui pec- catores sanguine suo redimere venit. Quatriduanum etiam foetètem Lazarum, lachry- mis sororù, quæ significant sollicitas ac febles poenitentium cogitationes, compariendo, fleuit & à mortuis suscitauit, suscitatum cõiuiuo suo admisit. Mulieris etiam ipsius, quæ fuerat in ciuitate peccatrix, manibus iniquitate pollutis, sanctissimos pedes suos is, qui super angelorum omnium verticem ad patris dexteram confidet, attrèctari non renuit. Nunquam vlli quantiscunque vel qualibuscunque peccatis mortuo, seu mole ac scelerum enormitate sepulto, gratiam resurrectionis à peccatis denegat. Dignè poe- nitentem, atque peccata sua desentem, per ianuam reconciliationis communioni al- taris sacrosancti restituit.

Et vt erat doctissimus, ac orator eloquentissimus, testimonia de latitudine sanctæ scripturæ, & exempla poenitentium in vnum colligens, ad animandum eum illi propo- suit, & exhortato poenitentiam indixit. Factaque mansiuncula cum lecto in modum se- pulcri, & paruis fenestellis, ac oratorio, quæ hodieq; manent secus ecclesiam san- cti Iuliani, Genebaldum in ea reclusit, & clerum ac parochiæ ipsius populum per septem annos, vt & propriam parochiam, gubernauit, & vnam diem Dominicam Rhemis, al- teram apud Laudunum celebrauit, in qua reclusione poenitentia, quantæ contritionis & continentia idem Genebaldus fuerit, diuina misericordia demonstrauit.

Septimo siquidem anno in vigilia cœnæ Domini, cum idem Genebaldus in oratione pernoctaret: & seipsum desleret, quoniã is, qui ad hoc ordinatus fuerat, vt in illa die poe- nitentes Deo reconciliaret, ipse suis criminibus exigètibz, nec inter poenitètes in ec- clesia merebatur cõsistere: circa mediam noctem angelus Domini cū magna venit lu- ce ad eum in oratorij, vbi pronus iacebat, & ait ad eum: Genebalde, exaudita sunt pro te orationes patris tui Remigij: suscepit quoque Dominus poenitentiam tuam, & di- missum est peccatum tuum. Surge, & hinc egredere, facque ministerij episcopalis offi- cium, & reconcilia Domino poenitentes de criminibus suis. Genebaldus autem nimio terrore percussus, respondere nil potuit. Tunc angelus Domini confortans eum, & nè timeret, hortatus est, sed gauderet in misericordia Domini sibi collata. Qui animatus, dixit ad angelum: Non possum hinc egredi, quia dominus & pater meus Remigius cla- uem huius ostij secum habet, quod & sigillo suo signauit. Et angelus ad eum: Vt nõ du- bites, inquit, me à Domino missum, sicut patet tibi celum, sic & ostium istud patebit. Et statim saluo sigillo ac fera, ostium illud apertum est. Tunc Genebaldus in modum cru- cis se iactans in limine, dixit: Etiam si ipse Dominus Iesus Christus dignatus fuerit ad me venire peccatorem, hinc non egrediar, donèc ille venerit, qui me in eius nomine in ista reclusione constituit. Et statim angelus Domini discessit ab eo.

Nota poe- nitentiam tanti viri.

Oximum cordis con- tritii exem- plum.

Beatus quoque Remigius in crypta, quæ retro sedè erat ecclesiæ sanctæ Mariæ Rhe- mis, pernoctabat in oratione, & quasi dormiens, in excessum est raptus: Et vidit ange- lum assistentem sibi, qui ei omnia, sicut dicta & gesta fuerant, narrauit, & iussit vt quan- tocius Laudunum peteret, & Genebaldum sedi episcopali restitueret, & coram se mini- sterium episcopale agere persuaderet. Mox sanctus Remigius, nihil dubitans, cum sum- ma celeritate Laudunum petijt, & in limine ostij, saluo sigillo & fera referati, Genebal- dum iacentem reperit: quem extensis brachijs cum gaudio & lachrymis laudans Do- mini misericordiam cleuauit, eumque sedi & officio episcopali, veluti angelus Domini præceperat, restituere maturauit, & Rhemos cum gaudio repcedauit. Genebaldus itaque in sanctitate & iustitia postea omnes dies vitæ suæ gratia Dei peregit, prædicans cunctis, quanta illi fecerat Dominus.

s. Genebal- dus resti- tuitur sedi suæ &c.

Ludouicus rex sedem suam in Sueffionum ciuitate, vndè Syagrium expulerat, cõsti- tuens, delectabatur præsentia & colloquio beati Remigij. Sed quia villas, quas sibi rex & Franci in Pagis, Sueffonico videlicet & Laudunensi, dederunt, vt supradictum est, epi- scopio Laudunensi & alijs casis Dei donauerat, nõ habebat in vicinitate ipsius ciuitatis Sueffionum, nisi vnam villulam, quæ sancto Nicasio data fuerat. Vndè suadete religio- sissima regina, & petentibus locorum incolis, qui multiplicibus xenijs erant grauati, vt quod regi debebant, ecclesiæ Rhemensi persoluerent, rex sancto Remigio concec- sit, vt quantum circumiret, dum ipse meridie quiesceret, totum illi donaret. Sanctus autem

Liberalitas regis erga s. Remigij.



autem Remigius per fines, quæ manifestissimè patent, pergens, signa sui itineris misit. In quo sine quidam homo habens molendinum, repulit sanctum Remigium, nè intra illos fines ipsum molendinum concluderet. Quem beatus Remigius blandè alloquens, dixit: Amice, nõ sit tibi molestum, vt simul habeamus hoc molendinum. Ille autem reiecit eum. Et statim rota molendini verti inuersum coepit. Idem autem homo clamauit post beatum Remigium, dicens: Serue Dei, veni, & habeamus simul hoc molendinum. Cui sanctus Remigius: Nec mihi, nec tibi. Et sic talis fossa in eodem loco deuenit, vt extunc & nunc vsque in perpetuum molendinum ibi esse non potuerit. Et quia repulsus est à quibusdam hominibus, nè syluulam quandam intra terminos suos concluderet, dixit vt nec folium vnquam de ipsa sylua intra terminos suos, cum esset contingua, euolaret, nec fustis versùs illos terminos indè caderet. Quod & obseruatum est, quandiu illa sylua mansit. Abindè quoque procedens, venit ad villam, nomine Caviniacum. Quam concludere intra fines illos volens, ab hominibus eiusdem villæ reiectus est. Tum ille hilari vultu modò reiectus, modò repropinquans, signa per suum iter misit, sicut loca demonstrant, per quæ reiectus & per quæ propinquans perrexit. Tandem reiectus, dixit illis: Semper laborate, & egestatem sustinere: sicut hodieque manentis sententiæ verborum illius virtus ostendit. Surgente interea rege à somno meridiano, reuersus est ad eum sanctus Remigius, & omnia, quæ ambitus circumitionis illius continuit, ei præcepto suæ autoritatis rex donauit: quæ vsque hodiè Rhemensis ecclesiæ, quarum rerum capita sunt Iudiacus & Ociliacus, iure quieto possidet.

2. Reg. 1. Legimus in sacra & antiqua historia, sanctum Dauid montes Gelboë maledixisse, vt nec ros nec pluuia veniret super eos, neque essent agri primitiarum. Habemus sanctum Remigium ore prophetico maledixisse insensibilibus creaturis, vt possessores earum, sterilitatis damno in vindicta retributionis ferirentur.

S. Remigij Eulogium feruat. Eulogius quidam vir prepotens, conuictus apud regem Ludouicum de crimine regie maiestatis, cum se purgare non posset, ad Ecclesiam sanctæ Mariæ, & ad intercessionem beati Remigij confugium fecit. Cui sanctus Remigius & vitam & rerum suarum apud regem obtinuit possessionem. Idem autem recompensationis gratia sancto Remigio Sparnacum villam suam in proprietatem dare voluit. Sanctus autem Remigius retributionem temporalem pro intercessionis suæ beneficio recipere noluit. Sed quoniam idem Eulogius verecundiæ confusione additus, quia contra natales suos vita donari per alterius indulgentiam meruit, in seculari habitu stare non voluit, sanctus Remigius ei dixit, vt si perfectus esse vellet, venderet omnia sua, & daret pauperibus, & sequeretur Christum. Et sic de thesauro ecclesiastico taxatum precium, quinque scilicet milia argenti libras, Eulogio dedit, & eandem villam in possessionem ecclesiæ comparauit: bonum exemplum omnibus episcopis, tam suo tempore in carne viuentibus, quam post eum in ordine succedentibus derelinquens: vt pauperibus, aut viduis, aut pupillis, vel pro his, qui ad misericordiam Ecclesiæ confugiunt, qui iniuriam patiuntur, aut qui peccantes, in exilio aut in insulis damnantur, aut certe quamcunque sententiam suscipiunt, iuxta sacros canones subuenientes, vel quæcunque agentes bona, pro temporali retributione non faciunt: sed iuxta Dominicam vocem, Gratis accepistis, gratis date: quod Dei gratia, id est, gratis data acceperunt, gratis etiã, id est, sine retributione temporali proximis largiantur. Vndè benè, cum virum istum describeret, propheta ait: Qui excutit manus suas ab omni munere. Neque enim dixit, munere tantum: sed adiunxit, Ab omni: quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua.

Matth. 19. Munus quippe ab obsequio, est subiectio indebitè impensa: Munus à manu, pecunia: Munus à lingua, fauor. Qui ergò sacros ordines tribuit, vel quodcunque bonum, vnde retributionem à Deo sibi in futuro seculo reddi cupit, tunc ab omni munere manum excutit, quando in diuinis rebus non solum vllam pecuniam, sed etiam gratiam non requirit.

Matth. 10. Partem etiam maximam syluæ in Vosago precio comparauit, & mansioniles ibidem constituit, qui ab aquis, super quibus constituti sunt, Cosa & Gleni vocantur: hominesque in eisdem mansionilibus de vicina episcopij villa, quæ Berna dicitur, à Francis sibi data, manere disposuit, vt picem annuatim religionis locis ecclesiæ Rhemensis administrarent: quibus & Pensam dedit, quæ vsque hodiè ab incolis ipsorum locorum habetur, cum qua debitum suum exoluunt. Ipsius quoque comparationis suæ fines per gyrum

Isa. 55. S. Gregorijs Papa Hominum millia 4. in Euangelia. Munus quippe ab obsequio, est subiectio indebitè impensa: Munus à manu, pecunia: Munus à lingua, fauor. Qui ergò sacros ordines tribuit, vel quodcunque bonum, vnde retributionem à Deo sibi in futuro seculo reddi cupit, tunc ab omni munere manum excutit, quando in diuinis rebus non solum vllam pecuniam, sed etiam gratiam non requirit.

Partem etiam maximam syluæ in Vosago precio comparauit, & mansioniles ibidem constituit, qui ab aquis, super quibus constituti sunt, Cosa & Gleni vocantur: hominesque in eisdem mansionilibus de vicina episcopij villa, quæ Berna dicitur, à Francis sibi data, manere disposuit, vt picem annuatim religionis locis ecclesiæ Rhemensis administrarent: quibus & Pensam dedit, quæ vsque hodiè ab incolis ipsorum locorum habetur, cum qua debitum suum exoluunt. Ipsius quoque comparationis suæ fines per gyrum

rum aded exterminauit, vt & omnibus videntibus pateat ipsa exterminatio, & à progenie in progenies hætenus ipsæ exterminationes, ab eo factæ, nomen tenentis vocentur ac designentur. In quibus exterminationibus quodam loco in fuste cauo manu sua petram misit, quam omnes, qui volunt manum in cauerna, in qua petra posita est, ponere, possunt & ipsam petram voluere, & eam à cauerna nullo ingenio valent extrahere. Post quædam verò tempora quidam inuidens, quod multi ad laudem sancti Remigij hoc pro religione tenebant, manu ipsam petram de cauerna extrahere voluit. Quod Inuidia grauis vnde dicta. nõ valens, securi ipsum pertusum ampliare tentauit: & eleuante eo securim, vt fustem percuteret, dextera manus illius exaruit, & oculorum lumen amisit: & qui famam sancti Remigij extinguere voluit, laudis venerationem adauxit. In hac sollicitudine, quam sanctus Remigius de pice locis religionis Rhemensis ecclesiæ, suo vel successorum suorum tempore consulturus sategit, rectoribus Ecclesiæ patentè ostendit, quia internorum sollicitudinem non relinquentes, externorum prouidentiam non debent minuerent aut exterioribus dedit, ab intimis corruant: aut solis interioribus occupati, quæ foris debent, proximis non impendant. Sed sic sibi met ad spiritualia vacent, vt exteriorum administrationem non relinquunt: nè, cum curare corporalia iam funditus negligunt, subditorum necessitatibus minimè concurrant: & si eis necessaria præsentis vitæ nõ tribuunt, neque eos libenter audiant. Egentis etenim mentem doctrinæ sermo non penetrat, si hunc apud eius animum manus misericordiæ non commendat. Tunc autem verbi semen facile germinat, quando in audientis pectore pietas prædicantis rigat. Vndè rectorem necesse est, vt interiora possit infundere, cogitatione innoxia etiã exteriora prouidere. Hanc pastorum sollicitudinem Paulus excitat, dicens: Qui suorum, & maxime domesticorum, curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Quæ beati Remigij sollicitudo quantum Domino placuerit, miraculo ostenso in eo, qui eius bonis operibus inuidebat, euidenter ostendit.

Ludouicus rex cum Dei benedictione per sanctum Remigium accepta, de victoria sibi ab eo prædicta securus, & in mandatis accipiens, vt tam diu ad dimicandum pergeret, quam diu illi bepredictum vinum, sibi ab eo datum, in quotidiano vsu potatum sufficeret: iter arripuit contra Gundebaldum & Godeglisum fratrem eius, commoto exercitu maximo: & Burgundiones cum ingenti multitudine venerunt contra eum super Oscharam fluuium secus castrum, quod Diuion dicitur: ibique inter se atrociter confligentes, Gundebaldus ac Godeglisus cum Burgundionibus terga verterunt, & vix fuga lapsi euaserunt. Ludouico, vt solebat, existente victore, Gundebaldus se in Auinione reclusit, & per Aredium consiliarium suum pacem à Ludouico expetiit. Ludouicus verò, ablatis thesauris, cum præda maxima & Francorum exercitu ad propria est reuersus. Et mittens legatum, nomine Paternum, virum industrium, ad Alaricum regem Gotthorum, de amicitia inter eos cõditione mandauit. Alaricus verò cum per Paternum vellet Ludouicum decipere, à Paterno exploratis, quæ circa eum erant, & thesauris eius ingenio subarratis, illusus est.

In diebus illis rex Ludouicus cum venisset Parisios, vbi sedem suam constituit, ait ad reginam & ad populum suum: Satis mihi molestum est, quod Gotthi Arriani partem optimam Galliarum tenent. Eamus cum Dei auxilio, & eiciamus eos de terra ipsa, nostrisque ditonibus, quia valdè bona est, eam subijciamus, habentes iustitiam aduersus Alaricum, ad quem pro amicitia conditione legatum direximus, per quem nos decipere voluit. Placuit hoc consilium proceribus Francorum. Tunc per consilium reginæ suæ fecit Ecclesiam in honore Apostolorum Petri & Pauli in Parisiorum ciuitate, & per consilium beati Remigij in Aureliano ciuitate Episcoporum synodum conuocauit: in quo conuentu multa vitia constituta fuere. Rex quoque deuotissimus, pergens cõtra Alaricum Arrianum, benedictionem petiit à sancto Remigio. Cui & benedictionem dedit, & victoriam in verbo Christi sponndit: deditque illi plenum vas, quod vulgaris consuetudo flasconem appellat, de vino quod benedixit: sicut & fecerat, quando post baptismum contra Gundebaldum perrexit, præcipiens illi, vt tam longè ad bellum procederet, quam diu illi & suis, quibus indè dare vellent, illud vinum de prædicto flascone non deficeret. Bibit ergò indè rex, ac regalis familia, & numerosa turba populi, & Insigne miraculum. exindè vberimè satiantur: & vas vini detrimentum non patitur, sed benedictione Dei, per sanctum Remigium indita, more fontis inundatione repletur. Mouit autem rex

Nota reuerentiam erga sanctos. Acmylius habet, in capis V<sup>o</sup> gladiis.

Alarici ex des.

Ludouicus Consul facturatur. Blacta pro purpura pontificis.

Apostolica signa S. Remigij.

Concilio rü decreta seruanda.

Nota Rom. Pontificis auctoritatem.

Nota de corona Pontificis.

cunctum exercitum suum de populo Francorum, versus Pictaues ciuitatem: ibi enim tunc Alaricus rex Gotthorum commorabatur: & sic per pagum Turonicum pergens, & reuerentiam sancto Martino atque beato Hilario exhibens, sicut locis suis lector inueniet, cum Alarico rege Gotthorum in campo Moglotinse super fluium Glinno, milliario decimo ab vrbe Pictaorum, bellum conseruit. Illisque inter se compugnantibus, Gotthi cum rege suo nimis collisi, terga verterunt. Ludouicus sicut solebat, victor extitit.

Cumque Alaricum interficeret, duo Gotthi cum contis eum ex aduerso in latere feriunt: sed propter loriam, qua indutus erat, ledere nequiverunt. Magis autem lorica dei indutum Dominus per orationem sancti Remigij, patris & patroni sui, adiuuit eum. Patrata siquidem victoria, & multis ciuitatibus suæ ditioni subiugatis, vsque Tolosam perrexit: & thesauros Alarici accipiens, per Engolismam ciuitatē, cuius muri ante conspectum eius corruerunt, interfectis Gotthis Arrianis, qui ibi erant, cum gloriose victoria de multis ciuitatibus, ad propria redijt.

Per idem tempus ab Anastasio Imperatore codicillos Ludouicus rex pro consulatu accepit. Cum quibus codicillis etiam illi Anastasius coronam auream cum gemmis & tunicam blatteam misit: & ab ea die consul & augustus est appellatus. Sed & Hormisda Romanæ Sedis pontifex sancto Remigio, antiquæ metropolis episcopo, quæ tunc temporis habebat sub se duodecim ciuitates & totidem Episcopos eisdem præsidentes, vices suas in regno Ludouici regis, nuper cum integra gente ad fidē conuersi per sanctam eius prædicationem, Domino cooperante & sermone confirmante sequentibus signis, commisit hoc modo:

*Epistola Hormisdæ Pape ad Remigium.*

**D**ilectissimo fratri Remigio Hormisda. Suscipientes plena fraternitatis tuæ congratulatione colloquia, quibus nos germanæ salutis tuæ iustificauit iudicio corporali cum spiritualibus officijs incolumitas subnixā: congruum esse perspeximus, hanc ipsam, quam mente gerimus, verbis aperire iactitiam. Agis enim summi documenta pontificis, dum & prædicanda facis, & ea insinuare non differs. Prærogatiuam igitur de nostri sumpsimus electione iudicij, quādo id operatum te esse didicimus, quod ceteris agendum obnixius imperamus, vt in prouincijs tanta longinquitate disiunctis, & Apostolicæ sedis vigorem, & patrum regulis studeas adhibere custodiam. Vices itaque nostras per omne regnum dilecti & spiritualis filij nostri Ludouici, quem nuper, adminiculante superna gratia, plurimis & Apostolorum temporibus æquiparandis signorum miraculis, prædicationem salutiferam comitantibus, cum gente integra conuertisti, & sacri dono baptismatis consecrasti, saluis priuilegijs, quæ metropolitanis decreuit antiquitas, præsentī auctoritate committimus: augentes studij huius participatione ministerij dignitatem, releuantes nostras eiusdem remedio dispensationis excubias. Et licet de singulis non indigeas edoceri, à quo iam probauimus acutijs vniuersa seruari: gratius tamen esse solet, si turis trames ostenditur, & laboraturis iniuncti operis forma monstratur. Paternas igitur regulas, & decreta sanctissimis definita concilijs, ab omnibus seruanda mandamus. In his vigilantiam tuam, in his curam & fraternæ monita exhortationis ostendimus. His ea, quanta dignum est, reuerentia custoditis, nullum relinquit culpæ locum sanctæ obseruationis obstaculum. Ibi fas nefasque præscriptum est: ibi prohibitum, ad quod nullus audeat adspirare: ibi concessum, quod debeat mens Deo placitura præsumere. Quoties vniuersale poscit religionis causa concilium, te cuncti fratres euocantē cōueniant: & si quos eorum specialis negocij pulsar intentio, iurgia inter eos oborta compeisce, discussa sacra lege determinando certamina. Quicquid autem illic pro fide & veritate cōstitutum, vel prouida dispensatione præceptum, vel personæ nostræ auctoritate fuerit confirmatum, totum ad scientiam nostram instructa relationis attestatione perueniat. Eo fit, vt & noster animus officij charitate dati, & tuus securitate perfruatur accepti. Deus te incolumem custodiat, frater charissime.

Huius sancti Hormisdæ pontificatus tempore, sepè fatus Ludouicus rex gloriosus coronam auream cum gemmis, quæ regnum appellari solet, beato Petro, sancto Remigio suggerente, direxit. Hic beatus Hormisda Papa misit Constantinopolim ad Iustinum

num Imperatorem in legatione Germanum Capuanum Episcopū, cuius animam vidit ab angelis in cælum deferri sanctus Benedictus, qui pro curatione puellæ demoniacæ, ad beatum Remigium literas suas direxit.

Post hæc omnia mortuus est Ludouicus rex in pace, & sepultus est in basilica sancti Petri Apostoli, quam ipse & regina sua edificauerunt. Mortuus est autem anno quinto, postquam cum Alarico rege Gotthorum pugnauit. Regnavit quoque simul annis triginta. Et eodem momento, quo mortuus est Ludouicus Parisijs, reuelante spiritu sancto beatus Remigius, cum esset Rhemis, defunctum fuisse cognouit, & sibi assistentibus fecit fratribus suis, quos vnā cum eo post patris obitum Crotildis regina nutrebat, indicauit. His ita gestis, filius Clodomiri, filij Ludouici regis, nomine Clodoaldus, inter clericum se totondit, & processu temporis, vitæ ac religionis suæ merito, partem hereditatis à patris regibus obtinuit: de qua Duziacum villam in pago Mofogamensi, cum appendicijs suis, sancto Remigio & Rhemensi Ecclesiæ tradidit, & villam Riuliacum in pago Biturico sancto Dionysio delegauit. Villam quoque Nonientum in pago Parisiaco, cum omnibus ad se pertinentibus, matri Ecclesiæ Parisiensis ciuitatis, vbi presbyter extitit ordinatus, donauit. In qua villa, plenus vir tutibus, migrans ad Dominum, in Ecclesia, quam ipse edificauerat, corpore fuit in pace sepultus.

Cum Episcopi demum Galliæ ac Belgiæ prouinciarum, causa fidei ad synodum conuenerunt, beatum Remigium vndecunquē doctissimū, & in scripturis sanctis eruditissimum, ac in Ecclesiasticis dogmatibus exercitatum, ad idem concilium venire petierunt. Cui synodo Arrianus quidam hereticus, acerrimus disputator, & dialecticis propositionibus ac conclusionibus confusus, & inde nimis elatus, intererat. Ingrediente autem sancto Remigio Episcoporum concilium, à multitudine fratrum expectantium, assurgens omnibus, reuerenter sicut angelus Dei suscipitur. Superbus autem hereticus, & malè de viro Dei sentiens, dedignatus est ei assurgere. Qui protinus, cum sanctus Remigius ante eum transijt, ita obmutuit, vt nec verbum quidem vllum effari potuerit. Expectantibus autem omnibus, vt post allocutionem sancti Remigij hereticus ille aliquid diceret, nihil potuit loqui: sed ad vestigia sancti Remigij pronus cadens, nutibus veniam petijt. Cui sanctus Remigius dixit: In nomine Domini nostri Iesu Christi, veri filij Dei viui, si ita de eo rectè senties, loquere, & de illo, sicut catholica credit Ecclesia, crede & confitere. Ad cuius vocem antè superbus hereticus, humilis iam & catholicus, catholicam fidem de sancta & inseparabili Trinitate, & de Christi incarnatione catholice confessus est, & in eadem confessionis suæ fide se permanfurum professus est. Sicq; anima per infidelitatem perditā, & corporali voce propter superbiam cōdemnato, virtute diuina sanctus Remigius & animæ & corporis reddidit sanitatem: cunctis, qui ad eam, seu hæc audituri erant, sacerdotibus patenter ostendens, de malè sentiendo peccante in Christum, qui per humanitatē proximus & frater nobis fieri dignatus est, quomodò erga peccantes in se vel in Ecclesiam, atque rebelles, & erga post recognoscentes & poenitentes debeant agere.

Senescēte autem sancto Remigio, & DEI spiritu sibi reuelante, quoniam abundantiam ipsius anni secutura esset fames: secutus sancti Ioseph prouidentiam, de anno na, quæ in villis Episcopij nata fuerat, vel quam ab alijs comparauerat, acervos, quos metas dicimus, fecit, vt populo, fame postmodum laboraturo, indè subuenire valeret. Vndè & in villa, quæ Celtus dicitur, plures metas fieri iussit. Ipsi autem homines Celtenses, semper rebelles & seditiosi fuerunt. Qui quadam die Dominica inebriati, ceperunt inter se dicere: Quid ille lubilcus (sic enim appellabatur propter ætatis prolixitatem sanctus Remigius) facere vellet de illis metis, quas congregauerat? an ciuitatem indè facere vellet? quia sicut turres per muros ciuitatis, ita per circum muros metæ habebantur. Et suadente diabolo, se mutuo adhortati sunt, vt focum in eas mitterent. Quod cum sancto Remigio in propinqua villa, quæ Basilicæ cortis dicitur, consistenti, celeri nuncio est delatum, ascendit equum, vt ad tantam præsumptionem compefcendum, ad Celtum veniret. Quod cum peruenit, iam ipse metæ ardebant. Beatus autem Remigius & ætate & vespertino frigore, sicut in autumno solet fieri, frigidus, de equo descendit, & à longè se calefacere cœpit, tranquillo corde & ore dicens: Semper bonus est focus, si non super potest. Veruntamen omnes, qui hoc egerunt, & qui de eorum germine nati fuerint, viri ponderosi fiant, & foemina gutturosæ sint. Quod ita

Vltio diuina in homines improbos.

4. Reg. 5.

Exod. 34.

Pfalm. 41.

Pfalm. 16.

Pfalm. 126.

Pfalm. 41.

Pfalm. 126.

Iohan. 13.

S. Remigio fit cæcus.

Recipit visum.

Episcopus fuit annis 74. Moritur.

completum est. Nam vsque ad tempora Caroli Magni Imperatoris, qui eisdem homines de Celto, quoniam Vicedominum in eadem villa morte crudelissima occiderunt, exterminauit, & authoribus interfectis, consentientes per diuersas prouincias dispergi, atque perpetuo exilio eodemnari fecit, & de ceteris villis Episcopi Rhemensis eandem villam restaurari præcepit: ita viri & feminae multati permanerunt, sicut sancti viri sententia promulgauit. Quosdam etiam de eorum progenie, qui tunc fuga lapsi, cum alij dispergebantur, remanserunt, & ad eandem villam redierunt. nos hanc vindictam sustinentes sententiam vidimus, sicut & Giezi cum domo sua, maledictione Eli seil, epra multatus est.

Aptè quidem sententia viri Dei, spiritu eius repleti, quo sicut presentes vidit, ita posteros eorum rebelles ac seditiosos præuidit: vindictam huiusmodi præsumptores non solum in se, verum & in genere contraxerunt: vt sicut peccato primi parentis, per traducem seminis, cuncti ex eo geniti peccatum eius & mortem corporis pro peccato illam traxerunt, ita & genitalibus eorum præsumptorum generati, vindictam illam generantibus sustinerent. Et quia in femineo sexu non erat, vbi vindicta similis in membris similibus monstraretur: sicut per guttur primæ matris gustus illicitus transiens, ad præuaricaticis sobolem deriuauit culpam, sic & ad genitas de hac stirpe propagaretur ignominiosa hereditas: veluti per Moysen Domino dicitur: Qui reddis iniquitatem patrum filijs ac nepotibus.

Post præmissas autem & alias multas virtutes, quas Dominus per hunc sanctum suum operari dignatus est, gemitus & suspiria illius exaudiens, quibus dicebat: Quando veniam & apparebo ante faciem Dei: & Sariabor, dum manifestabitur gloria tua: reuelauit ei Dominus, consolans eum, imminere diem obitus sui: Qua de re, secundum sacros canones, testamentum rerum suarum condidit, ad hereditatem illam festinans, de qua Propheta dicit: Cum dederit dilectis suis somnum, hæc est hereditas Domini. Omnis qui dormit in morte, perdit hereditatem. Sed cum dederit dilectis suis somnum, hæc est hereditas Domini: quia electi Dei postquam peruenerint ad mortem, tunc inueniunt hereditatem. Sic sanctus Remigius terrenam derelinquens hereditatem, accepit æternam: quia oliua fructifera per lucida misericordiarum opera extitit in domo, videlicet Ecclesia Dei. Vnde sperauit iure in misericordia Dei sui, veraciter dicens: Fuerunt mihi lachrymarum mea panes die ac nocte: quia sicut corpus satiatur pane, ita lachrymis reficitur anima, quoniam exinde sperat remissionem peccatorum habere. Dies verò & nox, pro seculi diuersitate ponuntur: quia siue in prosperis rebus, siue in aduersis, desiderij sui lachrymas Deum desiderans anima fundit, sciens scriptum: Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Ante lucem quippe surgere, est, prius quam claritas æternæ lucis & retributionis appareat, in presentis vitæ nocte gaudere. Sedendum ergò prius est, vt post rectè surgamus: quia quisquis nunc se spontè humiliat, hunc sequens gloria exultat. Manducatur autem panem doloris: qui gemit in hac peregrinatione, & cælesti desiderio ad æternam anhelat patriam. Condito siquidem testamento, & dispositis omnibus, quæ vt scriptum est, verus agricola omnem vitis veræ palmitem fructum ferentem purgat, vt fructum plus afferat: oculorum corporalium lumine aliquandiu est priuatus, quatenus mentis oculis intentius quæ superna sunt, ad quæ toto desiderio anhelabat, contempleri valeret. Studebat autem in suæ probationis tentatione semper gratias agere, hymnis Dei & laudibus diebus ac noctibus vacans, & fideli mente intelligens, quoniam qui humiliter flagella suscipiunt, post flagella sublimiter ad requiem suscipiuntur. Quod & in eo Dominus in presenti volens ostendere, quasi pignus æternæ lucis antequam decederet, visum ei restituit: Vnde, sicut & de amissione luminis, nomen Domini benedixit. Et non post longum spatium sciens adesse diem sui transitus, per Missarum celebrationem ac sacræ communionis largitionem, valefaciens & dans pacem filijs suis, postquam per viginti & duos annos in clericali ordine: in Episcopatu verò septuagintaquatuor continentissimè ac religiosissimè fidelis seruus & prudens Domino ministravit, nonagesimo sexto ætatis suæ anno, Idibus Ianuarij, sancti certaminis cursu consummato, fide seruata, cum multiplici bonorum operum fructu & animarum lucro, vt diu desiderauit, anima cælos penetrans, terræ corpus reddidit: accipiens stolam albam, animæ scilicet beatitudinem sempiternam, donèc in resurrectione alteram acci-

accipiat stolam, beatam videlicet vnà cum anima resumpta glorificandi corporis immortalitatem.

Beatus igitur athleta Dei, confessor officio, martyr quoque studio, inuictus certamine, palmam quærens sanguine. Quem quia diu contigit in corpore viuere, necesse fuit etiam longiora carnis & diaboli & prauorum hominum tentamenta tolerare. Quia enim, adiuuante se Domino, virtutem patientiæ fortiter seruare contendit, & in pace Ecclesiæ vixit, & tamen martyrij palmam tenuit. Consummato ergò feliciter cursu, ad sanctorum Apostolorum ac martyrum consortium, confessor Domini preciosus Remigius post mortem corporis gloriosè peruenit, sicut attestatur Apostolica illi gratia collata, gens videlicet Francica, ad fidem Christi per eum conuersa, & baptismi gratia consecrata: martyrij palma, longanimitas patientiæ in longeuitate ipsius vitæ: confessionis gloria, orthodoxæ fidei prædicatio, & virtutum tam in vita ipsius corporis, quam & post obitum præclara ostensio.

Cæterum cum funus sanctissimum deferretur ad sepulturam versus Ecclesiam sanctorum martyrum Timothei & Apollinaris, secus Ecclesiam sancti Christophori martyris, in loco, vbi extunc & nunc crux est posita, & vbi multa miracula Deus postea pro sancto Remigio ostendit: ita feretrum est aggrauatum, vt nullo modo quocunque ingenio, vel à quantiscunque hominibus posset moueri. Et stupentibus omnibus, & petentibus Dei omnipotentiam, vt dignaretur ostendere, in quo loco eiusdem sancti sui corpus vellet reponi: designauerunt ad basilicam præfatorum martyrum, & feretrum moueri non potuit. Proposuerunt, vt ferretur ad Ecclesiam sancti Nicasij, & moueri non potuit. Proposuerunt, vt ferretur ad Ecclesiam sanctorum Sixti & Sincij, & nec sic moueri potuit. Tandem coacti, quoniam parua ecclesiola erat in honore beati martyris Christophori, sed nullum corpus nominati sancti in ea iacebat, & in qua eique circuniacentibus atrijs ex antiquo erat cœmeterium Rhemensis Ecclesiæ: petierunt vt Dominus declararet, si in eadem ecclesiola vellet illud corpus sanctissimum poni. Et sic tanta facilitate motum est feretrum, vt nullum onus portantes sentirent: Sepultum est autem illud venerabile corpus in eadem ecclesiola, vbi altare est in honore sanctæ Genesue, quæ familiarissima extitit beato Remigio. Quod manifestum est actum fuisse diuina dispositione, atque ipsius voluntate, vt sicut res suo nomine adquisita, iuxta sacras leges episcopo Ecclesiæ Rhemensis erant vnita: ita & quæ ipsius meritis erant decæterò acquirendæ, Rhemensis Ecclesiæ, in cuius iaceret territorio, vniuerentur.

Post cuius obitum cum lues inguinaria populū primæ Germaniæ deuastaret, & omnes Rhemensis prouinciæ incolæ huius cladis terrerentur auditu, concurrunt Rhemensium populū ad sancti sepulcrum, congruum huius causæ flagitare remedium. Accensis quoque cereis, lychnisq; non paucis, hymnis psalmisq; celestibus per totā excubat noctem. Manè autem facto, quid adhuc precatui desit, in tractatu rimatur. Repererunt etenim, reuelante Deo, qui sanctum suum mirificari voluit apud homines, quem apud se mirificatum habebat, qualiter oratione præmissa, adhuc maiori propugnaculo vrbs propugnacula munitur. Assumpta igitur palla de beati sepulcro, cõponunt eam in modum feretri: accensisque super cruce cereis atque super ceroferarijs, dant voces in canticis: circumeunt urbem cum vicis, nec prætereunt vllum hospitium, quod non hac circumitione concludant. Quid plura? Non post multos dies, fines huius ciuitatis Rhemensis lues aggreditur memorata. Veruntamen vsque ad eum locum accedens, quo beati pignus accessit, ac si constitutum cerneret terminum, intrò ingredi vilo modo non est ausa: sed etiam quæ in principio peruasera, huius virtutis repulsa reliquit. Qui beatissimus pontifex & in vita corporis, & post obitum, sicut infirmis sanitarum gratiam reddidit, sic & in peruasores sepissimè vltor extitit.

Erat enim haud procul à basilica campus tellure foecundus, (Tales enim incolæ olcas vocant) & hic datus sancti basilicæ fuerat. Quem vnus è ciuibus peruadit, despiciens hominem, qui eum sancto loco contulerat. Qui cum ab Episcopo ac loci præposito crebrò conuentus fuisset, vt quæ iniuste peruaserat, redderet: parripendens verba, quæ audiebat, pertinaci direpta defensasbat intentione. Denique causa extitit, & non deuotio, vt properaret ad sancti basilicam. Arguitur iterum à loci præposito pro peruasione campi, sed nihil dignum ratione respondit. Explicitis que negocijs, ascenso equo ad domum

Feretrum immobile.

Tandem motum feretrum.

Pfalm. 4.

Nora populi deuotionem.

Eius deuotionis effectus.

Nota celestem in facili legu vltionem.

num redire disponit: sed obstat nisi eius sacerdotis iniuria. Nam sauciatus à sanguine, diruit in terram. Obligatur lingua, quæ locuta fuerat campum tollere: clauduntur oculi, qui concupierant: manus contrahuntur, quæ rapuerant.

Tunc balbutiens, & vix sermonem explicare valens, ait: Deferte me ad basilicam sancti, & quantumcunque super me auri est, ad sepulcrum eius projicite: Peccaui enim, auferendo res eius. Adspiciens autem dator campi hunc cum muneribus deferri, ait: Nè accipias, quæso, sancte Dei, munera eius, quæ nunquam cupidè accipere consueuisti. Nè sis, deprecor, adiutor eius, qui inflammante concupiscentia, rerum tuarum nequam possessor extitit. Nec distulit sanctus audire vocem pauperis sui. Nam homo ille licet iussisset dari munera, ostendit sanctus Domini, se illa non acceptasse. Vnde rediens per uia for domum, amisit spiritum, recepitque ecclesia res suas.

*De Translatione S. Remigij.*

Corp<sup>9</sup> moueri non potest.

**S**epulto siquidem, vt prædiximus, corpore beati Remigij in ecclesia sancti Christophori, cum multa & stupenda miracula in eadem ecclesia per merita eius, Domini gratia fierent, ampliata & exalata est ipsa ecclesia. Et facta crypta retro altare, in quam transferretur corpus sanctissimum, effossum est de loco, in quo erat, vt in fossam, factam in memorata crypta, deponeretur, sed nullo modo moueri potuit. Superueniente autem nocte, & pernoctantibus fratribus in hymnis & canticis, multis accensis luminaribus, circa mediam noctem sopor in omnes irruit. Et euigilantibus eis, Calendis Octobris cum sanctissimo corpore sepulcrum inuentum est, angelicis manibus positum, in fossa cryptæ, retro altare factæ. Tantaque euigilantes odoris suauitate repleti sunt omnes, qui adfuerunt, vt humana lingua hoc effari non ualcat: & sic per totam diem & in crastinum ipse odor in eadem ecclesia perseuerauit. Ipsa que die translationis eius, cum diuinis laudibus sumptæ sunt reliquiæ à corpore illius, de capillis videlicet eius, & casula ac tunica ipsius: & inuolutum est corpus illius integrum, sed exiccatum de brandeo rubeo.

Pipinus rex flagellatur à S. Remigio.

Processu denique temporis Pipinus rex, Caroli Magni pater, volens Episcopij Laudanensis villam, quæ Anisiacus dicitur, accipere quasi sub censu, sicut & alias quasdam fecerat, venit in ea manere. Vbi cum dormiret, venit ad eum sanctus Remigius, dicens: Tu quid hæc facis? Quare intrasti in hanc villam, quam mihi te deuotior homo dedit, quamque ego ecclesiæ Domine meæ sanctæ Dei genitricis donauit? Et flagellauit eum satis duriter, ita vt liuores postea in corpore eius parerent. Et cum disparuit beatus Remigius, Pipinus surrexit, ac valida correptus febre, quantocyus ab ipsa villa recessit. De qua febre non paruo tempore laborauit. Et deinceps princeps regni, vsque ad moderna tempora, ibi non mansit, sicut nec in Codiciaco vel Iuliaco, nisi Ludouicus rex Germaniæ, quando super fratrem suum Carolum regnum eius inuasit, in Iuliaco mansit, & in die crastina turpiter ante ipsum fratrem fugiens, vix enasit.

Nota plam rusticam simplicitatem.

Nostri ætate colonus quidam villæ Rhemensis Episcopij, quæ Plumbea Fontana dicitur, manebat iuxta fiscum regium, qui Rosetus vocatur, & nec pectilium, nec messem, vel pratrum propter fiscalinorum infestationem quietè habere valebat. Vnde sepe iustitiam apud regios ministeriales petijt, quam obtinere non potuit. Tandem inuenit sibi salubre consilium. Nam coxit panes & carnes, & accepit ceruisiam in vasculis, prout potuit. Quæ omnia in vase, quod vulgò benna dicitur, collocauit, & carro superposuit: sicque iunctis bubus, candelam in manu habens, ad basilicam sancti Remigij properauit. Quò perueniens, de pane & carne ac ceruisiamatricularios paut, candelam ad sepulcrum sancti posuit, & eius auxilium contra opprimentes se fiscalinos expetit. Puluerem quoque de pavemento ecclesiæ, quantum valuit, collegit, & in panno ligauit, & in prædictam bennam misit, & desuper linteum, sicut supra corpus mortui affectari solet, composuit, & cum carro suo ad propria remeauit. Quicumque autem de obuiantibus eum interrogabant, quid in illo carro duceret, respondit se sanctum Remigium ducere. Et admirabantur omnes in dicto & facto illius, putantes illum esse amentem. Perueniens autem cum eodem carro in pratrum suum, in eo pasto-

Vide celestem animaduersionem.

res pascentes diuersi generis animalia de fisco Roseto inuenit: & inuocato sancto Remigio, vt eum contra oppressores suos adiuuaret, coeperunt boues & vacca cum maximis mugitibus inuicem se cornibus impetere, hirci hircos, capræ capras cornibus impu-

impugnare, porci cum porcis configere, verueces cum veruecibus se collidere, pastores se fustibus & pugnis mutuo percutere. Et leuato maximo turbine, pastores euulantes, animalia secundum genus suum cum maximo sonitu & strepitu ita coeperunt versus Rosetum fugere, ac si maxima multitudo insequentium eos cum flagellis persequeretur. Quod videntes & audientes fiscalini, nimio terrore perculsi, non putauerunt se vel vna hora viuere posse. Vnde correcti à præsumptione sua, ab afflictione pauperis sancti Remigij adeo cessauerunt, vt postmodum idem pauper homo pacificè & sine inquietudine possideret sua. Et quoniam iuxta fluuium Saram in loco lutofo manebat, maximam molestiam in suis habitaculis à serpentibus sustinebat. Qui accipiens puluerem, quem de pavemento ecclesiæ sancti Remigij colligens secum detulit, per sua habitacula sparsit, & postea serpens in eis locis, in quibus puluis sparsus fuerat, non apparuit. Quibus ostensis miraculis, certo indicio colligere possumus, quia si non habitantes in fide, in tribulationibus nostris auxilium sancti Remigij ex corde petierimus, & ab angelorum satanæ, qui in serpente matrem humani generis allocutus deceperat, infestationibus, & à prauorum hominum improbitatibus, eius meritis & intercessionibus liberabimur.

Nota lector miraculum ex puluere.

Gen. 3.

Tempore Ludouici Imperatoris, duo fratres Franci forestarij eius, inuasertunt partem de sylua, quam in saltu Vosagi, vt supra ostendimus, sanctus Remigius in vita sua precio comparauerat, intra fines eius, dicentes quod plus pertineret ipsa sylua ad fiscum Imperatoris, quam ad partem sancti Remigij. Contradictibus autem hominibus de potestate Rhemensis ecclesiæ, vnus eorum altercando venit ad porcos suos, quos in eandem syluam ad pastionem miserat, inter quos lupum inuenit. Quem, ascendens equum, velociter est insecutus. Et volens eum percutere, equo expauescente, collisit caput ad vnum fustem de ipsa sylua, ita vt cerebrum illius in terram desluxerit: & mortuus est. Frater vero eius concitè pergens in partem alteram, peruenit ad quandam petram, & dixit: Omnibus notum sit, quia vsque ad hanc petram est ista sylua Imperatoris. Et cum percuteret eandem petram dolatoria, quam in manu portabat, exilerunt ab illa particulæ in oculos eius, & exæcatus est. Sicque ambo receperunt mercedem præsumptionis & mendacij sui.

Pœna vsurpantium res ecclesiasticas.

Quidam vir nobilis de territorio Niuernensi, obtentis reliquijs beati Remigij, oratorium in eius honore in proprietate sua ædificauit: vbi Dominus multas virtutes per merita ipsius sancti sui ostendit. Cum autem defuncto Ludouico Imperatore, Aquitani gentilia mobilitate absque ingo principis, prout quisque poterat, se esserre, & ad inuicem pugnare, ac per contiguos pagos debacchari coeperunt, pauperes homines substantiolas suas in ecclesijs reponere studuerunt. Vnde confisi opinione virtutis, que ibi fiebant, ad saluandum sua in eodem oratorio quique poterant, certatim reposuerunt. Audientes autem prædonesidem oratorium multis plurimorum opibus refertum, aggressi sunt diripere. Quorum vnus obseratum ostium pede percussit, vt scram effringeret, & mox eidem ostio pes eius adhæsit, & resupinus præsumptor in terram cecidit. Quod videntes alij, aufugerunt. Ipse autem miser cruciatu cogente, cum maximo euulatu coepit culpam suam fateri, & cum lachrymis amarissimis profiteri, quod si Deus per merita sancti Remigij pedem illius ab ipso compede solueret, nunquam vltius de ipsa vel de alia ecclesia quicquam tolleret, vel tolli, quantum in ipso esset, vllomodo consentiret. Caballum quoque suum cum sella, & alia, quæ potuit, ad eandem ecclesiam donauit: sicque post confessionem & lachrymas atque professionem & votum, pes eius ab ostio, cui in hæserat, est solutus. Veruntamen postea de ipso arido pede claudus remansit, vsquedum computrescente crure ac femore, post diutinum laborem mortuus fuit.

Nota vltionem diuinam.

Quando tres fratres reges, Clotarius, Ludouicus, & Carolus, regnum post patris sui obitum inter se diuiserunt, episcopium Rhemense, quod tenebat Folco presbyter, Carolus inter homines suos diuisit, villam Iuliactum Richuino in beneficium dedit. Cum autem vxor illius, nomine Berta, in cubiculo villæ ipsius iaceret, venit ad eam sanctus Remigius, dicens: Non est iste locus tuus ad iacendum. Alterius meriti & officij debet esse, qui hanc villam habere, & in hoc cubiculo iacere debet. Surge quantocyus, & hinc abscede. Quod illa paruipendit, putans se visum inane videre. Altera vice venit ad eam sanctus Remigius, & dixit ei: Cur hinc non abcessisti, sicut tibi præcepi?



Aliud hor-  
redum sup-  
plicium.

Cur sancti  
sefe ylcifca-  
tur.

3. Reg. 13.

Prouc. 21.

Psal. 73.

Apoc. 6.

Esa. 6.

Nota hor-  
rendum ir-  
risoris sup-  
plicium.

2. Mach. 14.

Vide nē ampliūs te hīc inueniam. Quod illa, vt priūs, pro nihiloduxit. Tertio vt venit ad eam sanctus Remigius, dixit: Nōne iam semel & secundo tibi præcepi, vt hinc abscederes? Sed quia contēpsisti hinc pergere, aliorum deportatione abscedes. Et percussit illam virga, quam tenebat in manu. Quæ toto corpore in maximum tumorem conuerso, quod vidit, viro suo Richuino & alijs quā plurimis dixit, & per aliquantos dies seuerissimè cruciata, vitam finiuit. Cuius corpus vir eius in Ecclesiam sancti Remigij deportari, eamque ibidem sepeliri fecit. Mirantur quidam, quod cum vindicta mortali illam de prædicta villa expulit, & corpus eius in Ecclesia sua sepeliendum recepit. Quod nemo mirabitur, si perpenderit, qua intentione sancti vindictas in delinquentes exerunt: Videlicet vt si se recognouerint, hīc recipiant quod merentur, nē post mortem æternis supplicijs crucientur, sicut in libro Regum legimus de propheta illo, qui inobediens ori Domini exiit, & à leone percussus interiit: & post vltionem perceptam, à leone corpus illius intactum per mansit. Si autem hīc se non correxerint, in quos vindicta procedunt, vt alij de flagellis eorum emendentur, & metuentes corrigantur, sicut scriptum est: Multato pestilente, sapientior erit paruulus. Causantur etiam aliqui, quoniam sanctus Remigius nunc in rerum suarum inuasores, & familie sue oppressores non vindicat, sicut præcedentibus temporibus egerat, vsurpantes Psalmi versum: Signa, inquit, non videmus, iam non est propheta, & nos non cognoscitur nostris, quod prædictum est antiquis temporibus. Scriptum est enim in Apocalypsi: Factus est sol vt faccus cilicinus. In extremo quippe nostro tempore sol quasi cilicinus faccus ostenditur: quia fulgens vita prædicantium, ante reproborum oculos aspera & despecta probatur, & sanctorum miracula per contemptum peccantibus, iusto iudicio subtrahuntur, sicut scriptum est: Nē quando conuertantur, & sanem eos: quatenus plenius obruantur supplicijs, qui nunc gaudent etiam in delictis. Verumtamen hic sanctus imitator Domini sui, qui non omnia vindicat, vt eius ostendatur patientia: nec omnia inulta dimittit, vt eius probetur prouidentia: licet non tam frequenter exerat in perniciosos vindictam, non vsquequaque inulta nostris temporibus defert præsumptorum piacula.

Nam Blithgarius quidam nupèr mansum de thesauro Ecclesie in villa Tenoilo precio apud Bernardum custodem obtinuit, vnde famulos sancti Remigij cum flagellis eiecit. Conclamantibus autem eis sanctum Remigium, vt eos adiuuaret, idem Blithgarius cum irrisione illis respondit: Modò parebit, qualiter vos sanctus Remigius adiuuabit. Videte, quomodo in adiutorium vestrum venit. Et inter hæc verba cum maximo clamore ingemuit, & incredibiliter inflando intumuit, sicque medius crepuit & mortuus est. Quibus auditis, diuinam in nobis vindictam perimēscētes, blasphemiam in Deum & sanctos eius magnoperè caueamus, studentes nē ecclesiasticam familiam crudeliter tractemus, & nē contra mala proximi, pertrahamur ad retributionem mali, vel ad liuorem odij: nē per tentamenta diaboli, ad delectationem vel consensum peccandi: nē contra flagella summi opificis, prouamus in excessum murmurationis. Licet enim non fiant nobis tam frequentia ac reuerenda per hunc seruum suum miracula, tamen certi esse debemus, quia non subtrahit ciuitati suæ, ac nobis ciuibus suis continua intercessionis suæ auxilia, sicut de Ieremia legimus: Hic est, inquit, fratrum amator, & populi Israël: hic est, qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate Ierusalem.

### De secunda S. Remigij Translatione.

**A**NNO incarnationis Dominicæ octingentesimo quinquagesimo secundo, nupèr adhuc ampliata ipsa Ecclesia, cum de loco cryptæ prioris, sepulcrum vñ cum beati Remigij corpore translatum est in cryptam, maiori & pulchriori opere factam, ipsum corpus sanctissimum, sicut & in anteriori translatione, ab Episcopis Rhemorum dioceseos integrum inuentum est, & brandeo rubeo inuolutum. Et cum de ipso sepulcro in locello argenteo est transpositum, pars de ipso brandeo cum sudario, quod fuerat super caput eius, assumpta in scrinio eburneo, secus altare sanctæ Mariæ in ciuitate honore debito veneratur. Locellus autem argenteus, cum

Corpus S.  
Remigij in  
tegrum in-  
uentum.

cum corpore ipsius sancti, sepulcro marmoreo, in quo antè iacuerat, superpositum fuit, & reliquæ, quæ ad caput illius extra sepulcrum repertæ fuerant, in sepulcro, in quo iacuerat, à præfatis Episcopis fuerunt positæ Calendis Octobris: Quo Calendarum die & altera eius translatio ante plures annos fuerat celebrata. Cum autem sanctissimum corpus eius de sepulcro in prædictum locellum argenteum translatum fuit, Rado tunc subdiaconus Ecclesie Sueffonica, qui cum episcopo suo Rothado illuc conuenerat, iam per annum integrum dolore dentium adeò die noctuque vexabatur, vt sensum præ nimio dolore metueret perdere. Qui, dum Episcopi in compositione sancti corporis intenderēt, maxillam in qua dolore vexabatur, loco in quo corpus sanctum iacuerat, apposuit: & mox ab ipso dolore liberatus, deinceps dentium dolorem nō sensit, sicut post viginti quinque annos idem referre curauit. Et ipso die in quodam oratorio, vbi memoria beati Remigij colitur, in pago Ribuario, duo contracti sanati fuerunt. Ex tempore quidem primæ ac secundæ translationis, sicuti & antè, multæ & insignes virtutes in eodem loco per ipsius sancti merita ex diuersis infirmitatibus sunt operatæ. Quas quidem habemus descriptas, sed hīc propter pluralitatem, & quia sæpius ibidem ostenduntur, omisimus ponere.

Quia ex digestis virtutibus abundantissimè claret, quā insigni illum Dominus gloria & honore dignatus sit coronare, & vt eratin cōspectu eius, mirabilem hominibus demonstrare: de quibus, fratres charissimi, breui epilogo quædam commemoramus, vt contemplemur, qualiter hic beatissimus patronus ac protector noster, sanctorum, tam veteris quàm noui Testamenti, patrum spiritu, scilicet diuersitate operationum, vnus eiuſdemque spiritus à diuersis accepta, viuens in corpore plenus fuerit, & post obitum consors miraculis claruit. In eo nanque, quod cælitus prænunciatus, & ex nomine designatus extitit, repræsentatos nobis Isaac patriarcham & Iohannem Baptistam videmus: In eo, quod sanctificatus necdum natus, & ab adolescentia in reclusionē, populi deuotauit præsentiam, item Ieremiam & Iohannem Baptistam: In eo, quod ab Episcopis prouinciæ Rhemenſis & clero ac populo electus, & signis super eum diuinitus ostensis est ordinatus Episcopus, Matthiam, qui ab apostolis & cæteris fide-

libus electus & oblatuſ Domino, diuina est sorte ordinatus Apostolus: In eo, quod inter amarissimos huius seculi flatus, meritum atque virtutum, orationum ac prædicationum remigio sanctam Ecclesiam ad portum æternæ lucis gubernauit, Noe, qui

arcam, præsignantem Ecclesiam, in diluuiō erexit. In eo, quod splendida facta est eius facies de præsentia Christi, Moysen. In eo, quod inter flammam & residua, quæ necdum ignis vorauerat, stetit, & incendium se transire prohibuit, Aaron. In eo, quod rebus insensibilibus maledicens, cultores earum damnauit sterilitate, Dauid. In eo, quod

tria millia virorum, prædicatione sua conuerſorum, vigilia sancti Pasche baptizauit, & puellam à morte resuscitauit, beatum Petrum, qui in sancta Pentecoste totidem millia Iudeorum ad fidem conuertit, & baptizari fecit, & Dorcam à morte resuscitauit. In eo, quod ferocissimos Barbaros à feritate sua mitigauit, & Rhemis ad baptizandum conclusit, quibus post sacrum baptismam panem cæli & spiritualem potum de-

dit, Eliseum, qui hostes venientes in Samaria conclusit, quibus cibum & potum dari præcepit. In eo, quod paruissimos liquores superabundari fecit, Eliam & item Eliseum. In eo, quod regi Ludouico prædixit prophetico spiritu, quæ sibi suisque posteris erant ventura, Esaiam, qui regi Ezechie, quæ illi suisque erant futura, prædixit.

In eo, quod longè positus corpore, præsens spiritu, obitum regis cognouit, itidem Eliseum, cuius cor præsens erat, quando Naaman in occursum Giezi de curru suo descendit. In eo, quod reuelante sibi sancto spiritu famem futuram prænosens, prouidentiam, quomodo laboraturo fame populo subueniret, adhibuit, Ioseph. In

eo, quod vt iustus iustificaretur adhuc, corporalium lumen oculorum aliquandiu amisit, & postea visum recepit, Tobiam. Sed & quia vitis verè palmes fructum ferens, purgatus est, quò fructum plūs afferret, cum oculorum mentis lumine, quod non amisserat, lumen corporalium oculorum, quod aliquandiu amisserat, in tentatione patiens & laudes referens, post tentationem autem probatus, lumine corporalium oculorum recepto, vt in amissione, Dominum benedixit, Iob consideramus: qui patiens in tentatione, nomen Domini benedixit, & post tentationem probatus, duplicia

sua possedit. In eo, quod die sui recessus cognito, per Missarum celebrationem suis

Miraculū.

Item aliud.

Gene. 17.

Luc. 1.

Jerem. 1.

Luc. 1.

Act. 1.

Act. 1.

Genes. 7.

Exod. 34.

Num. 16.

2. Reg. 1.

Act. 2. & 9.

4. Reg. 6.

3. Reg. 17.

4. Reg. 4.

4. Reg. 20.

4. Reg. 5.

Genes. 47.

Tob. 2. & 11.

Tob. 1. & 42.

valefc.

Ado. 19. valefecit ac obiit, beatum Iohannem Apostolum & Euangelistam. In eo, quod palla sepulcri cladem inguinariam restrinxit ac repulit, egregium Paulum, cuius sudario ac semicinctijs sanabantur agroti. In eo, quod zelo iustitiæ & viuens in corpore, & post obitum in delinquentes vindictas exercuit, item Moysen, Phineen, Iosue & Eliam, Ad. 5. & 19. Petrum Simonis Magi, Anania & Sapphiræ percussorem, & Paulum Elymæ magi ex-cacatorem. In eo, quod sanctissimum corpus eius prius in designata nutu diuino Ec-clesia sepultum, & postea angelico ministerio de loco ad locum est deportatum, Aba-cuc Prophetam, qui manu angeli de Iudæa super lacum Babylonis est deportatus, in-deque in Iudæam reuectus: & Moysen qui à Domino, angelico utique ministerio, fuit sepultus: cuius sepulcrum sicut nemo vsque in præsens nouit, ita cuiusmodi ordine se-pulcrum istius sancti translatum fuerit, nemo cognoscit.

VERSUS INSCRIPTI SEPVLERO  
S. REMIGII.

**H**IC famulus Hincmar Domini, sacra membra locauit  
Dulcis Remigij, ductus amore pio.  
Qui prius est sanctus, mundo quam matre creatus,  
Et magnus dictus cælitus ore Dei.  
Bis denos binosque gerens feliciter annos,  
Sorte Dei sumpsit pontificale decus.  
Sexaginta simul bis septem manserat annis  
Istius vrbs honor, præsul, & orbis amor.  
Vitam defunctis reddens, quoque lumina cæcis.  
Egerat & viuens plurima mira satis.  
Nam domuit fera corda animo pius, ore profusus,  
Sicambriæ gentis regia sceptræ sacrans.  
Nonaginta quidem sex cum compleuerat annos,  
Splendida lux nostras deseruit tenebras.  
Idus iam plenas cum Ianus mensis haberet,  
Emeritus miles præmia digna capit.  
Isdem Hincmarus prius hac in sede sacerdos,  
Post triginta loco constitit & numero.  
Cui sextusdecimus sub hac radiante lucerna.  
Remigio, Rhemis munia chara dedit.  
Annis septenis, quinque ac mensibus egit  
Pastoris curam, hæc recolenda patrans.  
Ocingenteno quinquagenoque secundo,  
Quo Deus est anno virgine natus homo:  
Tertius & Carolus regni componeret actus,  
October primam cum daret atque diem.  
Ac ter centenus octauus tangeret annus,  
Hic iustus Domini quo petit astra poli,  
Tercentum fuerant tres & deni quatuor anni,  
Quo vitæ Francos gurgite lauit ouans.  
Ipsius is precibus cælesti in sede locetur,  
Quem terris coluit verus amator, Amen.

F. LAV-

F. LAURENTIUS SVRIUS LECTORI.

**A**D calcem vitæ huius beati Remigij ab Hincmaro conscripæ, quedam deerant in exemplaribus MS. que nos habuimus: quæ cum postea ab alijs accepissem, animaduerti nihil habere historicum, sed pleraque penè ad verbum descripta ex Gregorio Romano Pontifice, eius nominis primo, itemque Hilario Pictuorum Episcopo, alijsque patribus. Itaque omittenda putavi, nè Tomi huius moles nimium excresceret.

DE S. PONTIANO MARTYRE, EX LIBRIS PERANTIQUIS MANUSCRIPTIS. EX  
hac historia petita sunt, quæ in antiquissimis Martyrologijs leguntur. Stylum aliquot locis nonnihil mutauimus in gratiam lectoris.



**T**EMPORIBVS Antonini Imperatoris excitata est persecutio in Christianos, vt cõpellerentur idolis immolare. In-<sup>11. IANUAR.</sup> fidiabantur autem infideles fidelibus, & Christianorum no-<sup>Alij habent</sup> men haud secus, atque inquinamentum quoddam, abo-<sup>cũ 19. Janu.</sup> minabantur. Porro iubente Antonino Imperatore, Fabianus quidam ad urbem Spoletanam profectus est, vt eius loci Christianos ad idolorum culturam adigeret. Is ergo cum eo peruenisset, sedit pro tribunali, omnemque ad se populum conuocari iussit. Qui cum aduenisset, his verbis allocutus est: Pijssimus Imperator Antoninus ablegauit me ad hanc urbem, vt, si quis eius præceptis nolit obtemperare, capitali sententia puniatur. Itaque multi de populo ei consentientes, idolis sacrificarunt: multi verò in fide Domini nostri Iesu Christi permanentes, multas tolerauerunt afflictiones & tribulationes, vt, animas suas Domino per martyrium consecrarent. Impius nanque iudex Fabianus Christianos multis modis persecutus est.

Erat tunc temporis quidam Pontianus nomine, in Dei timore firmus & stabilis, qui noluit idolis offerre sacrificium. Iussu igitur Fabiani à satellitibus eius comprehensus est, & ad illius tribunal adductus. Cui sic ait Fabianus: Quis vocaris? Respondit Pontianus: A parentibus quidem meis nomen mihi Pontiani impositum est: sed ego aliud maius & præclarus habeo, nempe Christiani. Dixit ad eum Fabianus: Iuuenis benè nate, abijce animi tui incredulitatem. Error enim te inuasit, quo fit, vt derelinquas pijssimos deos nostros, & colas hominem, quem Iudæi persecuti sunt de ciuitate in ciuitatem, & tandem cruci affixerunt, qui te adiuuare non valebit. Accede ergo, & adora misericordes deos, & noli seduci hominum maleficis artibus: quia Deus tuus, in quem tu credis, non poterit te liberare è manibus meis. At sanctus Pontianus in illum respiciens, ait: Non poteris me seducere impuris sermonibus tuis: neque Imperator tuus me abstrahere valebit à Domino meo Iesu Christo, vt adorem idola furda & muta, quæ non possunt liberare cultores suos.

Tunc iratus Fabianus iudex, sanctum Pontianum vestibus nudatum, iussit virgis <sup>Virgis cæ-</sup> cædi, nec cessari à verberibus, donè sanguis eius largiter in terram diffunderet. Cum <sup>ditur.</sup> autem huic operi instarent ministri, sanctus Pontianus dixit iudici: Horribilis vultu, & abominabilis cum dijs tuis, non te pudet tuum, cum cernas me non sentire pœnas, quas mihi inferri voluisti? Credo enim in Domium meum Iesum Christum, quod ille te pudefaciet, quemadmodum solet confundere patrem tuum diabolum. Iratus Fabianus, præcepit vt super prunas nudis plantis ingredi cogereetur. At sanctus Pontianus <sup>Signu cruce</sup> signum Christi in fronte sibi fecit, & super arduentes carbones nudis pedibus ambulauit, <sup>cris sibi im-</sup> dicens ad iudicem: Ecce ego in nomine Domini mei Iesu Christi nudis plantis arden- <sup>primit.</sup> tes calco carbones: tu quoque, si ausus es, mitte manum tuam in aquam calidam in nomine Iouis tui, & vide num te seruare possit illæsum. Tunc Fabianus ira inflammatus, iussit eum suspendi in eculeum. Vbi cum à carnificibus torqueretur, illi viribus destituti, clamare cœperunt: Væ nobis, quia nos maiori afficimur cruciatu, quam iste.

Manus

Manus nostræ iam elanguerunt, & vnci fracti sunt, nihilque possumus efficere. Tum vero impius iudex præcepit, vt in ima carceris conijceretur. Venerunt autem ad eum omnes religiosi, confirmabantque animum eius, vt in agone martyrij constantem se exhiberet.

Leones mâ  
sucunt.

Audiens hoc impius Fabianus, iussit eum è carcere educi, & adduci in amphitheatrum, duosque leones sanos in eum dimitti, vt ossa eius comminuerent. Bestijs autem corrixantibus, sanctus Pontianus ita Dominum orauit: Domine Iesu Christe, salua me de ore leonum, vt enarrem nomen tuum fratribus meis. Et cum orationem compleret, venerunt ad eum leones rugientes, illoque viso, ad eum sunt mansueti, vt demissis ceruicibus beatum Pontianum adorarent. Quod cum vidisset omnis populus, exclamauit voce magna, dicens: Verè magnus est Deus Christianorum: dimittatur sanctus Dei. At Fabianus cernens in populo seditionem oriri, iussit eum iterum in carcerem retrudi, & ibi duodecim dies sine cibo potuque relinqui, vt fame confectus, spiritum exhalaret. Sed cum ille in carcerem inclusus esset, circa noctis medium angelus Domini apparuit ei in imo carcere, cibum caelestem adferens, eumque confortans his verbis: Forti animo esto. Elapsis indè diebus duodecim, venerunt ministri vt tollerent corpus eius: putabant enim famis nimietate iam extinctum eum esse. Et ecce inueniunt illum psallentem atque dicentem: In Domino confido: non timebo quid faciat mihi homo. Renunciauerunt ergo Fabiano, quod nihil mali passus esset Pontianus. Præses ergo Fabianus è carcere produci eum mandat, plumboque liquefacto dorsum eius perfundi. Ministri his auditis, an eum adferunt cacabum, plumbumque feruenter liquefaciunt. Deindè annunciant præsidi paratum esse supplicium: Tum ille, iussit sanctum virum in lecto ferreo extendi, plumboque feruente perfundi, vt perterritus poenæ acerbitate, dijs sacrificaret. Itaque ministri arrepto aneo cacabo, infuderunt plumbum in dorsum martyris: sed sicut enatat aqua in marmore, ita de eius dorso plumbum enatauit, dixitque sanctus martyr ad Præsidem: Ecce Deus meus ex omnibus supplicijs ruis me eruit, & necdum erubescis? Fabianus respondit: Audi me Pontiane, & sacrificata dijs, & serua animam tuam. Sanctus Pontianus dixit: Obmutescite infelix, & noli auribus meis hanc iniuriam irrogare: quoniam dii tui dæmonia sunt surda & muta, quæ te non possunt adiuuare.

Psal. 55.

Plumbo li  
quefacto  
perfundit.

Audiens hæc Fabianus iudex, ira feruescens, ita dixit: Contemptor deorum Pontianus, qui dijs sacrificare noluit, spiculatori tradatur, & caput eius amputetur. Quo dicto, adduxerunt eum vt decollaretur. Ille vero positus humi genibus, sanctas preces obtulit Domino, dicens: Gratias tibi ago omnipotens Deus, qui me ad hanc horam perduxisti, vt per agonem passionis diabolum confunderem in tuo sancto nomine: & nunc Domine suscipe spiritum meum in pace. His dictis, percussit eum spiculator, & sanctus martyr consummavit agonem suum decimono Calendas Februarias. Porro Christiani noctu abstulerunt corpus eius à ponte sanguinario, & sepelièrunt eum in pace non longè à muro vrbs Spoletanæ, in fundo qui appellatur Lucianus. Sepultus vero est 15. Calendas Februarij, dederuntque omnes gloriam Deo, qui vincit inimicos, & coronat sanctos suos. Ipsi honor & gloria in secula, Amen.

Capite ple  
ctitur.

PROLOGVS BEDAE IN VITAM S. FELICIS NOLANI, CONFESSORIS.



**F**ELICISSIMUM beati Felicis triumphum, quem in Nola Campaniæ ciuitate, Domino adiuuante, promeruit, Paulinus eiusdem ciuitatis Episcopus versibus hexametris pulcherrimè ac plenissimè descripsit: qui quia metricis potius, quàm simplicibus habiles sunt lectoribus, placuit nobis, ob plurimorum vtilitatem, eandem sancti Confessoris historiam planioribus dilucidare sermonibus, eiusque imitari industriam, qui martyrium beati Cassiani de metrico opere Prudentij, in commune apertumque omnibus eloquium transtulit.

Quere Tor  
mo 4.

VITA

VITA S. FELICIS NOLANI, CONFESSORIS, AVTHORE VENERABILI BEDA presbytero.



**F**ELIX natus est in Nola quidem Campaniæ, sed <sup>14. IANVAR, Patria & pater Felicis.</sup> patre Syro, nomine Hermia, qui de Oriente Nolam uenit, ibidemque quasi indigena inhabitans, genuit filium Felicem: cuique defunctus reliquit hæreditatem substantiæ locupletis, cui tamen ipse promissæ in caelestibus hæreditatis dona præposuit. Habuit autem & fratrem cognomine sui patris, id est, Hermiam, cum quo patrimonium diuideret <sup>Hermias frater eius.</sup> terrenum. Qui longè à Felicis moribus agens, atque idèd felicitate indignus perpetua effectus est. Nam terrena solummodò bona diligere studuit, & Cæsaris potius, quàm Christi, esse miles elegit. At contra Felix, nominis sui mysterium factis exequens, mox à puero se diuino famulatu subiecit, & crescente gratia virtutum, primò Lectoris officium in Ecclesia suscepit, ac post ad Exorcistæ gradum <sup>Felix sit presbyter.</sup> pronectus, immundus ex obfessis corporibus spiritus eijcere cœpit. Cumque & in hoc ministerio virtutibus clarus extitisset, non mora, condignum meritis Presbyterij gradum subiit: nec minor gradu, mente & opere remansit, sicut etiam adueniens tentationum turbo probauit.

Nam tempore eodem exorta infidelium persecutio, graui Ecclesiam certamine pulsauit: nec tamen portæ mortis, portæ filiæ Sion, vt non nunciarent laudem sui creatoris, auertere potuerunt. Cumque magistri authoresque perfidiæ primum suæ uesaniæ conflictum contra ipsos veritatis ac fidei Dominicæ magistros intendissent, primosque episcopos vel presbyteros ecclesiarum, ad terrorem minorum, aut morti tradere, aut ad negadam fidem cogere conspirassent: factum est, vt ministri erroris & infestis furoris, Nolam quoque peruenientes, episcopum vrbs illius, nomine Maximum, virum <sup>Maximus Nolæ Epi. scopus. Matth. 10.</sup> doctrina, pietate atque atate venerabilem, ad tormenta quærent. Quod ille animaduertens, memor Domini præcepti, quo dictum est, Cum vos persecuti fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam: petit ad tempus secessum loci remotioris, relicto ad tuitionem ciuitatis Felice presbytero, quem filij loco complectebatur, atque hæredem suæ sedis accipere desiderabat. At persecutores ubi episcopum inuenire nequiuerunt, nihil morati, manus in Felicem mittere contendunt, eumque primum quasi maximam post episcopum vrbs arcem, à constantia famosæ suæ virtutis deijcere, vel blandiendo promissis, vel poenis terrendo fatagunt. Compræhensus ergo Felix ab aduersarijs furentibus, sed ipse multum de interna spiritus sancti consolatione confusus, mittitur in carcerem tenebrosam: ubi manus simul & collum ferrea vincula stringunt, neruo pedes arctantur. Fragmenta quoque restarum subter eum sternebantur, nè inter horrorem & frigora longè noctis ligatus, vel somnum vel requiem capere aliquam, continuo horum acumine compunctus, sineretur.

Felix com  
prehenditur.

Mittitur in  
carcerem.

Interea Episcopus, qui ad montium latibula hostem fugiendo secesserat, & ipse non <sup>Episcopi afflictio.</sup> minore martyrium passione gerebat, quàm si ferro uinctus, aut testis superpositus, vel flammis esset vrendus. Vrebat nanque animum illius cura maxima sui gregis, vrebat & corpus fames, vnà cum gelidæ rigore hyemis: qui inter spineta sine tecto & alimento iacens, noctem vnà cum die peruigil, sollicitis continuabat in precibus. Nec difficile membra senilia, & longis exhausta ieiunijs, tanta vis malorum comprimens, vel ad mortem usque coëgit. Sed vt superna pietas apertissimè, quanta sui cura vir ille dignus esset, ostenderet, mittitur è cælo angelus, qui beatum Felicem confessorum vinculis exemptum, ad quærendum recreandumque ac domi reuocandum antistitem ocyus venire præciperet. Erant autem plures eodem in carcere clausi: sed angelus adueniens, soli Felici, qui pietatis gratia uinctus erat, apparuit, luce splendens corusca, & <sup>Angelus Felicem vinculis absoluit.</sup> ipsam quoque domum gratia lucis adimplens: cuius voce simul & luce Felix motus intremuit, ac primum quidem se somnij imagine illudi putauit. At angelus surgere illum, & se sequi exeundo præcepit. Qui stupens ad imperium iubentis, cauabat se exire non posse, quia & vinculis, & claustro carceris, & custodum diligentia tenebatur.

D d Porro

Porro angelus iterata voce surgere illum prope, nihil obstantibus vinculis, iussit, & dicto citius catenarum de manibus & collo eius, compedesque cecidit de pedibus. Eduxit autem illum foras miro rerum ordine, aperta sibi quidem ianua carceris, sed carceris clausa: ita ut per ipsos custodes, quibus clauderetur, ignaros rerum iter agerent, ipso angelo instar columnarum Moisaice, & ducatum Felici & lumen, usque dum hostium manus euaderet, presentiarum suarum fulgore prebente. Ut autem peruenit beatus Felix confessor ad locum deserti, quod episcopus secesserat, inuenit eum agra suspiria tenui statu trahentem. Et quidem gauisus, quod eum uiuentem inueniret: contristatus uero est multum, quod inuentum morti proximum uidit. Itaque complexatus & osculatus est patrem, coepitque tentare, si forte crebro anhelitu sui oris, & sui soti corporis aliquid calor possit gelidis eius artubus adferre. Cum uero diu laborans, neque clamando, neque tangendo aliquid sensus vitalis in eis posset vel animo excitare vel corpore, sed neque ignem aut alimentum in proximo, quo eum rigentem ac tabescentem recrearet, haberet: tandem inuento salubri consilio, flectit genua sua ad patrem Domini nostri Iesu Christi, suppliciter obsecrans, ut ipse calidus eum iuuaret, quod ministerium pietatis, quod iustus erat, erga patrem suum explere ualere. Nec mora: exauditus uidit pendentem vicinis in sentibus uiam, & illius esse munus agnouit, qui naturarum conditor atque author omnium, & aquam de petra produxit arida, & ipsam cum uoluit in uinum conuertit. Lætatusque multum hoc munere diuinæ pietatis, tulit racemum, atque ad os episcopi morientis admouit. Sed quia ille stricis dentibus instar mortui, ueritate omnium sensu & animæ carens, oblatum sibi gustum prorsus accipere nesciebat: tandem sanctus presbyter Felix, felici manuum suarum iunctamine aperuit arida eius labia, & sic ori eius, resoluta uia, quantum potuit succi salutaris infudit. Quo gustato, mox pater sensum & animam recepit & corporis: aperiuntur deinde oculi, linguaque, quæ siccis hærebat faucibus, ad loquendum soluta est. Et ubi plenè reuiuiscens, Felicem esse, qui ad se quæredum uenisset, agnouit, paterna illum pietate complexus, & quærere tam serò ueniret, conquestus est: Ubi, inquit, tam diu demoratus es fili? Nam te iam dudum Dominus ad me uenturum promiserat.

Vides autem, quia & si fragilitate victus corporis, ad horam cessi, solidam tamen animi fidelis constantiam seruauit, sicut etiam loci huius, ad quem successi, status indicat. Poteram quidem ad vicum aliquem, siue aliam urbem, ubi ab hostibus essem tutus, intrare, si mihi uilis fides, & cara hæc uita fuisset. Nunc autem cuncta hominum refugia declinans, ad deserta uero montium confugiens, diuinæ tantum me gratiæ tuitionique credidi, ut uidelicet me ipse quocumque modo vel ordine uellet, aut in hac uita conseruaret, aut in futuram transferreret. Neque uero me spes, quæ in Deum erat, fecellit, sicut tuo manifestè probatur aduentu, per quem ab ipso, ut ita dixerim, limine mortis sum reuocatus ad uitam. Unde, nate mi, complere festinus coeptum pietatis opus curato, & imposuimus me humeris tuis, domum reportare satage. Quibus dictis, Felix celerrimè quod iubebatur expleuit, reuertensque humeris antistitem, suam ad domum retulit, quam unica seruabat anus.

Intantum autem antistes uenerabilis à mundi erat rebus alienatus, ut illi de omni turba domus & summa census, anus una superesset. Pulsatis ergo foribus, hanc suscitauit Felix, surgenti que ac ianuam aperienti dedit & commendaui episcopum. Tunc episcopus pro impensio sibi officio pietatis, beato Felici debitam gratiarum retulit actionem, & imposta capiti eius dextera, paterna illum benedictione donauit. Qui egressus inde, paucis diebus & ipse in domo sua, donec persecutionis turbo cessaret, delituit. Quod dum fieret, deseruit latebram, & letantibus de suo aduentu ciuibus, sese lætum reddidit, ac per omnia digrediens, solabatur & confortabat uerbo exhortationis animos singulorum, qui acerbitate premiffæ tempestatibus non modicum fuerant conturbati. Nec solum uero uerbo, sed & suo illos docebat exemplo & prospera mundi & aduersa despiciere, sola æternæ patriæ gaudia quærere, solam superni iudicis iram formidare. Rursùm mota persecutione, quæritur Felix, ueniuntque hostes usque ad habitaculum eius, illum ocyus rapere ac morti tradere sitientes: qui tum fortè ab ædibus suis absens, in medio ciuitatis cum amicis consistebat, & more sibi solito uerbum fidei circumstantibus turbis prædicabat. Quem eo loci esse audientes aduersarij, mox stricis gladijs accurrunt: sed peruenientes ad eum, mutato diuina prouisione aut uultu ipsius, aut corde illo-

Felice erga episcopum charitas

Num. 20. Iohan. 2.

Episcopus penè exanimis rediit ad se.

Portatur à Felice domum.

Felix latitabat in domo sua.

Non persecutio.

de illorum, nequaquam eum, quem optimè nouerant, agnoscere ualebant. Interrogauit ergo ipsum, ubi esset Felix, intellexit uir prudentissimus diuinitus auctum esse, ne eum agnoscerent, ridensque inquerentibus: Nescio, inquit, Felicem, quem quæritis, nec prorsus fecellit: nemo enim seipsum facie nouit. Qui statim relinquentes eum, diuerterunt aliò, & quos fortè obuios habebant, interrogabant ubi esset Felix: è quibus unus, prorsus causæ ignarus, & furere eos credens, coepit obiurgare eos demeritæ, qui presentem non possent agnoscere eum, cum quo loquebantur: pariterque eis quò discederet ille, quem quærebant, ostendit. Qui grauius furentes, statim uestigia beati Felicis insequuntur. At ille appropinquantibus eis, admonitus tumultu præcurantis ciuitatis, & clamoribus attoniti aduentu hostium vulgi, secessit locum in secretiorem, qui nil quidem munimenti firmioris habens, semirutum tantum muri erat firmamine præseptus. Sed mox ut uirum Dei recepit, miro eum diuinæ manus est opere tutatus. Repentino enim rudere concreuit ibidem agger, qui eundem locum præcluderet: sed & aranea diuino nutu, cui omnis creatura deseruit, confestim nutantes ipso in loco telas suspendit. Quò cum peruenissent, obstupuerunt hostes, & pressò gradu, loquebantur mutuo, dicentes: Nonne stultum est nos huc hominem quærendo ingredi, cum liquidò appareat neminem hic præisse? quia si quisquam intrasset, nequaquam hic arancarum fila integra remanerent, quæ etiam muscæ perumpentes minime, nonnunquam scindere solent. Constat ergo quia qui huc secessisse Felicem dixit, astu fecit, ut nos ab eius inuentione longius abstraheret. Ergo recedamus, ac omittamus hæc hominis latebras scrutari, ubi ipsa loci facies neminem intrasse præmonstrat. Sic delusi, discedunt prope, frementes, & non minus, quam in Felicem, rabida mente frementes in eum, qui se in loca talia suis dolis induxerat.

Ubi multa claruit sapientia pij conditoris ac protectoris nostri. Certè nonnunquam muri urbium altissimi ac munitissimi, ciues suos obsidentibus aduersarijs produnt magis, quam liberant: & humilem Christum famulum suum à persequentibus armaris hostibus, tremulis arancarum cassibus, nè inueniri vel capi posset, abscondit. Verè, ut uenerabilis pater Paulinus de his loquens ait, ubicunque Christus adest nobis, & aranca murus fiet: at cui Christus adest, & murus aranca fiet. Discesserunt ergo, incubente iam uespera, hostes, & Felix, illis abeuntibus, liberius alias petit latebras, gaudens de adiutorio diuinæ protectionis, secumque decantans: Nam etsi ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Die autem facto, secessit in locum inter ipsa ædificiorum tecta secretiorem, ubi sex mensibus continuis ab hominum quidem notitia omnium segregatus, sed diuinæ gratiæ presentia fruitus, manebat absconditus, uidelicet iuxta uocem Psalmistæ, in abscondito uultus eius à conturbatione hominum: qui etiam miro illum atque hominibus inuistato ordine tanto temporis spatio pauit.

Manebat nanque in uicinis adibus quædam mulier Deo deuota, cuius ministerio nescientis scienter ipse, qui est totius scientiæ fons & origo, Dominus utebatur. Coquebat enim panes mulier, coquebat alias escas in cibaria domus suæ, & facta in excessu mentis, eo loco inferebat has, ubi Felix confessor latebat, ibique sumendas illi ponebat, ita ut neque huc se intrasse, neque redisse unquam scire posset: sed preparatas escas domi se posuisse credens, ita semper abibat, ponendæ memor, & mox positæ immemor escæ. Et sic beatum Felicem ferunt sex, ut dixi, mensibus in ipsa latebris obscuri & angusti tecti mansisse, ab humana quidem societate seiunctum, sed nunquam ciuium supernorum presentia desertum: & parco nimirum uictu, sed cælitus ministrato, vitam duxisse felicem: quo tempore perhibetur etiam diuinæ colloquutionis dono sæpius dignus fuisse habitus. Erat autem ipsa, in quibus morabatur, habitaculis cisterne uetus, de qua ipse in primis pauperem potum hauriebat: sed hæc cum nimio ætatis esset siccata calore, non tamen beato confessori, unde uiueret, defuit. Etenim pius conditor ac prouisor salutis nostræ, qui quondam sicco aère cætero, unum solummodò uellus pluuiæ cælesti perfudit: ipse suo confessori silenti prorsus ac sereno aère, prout opus habebat, occulti roris gratiam, qua sitiens recrearetur, ministravit.

Completo autem hoc tempore, admonitus est oraculo diuino procedere de latebris, eò quòd iam persecutionis turbo pertransisset. Qui ut repentinus apparuit in publico, gratissimè ab omnibus, quasi à paradiso ueniens, susceptus est. Coepit autem ex

D d 2 tempore

Felicem nescio, inquit, Felicem, quem quæritis, nec prorsus fecellit.

Nota miræ culum.

Si Christus pro nobis, quis contra nos?

Psal. 22.

Psal. 30.

Insigne miraculum.

Indic. 6.



tempore fidem confirmare omnium, quæ scilicet tempestatibus erat non minimum conuulsa. Interea Deo dilectus antistes Maximus, longa prouectus ætate, diem claustrum vltimum: nec mora, Felix in episcopatu omnium iudicio eligitur, qui & confessor existens inuictissimus, & doctor suauissimus, quæque bona ore docebat, ipse cuncta opere complecter. Verum Felix, vt etiam humilitatis quantam in corde haberet sublimitatem, insinaret, verecunda se voce, nè hunc gradum suscipere deberet, excusauit, dicens com-  
 S. Felix re-  
 cusat Epi-  
 scopatum.

presbyterum suum Quintum, multo dignius honorem præfati gradus posse subire, eò quòd is septem diebus antè, quàm ipse, ad ordinem presbyterij fuisset promotus. Quod ita, vt postulabat, expletum est, susceptumque episcopatus officium ita idem Quintus administrauit, vt humiliter beatissimo confessori submissus, illum pro se ser-  
 Amator  
 voluntaria  
 paupertatis.

monem ad populum facere inberet, & ipse plebem officio, Felix doctrina regeret. Qui videlicet Felix, cum constantia confessionis & virtute humilitatis, etiam sum-  
 1. Cor. 6.

Eius vestitus.

Miraculum  
 post obitum  
 S. Felicis.

Luc. II.  
 Psal. 9.

mus voluntaria paupertatis amator extitit. Possederat nanque ex paterna hereditate prædia multa, domosque ac diuitias plurimas, sed tempore persecutionis proscriptus, cuncta amiserat. At verò pace ecclesijs reddita, cum possit iura sua repetere, nequaquam vltra voluit: sed amicis suadentibus, vt debita sibi iura reciperet, quæ recepta cum foenore magnæ mercedis dispergere ac dare pauperibus posset, nullatenus id facere consentiens, forti sententia suggestiones eorum repellebat, dicens: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Absit enim, vt res, quas causa confessionis perdidit, repetam: absit, vt terrenas opes, quas cælestium bonorum contemplatione semel contempsit, quasi hæc minus sola sufficiant, vlla ratione reposcam: quin potius pauper spiritu sequar Iesum, quò opulentiùs regni cælorum dona percipiam: nec dissidendum quin ille, qui me & vinculis tenebrisque diri carceris eripuit, & ab hominibus secreti tanto tempore paut, etiam cætero vitæ meæ spatio iactantem in se cogitatum meum enutriet. Hunc retinens animum beatus confessor, tria tantum iugera ruris modici, & hæc conductæ, & vnum hortulum proprii iuris, vnde viueret, habuit. Sed & vtraque, ne vno quidem famulo adiutus, propria manu coluit: fructum autem eiusdem sue mensis vel hortuli adultum, cum pauperibus semper communicare gaudebat. Eandem autem & in habitu parsimoniam vir beatissimus sectabatur, ita vt simplici tantum vestimento, & quod nunquam vel sibi sufficeret, esset contentus: si quid verò superesset, pauperibus erogaret: & si fortè aliundè contingeret, vt geminum haberet indumentum, mox nudum meliorem refouit.  
 Tali ergò viuens pietate, vir & nomine & merito Felix, plenus dierum atque operum bonorum defunctus est, ac viam patrum secutus, æterna est receptus in gloria: sicut etiam signa, quæ in ecclesia, in qua sepultus est, sunt facta per plura, testantur. Erat enim ibi quidam rusticus, pauper rebus, sed fide integer: qui angustam pauperiem duorum solummodò bouum possessione sustentabat, vel ipse videlicet his vtens, vel vicinis vtendos pacta mercede commodans: quos cum multa inops cura diligeret atque seruaret, quadam nocte furto ablatos perdidit. At manè factò cum eos furatos certissime comperisset, amissa omni spe suæ acquisitionis vel inuentionis, petit rapido cursu ecclesiam sancti Felicis: ibidemque adueniens, ante fores domus sanctæ prosternitur, fixoque in terram vultu, implorat & obsecrat sanctum Felicem reddere sibi boues quos perdiderat, testatus multum cum lachrymis, nunquam se inde, nisi boues receperit, exiturum. Quod cum die toto voce quidem rustica, sed fidelissima mente fecisset, superueniente vespera eiectus est violentia turbæ, & factis propulsatus ab ædibus, venit ad suam domum, nec omittit continuis in lamentis noctem ducere per uigilem. Verum quia omnis qui petit, accipit: & qui querit, inuenit, & pulsanti aperietur: &, sicut Psalmista ait, desiderium pauperum exaudiuit Dominus: medio noctis tempore, cum cæteris hominibus quiescentibus, ac rebus omnibus quietis, ipse solus, excitante se suo dolore ac paupertate per uigil iaceret, mirum dictum, contigit venire subito ad eius ostium boues, quos querebat: diuino videlicet nutu, & prædonibus erepti, & ad domum domini per loca auia inter tenebras noctis erroresque reuocati, pulsantesque, cornibus ostia eius, in quo manebat, tugurij, iam sese aduenisse signabant. Sed ille multum tremens, non iam boues suos, sed fures sibi rursus adesse credens, diutiùs fores aperire tardauit, donec iidem boues, quasi causam tardantis domini intelligentes, per mugitus quoque emissos, se esse, qui ad ostia domestica pulsarent, demonstrarent. Receptis autem bubus, rusticus non rusticus, sed doctus ac fide-

ac fideliter agens, festinauit primo manè debitas redditori suo gratias rependere. Ac sumens enim secum boues, venit ad ecclesiam sancti Felicis, omnibus & illò iter facientibus, & ibidem perueniens, beneficia quæ à sancto percepisset, lætabunda voce replicans & ostendens. Et quia multum plorans, vel inquirendo suos boues, vel in recipiendo præ gaudio, oculorum quoque aciem non minimum læferat, & huius detrimenti solatium à beato Felice quaerens accepit: sicque domum redijt, duplici gratiæ cælestis munere lætatus.

Aliud miraculum.

Cumque in honorem eiusdem beati confessoris augustior ecclesia ædificaretur, erant in proximo ipsius ecclesiæ duo rustica ædificia, importuna situ, simul & deformia visu, quæ omne decus ecclesiæ non parum sua obscuritate foedabant. Volens autem venerabilis ac Deo dilectus antistes Paulinus tolli hæc ædificia, & emundari loca, in quibus sita erant, postulabat eos, ad quorum possessionem pertinebant, hanc beato Felici præbere reuerentiam, vt ad illustrandum decorandumque locum ecclesiæ eius, priuata sua tecta paterentur auferri. At illi preces eius rustica obstinatione spernentes, magis se animas dare, quàm suas possessiones relinquere posse dicebant. Cumque episcopum raderet rusticos rixa vincere, victi sunt potentia manus diuinæ. Nam nocte quadam quiescentibus cunctis, subitus ignis ex vna cellarum earundem exoriens, vicina paulatim ædificia petere coepit, ita vt magis magisque suis incrementis adauctus, & propè & longè posita habitacula cuncta consumpturus esse videretur. Tunc tantis excitati fragoribus & globis ignium, ciues accurrerunt, vt vel incendium, si possent, omnes aquam fundendo restinguerent, vel de suis singuli domibus quæcumque, possent igni præripientes auferrent. Cumque se nil valere posse conspicerent, coeperunt quaerere diuinum, ubi humanum cessabat, auxilium. Aduolant ergò, duce episcopo, ad ecclesiam sancti Felicis, fleuntque genua, supernæ auxilia protectionis implorantes, diuertuntque inde ad ecclesiam beatorum Apostolorum, quæ continua erat ecclesiæ beati Felicis, & inde per intercessionem apostolicam cælestis præsidij dona flagitantes. Vbi postquam oratum est, redijt domum episcopus, sumptamque de ligno Dominicæ crucis non grandem astulam, misit in medium incendiij furentis: statimque immensa illa volumina flammarum, quæ tanta virorum manus aquas spargendo extinguere nequieuerat, ipse lignum addendo restrinxit. Tanta etenim sanctæ crucis erat virtus, vt sese natura relinqueret, & ignis, qui omnia solet ligna vorare, ipse ligno Dominicæ passionis velut exustus absumeretur. Vbi verò tempestas tanta sopita est, & manè redeunte, ciues dira noctis opera considerare viderunt, credentes se non parua tantis incendijs damna esse perpeffos, inuentum est nihil prorsus exustum, nisi quod debebat exuri. Ex illis etenim domibus duabus, de quibus prædiximus, quas & homines consumere atque auferre disposuerunt, vnam flammis absumptam videbant. Quo factò, multum erubuit rusticus ille, qui sua tecta contra decorem sanctorum ædificiorum stolidam obstinatione defenderat, cernens se inuitum nulla mercede perdidisse, quæ in gratiam sanctorum spontè nolebat amittere. Et mox ipse, quod igni superauerat de suis ædibus, propria cepit manu abolere, quatenus ocyùs omnis circa ecclesiam beati confessoris locus congrua sanctis claritate ac luce redderetur insignis. Ablata autem omni rudum foeditate ac sordium earundem, perstabat beatus antistes Paulinus ecclesiam, quam coeperat, ad perfectum deducere: cuius ædificium omne tribus annis perfecit, & in picturis atque æternum memorabilis celebratur: qui die quartadecima mensis Ianuarij, consummato cursu certaminis gloriosi, percepit coronam vitæ, quam repromisit  
 Nota vim  
 particule  
 crucis Christi.

Nota de  
 picturis et  
 pli.

Deus diligentibus se. Explicit liber de vita & confessione sancti Felicis, quem ego famulus Christi Beda, de metrico opere beati episcopi Paulini, simplici sermone transtuli.

NILI MONACHI, DE INTEREMPTIONE  
SANCTORVM PATRV, QVI ERANT IN SINA  
& Rhaiti regione: ex Simeone  
Metaphraste.

IANVAR 14.

Eremitica  
vita com-  
mendatio.Summum  
bonum.

V M post incursionem Barbarorum errarem ego, veni in Pharan. Quidam autem ex ijs, qui aderant, cum audissent me laudare vitam eremiticam, ipsi quoque ex se multa adiciebant encomia, dicentes eam esse plenam tranquillitate, liberam ab omni perturbatione: ut quæ animæ statum, quæ in ijs, quæ non videntur, philosophatur, silentio & quiete amplificet, & per hæc, via progredientem ducit propè Dei cognitionem: quam quidem esse extremum expetendum, & extremam beatitudinem, omnes qui fuerunt à seculo sapientes, tanquam vna lingua & vno animo opinantur. Cum lachrymantibus autem defixisq; oculis eos attendere, & miserabiliter admodum euilâsem: sedebam enim valde conturbatus propter eas, quæ mihi acciderant, molestias, ipsosq; vultu manifestè annunciabam meam calamitatem. Postquam illi hæc viderunt, adhuc fortasse volentes producere seriem orationis, cum à recta paululum declinâssent, & simul in orbem circumsedissent, & deinde paululum siluissent, rursus loqui aggredientes, diligenter & eum quadam commiseratione me rogârunt causam, cur sic essem perturbatus. Vbi autem ad eorum rogatum flexi adhuc lamentabilius: maiorem enim mihi commouit animi perturbationem interrogatio eorum, quæ acciderant, & rursus coëgit cogitatione res tanquam præsentis inueniri: illi rursus statim, Nunquid, dixerunt, ô senex, eorum quæ à nobis dicta sunt, aliquid fuit tibi causa doloris? an errorem nostræ defensionis sententiam, nos dicere falsum deprehendisti? Non paruum enim intrinsecus tristitiam ostendit & ipse aspectus, & lachrymæ oculorum. Sed sic illi quidem: Ego autem eis dixi:

O patres & fratres, quid vobis primum dicam? Ad quid autem respondebo, cum iam nubes mœroris, menti meæ offundat tenebras? Nam sum quidem ipse quoque vestra, ut videtis, sententia. Solitudinis autem sciens quanta sit utilitas, eam olim sum admiratus: & cum propter eius desiderium statuissem omnia relinquere, domum, patriam, cognationem, amicos, confanguineos, facultates, totum illi me dedidi: sed ea mihi eum perdidit, qui erat omnium charissimus, & solum, ut videre licet, desertum ab omni consolatione: & propterea eam non sinit omnino laudare animi perturbatio, cum desiderij veluti tyrannidem vicerit graue malum, quod accidit. Sed ô stultitiam, progressus sum ad philosophandum, relicta filij lamentatione, & mihi inuenit ocium cogitatio, quæ nunc quoque nihil aliud suscepit cogitandum, præter cædem Theodosij. Mihi enim perpetuo eius remanet simulacrum, aliâs aliter visione apprehendens, varijs modis factam fuisse interemptionem, & flebilem vocem mihi audire videor: & eum ob id humi se temerè volutantem adspicio, illa mente apprehendens, quæ par erat presentem eum visu didicisse: Hei mihi, miserande fili, etiamsi adhuc vixisses, esses mortuus: O acerbam seruitutem, etiamsi mortem effugisses: O insepultam sepulturam, si barbaricus ensis te confecisset. Quid seruitutem lamentabor? Quid mortem deslebo? Nam si viuus superstes, (quod non sinit, ut existimem, probabilitas: quando enim non fuit manus barbarica prompta ad occidendum, inseruiens iræ, quæ semper sitit humanum sanguinem?) quis est tuus vitæ status? flagella omnino quotidiana, & iussa planè inhumana, minaq; citra veniam, & violentia. His quoque accedunt opera grauissima, quæ tuas vires excedunt: & custodia, quæ caueri non potest: & libertas, quæ omnino est à spe aliena: immò verò metus quoque mortis quotidianus, qui propè habet enssem, eo enim scit barbarus metiri suam iram, ut qui non loris, nec viminibus uti solet ad verbera, sed paruis & magnis delictis vnam pœnam imponat, mortem: quando etiam abscq; peccato, aut ebrietate debacchans, aut temerario cedens impetui & inconsideratæ appetitioni, facillè aliorum ludere interitum didicit consuetudine.

Sin autem es mortuus, vbinam accepisti occisionem corporis? vndenam processerunt

Nihil dat  
se solitudi-  
ni.Plangit  
Theodosij  
cædem.Immanis  
crudelitas  
barbarorū.

serunt fluentia tui sanguinis? Quomodo palpitasti atro cruore conspersus, & miseris pedibus mortiferam saltans saltationem? Quomodo supplex fuisti ei, qui te interimebat, barbaro, eius sequitiam volens emollire miserabilibus gestibus? Nam alter alterius vocem minimè intelligebatis: in qua quis aptè & concinnè componens precationem, iram animam sepè flecit ad misericordiam. Quisnam locus tuum cepit corpus? Quanam fera tuum corpus dilaniarunt? Quanam aues repleta fuerunt tuis carnibus? Quodnam sidus oriens vidit tui ventris mysteria, & adspexit tua effusa viscera? Quidnam ferros ferarū vicit dentes, ut quod vel fuerit reliquum satietati, aut propter duritiam manserit non confectum? quod quidem aprico est Soli expositum, & propter solitudinem, sepulturam minimè est confectum. Si quis hoc allatum mihi dedisset, aut me duxisset & iuxta id statuisset, haberem saltem aliquam paruum doloris consolationem, tanquam viuum & sentiens relictum membrum alloquês, seu os, seu caro, seu pilus esset id, quod visum fuisset. Nam quorum in calamitatibus moderatæ sunt res aduersæ, habent magnum ut in malis commodum: & se reuera secunda quadam explent voluptate, dum eos, qui ad ipsos attinent, in morbo diu curant, & vidèdi satietatem tempore accipiunt, eisq; assident, dum deficiunt & agunt animam, & extrema verba audiunt, eosq; dum cesserunt, sequuntur, & sepulcro vident extremum impositum signaculum. Quæ quidem omnia ei, qui luget, magnam afferunt consolationem: deductio, inquam, & sepultura, & amicorum commiseratio, lenantia animi ægritudine.

Ego autem quoniam horum consolabor dolorem, qui nec sciam quidem quomodo sit mortuus, neque mortui habeam simulacrum visione expressum, quale esset in fine? Quorum enim adspèctus memoriæ non mandauit figuras, eorum sunt formæ instabiles & minimè terminatæ, & aliâs aliter expressæ, & simulacrorum varietatibus deceptam eruciantes cogitationem. O malorum incertitudinem: O dubiam & inopem calamitatem. Nescio quid primum desleam, quid conquerar ignoro: mortuum lugebo, an viuum? vinctum, an omnino sublatum de medio? acerbam tolerantem seruitutem, an qui cædem subiicit miserabilem? Captiuus enim, est obnoxius & subiectus omni contumelia, pœnisque ac supplicijs vel inuitus submittitur, ut potè quod sit in eius domini potestate, quam velit ferre sententiam. O qui mihi in hodiernum vsque diem fuisti omnium, quæ erant in vita, socius, & solus captiuus seruitutis fecisti periculum. Fuisti socius longæ peregrinationis, sensisti mecum arumnas in terra aliena, fuisti in solitudine participes afflictionis. Isaac in ijs, quæ patri videbatur, imitatus es obedientiam. Quomodo ergo nunc solus subijisti extremam calamitatem, & solus exantlas mala captiuitatis? Cur ergo propter clementiam ensis euasi periculum? Cur nō me alijs quoque mortuis adiecisti crudelis dextera? Sed mihi partum est, ut mala fortasse maiora experirer: & quod meæ breui inuideretur liberationi, ut modò longum de te luctum sentirem. Sed magna quidem animi ægritudo hæc mihi præbet dicenda. Quoniam autem vos quoque video mecum tangi misericordia, & non aliter esse affectos, quam ipse, qui est passus: eius autem, quod dico, signum est & intensa auditio, & continui luctus, omnia mea vobis singularim, ut se habent, narrabo: & maximè, si vos ad me audiendum breue ocium accommodaueritis, & nulla res necessaria vos vocet ad propria. Nam ipsi quoq; scitis, grauem esse narrationem, si distrahatur animus, atque adeo quædium præbere & molestiam.

Hæc cum ex illo audiuissent, & vultu & voce ostendentes se egrè ferre quod rogasset, Quod aliud, dixerunt, est ocium præstabilius, quam curare cor ex cruciatum, & exinanire dolorem animæ, quæ molestia afficitur? Leuatur enim anima ægritudine, cum narratione eorum, quæ sunt molesta, veluti exinanitur animi ægritudo. non secus ac nubes aliqua, à qua distillant guttæ pluuia, ut potè quod caligo paulatim expurgatur: sicut rursum feritur silètio, perinde ac si pus aliquod humidum inflammaret, & in vulnere saliret & palpitaret, & nesciret quoniam modo posset egredi & exinaniri. Visi sunt itaq; dicere probabilia. Cum illi certè sic dixissent, ego sic promissum exequi incipio, sic dicens:

Mihi misero, ô amici, fuere duo filij: & hic, qui mihi modò fuit luctuum occasio: & alter, qui remansit apud matrem. Post hos susceptos, dissolui cum mea vxore consuetudinem, siue ad successionem generis, siue ad curam gerendam senectutis, arbitratus hos suscipere. Me autem traxit quoddam vehemens desiderium, ut huc venirem: etiamq; toto animo erectus ad quietem & silentium, neque aliud poteram animo cogitare aut adspicere, præter hoc. Quando enim cuiuslibet rei desiderium animum inuaserit, ab omnibus

rebus per vim abstrahit, etiam à rebus bonis, & in quas est studium conferendum: & fert ad id quod desideratur, propter nullum laborem aut defatigationem desistens ab appetitione. Cum ergò iuberet mihi, vt peregrinarem: nec liceret repugnare sic iubentibus, rannicè, accepi filios: erant autem paruuli & planè infantes, & adduco ad matrem: & vnum quidem ei trado, alterum autem apud me detinco: & dixi quod constitueram, & constanter asserui fore, vt nequaquam ab hac traducerer sententia.

Illa autem priùs quoque erudita minimè cōtradidere, & tunc meum videns vultum rogari minimè ferentem, vim non ferens, sed nec omninò valens continere lachrymas, permittit vt peregrinarem, potiùs cedens necessitati, quàm voluntate consentiens. Cum enim videret firmum ac stabile iudicium, & apud se consideraret dolorem separationis, eo neglecto, quod sibi esse posset molestum, id spectabat, quod mihi futurum esset gratum: malens vinci in ijs, in quibus, etiam si vellet, nō poterat vincere. Scitis autem omninò, quanta res sit disunctio eorum, qui fuerunt vniti coniunctione legitimi matrimonij, & qui facti sunt corpus vnum, arcano eius qui coniunxit, consilio. Non minùs enim in his molesta est separatio, quàm si corpus secaret gladius. Ego autem virtutem sum admiratus cupiditatis, quādo vidi eam vicisse & naturam, & diuturnum habitum. Quanta enim esset, coniectabam ex eo, quod vincula soluit insolubilia, quæ sola mors nouit soluere, quæ propterea quòd desit sensus, efficiat vt careatur molestia. Sensus autem vnius vehementiorem, atque adeò intolerabilem immittit dolorem, vt qui & consuetudinem reuocat in memoriam, & naturalem affectionem, cuius ego, propter maioris boni desiderium, nullam ducebam rationem, vt qui magis proposito festinarem ad secessum. Ea me fecit amatorem huius quietis & silentij, & deduxit ad eam quæ desiderabatur, solitudinem: effecitque, vt diu incundè viuere, magna fruens tranquillitate, & secundo vento ad scopum tenderem: donè procella, quæ nescio vndè & quomodò spirauit, illam inuexit tempestatem, quæ sanctorum corporum vexauit cateruas innumerabiles, etiam si non profundo obruit. Solùm enim contriuit, neque tamen eos vllò damno affecit eorum, quæ exportabatur. Nam cum totum onus mercium in se recepissent gubernatores, & proram ad cælum crexissent, ijs, quæ solutæ erant, tabulis relictis prædonibus, ad Dei portum appulerunt.

Potius specialis spiritus sancti instinctu, post matrimonij per carnalē copulam consummatū, poruit sanctus religiosus ingressus di, vxore id concedente inuirta, & ex iure communi.

4. Reg. 19. Esa. 37.

Illi autem rursus excipientes: Et quonam modo, dixerunt, o frater, fuerunt sancti interempti? & quomodo, qui Deo seruebant citra reprehensionem, traditi sunt impijs & scelestis hominibus, & fuerunt dexteræ ludibrium barbaricæ: & cessauit virtus prouidentia in tali actu silens, neque insultum prohibere aggrediens, neque rursus impudentes ferire cecitate: aut etiam iniquas exiccans dexteras, quæ aduersus pios extollebantur, qualia beatis viris sepe facta esse narrant scripturæ? Babylonij enim, aiebant, qui aduersus Ezechiam aliquando iniuste bellum mouerunt, reuersi sunt re infecta: & nec potuerunt iniuriam facere ijs, quos populabantur, & præterea amiserunt multos ex suis copijs: vt qui omnes cum toto fuerint exercitu sopiti, exiguus autem viuorum numerus manè fuerint inuerti. erant enim interemptorum centum & octoginta quinque millia. Quomodo autem fuerint interempti, aut quis interemerit, non poterant omninò dicere: sed in vna nocte vnus angeli opera fuit tãta cedes facta per silentium, & iacebant omnes, existimabanturque potiùs dormire, quàm esse mortui: vt qui nec ictum haberent gladij, animæque eis simul totæ ablatae fuerant. verè mortui, & nullum habentes vestigium occisionis: & diu dubium fecerunt id, quod acciderat. Proximum enim pungebat vnusquisque à somno excitans: vocabat, & mutus manebat: scrutabatur corpus, & non erat saucium: in naribus querebat spiritum, & non inueniebatur in loco, in quo querebatur, donè sol manè illucescens, ostēdit quid accidisset, colore eorum, qui interempti fuerant, ostēdens signa mortis.

4. Reg. 6. Gen. 19.

Et rursus qui Eliseum inuasert Assyrij, & sanctum querebant ad cædem, & qui Lot obsidebant Sodomitæ, ab angelis in domo percussi sunt cecitate, in irrisionem & ludibrium dati ijs, quos querebant, quoniam eos omninò volebant afficere iniuria. Nam hi quidem, solutis membris, contrectando querebant ostium: illi autem nesciebant, quoniam tenderent, fortè propè habentes eum; qui querebatur: sed eis non permittebatur ad eum accedere. Atq; vnum quidem inermem tanta hostium capriua sequebatur multitudo, quæ fossis & præcipitijs facillè poterat deleri, si is qui ducebat, voluisset: quæ tunc demùm fuit salua, quādo visum recepit prophetae prouidentia, & potuit videre viam.

am, quæ eos ad sua ferebat. Neque verò hæc solùm, sed etiam cum propheta aliquando regem impium argueret iniquitatis, quoniam à ratione aliena ira motus, armauerat dexteram ad illius cædem, sic nutu Dei mansit dextera omninò sublata & planè immobilis, perindè ac si esset statua potiùs, quàm hominis: non aliam ob causam, nisi vt prophetae corpus maneret illesum. Quomodo ergò, qui nupèr morte fuere affecti, mortui sunt citra auxilium: & eorum, qui interemerunt, animus rem facillè confecit, cum nihil graue vlla ex parte occurrisset?

3. Reg. 13.

Ego autem rursus loqui aggrediens, Sed quid vobis opus est, inquam, rationes mouere prouidentia? Quis est autem idoneus ad comprehendendum arcana Dei iudicia, vt in tanta rerum difficultate ius ostendat Domini dispensationis? Imbecilla enim est humana ratiocinatio ad ea perscrutanda, & decedit superata, propterea quòd non pateat via comprehensioni: vt quæ non inueniat causam rationi consentaneam, quam accommodet ijs quæ fiunt. Multa enim sepe eiusmodi facta sunt: & finem acceperunt malorum insidia: cum interim iustitia silentiò præterierit vltionem eorum, quæ fuerunt perpetrata: quandoquidem omninò tempus iudicij expectat talium rerum inquisitionem. Quomodo enim Abelem, cui Deus dedit testimonium pietatis, inuidia motus interemit Cain, qui primus parentes affecit tristitia, cum nunquam vidissent mortuum, nec omninò mortis fecissent periculum? Quomodo ergò is absque supplicio præterierit, qui Deum sic ad iram prouocauit ob primam cædem perpetrata, & in noua creatione minuit genus, quod modò cœperat crescere: & neq; eius, vt fratris, est misertus, qui ortus & educationis ei fuerat socius, & in tanta terræ amplitudine conuersaturus, erat vnà cum parentibus, & eis ablaturus molestiam solitudinis? Quomodo autem Nabuthen lapidibus obrui inique se gerens iussit Iezabel, quòd ei non cessisset possessio vineæ? Quomodo autem vna Doeg rhomphaea ceciderunt sexcenti & triginta sex sacerdotes: aut rursus infinita iustorum multitudo de medio sublata fuit in Hierusalem, feris & volucris excedenda est exposita? Quorum etiam Psalmographus contextens lamentationes, Posuerunt, inquit, morticina seruorum tuorum escas volucris cæli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinè ipsorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. Quomodo autem prophetarum quoque sunt mortui & apostolorum chori violentis & iniquis manibus: scdi, occisi, lapidibus obruti: qui non solùm nihil morte dignum fecerant, sed multi quoque ex ijs beneficio affecerant eos, qui interemerunt? Mitto enim dicere de ætate infantium, qui mala non fuerant experti, quemadmodum alij quidem iussu Pharaonis in fluij aqua fuerunt suffocati, alij verò iussu Herodis gladio crudeliter perierunt: qui priùs quàm quæ erant vitæ iucunda gustassent, mortalis doloris fecere periculum, nè omninò lateret educatus is rex, quem suspicabatur.

Iudicia Dei temerè non sunt discutienda.

Gen. 4.

3. Reg. 21.

1. Reg. 22.

Psal. 78.

Exod. 1.

Matt. 2.

Et in his quidem omnibus quicuit Index, relinquens impunè ferri & citra vllum impedimentum parricidarum insolentiam. Diem enim iudicij posuit terminum remunerandi ea, quæ facta fuerint. Et idè interea est patiens, vt qui legum transgressionem & vitæ actæ rationem in illud tempus referret. Sed hæc quidem nec sunt præsentis temporis, nec meæ dicendi facultatis, vt dixi antea, & magno tempore & cognitione indigent, vt ea diuinæ iustitiæ, vt par est, exæquentur. Quæ autem vrgent, vt eloquar id quod mihi accidit, ea iam dicam: & fortasse leuiùs me habebò, dolore parùm remisso. Non fero enim memoriam illius, quod re ipsa vidi: vt qui nescio, quomodo illius rei fecerim periculum, cuius ne recordationem quidem possum facillè sustinere. prope modum autem ipsis quoque succenseo oculis, qui mihi causæ fuerunt figurarum, ad quas dum cogor adspicere, habeo dolorem perpetuò pungentem, & noctu quidem in somnijs, interdum autem vexantem cogitationibus. Neque enim me dormientem cura omninò remittit: neque sinit dormire absque sollicitudine: sed tunc quoque me quædam conturbat visio eorum, quæ facta sunt, & ostendunt simulacra recenter occisum & palpitantem: & veluti propter casum recentem rursus dolorem renouant. Necessè est ergò, cum consequentia hoc postulet orationis, narrare priùs vitam sanctorum, qui erant in illis locis, & exponere vitam barbarorum, qui inuasert: vt concinnè compactum, vt par est, sit corpus historiae, nullo prætermisso ex ijs, quæ debeant cognosci à studiosis.

Atque gens quidem, quæ dicta est, habitat solitudinem, quæ ab Arabia vsque ad Aegyptum

Homines  
feri & bar-  
bari.

gyptum rubro mari & Iordane hinc inde terminis distenditur, quæ non artem, non mercaturam, non agriculturam unquam exercet: sed solum habet gladium, quo sibi victum suppediter. Aut enim feras venantes solitudinis, viuunt vescentes carnibus: aut prædas agentes de ijs, qui incidunt in eas vias, quas insident, quæ sunt ad vsum necessaria, sibi quomodocunque comparant. Quando autem eis vtraque defuerint, & rerum necessariorum laborarint inopra, tunc iumentis (sunt autem ea cameli dromades) pro cibo vtuntur, beluinam & sanguinariam vitam omnino eligentes. Per cognationes enim aut per contubernia ipsi vnum occidentes, & modico ignis calore carni mollientes duritiem, vt solum cedant eorum dentibus, ita, vt semel dicam, aluntur instar canum. Deum non cognoscentes, nec qui intelligentia apprehenditur, nec qui fuerit fabricatus manibus: astrum autem adorantes matutinum, & orienti ei sacrificantes ea, quæ meliora indicant ex spolijs, quando ex incursione, quæ sit pro prædis agendis, ad eos peruenierit aliquid aptum ad occisionem. Pueros autem offerre, est eis magnum studium, qui præstant & specie, & vigore ætatis. In quibusdam autem cõgestis lapidibus eos manè sacrificant. Quod quidem, o amici, me valdè cõturbat & angit, nè fortè forma pueri habens aliquid, quod sceleratos moueret & alliceret ad impium cultum de more faciendum, ad id quod videbatur, visa fuerit utilis: & castæ corpus animæ ab impuris oblatum, sit hostia seuis & qui cede delectantur demonibus. Quamobrem qui hæc offerunt sacrificia, nulla solent moueri misericordia puerorum qui occiduntur, & si omnia faciant, etiam si rogantes lamententur vel Sirenum vocibus. Quod si quãdo eis ad sacrificium tale corpus defuerit, camelum colore album & minimè vitiosum, in genua inclinantes, ter circumueunt, iacentem cum tota populi multitudine in orbem obeuntes. Præit verò & circuitionem & canticum, quod ab eis in astrum factum est, aut ex regibus quispiam, aut ex sacerdotibus, qui sunt senectute venerabiles. Qui post tertiam circuitionem, cum nondum canticum finièrit populus, & extremam hymni partem adhuc in lingua habeat, stricto ense valdè percutit eundem, & primus magno studio gustat sanguinem: & sic reliqui cum gladijs accurrentes, alij quidem aliquam paruam pellis partem excidunt cum pilis: alij autem quodlibet rapientes, ex carnibus abscidunt: alij autem vsque ad viscera procedunt & intestina, nullam hostiæ partem relinquentes non confectam, quæ possit deinde videri à sole apparente. neque enim abstinent ab ossibus & medullis, perseuerantia vincentes fortitudinem, & tandem diuturnitate superantes repugnantiam. Atque hic quidem est barbarorum ritus vitæ & religionis: & sic viuentes in solitudine, loca locis commutant, illic castrametantes, vbi iumentis luxuriantia inueniunt pascua & aquam copiosam.

Crudis ole-  
ribus & bac-  
eis vescunt  
eremitæ.

Abstinent  
à pane & à  
carnibus.

Mira ere-  
mitarum ab-  
stinencia.

Qui autem vitam solitariam exercent & quietam, cum pauca quedã loca elegerint solitudinis, vbi possint necessitatem corporis vtunque recreare aquæ abundantia: alij quidem fixis tugurijs, alij verò absconsi in antris & speluncis, sic viuunt virtutem persequentes. Et pauci quidem norunt alimentum ex frumento, nempe quicunque sterilem solitudinem possunt cogere studio & diligentia, vt producat frumentum: qui paruo quodam ligone parum terræ, eiusque malæ, operantur, & quantum cogit vsus ad viuendum cum egestate. Multi autem vescuntur crudis oleribus & baccis, mensam minimè artificiosam & nullis cõdimentis instructam amplectentes, eorum qui obsonia condiunt, & panem conficiunt, curiositatem multum valere iubentes: nè si in curando corpore multum temporis ponerent, negligentes essent in eo, in quo oportet perseuerare: sed pura mente Deum colerent, nec carni crapa grauatam habentes cogitationem, neque ciborum varietate ventris voluptati blandientes. Ij enim non solum renuntiant, rursus quoque ad quantitatem, suam extendunt contentionem: rãtum sumentes ex rebus necessarijs, quantum sufficiat ad viuendum, & nè qui viuunt, viles morte interempti, priuètur mercede rerum bonarum & honestarum operationis. Propterca alij quidem cibum capiunt die Dominico, totos septem dies ieiuni permanentes. Alij verò tempus dimidiant, bis in hebdomada alimenti recordantes. Alij verò post vnam diem. Et hi quidem omnes per hoc studium abstinentiæ ostendunt se id diligere, quod nullius indiget, & propemodum se contendere cum vita angelorum. seruiunt tamen legibus naturæ, & flectuntur corporis necessitatibus, sed vix tandem, quãdo senserint suas vires defatigari magnis virtutis laboribus.

In

In his nummus Cæsaris nec ad auditionem quidem vsque est cognitus. Nam neque venditionem sciunt, nec emptionem. Vnusquisque enim vnicique gratis præbet id, quod est ei opus: gratis vicissim accipiens id, quod sibi deest. Olerum autem & baccarum fructus, & rarus panis, est inter se inuicem liberalitas, quæ ex eo, quod adest, ostendit signa charitatis, & animi munificentiam vel in his paruis donis abundè indicat. Sed nec inuidia, quæ bona opera maximè sequi est solita, illic vnquam locum habuit: nec eum, qui bonis minùs abundabat, eius qui magis resplendebat, excellentia incitauit ad inuidiam. Sicut nec hunc aduersus illum extulit arrogantia, ad gloriosam de se persuasionem seducens, vt res rectè ab eo gestæ, mag nos ei facerent spiritus. Qui enim virtute præstabat, non proprijs laboribus, sed Dei virtuti adscribens vniuersum, poterat se moderatè gerere: vt qui sibi persuaderet, non se esse rerum bonarum & honestarum per se opificem: sed esse instrumentum gratiæ, quæ in ipso operatur. Et qui rursus in his erat inferior, fortè propter imbecillitatem corporis, vel lubens seipsum demittebat, humilemque reddebat, animi socordia, non naturæ imbecillitati, defectum attribuens. Sic ergò alius alio, & omnes omnibus sunt moderatiores, non in magnifica de se persuasionem, & in ingentibus spiritibus, sed in copijs virtutis studentes excellere. Ideò enim fugientes terram, quæ habitatur, incolunt solitudinem, non hominibus, sed Deo ea, quæ à se rectè geruntur, volentes ostendere: à quo etiam eorum, quæ rectè gerunt, sperant remunerationem. Hominibus enim manifestas reddere, quæ ex Deo fiunt, actiones, simul promptum perdit animi studium & mercedem: illud quidem emolliens arrogantia, hanc verò minuens laudibus, quæ proficiuntur ab hominibus. Qui enim ob ea, quæ facit, quærit humanam gloriam, accepta quam quærebat mercede, ab ea quæ est, excidit, vt qui superatus sit ab humana gloria, & ideò vera priuatur.

Faciunt autem suas habitationes non sibi inuicem propinquas, sed satis procùl distantes: vt qui viginti & eo amplius stadia absint alius ab alio: non propter odium, (quomodo enim, qui sic inter se affecti sunt, vt dictum est?) sed in magna quiete & silentio volentes mores instituere ac formare ad id, quod Deo placet, & studentes cum Deo inuisam habere consuetudinem. Quod quidem vt in turba ac tumultu rectè fiat, aut est difficile, aut nec omnino quidem potest fieri. Diebus autem Dominicis ad vnam veniunt ecclesiam, & inter se conueniunt post vnam hebdomadam: nè rursus perfecta separatio dirumpat vinculum concordie, paulatim inducens obliuionem suorum inter se officiorum. Solet enim quæ est nimis intensa, solitudo mores efficere ingratos & agrestes, qui longa consuetudine dediscunt charitatis societate & communionem. Diuinis itaque communicant sacramentis, & se inuicem excipiunt conuiuio exercitationis eorum, quæ conuenit, eloquiorum, & se inuicem instruunt adhortationibus, quæ ad mores pertinent.

His enim maximè opus habet vita studiosa virtutis aduersus certamina, aduersariorum latentes artes publicans: nè ijs capiatur aliquis, qui ignorat erroris insidias. Quibus enim non ad sunt rerum materiæ & imagines, ijs ociosum quidem est peccatum ad operationem. Quibus autem bellum in mente consistit, hinc mors est vt plurimum facilis & incerta ijs, qui cernunt quæ sunt intrinsecus: vt quæ constat in assensione voluntatis, quæ caret testibus: & ideò imperitos, & qui adductam nunc primum agrediuntur, pulchrè instituunt qui ad certamen rectè sunt instituti, per abstinentiam quidem fortiter consulunt resistere vitio gulæ. Nam qui ciborum se dedit voluptati, facile prosternitur ab eo, quod est sub ventre, vitio, eò quòd à minore vincatur, maiorem casum pollicens. Et hæc quidem, vt diximus, suadent ijs, qui sunt adhuc recentiores, ij, qui iam sunt prouecti, & longo tempore & exercitatione consecuti sunt satis magnam earum rerum experientiam. Sibi autem & inter se inuicem prohibent perfectiores vanam simul gloriam & superbiam, iubentes eas cauere non secùs ac petras quæ latent in mari prope portum: vt quæ post multum laborem navigationis, ferunt ad extremum & graue periculum eos, qui in maximis vitiorum fluctibus, & tempestate immundarum cogitationum, nauem nequaquam fregerunt. Multi enim, qui nequaquam fracti fuerant insultibus tentationum, sed totum cursum illæsi confecerunt, cum sæpè post victoriam confidissent habitui eorum, quæ rectè gesserant, aut in eos, qui se videbantur negligentius gerere, se erexissent, ceciderunt casu valdè lachrymabili.

Nota in  
virtute  
gnè & hu-  
militatè &  
modestia.

Viuent so-  
litarij.

Dominicis  
diebus cõ-  
ueniunt.

\*Iustam, le-  
gèdum vi-  
detur.  
Gula cauenda.

Item vana  
gloria.



mabili. Nam priuat quidem fortasè vana gloria ijs mercedibus, quæ dantur propter laborem, & facit operationem ijs, qui laborant, inutilem. Est autem cum damno arrogantia ac superbia, & nouit magnum conciliare periculum, vt quæ Deum inficietur esse honestarum rerum cooperatorem, & rerum rectè gestarum sibi adscribat potestatem. Atque de illis quidem sic dicit Propheta: **Qui congregat mercedes, congregat in dolium perforatum: vt quæ nondùm iniiciantur, & iam effluant: quæ non diù maneat in dolio, sed mox è dolio prætercurrant.** Talis est enim vana gloria, habet interitum, qui cum lucro concurrat: vt quæ in ipso opere delectat id, quod ex eo redit. Dicit autem de alijs is, qui scripsit Prouerbia: Dominus, inquit, superbis resistit, infensum hostem exhibens eum, qui fuit contemptus ijs, qui contempserunt. Et idè animo cogitantes ciues illius solitudinis, Mosè, inquam, & Eliam, magno studio contendunt exercere illos à fastu & arrogantia alienationem: æquum esse arbitantes, vt quorum incolunt regionem, eorum quoquè imitentur virtutem. Neque enim Mosè extulit ad arrogantiam magnitudo imperij: neque enim Eliam tumefecit miraculum sacrificij. Manserunt autem semper seruantes eundem statum in omni tempore, & non cum rerum mutationibus suos vnà mutantes spiritus. Mosès quidem Aegyptiorum fugiens insidias, dum pasceret oues Iethro, fuit spectator admirabilis illius visionis: vt qui tunc didicerit rubi fruticem esse edaci igne potentior, & in media flamma viride germen florere viderit. In hoc monte legislator, tunc quidem solius Iudaicæ, nunc autem omnium gentium constituitur, cum per naturæ cognitionem in totum genus gratia peruaserit. Fulserunt enim super candelabrum positæ vitæ degendæ leges, etiam si fuerunt aliquando absconæ sub modio dictionis, antequàm aperirentur. Porrò autem inclutus quoquè Elias huc venit fugiens Iezabel: & cum in hac terra dormisset, experrectus inuenit panem sub cineribus & vas aquæ. Hanc ille habitauit speluncam, ouilla veste corpus indutus, antiquo suorum Maiorum indumento: & sic vidit Deum in aura tenui, & vocem audiuit decernentem ea, quæ visa fuerant. Est autem hoc postremum & primum indicium virorum fortitudinis. Illam per totam vitam habitât solitudinem, quam Istraëlita cum solùm transissent, murmurârunt, cum parato è cælo diuino ablerentur nutrimento, & de mensa conquerentes illi, quadraginta dies non tulerunt absentiam eius, qui illis præerat. Neque verò statuerunt ita, vt oportet, liberum suum administrare arbitrium: sed statim defecerunt, ad impietatem libertate abutentes. **Ij toto tempore philosophantur in solitudine, egentes rebus necessarijs: & sunt sibi magistri pietatis. Sed quid opus est plura dicere?**

Ijs sic affectis, & sic Deum colentibus, repente insperata veluti procella, eis alicundè phalanx ingruit barbarica, & summo manè cum paulò antè desissent hymnos canere, pios inuaserunt impij. Ego autem tunc quoquè illic aderam cum filio. à sancto enim monte descenderam, visitaturus sanctos, qui erant in rubo, quod iam diù antè facere consueueram: & statim instâr canum rabidorum irruentes, inconditis vocibus & nihil significantibus aërem repleuerunt, & rapuerunt quæcunq; hyeme sanctis parata erant ad cibum. Frigunt enim illi ex fructibus, quicunque sunt vtilis, & possunt omnino permanere: & eis cõsolantur naturæ necessitatem. Cum ergò nos ipsos eos fecissent afferre, educunt omnes ex ecclesia: & cum exiissent centonibus, nudos ad occidendum perferiem ordinant eos, qui ætate præstabant. Deindè verò circumstantes, stringunt enses: & cum oculos ira replerent, & ardentem ad spectum obliquè quodammodò circumagerent, & sancti loci Sacerdoti iussissent primùm collum porrigere, inferunt, non ambo (Duo enim erant circa eum) sed alius post alium, vtrinquè enses in eius tergum infligentes, cum is neque præ dolore eiulasset, neque vultum auertisset, & nec vel paruam doloris ostendisset vestigium: sed se tantùm signasset, & oris susurro dixisset, **Benedictus Dominus.** Atque peruasit quidem vnus ictus à dorso vsque ad maxillam, cum per aurem transisset: alter verò ab humero peruenit ad mamillam. Et sic vir diuinus sensum conuersus, honestè ac decorè cecidit, nihil nec interfectionis, nec nuditatis, quod turpe esset, ostendens. In eius autem corpore florebat quædam gratia, & nuditatis tegebat deformitatem. Hoc autem vesperè & rebus & verbis propemodùm prædixerat vir ille admirabilis, eos, qui in cena aderant, benigniùs quàm consuisset alloquens, & dicens: **Quid enim scimus, an rursus ante mortem nos simul congregatura sit mensa & conuiuium?** Deindè post illum capiunt & interimunt eum, qui vnà cum sene habitabat: qui ipse

ipse quoquè erat & senex tempore, & satis afflictus laboribus exercitationis: & rursus puerum, qui eis ministrabat. Hic autem fuit modus interfectionis:

Iubeat vnus ex barbaris colligere aliquem ex ijs, qui erant effusi, fructibus. Ille autem vt placebat ei qui iusserat, diligenter terræ assidens, sinum relaxabat, manibus atrahens ea, quæ erant apposita: vt ei qui iusserat, videretur aptus ad ministerium, & idè vita ei concederetur. Sed nihil profuit: neque sic barbaricam emolliit impudentiam. **Non flebitur barbarica crudelitas.** Alius enim, qui ponè stabat, ensẽ è vagina clam strinxit. Ille verò siue cum trahi sensisset, siue etiam eadem habuisset, alioqui suspectam, tanquàm perterritus vultum parumpèr circumagit. **Qui autem adstabat, eum terruit & clamore barbarico, & contortis oculis.** Et sic quidem cum is rectum ensẽ in iugulum defixisset, magnis viribus eum ab hepate adegit ad thoracem. Ille verò, priusquam is reuelleretur, iacebat mortuus, vt qui vel timore perijisset, aut propter certitudinem & opportunitatem vulneris non peruenisset ad mortis cognitionem: quæ à vasis corporis citò exemit animam, & eam repente liberauit à vinculis, à quibus vix recedit, vt quæ sit colligata violentis nexibus creatoris. Reliquos autem nos, nescio quanam re impulsus, abigunt, gestu manûs fugere permittentes. In ea autem cruentos adhuc enses gestabant. Et alij quidem currebant per conualles, festinantes ad montem peruenire. Eis enim ad illum nõ patebat aditus, propterea quòd Deus super ipsum steterat, & populo aliquando respondisset.

Ego autem ore aperto planè hæseram obstupescens, vt quem retineret inopia consilij, & ab adolescentis victus essem visceribus, & nec omnino poteram recedere, nec volebam omnino conseruari: vt qui constrictus essem firmo naturæ vinculo, donè puer annuens oculis, & vt recederem, hec mihi significans, vix persuasit vt abirem. Et pedes quidem anteriùs processerunt, & eos nescio quomodò sequebatur corpus, quòd ferebatur: cor autem nolebat recedere, vultum ad puerum assidè conuertens, & iactum oculorum ad se minimè valens congregare, qui non ad iter ingrediendum erat attentus, sed ad tergum conuertebatur miserabiliter. Perrexi itaque ego quoquè ad montem, sequens eos qui præcedebant: & è specula contemplabar infelicem puerum, qui abducebatur, qui ipse quoquè non liberè circumspectabat, sed clandestina ad me conuersione furtim fallebat eos, qui abducebant. Tale enim est naturæ vinculum. **Non soluitur separatione corporum, sed intenditur vehementiùs, cum hoc quoquè in brutis animantibus similiter fieri cernere liceat.** Et vacca quidem, quæ abducitur, miserabiliter mugit & frequenter, assidè cõuersa ad vitulum, qui est abstractus, & habitu oculorum indicans doloris magnitudinem. **Quinetiam equus quoquè priuatus eo, qui vnà pascebatur: quoniam caret sermone, hinnitu dolorem significat, amicum frequenter reuocans.**

Ego autè cum nescio quomodò peruenissem ad montis cacumen, etsi non haberem mentè, quæ vnà cum corpore ambularet, volens videre filium veluti è specula, non poteram amplius aspiciere, vt qui propter longum interuallum absconsus esset à meis oculis. Restabat itaque mihi deinceps perplexus & anceps animus: & à me ad Deum verba fiebant, & filium desente captiuum, & sanctos interemptos vehementer deplorante: **O beati, dicebam, & ter beati, vbi tandem nunc sunt labores vestræ abstinentiæ? Vbi sunt perpeffiones tolerantiæ? Multorum ne vtiquè certaminum coronam accepistis? Hæc ne sunt vobis reposita præmia longæ decertationis? Num iustitiæ est vanus cursus? Num temerè suscipitur pro virtute perpeffio? Quòd vos interficiendos absque auxilio reliquit prouidentia: nec iustitia restitit interimentibus, sed vires habuit manus iniqua aduersus sancta corpora, & gloriatur vitium se aduersus pietatem victoria esse potitum, omnino fremens & gestiens tanquàm aduersus superatam veritatem. Quomodò veterem flammam non nunc quoquè accendit rubus? Quomodò non sceleratos exussit incendio? Quomodò autem non eos dehiscens terra accepit, vt cum alijs simul cum tabernaculis & cognationibus totam Core deuorauit synagogam? Quomodo autem Sinæi montis siluerunt prodigiosi terrores, tonitruum sonitu, & tristitia caliginis, & innumerabilibus fulgurum coruscationibus impios non terrefacientes? Sed ociosa fuit vltix potentia, nec eos, qui iniuriam faciebant, fulminibus & procellis reatè puniens: neque eos valida manu liberans, quibus fiebat iniuria: vt cum ipsi postremo docti experientia vim animaduertissent miraculorum, cognoscerent robur admirabile virtutis inexpugnabilis. Sed in ipso rubo & in monte, in quo fuit lata lex, ceciderunt**

derunt pij absque vilo auxilio, perindè ac hostiæ expertes rationis.

**Exod. 14.** Vbinàm tandem fuit potentia, quæ in mari submersit Aegyptios, & profundum eis  
**Iosu. 10.** effecit sepulcrum? Vbi autem, quæ grandinis percussit lapidibus alienigenas, qui bel-  
**Iudic. 7.** lum gerebant aduersus Israëlitas, & sine sanguine & labore victoriam dedit suo popu-  
 lo? & quæ rursus aliquando eis terrorem incussit, cum aggredere turram sanctam,  
 & eos inter se conuertit ad pugnam, nescientes, vt qui versarentur in tenebris, se alte-  
 rum alterum occidere, & non posse suos qui interficiebantur, agnoscere? Vbinàm tan-  
**Dan. 3.** dem suum occultauit auxilium, non proregens eos, quibus parabantur insidiæ? sed fa-  
 uorum quidem leonum iram aduersus eos, qui ipsi obiecti fuerant, & ignis in expugna-  
 bilem refrenauit potentiam, efficiens vt eos reuererentur, & ostendens eos esse picta-  
 re claros: horum autem quomodo dubiam fecit virtutem, eos relinquens omni defe-  
 ctos auxilio, & efficiens vt omninò existimarentur indigni auxilio? Sed hæc quidem di-  
 cere nos fortassè persuasit animi aegritudo & dolor, & ab eo, quod erat decens, nos ex-  
 turbauit. Danda est autem venia dolori, qui persuadet ei, cui aegre est, multa loqui pra-  
 ter animi sententiam, victo fortassè à rerum aduersarum magnitudine. Nam iustos quo-  
 què sapè diuinum reliquit auxilium, eos tradens Tyrannis varijs tormentis crucian-  
 dos, & impia morte afficiendos: vt eorum, qui decertabant, virtutis ostenderetur specta-  
 ta probitas, & eorum fides tanquam fax resplenderet, de fiducia nihil remittens vsque  
 ad mortem, sed totam esse vanam Tyrannorum insaniam patiendò arguens. Nam ij  
 quoquè, qui nunc remanserunt sancti, à solitudine minimè volunt recedere, ei, quæ pro-  
 miscuè & indifferenter in vrbibus agitur, vitæ mortem præferentes. Quod ipsum quo-  
 què visum est ijs, qui sunt interempti, vt potius morerentur, quam sustinerent vitium,  
 quod versatur in ea parte orbis, quæ habitatur. Sciebant enim mortem animæ, esse  
**Mors ani- mg. peccati** morte corporis grauiorem: & eam, quæ est in peccato, apertè esse magis periculosam  
 ea, quæ affertur gladio: quoniam hæc quidem habet paruum, & qui est ad tempus tan-  
 tum, dolorem: illa verò longum supplicium, & quod nunquam desinit. Et ego qui-  
 dem hæc dixi.

Barbari autem cum multos alios interemissent, & depopulati essent in solitudine, sa-  
 tis magnam viam confecerunt: & cum die iam inclinato præbuisset nobis nox dece-  
 rō potestatem ambulandi sine metu, de monte descendentes, conuersi sumus ad sepeli-  
 enda corpora. Et alios quidem inuenimus diu antè mortuos: sanctum autem Theodu-  
 lum adhuc spirantem, & qui possit vtcunque loqui. Ei itaque assidentes, & quæ accide-  
 rant descentes, pernoctauimus: rogante nos sene, nè hæc nobis viderentur aliena. Sata-  
**Iob 1.** næ enim esse morem, eos qui tententur, à Deo expetere. Quam multos Iob filios inter-  
 emit, alios quidem igne, alios verò ense, alios autem euersa domo perdens? Sed nè vos,  
 inquit, ea quæ sunt, conturbent. Scit enim agonothea, quo iudicio tradat athletas ad-  
 uersario: vt qui præclara præmia & brauia proposuerit ijs, qui plagas æquo animo acci-  
 piunt, ea que talia, qualia ostendit magnus Iob, qui omnia accepit duplicia, quæ iam vi-  
**Iob 42. 1. Cor. 2.** sa fuerant perijisse, vel potius longè maiora, & quæ citra vllam excedunt comparatio-  
 nem. Quæ enim oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit,  
 ea Deus parauit ijs, qui pro ipso decertarunt, & pietatis præmij suam vitam glorio-  
 sè coronarunt. Sic enim Deum decebat munificum superare labores remunerationi-  
 bus, & coronis superare certamina, & illa præbere athletis, quæ neque sperabantur, ne-  
 que expectabantur ab ijs, qui ea quæ dantur accipiunt, vt & reddat mercedem quæ de-  
**Nota q. vi- ta æterna, q. retribuitur fidelibus, est merces & gratia.** betur, & gratiam efficiat remunerationem, propter insignem honorem. Hæc dixit, &  
 præsentem salutauit osculo, quando loqui & linguam mouere ei virtus præbuit. Mortu-  
 um autem nos multis lachrymis prosecuti, terræ cum alijs manda uimus: & cum tenebræ  
 adhuc incertum ad vos facerent aditum, huc venire potuimus.

Ex ijs autem, qui fuerunt interempti, duo quidem vocabantur Paulus & Iohannes:  
 Presbyter autem, Theodulus. Mortui autem sunt consummati septimo die post Theo-  
 phania, qui est quartusdecimus mēsis Ianuarij. Omninò enim viris pij ac religiosi ipsa  
 quoquè temporis & nominum cognitio digna est magno studio, qui memoriæ sancto-  
 rum volunt esse participes. Interempti verò sunt quoquè alij multis antè temporibus,  
 quorum ipsorum quoquè commemorationem, propter vitæ longitudinem, & eorum  
 qui congregantur multitudinem, eodem die peragunt.

**Vnus effu.** Nobis hæc adhuc loquentibus, nūciatur quidam saluus euasisse à castris: & paulò post  
 ad

ad nos accedit, timoris vestigijs nondum ex oculis depositis: nec animi perturbationem  
 adhuc valens reprimere: & magno adhuc cursu & animi angore anhelans & conturba-  
 tus, perindè ac si propè essent, & futurum esset vt assequerentur ij, qui persequebantur.  
 Deindè rogatus, quomodo effugisset: Me, aiebat, & tuum filium in cœna loquētes de-  
 nunciabant fore, vt diluculò astro sacrificarent. aramque excitârunt, & ligna apposue-  
 runt, ignorantibus nobis, cur hæc fierent. Mihi autè hæc dixit clanculùm vnus ex con-  
 captiuis, qui eorum vocem intelligebat. Ego autem illi significavi consilium barbaro-  
 rum, & quòd nisi nobis fuga salutem pepererimus, non nobis viuis manè sol illuc efce-  
 ret. Ille autem veritus nè comprehenderetur, remansit, dicens: Quod Deo visum fuerit,  
 vbi cunque sit, non effugiet aliquis, etiam si lateat in adytis. Ego autem in tenebris cum  
 vidissem omnes somno grauatos, (torpescerat enim eos nimia ebrietas) humi pronus  
 primùm serpens, nè, si quis vigilaret, me recta corporis vmbra proderet: deindè à castris  
 parùm remotus, cursu ad hunc scopum contendij, timoris pennis portatus velociter,  
 quæ apud illos statuta erat cædem vel me ratus fuga euasurum, vel si etiã comprehen-  
 derer, constituta morte me nihil grauius passurum esse ratiocinatus, & alioqui certo  
 malo præferens spem incertam. Quod enim, si manerem, non licebat omninò effugere  
 periculum, verisimile erat posse me euadere, si pedum auxilio meam salutem credidis-  
 sem. Accepi enim, multos scèpè à pedibus plus esse auxilij consecutos, quàm à plurimis  
 defensoribus. Eccè ergò me mea non fefellit opinio, sed eis quibus post Deum credidi,  
 sum seruatus, & adsum apud vos, vt videtis, nullo malo affectus.

Meis autem oculis adhuc insidet metus crudelitatis barbarorum, & eorū facta sce-  
 lerata me in stuporem adducunt, & impleor horrore, propter ea quæ ab eis facta sunt.  
 Cum dominum enim meum, vnà cum Prætorē munus obcūtem reipublicæ, & ad vos  
 reuertētem offendissent in solitudine, ad se abduxerunt cum omnibus eorum faculta-  
 tibus: & alium quidem, qui resisterat, cum famulis membratim discerpunt: meum au-  
 tem vnà cum filio (erat autem is valdè iuuenis) sequentem abduxerunt. Sole autem iam  
 appropinquante horizonti occasus, figunt tabernacula, vbi eos vespera apprehende-  
 rat: & cum ex nostris spolijs magnum fecissent conuiuium, eum & filium adhibēt con-  
 uuiam, iubentes eum bono esse animo & nihil extimescere. Saluus, enim, aiebat, & il-  
 le sūs domum reuertēris cum filio, cum sufficiant alij, vt sint duarum animarum preci-  
 um redemptionis: & videbatur paulò post impleturi promissum, permittendo vt ad sua  
 rediret: aquam autem portari, & ad viaticum panes afferri iubebāt, ad hoc vt commen-  
 tum videretur probabile: vt spes vitæ ex viatico apud eos fraudem haberet fide dignam,  
 dolusque barbaricus & scena, videretur esse vera cura, quæ eorum gereretur. Duos au-  
 tem ephēbos iuuenes, procurantes scilicet, vt eis esset iter securum, vnà emittunt, qui  
 eos deducerent. Quibus iusserunt clanculùm, vt cum essent aliquantulùm remori à ca-  
 stris, eos conciderent. Cum eos ergò circumstitissent, qui eo modo, quo dictum est, de-  
 ducebant, illic ij, qui esse videbatur seruatores, & si alij inuasissent, eorum, vt par erat,  
 propugnatores, ij ipsi sunt præter spem occisores: & mactant quidem filium ante pa-  
 trem, vt videndo mortem sui filij, & suæ mortis faciendo periculum, ei dolorem condu-  
 plicarent. Protinùs autem illum quoquè multis interimunt vulneribus, eorum infide-  
 litatem & insidias magna voce desilentem. Audiui enim alterum quidem flentem mise-  
 rabiliter, alterum verò valdè clamantem, & ad vnumquenque icūm grauitè eiulan-  
 tem, & veluti laboribus concedentem, vt plagas dimitterentur. Atque ipse quidem bo-  
 nis promissis sic deceptus, miserabilem passus est interitum. Oportebat enim ipsum ex  
 aliorum malis sua diuinare, quòd scilicet mors quidem minimè vitari posset, esset autem  
 potius toleranter ferenda cum expectaretur. Malum enim quod venit præter expecta-  
 tionem, omninò perturbat cum aduenerit. Quod autem est expectatum, cum ad id ex-  
 pectatum parata inuenerit rationem, existimatur leuius, vt quod iam sit meditatam,  
 & effecerit, vt eius aduentus nequaquam sit nouus & alienus.

Vespere enim in cœna, in qua eum præbibendo inuiritabant poculis & benignis ver-  
 bis, volentes ludere ludum sibi consuetum & gratum, (erat autem id, quod ad delectati-  
 onem agebatur, hominis cædes) mittit ad eum calicem, vt \* bibat vni ex suis filijs, cum  
 alterum paulò antè mactassent. Ille autem vix quidem accepit inuitus, vt cuius appeti-  
 tus esset metu mortuus ante corpus. Accepit tamen metus. Bibens enim, significabat  
 se necessitate adductum id facere, vt qui violētis ostenderet sonis, id à se fieri præter ani-  
 mi

mi sententiam. Non enim quietè fauces permeabat potus, sed in genis quodammodo restagnans, ad mentum veluti ad vallem aliquam asperam, cum maximo sonitu deuotionis vix peruasit thoracem. Cùm sic ergò tandem per vim potum accepisset, mitunt, qui eum interficeret. Erat autem is iuuenis. Nam eis quoque cedes committunt, ab ineunte ætate prouocantes eos ad crudelitatem. Ille autem ob ebrietatem bacchico furore percitus, ad tam inhumanum opus magno cõtendit studio, quam ex actione capiebat voluptatem, risu indicans: & ad iacentem accedens, primùm quidem eum ferit in colli vertebris, & cùm propter ossium duritiem parùm scidisset, protinùs illinc quidem tollit ensẽ: per iacentis autem latus eum transfodit. Deindè cùm rursus in prima vertebræ sectione certius & opportuniùs percussisset, reuertitur exiliẽs, manu ensẽ in aere quatens. Puer verò præ dolore diù quidem palpitauit & subsultauit, & euilans volutatus est in sanguine. Tandem autem cùm in spiram conuolutus, caput inclinasset ad ventrem, & pedes ad eum contraxisset, vt qui vellet erigi, illa conuersione ad prunas appositæ se deuoluit. Cùm verò maiorem, vt est consentaneum, ex igne sensisset dolorem, rursus quidem pedibus & manibus necessariò instar piscis subsiliebat, assiduè erigens partem quæ torrebatur. Cùm verò non posset ampliùs sibi ipsi opem ferre, vt potè quòd vnà cum sanguine excretæ essent vires, rogo liquefactus interiit, duobus simul affectus supplicij, nempe ensis & ignis.

Die autem sequenti postquam hoc fecissent, ambulantes in solitudine, non recta via, sed aberrante, locaque aspera & difficilia, modò hinc, modò illic obeuntes, altosq; & arduos montes circumeuntes, & per non tritas & confragosas & propemodùm inuias valles pedibus ingredientiẽs, lögoremotum spatium vident locum paulatim herbescentem: & cùm ex viriditate cõiectassent esse locum aptum ad diuersandum, aut etiam existimassent illic aliquos habitare monachos, scopum suum eò conuertunt, tanquam à mari ad portum iter iumentis dirigentes. Cùm autem venissent, vident locum, qui nihil erat deterior quàm putarant, nec falsa visione eorum spem fefellerat. Nam & erat aqua in eo copiosa: & antequàm gustaretur, sua visum delectabat puritate. Ori autem allata, paruam arguebat esse visus delectationem, si conferretur cum voluptate gustus: eratq; fœnum aptum ad pascendum animalibus. Cùm ergò camelos exonerassent, illos quidem liberè dimittunt ad pascendum: ipsi autem statim currunt ad aquam, eam bibentes, se adspergentes, lauantes, & nescientes, vt semel dicam, quomodò vterentur illa liberali & profusa aquæ abundantia.

Dum autem ad eam choros ducerent, & fontem laudibus celebrarent, vident in latere montis quoddam paruam domunculæ vestigium, omnesque vno spiritu eò currunt, cursu aliis alium superare contendentem. & cùm appropinquassent, circumfusi sunt speluncæ. Ea autem erat in ostio paucis extructa lapidibus, nè, si esset nimis magnus hiatus, feris faciliẽ præberet ingressum. Deindè cùm intrò accurrissent pauci & singuli, (non capiebat enim multos) virum educunt specie & habitu venerandum: eumq; ducebant trahentes, nihil omninò conturbatum, & qui neque expalluerit, neque illiberale aut triste aliquid ostenderit aut locutus sit. & cùm eum supra quandam petram posuissent, lapidibus (non enim habebant enses) interficiunt scelerati, videntes & sua voce pæana decantantes. Deindè rursus parùm progressi, alterum comprehendunt adolescentem, pallidum, macilentum, & qui ad spectu aperta præ se ferebat vestigia abstinentiæ: & ipsum similiter lapidibus interficiunt, multas voces emittentem, quibus agebat gratias, & fatentem se eis debere, quòd qui virtutem sequebatur, è vita educisset. Dicebat enim se non parùm timere finis incertitudinem, nè mentis fortis lapsus, aut quædam externa necessitas liberæ animi voluntatis mutaret constantiam: vt quæ vel esset persuasa aut coacta alia sentire, quàm quæ apud Deum sunt certa & extra controuersiam.

Non multùm illinc processerant: & ecce apparet locus quidam herbidus, & multis comatus arboribus: & rursus quàm maxima potuerunt barbari celeritate ad ipsum currerunt. Cùm autem appropinquassent, in paruam quandam incidunt domunculam, in qua exercebatur adolescens, cuius magnus & excelsus animus, existimatus est vel ab ipsis barbaris dignus admiratione. Neque enim his ostendere latentia quædam monasteria, & ea ratione mortem effugere, sustinuit. Hoc enim ei polliciti erant barbari. Sed neque in hoc, vt exiret è domo, neque vt omninò tunicam exueret, obediuit: indica-

Iuuenes ex-  
ercentur ad  
cedes faci-  
endas.

Crudelissi-  
ma pueri  
cedes.

Cædes ve-  
nerandi  
eremitæ.

Item alte-  
rius.

Adolescen-  
tis eremitæ  
in signis cõ-  
stantia.

indicare quidem eos, qui poterant latere, dicens prodicionem: omninò autem obedire, quicquid per vim cogeretur, pusilli & abiecti dicebat esse animi. Ijs enim qui exercentur, dicit oportere adesse magnum & excelsum animum, & non fas esse cedere aut metui, aut minis, etiam si id videatur magnum habere periculum. Consuetudo enim fit via ad maiora: & timiditas, quæ semel didicit dominari, iubet etiam magna bona contemnere, atque ad eò ipsam etiam pietatem postremò prodere, quãdo metus malorum, timiditate confectum animum inuenerit.

Si enim nunc, inquit, faciliẽ prodidero liberum mei animi arbitrium, timens nè breui moriar: quomodò si proponantur supplicia, & minæ intententur tormentorum, ad impietatem non faciliẽ transfugiam, cùm doloris vacuitatem assueverim vtili præponere? Quo circa cùm vobis planè denegetur ea, quæ speratis, consequi, nè cunctemini ea, quæ vultis, facere. Neque enim loca, in quibus viri pij habitant, etsi sciam, indicabo: sed nec extra ostium vobis iubentibus egrèdiar, neque vestem exuam, vt me quis adhuc sentientem, & mei liberi arbitrij compotem, cernat nudum, & contueatur corpus, quod in hodiernum vsque diem meis non est conspectum oculis. Post mortem autem in me non sentientem faciat deinceps vnusquisque, quod velit. Eorum enim qui faciunt, crudeliratis, sed non eius qui patitur, animi est ea reprehensio. Intus enim moriar indutus, vt constitui, neque faciam quidquam præter sententiam, me ipsum prodeus vt mancipium: & in hac cauea, in qua decertauit, potiùs interficiar. & erit mihi sepulcrum hæc domuncula, quæ priùs virtutis sudores, & strenuitatis ac probitatis nunc accepit sanguinem. Sic eum liberè loquentem cùm non tulissent scelerati, sed aduersus generosum eius animum essent acerrimè commoti, tot eum plagis interficiunt, quot potuit eius corpus capere. Vnusquisque enim volens suam iram in eum re ipsa ostendere, non existimabat priorum enses sufficere ad vindictam, nisi cùm ipse quoque suum gladium sua manu tinisset, sic indignationem suam posset consolari. Cùm plures itaque mortuum quàm viuum illum magni & excelsi animi virum iam sauciassent, ita recesserunt, animis agrè ferentes, quòd non ad maius supplicium eis sufficisset corpusculum.

Post eum autem tres nobis occurrunt, ingredientiẽs per solitudinem, qui adhuc feruentem eorum iram paululùm sedarunt: vt qui eorum in illum furoris defectus supplerint. Quomodò enim agrestes feræ, aut canes venatici, si offensa solum fuerit præda, & euaserit, ad maiorem prouocantur insaniam, quòd eam non fuerint consecuti, & quod rursus inciderit, maiori studio persequantur, secunda cautione priori medentes ludibrio: ita ad eos, qui apparuerant, currentes, cedem spirantes scelerati, cùm enses strinxissent priùsquam appropinquarent, cum tanta in ipsos processerunt crudelitate, cum quanta si ipsum accepissent, qui eos iritauerat. Cùm autem nondùm enses in vaginas misissent, sed nudos manu tenerent, calidoque & exhalanti sanguine inquinatos, in eo loco, in quo anabulabãt, vident posita duo monasteria, non ex aduersò quidem itineris, sed ex obliquo ad alteram manum. Erat autem, quod inter se inuicem quidem intercedebat, spatium, triginta stadia: inter eum verò locum, in quo eramus, quindecim. vnumquodq; tanquam à centro ad circuli lineas, quæ sunt in circumferentia, pari mensura distantia. Diuisi itaque processerunt, dimidia pars ad vtrumque eorum, tota præda, quam collegerant, in regione relicta cum iumentis. Et eos quidem, qui erant ad austrum, quomodò interfecerint, aut quosnam, nequaquam cognoui. Exijs autem, qui erant ad clima boreale, postquam iam propè accessissent illum, qui ex multo cursu tela in pharetris sonantia fenserat, & fugere cœperat, ipsi arcus intendentes multis iaculis transfixerunt. Deindè cùm ipsum, qui pronus ceciderat, comprehendissent, non sinunt eum mori cum ijs solis, quæ priùs acceperat, vulneribus: cùm tot haberet plagas, quæ ad id sufficerent: sed cùm adhuc spirantem & animam agentem supinum conuertissent, statim dissecat à pube ad thoracem: respirantia autem per dissectionem viscera, & lateribus circumfusa, contis vtrinque conturbabant, donè ea quoque dilacerauerint priùsquam recederent.

Post hæc autem ego quidem aufugi, vt priùs dixi: filio autem tuo quidnam factum sit, nescio. Nam eum quidem viuum reliqui, sed qui de vita nequaquam bonam spem conceperat propter mortem, de qua susurratum fuerat. Cùm hæc ego audiuissem, & nocturnam haberem visionem in auribus resonantem, (In somnis enim legebam epistolam,

Item pudis-  
citra ad mis-  
rabilis.

Cedes atros-  
cillima.

Aliorũ triũ  
trucidatio.

Itẽ alterius  
cuiusdam.

lam, quæ ab aliquo ex familiaribus nupèr mihi data fuerat. Quæ quidem priusquam explicaretur, ita habebat in plicatura: Domino meo post Deum & patri, beatus Theodulus quonam modo oportebat meam tunc affectam esse animam, ô fratres, si modò adhuc habebam animam? Cor mihi desiderabatur, viscera diuullebantur, vires dissoluebantur: sudor, vt semel dicam, distillabat totis membris, cum audiuissem nuncium somnio conuenire, qui mihi non amplius faciebat dubiam aut ancipitem mortis suspicionem: sed potius confirmatam duobus testimonijs, somnio, inquam, & significationibus eius, qui fuerat conseruatus. Quid deinde sequitur? Cùm ipsa vox iam mihi esset extincta, neque flebam, neque poteram lamentari, sed ad eum solum fixis adspiciebam oculis, donèc quædam mulier ex ijs, qui illic erant, cuius etiam filius ab eis fuerat interfectus, (Is autem erat, quem quæ præcessit oratio, significauit fuisse insignem, propter magnum excelsumque animum) me recreauit, & vt me à vehementi dolore colligerem, effecit. Postquam enim illa intellexit interfectum esse filium, & aduersus eos, qui interemerant, strenuè decertasse, actione ipsa quoque in eum suam ostendit cognationem, vt quæ vera ac germana illius mater apparuerit: & cùm se splendida veste protinus induisset, & ad lætitiā totum mutasset habitum, manus in cælum extendit, & ad Deum Seruatorem tales voces emisit:

Exempli admirandè in sumina constantiæ.

Tibi Domine commendavi filium, & est mihi saluus nunc & vsque in secula. Tibi credidi adolescentem, & mihi fuit custoditus verè saluus & inuulneratus. Non enim quòd sit mortuus, neque quomodò vitā sinerit reputo: sed considero, quòd omnis peccati effugit periculum. Non quòd corpus sit sauciatum, & mortem acerbam sustinuit: sed quòd puram animam & nulli reprehensionī affinem illinc tulit, & spiritum immaculatum tuis commēdauit manibus. Ego cedes, brauia numero: ego plagas, tot esse coronas censeo. Atque vt inānē tuum corpus plures plagas cepisset, ô fili, vt tibi ex eo plures accederent mercedes. Hinc quòd te conceperim, reddidisti mercedem. Hinc meremuneratus es propter dolores, quos ego sensi in partu. Hinc mihi dedisti honorem propter educationem. Quid ergò: Non me quoque es accepturus participem præmiorum? Communis enim fuit labor vtriusque. Tu decertasti, & ego sum quoque tibi particeps certaminis. Tu certasti, & ego tuo gratulor certamini. Tu iræ resististi barbaricæ: ego autem resisto naturæ tyrannidis. Tu mortem videlicet contempstisti: ego autem viscera despicio. Tu cedis dolorē tulisti tolerabiliter: ego cùm mihi lanientur viscera, fero tormenta. Mea, quæ sunt tuis æqualia, & non inferiora, tu vincis acerbitate doloris: ego autem supero longitudine temporis. Nam etsi tibi valdè magnum dolorem mors attulerit, vna tamen hora mors præterijt. Ego verò longum traho dolorem, & cum moderatè fero, philosophans & certò sciens te apud Deum vitam viuere, in quam nullus cadit interitus. credo fore, vt mea illic curetur senectus, quādo mihi quouis modo confractum fuerit hoc vas testaceum, & ad id, quod illic est, æuum profecta fuero. Beata ego in matribus, quæ Deo talem exhibuerim atletam. Rursus quoque ego beata. verè confido enim fore vt deinceps glorier, cùm tu in Christum fueris resolutus, & vnā cum eo futurus sis perpetuò, & deliciarum, quæ nunquam desinunt, sis particeps.

Hæc ego audiens, erubescēbam quòd tam molliter & tam pusillo animo ferrem casum pueri, & mihi esset minor virtus animi, quā foemina, & eorum qui aderant, me mouebat verecundia. Deinde illam quidem admirabar: me ipsum autem irridebam, vt qui egregiè illius mulieris verba acciperem, perindè ac meī sugillationes: & illius moderationem, meam iudicāre insaniam. Nam cùm existimāsem me iure posse cum Deo conqueri propter ea, quæ passus fueram: tunc rectè cognoui me esse passum, quòd mulieris exemplo didicissem, esse cuiusuis mali insultum tolerabilem. Visum est autem consilio eorum, qui Pharan incolebant, postquam audissem, quæ renunciata fuerant, non præterire silentio, id quod ausi fuerant, sed hoc significare Regi Barbarorum. Et ad eum quidem mittunt duos ex ijs, qui apud ipsos vocantur Hemerodromi, accusantes quòd inita infregissent fœdera. Sunt autem adolescentes, ephebis paulò ætate maiores, barbæ propemodum primam emittētes lanuginem, qui his rebus inseruiunt, & nihil ferunt præter arcus telaque & iacula & silices. hæc enim eis in via sunt ad vitam utilia: illa quidem venationem, hi verò ignem præbentes ad coquendum. lignorum enim & stipularum est eis vtique magna in omni loco copia, cùm nullus, quæ nascēbantur, secaret in solitudine.

Cùm

Cùm ij autem illam viam conficerent, nos egressi sumus ad efferenda corpora: & cùm accessissemus, inuenimus eos, qui quinque antè diebus interempti fuerant, nihil passos ex ijs, quæ verisimile erat passurum esse mortuum, qui vno antè die esset mortuus: non male olentes, non putrefactos, & nihil lætos ab ijs, quibus innatum est vt perdant, à carnuioris, inquam, auius, aut feris agrestibus. Tanto autem antè tempore eos fuisse interfectos, dixit filius Megadonis. hoc enim erat nomen Senatori, qui à Barbaris fuerat interemptus. Erat verò, qui occisus erat in Bethrambe quidem, Proclus: Hypatius autem, qui in Geth. Isaac verò, qui in monasterio Salaël. Macarius autem & Marcus, qui fuerunt occisi in ea, quæ est extrinsecus, solitudine. Beniamin verò in ea, quæ est extra Elim. Eusebius autem in Thola, & Elias in Aze. Porro autem ipsorum quorū quæ duorum alterū inuenimus, qui multa vulnera habebat lethalia: sed adhuc viuebat & spirabat. Quem quidem cùm portāsemus, in cella deposuimus, conuersi ad sepulcrum aliorum corporum. Cùm autem ad ipsum rediissemus, viuum quidem non amplius offendimus: apud hydriam autem inuenimus iacentē iam mortuum. Nam cùm omninò siti laborāset propter inflammationem vulnerū, postquam bibit, cecidit pronus in genua, in hoc habitu cum mortuum relincente anima. Cumque ei vt cæteris iusta fecissemus, egressi sumus, vt sciremus quidnam significaretur à principe Barbarorum.

Corpora sanctorum extincta prorsus illaesa.

Nomina oc cisorum.

Iam autem nobis Pharan ingredientibus, aderant qui missi fuerant, ab eo afferentes literas, quæ & pacem confirmabant, & ad se venire iubebant eos, qui affecti fuerant iniuria: & maximè eos, qui attinebant ad captiuos adhuc viuentes. Quòd si quis etiam vellet sumere pœnas de ijs, qui occisi fuerant, dicebat se esse paratum dare auctores ad supplicium. Quinetiam se profitebatur omnia daturum spolia ijs, ex quibus prædæ actæ fuerant. Nolebat enim soluere leges pacis, vt qui lubenter esset cum eis confederatus, propterea quòd ex ijs vtique accepisset solatiū. agnoscebat enim eis non paruum afferere emolumentum, quod cum eis intercedebat commercium, vt qui in suæ egestatis necessitatibus apertè adiuuarentur eorum abundantia. Cùm dona itaq; parāssent, & legatos constituissem tanquā ad renouandam pacem, quæ iam dissoluta fuerat, die sequenti & ipsos emittunt, & nos qui bona vtique spe eramus venturi. Octauo autem die ambulantes (duodecim enim diebus iter conficiebatur) aquæ penuria laborauimus, magna que nos sitis vrgebat necessitas: mors que deinceps sperabatur, quæ semper assidet inopiæ. Dicebant autem vtique propè esse fontem ij, qui locorum habebant experientiam: idque multos solabatur laborantes, futuri expectatione, quæ malo præfenti medetur. Currebant itaque multi ante multitudinem, properantes inuenire illud quod quærebatur, & desiderantes eo securè frui, cuius laborabant inopia, alius aliò conuersi, prout vnū quemque duebat spes assequendi. Deinde etiam oculis considerantes, firmo fixoque obtutu procūl intuebantur, oculorum lumine tanquā lucernaid, quod latebat, indagantes. Ibam autem ego quoque, paulatim sequens eos, qui præcurrebant, vt alij quidem fortasse dixerint, qui præ senectutis imbecillitate non possent eos assequi, qui magis valebant viribus: vt ego autem dico, qui nollem nimum inordinato pede facere iniuriam honestati & grauitati morum. Adhuc enim valebam viribus, necessitate ad id quod vrgebat, magis animi impetum impellente, quā naturæ ei insitum fuerat.

Princeps Barbarorū paratus est vlcisci necem sanctorum viro-

Ex aduersò autem mei itineris erat fons positus: latebat autem in medio cuiusdam collis. Ijs itaque, qui ex vtraque eius parte dispergebantur, semper relictis, pergebam in medio eius, quæ hinc aut illic futura erat, inuentionis, coniectans me non procūl ab futurum. Cùm verò me paululū inclināsem, quando accessi ad dorsum collis, & primus vidi fontem, & barbaros multos ei circumfusos: & cùm sic in immanes incidissem hostes, neque conturbatus sum eo quod acciderat præter expectationem, neque magno fui timore affectus. Sed cùm essem medius inter timorem & gaudium, de eo quod euenerat, me tali solabar consideratione. Aut enim, dicebam, me apud ipsos inuenturum filium, & prompto & alacri animo cum ipso seruiturum, seruitutis molestiam leuans voluptate adspectus: aut omninò esse interimendum, & sic esse liberandum à graui, quæ me premebat, molestia. Sed ij quidem exiliētes, ad me permixtū accurrerunt: cumque me compræhendissent; qui tanquā mutus stabam, vt potè cogitabundus, inhumanè trahebant. Qui autem ad inquirendam aquam mecum missi fuerant, cùm se



vidissent ab ipsis nondum fuisse inspectos, sensim conuersi, clam statim redierunt, pronos non secus ac serpentes se per terram trahentes, & sic se fuga subripientes. Ego verò et si ab eis vincerer, traherer, conuellerer. (Quid enim non graue patiebar?) eorum quidem neque ullam ducebam rationem, neque vllum sensum accipiebam: sed totamente versabar in inquirendo filio, illumque oculis scrutabar, in omnem partem circumspiciens, sicubi viderem eum qui desiderabatur.

Barbari ver-  
tuntur in  
fugam.

Cum hæc autem fierent, non multum tempus præterijt, & ecce ex nostris copijs aderant viri bellicosi. Qui cum super tumultum sublimes apparuissent, magnam perturbationem attulerunt barbaris. Postquam enim clamore significauerunt aduentum, nullus fuit qui in loco manserit: nudus autem totus locus repente ostendebatur, qui paulò antè plenus erat corporibus. Saluti enim consulere festinans fugiebat unusquisque, secum nihil valens accipere: tantusque timor eorum, qui apparuerant, ex tanta securitate eis irrui, vt nec ad persequentes quidem se omnino conuerterint, dubitantes ne comprehenderentur: putarent autem se habere, qui retrò semper sequerentur, & qui strictos haberent gladios, & verberarent aliquos, & multos de medio sustulissent, & suam perturbationem esse existimarent aduentum aduersariorum: donèc longum fugæ spatium eis concessit, vt respirarent, præbens facultatem circumspiciendi, & videndi eos

Effectus ti-  
moris.

qui persequerentur. Efficit enim metus, vt quæ sunt continentia, putentur semper maiora, & plura visione apprehendantur, quam rei habeat veritas, plus quam capere possint eorum vires, res veluti augente timiditate. Atque illi quidem sic soli fugiebant, illic relictis omnibus, quæ habebant, impedimentis. Qui autem accesserant, cum exijs, quæ inuenerant, magnam accepissent utilitatem, illic reliquum diei transegerunt. Deinde cum sequenti die cœpissimus ambulare, & quatuor dierum iter confecissimus, in castra peruenimus. Cumque significatum esset aduenisse legatos, ij vocati sunt, vt conuenirent Amanem. hoc enim erat nomen Regi Barbarorum. Ad quem cum attulissent munera, benignum responsum nacti sunt, & acceperunt prope illum tabernaculum, benigneque, & comiter ab eo sunt tractati: donèc diligens & accurata persequeratio omnia manifesta reddidit, quæ ad illam iam factam pertinebant incurSIONem. Atque illa quidem ab eis breui peracta sunt tempore.

Amanes,  
rex Barba-  
rorum.

Mihi autem cor vehementer palpitabat, & ad nuncium suspensò animo erigebar: omnis autem sonus cuiuslibet rei, mihi videbatur susurrare famam eius, de quo eram sollicitus: erantque aures paratæ vocum sonis, & mens attendebat eos tanquam nuncios: spectans, quisnam esset mihi renunciaturus aut vitam, aut mortem filij. Quando autem veniebant non admodum læto vultu, inœstum significari nuncium eorum tristitia coniectans: Non opus est, aiebam, vt loquamini. Calamitatem enim visus nobis renunciat, & etiam ante linguam clamat animi motus, quod dicendum erat sermone, gestu prius eloquens. Non fallar ergò orationibus, neque decipiar verbis compositis ad persuadendum. non enim attendam sermones, qui possunt omnino figurari ad probabilitatem, cum in ipso vultu videam animi perturbationem. Hoc est enim aperta illius imago, vt quod exprimat internam eius affectionem, non secus ac speculum. Neque enim potest ille vultus lætitiæ ostendere, qui cõcudit mœrore, & plenus est tristitia. Aut ergò citra fictionem dicite verum mihi roganti, aut scitote vos hoc vestris iam dixisse vultibus, sicut etiam dixi antea. Quid enim prodest verbis paululum consolari eum, qui cruciatur: postea autem maiori afflicere molestia, quando quod angit, verum depræhensum fuerit?

Vultus, ani-  
mi imago.

Cum itaque iureiurando frequenter affirmassent, non esse mortuum Theodulum, viuere autem venundatum cuidam in ciuitate Eluza, consulebant vt irem in ciuitatem dicebant enim me illic inuenturum filium. Sed ne sic quidem dolorem vel modicè curarent. Quid tum enim, cogitabam, si viuit, & maior quidem metus mortis est dissolutus: seruit autem venundatus, & nè mecum viuat, est prohibitus? Non facit enim omnino purâ voluptatem necessitas, quæ impedit appetitionem liberi arbitrij, & animi libertatem retinet aliena voluntate. Postea tamen profectus sum ad eam, quæ mihi significata fuerat, ciuitatem, cum duobus, quos mihi dederant, viæ ducibus. In via autè quidam nobis occurrit adolescens, qui sequebatur animalia, quæ onera portabant. Is autem me prius viderat in castris, & quæ ad me pertinebant omnia, accuratè didicerat. Is cum fuisset Eluza, & quæ de filio meo dicebantur, audisset, quòd scilicet captiuus abductus

Eluza ciui-  
tas.

Liberum  
arbitrium.

abductus esset à barbaris, ei de me significauit: acceptisque literis, veniens eas afferebat tanquam bonum nuncium. Cum autem me vidisset eminens, cœpit accedere subridens: & ego quoque, cum virum agnouissem. vbi verò propè fuimus, ipse quidem me læto vultu alloquitur, & dexteram extendens, eam ponè diuertit, & volam manûs applicans humero, epistolam summis digitis extrahit ex pharetra, & eam mihi reddit, filium meum nuncians viuere, & hortans vt essem bono animo, & non perindè, ac si esset seruus, spem haberem bonis vacuum. Nam is qui emit, inquit, est sacerdos Christi sacramentorum: & filius cœpit quidem ipse quoque esse in ordine sacro, vt cui sint credita prima munera ædituorum. magnam autem mox futuri profectus spem ostendit, vt qui breui tempore magnam virtutis dederit periclitationem, & morum bonitate effecerit, vt hoc omnes statuerent. Ego autem, vt qui essem & inops & domo carens, eum benignis verbis sum profectus, & ei bona multa sum precatus: quoniam nihil habebam, quo hominis bonum honorarem ministerium: vniuersum autem permisi Dei prouidentia, & pro inexpectata lætitia cum lachrymis egi gratias, qui mihi, vt erat verisimile, cœpisset soluere ingentem calamitatem, & veterem reddere prosperitatem.

Postquam autem veni in ciuitatem, primùm quidem sanctum templum quæsiui, tanquam causam bonorum, & ei eum, quem par erat, honorem tribui, solum rigans lachrymis, & implens Dei ædem vocibus lamentationum. & illinc deductus, veni in domum, in qua manebat filius, multis præcedentibus, & mei aduentus felicem nuncium significare studentibus. Nouerant enim omnes ex fama, quæ præcesserat, me esse, qui vulgò iactabar, patrem pueri, qui apud ipsos fuerat venundatus: nec vllus erat, qui non vultu signa gaudij præ se ferret. Unusquisque autem cum tanquam suum vidisset, de quo omnis spes periërat, hilari vultu exilientes, se mei animi affectioni cõsentire ostendebant. Postquam autem ianua appropinquauimus, cum eum vocassent, & me venire dixissent, ducunt salutaturum. Cum nos verò alter alterum ego & ille vidissemus, neque lætari, neque admirari primùm cœpimus, sed ambo potius lamentari, vultus lachrymis inquinantes, & similiter vestes, quæ tegebant pectora. Et ille quidem accurrat non admodum cognoscens: eram enim & capillis & veste sordidatus, ita vt nõ possem facile cognosci. Ijs tamen qui renunciauerant, vt videtur, potius credens quam oculis, venit passus manibus, vt mihi vehementi animi impetu circumfundendus. Ego autem, etsi multi essent circa eum, ipsum agnoui protinus, vt qui adhuc eandem haberet vultus figuram, quæ assidua eius meditatione apertè erat meæ impressa memoriæ: & cum non potuissem continere gaudium, mihi repente dissolutum fuit robur corporis: & cum cecidissem, hianti ore humi iacebam, existimatus à nonnullis esse mortuus. Diuturno enim mœrore, nisi quòd respirabam & videbam, à mortuo nihil omnino differerebam. Cum me autem comprehendisset & esset complexus, qui defecerat, animum vix mihi restituit, fecitque vt cognoscerem quis essem, & vbi essem, & quemnam meis cernerem oculis. Eum ergò vicissim complexus, eisdem excepi nexibus, infatigabiliter diuturnum explens desiderium.

Obserua-  
Christiani-  
morem pri-  
mò tem-  
plum ad-  
eundi in-  
itinere.

Deinde ad loquendum conuersus, ego me excusabam, & persuadere volebam, me fuisse authorem omnium, quæ senserat, malorum: vt qui eum eduxissem extra patriam, & eum fecissem incolere regionem, quæ continenter diripitur: & verè erat ita, vt dicebam. Quando enim vnquam eam, quæ genuerat, incolens, aliquid deprecandum sensit, cum ex omni parte in pace ageret, & nullum haberet eiusmodi merum insidiarum? Valeant, qui, quæ sunt in fatiis, opinantur esse inuitabilia, & ex fato ijs, qui patiuntur, imponunt necessitatem. Post hæc rogabam, vt mihi narraret quæ ei acciderant eotempore, quo fuit apud barbaros. Neque enim amplius molesta erat enunciatio, cum præterijisset iam periclitatio. Nam quomodò post morbum sanitas, & curatio post vulnera lætificat, & non afficit molestia: ita etiam rerum tristium narratio post liberationem, vel maximam habet voluptatem, quantum prius dolorem habuit experientia.

Ipse autem cum grauem è profundo gemitum edidisset, Quid iuuat, inquit, o pater, eorum quæ sunt molesta, reminisci? Solet enim officere recordatio, vt eius qui passus est, recrudescant vulnera, etiam si auditorum aures fortè demulcet, alienis alioqui malis delectationem afferens. Sed quoniam scio fore, vt nequaquam cesses, donèc ea, quæ desideras, tibi scire licuerit: admirabilem enim euentum meæ salutis, vis efficere argumentum

De rebus  
omnibus  
Deo gratias  
agere.

mentum glorificationis, quomodo soles de rebus omnibus Deo agere gratias, audi magni animi virtute tuos implens spiritus, nē ad asperos & difficiles casus eorum, quæ euenerunt, ipse quoque miserabiliter fractus paternis visceribus, me quoque flectas ad luctum & lachrymas, & eiularibus lamentationis confundas orationem: ut potē quæ luctus sæpē vocem interrumpat, & non sinat quempiam ea, quæ vult, lingua narrare libera. Atque magnam quidem actūs partem omnino vobis aperte narravit post fugam filius \* Medagonis. Illa ergo rursus referre, simul & supernacaneum fuerit, & molestia. Quæ autem post fugam illius euenerunt, necesse est, quoniam tu hoc mihi iubes, dicere.

\* Megadonis.  
Narrat  
Theodulus  
quid de ipso  
barbari  
deliberauerant.

Visum fuerat barbaris, ut dixit, (omnino enim dixit ille) nos mactare: & quæ penitent ad sacrificia, iam vesperē parata erant omnia, ara, ensis, libamen, phiala & thus. Summo ergo manē certa erat mors, nisi Deus erat prohibitor, sicut certē prohibuit. Postquam autem ille, cum me suam non celauisset fugam, aufugit, & propter longum viæ spatium, & quoddam incerta esset persecutio, dubium esset an eum possem assequi, quod non solum tempus (erat enim vespera) vsque ad manē, esset sufficiens terminus ei, qui fugeret: sed etiam itineris incertitudo faciebat, ut nescirem quonam modo possem eum persequi. Quis enim est tam egregius simul inuestigator, & tam bona coniectura præditus, ut in tanta latitudine solitudinis, itineris inueniat vestigia? est enim terra aspera & lacunosa, & quæ nullum omnino ostendat vestigium quod acceperit. Cum hæc ita se haberent, ego pronus iacebam, vultum quidem humi defigens, propter angustias autem afflictionis mentem sursum erigens, & sic Deum vniuersum sensim & apud me rogans, ut potē quod nihil ex ijs, quæ ad hanc vitam pertinent, ad nullam rem vtilem me posset deducere & attrahere, propter celerem necessitatem: sed efficeret, ut essem potius sobrius & vigilans, & soli Deo mentem adhiberem, & ad spem in eum, pendērem.

Precatio eius  
ad Deum.

Quocirca dicebam: O Domine & Deus, qui solus es opifex vniuersæ, quæ cernitur & quæ mente intelligitur, creature: habes in manu tua corda eorum, quæ es fabricatus, & conuertis sæpē ad misericordiam, ferociam impetūs alieni ad rationem, quando volueris iusto & rationi consentaneo iudicio, eos qui tuæ potestatis sententia morti traduntur, conseruare: qui sedas iras ferarum agrestium, quæ profluunt ad humana corpora deuoranda. Qui vim ignis hebetasti, & solo nutu tuo pueros tuos illæfos conseruasti, & eorum pilos & colorem arcana tua & admirabili potentia flamma reddidisti potentiora: tu me quoque serua rex Christe, qui nulla spe nitor auxiliij, qui mox inimicorum iudicio sum vita priuandus, qui (ut est verisimile) iam sum mortuus: & nē permittas o Domine, ut meus sanguis sit libamen dæmonibus, neque mearum carniū nidore latifcentur mali spiritus. Statuerunt me astro sacrificare matutino, quod cognomen accepit ex vitio libidinis. Sed nē permittas Domine, ut corpus meum, quod in hodiernum vsque diem castum est conseruatum, sit hostia dæmonis, qui cognomen accepit ab intemperantia. Muta autem cor ferinum ferarum verē immanium ad clementiam & mansuetudinem, qui mutasti iram in Esther inflammatam Assueri regis Mediarum, & eius immitem animum conuertisti ad misericordiam. Serua animam, quæ tibi seruire proposuit. Redde me patri seni & tuo famulo, filium rudem malorum, & qui, quod ad propositum attinet, sum pius Dei cultor futurus. Non enim propter metum periculi hanc nunc incipio confessionem, ut videatur promissum rependi pro salute. Certaminis enim necessitatem anticipavi libera mea cogitatione. Ostende fidem esse ad salutem pedibus perniciorem, & tuam spem esse quauis fuga tutiorem. Effugit mortem is, qui mecum erat manē sacrificandus, & fuga sibi salutem peperit. Ego autem mansi, expectans quod tibi videretur, & sum in manibus inimicorum, tuo confidens auxilio. Ille suis pedibus, ego tuæ credidi potentia. Nē sit diuina expectatio ad salutem infirmior spe corporis. Conseruatus est ille, qui tenebris vsus est ad fugam, & rectē quidem sit conseruatus. Ad me iam peruenit lux diei. Tu deinceps me conserua tua sapientia, qui viuus lucem largiris ad tua exequenda præcepta.

Esther 15.

Me sic orantem cum acerbis lachrymis, manē insomnem occupauit. Cumque respexissem, vidi iam luciferum prodeuntem ex horizonte. Surgens autem ab eo loco, in quo iacebam, sedi, manus meas complicans genibus, & faciem super ea inclinans, sinum implebam lachrymis: & rursus corde clamabam ad eum, qui me poterat eximere, intensa vi spiritus: Mirifica, dicens, mecum Domine tuam misericordiam, qui solus

solus habes vitæ & mortis potestatem, sicut mirificasti cum sanctis, qui olim constituti fuerunt in necessitate, & liberati fuerunt ab omni afflictione: ut nos habeamus fiduciam te inuocandi, & confidendi, fore ut liberemur ab ijs, in quibus sumus malis, cum illos habeamus tui exemplar auxiliij. Tu redemisti Isaac qui iacebat ad ipsam aram occisionis, & patrem, qui tinctorus erat ensem sanguine, sono vocis retraxisti. Tu Ioseph eripuisti à fratrum dextera, quæ eadem moliebatur: & rursus cum ei parata fuissent insidiæ, ab iniustis liberasti vinculis & custodia, & post longum luctum patri reddidisti regnantem. Tu huius patrem Iacob redemisti à necessitatibus, cui frater similiter inuidebat, seruans in Mesopotamia. Vbi etiam custodisti Mosem, qui Aegyptiacam fugiebat tyrannidem. Tu cum duos pueros mortuos oratione prophetica è lecto fecisses, surgere, præbuiisti viduis matribus. Tu ipse, o Domine, in quem non cadit mutatio, qui hæc diuina virtute fecisti admirabilia: Tu quoque me nunc exaudi, & largire viuum patrium, qui te altissimum suum duxit esse refugium, & solueluctum, qui superat omnem consolationem: & da ijs, qui norunt nomen tuum, ut admirentur vim tuæ potentia, o rex maximè celebrande.

Cum ego autem in his essem, surgunt repleti tumultu, ut potē quod sacrificij tempus præterisset: iam enim sol lucebat super terram: & cum non inuenissent alterum, neque scirent quidnam eo factum esset, me interrogarunt. Postquam autem respondi me nescire, cum essem apud eos, siluerunt, & neque minati sunt, neque ostenderunt vlla signa iracundia. Tunc quietus ac compositus fuit mihi spiritus, & Deo benedixi, qui non despexerat mei humilis orationem. Me autem deinceps subijt audacia & fiducia, cum Deus omnino hæc mihi concessisset: cumque iuberent ut nefarijs vescerer, contradixi: & luderem cum mulieribus, non paruī imperantibus, donec venimus prope terram, quæ habitatur. Tunc enim cum nescio quid communiter consultassent, introducunt in vicum, qui dicitur Subaita, & ijs qui illic erant, significant se me velle vendere. Cum autem nihil agerent, sed re infecta sæpē reuersi essent, ut potē quod nullus vellet dare plus quam duos aureos, tandem vbi eduxissent, & ut mos illis erat, nudum ante vicum statuissent, ensem collo meo imponunt, si nullus me emat, dicentes se me statim interfekturos. Ego autem ijs, qui ad emendum veniebant, supplex eram, manus extendens, ut darent quantum petebant barbari, & nē viderentur parci, cum precium darent humani sanguinis, dicens me esse precium propediem redditurum, & ei qui emisisset, iubenter, si vellet, esse seruiturum, confitens eum esse dominum etiam post redditum precium, qui meam vitam emisisset. Quidam itaque mei misertus clamantis & lachrymantis, vix tandem me emit: & ex eo hic, ut vides, emptus sum, ut multa dicam breuiter. Video enim te perturbatum, & non longè abesse à lachrymis, & esse planctu confusurum gaudium. Hæc quidem sum passus, pater, & passus, fui liberatus. Te autem deinceps Deum glorificare conuenit pro mea hac inopinata, & quæ præter spem & expectationem reddita est, salute.

Sed tu quidem, dixi, o fili, innumerabilia tolerasti pericula, & multas sustinisti mortes expectatione, etiam Dei gratia eius effugeris periclitationem. Idem enim est, mortem verè sperare, & eam discere experientia: mitto dicere, quod etiam grauiorem.

Non enim tantum affert dolorem dissectio, quantum, quæ eam præcedit, expectatio, quæ sensum doloris longo quodam metu extendit, & facit ut verè maneat, quæ speratur, molestia. Ego autem in tempore illius afflictionis os meum ad Dominum aperui, & continentia & alterius malorum perpeffionis professus sum austeram seruitutem, si te viuum solummodo reciperem, & audiui vocem dicentem: Stabiliet Dominus, stabiliet verbum quod egressum fuit ex ore tuo. Non oportet autem, o fili, transgredi professio-

nem, nec eum fallere, qui diuino responso confirmauit promissum. Cum sic bonum finem votum acceperit, ego quoque o pater, inquit puer, tecum prompto & alacri animo laborem suscipiam, & promissi ero socius, quandoquidem fui gratia quoque particeps, & beneficij maximum percepi fructum. Nam tu quidem luctum, ego autem mortis euasi periculum: cum etiam vniuersum à Deo in tuam gratiam factum sit. Si enim Iepthe, qui pro consequenda in bello victoria votum fecit, inseruijt filia, sui cæde & sacrificio, dans seipsam futuram hostiam propter conseruandam patris existimationem: quisnam ego fuerim, si non velox & præcurrens sim debiti paterni exolutor? idque cum sim Deo redditurus debitum, qui scit exolutionem rursus

Gen. 22.  
Gen. 37.  
Gen. 41. 46.

Gen. 29.  
Exod. 2.  
3. Reg. 16. &  
4. Reg. 4.

Vide mo-  
rem barba-  
ricum.

Votum sub  
conditio-  
ne.

Judic. 11.

rursus secunda rependere gratia : & quod redditur debitum, non accipit tanquam debitum : sed hoc accipit foenori, & se confiteretur debere exolutionem in remunerationem grati animi debitoris : qui semper quidem profundit gratias, & se semper scribit esse debitorem ijs, qui foenori accipiunt beneficia : & eorum omnino redditionem, reputat liberalitatem & munificentiam : vt & semper incipiat benefacere, & tanquam debitor referat gratias. Quamobrem cum me in exoluendo promptum socium habere as pater, incipe reddere. Omnino autem Deus, qui nostras nouit vires, conuenienter eis exiger debitum : nec maiores postulat labores, quam possit robur prestare, natura sciens imbecillitatem. Ego autem his quoque verbis sum precatus : Os, o filii, detur exire ad opus, & in rebus conspici : vt & promissum suum finem accipiat, sitque votum efficax, & merces consequatur labores. Hoc est enim finis & terminus vniuersi operis, quod fit ex Deo, vt obsequentur actiones remunerationibus, & certamini coronam ferant testimonium : quandoquidem quae digna datur merces, solet esse argumentum, quod sit opus probatum, & sunt praemia certum testimonium decertationis. Sed haec quidem sic habent.

Non exigit  
Deus labo-  
res supra  
vires.

Humanitas  
episcopi  
pi.

Sancti viri  
vt se facer-  
dotio indi-  
gnos putat-  
runt.

Eorum autem, qui illic erant, verè pius & religiosus Episcopus cum nos diu curasset, & à priori afflictione nos non parum recreasset, rogabat vt nos apud eum maneremus, benigneque pollicebatur, se nostri curam habiturum in omnibus. Nè videretur autem vim afferre, quod reputaret precium datum pro filio, nec nimis iure domini exigere vt maneremus, permisit vt faceremus quicquid videretur ex nostra animi sententia: in hoc solo in nos exercens tyrannidem, quod sacri ordinis iugum vel inuitis nobis imponerit. Nos enim reputantes onus ministerij, aegre ferentes desolebamur, vt quod nostris esset viribus superius, & vix solis sanctis conueniret, quod ad vitam gerendae rationem attinet. Nam illis quoque visum est graue, & vocati, confessi sunt dignitatem esse maiorem, quam vt eis conueniret: & Deo contradicebant, producentes suam indignitatem, & recusabant ordinationem, causantes imbecillitatem, etsi omnibus, qui nunc sunt, essent ad munus aptiores, & ex rerum honestarum exercitatione maiorem in colendo possent habere ad Dominum fiduciam. Ille autem dicebat munus conuenire laboribus, & certaminis perfectionibus dabat mercedem, vt putabat, dignitatem. Volentes autem discedere, & domum proficisci, liberali viatico profectus, vt potè quod longa esset via, & vt Dei gratia nos comitaretur, precatus, quae deinceps nobis pacem conciliaret, sic dimisit: cum nec de dominio se arroganter iactasset, vt aliquis fortassis è alius, eius quem emerat, auctoritatem praedicans: sed etiam quod videbatur fuisse infortunium, leuasset multa consolatione: & opinionem insolentiae, vitasset moderatione. Mihi autem hic desinat oratio, vbi rerum grauium cessauit periclitatio, quae Dei gratia post multam afflictionem, laetioris vitae praebuit principium: Qua detur nobis omnibus frui & nunc, & in futuro seculo, virtute & bonitate sanctae & consubstantialis Trinitatis, Amen.

VITA, ET INSTITVTIO SANCTI PATRIS  
NOSTRI IOHANNIS CALYBITAE, HOC EST,  
qui sub tugurio habitabat: Authore Simeone  
Metaphraste.

15. IANUAR.

Iohannis  
Calybitae  
parentes &  
patria.



IRI iusti & perfecti vitam, honestè, purè & cum virtute actam, vobis qui concordet in hunc locum conuenistis, narrare in animo habeo. Vixit enim ille temporibus nostris. Qui cum huius vitae negotia singulari sapientia, & in Christum fide ac pietate contempsisset, caelestia bona consecutus est. Res ipsa cuiusmodi sit, narratione hac explicabitur. Fuit in vrbe Roma vir quidam valde diues, & dignitate illa praeditus, quae ij sunt, qui exercitus ducunt. Nomen viro illi erat Eutropius: eius autem coniunx, Theodora vocabatur. Is habuit tres filios, è quibus duo ciuilibus magistratibus ab ipso occupati erant. Qui verò natus erat minor, Iohannes

Iohannes appellabatur. Eum ad literas discendas pater magistro tradidit. Itaque cum primas eruditionis literas didicisset, ad Rhetoricos & Philosophicos libros cognoscendos se traduxit. Cum vero duodecimum annum ageret, & omnia ferè perfectè didicisset, eò quod boni & elegantis ingenij esset puer, cumque Christi fidem seruaret, prae cetera, sanctis ecclesijs vacabat, neque horam vnam à libris discedebat, ita vt Grammatici homines adolescentuli perseuerantiam obstupescerent. Quodam autem die Abbas quidam è superioribus partibus ex venerabili eorum monasterio, qui vocantur Acoemeti, eò quod nunquam cubare soliti sunt, cum votum fecisset, vt Hierosolymam proficere-  
retur, venit in eam domum, in qua Iohannes docebatur, & eos qui illam habitabant, exorauit, vt apud ipsos diuersari posset. Eius viri habitum, & exercitationis institutionem cum beatus Iohannes vidisset, à sancto spiritu inflammatus, coepit ab eo quaerere, vnde nam esset, quod iret, & quanam foret exercitationis ratio, quam monasterium illud, è quo discesserat, teneret. Monachus igitur ille à puero interrogatus, omnem vitam & exercitationis regulam enarrauit. Patefecit autè & res suas, quod scilicet deuotionis causa Hierosolymam proficere-  
retur, vt illic Deum oraret, & sancta loca veneraretur, ac rursus in sanctum monasterium, è quo discesserat, rediret.

Felicitas in  
genij eius.

Monachi  
Acoemeti.

Hac cum Iohannes audiuisset, manu apprehendit monachum illum, & seorsum duxit, ac iureiurando valde horribili eum adstrinxit, vt postquam iter illud perfecisset, ad eum rediret, vt secum vnà ipsum ad sanctum illud monasterium duceret. Tunc dicebat illi beatus Iohannes: Audi, quae so, mi Abba, & mei commiseratio te tangat. nam parentes mei, cum me praeter ceteros fratres, & alios omnes domesticos diligant, & eruditionis ac doctrinae literis plurimis me instituendum curent, cogitant ad magnum aliquem dignitatis gradum me extollere. Vt enim dicit dominus & pater meus, vult me prouehere ad dignitatem aliquam, quae maior sit, quam gradus ille est, quem Tribuni militares obtinent. Post haec omnino me nuptijs copulare in animo habet. Sed ego partim in sanctam ecclesiam veniens, partim ex ijs, quae legi, & mecum ipse cogitati, res omnes, quae in hac vita sunt, vanas esse cognoui, & illum solum saluum esse, qui huius vitae rebus contemptis, constanter in isto vestro habitu Christo seruit. Quamobrem à te simplex peto, domine, vt me ducas, & in illo sancto monasterio connumerer. Hac cum audiuisset monachus ille, iureiurando se redditurum promisit, & cum secum vnà in monasterium ducturum.

Peregrinatio ad Hierosolymam religionis ergo.

Cum ita igitur inter se conuenissent, vterque in suam viam abiit. Cum verò monachus ille discessisset, haec secum beatus Iohannes dicebat: Interea hoc primum faciam: à meis parentibus sanctum Euangeliorum librum petam, ex quo Christi traditiones ediscam, & quomodo possim ea facere, quae Christo grata sunt. Itaque parentes adiens, Non possum, inquit, pra pudore in gymnasium ire, cum omnes, qui mecum vnà literas discunt, postquam res illas expedièrunt, quae in gymnasio exercètur, secum habeant Euangelia, & sedentes ea legant: at ego talis sum, quasi vnus ex ijs, qui parentes non habent, cum Euangelij caream. Itaque simplex à vobis peto, domini mei, vt mihi quoque iubeatis Euangelium dari, quod & ipse illud in manibus meis habens ediscam. Haec cum eius mater audiuisset, valde laetata est, quod eius filius tanto discendi studio teneretur: & cum viro collocuta, Agè, inquit, domine mi, cura, vt talis Euangeliorum liber conficeretur, & filio nostro detur, qui non solum literarum figuris, & his, quae intus scripta habuerit, desiderium filio commoueat, sed etiam ipsius conglutinatione & exteriori specie ita pulcher sit, vt eius desiderium magis excitet. Statim verò eius pater iussit aurificem vocari, eique dixit, vt tantum pecuniae sumeret, quantum satis esset ad Euangeliorum librum filio conglutinandum. Aurifex igitur cum quingenta numismata, & preciosos lapillos ac margaritas sumpsisset, librum Iohanni conglutinauit. Cum verò Euangelium ipsum Iohannes accepisset, & in manibus teneret, studiosè illud didicit, expectans quoad monachus, de quo supra dictum est, reuertere-  
retur.

Futurus monachus Euangelium lecturatur, vt ei conuenienter viuat.

Magni precij codex ei datur à patre.

Intervallo temporis monachus ille reuersus est, quemadmodum se facturum promiserat. Quem cum vidisset Iohannes, valde gauisus est, & occurrens animo admodum laeto, eum amplexus, his verbis affatus est: Domine mi, parentum meorum affectum, & nimiam ipsorum in me beneuolentiam nemo scit, vt ego ipse. Noui enim matrem meam praecipuè talem in me esse, vt si quid huiusmodi praesenserit, lachrymis suis proposui meum cursum impediat. Itaque te precor, vt tacitè discedamus, nè quis id sciat, quod

F f facimus.

facimus. Tum monachus: Faciamus, inquit, fili, quod vis: votis enim tuis Deus satisfaciet. Itaque Iohannes secum ducens monachum illum, ad fluminis ripam accessit, & nauclero quodam inuento, ait: Rogamus te, frater, ut liceat nobis nauigium tuum conducere, quo ad eorum monasterium, qui Accœmeti vocantur, nos vehas. Quibus ille: Ego, inquit, propterea hîc sedeo, ut onus aliquod capiam, & nauigium meum impleam, centumq; nummi sunt ipsius merces. Tunc Iohannes dixit: Expecta, frater, usq; ad tertium diem, & à me nauigium conducetur. Cùm ita inter se conuenissent, discesserunt. Tuncq; Iohannes dixit monacho: Multa erit merces, qua nauigium hoc conducitur: illud autem consilium valdè placet, ut rationem incamur, qua parentes discessum meum non impediant. Ibo igitur, & aliqua ficta excusatione à parentibus meis peram, ut mihi pecuniam largiantur: ea verò nauigium conducemus. Tum monachus: Vade fili: Dominus dirigat omne tuum consilium bonum.

Venit igitur Iohannes, & matri suæ dixit: Mater mea domina, quæ ab initio ita me educasti, ut paucè admodum matres filios suos educarunt, & propter summam tuam in me benevolentiam, quicquid ipse optavi, mihi præstitisti: vnum est, quod præterea ego à te ac patre meo peto, idque vestræ gloriæ causa exopto. Ad hæc mater: Pete, inquit, fili, quicquid vis. Tum Iohannes: Mater mea domina, omnes pueri qui sunt in gymnasio, non semel tantum atque iterum, sed sæpius me in conuiuium vocarunt: ego cùm illos similiter accipere non valcam, in gymnasium ire non possum: ita pudore multo perfundor. At illa: Expecta, fili, hodiernum diem, & ego patri tuo persuadebo, ut tibi det pecuniam, qua inuitare possis, quo scunq; velis. Hæc dixit mater, & absente filio, singula viro suo narrauit, quæ à Iohanne acceperat. Cui vir: Demus, inquit, illi centum aureos nummos, & puerum, qui eum custodiat & obseruet, nè quo modo adolescens procliuor euadat, & in sordidum ac turpem aliquem usum pecuniam conferat atq; consumat. Placuit utriusque consilium illud. Cùm igitur Iohannem accersissent, dederunt illi pecuniam, & puerum custodem. Iohannes verò, acceptis centum illis aureis nummis, ea re valdè gaudens, ad monachum venit vnà cum puero illo, & ait: Mi domine, hic homo meus est: ipse tecum hîc manebit: ego verò ad socios meos adibo, ut ab ipsis audiam certum diem, quo illos in conuiuium accepturus sim. Abijt igitur, & secum habens pecuniam, nauigij dominum adiit, ac dixit: Rogo te, frater, ut mihi & monacho tantum nauigium loces. Cui nauigij dominus: Dixi, inquit, tibi multa mercede nauigium conduci: quòd si expectetis, vos vnà cum reliquis oneribus accipiam. Tunc illi Iohannes: Accipe à me mercedem tuam, modò nos saluos peruehas, hoc cùm dixisset, centum nummos aureos ei numerauit: Quos cùm daret: Rogo, inquit, te frater, ut calum ipsum benè inspicias, cumq; is ventus flare incipiat, qui ad nos vehendos idoneus esse possit, tunc in nauigio tuo stans, nos ipsos nutu voces: suspectos enim habemus quosdam homines, & fuga vt volumus. Tum ille centum aureis nummis acceptis, valdè lætatus, dixit: Vade, domine mi, & securus esto, quòd vos incolumes perueham. Abijt igitur Iohannes, & monacho rem narrauit clam puero illo, quem pater custodem apposuerat.

Post aliquod temporis interuallum, Iohannes monacho & puero dixit: Eamus ad fluminis ripam, eò quòd intra duos dies futurum est, ut ego sodales meos in conuiuium accipiam, vnde boni alicuius piscis obsonio indigemus. Cùm igitur eò venissent, Dei voluntate factum est, ut ventus nauigationi accommodatus flare cœperit. Itaq; nauclerus è nauigio ipso crebris nutibus illos vocabat. Cùm verò puerum ipsum, si ibi maneret, latere non possent, ei dixerunt: Abi, puer, in gymnasium, & vide, quid adolescentes illi faciant, & redi huc, vbi nos inuenies. Abijt puer. Iohannes verò & monachus nauigium conscenderunt, & illinc nauigantes, ad sanctum illud monasterium incolu- mes veñti sunt. Narrauit autem monachus ille fratribus totum id, quod verum erat, & quanta esset pueri fides. Quem cùm Archimandrita inspexisset: Nimiùm, inquit, adolescens es, ô fili: nobis autem mos est, ut qui monasticam vitam profiteri velit, quadraginta dies apud monasterium maneat, & cùm exercitationis nostræ regulam considerauerit, ita tondeatur. Ad hæc Iohannes: Obtestor te per purissimam Trinitatem, ut hodie me tondeas, quoniam isto angelico habitu indui vehementer cupio ac studeo. Tunc Archimandrita puero illi benedixit: cumq; eum totondisset, habitu induit. Ipse verò multo studio & animi alacritate, exercitationi monasticæ vacabat, Deum ipsum nocte & die

Dantur enim centum aurei.

Illis conducit nauigium.

Clam fugit è patria.

Tondeatur & habitu monastico induitur.

& die precans. Mansit autem annis sex in monasterio illo, & omnibus qui illic erant, exemplo fuit, quo pacto humilitatem exercere, ac Deum ipsum orare deberent. Talem autem continentiam sibi præscripsit, ut nihil aliud gustaret, nisi preciosum Christi corpus & sanguinem, ita vt Archimandrita ille miraretur, ac diceret: Tu quidem adhuc puer multum laboris tibi ipse imposuisti: itaq; corpus tuum imbecillius efficitur, quàm vt diuinæ gloriæ ministerio sufficere possit: Continentia enim, ieiunium, & vigiliæ multæ ipsum corrumpunt.

Iam verò bonarum rerum hostis diabolus, cùm adolescentis illius studium multum, & sancti propositi cursum intentum videret, vehementer contra illum furere cœpit. In quem cùm acerbissimè affectus esset, & generosam eius mentem & cogitationes susperare, & à Christi spe remouere non posset, talem mœrorem, & tantum parentum desiderium in eius adolescentis mentem iniecit, ut nocte & die de illis cogitaret, & ante oculos haberet, quanto comitatu ac seruorum ministerio parentes vterentur: denique omnem vitæ huius fallaciam ac vanitatem propositam habebat. Itaq; multis ieiunijs, vigilijs, & nimio parentum desiderio factum est, vt eius corpus non caro, sed instar vmbre tenuè videretur. Archimandrita verò cùm adolescentem ita extenuatum atq; afflictum vidisset, vt iam iam è viujs excessurus putaretur: An non tibi dixi, inquit, fili Iohannes, Deum ipsum hoc tantum à seruis suis postulare, vt eum pro viribus colant? Tu verò supra vires tuas ista exercitatione vtens, te ipsum nimis extenuatum & gracilem reddidisti. Ad hæc Iohannes: Scito, pater, non ieiunijs me domari, sed peccata mea impedimentum mihi afferre. Multis enim ab hinc diebus bonarum rerum inimicus diabolus cor meum conturbauit, & parentum ac videndæ familiæ meæ desiderium animo meo suggestit: neq; perditus hic hostis illud videt, quòd, Deo meo volente, & vestris precibus mihi opitulantibus, quantum ad videndos parentes meos profectus fuero, ipsum tamen conculcabo, & eius conatum imbecillum atque inanem esse ostendam. Tum illi Archimandrita: Nonne, inquit, fili, tibi dixi, cùm primum monastica professione initiari voluisti, nostræ huius exercitationis certamen magnum, & laborem multum esse? Hæc cùm dixisset, & adolescentis causa lachrymatus esset, ei benedixit.

Postero autè die Iohannes Archimandritam adiit, cumq; ad eius pedes se abiecisset, ipsum rogauit, nè sibi succenseret, sed pro se Deum precaretur, & concederet, vt sibi liceret abire, & parentes videre, eaq; ratione diabolus, Domino adiuuante, conculcare. Archimandrita cùm omnes fratres, qui erant in monasterio illo, congregasset, & attentis precibus pro adolescente illo Deum orauisset, cum gemitu & lachrymis: Vade, inquit, fili, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & tecum vnà venientem habecas Dominum Iesum Christum, qui te ducat in via ista, prout ipse vult. Iohannes verò cùm è terra surrexisset, fratres omnes obeùdo, genibus flexis, petijt à singulis, vt extensis manibus illi benedicerent: & ita eos salutans, Salui estote, inquit, omnes patres & fratres: salua esto laudabilis & sancta societas, quæ me benè suscepisti: ego omninò vestro recto indignus sum.

Cùm igitur à sanctis illis patribus Deo commendatus esset, exijt è monasterio illo, & ab eius ianua longius progressus, se conuertens, & sanctum monasterium adspiciens, tristem atque acerbum gemitum emisit, & flexis genibus, Deum ipsum sic orauit, vt eius lachrymæ in terram defluerint: atque ita finitimam illam regionem salutauit, & lachrymas non intermittens, discessit, iterque suum fecit. Cùm verò dimidium itinæris confecisset, vidit inopem quendam hominem lacera veste indutum, cui dixit: Salue, frater, & vitæ comes. An placet, vt vnà iter faciamus? Maximè, inquit ille, gratum mihi hoc est. Cùm verò vnà iter facerent, Iohannes ait: Video te, frater, vestem tam laceram habere, vt illam ferre non possis: te igitur rogo, vt veste ista te exuas, & meam capias: ego autem tua me induam. Cumq; ad locum quendam venissent, vicissim se salutantes, singuli viam suam aggressi sunt. Cùm verò Iohannes eò venisset, vnde parentum suorum ædem eregionè prospiciebat, se ipsum in terram deiecit, & Deum ita precabatur: Domine Iesu Christe, nè derelinquas me. Cumque ad multam noctem parentum suorum ianuam adijisset, rursus in terram prostratus ac lugens, Deum ita precatus est: Domine Iesu Christe, en parentum meorum domus, quam mihi ostendisti: sed nè à gratia tua decedam, da mihi, quæso, vt superato diabolo, hîc in loco benè moriens, non ampliùs tentationem aliquam patiar. Mansit itaque illic tota nocte illa.

Ff 2

Vt

Mira eius abstinentia.

Tentatur immodico parentum desiderio.

Abscedit à monasterio cù bona vestimenta præfecit.

Venit ad suos parentes.



Vt verò dies illuxit, atrij fores patefacte sunt, vt solebant, eò quòd eius parentes paulo post egressuri essent. Exijt autè familia Præfectus, qui cum ipsum lacera veste indutum vidisset: Quis, inquit, tu es, & vndenam, & quare cum talis sis, huc accedere ausus es? Discede isthinc, quoniam domini mei egressuri sunt. Tum Iohannes: Quæso, domine, vt misericordia me prosequaris: sum enim homo pauper. Sine igitur me in hoc angulo manere, (nihil enim mali facio) atque huius rei mercedè à Deo ipso expecta, si me pauperem ad huius atrij fores manere permittas. Permissit ille, & abiit. Exierunt autem eius parentes in atrium. Quos cum Iohannes vidisset, totus lachrymis repletus est, ac se cum dixit: En diabole, & parentes meos, Deo ita volente, adspexi, & sagittas tuas ardentes conteno, Christi ope adiutus. Ac rursus dixit: Domine Iesu Christe, nè derelinquas me. Et manebat in illo angulo. Cœpit autem eius pater è mensa sua cibum illi mittere, dicens: Huius pauperis patientia multa est: quippe qui in tantis pluuijs, & multa glacie tam patienter ac fortiter in hoc atrio commoratur. Potest Deus ipse per hominem hunc nobis salutem afferre. Omnino enim propter eam huc missus fuit homo iste, vt & nos per illum salutem assequamur. Exiens autem domo quodam die mater illius, cum eum ita abiectum vidisset, indignans substitit, quòd tanquam horrendum aliquid videre sibi visa esset, & ad pueros suos cõuersa: Auferte, inquit, isthinc hominem istum, quòd non possum, illo sic iacente, transire. Statim igitur serui hominem illum vi pertraxerunt. Cum verò aliquantulum à foribus illis longè abesset, manebat illic, neque aliquid discerebat. Egredienti autem aliquando familia Præfecto: Rogo te, inquit Iohannes, vt quemadmodum in initio misericordia me prosecutus es, ita & nunc paruum aliquid turgurium mihi construas, vt à glacie defendi possim, neque à vestra domina vnquam videar. Hęc cum ille audiisset, nihil moratus, paruum quoddam turgurium ei composuit: in quo manebat, Deum orans. Ei autem pater quotidie cibum mittebat. Verum quæ à patre mittebantur, pauperibus ipse distribuebat, ex eis non edens, neque bibens, ita vt omnes pauperes ad eum currerent, & ab illo nutrentur. Itaq; eius corpus sic extenuatum erat, vt ossium compages numerari possent: tanta continentia se afflixerat.

Moratur in angulo quodam patricissimo.

Item in turgurio.

Christus ei apparet.

Tertio autem post anno, cum benignus Deus multum eius laborem adspexisset, eumq; virtutis exercitatione perfectum vidisset, apparuit ipsi & dixit: Salue Iohannes, qui reuerà hoc nomine appellaris: eo enim, quod fecisti, te illi Iohanni, qui virgo fuit, similem ostendisti: nam cum omnia dereliqueris, me secutus es. Tuæ igitur exercitationis tempus, & laborum tuorum certamen completum est. Post tres dies ad me venies, ad illam iustorum hominum requiem. Experrectus autem Iohannes, flere cœpit, & Deum ita precari: Ago tibi gratias, Domine Deus, quòd me indignum hominem illa iustorum requie dignum facere velis: sed memento, quæso, & parentum meorum, & ipsos misericordia prosequere, illorum peccata non reputans, sed delens, quoniam solus tu clemens es & misericors. Cumque has preces compleuisset, prædicti si familia Præfectum ad se accersitum, sic affatus est: Quemadmodum ab initio vsq; ad hanc horam misericordia me prosecutus es, ita, quæso, & nunc facias. Vnum est, quod à te peto, vt meis verbis, dominae vestrae significetur. At ille: Agè, inquit, dic, si quid vis. Tum Iohannes: Eas igitur, & illi hæc dicas: Pauper ille, quem ad fores iacentem expelli iussisti, per me à te petit, nè superbo animo pauperem & inopem despicias, Iesum Christum Dominum respiciens, sed patienter digneris ad eum accedere, quippe qui habet quædam tibi dicere. Abijt ille, & dominae suæ nunciauit, quæ à Iohanne acceperat. Tum illa: Num, inquit, aliquid est, quod pauper iste mihi habeat dicere, quæ non possum ad eum accedere, neque ipsum adspicere? Virum autem suum adiit, & ipsi hæc significauit. Cui ille dixit: Abi vxor mea, & pauperem nè despicias: pauperes enim Deus elegit. At illa adhuc iter suum differebat. Rursus Iohannes ad eam misit, qui eius verbis diceret: Post tres dies ego moriar: at tu si huc venire, & me videre nolueris, postremò te ipsam poenitebit. Illa cum de eius morte audiisset, exijt, & pueris suis præcepit, vt pauperem illum ad se ferrent.

Matt. 25.

Ille verò cum esset contactus, agnoscere non poterat, sed hæc dixit: Merces tua, o domina, completa est, sicut Dominus dixit in Euangelijs suis, quo loco ait: Quæcunque feceritis vni ex istis fratribus meis minimis, & mihi fecistis. Ego verò, vt pauper & nihil habens, benedictionem quandam tibi volo derelinquere: sed iureiurando promittas velim, te facturam quæ dixero, & ita benedictionem accipias. Iurauit illa se obseruatu.

naturam quæ audiret. Tum ille: Per eum, inquit, ipsum te obtestor, per quem & tu iurasti, nè iubeas me alia veste te tecum sepeliri, nisi hac ipsa, quam nunc habeo: & in hoc ipso loco, vbi turgurium meum est, facias me humari: quoniam neque alijs vestibus, neque nobiliore aliquo loco ego dignus sum. Hęc cum dixisset, illi Euangelium tradidit, ac dixit: Hęc tibi in hac vita propugnaculum, & illius futuri æui bonum tibi, quàm domino meo viro tuo sit viaticum. Illa cum Euangelium accepisset, vndique illud versans, ait: Simile Euangelium hoc illi est, quod olim dominus meus filio nostro dedit. Cucurrit igitur, & viro suo librum ostendit. Quem cum ille agnouisset: Verè, inquit, Euangelium hoc est, & non aliud. Sed vndenam ipse hoc habuit? Par est illum interrogare, vbinam sit filius noster Iohannes. Cum igitur ad ipsum venissent, dixerunt: Obtestamur te per purissimam Trinitatem, vt nobis verè dicas, vndenam Euangelium hoc habueris, & vbi sit filius noster Iohannes. Ille cum lachrymarum vim ferre non posset: Ego, inquit, sum Iohannes filius vester: ego sum multarum lachrymarum vobis causa. Euangelium hoc illud est, quod vos mihi dedistis. Sed Christum meum desiderans, suave illius iugum portauit. Hęc cum parentes audiissent, ad filij collum se abiecerunt, & ab hora prima vsque ad sextam ita fleerunt, vt omnes, qui urbem habitabant, vnà cum illis filium agnitum fleerint.

Vide sancti viri humilitatem.

Confretur parentibus quis sit.

Excedit è vita.

Vt verò eius recta & sancta institutio, nulla vitæ huius perturbatione macularetur, illius Spiritus, quem loquentem in se habebat, ope adiutus, animam suam Deo reddidit. At eius mater oblita quod iurauerat, laceratis vestibus illum exiit, & aureis induit: quibus cum ille indutus esset, repente mater paralytica effecta est. Cum verò eius pater verba illius memoria repeteret: Seruetur, inquit, quod sancti nostri filij voluntas postulauit. Cum igitur aureis vestibus eum exiissent, laceris illis induerunt, quas antea habere solitus fuerat. Quo facto, statim eius mater sanata est. Illius autem sancti vire reliquias in turgurio illo parentes condiderunt, & sacram ædem illic ei construxerunt, omniaque bona sua sacro illi templo dedicarunt. Cumque multas pecunias in peregrinorum ministerium contulissent, in pace diem suum obièrunt. Hęc fuit Iohannis institutio, hæc vita, & sanctæ ipsius exercitationis ratio. Hic, inquam, cum diabolum conculcasset, supernæ vocationis brauius dignus effectus est, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria sit & imperium in secula seculorum, Amen.

Boni parentes sancto filio templum construxerunt, omniaque sua bona illi dedicarunt, eorum reliquijs ibidem collocatis.

## VITA S. MAVRI ABBATIS, PER FAVSTVM EIVS CONDISCIPVLVM SCRIPTA.

PROLOGVS.



Favstus, famulorum Christi famulus, omnibus monachis, qui sunt in Oriente & Occidente, meridie & septentrione, & fidem, quæ secundum pietatem est, vnà nobiscum in Deo retinent, gratia, misericordia, pax, & propitiatio à Deo patre omnipotente, conditore omnium: & ab Iesu Christo vnico filio eius, Domino, Redemptore ac Salvatore nostro: atque à Spiritu sancto, illuminatore & viuificatore animarum nostrarum:

Cum à parentibus meis omnipotentis Dei seruitio nutritus, secundum regularis normam institutionis, septennis beato Benedicto in eius sanctissimo cœnobio, quod idem totius sanctitatis vir in Cassino edificauerat castro, traditus fuisset iuxta miserentis Dei voluntatem, qua & velle & operari in nobis perficit pro bona voluntate, gratuita nos & omnipotentiissima miseratione vt velimus præueniēs, ac misericordissima gratia, nè frustra bona, quæ inspirare dignatur, aggredi conemur, subsequens: quin magis, vt recta in illum fide credentes, atque in bonitate & simplicitate cordis de illo sentientes, pro his quæ ipse tribuit & immittit, præmia nos æternorum ab eo recipere speremus gaudiorum, si tamen propositi nostri & fidei rigorem ad finem vsque firmum ac inconvulsum seruemus: Postquam, vt ipsi superno placuit opifici, annos puerilitatis emensus sum, & vt iam liberæ facultatis cœpi permissione, ex integro me pro

Favstus puer septennis sit monachus.

Phil. 2.

viribus & scire, monasticae mancipauit obseruationi: adeo vt ne momento quidem a visione beatissimi ac sanctissimi Benedicti disiungi vlllo modo vellem, sed semper eius Deo placita, & hominibus imitanda instrui doctrina, ac radiantibus aedificari exemplis, ardentissimo desiderabam amore.

Multis modis probari solent monachi. 1. Tim. 2.

Cernens itaque beatissimus Pater me per omnia saluti propriae, & regulari institutioni operam dare, multis sapissimè argumentationibus propositum animi mei nihil est experiri, etiam de his, quae ipse homini impossibilia ac importabilia esse sciebat. Sed ubi per gratiam omnipotentis Dei, qui omnes homines vult saluos fieri, me paratissimum atque promptissimum ad omne, quicquid illud erat, aggrediendum ac tentandum, sine etiam perferendum esse petiit, ilico specialius praeter ceteris obsequiorum meorum vt seruitijs coepit, meque arcanis quibusque, & nulli pendere ab eo, vt assererebat, ante prorsus creditis, paterno affectu instruere, ac contra tentantia praemunire vitia. Vnde factum est, vt cum beatissimo Mauro discipulo suo, qui ab eo religiosissimè nutritus & eruditus fuerat, quique vitae merito & perfectione virtutum magistri cooperatore extiterat, me ad partes dirigeret Galliarum, quod illi aliquod solatium mea praebere cohabitatio. (ego quippe ex prioribus, qui ab eo educati primi fuerant, solus superstes eram tyronibus) Gratia siquidem fundandae coenobialis religionis, ad tam longinquas exterasque ab eo transmissus est regiones.

Pfal. 138.

Denique diuinitatis maiestas omnipotentissima, quae omnia circumplectens & penetrans, intelligit cogitationes a longè, & nouit omnia nouissima & antiqua, & omnes vias singulorum prauidet: cum eidem sanctissimo patri, suum monasterium in loco, superius iam dicto, ab ipso constructum, occulto suo iudicio destruendum euerendumque prodidisset, & vir Domini inconsolabili pro hoc afflictione stertus indefinenter afficeretur, reuelatio illum caelestis tali releuare ac confortare est dignata oraculo: Noli, ait, probatissime ac electissime Deo Benedicte, pro his, quae huic euentura didicisti loco, moestum vlllo modo gerere animum, quoniam quod semel praefixum atque decretum est inscrutabili summae Deitatis consilio, intransibile atque irreuocabile, sine dubio patrabitur, solus tibi tuo merito cunctorum concessis habitantium animabus. Sed adierit omnipotentis quamperperam diuina propitiatio & consolatio, quae & locum hunc in pristinum, immo in ampliorem, quam nunc videtur, tuis nihilominus meritis restituet gradum, & alius perinde nationibus huius lumen religiositatis de hoc eodem irradiabit loco. Pro quo vt interpellatus, vel potius efflagitatus fueris, extemplo quos probabiliores in huius grege sanctae habes congregationis, quod deprecaberis, mittere maturato, sciens proculdubio, quoniam laboris eorum fructus vberimus, & tibi ad cumulatum recipiendorum augmentabitur praemiorum, & illos ad habitationem perennis introducet beatitudinis.

Diuinitas reuelatur. Benedicto destructio monasterij sui.

Hoc ergo sanctissimus Deoque charissimus pater certior factus responso, mox vt legatione Cenomanici antistitis conuentus & exhortatus est, continuo summae religionis virum euocans Maurum, cum consilio totius congregationis, legatis eum ipsius assignauit praefulis, dans illi socios & cooperatores, Simplicium, & Antonium, ac Constantinianum: me quoque laboris eorum & peregrinationis, non dico operum perfectorum, comitem deputans. Ego itaque cum longè post transitum egregij confessoris Christi Benedicti magistri nostri, operum mirabilium patratoris, sepulto iam beatissimo Mauro, & duobus comitibus nostris, Constantiano scilicet & Antonio, ad nostrum monasterium vltimam iam penè aetatem, vna cum Simplicio, iuxta mandatum beati Mauri fuisset regressus, compulsus ab omnibus fratribus congregationis Cassinensis coenobij, de quo profecti fueramus, & praecipue à religiosissimo viro, ac cum honore nominando Theodoro, qui tertius post sanctae memoriae Valentinianum prolixiori tempore Lateranensis congregationem rexit monasterij, historiam de vita & conuersatione, sine etiam de profectio eiusdem beatissimi Mauri, necnon etiam de constructione coenobij, quod, Deo se iuuante, strenuè atque comptissimè aedificauit, quin & de miraculis, quae per illum Dominus ad laudem & gloriam nominis sui operari dignatus est, quae & nos ipsi coram positi, oculis nostris inspeximus, altius & ab ipsa eius repetens natiuitate, scribere sum aggressus, ad omnium aedificationem monachorum. De veritate porro gestarum rerum & narrationis, neminem ambigere fua-deo, quia multo melius esse de toto silere scio, quam aliquid mendosum effatumque narrare.

Monasterium Lateranense.

narrare. Denique hoc opusculum beatissimo Papae Bonifacio ostendi. Quod ipse sanctissimus Pontifex approbans, laude dignum duxit, suaque sancta authoritate roborauit. Deprecor autem eos, qui hoc ad legendum sumpserint, nè rustico incultoque conscripta stylo fastidiant, sed potius veniam mihi tribuant: qui quanuis imperitus existere, ac nullius praerogatiuae literariae artis, qua inniti valerem, essem instructus, ea tamen, quae per seruum suum Dominum operari voluit, & quibus ipse interfui, silentio non sum passus abscondi: praesertim cum ad haec exaranda, quoquo modo possem, tam fraterna charitate & deprecatione, quam non paruipendendo sanctorum virorum sum pro-uocatus imperio.

Historia haec a summo Pontifice approbata.

VITA SANCTI MAVRI ABBATIS.



Beatissimus igitur Maurus, clarissimo senatorum genere, patre Eutychio, matre vero Iulia exortus, duodennis sanctissimo Benedicto, omnipotenti Deo sub regulari nutriendus institutione, a parentibus est traditus. Qui cum adhuc iunior bonis polleret moribus, sicut etiam ipsi vidimus, & frequenter experti sumus, magistri coepit adiutor existere, ac eius miraculorum cooperatore esse. Hunc sanctissimus Benedictus praeter omnibus semper charius dilexit & instruxit, atque ita in omnipotentis Dei informauit seruitio, vt nemini post ipsum in coenobiali sacrosancta obseruatione fuerit secundus. Quis enim vnquam austerius corpus proprium ieiunijs, abstinentia ac vigilijs, squaloribus quoque & nimijs edomuit frigoribus? Frequenter enim eum vidimus in diebus sanctae Quadragesimae nec tunica, nec cuculla, nisi solummodo sacco vti cilicino, & duabus tantummodo vicibus in hebdomada paruissimum potius pregustare, quam sumere, cibum. Iste quippe mos in omni vita sanctissimo fuit Benedicto: cuius ille exemplo prouocatus, afflictione perualida carnem macebarat, inquantum illi eiusdem patris sui permittebat licentia. Nam reliquo totius anni tempore, sub monachali tunica, semper asperrimo a scapulis vsque ad renes induebatur trogulo, eiusdem subtegminis in fratu, superaggestum calcis & sabuli, tantummodo excepto Quadragesimali tempore, vsus est cilicio. Tunc enim, inquantum poterat, sollicitè satagebat, non iacendo, sed potius stando, vel cum nimia eum lassitudo compulisset, sedendo solummodo capere. Nemo illum vnquam vidit de lectulo cum ceteris surgere fratribus, sed semper nocturno vigilando praeparare hymnos attentius procurabat, plerumque quinquagenos, saepe etiam centenos psalmos: nonnunquam vero totum ex ordine Psalterium ante nocturnalem consummans synaxim, exceptis duntaxat horarum spatijs, quibus orationum, lachrymarum, ac creberrimorum profundebar preces singulatum. Silentio vero ac lectione ita assidue vacabat, vt pro hoc etiam ipsi sanctissimo Benedicto admirabilis haberetur.

15. IANUAR. S. Mauri parentes. Duodennis tradit monasterio.

Nota vestis & abstinentiam sancti viri. Item S. Benedicti.

Item strati & somni. Item vigilias & preces.

Silentium & lectione.

His ergo alijsque, quas enumerare longissimum est, eo succrescente virtutibus, sanctissimus de illo Benedictus plerumque in conuentu fratrum, suppresso eius nomine, quasi alio loquebatur, iunioribus & negligentioribus illum proponens sequendum. Vidimus, aiebat, nostra aetate quandam strenuissimae nobilitatis iuuenem, infra annos adulescentiae, ita omnis monasticae religionis subito arripuisse perfectionem, vt alicui ex prioribus similis, immo aequalis per omnia dignissimè iudicaretur. Sed licet haec beatissimus, Deoq; dilectissimus Maurus, ac nonnulli ex fratribus, de eo sanctissimi ore Benedicti proferri scirent, nunquam tamen ille pro hoc vitio succubuit iactantiae, ardua semper & sanctiora appetens, ac toto conamine de virtute in virtutem proficere studens.

Humilitas S. Mauri.

Dum quodam tempore sanctissimus Benedictus, a quodam nobilissimo secundum seculi dignitatem viro, exoratus fuisset, vt ad domum eius dignaretur per semetipsum accedere, quod uxorem eius & filium, quem nuper enixa fuerat, a demonio, quo grauissimè pariter vexabantur, suis sanctis meritis & orationibus liberaret, & sanctus Domini pro eo, quod ei familiaris pro aliquibus operibus, ab eo religiosè gestis, existeret, ire non distulisset: beatissimus Maurus, qui tunc in monasterio nostro, imperio sanctissimi Patris nostri, praepositi ac totius coenobij procuratoris & administratoris post

ipsum fungebatur officio, cum fratribus ad fruges colligendas, longiusculè à monasterio est egressus: A quo opere dum ad sextam refectiois horam cum eisdem fratribus rediret, antequàm ad portam ventum fuisset monasterij, claudum quèdam & mutum puerulum inuenit in itinere. Cumque pater & mater pueri, eius pedibus prouoluti, & cum clamore valido & lachrymis terribile nomen Dei obrestantes, vt filium suum eis sanum redderet, genua eius firmissimè vtrisque constringentes manibus, precarentur, refugit pauore nimio tale attentare miraculum, se peccatorem esse, nec talis villo modo operis effectorem vociferans posse fieri: maximè, inquit, cum hæc sanctorum Apostolorum sint opera, aliorumque perfectorum, qui eorum exempla credendo & imitando sectantur.

Nota quod hic de stola dicitur.

Marc. 11.

Curat claudum et mutum puerum.

Nos ergò hæc ab eo dici audientes, simul & perfectissimam Deoque acceptissimam ad talia peragenda eius vitam & meritum sufficere cognoscentes, iuncti parentibus pueri, pro restitutione ægroti eum rogare cœpimus. At ille, vt erat pijsimus, lachrymis perfusus, atque in oratione prostratus, postquam diutissimè orauit, stolam cum qua eodem anno, iubente Benedicto, beato magistro suo, ordinatus ad ministerium fuerat Leuiticum, & quam iuxta morem, gratia sanctitatis primo indefinenter ferebat anno, de sanctissimo collo suo protulit, & super caput infirmi, crucis signum faciens, posuit, & ad caelum oculos erigens, dixit: Domine Iesu Christe, qui discipulis tuis polliceri dignatus es, dicens: Amen dico vobis, quia omnia quæcunq; orantes petieritis, credite, quia accipietis, & venient vobis: ostende etiam nunc, quia nos serui tui, exigui licet & peccatores, in te & in verbis tuis sanctis, prout ipse largiri digneris, eandem fidem habemus. Et hæc dicēs, ait ad debilem: In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, adiutus meum sospitati redditus, cœpit rectissimè ante nos pergere, ac Dominum voce exultationis & laudis benedicere, dicens: Benedictus Deus creator omnium, qui me redintegrare dignatus est meritis sanctissimi serui sui Benedicti, per beatissimum discipulum eius Maurum.

Bertigramnus Cenomanensis Episcopus.

Maurus mittitur in Gallias.

Perfectissimus ergò Benedictus, cum reuersus ad monasterium, sanatis, pro quibus ierat, fuisset, nobisque narrantibus & laudantibus Dominum, ea quæ contigerant, comperisset, in magna deinceps admiratione ac veneratione beatissimum Maurum habere cœpit: nec iam loco discipuli censebat æstimandum, quem ita Deo proximum iam videbat effectum. Per idem tempus legati ad nostrum aduenerunt monasterium, missi à beatissimo Bertigramno, Cenomanicæ ciuitatis Episcopo. Nam idem sanctissimus Pontifex, audita fama sanctitatis eximij Patris nostri, Flodegarium Archidiaconem, & Harderadam Vicedominum suum, strenuissimos scilicet atque clarissimos viros, à latere suo cum magnis xenijs ad eundem Patrem nostrum transmisit, omnibus eum exorans precibus, vt illi perfectissimos dirigeret fratres, qui monasterium illi secundum regularis ordinem obseruationis in fundo ecclesiæ, quam regebat, ædificare deberent. Perfectissimus verò Pater noster, iuxta rationem & reuclationem, quæ in præfatione huius operis à nobis pleniter est exposita, quanquam finem dierum suorum iam iamque sciret imminere, secundum quod spiritu sancto didicerat reuelante, legatis supradicti Antistitis tam beatissimum Maurum, quam nos quatuor, quorum nomina proœmio infernimus, assignauit, præcipiens nobis, vt non minùs ipsi beatissimo Mauro, quem nobis magistrum constituebat, quam ei eatenùs, in omnibus pareremus.

Oratio S. Benedicti ad fratres.

1. Cor. 13.

Iam verò quis dignè explicet, quantus mœror, quantusque luctus totam sanctissimam nostram subitò corripuit congregationem? Quia enim sanctus pater eis iam obitùs sui reserauerat diem, spes & consolatio totius congregationis in beatissimo Mauro pendebat, illum se patrem, illum se gaudentis post eius transitum habere rectorem. Sanctissimus autem pater noster tantis fletibus & suspirijs motus, omnem euocans congregationem, talem ad eos protulit orationem: Si tristandum, dilectissimi mi fratres ac filij, pro tali esset negocio, mihi magis, quam vobis hinc esset mœrendum, qui quantum ad præsens, magnis videor destitui solatijs. Sed quia dicente Apostolo, Charitas benigna est, benignitatem charitatis nostræ omnimodis impendere debemus his, quos aliquo modo ea indigere cognoscimus, nec nostra tantum, quam aliorum, quærere. Quapropter vos amoris paterni sollicitudine à fletibus & mœrore rem-

temperare deposcimus, quia potens est Deus meliores nobis post huius depositionem corporis, huic sanctæ immittere congregationi, quorum meritis & exemplis longè præstantius, quam nostris, ædificemini. Sed & illud summòperè nobis est procurandum, nè versutia antiqui hostis, vnde alijs salus acquiritur, indè nobis tristitiæ malo detrimentum in aliquo ingeratur. Nos etenim, quos vnitatis semel in sancta charitate iunxit concordia, nunquam vel longissima diuident terrarum spatia: quoniam semper interioris hominis adpectu, qui renouatur secundum imaginem eius, qui creauit eum, nos quoad vixerimus tempore, inuicem intuebimur. Vos autè fratres charissimi, quos ad opus Domini construendum ad illas dirigimus partes, viriliter agite, & confortetur cor vestrum in sancto proposito & religione: proculdubidè scientes, quia quanto austeriora, causa salutis aliorum, in huius via seculi pertuleritis, tanto maiora à Deo recipietis caelestium gaudia præmiorum. Nec vos villo modo resolutio huius nostri mœstificet corpuseculi, quoniam presentior vobis, carnis deposito onere, ero, vestrique, Dei per gratiam, cooperator existam assiduus.

Nota Le. stor.

Regula S. Benedicti.

\*Euchelia Preces nocturnæ.

Nò temerè vir sanctus suis mittit reliquias.

Nota vim sanctorum reliquiarum.

Prophetia S. Benedicti.

Et hæc dicens, dans osculum nobis, profectusque nos cum omni congregatione vsque ad ostiū monasterij, osculatis rursum nobis, ac benedictione super nos tradita, dedit sanctissimo discipulo Mauro librum regulæ, quem ipse sanctus manu sua scripserat, proferrique iussit pondus libræ panis, & vasculum æneum, vini heminam capiens, & ita nos suu abire: dans mandatum missi supradicti Præsulis ad eundem Pontificem, vt sua vice paterno affectu nos suscipiens tractaret, ac nobis aptum locum ad ædificandum, sicut pollicebatur, cœnobium traderet.

Igitur nos quinta Epiphaniarum sabbati iter arripientes, primam mansionem in possessione nostri monasterij in villa, quæ \* Euchelia nuncupatur, habuimus. Quò aduenientes, honorificè satis à duobus fratribus nostris, Probo videlicet & Aquino, suscepti sumus, quos sanctus pater noster huius rei gratia pridè illuc direxerat. Ea nocte celebrantibus nobis nocturnale officium, aduenerunt illuc duo nihilominùs ex fratribus nostris, Honoratus beatæ recordationis vir, ac Felicissimus egregiæ indolis adolescens, consobrinus sancti Mauri, missi à sanctissimo Patre nostro Benedicto. Quos vt vidimus, gaudio non modico gauisi sumus, certum tenentes apud nos, aliquid magni de parte eiusdem Patris nostri nos ab eis vel audituros, vel percepturos. Nec nostra frustrati sumus æstimatione. Nam vt completis hymnis matutinalibus in vnum conuenimus, Honoratus monachus magnificè à pectore suo beato Mauro protulit munera, capsulam scilicet eburneam, & paginulam Epistolæ, breuia quidem continentem verba, sed amore prophetiæ, & sanctæ charitate dilectionis grauida satis ac desiderabilia, quæ idem sanctissimus Benedictus ipsi deportari antequàm de loco egrederemur, perniteri iusserat. Siquidem tres portiunculas ligni salutiferæ Crucis, & reliquias sanctæ Dei genitricis, sanctique Michaelis Archangeli, ex palliolo sanctæ scilicet eius memoriæ, Stephani quoque protomartyris, ac beati confessoris Christi Martini, in ipsa posuerat capsula.

Textus verò Epistolæ, quam & conspeliere sibi amore Patris sui beatus iussit Maurus, hæc continebat: Accipe, dilectissime, extrema institutoris tui dona, quæ & longum nostrum testentur amorem, & tibi ac commilitonibus tuis contra omnium perpetuum munimen præbeant impedimenta malorum. Post expletam enim totam trinam vice-norum decursionem annorum, ex quo monasterialem adisti perfectionem, in gaudium Domini tui es introducendus, vt nobis Dominus hesternò die, postquam à nobis digressus es, ostendere est dignatus. Prædico etiam tibi, moram vos in eundo esse passuros, ac cum difficultateabilem locum inuenturos pro his, quæ & Deo ordinatè perficientur, & quæ inimicus humani generis molimine calliditatis suæ in vos concitabit. Nusquam tamen benignitas misericordis Dei vobis deerit, sed potius, differendo licet, ac desiderium animi vestri in longum experiendo, aliorum quam sperauimus, aptissimam dignabitur largiri mansionem. Iamque valeas felix in profectioe, felicior futurus in peruen-tione. His beatus Maurus recitatis, & abundantissimè pro his, quæ & merebatur, & præmonebatur, hilaris effectus, ad Patris Benedicti præsentiam eisdem cum gratiarum actione remittit fratres, adolescenti iam dicto Felicissimo, quinque siue septies perfectioris normæ religionis operam dare inculcans.

Porro nos cœptum iter carpentes, quinquagesimo quinto die Vercellas aduenimus. Quo

Quo in loco dum biduo ab ipsius ciuitatis clericis detenti fuiffemus, qui nos pleniffima receperant charitate, prophetia sanctiffimi Patris nostri impleri iam in nobis coepit. Super praedictus enim Harderadus per gradus cuiusdam altiffimae ac mirificae turris deambulans, ac impediens sarana deorsum praecipuus rucens, ita toto corpore debilis, immo penè exanimis, ad nostrum non aliter, quam in linteo, deportatus est diuersorium, ut omnes de eius vita desperare cogere mur. Quae res grauiffimam nobis, & praecipue Flodegario Archidiacono, tristitiam intulit. Nam quatuordecim dies ibi morati sumus, in quibus irremediabili ac deteriori semper idem vir attritus est dolore, adeo ut dextera scapula eius cum brachio & manu, inflatione nimia intumesceret, & medicus iam ad secandum eum sollicitè inquireretur. Illucescente ergo crepusculo tertiadecimae diei, quo ibidem adueneramus, Flodegarius nullo modo se ferre posse ut secaretur, affirmans: oratorium, in quo beatus Maurus orationi vacabat, concitus irrupit, pedesque eius utraque constringens manu, ac lachrymis vbertim perfundens, osculaque figens frequentia, deprecari eum & obtestari coepit, ut suis precibus infirmo subueniret, opem sui adiutorij illi ferendo, nec sineret eum ferro sectionis, & igne vstionis, acerbissimo cruciatu tormentari, quem sciebat eius interuentu facile posse saluari.

Beatus vero Maurus tam miseratione infirmi, quam profusione deprecantis lachrymarum, quamque etiam itineris retardatione ad fletum usque permotus, ante altare in orationem se dedit, & diutissime orationum precibus, suspirijs ac singultibus aures vicinæ sibi supernæ pietatis pulsans, cum à loco, quo in modum crucis prostratus iacebat, surrexisset, accipiens de super altare capsulam reliquiarum, quam illi beatus magister suus direxerat, assumptis etiam nobis, ad lectum pergit ægroti. Ibi que rursus oratione præmissa, salutiferum reteggit lignum, & de eo à scapula usque ad vngulas manuum ex omni parte signum crucis faciens, dixit: Deus omnium conditor creaturarum, qui ad restorationem humani generis vnicum filium suum, operante spiritu sancto, ex Maria semper virgine incarnari constituit, qui per hoc sacrosanctum ac gloriosum viuificæ crucis lignum, vulneribus & languoribus animarum nostrarum, nos redimendo, subuenire dignatus est, ipse te per virtutem vitalis ligni huius ad pristinam reducere dignetur sanitatem. Hæc cum beatus orasset Maurus, continuo per tria loca omnis excoctio sanguinis, qua brachium totum intumuerat, vehementer decurrere coepit. Erat autem ipse Harderadus nobilis quidem secundum seculi dignitatem, sed nobilior, prout seculari possibile erat, in omni religione.

Flodegarius denique viso tanto miraculo, nullo modo se à fletibus præ gaudio poterat temperare, Deum assidua magnificans collaudatione, & sanctiffimum patrem nostrum Benedictum frequētissima extollens veneratione, qui tales habere ac nutrire dignus fuerit discipulos, per quos talia Domino operari sit placitum. Fit continuo concursus totius suburbani populi, felicem se vnusquisque fore existimans, si beatum Maurum vel videre contigisset. Ipse vero non suam, sed patris, qui in cælis est, semper gloriam querens, ad spectus se videre querentium fugiebat, dicens: Hoc quod per lignum redemptionis nostræ diuina perficere voluit maiestas, redemptori magis omnium est ascribendum, quam homini: quanquam sanctiffimi patris nostri Benedicti merita, vix efficeretur, obtinuisse nulli dubium esse possit. Acger igitur noster penè iam incolumis effectus, beatus deprecatus est Maurum, ut sequenti etiam die ab ipsa non egredere mur vrbe, quousque ille per omnes orationis domos, quæ ibidem constructæ erant, vota piæ laudationis & sacrificium veræ confessionis, pro reddita sibi per solvere Domino posset sospitate. Quod beatus libētissime annuit Maurus: valde enim eum diligebat, pro eo maxime, quia religionem ordinis nostri ab eo præferri videbat.

Quintodecimo demum die urbem illam relinquentes, ac dispositum iter accelerare festinantes, cum iuga alpium media ferè transiremus die, famulus noster nomine Sergius, de equo, cui infederat, super immane sinistrorsus cadens saxum, pedem sibi concitè resurgere volens, ita atterens extorsit, ut ossa omnia in vnum coadunata, non iam speciem pedis, sed similitudinem alicuius præfigurarent teretis. Qui nimio affectus cruciatu, cum frequenter vitali quasi carere videretur flatu, beatiffimus Maurus ad eum accedens, sinistraque manu collisum eius apprehendens pedem, & dextera super eum signum crucis faciens, ait: In nomine Dei omnipotentis, qui sua virtute soluit compeditos, surge sanus, & prouide ministerium obsequij seruorum Dei, ad quod peragendum

Signo crucis manu impresso, collisum pedem Sergij Maurus sanat.

dum à beatissimo patre nostro nobis es assignatus. Qui illico saniffimus effectus, gaudium nobis lætitiâque suscitauit non modicam.

Exinde cum ecclesiam preciosorum martyrum Christi Mauricij & sociorum eius gratia orationis omnes simul fuiffemus ingressi, cæcus quidam ex matris vtero, pro foribus eiusdem basilicæ sedens, & ab intrantibus ac egredientibus quotidianum mendicando victum deposcens, comperit à socijs itineris nostri illic Maurum aduenisse discipulum sanctiffimi Benedicti, cuius fama sanctitatis iam vbi que percrebuerat. Cumque oratione completa ostium basilicæ egressi fuiffemus, cæcus idem in pavimento toto prostratus corpore, deprecari & obtestari beatum Maurum coepit, dicens: Adiuro te Maure serue Dei per hos preciosissimos Thebææ legionis martyres, & per venerabile magistri tui nomen Benedicti, ut sanctis tuis precibus oculorum mihi lumen conferri obtineas à Domino. Sanctus ergo Domini hoc audito, parumpèr figens gradum substitit, eumque de pavimento surgere præcepit. Cumque stetit ante illum, interrogauit eum, dicens: Dic mihi homo, quantum temporis iam emensum est, ex quo hæc sancta sanctorum adisti limina? Qui respondit, dicens: Vndecimus penè iam elabitur annus. Et sanctus Domini ad hæc ait: Nunquid si voluissent hi sanctiffimi, ac Deo chariffimi martyres, qui corpora sua sancta pro Christo gladiatoribus perimenda exposuerunt, ut animas pro ipso ponerent, lumen oculorum tibi à Domino dari impetrare non potuissent? Istos itaque attentius exorando deprecare, quorum magis hæc quam nostra sunt opera, & quorum ipsi non minus ceteris indigemus suffragijs. Et hæc dicens, coepit abire. Cæcus vero quædam horrenda & pauenda vociferando inclamare sacramenta non intermittebat, usquequod sanctus vir, nobis etiam compellentibus, sedibus oculorum eius, quibus eatenus lucicomi solis non splenduerat claritas, lachrymis madefactis, dexterae manus sue impressit digitos, caeloque aliquantisper intendens, ac super eos signum nostræ redemptionis edens: Dominus, ait, & Saluator noster Iesus Christus, qui est vera lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ipse te per inuocationem sui nominis, & merita horum beatorum sanctorum, ac magistri nostri Benedicti, illuminare dignetur, ut vidēs mira opera altiffimi, quibus distinguere mundanæ volunt formam creationis, ipsum conditorem horum ac restauratorem nostrum voce exultationis, & opere veræ credulitatis collaudes.

Hæc cum orasset sanctus vir, statim sanguis vbertim ab oculis eius desluere coepit, & continuo clariffimis luminibus sphaeram solis respectans, hymnum trium puerorum ex ordine decantare clara voce coepit. Vocabatur autem vir ipse Linus: qui, ut ab ipso comperimus, tam psalterium, quam omnia & diurna & nocturna audiendo didicerat officia. Habitatores autem loci illius, videntes tale miraculum, per beatum Maurum celebratum, simul in vnum conglobati, deprecabantur eum, ut benedictionem suam super eos daret. Quibus ipse hac tantum respondit voce: Benedicat vobis Dominus Deus vester, qui habitat in Sion, ut videatis bona eius, quæ sunt in Hierusalem, omnibus diebus vitæ vestræ. Deditque mādātum illi, qui illuminatus fuerat, ut nunquam iam ab ipsa ecclesia discederet, sed iugiter ibi Domino ac sanctis martyribus deseruiret. Quod ipse postea deuotissime impleuit. Cum enim post transitum beati Mauri ad nostrum reuerteremur monasteriū, clericatus eum functum officio in ipsa inuenimus ecclesia, & decrepitam iam agentem senectutem.

Indè igitur egressi, coeptum iter exequi attentius conabamur. Cumque nocte quadam iuxta ecclesiā sanctæ Dei genitricis & semper virginis Mariæ, iam in locis hospitarem virentibus, & mulier quædam vidua Remeia nomine, quæ in contigua nobis manebat domo, filium suum iam adolescentem, quem ex defuncto nupèr viro suscepserat, quique iam vltimum trahens statum, vicinam in lecto iacens opperiebatur mortem, infomnem plangendo & eiulando duceret noctem; vir Domini Maurus more sibi solito, nobis quiescentibus, ipsam ecclesiam, vota Domino precum ac supplicationum ut redderet, ingressus est. Cum vero iam vigilia propinquaret matutina, & mulier nec momento quidem à plangoribus & eiulatibus cessaret, vir Domini tenerrimè motus ad pietatem, se cum lachrymis Domino prostravit, & ut miseræ mulierculæ misereri dignaretur, filium suum illi restituendo incolumem, precabatur. Cumque ab oratione surrexisset, cellulam in qua dormiebamur, latenter introiens, simplicium monachum cautè tetigit, annuens illi, ut cautius surgens se sequeretur. Ille autem

mox



Luc. 7. mox eum in ecclesiam sequutus, attonitus quid ei velle iubere, expectabat. Sanctus vero Domini accedens ad illum, ait: Doloribus huius infelicis mulieris animus nimia comparitur teneritudine. Quapropter plena fide ad lectulum simul accedamus. centis: forsitan recuperabit illum superna dignatio. Veniens ergo ante stratum penes iam exanimis cadaueris beatus Maurus vna cum Simplicio, ait: Christus Dominus & Saluator noster, vnica spes & consolatio dolorem patientibus & perferentibus, qui misericordia motus super viduam, filium eius extra portam elatum, intuentibus populum exuscita uit turbis, eadem nunc pietate & huic adesse dignetur mulieri, filium eius restituendo incolumem. Et hec dicens, abscessit. Ille vero, qui duobus iam diebus sine sensu & voce iacuerat, matrem suam vocare ac consolari coepit, dicens: Noli mater flere, quia lachrymis cuiusdam serui Dei, quas fudit tuo compatiens dolori, vitæ ac sanitati ab ipsis Auerni faucibus redditus sum. Cui cum illa diceret, Ecce in hac nostra basilica cum alijs eiusdem habitus viris matutinos decantat hymnos: ille ac si nihil incommo- dit pertulisset, de lecto continuo surgens, ecclesiam intravit, & absque hesitatione sanctissimum adijt Maurum, vociferans & dicens: Verè tu idem ipse es, qui me tuis lachrymis & meritis à tribunali, de quo tristem exceperam sententiam, qua iam incendio sis deputatus eram locis, ad superos reuocasti. Fama huius facti totam continuo repleuit regionem. Ruunt præcipientes nobis obuiam viri cum mulieribus, senes cum iunioribus, laudes Domino vndique concrepantes, qui taliter mirificat sanctos suos. Vocabatur autem idem adolescens Eligius, qui postea (vt nobis relatum fuit) in monasterio Lirinensi monachus est effectus.

Paschalis solennitas. Nos itaque cum iam appropinquante solennitate Paschali, quotidie professionem acceleraremus, eo die, quo Dominica celebratur coena, in pagum deuenimus Antiodorensis. Audiens autem beatus Maurus opinionem sancti Romani monachi, qui beatissimo patri nostro Benedicto in initio adiutor & cooperatore extitit, vt in historia vite eius plenissime inuenitur, qui que per reuelationem Gallias petens, coenobium in eodem pago, in loco, qui Fons rogi nuncupatur, ædificabat, petijt duces itineris nostri, vt eò diuertentes, ibidem sacrosanctum Pascha celebraremus. Hoc autem beatus Maurus maxime idcirco expetebat, quia & sequenti die transitum sanctissimi complendum esse sciebat, & colloquio beati Romani monachi desiderabiliter frui cupiebat. Duces vero itineris nostri, petitionibus viri Dei libenter annuentes, concito gressu illic tendere festinarunt.

Parascene, eius solenne officium. Die itaque parasceue hora illuc sexta peruenientes, deuotissime à beato Romano suscepti sumus. Cumque omnes nos, qui cum beato Mauro pergebamus, ad ea, quæ opus ad diem festum erant, preparanda vel emenda occupati essemus, ipsi sanctissimi viri dulcia inuicem perennis vite ferebant colloquia. Et cum iam vespertina hora post solenne officium, quod specialiter, vt potè annuatim, eo celebratur die, appropinquaret, vir Dei sanctus Maurus beato Romano dixit: Crastina die beatissimus Pater noster Benedictus, terreno deposito corporis onere, caelestem gaudens & hilaris scandet ad patriam. Quod audiens sanctus Romanus, illico in lachrymas resolutus, flere inconsolabiliter coepit. Quem beatus Maurus consolari cupiens, aiebat: Gaudere potius, quam flere idè de eius migratione debemus, quia & patronum magnum premitimus, & presentiorum eum nunc, quam si carne viueret, sumus habituri. Hec tamen dicens, nec ipse à fletu se poterat cohibere. Notem verò illam, quæ duodecimo Calèdarum Aprilis habebatur, & qua sacratissimum vigiliarum Pascha illucescebat sabbatum, tam beatissimus Maurus ac nos, qui cum eo ibamus, quam sanctus Romanus cum aliquibus discipulis suis, iciuni perugilem duximus vnusquisque nostrum secretò apud se, vt in illis diebus in Ecclesia Romana Imòs erat, psalmos & orationum preces deuotè pro exitu eiusdem patris nostri Deo dilectissimi Benedicti consummantes.

Nota de sanctorum presentia. Item anti- quæ ecclesie ritum. Visio S. Mauri. Cum verò transacta iam hora quasi tertia ipsius sacratissimæ diei, beatissimus Maurus in ecclesia consisteret, vt transitum eius, qualicumque eueniret hora, orando & psallendo premunire, longè licet positus, fatageret, seque pavimento in orationem dedisset, raptus spiritu, subito se transpositum in loco, de quo egressi fuimus, vidit, conspexitque viam pallijs stratum, ac innumeris coruscantibus lampadibus, recto Orientis tramite, ab eius cella in caelum vsque tendentem. In qua etiam visionem duos congregationis nostræ fratres socios habuit, cum quibus simul eandem visionem conspexit. Itaque cum viam, quam

quam cernebant, mirarentur attentius, venerando habitu vir desuper clarus assistens, cuius esset via, quam cernebant, inquisiuit. Quod illi se nescire professi sunt. Quibus ille ait: Hec est via, qua dilectus Domino celum Benedictus ascendit. Hanc visionem vnus ex illis duobus fratribus nostris, qui eam simul cum beato Mauro viderunt, in nostro morabatur coenobio: alter verò, vt beatus Gregorius scripsit, longius positus vidit.

In Vita S. Benedicti. Mox verò vt beatus ad se reuerfus est Maurus, ocyus sanctum Romanum ac nos euocans, cum ea quæ viderat, lucidè nobis per ordinem retulit: Diem illam, & sequentem Dominicam, qua specialiter resurrectionis Dominicæ celebratur dies, solennem & celebrem cum omni gaudio ac lætitia peregrinamus. Secunda autem feria festiuitatis ipsius, antequam proficisci coepissemus, sanctus Romanus beato Mauro dixit: Si absque animæ periculo locum hunc deserere potuissem, melius tecum, amantissime frater, cuperem habitare, quam alicubi finem vitæ terminare. Sed quia & hos deserere periculo sum est, & vltimus mihi iam iamque imminet dies, perge felix, quò mitteris, ac prosperè felici vtere sorte: Deus autem omnipotens semper sit tecum, & cum fratribus, qui tecum pergunt, & recto itinere perducatur vos ad veram repromissionis terram, quam omnibus electis suis polliceri est dignatus: vbi preparauit eis, quæ nec oculus vidit, nec auris au- diuit, nec in cor hominis ascenderunt, nisi in illorum, qui terrena omnia amore eius proterentes, ac desiderio celestium abdicantes, dicere cum Apostolo valent: Nobis au- tem reuelauit Deus per spiritum suum.

Ex eo loco recto calle Aurelianis cum venissemus, grauisimus duces itineris nostri moeror inuasit. Audièrunt siquidem, certis deferentibus nuncijs, beatum Bertigramnum Episcopum iam migrasse ad Dominum, aliumque in loco eius iam substitutum pontificem. Hoc autem cum beato Mauro ac nobis intimassent, magno tædio deficere coepimus, nescientes quid facere deberemus. Sed beatus Maurus, memor prophetiæ sanctissimi patris nostri, qua nos, cum difficultate licet, aptum locum inuenturos esse predixit, deiectos animos blandis consolationibus ac promissionibus roborabat, dicens: Nolite, fratres dilectissimi, in presenti afflictione animos ita tristitiæ subdere: quoniam & Deus tribulationem patientibus eos releuando, præcurrere consuevit, & precibus beatissimi patris nostri adiuuabimur, qui se nobis semper presentem & cooperatorem adesse pollicitus est. Nam & Abraham patriarcha imperio Dei egressus de domo & de cognatione sua, terram peregrinationis suæ postea in posteris accepit in hereditatem. Itaque & nos nostræ congaudentis peregrinationi, expectemus, vt deuotissimi serui, consolationem Domini, & per omnia vestigia patris nostri sanctissimi Benedicti imitari sagamus, qui relicta domo & rebus patrijs, & ad vltimum nutricem suam occultè fugiens, ac soli Deo placere desiderans, tantam à Domino promeruit gratiam, vt nemini post beatos & primos Apostolos vnquam fuerit secundus: sed potius, Deo se iuuante, tot sanctorum extiterit fundator coenobiorum, tantaque Domino acquisierit millia perfectorum monachorum.

Gen. 12. Hac itaque exhortatione beati Mauri aliquo modo confortati, tractare simul cum duobus nostris coepimus, quid potissimum nobis esset agendum. Tunc nobilissimus vir Harderadus cum ad latum beati resideret Mauri, ita exorsus, talia proferre coepit: Dignum mihi atque conueniens, pater sancte ac religiosi fratres, esse videtur, vt nos, qui legatione huius rei sancti sumus, propter quam tot ac tanta perlustantes terrarum spatia, laborem hunc iussu nostri pontificis assumpsimus, istum nouum atque incognitum nobis adeamus antistitem, & causam itineris nostri notam illi ex ordine facientes, voluntatem eius super tali negotio rescire valeamus: simul etiam & nostri sollicitudinem apud eum gerere nos oportet. Tu verò pater venerande cum fratribus, quos tecum habes, nostrum ad vos hic expectare reditum debes, qui infra octo, vt reor, consummabitur dies. Etenim si ille hoc, quod beatus decessor suus implere cupiebat, facere renuerit: alia proculdubio reperietur via, quò id, ad quod missi estis, cum superno adiutorio perficere valeatis, nè frustra tanti laborem itineris assumpsisse videamini.

Excellen- tia S. Bene- dicti. His dictis, aptissimam mansionem nobis in eadem vrbe iuxta ecclesiam beati Petri Apostoli assignauerunt, deputatis ad custodiam nostram, quos honoratioribus in suo habebant famulatu: simul precipientes eis, vt non minus obsequijs tam beati Mauri ac nostris, quam illorum sollicitè inuigilarent. Hec itaque honorificè cum ordinassent, cum benedictione sancti Mauri profecti sunt. Cumque Cenomanis venissent, & Episcopo nunciati fuissent,

fuisse, honorifice ab eo suscepti sunt, atque in proprijs restituti officijs, amplificatis sibi etiam ab eodem præfule priorum possessionum honoribus. Sed cum causam legationis suæ ei narrasset, ac quid ipse super hac re vellet, inquirerent, respondit se proprijs magis, quam aliorum, velle insistere cœptis, nè super alienum videretur edificare fundamentum: præsertim, inquit, cum incumbat nobis nunc ordinatio ac dispositio tam priorum negociorum, quam & ecclesiarum peruigil sollicitudo. Hoc autem agebatur secundum dispositionem occulti consilij Dei, qui locum, quem beati Mauri magisterio, atque institutione doctrinæ regularis sublimandum esse decreuerat, nullo modo obtentu alterius differri vel ad modicum volebat loci. Siquidem locus ille, qui à beato Bertigramno ad construendum cœnobium prouisus ac delegatus fuerat, non admodum aptus vel congruus regulari erat religioni, vt nobis nostri dicebant ductores: nam ex ipso nomine, quo Rumpiacus vocabatur, deformis à nobis & scabrosus aestimabatur. Harderadus proinde certissime comperiens, quod Domnolus episcopus nihil de hac re facere vellet, latissimus effectus, licentiam ab eo ad nos reuertendi petijt. Quæ sibi concessa, nepotem suum strenuæ iuuentutis virum, nomine Hademarum, beato transmisit Mauro, mandans illi, vt nullo modo mœstum gereret animum, sed quanto eius posset cum omnibus, quos cum eo dimiserat, ad Andegauensem ire festinaret regionem, quod ille nobis se occurrere per nuncium designauerat. Cum itaque tam beatus Maurus, quam & nos omnes, qui cum eo remanseramus, alacriores tali effecti nuncio fuisset, decimo die, postquam Aurelianis ciuitatem fueramus ingressi, iter arripientes, tendere quod iussi fueramus, summo opere certabamus. Quinto tandem die ad locum, qui Restis nuncupatur, peruenientes, honorabilem virum Harderadam, & uxorem eius ac filios, aduentum nostrum iam per biduum ibi prætolantes, inuenimus. Qui cum honorifice nos recepissent, post abundantissimam, quam nobis præparauerant, refecti- onem, supradictus vir Harderadus cum coniuge sua, Cæcilia nomine, secretiorem expectens locum, adscito beato Mauro, omnia illi, quæ cum suo inuenerat episcopo, per ordinem nunciauit. Et cum beatus ei diceret Maurus: Quid nobis nunc agendum vir illustrissime, vel potius eligendum esse decernis? Ille amabiliter, vt vir iucundissimè vultus, respondit:

Est mihi consobrinus, nomine Florus, magnis tam in his, quam in alijs regionibus possessionibus pollens, qui primus inter primos totius regni Francorum proceres, decentissime omnia iustus à Rege palatina disponit moderamina. Hic itaque ab ineunte ætate in seculari licet habitu constitutus, omnipotenti Deo sollicitè placere studuit semper. Cui ex amissa cōiuge, quam vt acciperet, inuitum cum tam rex, quam nostri cœgè- re parentes, vnus tantummodò superest filius, qui si alicubi perfectos in hac religione posset inuenire viros, in sua propria possessione, quæ ei de paterna euenit hereditate, monasterium construere desiderat, filiumque suum ibidem Deo offerre cupit: ac sic demùm relicto omnibus, quæ sunt huius mundi, negocijs, Deo in eodem seruire liber ex omnibus, optat cœnobio. Ad hunc ergò missum nostrum directum habeo, qui illi aduentus vestri causam pleniter enarrare valeat, vel si in deliberatione animi sui perseverat, explorare. Nos tamen, si placet, vsquedum aut ipse, aut ille, quem ei direximus, reuertatur, locum ipsum, de quo loquimur, inspicere & considerare habeamus. Hoc beatus Maurus audiens, gaudio gauisus est magno, & statim altera die cum eodem honorabili viro pergit ad considerandum locum.

Eo tempore Theodebertus rex nobiliter regni Francorum apicem gubernabat. Cui supradictus clarissimus vir Florus ita familiaris & charissimus in omnibus erat, vt quicquid in omni ditone eius facere vellet, absque alicuius contradictione permissus à rege obtineret. Qui cum relatu nuncij, quem ei Harderadus direxerat, tam beatum Maurum, quam & nos cognouisset aduenisse, & quia Cenomanicus antistes nos recipere noluisset: ilicò accedens ad regem, causam ei aduentus nostri pleniter narrauit, ac voluntatem suam, quam de edificando cœnobio habebat, ei aperuit: petijtque ab eo, vt nos eius permissu suscipere mereretur, quatenus ei monasteriū, sicut desiderabat, construere. Cui Theodebertus rex respondit, dicens: Non ita nobis haec tenens seruisti, vt aliquid tibi negare, aut contradicere possim. vnde perge quantocyus, & nostra committas gratia, ac roboratus auctoritate, eosdem sanctissimos viros omni suscipe reuerentia, peragens cum eis desiderium, quod animo tuo superna inspirauit dignatio, si-

*Eius erga sanctos monachos beneuolentia.*

*Theodebertus Francorum rex.*

*Flori insignis viri encomion.*

*Domnolus Episcopus Cenomanensis.*

mulque deprecare illos, vt pro nobis ac liberis nostris, populoq; totius regni, à Deo nobis collati, ipsius assidue exorare dignentur misericordiam: Paratissimos etenim nos atque promptissimos in omni suo inuenient obsequio, si formam huius religionis ita ab eis obseruari compererimus, sicut iam fama vulgante, ab eorum magistro arduè factis eam traditam audiuius. Tuum verò erit, artifices illuc ad operandum, vbicunque eos in omni nostra inueneris potestate, adducere & adunare, vt opus ipsum celerius possit expleri: nec nostra, iuxta voluntatem & cōsiliū tuum, regia loco illi decrit largitas, si aptè eum constructum, & conuenienter perspexerimus ordinatum.

Talibus ac tantis regis promissionibus nobilissimus vir Florus roboratus, concitus ad prædium possessionis suæ, quod Glannafolium dicebatur, aduenit. Cuius aduentu Harderadus audito, cum beato Mauro ante fores portarū in eius pergat occursum. Videns verò Florus beatum Maurum humilimo monachali indutum habitu stantem, de equo, cuius tergo infederat, pernicker desiliuit, ac tertio antequam ei appropinquaret, toto corpore in terram se prosternens, cum ab eo humiliter receptus, ac modeste, vt dicerat, eleuatus fuisset, diutius se inuicem complexantes, ac alterutrum constringentes, lachrymas quoque præ gaudio inuicem effundentes, immorati sunt. Tunc deinde prædictus vir, osculatis nobis omnibus, apprehendens iterum dexteram beati Mauri manum, & stridam eam exosculans, ait ad illum: Bene te venisse gaudemus serue Dei excelsi, & discipule sancti viri Benedicti, cuius honor & nomen, quod in sancta emeruit feruitute, penè iam omni seculo innotuit: & benedictum nomen Domini gloriosum, qui te ac commilitones tuos, istos reuerēdos viros, ad adiutorium nobis in istam misit prouinciam. Et hæc dicens, ducebat eum ad domum, præcedente nos Harderado, & filijs eius.

Die verò alia cum post matutinale officium in vnum conuenissemus, aperuit beato Mauro voluntatem suam, quam de constructione cœnobij habebat, simul & referens regis promissionem ac deprecationem, qua eum & pro se ac filijs, omniq; populo Dominum attentius implorare expetebat. Tunc beatus Maurus ait ad illum: Observatio ordinis nostri summā deposcit quietem & securitatem. Quapropter si nobilitati generositatis tuæ videtur non esse cōtrarium, primū omnium res, quas Deo, eiusq; famulis tradere pro remedio, vt asseris, animæ tuæ desideras, simul perlustrantes inspicere debemus. Indè verò facto testamento, te tradente nobis coram testibus, recipere eas conuenit in nostram dominationem. Cui cum assensum suum Florus præbuisset, ascensis equis post diem tertium, inspectis omnibus, ad supradictum reuersi sunt locum.

Tunc clarissimus vir Florus scripto, iuxta consiliū beati Mauri, testamento, tradidit ei omnia, & de suo iure in eius delegauit potestatem atq; dominium. Obtulit etiam ipso die Domino filium suum, nomine Bertulfum, puerulum octo circiter annorum, nutriendum & instituendum doctrina & magisterio beatissimi Mauri, sicut & ipse à sanctissimo magistro suo Benedicto educatus in omni nostra fuerat obseruatione. Post cuius oblationem ait beato Mauro: In hoc sanctissime vir, & te, & qui tecum sunt, certos tam de hoc loco, quam de rebus ibi à me collatis esse cōuenit, cum & filium meum seruiturum Deo per vestrum obtulerim magisterium: & me ipsum, si vita comes Deo propitio fuerit, opusque perfectum, relicto omnibus, quæ sunt huius mundi, in hoc eodem diuinis mancipandum seruitijs polliceor loco. Congregatis igitur plurimis artificibus & operarijs, iactisq; fundamentis, opus cœptum quotidie certatim accelerabāt. Sed quia paruus deorsum super ripam fluminis erat locus (ex vna enim parte obiectu montis, ex altera verò Ligeris alueo angustabatur) in deuexo ipsius montis latere fabrica omnis edificari cœpta est. Primū ibi vnam non admodum magnam edificauerunt orationis domum, quam beatus Maurus in honorem sancti Martini confessoris Christi consecrari fecit: In qua etiā Dei dispositione, & sua electione eum sepelimus. Nam sicut sanctissimus Benedictus in oratorio eiusdem beatissimi Martini, in quo destructa ara Apollinis, eius memoriam posuerat, se sepeliri iusserat: sic perfectissimus eius discipulus, nè vel in sepultura ab eius videretur discrepare qualitate, in domo eiusdem orationis se præcepit tumulari.

Prædictus denique vir Florus, cum Theodeberti regis in omni regno summam obtineret potestatem, ac vice Comitum in Andegauenfi eò tempore fungeretur pago, peritissimos vndique illuc conuenire fecit artifices, tam lignarios, quam cæmentarios, quam etiam in alijs doctos artibus.

Gg 2 Cumque

*Nota reuerentiam viri erga S. Maurum.*

*Puerulus octennis offertur religioni.*

*Constructum monasterium S. Mauri.*

Cumque die quadam cum beato Mauro operarios inspiciens resideret, & vir Domini lectioni e contra operam daret, ac interdum ea, quae legebat, ipsi Floro exponeret, quidam Clericus, qui cementariae arti praeerat, & quem idem Florus de palatio regis ob hoc adduxerat, de altissimis gradibus, in quibus operarii stantes, altius iam porrectam aedificabant maceriam, retrorsum corruens, super deportatum illum montem lapidum cecidit. Cumque cum omnes mortuum crederent, ac de sola eius sepultura tractarent, pro eo maxime, quia per omnes corporis meatus sanguis undatim profluens egredere, vir Dei cum Floro aduenit, eumque continuo ad ostium ecclesiae beati Martini deportari fecit. Cumque omnes abcessissent, ipse in terram se ante altare orationi dedit. Quae

Oratione & signo crucis Maurus collisum sanum reddit.

Nota reuerentian.

Poenae detrahendum miraculo.

Et hic oratione & signo Crucis daemones expellit. Luc. 10.

Sacrificium Missae pro defuncto.

Iohan. 11. 3. Reg. 17.

Monasterium ab episcopis dedicatur.

completa, egrediens & super collisam membra signum crucis faciens, ait: In eius nomine, qui corpus hominis de limo terrae formauit, & spiraculum vitae ei inspirauit, surgens sanus Langise, & perfice opus tuum quod coeperas. At ille statim velut à somno surgens, mirari coepit, quando illuc aduenisset. Sanctus vero Domini ad eum ait: Non tuis hinc pedibus, sed aliorum delatus es manibus. Sed perge quantocyus, ne forte tua absentia opus intermittatur. Illo itaque egresso, Florus, qui in parte cum Simplicio monacho stans, cuncta quae vir Dei egerat, vidit, concito cursu adueniens, secus ad pedes eius proieciens, clamare coepit: Verè discipulus es, sancte Maure, beati Benedicti, de quo talia narrare frequenter audiuimus. Ex illo die idem Florus ita eum in maxima habuit admiratione, ut nunquam propius ei accedere auderet.

Itaque cum clericus, qui sanatus fuerat, ad opus suum fuisset reuersus, quidam ex operariis beato Mauro detrahere coeperunt, dicentes eum non religionis obtentu, sed gratia cupiditatis, quod honoratior in alijs esset regionibus, suum reliquisset monasterium, & tam longinquas adire terras, & haec quae faciebat, non virtute Dei, sed potius quibusdam obtinere praecantaminibus. Cum ergo haec inter se sermocinarentur, malignus spiritus tres ex illis subito inuasit, & ita grauissima vexatione atterere coepit, ut vni ex illis, nomine Flodegiso, animam extorqueret. Quod ubi vir Domini, quid euenisset, agnouit, vehementer flere coepit: iterumque oratorium beati Martini ingressus, attentius Dominum tam pro his qui torquebantur, quam & pro illo, qui mortuus fuerat, deprecabatur. Et cum per tres continuas horas orationi incubuisset, ad eos qui vexabantur, & se inuicem dentibus lacerabant, accessit, & signum crucis tertio contra eos faciens, dixit: Filius Dei vnigenitus Dominus noster Iesus Christus, qui discipulis suis potestatem dedit calcandi supra serpentes & scorpiones terrae, & super omnem virtutem inimici, ipse vos absoluat ab hac daemoniaca vexatione. Et cum ad huc dentibus frenderent, puluereque se conspergerent, vir Dei propius accedens, digitos vtriusque manuum illis in ora misit. Spiritus vero immundi, foetida relinquentes vestigia, ventris egestione fugati sunt.

Iussit deinde vir Domini corpus defuncti tolli, & in porticum ecclesiae deferri. Noctem illam ieiunus totam duxit in somnum, assiduus Dominum exorans gemitibus, ut animam in corpus defuncti reddere dignaretur, ne diutius de ea diabolus, qui illam extorserat, triumpharet. Mane autem primo Simplicium presbyterum adsciscens, ut sacrificium nostrae redemptionis pro eadem Deo anima offerret, imperauit. Quod dum ille deuotissime consummasset, cum ipso Simplicio vir Domini ad locum, in quo mortuus iacebat, accedens, ait: Domine Iesu Christe, qui quadriduanum Lazarum de monumento suscitasti, & ad preces serui tui Eliae, filium viduae vitae restituiti: adesto & nunc nobis famulis tuis, & redde in hoc defuncti corpore animam, quam te permittente, hostis humani generis cruciando de eo effugauit. Et cum haec dixisset, continuo corpus defuncti totum concussum est. Illicoque confurgens, ab eo mandatum accepit, ut si viuere vellet, quandiu in hac vita esset, in locum ipsum iam non introiret. Hoc autem sanctus pro sola imperauit humilitate, ne scilicet pro tali facto plausum & fauorem hominum quaerere, ac delectari videretur.

Igitur octauo anno, postquam ibidem adueneramus, monasterium omne satis conuenienter in omni constructione consummatum, atque ab Episcopis provinciae ipsius dedicatum est. Regebat autem per idem tempus Andegauensem ecclesiam vir sanctissimus Eutropius. Porro in ipso monasterio, ecclesiae quatuor aedificatae sunt. Quarum maior, in qua fratres tam ad diurnum, quam ad nocturnum conueniebant officium, consecrata est in honore beati Petri Apostolorum principis. Secunda (ut dictum iam superius est)

est) in honore beati Martini. Tertia vero, quae & minor erat ceteris, in veneratione sancti Seuerini. Quarta autem, quae in modum turris quadrifidae, in ingressu monasterii altissime aedificata est, benedicta fuit in honore sancti archangeli Michaelis. His itaque expletis, praedictus vir Florus non immemor promissionis, quam Deo vouerat, pergens ad Theodebertum regem, licentiam ab eo expetiit, ut ei regularem liceret suscipere habitum, & peccata sua, quae plurima in seculari contraxerat conuersatione, ieiunijs & orationibus, ceterisque spiritus fructibus redimere. Quam cum ei rex negare nequiuisset, tristis licet & moerens, pro eo quod ab eo separari noller, permisit illi, quae deponerebat implere, eumque aliquantis diebus secum in palatio retinens, de virtutibus, quas per beatum Maurum fieri audiebat, interrogare coepit, vel qualiter ipse cum discipulis suis in sancta viuere religionem, seu quantus iam fratrum numerus ibi adunatus esset. Quae cum illi omnia Florus enarrasset, prout ea certissime sciebat, rex dixit illi: Si placere hoc ipsi Dei seruo scirem, multum tam eum, quam locum illum, videre cuperem, eumque nostro regio honorare munere. Cui Florus respondit: Quaeatur primum, si vestra placet celsitudini, super hoc viri Dei voluntas: & tunc demum, sicut ipse ordinauerit, ea quae vultis, implere poteritis.

Dimittens ergo rex eum, cum in eius osculis diutius immoratus fuisset, dixit ad illum: Quae cum viro Dei de nostra ad locum illum inuenis profectio, citius nobis remanere satage. Multum enim vellem, si possibile esset, dic quo capitis comam deposueris, ibi praesens adesse. Veniens ergo ad monasterium cum multis optimatibus ac nobilibus viris, qui eum de palatio regis fuerant secuti, viro Dei voluntatem regis aperuit. Qui cum ei respondisset, nil loco officere, sed potius in meliorationem eius, ipsius ad eum aduentum, quantum ipse intelligere poterat, proficere, certum diem regi Florus, quod ad monasterium venire deberet, mandauit. Quod cum venisset, & magnifice, ut regiam decebat sublimitatem, a beato Mauro, & congregatione, cuius sanctissimus rex iam quadragenarium exceperat numerum, susceptus fuisset, post orationem in conuentum fratrum pergens, regiamque dignitatem parui pendens, beato scilicet Mauro ac congregationi, regali indutus purpura, humiliter prostravit, & ut pro illo Dominum exorare dignarentur, lachrymis persusus precabatur. Cumque vir Dei a pauimento eum eleuasset, rex ait ad eum: Celebre nomen magistri vestri Benedicti, ad nostram olim delatum fuerat notitiam: cuius sanctitatis & virtutis opera insignia, quae de illo audiuimus, per vos quotidie fieri, gaudio non modico laetamur.

Tunc rex beatum Maurum petiit, ut fratres eum in suam recipere dignarentur societatem, & nomen eius inter sua nomina scribere: Filiumque suum Theobaldum sancto viro ac fratribus commendabat attentius, praecipiens ipsi, ut semper deuotus erga locum illum esset, ac in omnibus sanctae illi congregationi adiutor & defensor existeret. Interrogauitque virum Dei, quinam illi fratres essent, qui venerant cum illo. Cui cum nos digito ille designasset, in parte nos stare praecipiens, intuebatur attentius, nomen vni cuiusque ab eo sciscitans. Quae cum didicisset, osculatus est nos, deinde omnem congregationem. Videns autem Bertulfum adolescentem inter reliquos fratres stantem, interrogabat quis esset. Cui beatus Maurus cum hunc esse Flori filium indicasset, vocans eum ad se rex, atque ad pectus suum amplexando stringens, beato Mauro cum attentius, amore patris eius, commendare coepit, & ut charissime ab eo nutriretur, deposcere.

Inde cum omnia habitacula monachorum circumiens perlustrasset, ac conuenienter constructa esse laudasset, ingressus iterum ecclesiam sancti Petri, dedit ad ipsum locum fiscum regium, qui Boscus vocatur, cum omnibus villis & redditibus, qui ad eum pertinebant. Vocansque Ansebaldum, qui scriptoribus testamentorum praeerat, praecipit ei, ut, antequam de ipso monasterio egredere, testamentum de eisdem scriberet rebus, ac de anulo eius regali firmaret more: concessitque beato Mauro, ut, si quid ex illo die apud eum obtinere vellet, ipsumque ei adire placuisset, liberam haberet facultatem introeundi, quo cumque eum sciret. Posuit quoque super altare beati Petri pallium preciosissimum, & Crucem auream cum lapidibus valde preciosis.

Florus autem accedens ad regem, deprecatus est eum, ut praecipuum regiae dignitatis facere iuberet super testamentum, quod ipse de proprijs rebus, quas loco illi tradiderat, scribere rogauerat. Quod rex libentissime annuit. Tunc in conspectu regis allata sunt

Quicumque monachus fiebat, comam capitis deponerebat.

Rex humiliter prosternitur coram conuentu monachorum.

Rex liberam literam donat monasterio fiscu regiu.

Itē Crucem auream.

sunt munera non modica in auro & argento, gemmis quoque & diuersarum vestium multiplicitate, quæ idem vir eo die Domino & sanctis eius obtulit. Dimisit etiã viginti ex seruis suis liberos, prius eos ditans magnis donis. Deinde veniẽs ante sacrosanctum altare, adstante beato Mauro & omni congregatione, rege quoque ex altera parte cum populi numerositate, quæ cum illo venerat, ac cingulum militiæ, quo eatenus vsus fuerat, deponens, super altare misit. Cui, iubente viro Dei, rex primus post eum de coma capitis eius totondit, deinde quicumque ex optimatibus eius voluit. Rex verò præ gaudio lachrymas fundebat, congaudens deuotioni animi eius: vocansque ad se nepotem ipsius Flori, nomine Landramnũ, dedit per sceptrum regale, quod manu gestabat, quæcunque Florus patruus eius ex regali possederat dono.

Post hæc sanctus Domini deprecatus est regem, vt domũ, quæ hospitibus suscipiendũ aptissimè omni compendio ac decore constructa fuerat, intrare dignaretur. Quam cum ingressus fuisset rex, antequam vir Dei pedibus eius toto corpore prostratus fuisset, ab eo cum nimio eleuatus pauore, ac inquisitus quid vellet, respondit, dicẽs: Hæc est petitio, qua vestra vice omnium seruorum Dei, qui in hoc degunt cœnobio, exopto sublimitatem, vt veniat rex cum seruis suis, & alimẽta cibi ac potũs, quæ ei deuotione & seruitute sunt præparata monachorum, percipiat cum gratiarum actione. Quod cum rex renuere cœpisset, sc̄que, nè id fieret, humiliter vellet excusare, vnus ex cõsiliarijs eius, vir sapientissimus, nomine Ebbo, dixit ei: Perpendere te domine mi rex conuenit, quorum deprecatione istam sumere depõseris refectionẽ: si enim hi, qui irã Deo, sicut tua conspiciit celsitudo, deseruiunt, tua aliquo modo tristes effecti fuerint contradictione, Deũ propitium habere non poteris. Quod Rex audiẽs, ilic̄d quod petebatur annuens impleuit. Cumq; abundantissimè cum suis omnibus, qui cum eo venerãt, refectionis fuisset, antequam egredi à monasterio cœpisset, Florum amantissimũ sibi virum ad se adduci præcepit. Qui cum ei monachali iã indutus habitu, adductus fuisset, rex vsq; ad suffusionem vultus lachrymis per motus, ait illi: Gratias omnipotenti Deo pro tua referimus conuersione: sed tibi sollicitè procurandum, ac summo perẽ peruigilandum est, vt sicut in seculari constitutus habitu, strenuè semper ac nobiliter absq; dedecore conuersatus es: itã nunc quoq; in hac sanctissima, quã experisti, religione, sine reprehensione Deo semper placere satagens, proficias quotidie de virtute in virtutẽ, quõ usq; Deum deorum in Sion felici cernere possis exultatione. His dictis, diutius in osculis eius immoratus, ac benedictione, quã expetiẽt, beati Mauri roboratus, Andegauis ipso die reuersus est.

Beatus verò Maurus altera die ad inuisendum recipiendũque fiscum, quem idem rex ad ipsum contulerat monasterium, est egressus. Cumq; per biduum ibi commoratus fuisset, paralyticus quidam, qui in eadem villa per septem iam annos toto corpore destitutus, in lecto absque sensu iacebat, ei deportatus atque oblatas est. Super quem cum vir Dei benedictionem suam dedisset, itã sanus effectus est, ac si nihil vnquam mali de ipsa pertulisset destitutione. Indè reuersus ad monasterium, sollicitè more magistrũ sui singulorum secum habitantium mores & vitam perscrutans, ac verbum vitæ publicè & priuatim eis annuncians, atq; antiqui hostis versutissimas & multiples insidias detegens, proficere eos ad meliora quotidie hortabatur. A secundo siquidem aduentus nostri ad eundem locum anno, nobiles ad eum viri conuenire vndique cœperant, ac se in omnipotentis Dei seruitio tradentes, eius cohabitationem expetere: nonnulli verò filios suos Deo per eius magisterium instituendos offerre. Vndè factum est, vt vigesimo sexto anno foundationis ipsius cœnobij, congregatio centum quadraginta fratrum illic adunata esset. Qui numerus tunc à beato Mauro scriptus, & autoritate tam eius, quàm totius congregationis præfixus atque statutus est: vt nemo deinceps existeret, qui hunc numerum vel excedere, vel minuere vnquam in ipsius cõgregatione cœnobij ausus fuisset: quoniam cæ res, quæ ibi tum delegatæ erant, tanto fratrum numero in his, quæ necessaria erant, sufficiebant: & si amplior esset numerus, occasionem patiente necessitatis fortè inferre potuisset.

Sed vt ad id redeã, vndè digressus sum, cum prædictus Florus annis duodecim, mensibus tribus, ac diebus totidem sanctissimè, vt nobiliorem decebat, nobilissimus in omni vixisset religione, duodecimo Calendariũ Septembrium feliciter migrãs ad Dominum, diem clausit vltimum. Filius verò eius Bertulfus quàm perfectus in omni sacrosancta fuerit obseruatione, sequens lectio demonstrabit.

Theode-

Theodebertus igitur rex, cum quatuordecim annis strenuè ac nobiliter Francorum gubernasset regnum, Theobaldo filio suo sedem regni post se dereliquit. Qui iuxta patris sui imperium, non minus quoad vixit tempore, tam beatum Maurum, quàm nostram dilexit congregationem. Hic itaque Patris sui sequens vestigia, qui nobiliter locum congregationis huius, cum ibidem, ordine, quo supra in seruinus, aduenisset, honorauit: cum & ipse post mortem patris beatum Maurum, ac ipsum locum aliquando venisset inuisere, contulit & ipse nihilominus ibidem, vt magnificentia regia dignum erat, testamẽtaria autoritate villas duas: quarum vna vocabatur villa Fabrensis, altera verò Volda. Sed & hic cum paruo tempore regni apicem honorificè cum pace obtinisset, immatura præuentus morte, Clotario principatũs dimisit monarchiam. Qui Clotarius, audita fama beati Mauri, frequenter eum ad se euocans, eius sapientissimis vtentibus consilijs. Denique cum aliquando beatus Maurus duos ex fratribus pro aliquibus necessitatibus ad eum transmississet, ac ipse benignissimè omnia, pro quibus ierant, annuisset, inquirere ab eis sollicitè cœpit, quid vel qualia reges decessores sui nostro contulissent loco. Quæ cum ab eis rescisset, ait: Et nostra, Deo propitio, largitas ipsi non deerit loco, præsertim cum & ampliorem illis tam regni quàm diuitiarum obtinere potestatem, & bona operandi à Domino perceperimus voluntatem.

Huius temporibus dum beatus Maurus villas ac prædia, monasterij curam gerendo & disponendo, circuiret, quadam die in possessione monasterij, cui Gaudiacus nomen est, ingressus refrigerandi gratia, secretiorem locum petijt. Quo cum sederet, & cum duobus monachis, qui cum eo venerant, psalmos decantaret, nunciatur illi, Ansegarium archidiaconem ecclesiæ Andegauensis stare pro foribus, & cum eo colloqui desiderare. Cumque vir Dei vt ingrederetur iussisset, & ille ea, pro quibus venerat, perorasset, vir Domini sanctus Maurus Simplicium vocans monachum, ait illi: Virum hunc, qui nobis pro sua reuerentia & affabilitate dudum familiaris effectus est, poculo charitatis potare, ac vino sanctæ dilectionis inebriare, vt spiritales, spiritualiter debemus. Cui cum Simplicius dixisset: Non est quicquam vini nobis, nisi tantummodò in vno parnissimo vasculo, quod ad sellam pendere consuevit, sanctus Domini Maurus dixit illi: Defer illud huc. Cumque allatum fuisset, adiecit: Panem etiam huc deferre. Et cum coram eo panem quoque attulissent, signum Crucis contra paruissimum vasculum faciens, dixit: Potens est Deus, qui mensam populo suo in eremo parauit, & aquam in abundantia de petra produxit, etiam nobis seruis suis de hoc paruulo vasculo sufficienter vini ministrare affluentiam. Mirum dictu, penè & incredibile factu, opus est sequutum. Cum enim sexaginta & eo amplius homines ibi adessent, qui tribus vicibus de ipso biberunt vasculo, itã plenum semper repertum est, ac si intactum post primam permanisset impletionem. Hoc miraculum nobis Simplicius, cum ad monasterium cum ipso beato Mauro reuersus enarrasset, Eliseo cum similem decreuimus asserendum, qui paucis de cibarijs plurimos in longum paut artifices. Ex eo loco cum ad monasterium reuerteretur, obuium habuit in media via quendam virum plebeium, cui canceri vlcus superius occupans labrum, tam nasum, quàm maiorem genarum absumperat partem. Cuius calamitatem vir Domini miseratus, de contra signo Crucis edito, pristina eum restituit sanitati.

Per idem tempus Clotarius Andegauis veniens, viro Dei ad monasterium se ire velle mandauit. Cui cum à viro Dei vt veniret, remandatum fuisset, paucis secum assumptis, ire perrexit. Cumque venisset, tradidit ad ipsum locum fiscum regium, qui Blazon nuncupatur. Villam etiam quæ Longus campus dicitur, autoritate regia ibi delegauit. Quem etiam beatus Maurus deprecatus est, vt regali edicto firmare dignaretur, quatenus congregationi loci illius electionem propriam per succedentia liceret habere tempora. Quod cum præcepto regiæ potestatis iuxta petitionem viri Dei rex libenter annuisset, comitatus eius benedictione, profectus est.

Ex eo tempore beatus Maurus non facile iam de monasterio egredi vsipiam volebat: sed ordinatis Præpositis, ac reliquis administratoribus, ipse soli Deo, orationi quotidie ac lectioni vacans, seruentius multo quàm cœperat, deseruire in sancto procurabat proposito. Cumque gregi suo de die in diem incrementa sanctæ religionis in melius augmentari conspiciens, omnipotenti Deo labijs exultationis sacrificium offerret deuotissimæ laudationis, trigesimo octauo à fundatione ipsius monasterij an-

G g 4 rij an-

Flori tõe  
tur caput.Observa  
hanc regis  
adhortati  
onem.Rex à S.  
Mauro be  
nedictione  
expetit.Paralytic  
curatur.Nobiles  
cõfluunt ad  
vitam mo  
nasticam.140. mo  
nachi.Clotarius  
folus res  
gnat.Signo cruce  
cis S. Mau  
rus vinum  
parui vascu  
li mirè au  
get.

4. Reg. 4.

Miraculũ.

Vide regis  
am libera  
litate in  
monasteri  
um.Rex à bea  
to Mauro  
benedici  
tur.



rij anno, cum & ad perfectam iam venisset ætatem, & iuxta prophetiam beatissimi magistri sui, qui post consummatam trinam vicenorum annorum decursionem, mercedem operum suorum à Domino ei recompensandam esse prædixerat, finem vitæ suæ iam propinquare cognosceret, adificata sibi domuncula iuxta beati Martini ecclesiam, remotiorem delegit vitam sumere. Sed quia grex sanctæ congregationis sine rectore, qui super eum sollicitè intenderet, esse non poterat, conuocans omnem congregationem, de substituendo sibi Abbate sollicitè pertractabat. Cumque omnis congregatio cœnobij hoc in eius posuisset deliberatione, utpotè qui omnes melius, quam se vnusquisque eorum cognosceret, ipse pater sanctissimus Bertulfus, nobilissimum ac perfectissimum in omni religione virum, quem ipse sanctissimè edocuerat, ad tale onus suscipiendum idoneum esse iudicauit. Cui cum omnis congregatio in tali electione assensum præbuisset, ipse pater sanctissimus in loco eum sessionis suæ sedere constituens, ac singula ei, in quibus tanti gregis curam gerere deberet, paterno insinuans amore, intra domum, quæ ei, ut diximus, prope ecclesiam sancti Martini constructa fuerat, se recepit, duobus tantummodò ad sibi cohabitandum & feruendum, ipsius congregationis electis fratribus, Primo scilicet, atque Aniano. Nobis enim, qui cum eo veneramus, Bertulfo, quem Abbatem constituerat, sollicitè adesse ac inuigilare præcepit, ne fortè in aliquo à rectitudine regularis tramitis deuiaret.

Cumque duos ac dimidium taliter in contritione spiritus & corporis maceratione compleret annos, quadam nocte cum more sibi solito ecclesiam beati Martini intrare vellet, & vota precum ac lachrymarum Domino persolvere, diabolus magna obsequentium constipatus caterua, ab ingressu cum prohibuit basilicæ, dicens: Eia Mauro, qui nos à proprijs deturbare speras sedibus, tam longissimas tibi quæ hæcenus incognitas adisti regiones, nunc videndo ac experiendo nostræ perferes immisionis destitutissimam populationem. Ego enim, prout libuerit, strages diuersarum mortium inferendo, de tuis nunc debacchans triumphabo, ita ut vix aliqui de tanta istic adunata remanere videantur congregatione. Cui cum vir Domini respondisset: Incepit Dominus in te fatan & in verbis tuis, quibus mendaces & pater tuus: statim inimicus velut fumus euanescebat, strepitu immansissimum ac terrificum dedit, ita ut etiam ipsi viro Dei monasterium omne funditus contremuisse fuerit visum. Quo sonitu fratres expergesti, ingenti quæ pauore percussi, stratis illic exilientes, signa pulsare ceperunt, ac fynaxim cantare nocturnam.

Interea cum vir Dei, nimia afflictione ac tædio pro his, quæ audierat, mœrens, ingressus ecclesiam beati Martini, Dominum precaretur, quò illi certius ea, quæ malignus spiritus ei dixerat, reuelare dignaretur: angelus Domini ei continuo, candidissimo amictus habitu adfians, dixit: Quid, dilectissima Deo anima, tanto mœrore pro his, quæ à Deo agi disposita sunt, afficis? Nam diabolus, licet totius caput obtineat mendacij, multa tamen conijciendo, de ijs præcipuè quæ frequenter est expertus, prænoscit. Vnde scias eum non sua voluntate, sed imperio Dei ea quæ tibi prodidit, referasse: nam aliquo modo verum est, quod audisti. Pars enim huius congregationis maxima, infra breue tempus colligetur ad Dominum, ut ab ipso præfixum atque præordinatum est. Sed non propter hoc ipse, ut asseruit, de aliquo istorum vel ad modicum triumphabit: Tuis enim admonitionibus & exhortationibus instructi, paratus vnusquisque, vocationis suæ diem expectabit gaudens. Quos cum omnes moderno obeuntes tempore premiseris felix, ut promeruisti, felicior subsequeris.

His dictis, viso angeli adstantis & colloquentis ablata est. Sanctus autem Domini factus manè, omni congregationi cuncta, quæ viderat, per ordinem enarravit. Deinde paterna erga eos vsus sollicitudine, taliter illos allocutus est: De his, quæ serui Domini velle cognouerint, si aliquo modo tristari ceperint, voluntati Domini contraire ipsa sua videntur tristitia. Et ideo quia ipse mortalibus terminum finiendæ illius posuit vitæ, qui præteriri à nullo natorum valet: sed ex eo quo primis hominibus mortem minatus est, ita eius in hoc irreuocabili permanet sententia: nos, quibus quo voluit ordine dies huius vitæ in proximo finiendos esse patefecit, maculas commissorum facinorum lachrymis penitentia, & maceratione tergamus corporis: & sicut propheta admonet, scrutantes sollicitè vias operis nostri, præueniamus faciem Domini in confessione, ut atria supernæ ciuitatis in hymnis valeamus intrare confessionum,

Bertulfus sibi successorem accipit S. Maurus.

Diabolus S. Mauro insultat.

Fugit cum ingenti strepitu.

Angelus Domini S. Maurum consolatur.

Thren. 3. Psal. 94.

num, eiusque claritatem cum sanctis omnibus reuelata facie perpetuò contemplari digni inueniamur. Et quia, dilectissimi fratres, nunc tempus adesse cognouimus, ut incipiat iudicium de domo Domini, iudicia eius, quæ aliquando quidem occulta, nunquam tamen sunt iniusta, reuerenter, ut seruos boni Domini decet, suscipientes ac perferentes, sursùm erectis adoremus cordibus, summoperè procurantes, ne qua minùs perfecta nos accuset actio, ac attentius inuigilantes, ne calcaneo nostro tentator insidians, muscula nos deceptionis in via hac, qua iam vndecima ingredimur hora, illaqueare possit.

Hac exhortatione & admonitione sancti viri ita omnis congregatio ad horam vltimam liberè expectandam, præparare sese cepit, ut omnes, qui illo tempore ab hac vita de ipso loco migrauerunt, cælestem ascendisse ad patriam, nulli dubium sit. Factum est autem, ut infra quinque menses, centum & sexdecim ibi morerentur fratres, nec plus de tanto grege, quam viginti quatuor remanerent monachi. Inter quos etiam tunc Antonium & Constantianum comites & socios nostros sepeliuimus. Expleto autem tanto numero, eo tempore, in eodem loco mortuorum, dolor lateris grauiter beatum inuasit Maurum. Qui languore ingrauescente, quadagesimo primo aduentus sui ad eundem locum anno, octauodecimo Calendarum Februariarum die, ante altare beati Martini, super cilicium stratus sui decubans, eum exitum suum viuificorum munisset perceptione sacramentorum, adstantibus qui relictis fuerant discipulis, migravit feliciter ad Dominum, sepultusque est in eadem basilica ad dexteram partem altaris. In quo loco, meritis & orationibus eius, multa magnifica & admiranda operatur Deus ad laudem & gloriam nominis sui.

Post obitum denique ipsius sancti viri, cum ego vnà cum Simplicio, sicut ipse nobis ipso die depositionis suæ præceperat, ad nostrum decreuissimè reuertimur monasterium, vir Domini Bertulfus nos obtestando deprecatus est, ne illum quo adiuueret, desereremus tempore. Quem cum offendere pro sua sanctitate ausi non fuissimus, per benedictionem, quo superuixit, cum illo morati sumus. Quo defuncto, cum Florianus totius religionis vir, ac filius ductoris nostri Harderadi, qui à beato Mauro nutritus fuerat, ei in monasterij regimine successisset, ac nos multis precibus retinere voluisset, reuersi ad vos, o sanctissimi Patres, Deo gubernante sumus: atque hæc vestris obsecundantes imperijs, de vita & cõuersatione seu virtutibus beati Mauri, imperito licet sermone cõscripsimus. Dies autem vitæ B. Mauri ita supputantur: Oblatus est Deo ac traditus, beato Benedicto, cum duodecim esset annorum: Habitauit cum eo viginti annis: Commoratus est in monasterio suo, quod ipse ædificauit, annis quadraginta, diebus quatuordecim, Qui simul sunt anni septuaginta & duo, dies quatuordecim. Per omnia benedictus Deus, qui regnat in secula, Amen.

### VITA S. BONITI ARVERNORVM EPISCOPI

PI, SCRIPTA AB EIVS AEQUALI AD BEATISSIMOS PATRES Adelpbium & Eucherium, illis ita iubentibus. Qui autem historie huius author est, nomen quidem suppressit suum, sed in prologo testatur, quandoquidem Illidij & Gallici Aruernorum episcoporum & confessorum luculento stylo vita esset exarata, doxuisse Adelpbium & Eucherium Boniti vitam non extare. Ea verò in gratiam lectoris nunc demùm paraphrasticòs reddita est per F. Laurentium Surium.



RIGINE M traxit Bonitus ex inclita Aruernorum stirpe: patre Theodato, matre Syagria, qui ad Romanos Senatores suos referrent natales. Prius autem quam in hanc esset lucem editus, sacerdos quidam, Fregio nomine, fertur ad eius parietum venisse aedes, atque à genitrice illius cum magno acceptus gaudio, & pro more rogatus, ut ipsi benè precaretur, his verbis esse vsus: Tu mihi benedic Dei sacer

Permulti fratres intra menses 5. moriuntur.

S. Maurus exit e corpore.

Bertulfus moritur.

GENUS BONITI.

facere ac venerabilis Domine: Quæ verba tacite secum expendens Syagria, tandem ex sacerdote percontatur, quid illa sibi vellent. Tum Fregio: Non equidem, vt tu putas, à te petij benedictionem, sed ab illo, quem gestas in vtero: quippe quem diuinitus vi-  
 deo ad summum vocari sacerdotium. Illa his exhilarata, Quæ te pater, inquit, vt tuis precibus eueniat, quod dicis. Postea vbi natus puer adoleuit, in Aruernorum vrbe traditur literis imbuendus, subinde etiam iuri civili dat operam: facileque cæteros con-  
 discipulos ipsi coætaneos eruditione antecellit. Porro eius parente defuncto, non absque Dei voluntate & prouidentia, in regis aulam & ministerium se contulit: cui cum imprimis charus esset, ab eo pincernarum princeps institutus est: nec multo post à regis manu accepto annulo, illud est officij adeptus, quod Referendarijs, vt vocant, attribuitur. Quo ille quidem tam accuratè & splendidè functus est, vt & principi & cunctis proceribus gratus atque præcipuè charus haberetur. Erat autem eleganti corporis forma, sed mente pulchrior, & castitate conspicuus. Nec multum intercessit temporis, cum illi à rege magnus delatus est honor & gratia. Eo autem rege defuncto, apud eius quoque successorem in tanta fuit gratia, vt præfecturam Massiliensem primæ prouinciæ illi demandârit: vbi sanè causas ipsi commissas ea ratione perorauit, vt non tam iudex, quàm sacerdos esse videretur. Neque enim, vt more illic comparatum erat, homines venundari, aut exilio mulctari, vel captiuos detineri vnquam iussit: sed potius, si quos reperire posset venditos, vti semper consueuerat, redimere atque ad sua remittere studuit. Inter hæc autem vacabat ieiunijs, vt iam non vni, sed plurimis summo sacerdotio dignus videretur. Erat sermone lenis, inter discordes mansuetus, pacisque conciliandæ studiosus.

Per idem tempus eius germanus frater Auitus pontifex, vir & humanioribus & sacris literis instructus, & omnibus diuinis officijs præpotens, quindecim ferè aut eo amplius annis præclarè Aruernensem gubernauit ecclesiam: tandemque correptus morbo, cum extremum cerneret aduentare vitæ suæ diem, consentiente ipsi ecclesia, Bonitum virum Dei cum primis idoneum successorem, sedisque suæ dignissimum iudicauit sacerdotem. Missa autem ab illo ad regem legatio est, vt is autoritate regia electis omni Boniti suum quoque calculum adijceret. Eo tempore sub Theodorico rege Pipinus, magister equitum, curam palatij & regni gerens, cuncta ferè pro suo moderabatur arbitrato. Non defuit hac in re consensus regis, Domino illius cor permouente, qui ecclesiæ suæ opportunum pastorem, & aduersus immanis beluæ rabiem defensor rem parabat. Reuersis itaque legatis cum gaudio, vir Dei Bonitus summa omnium voluntate, lætitia & fauore, in cathedra est collocatus. Ille verò suscepto episcopatu, cum esset vir prudens, non honorem, sed onus impositum sibi arbitrabatur. Itaque non ocio se dedit, sed cursus sui auxit laborem: ieiunijs, orationi, vigilijs incumbens: lecti-  
 oni quoque & silentio atque remotioris loci solitudini, idque Quadragesimæ præsertim tempore, ita studens, vt non modò episcopus dignissimus, sed etiam monastica vitæ professor iure dici posset. Ieiunabat biduo, triduoque, interdum verò etiam quadriduo cum mansisse ieiunium comperimus.

Quodam tempore cum nimio æstu populum suum defatigari cerneret, maximè quòd etiam magna flumina calor vehemens torreret: timens nè ciuitati suæ periculum crearetur, tanquam pastor bonus ab omnipotenti Deo remedium poposcit: simul admonens suos, vt ad ecclesiam omnes conuenirent, & instar Niniuitarum pro viribus quisque biduano aut triduano se ieiunio afficerent, Deique misericordiam supplices postularent: si qui verò id non possent, in pane & aqua, vel saltem ad Solis occasum vsque cum cordis contritione ieiunarent. Non est autem vir sanctus suo fraudatus desiderio. Cum enim iuxta morem crux è templo sacerdotis manu efferretur, & beatissimi leuitæ ac martyris Laurentij ecclesiam effemus ingressi, peractis à sancto episcopo, quæ ad Dei pertinent ministerium, repente Austro flante densissimæ nubes cælum omne operuerunt, eademque nocte tanta vis imbrium è nubibus sese effudit in terram, vt postera luce ægrè potuerit vir Dei cum plebe indè procedere. Cumque tantas conficiendi itineris difficultates sibi obiectas videret, sacerdotum ipsi adstantium fidem explorare volens, Quid vobis, inquit, videtur? Cernitis nimirum, quàm sit præ imbre difficilis egressus. Quibusdam autem respondentibus, fatius esse citra laborem intra templi ambitum psalmodiæ & hymnorum modulationi immorari, quàm ea plu-

Fregionis vaticiniū.

Post studia literarum venit ad aulam.

Fit præfectus Massiliæ.

Designatur Aruernorum antistes.

Is Pipinus fuit Caroli Martelli pater.

Iona 3.

Processionis eius anti- quiss.

ea pluuiæ tempestate madefieri: vir Dei ad Bobonem virum reuerentissimum & Magnilocen-  
 gnilocensis monasterij abbatem conuersus, Tu quidem, inquit, nobis quid sentias, de-  
 promere nè graueris. Tum ille, vt semper erat solitus, reuerentissimè atque constan-  
 tissimè sic respondit: Quandoquidem Dominus etiam immerentibus nobis tantam  
 impendit misericordiam, æquum est, nos in cæptis non modò persistere, sed susce-  
 ptos etiam cumulare labores. Hoc responso exhilaratus vir sanctissimus, quòd rectè  
 consulisset, tam per seipsum, quàm eundem Abbatem magis magisque plebem ad-  
 hortatus est, vt inchoato operi perseueranter insisteret. Ipse verò pro more suo, quadri-  
 duano se ieiunio afficiens, in oratione pernoctabat, idque tâta cum humilitate, vt posset  
 ei aptari illud Psalmographi: Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quàm habitare  
 in tabernaculis peccatorum: & si quis rei ignarus, in templum esset ingressus, episco-  
 pum minimè crederet illic adesse, & quidam etiam in psallentis pedes impingerent.

Lachrymarum tanta ei gratia aderat in diuinis officijs, vt capitis tegmen ex earum  
 infusione madere quadam sui parte videretur. Peregrinos lætissimus excipiebat con-  
 iuuiio, nec, iuxta Apostolicam admonitionem, pauperi præponebat diuitem, sed for-  
 didis indutum vestibus, annulos gestanti anteferebat: nec quenquam omninò mendi-  
 cum, quantum quidem in ipso erat, à se vacuum discedere patiebatur. Sacerdotes &  
 fratres feruenter amabat in Domino, eisque crebrò sacrorum canonum decreta pro-  
 ponebat, adhortans, vt castè & dignè Deo viuerent. Curabat etiam, vt presbyteri ido-  
 nei ad populum sacras haberent conciones, eumque docerent & formidare gehennæ  
 supplicia, & ad cælestem patriam aspirare. Interim verò maiori inflammatus feruore  
 spiritus, timens nè propter sacerdotium à germano fratre, vt supra dictum est, ipsi  
 delatum, graue quandoque apud Dominum iudicium experiretur: cupiensque sancto-  
 rum Apostolorum insistere vestigijs, qui relicto patre cum rebus & nauis, Dominum  
 Iesum secuti sunt: adiit quendam celeberrimum Dei famulum Tillonem, cognomen-  
 to Paulum, vt cum illo communicato consilio, animi sui propositum posset explere.  
 Cumque ad eius monasterium peruenisset, cum ingenti gaudio atque officiosissimè à  
 fratribus susceptus est. Deinde perductus ad Tillonem hominem Dei, post longa collo-  
 quia ad id deuoluti sunt, quòd cum illo tractare constituerat sanctus episcopus. Am-  
 bo igitur facta inquisitione, & sancto inflammati spiritu, Nihil, inquit, melius, quàm  
 quòd temerè contra sanctorum Canonum instituta usurpatum est, abdicando reijcere.  
 Nec immemor sanctus episcopus euangelicæ illius sententiæ, Omnis qui reliquerit do-  
 mum, aur agros, & cuncta quæ possidet, propter nomen meum: centuplum accipiet,  
 & vitam æternam possidebit: apud se planè deliberauit, non modò sedem, sed & patri-  
 am & parentes spontè exulando deserere: quòd quidem vt ab illo gestum sit, suo loco  
 referemus. nunc paucis annotanda sunt miracula, quæ illo in loco Dominus efficere  
 dignatus est.

Resurrectionis Dominicæ illucescente die, rogârunt illum fratres, vt Missarum so-  
 lennia apud illos perageret. Cum igitur ex more ad aram manus aqua ablueret, & ve-  
 nerabilis pater Adelphius, tunc adhuc Leuita, sed postmodum antè dicti Bobonis viri  
 Dei in Magnilocenensis monasterij regimine successor, id temporis ad altare viro Dei  
 assistens, Diaconifungeretur officio: quidam frater non commoda affectus valetudi-  
 ne, Audemarus nomine, petijt à Leuita, vt aquam, qua sacerdos Domini manus ablu-  
 rat, ipsi potandam præberet. Qua hausta, illic se sensit pristina redditum incolumitati,  
 seditque lætus ad mensam cum fratribus. Alium quoque eiusdem monasterij fratrem,  
 Natholenum nomine, eadem aqua vtentē, quam plurimi assueuerant febris ardoribus le-  
 uatum. Et hæc quidem, quæ supra commemorauimus, ex venerabilis patris Adelphij  
 relatione didicimus, cæteraque nostro studio in his paginis exarata, illo rogante & ap-  
 probante conscripsimus.

Cum autem ex illo monasterio sacerdos Domini ad sua remearet, quidam in iti-  
 nere claudus, quo poterat conatu à tergo illum subsequens, his vocibus compellabat:  
 Expecta Domine, expecta. At vir Dei illius calamitatis misertus, paululum substitit,  
 nesciens, quid sibi vellent homo. Claudus autem, Quæso, inquit, Domine, vt impositione  
 manus tuæ sanes hunc morbum meum. Ille verò subridens, Non quidem recuso, in-  
 quit, facere quòd petis: sed perindè ex meo contractu es salutè consecuturus, ac si bos  
 te pede attingat. His dictis, locum morbidum signo Crucis munit, & æger sospes mox sanat.  
 & in-

Magnilocen-  
 censi mona-  
 sterium.Quadriduo  
 ieiunat.

Psalm. 83.

Gratia la-  
 chrymarum.  
 Iacob. 2.Sacri cano-  
 nes.

Matth. 4.

Matt. 19.

Vis aquæ,  
 qua manus  
 ablucrat.Claudum  
 sanat.

& incolumis discedit. Hæc autem quæ iam diximus, vir fidelissimus, sancti episcopi cubicularius, Donno nomine, se vidisse testatus est: Bonitus quoque vir industrius, & in antedicta ecclesia sacrorum custos atque presbyter, curiosus postea inquirens, comperit hominem illum Dei gratia illo incommodo liberatum.

Item duos  
dæmonia-  
cos.

Alio die cum vir Dei iter ageret, duo dæmoniaci obuiam illi venere, obsecrantes eum, ut ipsis, confirmandi eos gratia, manus imponeret. Ille autem ignarus dæmoniacæ occupationis, qua tenebantur, orans & manus eis imponens, cepto perrexit itinere, Porro qui cum illo erant, post tergum respektantes, atque accuratius rem explorantes, vident illos, misso sanguine, à dæmonum infestatione absolutos.

Per idem tempus fama viri Dei tantum iam increbescente, ut non in vicinis duntaxat vrbes, sed etiam ad mare usque in insulam Britannorum sese diffunderet, mulier quædam in eadem insula, Blada nomine, quæ iam pridem utroque orbata lumine, & manuum ac pedum officio destituta fuerat, cum die quadam peregrini gentis suæ in eius domum hospitij causa diuertissent, eamque tam malè affectam cernerent, ab eis his verbis appellata est: O mulier, si nostris dictis fidem accommodes, & Boniti Aruernorum episcopi intercessionem apud Deum ambias, nos sine vlla ambiguitate credimus, sanctum virum posse hisce tuis incommodis mederi. Illa verò huiuscemodi exhilarata sermonibus, educi sese in locum remotiorem iussit: ibique orationi incumbens, simul ut è terra surrexit, & oculorum lumen, & membrorum aliorum se sensit recepisse integram sanitatem. Tum illa ob viri Dei merita hæc sibi beneficia diuinitus contigisse intelligens, relicto proprio solo, relicta parentibus suis, ad beatum virum properavit: cumque iuxta urbem Aruernorum iam peregrina incederet, virum Dei præter omnem expectationem, ad Rubiacense monasterium tum visendi, tum consulendi causa euntem, obuium habuit. Situm illud monasterium est intra montes, haud procul ab vrbe, patetque ad illud aditus ab Oriente. Videns autem illum mulier, humili & submissa voce eum compellat, seque peregrinam & eius fama permotam eò aduenisse dicit. At vir sanctus ut eam aliunde eò accessisse animaduertit, paululum substitit, & quid sibi vellet perquisiuit. Tum illa ex ordine aduentus sui causam explicat, cumque apud præpotentem Deum salutis suæ authorem proclamat. Episcopus verò eius fidem & deuotionem miratus, iussit eam secum ad monasterium abire, ipsiusque monasterij matri, suæque nepti eam in cœtu virginum commendauit: vbi illa quidem aliquandiu morata est, sed post discessum beati viri, in Britanniam reuersa est.

Præclarum  
in cæca mi-  
raculum.

Ea tempestate sanctus episcopus virum Dei Nodobertum cum primis excellentem & industrium, genere nobilem, ingenio valde perspicacem, obsecrauit, ut ipsi successor, & plebi ipsi commissæ rector, patriæque defensor esse vellet. Missi autem sunt ad regem legati idonei, qui illud negocium agerent, putà, Cantinus archidiaconus, & aliquot eius comites bene digni. Illi vbi ad virum Dei, re confecta, sunt regressi, cum magno omnium fauore Nodobertum sua in cathedra reposuit.

Nodobertus  
sibi substituit.

Fit mona-  
chus.

Indè verò ad Magnilocense profectus coenobium, in sanctæ religionis habitu, sicut semper optauerat, illic aliquandiu permansit. Locus autem ille tam est ab hominum consuetudine remotus, tamque ad vacandum veræ philosophiæ accommodus videtur, ut omnes eum sui nominis vindicem affirmant. Nam vndiquaque collium præsidio munitus, & nemoribus amœnis est oblitus, amneque rigante herbæ comantes germinant, & contra cœnobij hortulum prata viridi facie læta patefunt: quem largum ab Austro aditum triplici itinere portæ communiunt. Sole autem suos spargente radios, sanctorum martyrum aula splendescunt. Insignis emicat beatissimæ semperque virginis Mariæ turris, cæteris celsior, Apostolorum quoque aedes fulget eximie, sanctorum nitent aræ, columnæ prisco sculptæ more sese subrigunt, miroque artificio cameræ ligna celata visuntur: pluraque illic habentur alia, locum omnem mirifice exornantia. Vnde tibi gratias agimus omnipotens pater, quem cum filio & spiritu sancto vnus substantiæ confitemur. Hunc autem locum iam pridem Genesius nobilissimus pontifex in solo proprio voluit esse monasterium, eique patrem preposuit venerabilem virum Euodium: qua tempestate hæresis Nouatiana, siue incuria, siue ignorantia quorundam, in Aruernorum irrepit urbem, impurum quoque Iouiniani dogma illic extritit. Contra quas hæreses in eodem Magnilocensi monasterio edita extat Epistola, quam fortassis operæ precium fuerit quandoque, in lucem proferre. Vt enim ex parte iam cernimus, ante aduentum

Hæresis No-  
uati & Io-  
uiniani apud Aruernos.

uentum immanissimi illius Antichristi, multas oportebit hæreses emergere. Nam quod de duabus gentibus Gog & Magog illum antecessuris scripta diuina pronunciant, B. Hieronymus non ita vult accipi, tanquam hæc speciales quædam gentes futuræ sint: sed per Gog, hæreticorum principes: per Magog, eos qui illorum suscipere doctrinam, vult intelligi. Sicut autem catholicis & bene fidelibus ad summam quandoque cederet gloriam inuicta in fide constantia: ita illi, qui hæresibus se sinunt deprauari, in æterna astuantis gehennæ supplicia protrudentur. Sed his obiter infertis, ad narrationis ordinem reuertamur.

Apoc. 20.  
In 38. cap.  
Ezechielis.

Cum Dei sacerdos aliquantisper illic demoratus fuisset, relicta patria & parentibus, rebusque omnibus per monasteria & ecclesias distributis, Romam iter intendit, sacra Apostolorum visitaturus limina, & pauperem Christum se staturus. Relicto igitur Aruernorum solo, Lugdunum peruenit, solitisque insistens pietatis operibus, Lugdunensem Pontificem & Burgundionum principem adiit, illosque ad pacem & concordiam reuocauit. Hærebat interim ad tempus aliquod in monasterio, quod Barbaræ Insulam vocant, quædamque illic memorabilia atque iucunda miracula effecit. Nam die quadam proficiscente illo per Ararim fluuium, qui cum illo erant, mœsti inter se conferebant, quod pro illo die nihil efcaram ipsis suppeteret. Quod ut vir sanctus audivit, diffidentiam illorum arguens: Si fidem, inquit, haberetis, non difficile esset præpotenti Deo citra moram vllam nobis præbere res ad victum necessarias. Necdum ille sermonem absoluerat, & ecce è flumine piscis in nauim præter omnium expectationem insiliens, illo die sufficiens eis exhibuit alimentum. Quadam etiam nocte cum ad nocturnas vigiliis surrexisset, lumen in ea basilica, vbi solitus erat sacris incumbere vigilijs, extinctum est. Eius autem ministro ignem quærente, vnde lampadem rursus accenderet, nec tamen inueniente, sacerdos Domini ad lampadem accedens, lumen restituit: atque ita omnibus, qui illi aderant, lætitia perfusus, vnà cum illis ad Dei cultum pertinentia peregit. Et hæc quidem audiuisse se testatus est reuerendus Abbas Arnoldus, qui hoc in itinere sancti viri comes fuit.

Miraculum  
haud vul-  
gare.

Alio quodam tempore pueri sancti pontificis piscatum iuere, & tota die omni frustrati spe sua, nihil capere poterunt. Itaque ad monasterium reuertentes, obuiam sibi conspiciunt venerabilem Abbatem Adelphium, cuius est iam antè habita mentio, quique id temporis virum Dei ex deuotione hætenus erat comitatus, eiusque se ministerio tradiderat. Is ergo ait ad illos: Cur ad eò mœsti reuertimini, nec quicquam vobiscum adfertis? Respondentibus illis, se nullum omnino piscem comprehendere potuisse, ille rursus ait ad eos: Ite ad fluuium, & in fide beati viri mittite rete. Credo enim per eius merita mœrorem vestrum, præstante omnipotente Deo, in gaudium mutatum erit. Obtemperant illi continuo, & ad flumen pernici cursu reuertuntur: missoque in aquam reti, piscem attrahunt, eumque cum ingenti gaudio deferunt ad episcopum.

Miraculum.

Postea vbi ad Agaunense monasterium vir Dei peruenit, sanctorum implorauit patrocinium: fratrum quoque orationibus se commendans, non partiam illis contulit elemosynam. Id verò non ibi duntaxat, sed vbicunque toto illo itinere sacrum aliquod reperisset monasterium, ita præstitit. Denique in Italiam ingressus, à rege Longobardorum & deuotè & amanter acceptus est: qui cum viri Dei colloquijs fruere, audit ad se referri, urbem ab exercitu obsideri. At ille mox exiliens, iubet suos arma capessere, secumque contra hostes dimicatuos, esse paratos ad pugnam. Conuersus autem humiliter ad virum Dei, Quæso te pater, inquit, ut pro me Domino preces offeras. Nam mihi res est cum hostibus meis. Liceat mihi tua intercessione ex illis palmam referre. Mox indè urbem egressus, prælium cum hostibus iniit. Ad eò verò partibus Arriperti (ita enim ille rex Longobardorum vocabatur) fuit victoria, ut multis cæsis atque prostratis, rege quoque in inguine vulnerato & capto, cum magno tripudio ad virum Dei redierit, eique pro precum illius suffragijs gratias agens, denuò se eius orationibus commendauit multa cum humilitate, & in regno suo res necessarias illi præberi curauerit.

Is regnauit  
circa annu  
Christi 706.

Indè autem profectus vir Dei, vbi ad maris litora accessit, nauim conscendit: feruescente autem mari, cum fluctus tumescerent quibusdam comitibus mortis terrorem incuterent, maximè quod aliæ naues iam disiectæ essent, ita ut vix pauci mortales li-

H h tus

tus possent attingere: blandè suos consolari cœpit. At illi nihilominus partim moris metu in nauis se pronos prosternebant, partim res quas intulerant, pro exoneranda nauis in mare iactabant. Sed opposuit se vir Dei, Nolite, inquiens, isthuc facere: præstat has res vel nobis egentibus, vel pauperibus conseruare: simul autem ad cælum attolens oculos, & tacitus imbrem lachrymarum effundens, pro salute omnium Dominum obsecrauit. Eodem autem temporis puncto, vndarum impulsu nauis à litore longius protracta est. Ità ergò Romam tandem perueniens, & sanctorum Apostolorum martyrumque loca circumquaq; perlustrans, eorum sibi patrociniū atque suffragium supplicii & inestimabili deuotione poposcit. Ad extremum non paucos captiuos redimens, secum rediit.

Sacra Roma loca inuisit.

Cæca videt miro modo.

Ægros oleo iubet vngi.

Luc. 10. A. 3.

Matth. 19.

Philip. 3.

Diū hæret Lugduni.

Domino spiritum reddit. Paralyticus sanatur.

Cum autem ex Vrbe discessisset, & Clusnam peruenisset, cæca quædam mulier eius ministris petijt, vt aquam, qua eius essent lotæ manus, sibi darent, quò illa suos medijs causa posset oculos abluere. Et illi quidem eius precibus cupiebant satisfacere: sed ecce vir Dei aquam, qua erat ablutus, in terram effundi iubet, ità vt vix guttam inde suffurari possent. At eam ipsam tamen mulieri porrigentes, hortabantur vt in basilica S. Petri, quæ in vrbe illa erat, postera nocte cum ea aqua vigilaret, atque manè inde oculos cum fide, sicut petierat, contingeret. Credimus enim, aiebant, id tibi salutem allaturum. Abijt mulier, & vt iussa erat, faciens, lucem optatissimam sanisiam oculis adspexit. Itaque ad comites viri Dei cum multa annona venit, gratiam se exhibere volens reddita sanitate, & Deum pro sancti viri meritis laudans ac benedicens. Porro sanctus episcopus videns illius erga peregrinos beneuolentiam ac liberalitatem, eius deuotionem probauit, suaque eam benedictione impertiuit: qua percepta, mulier ad suas ades abijt. Nemo enim ex viri Dei comitibus miraculum, quod illo ignorante contigerat, ei ausus fuit indicare. Cum autem multa infirmorum turba eum vbiquè prosequeretur, ille vbicunquè poterat, in hospitium sese abdidit, iactantia virus summo opere deuotans: ægros autem oleo, quod ex beati Petri sepulcro pro benedictione assumi iusserat, vngi mandauit. Mox autem percepta salute, cum Dei laudibus illi ad propria discedebant. O beatum sancti viri commercium. Dedit terrena, & recepit cælestia: pauper rebus, sed virtutibus locuples.

Per id tempus nihil iam illi supererat, quod posset pro elemosyna elargiri, adeoque iuxta Euangelium sese expoliârat, vt ne duas quidem, quibus posset indui, tunicas haberet: liceretque ei dicere cum beatissimo Apostolo: Argentum & aurum non est mihi, sed interim diuinis diues virtutibus, curationis beneficium multis impendebat. En quod à Salvatore in Euangelio promittitur: Qui reliquerit omnia propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Centuplum accepit, qui in sanctitate & diuina charitate firmus atque fundatus, ad perfectionis culmen ascendit, vt posset dicere cum Apostolo: Nostra autem conuersatio in cælis est: non sicut plerique solent interpretari, cum qui reliquerit omnia, etiam in hoc seculo centuplum recepturum in honoribus aut rebus terrenis, & postea vitam habiturum æternam. Neque tamen id ità dictum quis putet, quasi ignorem etiam sanctos viros in hoc seculo ad honores & dignitates esse prouectos. At illi id non arbitrantur retributionis præmium, sed officium & dispensationem: quemadmodum neque hic sanctus Domini sacerdos, qui multa pro Christi amore reliquerat, terrenum aliquid postea vel obtinuit: sed centuplum accepit, quandoquidem perfectionis gratiam adeptus est, vitamque modò sempiternam possidet cum beatis omnibus in gloria patriæ cælestis. Post hæc autem vir Dei Lugdunum reuersus, quatuor annis illic permanfit, in sanctis operibus iugiter perseuerans.

Cum autem obitus sui diem ex diuina reuelatione iam impendè cognosceret, cum successore suo, & quidem æmulo, pacem fecit: neque post multos dies lecto decumbens, podagræ molestia crescente, ad extrema perductus est. Adspirans autem ad cælestia, antequàm Domino redderet spiritum, fenestram cellulæ, in qua quiescebat, iussit patefieri, & solito oculos lachrymarum imbre perfundens, psalmum, qui ea hora iuxta morem canendus erat, inchoauit, atque in Domino feliciter obdormiens, cælorum arcana penetrauit, in omnem æternitatem eorum consortio fruiturus, quorum vitam & mores expressit in terris.

Porro cum ex more ad sepeliendum alijs deducentibus, quidam paralyticus accessit,

fit, atque ex sacri corporis presentia integram sibi sensit corporis reformatam sanitatem. O virum beatum, qui eximia Dei ornatus gratia, & hinc præclara nobis ad imitandum virtutis reliquit exempla, & illic apud Deum pro culpis nostris perpetuum præstat patrociniū. Reliquit in terris omnia, vt tanquam nihil habens, in Christo omnia possideret. Luxit in hac vita temporaria, vt sempiterna cum angelis lætitia perfrueretur. Parentum nobilium aliorumque sodalium adspèctū & consuetudine, pro Christi amore sibi ipsi vltro interdixit, vt in beatorum omnium iucundissimam sodalitatem recipi mereretur. Hinc ad tempus voluntariam complexus paupertatem & inopiam, & in ipsa egestate laudans nomen Domini, deinceps & hinc & illic diues est: hic coruscans miraculis & virtutum signis, illic immortalis affectus gloria. Hunc sibi proponant imitandum proceres, ad huius exempla se componant Christi sacerdotes. Huius beati viri mortificationem spontaneam, & frugalitatem atque parsimoniam, etsi forsatis imitari non possumus, omnes tamen suspiciamus, & cum lachrymis ad memoriam reuocemus. Mirentur alij sanè in eo virtutes & signa, quæ per eum Dominus dignatus est ostendere: ego quidem nihil tam admiratione dignum, quam eius longanimitatem & inuictam constantiam atque patientiam: maximè cum Dominus noster Iesus Christus suos discipulos à se discere iubeat, vt sint mites & humiles corde. Atque vtinam hanc gratiam suis ille nobis precibus apud Dominum impetret, & quod nostris meritis non valemus, eius patrociniū assequamur.

Magna patientia Boniti. Math. 11.

Iam verò in Lugdunensi territorio sacris beati viri ossibus in arca conditis, illius successor Nodobertus præsul, eius vel exilij, vel erga se beneuolentiæ contemplatione permotus, legatos ad beatissimum virum Godinum Lugduni episcopum misit, qui sacrum corpus repeterent. Legati postquam mandata sua exposuerunt, tale ab episcopo responsum tulere: Mihi sacrum beati viri corpus à Deo commendatum est: non patior me meosque tanto munere priuari. Illi igitur non sine magno animi dolore passi repulsam, ad suum antistitem redeunt, & quid Lugdunensis pontifex responderit, exponunt. Quos ille blandè consolans, Et mihi, inquit, eadem nocte, qua vos Lugdunum estis ingressi, vir Domini per visum apparuit, veste, qua aliquando, vti solebat, indutus, meque his compellauit verbis: Quid agis frater Nodoberte? Putas ne idoneam te tui gregis curam gerere? hisque subiunxit: Noli meam modò interpellare quietem. Nam vbi mihi redire visum fuerit, ego id significabo. Ex his ergò verbis certior factus fui, vos nullum petitionis vestrae effectum esse consecutorus.

Godinus Lugduni Episcopus.

Postea verò iam ad Aruennensem episcopatum promotus venerabili viro Proculo, dignum ille suo munere suscepit opus. Nam B. Mauricij ad eum cernens omni ex parte deformem, quædam etiam illius diruta, miro modo non solum in priorem illam restituit statum, sed etiam ad eius splendorem non parum adiecit: Simul etiam cum clero & populo communicato consilio, denuò mittendos decreuit, qui B. Boniti corpus repeterent, vt eius presentia vrbs muniretur, & S. Mauricij templum magis etiam nobilitaretur. Eodem autem tempore cuidam sanctus pontifex in eadem S. Mauricij ecclesia in somnis apparuit, dicens: Vade, & dic confratri meo Proculo episcopo: Hoc atque hoc in loco (simul indicans, qua via esset sacrum corpus eius inferendum in templum) ità se gerat. Quibus auditis, nihil iam hæsitans Proculus antistes, ad sancti Boniti reliquias repetendas dignos ablegauit presbyteros, putà reuerendum Adelphium, monasterij Magnilocensis abbatem, Eualdum Volnicensis cœnobij patrem, Moderatum Teclatensis monasterij rectorem, vnà cum reliquis sacerdotibus & monachis, quos tali exequendo negocio idoneos est arbitratus. Qui vt ad Fulcoaldum, virum industrium, tum temporis Lugdunensem episcopum, peruenere, eique sui aduentus causas exposere, ille ait: Diuinam imploremus voluntatem, cui nemo potest resistere: & si ille vestris precibus propitius fauet & annuit, ego sanè vobis reluctari non potero. Hoc vbi nostris responsum est redditum, indicto ieiunio, sanctorum circumquaq; ecclesias adire, illisq; intercessoribus, à Deo, vt voti sui compotes fierent, cum magna cordis contritione obsecrârunt: veriti scilicet haud parum, nè spe frustrati sua, casto labore ad sua vacui redirent. Die illo ità transacto, optabamus in illo monasterio, vbi sancti viri corpus quiescebat, nocturnas celebrare vigilias, sed id monasterij mater non sinebat; ne aditum quidem nobis ad illud patefaciens. Itaque habito consilio, statuimus in ecclesia beati protomartyris Stephani vigilias agere. Vndè cum admodum manè in vr-

Vrbes munentur sanctorum reliquijs.

Fulcoaldus Lugdunensis Episcopus.

Ambiunt legari sanctorum suffragia.



Duo miracula.

bem effemus ingressi, præter spem duo ad nos ab episcopo missi sunt, qui nobis plures factis optatum attulere nuntium, licere nobis sine mora reliquias sancti episcopi leuare è tumulo. Eam enim esse Dei voluntatem, literis allatis nobis indicârunt. Vbi igitur ad sacrum corpus peruentum est, & reuerendus Domini sacerdos Adelphius ad altare sacrificium offerret, coram omnibus duo edita sunt, nequaquam silentio tegenda, miracula. Nam cum eiusdem vrbs sacerdotes cum clero & cantu, ex more crucis prelo vexillo, aduenissent, adeò mox ecclesia contremuit, vt à summo vertice vsque ad fulcra parietum planè collapsura videretur. Ea autem basilica, coniuncta erat templo S. Petri Apostoli, in qua vir Domini quiescebat. Itaque dubium non est, sanctum antistitem, cum alijs sanctis illuc aduenientem, se indicasse fauere ciuibus suis, atque hoc miraculo alios deterrere voluisse, nè illis se præberent difficiles & refractarios: id quod magis etiam sequens declarabit miraculum.

Paralytica curatur.

Quædam enim Deo dicata puella, paralyti vexata, reptando cunctis videntibus ad viri Dei sepulcrum peruenit: quæ somno oppressa, ab vno ex nostris, vt citò surgeret, admonita est. Quæ è somno surgens, mox suis constitit pedibus, membrorumque, quo fuerat destituta, officium sibi sensit restitutum, ad matremque monasterij regressa, sic locuta est: Ego vidi beatum antistitem, meque ille hunc in modum suæ voluntatis indicia perferre iussit: Vade, inquit, & dic Abbatissæ Didæ, vt partem tegminis, quo caput meum opertum est, sibi retineat. Quæ idcirco vir sanctus dixit, vt & illa & cæteri omnes luculenter agnoscerent, velle ipsum ad propriam reduci urbem, & plebem, quam viuens reliquerat, suarum reliquiarum aduentu consolari. Atque hæc res magnam nostris attulit sacras leuandi reliquias fiduciam: moxque omnes nostrarum partium studiosi, magna nobis præbuerunt adminicula & solatia, donèc Aruernorum sumus fines ingressi.

Reliquiarum sanctorum solatia videntium.

In illo autem itinere quàm multi ægri ad illud sacrum corpus, tanquam ad probatissimi medici scholam, confluerint, dici vix queat. Et reuera bonus ille medicus, qui cum sit naturaliter bonus, nec potest vnquam non esse bonus, tales habet discipulos, qui non modò in corpore degentes, sed etiam iam exuti corpore, & corporum & animarum morbis medicinam facere nouerunt. Multi verò in eodem itinere curati sunt, qui tamen nostram effugerunt notitiam. Vt enim viuus erat solitus, ita & nunc defunctus efficit miracula. Nam si quis sanitatem, sancti viri meritis ipsi collatam, alijs indicare velit, mox in pristinam relabatur ægritudinem. Et ego quidem, quæ vel oculis conspexi meis, vel à fidedignis viris accepi, refero. Sed quid opus est multis immorari? Cui enim pauca non sufficiunt, illi nec multa satisfaciunt. Certè cum humeris sacre reliquiarum gestarentur, vbicunque illæ depositæ fuere, mox vexillum crucis apparuit, & raro accidit, vt non illic sacre ædes ædificarentur.

Nota sancti viri humilitatem.

Porro vbi sumus Aruernorum solum ingressi, permulti accurrere nobiles sextus vtriusque, qui suis humeris cum multa & deuotione & alacritate sanctas reliquias deportandas exciperent: eratque inter eos pia altercatio, quis vel prior, vel crebrior eo in officio suum studium declararet. Et vt propius ad urbem ventum est, magis magisque suæ ad virum sanctum confluebant ouicula, & plerique præ nimio gaudio stantes, ita dicebant: Recognosce Domine urbem, quam reliquisti, gregem tibi commissum tua intercessione defende. At postquam sacre reliquiarum ad oppidum accessere, dici non potest, quanta cum deuotione & apparatu episcopus ei processerit obuiam. Nam ex vtroque latere tanta erat Cleri & populi multitudo, vt aut exercitum collectum, aut nundinas celebrari facile crederes. Procedebat episcopus sanctorum pignora humeris deferens, idque tam accuratè & reuerenter, vt se corporaliter venienti sancto sacerdoti occurrere putaret. Indè cum sacre reliquiarum ab eodem episcopo ad ædem S. Mauricii deportarentur, in ipso templi aditu claudus quidam, nomine Valdinus, iacens, sancti episcopi in ecclesiam inferendi præstolabatur aduentum: moxque vt viri Dei corpus super eum pertransijt, sanus effectus, in hunc vsque diem eiusdem ecclesie custos permanet.

Claudus sanatur.

Condita autem sunt ossa beati viri iuxta altare beatorum Petri & Pauli atque Andree Apostolorum, quorum reliquias ille curarat ex Vrbe adferri, & magna cum deuotione locum illum consecrarat. Dignum autem erat, vt quorum flagrabat amore, sancti spiritus igne accensus, eorum etiam sacre aræ eius monumentum coniungeretur. Porro

Porro beati viri monumentum auro & argento mirificè ornatum est, ad quod etiã multa ægrotis & malè affectis diuinitus conferuntur beneficia: è quibus vnum in præsens commemorasse sufficiat.

Cæcus quidam ex Burgundionum prouincia, Ceronius nomine, ad viri Dei accessit sepulcrum, sibi que lumen restitui petijt: & ecce nobis cernentibus, visum recepit: neque ille duntaxat, sed etiam quotquot præterea ex ea prouincia morbidi adueniunt, incolumes sunt regressi.

Cæcus visum recepit.

## Insigne &amp; indubitata fidei miraculum de S. Bonito.

Sanctus Aruernorum antistes Bonitus, cum se totum contulisset ad perfectè amandum Christum & eius sanctissimam genitricem, quodam tempore cum turbis ingressus templum S. Michaelis, in angulum se abdidit. Peractis mysterijs, alijs abscedentibus, ille in suo permanfit latibulo. Et custodes quidem more suo circumspexerunt, num quis adesset: sed nutu Dei factum est, vt ad eius latebram non pertingerent. Obseratis indè foribus, sanctus vir tanto liberius, quanto secretius, coram Domino effudit animam suam, talisque ei prolixè oranti visio oblata est: Repentè è celo insonuit vox tanquam suavis melodia, & micantibus luminaribus vir sanctus quasi multitudinem quandam conspexit eò aduentantium. Ingressa autem in templum est virgo mater Matia cum candidissimo angelorum & sanctorum hominum cœtu, tanquam regina circumstante exercitu. Cantabant autem omnes illi laudes Christo & matri eius: atque ipsa etiam sanctissima virgo in laudibus filij sui vocem exercebat suam. Procedebant autem per medium templi chorum, cumque ventum esset ad altare, quæsitus est à sanctis nonnullis, quisnam Missam celebraret. Tum virgo beata, Eccè, inquit, adest hic Bonitus præsul verè bonus, & benè dignus, cui hoc munus demandetur. Audiens hoc ille, extimuit, seque subducere conabatur: cui sanè lapis efflit, in quo hodieque eius rei apparent vestigia. Tandem quæsitus & inuentus, ad illum beatissimum conuentum perductus est, sanctisque ministrantibus, vestibus sacris indutus est, & diuinæ aræ applicatus. Consummato autem ea, qua par erat, ratione sancto illo opere, beatissima virgo valesfaciens dilecto suo, pro munere cælestem illi vestem largita est. Res est nota satis, & apud Aruernenses celebris, maximè in ipsa Aruernorum vrbe, vbi vsque in præsentem diem populis illa vestis ostenditur: cuius quidem materia & textura à nullo mortalium potest dinosci. Est autem candoris eximij, miræque tum lenitatis, tum leuitatis. Alius deindè ad eam euectus cathedram, sed non eadem morum honestate præditus, se quoque par beneficium consecuturum arbitrabatur, si in illa S. Michaelis æde quiesceret. Venit igitur procax & temerarius, ingressusque in illam sobrietatis officinam benè ebrius, mox graui correptus sopore obdormiuit. Interim verò non exarsit in illum impudentem furor Domini, sed sine flagellis eum dimittens, procul à sanctificationis suæ domo iussit exportari. Nam factomanè, in ædibus suis, adeoque in ipso lecto suo se inuenit iacentem.

Visio s. Boniti.

Miraculum insigne.

Vestem miraculose B. Virgo S. Bonito largitur.

Indè progressus ad famulos suos, confessus est mentis suæ malefanam arrogantiam, ne tacuit, quàm esset ignominiosè repulsus. Itaque iam summissus ac modestius de se sentiens, didicit in cordis simplicitate quærere Deum.

Hh 3 GESTA

**GESTA S. MARCELLI PAPAE, QVAE IN ANTIQVISSIMIS MARTYROLOGIIS CITANTVR, GRAUITER & FIDELITER CONSCRIPTA, VT DOCTI VIRI CENSENT, A ROMANA ECCLESIAE NOTARIJS.**

16. IANVAR.

Thraſon  
alioſque ſanctos  
martyres.

Empore illo, quo Maximianus redijt de partibus Aphricæ ad urbem Romam, volens placere Diocletiano Augusto, vt in nomine eius thermas ædificaret, cœpit ob inuidiam Christianorum, omnes milites siue Romanos, siue alterius gentis, ad afflictionem laboris compellere, & per varia loca alios ad lapides, alios ad arenam fodiendam damnare. In ipſo tempore erat vir Christianus, nomine Thraſon, vir potens & facultatibus locuples, & vita fidelis. Hic cum vidisset affligi Christianos fatigatione & labore, de sua facultate sanctis martyribus alimoniam & victum ministrabat per viros Christianos, Sisinnium, Cyriacum, Smaragdum &

Cyriacus  
cum socijs  
mittitur in  
carcerem.

Largum. Hoc audiens beatus Marcellus, vrbis Romæ Episcopus, gaudio repletus est: cumq; ab illis ad se accersitis, rem omnem didicisset, inito consilio, consecrauit Sisinnium & Cyriacum diaconos ecclesie Romanæ. Factum est autem, vt vna nocte, dum deferrent humeris suis sanctis martyribus victum, quem Thraſon ministrabat, tenti sint à militibus paganis, & perducti ad tribunal Spurius. Suscipiens autem eos tribunus, retruſit in custodiam publicam. Post diem verò tertium nunciavit Maximiano Augusto. Qui iussit, vt sub custodia foderent arenam, & humeris suis portarent vsque ad locum, vbi thermæ ædificabantur. Erat autem vir senex inter eos nomine Saturninus, qui iam senectute maceratus fuerat, & cœperunt eum ad portandum iuuare. Hoc cum fieri viderent custodes, quia Sisinnius & Cyriacus diaconi & suas & aliorum sarcinas cum adiutorio Christi portarent, mirati sunt, & nunciauerunt tribuno Spurio. Qui etiam nunciavit Maximiano Augusto, dicens, quòd cum hymnis & laudibus Dei & omni veneratione Christo gloriam redderent.

Sisinnius  
sistitur Ma-  
ximiano.

Eodem tempore misit Maximianus Augustus, & iussit sibi Sisinnium presentari. Qui cum presentatus fuisset, dixit ad eum Maximianus: Quis vocaris? Respondit: Ego peccator, seruus seruorum Domini nostri Iesu Christi, Sisinnius vocor. Maximianus Augustus dixit: Quæ carmina sunt vobis? Respondit Sisinnius diaconus, dicens: Si cognosceres, quæ sunt carmina fidelium, scires creatorem tuum. Respondit Maximianus, dicens: Et quis est creator, nisi inuictus Hercules? Respondit Sisinnius diaconus: Nobis turpe est vel nominare, vel audire illum. Maximianus dixit: Vnū tibi è duobus elige festinus: Aut sacrifica deo Herculi, aut carnes tuas ignibus cremabo. Sisinnius diaconus dixit: Ego quidem semper hoc optavi, si tamen meritis fuero, vt coronam desideratam accipiam. Iratus Maximianus Augustus, tradidit eum Laodicio prefecto. Qui retruſit eum in custodia Mamertini, & fuit ibi in custodia diebus septendecim.

Sisinnij  
fortitudo.

Post hos dies, iussit Laodicius prefectus ad spectibus suis Sisinnium presentari. Qui cum presentatus fuisset ab Aproniano Commentariensi, subito lux de cælo facta est, & vox de luce exijt, dicens: Venite ad me benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Tunc Apronianus tremefactus, cecidit ad pedes Sisinnij diaconi, dicens: Adiuro te per Christum, quem confiteris, nè tardes me baptizare, & facias me tecum pertingere ad coronam. Eadem hora allata est aqua, & catechizauit eum, & benedixit fontem, & deposuit eum nudum in peluim, dicens ei: Credis in Deum patrem & filium & spiritum sanctum? Et ille respondit: Credo. Et Sisinnius diaconus dixit ei: Illuminet te Christus. Et eleuauit eum de pelui, & duxit eum ad sanctum Marcellum episcopum, qui eum chrismate consignauit, & post hæc altare consecrauit. Tunc participati sunt omnes corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi.

Apronianus  
credit in  
Christum.Chrismate  
consignatur.

Eodem die post meridiem iussit sibi Laodicius presentari Sisinnium diaconum. Veniens autem cum Sisinnio Apronianus Commentariensis iam baptizatus, cœpit clamare & dicere: Quid vos coarctat diabolus in Dei seruos tanta mala exercere? Prefectus autem dixit Aproniano: Quomodo video, & tu Christianus esse cœtus es. Respon-

dit Apronianus: Væ mihi infelici, qui perdidisti dies meos. Prefectus dixit: Verè modò perdes dies tuos. & iussit eum capitalem subire sententiam, dicens: Si hic extinguitur non fuerit, multi per eum peribunt. Qui ductus in viam Salariam, milliario secundo capite truncatus est sub die quarto Nonarum Februariarum.

Aproniani  
cades,

Tunc iussit retrudi in custodiam Saturninum senem & Sisinnium diaconem, dicens: Si non immolauerint dijs, diuersis eos pœnis interficiam. Cumque essent in custodia, veniebant ad eos multi gentiles, & baptizabantur cum omni fiducia. Audiens hoc Laodicius prefectus, iussit sibi tribunal parari in Vrbe in Tellure. Et post dies quadraginta duos, misit & exhibuit Saturninum & Sisinnium. Qui vincti catenis, adducti sunt in cõspectu Laodicij nudis pedibus. Quibus dixit Laodicius: Quid est? Deposuistis vanam superstitionem, & adoratis deos, quos Imperatores adorant? Respondit Sisinnius diaconus: Nos peccatores adoramus Dominum Iesum Christum, filium Dei. Nam demonibus & lapidibus nunquam humiliamur. Laodicius dixit: Deferatur tripodæ, & thurificent maicstatibus. Saturninus dixit: Conterat Dominus deos gentium. Et continuo soluta est tripodæ area velut lutum. Quod videntes duo milites Papias & Maurus, cœperunt clamare & dicere: Verè Deus est Dominus Iesus Christus, quem colunt Sisinnius & Saturninus.

Papias &  
Maurus mi-  
lites credunt.

Iratus itaque Laodicius, iussit eos in eculeo leuari. Et cum traherentur neruis, fustibus & scorpionibus cœsi sunt. Illi autem clamabant, dicens: Gloria tibi Domine Iesu Christe, quia meruimus socij fieri seruorum tuorum. Tunc Papias & Maurus clamabant, dicens: Vt quid vos coarctat diabolus in seruos Dei ista exercere? Iratus Laodicius, iussit ora eorum lapidibus contundi, & retrudi in carcerem, Saturnino autem & Sisinnio flammæ ad latera poni. Et cum in eculeo pendentes, vultu alacri gratias Deo agerent, iussit eos capitalem subire sententiam. Et depositi de eculeo, ducti sunt in viam Numentanam milliario secundo ab vrbe, & ibi capite truncoati sunt. Eorum autem corpora collegit Thraſon cum Iohanne presbytero, & sepeliuit in prædio suo via Salaria tercio Calend. Decembris.

Sisinnius et  
Saturninus  
decollantur.

Post dies verò duodecim, iussit Laodicius prefectus Papiam & Maurum milites, qui baptizati fuerant ad beato Marcello episcopo, sibi presentari in circo Flamineo. Quos cum vidisset, dixit ad eos: Nunc cognoui, quòd & vos Christiani sitis. Papias dixit: Verè Christiani. Dixit ad eos Laodicius: Deponite vanam fallaciam, & adorete deos, quos principes adorant. Respondit Maurus, & dixit: Adorent eos, qui desperauerunt de animabus suis, vt in æternum pereant. Laodicius prefectus dixit: Modò vos desperatis de animabus vestris, si non sacrificatis dijs immortalibus. Audite & facite quæ dico, & viuete. Respondit Papias: Sacrifica tu, & viuete in tormentis æternalibus. Tunc iussit eos steni in terram, & fustibus cædi. Et cum diu caderentur, nulla vox ex eis audita est, nisi tantum, Christe adiuua nos seruos tuos. Tunc iussit eos leuari de terra, & plumbatis cædi. Et cum diu caderentur, emiserunt spiritum. Quorum corpora collegit noctu Iohannes presbyter, & sepeliuit in via Numentana sub die quarto Calendarum Februariarum ad \*Lymphas beati Petri, vbi baptizabat. Post dies autem multos, narrauit omnia Laodicius prefectus Augustis Diocletiano & Maximiano de militibus, & de sanctis, quos interfecerat: & gauisi sunt Diocletianus & Maximianus Augusti. Deinde post paucos dies nunciatum est Diocletiano Augusto, quòd filia eius Artemia à dæmonio vexaretur. Vnde grandi afflictione contristatus est, & die presentis noluit comedere cibum. Et dum multo tempore esset in custodia beatus Cyriacus, & iam de eo obliuio esset facta, multi Christiani pergebant ad eum in custodiam, & cæci illuminabantur, atque infirmi salui fiebant à languoribus suis. Interea cœpit vrgeri Artemia Diocletiani filia à dæmonio. Hoc cum nunciatum fuisset Diocletiano Augusto, intrauit ad eam in cubiculum: & ecce ipse dæmon clamare cœpit per Artemiam presentem Diocletiano: Nisi venerit Cyriacus diaconus, non exeo. Confestim autem misit Diocletianus ad eum in custodiam, vbi erat inclusus & constrictus cum Largo & Smaragdo, & eiecit eum de custodia. Et cum presentatus ei fuisset, rogabat eum, vt intraret ad filiam eius.

Papias &  
Maurus pe-  
imuntur.

\*Nymphas

Cumque intrasset ad eam Cyriacus, dixit: In nomine Domini nostri Iesu Christi precipio tibi, vt ex eas ab ea. Dæmon autem respondit per os Artemie, dicens: Si vis vt exeam, da mihi vas, vbi ingrediar. Dicit ei Cyriacus: Si potes, ecce corpus meum ingredere.

re. Respondit diabolus: In vas tuum nō possum ingredi, quia vndique clausum & signatum est. Dicit ei Cyriacus: In nomine Domini nostri Iesu Christi crucifixi, exi, vt fiat vas mundum superuenienti spiritui sancto. Et dixit ad Artemiam: Filia, crede in Deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius vnicum, Dominum nostrum. At ille exclamauit, dicens: O Cyriace, si hinc me eijs, in Perfidem te faciam venire. Dicit ei Cyriacus: In nomine Domini nostri Iesu Christi, exi. Tunc exclamauit Artemia, dicens: Per ipsum nomen te coniuro, vt me baptizes: quia video de longē Dominum, quem tu p̄dicas beate Cyriace. Et tenentes manum eius beatus Largus & Smaragdus, leuauerunt eam. Altera autem die secundū consuetudinem catechizauit eam, & aliam aquam benedixit sanctus Cyriacus, & baptizauit eam p̄sente matre sua Serena Augusta. Ab eodem die semper dicebat Serena filia suā, vt fideliter amaret religionem Christianam. Post menses verō decem & annos duos, explicata fabrica thesaurum cum gloria, coepit Diocletianus Augustus benē habere Cyriacum diaconum, & donauit ei domum, & p̄cepit, vt securus viueret in vrbe Roma, faciente Serena vxore sua.

Artemia fit Christiana

S. Cyriacus secūre degit Romā.

Serena Augusta Christianissima

Cyriacus expellit demonem à filia regis Perfarum.

Iobia baptizatur, & pater eius &c.

Diocletianus morit.

Post paucum verō tempus, venit legatio à rege Perfarum ad Diocletianum Augustum, vt Cyriacum diaconem ad eum dirigeret: quia filia eius à dēmonio vexabatur, Diocletianus verō videns tantam supplicationem Saporis regis Perfarum, p̄cepit vxori suā Serenā, vt rogaret ad se venire Cyriacum diaconem. Et cum venisset Cyriacus ad Serenam Augustam, dixit ei legationem Saporis regis Perfarum, sicut dixerat ei Diocletianus Augustus maritus suus. Dixit ei Cyriacus diaconus: Cum auxilio Domini mei Iesu Christi Saluatoris, vadam securus. Itaque Serena Augusta Christianissima dedit ei vehicula, vel necessaria quæque in nauis, & cum Largo & Smaragdo perrexit vsq; in Perfidem: milites verō cum veredis ibant. Beatus autem Cyriacus cum baculo suo pergens, iugiter psallebat Domino, vsquedūm perueniret ad Saporem regem Perfarum. Cumque p̄sentati fuissent regi Cyriacus diaconus, & Largo & Smaragdus, dixit ad eos: Quis ex vobis dicitur Cyriacus diaconus? Et vt cognouit, quis esset diaconus, adorauit eum, rogauitque vt introiret in cubiculum ad filiam eius, nomine Iobiam. Eadem hora exclamauit diabolus ex ore puellæ, & dixit ad Cyriacum: Quid est Cyriace? Respondit Cyriacus: In nomine Domini mei Iesu Christi p̄cipio tibi immunde spiritus, exi, & iam vltra non reuertaris in eam. Respondit diabolus: Fatigatus es. Respondit Cyriacus: Ego huc veni in nomine Domini mei Iesu Christi, cuius auxilio non sum fatigatus, sed in omnibus gubernatus. Dicit ei diabolus: Tamen ego te perduxī, ad quod volui. Cyriacus autem diaconus cum vidisset puellam fatigari, proiecit se in pavimentum, orans & flens & dicens: Imperat tibi Dominus meus Iesus Christus, quem cōfessus es, vt exeas. Respondit diabolus: Da mihi vas, quod ingrediar. Sanctus Cyriacus dixit: Dominus Iesus Christus, Deus de Deo, imperat tibi vt exeas. Et ecce cū vlulatu magno exiens, clamabat in aëre, dicēs: O nomē terribile, quod me coarctat exire. Et ab eadem hora salua facta est Iobia. Tunc beatus Cyriacus dixit ei: Filia, crede in filium Dei, & semper sana eris. Respondit Iobia: Ego credo in Dominum Iesum Christum, quem p̄dicas. Et fecit eam catechumenam more solito, & catechizauit eam, & allata aqua, deposuit eam nudam in concham argenteam: & benedixit aquam, & dixit ei: Iobia, credis in patrem & filium & spiritum sanctum? Respondit: Credo. Et dixit ei: Credis carnis resurrectionem? Respondit: Credo. Et leuata de concha, coepit dicere Iobia: Verē Dominus Iesus Christus, quem p̄dicat beatus Cyriacus, ipse est Deus. Eadem hora omnes affines eius baptizati sunt, & ipse rex baptizatus est, & alij promiscui sexus, numero quadringenti & viginti. Tunc rex multa dona vel pecunias obtulit beato Cyriaco. Cui sanctus Cyriacus dixit: Nos gratiam Domini nostri Iesu Christi precio non offerimus, sed fide æstimamus. Et nihil accepit, sed tantūm pane & aqua cum Largo & Smaragdo vsus est.

Post dies autem quadragintaquinque ascendentes nauim, cum commendationibus epistolarum reuersi sunt Romam. Quem cum grādi honore suscepit Diocletianus Augustus cum vxore sua & filia: & coepit habitare cum Largo & Smaragdo in domo, quam ei donauerat Diocletianus iuxta thermas Diocletianas. Hinc post menses duos ambulauit Diocletianus Augustus ad Dalmatiam: ibique ægritudine fatigatus, per testamentum fecit cohæredes filios suos, & mortuus est. Hoc audiens filius eius Maximianus

nus Augustus, p̄cepit vt Christiani, vbicunquē inuenti fuissent, punirentur. Et zelo ductus propter sororem suam Artemiam, misit & tenuit Cyriacum diaconum, posuitque in custodia, & p̄cepit, vt in die processionis suæ, ad exemplum Christianorum, Cyriacus nudus & catenis obligatus ante rhedam eius traheretur. Veniēs autem in die processionis suæ Marcellus episcopus, obrulit se Maximiano Augusto, dicēs ei: Pietati tuæ suggero, seruos Dei, qui orant pro regno tuo & pro Rep. quare trucidas? Tunc iratus Maximianus Augustus, p̄cepit vt fustibus cederetur & expelleretur ab Vrbe Marcellus episcopus. Et Carpasio vicario mandauit in hæc verba: Audi Carpasi: Cyriacum sacrilegum, qui carminibus & incantationibus magicis suadet hominibus Christum confiteri, diuersis pœnis afflige, si non libamina dijs obtulerit.

Mittēs autem Carpasius vicarius ad custodiam, adduxit Cyriacum diaconum, Largum, Smaragdum & Crescentianum, & iussit eos in Tellure p̄sentari. Quibus & dixit: Quare non obauditis p̄ceptis principum, & offertis libamina dijs immortalibus? Respondit Cyriacus cum Largo, Smaragdo & Crescentiano: Nos Domino Iesu Christo libamina offerimus. Carpasius vicarius dixit: Quod vobis iubetur, facite. Senectus tua alba facta est Cyriace, sed modō eam iuuenem faciam. Et iussit picem liquari: & cum liquata fuisset, p̄cepit vt in caput beati Cyriaci diaconi funderetur. Ille autem clamabat, dicens: Gloria tibi Domine, qui nos seruos tuos dignatus es cœlestis regni portas facere introire. Dicit & alij Carpasius: Num sacrificatis, aut peribitis sicut perfidus Cyriacus? Dixerunt: Nos peccatores Domino Iesu Christo nosmetipfos sacrificium offerimus. Tunc Carpasius vicarius adduxit in conspectum suum eculeum, & iussit suspendi in eo Crescentianum, in conspectu Cyriaci, Largi & Smaragdi. Et cum diū traheretur neruis, & fustibus & vnguibus raderetur, voce magna clamauit, dicens: Gloria tibi Domine Iesu Christe, qui nos ad gratiam tuā dignatus es euocare. Carpasius dixit: Date flammas ad latera eius. Et cum diū incendio cōstrictus vreretur, emisit spiritum. Cuius corpus iussit iactari ante clium vsq; in platea ante templum Palladis. Ipsa nocte venit Iohannes presbyter, & collegit corpus eius, & sepeliuit in cœmeterio Priscillæ, in arnario via Salaria, octauo Calend. Decembris.

Post mortem autem Crescentiani, retrusit in custodiam Largum & Smaragdum & Cyriacum. Post dies verō quatuor resedit in eodem loco in Tellure, & p̄cepit sibi p̄sentari Cyriacum diaconem, cui sic dixit: Quare dies senectutis tuæ cum tormētis ad inferos deducis? Cyriacus respondit: Ego semper pro Christo mori optaui. Dicit ei Carpasius: Sacrifica dijs immortalibus, & viues. Cyriacus respondit: Sacrificent eis, qui non cognouerunt creatorem suum Dominum nostrum Iesum Christum. Tunc iussit eum in catasta extendi, & attrahi neruis, & fustibus cēdi. Cyriacus autem clamabat, dicens: Miserere mihi peccatori Domine Iesu Christe. Eodem die nunciauit Carpasius vicarius Maximiano Augusto omnia, quæ exercuerat in sanctos Dei. Iratus ergō Maximianus, iussit omnes vincetos, qui erant in custodia, vnā cum Cyriaco capite truncari. Et data sententia, ducti sunt cum Cyriaco diacono promiscui sexus viginti & vnus, & decolati sunt via Salaria intra thermas Salustij forās muros. Quorum corpora collegit nocte Iohannes presbyter, & sepeliuit alios in eadem via: sanctum verō Cyriacum collegit, & commendauit sub die xvij. Calend. Aprilis. Ipso tempore Maximianus interfecit sororem suam Artemiam. Post dies autem octo, veniens Marcellus episcopus cum Lucina matrona Christianissima, condidit corpora sanctorum cum aromatibus & lintheaminibus, & imposuit noctū in pauone cum eunuchis suis: & sustulit inde, vbi commendata fuerant, & transtulit cum sancto Cyriaco in p̄dium suum via Ostiensi, milliario ab vrbe Roma septimo, vbi requiescunt in sarcophagis lapideis, quos manu sua recondidit beata Lucina in pace, vj. Idus Augusti.

Eodem tempore beata Lucina fecit donationem de facultate sua & ex omnibus quæ habuit, ecclesiæ catholicæ. Hoc audiens Maximianus Augustus, indignatus proscriptiōne eam damnauit. Illa autē rogauit sanctum Marcellum episcopum, vt domum eius ecclesiam consecraret. Quod cum omni deuotione fecit Marcellus episcopus: At vbi frequenter in eadem domo Missas celebrasset in media ciuitate via Latina, & audiret hoc Maximianus Augustus, iratus p̄cepit, vt in eadem ecclesia planæ sternerentur ad animalia stabulada, & eundem Marcellum episcopum ad seruitium animalium deputauit cum custodia publica. Vbi etiam post multos annos seruendo emisit spiritum, septimo decimo

Pix liquida funditur in caput S. Cyriaci.

Crescentianus reddit animam.

Cyriacus capite decolatur cum alijs 21.

Artemia necatur.

Nota de Missari celebratione.

Marcelli  
Papæ felix  
obitus,

decimo Calend. Februarij. Cuius corpus rapuit Iohannes presbyter noctu cum beata  
Lucina, & condidit cum aromatibus, & sepeliuit in cœmeterio Priscillæ via Salaria, nō  
longè ab vrbe Roma, milliario tercio, vbi requiescit in pace.

Eodem tempore Maximianus Augustus præcepit ad se venire Carpasium, & interro-  
gavit eum de discussione & nece sanctorum. Et cum vidisset Carpasium placatum sibi  
Maximianum, petijt ab eo domū beati Cyriaci. Qui confestim quod petebatur, ei con-  
cessit: Et cum introisset in eadem domum, quam donauerat beato Cyriaco Diocletia-  
nus Augustus, inuenit locum, vbi sanctus Cyriacus fontem ædificauit, quem consecra-  
uit beatus Marcellus episcopus, vbi frequenter baptizabat sanctus Cyriacus venientes  
ad fidem. Tunc Carpasius vicarius paganus crudelissimus, cum in eadem domo inue-  
nisset baptisterium, fecit in loco eodem balneum, quasi ad deridendam legem Christia-  
norum. Vbi frequenter meretrices & scenici lauacra sibi exhibebant, turpi lucro gau-  
dentes in loco sanctificato. Et cum frequenter ista fierent ab impijs & sceleratis, quadam  
die cum se lauissent, & exhiberent sibi epulas, exeunte Carpasio de balneo cum multis  
sceleratis, decem & nouem cum Carpasio vicario subito ceciderunt, & mortui sunt.  
Ab eodem die clauerunt balneum, & factus est timor magnus in eadem regione vsque  
in hodiernum diem. Sanctorum verò corpora, hoc est, Cyriaci, Largi, Smaragdi, Cre-  
scentiani, Mamie & Iuliane, sepulta sunt in via Ostiensi milliario ab vrbe Roma plus  
minùs octauo: vbi orationes eorum florent nunc & semper, & quousque mundus iste  
voluitur, regnante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculi-  
lorum, Amen.

Vltio diui-  
na in Car-  
pasium &  
alios pro-  
phanos.

SERMO SANCTI HILARII EPISCOPI ARE-  
LATENSIS, DE VITA ET MORTE BEATISSIMI  
Honorati, Patris præcipui monachorum Lirinensium, &  
Episcopi Arelatensis.

16. IANVAR.  
\* memorijs

\* & digni-  
tatis

3. Reg. 18.

Philip. 3.

Prou. 10.  
Virum illu-  
strium me-  
ritorum.



Gnoscitis, dilectissimi, diem publicis fidelium \* mœrori-  
bus consecratum: Qui mihi quandiu caducos vitæ huius  
dies Dominus indulerit, semper quidè acerbitatibus gra-  
uis, plenus tamen \* consolatoria laude adueniet. Hodie  
enim ille sanctæ recordationis, ecclesiæ huius Antistes, vir-  
tute, sacerdotio, nomine Honoratus, corpore exutus:  
quicquid ad clausulâ elocutionis adiecero, absurdum poterit  
iudicari: Si enim dixero, Ad astra migravit: ille etiam  
dum in terris moraretur, inter splendidissima regni Dei  
astra numeratus est: Ad astra, Christo adstat? Quando au-  
tem ei in vita sua ille non adstitit, cui omnis vita illam Elia  
vocè habuit, Viuit Dominus, cui adto hodiè? Dicam, Terrena deseruit, cuius, vt Apo-  
stolus ait, cōuersatio semper in cælis fuit? Similiter itaque, quātum certò animus meus  
habet, quicquid de tali viro dicendū occurrerit, ipsa sui magnitudine cōgruo exitu ca-  
ret. Cōpugnant mœroribus gaudia: Talem reminisci, dulce est: Tali carere, supplicium.

Duplex itaq; materia me prouocat: illic me laudum suarū gratia ad sermonem tra-  
hit, hinc ad singultus retrahunt damna communia. Ignoscite itaque, si diripientibus sibi  
duobus his affectibus mentem meam, oris mei officium, tanquam duobus dominis fa-  
mulatum congruum negat. Quicquid recordatio in laudis partibus suggerit, torum  
hoc sibi inter damna numerans dolor vendicat: Quancquam, etsi adesset mihi serenitas  
mentis, & famulatu idoneo menti lingua seruiret, num abundantius laus eius profertur  
sermonibus meis poterat, quam in vestris sensibus manet? Nemo est, vt puto, cui non il-  
lius viri gratia maior occurrat, quam possit opulentissima cuiuslibet proferre facun-  
dia. Quia ergò, vt Scriptura loquitur, Iustorum memoria cum laudibus semper est, nec  
potest quisquam meritorum illustrium viros non cum laude memorare: proferam, vt  
facultas datur, aliqua ex his, quæ de illo dilectionis vestra corda meditatur. Adiuuabūt  
vtique sensus vestri conatus meos, & quod sermone meo expediri difficile est, vestra sibi  
pœctora proprijs cogitationibus eloquentur:

Scriptura

Scriptura quodam loco continet: Sapientia in exitu canitur. hoc est dicere: Sapien-  
tis conuersatio in conuersationis sine laudatur. vndè & in alio loco: Nè laudes, inquit,  
hominem in vita sua. & iterum: Ante mortem nè laudaueris quenquam. tanquam si  
diceret: Lauda post mortem. in viuētis enim laudibus, & laudato, locus vanæ exultati-  
onis offertur, & laudatori maximè nota assentationis affigitur. Multis autè modis vti-  
le est laudare defunctum: primùm, quia dum abest, cui gratificari laudatione possimus,  
necesse est, vt ad largitorem gratiæ Deum laus tota referatur: deindè, quia sola virtutis  
admiratione residet, vbi suspicio assentationis aufertur. Defuncti itaque laus in sancta fi-  
delium congregatione prolata, plena est ædificationis, vacua iactantiæ: merita quoquè  
eius, qui laudatur, in hoc accrescunt, quia plures sua laude proficiunt. Nec verebor, nè  
nimis forsitan fauorabiliter de meo loqui credar: quia præterquam quòd nihil non in-  
ferius dici suis virtutibus potest, nemo est qui non illum suum computer, suum senserit,  
suumque crediderit. Non tamen ego ingenij fidutia, neque fretus eloquio ad attingen-  
dam tanti viri vitam manum mitto: quam si quis præcæ eloquentiæ author attingeret,  
non solum facundia non ornaret, sed victus materiæ mole succumberet. Vester me  
amor prouocat, vester affectus de illo loquendi fidutiam subministrat. Animabitur ipsi-  
us, vt credimus, merito sermo, quantum \* tepentis ingenij, & quod iacet verbis, eleuabi-  
tur rebus, & effusa in illum charitate vestrorum pœctorum condietur.

Laudare  
defunctos,  
multis mo-  
dis utile.

\*repentia

Est illud notum omnibus oratoriæ disciplinæ, quorum laudandam receperint vitam,  
patriam prius & originem prædicare: vt quod in proprijs virtutibus deest, in patrū glo-  
ria præcessisse videatur. Nos autem in Christo vnum sumus omnes, & fastigium est no-  
bilitatis, inter filios Dei computari: nec addere nobis quicquam ad dignitatem terre-  
næ originis decus, nisi contemptus sui potest. Nemo est in caelestibus gloriosior, quam  
qui repudiato parentum stemmate, elegit sola Christi paternitate censerī. Prætermitto  
itaque commemorare auita illius secularium honorum insignia, & quod concupisci-  
bile, ac penè summum mundus habet, vsque ad consulatū prouectam familiæ suæ no-  
bilitatem, maiore generositate pœctoris fastiditam, nec placuisse illum sibi de superna-  
cuis suorum honoribus, qui pro amore veritatis iam non suos optabat. Ad illud potius  
meus sermo festinat, qua fide baptismum, in adolescentiæ annis proprio concupierit ar-  
bitratu, quam maturo consilio sanus mortem expauerit, qui eam ante baptismum vita  
caritatem esse perpexerat: Qua siti vitam suam desiderauerit vitali fonte renouari,  
quam dulcis ei infantia, quam modesta pueritia, quam grauis adolescentia fuerit, quam  
omnes etiam ætatum gradus, gratia semper & virtute transcenderit, maiorque se sem-  
per inuētus sit, vt prorsus diuino quodam pædagogio educatū putes. Eruditur sine ali-  
qua suorum instantia, seruat, iuuante Deo, baptismum præter vllam hominum sollicitu-  
dinem, & quod his maius est, recenti adhuc & illibato nitore fontis, sine admonitore  
conuertitur: sine admonitore dixi? & vbi est illud, quòd patria obstabat? quòd oblu-  
batur pater? quòd propinquitas tota renitebatur? Intraerat enim gratia sua omnium  
sensus, & cum eum sibi Christus assumeret, certatim in suis omnibus mundus tenebat:  
alios dulcedo ipsius obligauerat, alios collegij blandimenta deuinxerant, alios in varijs  
iuuenum exercitijs admiratio secularium virtutum tenebat. Quot illi vitæ prioris gra-  
tiæ fuerant, tot à conuersione vinculis retrahebatur. Commune quoddam familiæ de-  
cus præcipi omnes timebant: Et verè quis vnquam illum habitus non quasi proprius ac-  
cepit? quos aliquando amictus non ornauit? Itaque velut splendidissimā gemmam, &  
commune omnium decus eripi sibi simul patria, simul familiares, simul parentes puta-  
bant. Neque enim immutanda hæc omnia, & reformanda in melius, vt vidimus, sed quasi  
moritura esse credebant.

Summa no-  
bilitas, in  
filijs Dei  
numerari.

Expetit bap-  
tismum  
adolescens  
Honorat.

A baptis-  
mo dat se  
vita reli-  
giosa.

Et indè illud erat, quòd quia omnia, quæ adorsus erat, strenuè eum pater agere per-  
spexerat, à baptismate, quandiu potuit, auertit: timens, nè totus simul, sicut consecu-  
tum est, religionis amore raperetur. Inualuit tamen desiderium & amor Christi, & ba-  
ptismum, discussis patris dissimulationibus, pueritia fidelis inuasit: irà enim adhuc se  
catechumenus inter prima fidei rudimenta formauerat, lasciuiam pro reuerentia acci-  
piendi quandoquè baptismatis respuens, clericos vt patres honorans, & puerili inter-  
dum censu pauperem iuuans, quicquid habere adhuc illa ætas, & plus vtique pro noui-  
tate habendi amare poterat, miseratione prodigus offerebat, iam tunc in paruo præme-  
ditans cuncta contemnere, & sua simul vniuersa largiri. His itaque & talibus exerci-  
tijijs

Catechu-  
menus ad-  
huc, viuere  
admodum  
piè.



Partes cum  
necitur mū-  
di vanita-  
tibus im-  
plicare.

tij ad baptismum se fides catechumeni robusta proripuit: hinc iam prouidus pater, & tenera pietatis suspicione sollicitus, varijs eū oblectationibus prouocare, studijs iuuentatis illicere, diuersis voluptatibus mundi irretire, & quasi in collegium cum filio adolefcente iuuenescere: venatibus, ludorumque varietatibus occupari, & tota ad subiugandam illam aetatem, seculi huius dulcedine armari. Nec immerito eum secularis pater sibi à Christo præripi timebat, quem inter reliquos ornatissimos iuuenes velut vnicum complectebatur.

Ille omnia  
contemnit.

1. Ioan. 2.

Alludit ad  
id, quod est  
Gen. 19.

Verum illi maior inter hæc omnia erat custodiendi baptismatis cura: fastidiebat adolefcens, quo grandæus oblectabatur pater, tali se semper adhortatione compellans: Delectat hæc vita, sed decipit: alia in ecclesijs præcepta recitatur: alia ibi in auribus meis mandata sonuerunt: illic modestia, continentia, & pudor traditur, hinc effrenata luxuria nutritur: ibi pietas viget, hinc exercitatio corporalis: illic ad æternum Christus inuitat, hinc diabolus ad temporale sollicitat: Omne quod in mūdo est, vanitas est, & concupiscentia oculorum: & mundus transit, & concupiscentia eius: Qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æternum, sicut & Deus manet in æternū. Festinemus ergo erui ab his laqueis, dum adhuc minū tenemur: difficile diū illigata soluūtur: facilius est tenera cuelle, quàm robusta succidere: In monte saluam fac animam tuam, nè forte apprehendat te malæ cogitationes: cito serpit voluptatis venenum. Seruanda est Christo per Christi gratiam sumpta libertas: alij aurum, argentumque mirentur: dominantur, vt video, metalla dominantibus. Alij prædia atque mancipia non sine animi sui captiuitate possident, & honorem diuinæ in se imaginis premant: Mihi satis est, mancipium non esse vitiorum: mihi salus, gaudium: mihi coniunx, sapientia: mihi in virtutibus, voluptas: mihi Christus thesaurus sit. Qui pensabit gaudia caduca melioribus: dabit & in hac vita studijs disciplinæ me oblectari & ornari, & inter hæc dignum fieri cælestibus regnis.

Summum  
seruitutis  
genus, licet  
tia iuuen-  
tutis.

Cant. 2.

Frater S.  
Honorati,  
eius exēplo  
cōuertitur.  
Certamen  
virtutum.

Lapis illis  
pro ceruicis  
calli.

Nec longas talis meditatio moras pertulit, sed ilico in flamma conuersionis nutrita huiusmodi fomentis scintilla prorupit. Iugum Dominicæ seruitutis subdita ceruice suscipiens, iugum libertatis excussit, intelligens summum esse captiuitatis genus licentiam iuuentutis. Rediguntur ad breues capillos luxuriantes comæ, transfertur ad nitorem mentis vestium splendor, ceruicis lætæ decus pallijs rigentibus occupatur, transit lætitia in grauitatem: membrorum vigor, animi vigore mutatur: virtus corporis, in virtutē spiritūs migrat, pallefcit ieiunio speciosa facies, & prius succi plena, fit plena grauitatis. Et quid plura? ita repente totus alius ex alio ostenditur, vt non aliter genitor ipsius, q̄ orbatūs filio pater lamentaretur. Et verè plena mortificatio corporis, sed vita illic spiritūs erat. Tota hinc parentum persecutio insinuat, & suscitatur: tunc solum & primum patri contumax fuit, cum Dei patris filius esse contendit, ordinata iam tunc in Deo, sicut Salomon præcepit, charitatē. Itā enim propheta memoratus sub Dei voce pronunciat: Ordinate in me charitatem. Ordinauit planè eam ille, & sub charitatis dispositione, perspexit primò Deum, tum proximum diligendum. Condemnari itaque se senectus patris, ætatis illius cōuersione credebat: occurrit, renititur, comminatur: nec tamen vilo horum pueritia Deo freta, concutitur.

Adstitit tyroni suo Dominus consolator, nec distulit vnum ei ex germanis in collegium suscitare: qui exemplo ipsius ad conuersionem vocatus, & senior iuniorem secutus, in ipso breui quo vixit tempore, sicut collegio illum, ita etiā virtute comitatus est. Hinc iam inter illos certamina grata propositi, cuius mens ad pietatem mollior, cuius cibus durior, cuius sermo blandior, cuius amictus asperior: Quis loqui rariùs, quis orare crebriùs posset: Quem minùs derineret læctus, quem magis læctio: quem minùs moueret inuidia, quem magis misericordia: Quis daret promptiùs, quod sibi detraxisset, quis libentiùs hospitii stratum cilicij, & ceruical illud cōsueti lapidis offerret. Quis peregrinum promptiùs ante eleemosynæ dispensationem lachrymis foueret, & affectu priùs Christum, quàm aduenam cōiunio pasceret: cui in ore rarior mundus, cui frequentior Christus. Quis in illa sublimitate virtutum sibimetipsi minor videretur, & quo magis merito ascenderet, eo magis compunctione descenderet. Priuatus quidam tunc iam in conuersione eorum episcopatus gerebatur. Mentior, nisi plurimi episcoporum didicere ab illis, dum excipiuntur, excipere: nam si qui rigorem illum propositi non expauerunt, plus illinc humanitatis animo, quàm refectionis corpore secum tulerunt. Ornabant itaque omnem patriam, & quantum apud animos multorum manet, custodiebant.

lebantur aliorum ab illis corpora, aliorum spiritus: prout quisque indigens erat aut vestimentis, aut doctrina, aut sumptibus, vestiebantur, instruebantur, alebantur. Nullus huc peregrinationis labore defessus, non tanquam ad patriam & patrimonij sui rura peruenit. Nullus illinc ad vltiora discedens, non tanquam iterum à domo sua pedem mouit, & iterum sibi relinquere ciues suos visus est, iterum propinquos.

Magnum  
hospitali-  
tatis stu-  
dium.

Interea amor in illos omnium crescebat, multiplicabatur, disseminabatur, & fama in vltiora quæque ferebatur: Totaq; iam erga illos patria, obsequijs & amore ac honore certabat: peruenire illis ad ignobilitatem & paupertatem nō licebat. Quanto magis eorum vita abscondebatur, tanto magis fama emicabat, & alter alterum laudi obijcere, & gloriæ exponere, & ad vnum communem virtutum apicem referre. Sed dum vnusquisque sub vmbra alterius obscurari volebat, tanquam repercussa claritas vtrinque radiabat. Iam quæ illorum grauitas, quàm senilis maturitas, quàm rara foeminarum visitatio, etiam proximarū, & quæ inter tot virtutes totius vanitatis fuga, quàm blanda consolatio, & quàm sollicita custodia erga eorum salutem, qui se eorum doctrinæ mancipauerant? Angelica ab illis vita in terris ducebatur, in multa patientia, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in virtute Dei. Pauebāt interea illi gloriam suam, & odorem bonæ conuersionis longè lateque diffusum, licet ad Dei laudem referrent, sibi tamen vanitatis periculum inferre metuebant: Percepisse se in vita sua mercedem suam reputabant: humanam conuersionem & gratiam fastidientes, eremi amore flagrabant.

Crescit fa-  
ma eorum,  
dum latere  
cupiunt.

Dolent se  
ab alijs lau-  
dari.

Inito itaque consilio, & quodammodo passi honoris sui persecutionem, ad peregrina contendunt. Iterum patria consurgit, iterum propinqui reluctantur: Spoliari sese hoc simul lumine metuunt omnes. Quod illic, Iesu bone, certamen fidei atque amoris fuit qui tunc consiliorum, qui precum, qui lachrymarum ambitus? quis non illic sibi officium propinqui vendicauit: aut cuius lachrymæ, non cum lachrymis patris certaerunt? Amittere enim se omnis patria in iuuenibus illis patres sentiebat: & verè erat in illis senectus, non annis cana, sed gratijs: non cariosa artubus, sed moribus vetusta. O quæta, Domine, dispensatio procurationis tuæ, qui lampadas tuas, fidei igne fulgentes, non loco fixas stare pateris, sed præfers eas illuminationi diuersorum locorum, in spirans migrandi voluntatem, & fugiendi gloriam: quæ utique multiplicanda erat ipso per susceptam peregrinationem virtutis augmento. Diripitur itaque dudum quidem vario misericordiarum opere vexata, adhuc tamen larga substantia, & æqualiter ad patriam monium propinquus atque extraneus auctionator admittitur. Itā nullus in lucris duntaxat parentum respectus est, ac si rem non suam vendant: Possessio quæ pauperibus, ex quo ab ipsis fuerat possessa, serui erat, pauperibus nunc distribuenda distrahitur. Excepti patria effusam misericordiam, & fletibus effusis repensat.

Distrahunt  
res & facultates  
suas.

Dant pau-  
peribus.  
Gen. 12.

Excuentes de terra, & de domo, & de cognatione sua, exemplo pares, verè Abraham filij demonstrantur. Nè quid tamen iuuenili ausu temerè ab ipsis inceptum putaretur, assument senem perfectæ consummatæq; grauitatis, quem semper in Christo patrem computantes, patrem nominarunt, Sanctum Caprasium, angelica adhuc in insulis conuersione degentem: Cuius quanquam dilectio vestra nomen hæc tunc ignorauerit, & adhuc nesciat vitam, amicis eum suis Christus annumerat: hunc tanquam ordinatorem in Domino atq; custodem suæ ætatis assunt, quos iam custodes sibi plurima iuuentus elegerat. Quæritur ergo peregrinationis latebra, fugitur fama virtutis: at vbicūque itur, ibi alia, velint nolint, fama pariebatur. Felices terræ, & portus beati, quos cælestem patriæ sitiens peregrinus illustrat. Alij Orientis oras, & quæcunq; alia plena sanctis loca, accipiendi exempli gratia, accedunt: hi quicquid adeunt, exemplis bonis suscitāt: Spargitur vbique substantia, & in omni accessu eorum bonus Christi odor fragrat: expectunt litora, quibus barbara esset etiam illa, quæ plurima in ipsis erat, Romanæ eloquentia. Longum est percurrere, quem ab illis profectum vnusquisque locus traxerit, quam salubritatē ecclesijs, sine vilo clericatus actu inuexerint, quot magistris magistri in silentio fuerint. Illud commemorasse sufficiat, intrepidè ab illis, pro Christi desiderio, maris reuma toleratum, squallorem ac sterilitatem Achaici litoris expectitam, & tam delicatè, tam molliter educatos, contra tantas aquarum & aitarum varietates decertasse. Quod quàm graue, quàm intolerabile illi teneritudini fuerit, excessus illic germani sui beatissimi Christo viri Venantij, & infirmitatis suæ, suorumq; proteftabatur. Iam quid in illo

Venantius  
frater S. Ho-

norati, Me funere Metona aut extulisse se, aut percepisse crediderit, multiplicibus psallentium in-  
 zong deccer dit. dicauit agminibus: hinc Hebræus, hinc Græcus, hinc Latinus exultat: Iudeus ipse Chri-  
 stum respiciens, fidelem Christi feruum admiratur. Astra ipsa feruētes chori pulsant, &  
 vt credimus, cum humanis vocibus angelici chori concinunt: fidei famulo suo Chri-  
 stus occurrit: Eugē Venanti, ferue bone & fidelis: & dum audis, Intra in gaudium Do-  
 mini tui, memento nostri, quos adhuc seculi gaudia impugnant. Accipiunt finem car-  
 nis animæque certamina, sumit principium vitæ perennis gloria.

S. Honorat<sup>us</sup> redit in Italiam. Hinc iam vobis Honoratum vestrum Christus reducit, & occulta manu salubritatem  
 regressus sui temperat. Nam quicquid præterfluens tangit, illuminat: huius Italia bene-  
 dici gaudet introitu, hunc Tuscia veneratur, complectitur, & blandissimas per sacerdo-  
 tes suos moras nequit. Porro Dei prouidentia nobis prospiciens, cuncta distumpit, &  
 quem è patria eremi desideria prouocant, hunc in eremum huic vrbi propinquam,  
 Christus inuitat. Vacantem itaque insulam ob nimietatem squalloris, & inaccessam re-  
 nentorum animalium metu, Alpino haud longè iugo subditam petijt, præter secreti

Leontius Episcopus. & charitate constrictus, plurimis à nouo ausu retrahere illum conantibus. Nam circum-  
 iecti accolæ terribilem illam vastitatem ferebāt, & suis illum occupare finibus fidei am-  
 bitione certabant. Verum ille humanæ conuersationis impatiens, & circuncidi à mun-  
 do, vel obiectu freti concupiscens, illud corde & ore gestabat, nunc sibi, nunc suis pro-  
 ferens: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Et  
 in euangelij Christi ad discipulos factam promissionem: Ecce dedi vobis potestatem

Psal. 90. calcandi super serpentes & scorpiones. Ingreditur itaque impavidus, & pauorem cete-  
 Luc. 10. rorum securitate sua discutit. Fugit horror solitudinis, cedit turba serpentium. Atque  
 S. Honorat<sup>us</sup> ingredi- tur in Lirinensē insulā. Insigne miraculum.

non tenebræ illud lumen refugerunt? quæ non illi medicamento venena cesserunt? In-  
 auditum verè illud, & planè inter miracula ac merita illius mirandum reor, quòd tam  
 frequens, vt vidimus, in illis ariditatibus serpentium occurfus, marinis præsertim acti-  
 bus excitatus, nulli vnquam non solùm periculo, sed nec pauidi fuit.

Quid longius morer? Cooperante, vt ita dicam, Christo, omni quæ priùs deterruerat  
 aduersitate superata, Honoratus vester castra illic quædam Dei collocat, & qui locus  
 dudum homines à sua commoratione repulerat, angelicis illustratur officijs: Illumina-  
 tur latibulum, dum ibi lumen occulitur: Cedit ignoti priùs exilij obscuritas, voluntarij  
 exulis claritati. \* Quis ergò mendacio illud confert? Quocunquè Honoratus accessit,  
 \* Quid ergo emenda- tio illa

adesse illic etiam honorem necessè est. Hic primùm illigatur, diù euitans, clerica-  
 ritus officio: hic refugam suum sacerdotalis insula nequit, & qui venire ad dignitatem de-  
 trectauerat, ad ipsum dignitas venit. Apparuit illic presbyter, non duplici tantum, sed  
 Initiat<sup>ur</sup> sacerdotio. multiplici honore dignissimus, coram quo nullam sacerdotij distantiam, nullum nomi-  
 nis priuilegium episcopatus agnosceret. Nemo vnquam episcoporum sibi tatum vlti-  
 pauit, vt se presbyteri illius collegam computaret. Verum ille tam integram in sacerdo-  
 tio monachi humilitatem conseruabat, quam plenè monachus sacerdotij merita pos-  
 \* illic

sederat. Industria \* illic sua sufficiens electis Dei ecclesiæ templum excitatur, apta mo-  
 nachorum habitaculis tecta consurgunt, negatæ à seculis aquæ largiter fluunt, in vno  
 Costruitur Lirinense monasterium. ortu suo duo veteris testamenti miracula præ se ferentes. Nam cum è saxo crumpe-  
 rent, in media maris amaritudine dulcès profuebant. Certatim iam illuc omnis regio  
 quærentes Deum dirigebat: Honoratum expetijt, quisquis Christum desiderauit: &  
 planè Christum, quisquis Honoratum expetijt, inuenit. Ille enim illic totus vige-  
 bat, peccus eius, quasi præcellam arcem, & splendidissimum templum infederat: Illic casti-  
 tas, fides, sapientia, & virtus habitauit: Ibi iustitia fulsit & veritas. Itaque velut vinis  
 \* patenti- busque effusis, \* protensisque brachijs, in amplexum suum omnes, hoc est, in amorem Christi  
 inuitabat: Omnes vndiquè ad illum certatim consuebant.

Etenim quæ adhuc terra, quæ natio in monasterio illius ciues suos non habet? quam  
 Monachos suos præclarè instituit. ille barbariem non mitigauit? quotiès de immanibus belluis quàm mitis fecit colum-  
 bas? quàm amaros interdum mores Christi dulcedine aspersit? & quorum prauitas si-  
 bimetipsis priùs poenalis fuerat, eorum postmodum gratia oblectamento omnibus  
 erat: degustata deinde boni suauitate, non potuerunt non magis odisse quod fuerant.  
 Nam velut eduçti in nouam lucem, antiquum illum diù insipientium errorum catce-  
 rem detestabantur. Pulsata est per exhortationes ipsius varia pestis animorum: amaritu-  
 do,

do, asperitas, rabies locum dabant libertati, quam Christus obtulerat, & delectabat re-  
 quies post longam & grauem Pharaonicam seruitutem. Stupenda & admirabilis per-  
 mutatio: non Circéo, vt aiunt, poculo ex hominibus feras, sed ex feris homines, Chri-  
 sti verbum tanquam dulcissimum poculum, Honorato ministrante, faciebat. Quid  
 enim non extunderet illa instantia cum alacritate coniuncta? Aut qui lapides non in  
 Abrahamæ filios verterentur, vbi tanta erat in expoliendis mentibus officina virtutum?  
 Quòd si minùs hominem ad salutem suam viuidis exhortationibus permoueret, Deum  
 oratione constringeret. Omnium ille passiones, suas credidit, & tanquam suas fleuit:  
 profectus laboresque omnium, suos computauit, sciens gaudere cum gaudentibus, fle-  
 re cum stentibus, simul & vitia & virtutes omnium, in meriti sui cumulum transfere-  
 bat. Sicut enim virtus ad virtutem excitat, ita miseratio miseris impensa, fructificat.  
 Meret enim in singulis plus, quàm sibi \* singuli. singulorū enim salus vnā illi gloriam  
 instruit. Impiger, festinus, infatigabilis perseuerat: prout cuiusque naturam, mo-  
 resque perspexerat, hunc secretò, illum palàm: hunc seuerus, illum blandus aggredi-  
 tur, & ad castigandi immutationem, ipsam plerunquè faciem castigationis immutat.  
 Inde illud erat, quòd non facillè quenquam tantum vel amari vidimus, vel timeri. Itā  
 enim duos hos affectus suū, in vnoquoque suorum collocabat, vt & amor suus delicti me-  
 tum, & timor disciplinae amorem introduceret.

Incredibile est, quantæ illi curæ fuerit, nè quem tristitia affligeret, nè cogitatio secu-  
 laris vgeret: Quàm facillè perspexerat, quid quenque veteret, tanquam singulorum  
 mentes mente gestaret: Quanta præterea pietatis dispensatione prouiderit, nè quem  
 nimius labor grauaret, nè quis nimia quiete torperet: Ipsos, si dici potest, singulorum  
 somnos pio pensauit affectu: valentes corpore, à desidia semper excutiens: feruentes  
 spiritu, cogebat ad requiem. Omnium vires, omnium animos, omnium stomachos in-  
 stitudo, credo, Dei nouerat: verè seruus omnium factus propter Christum Iesum. Mi-  
 randum est, quomodo vnus tot simul officia compleuerit, tam varia præsertim infirmi-  
 tate vexatus: fortissimos quosque & recenti adhuc conuersatione prauales, in ieiunij  
 vigilijsque, impar viribus, pari lege comitatus est. Infirmos ipse infirmior visitauit:  
 Refrigeria animarum simul prouidit & corporum, & nè quid cuiquam minùs fuisset  
 impensum, animo semper recurrebat: hic alget, hic ægrotat: illi hic labor grauis est, huic  
 hæc esca non conuenit: ille ab alio Iesus est: graue quòd hic intulit, nec minùs graue,  
 quòd hic sensit iniurias: Orandi instantia opus est, vt offensi gratiam hic consequan-  
 tur, & hic sibi illatam contumeliam aut leuem, aut nullam computet: hic autem se  
 grauissimam intulisse suspiret. Hæc illius iugis opera, iugis intentio erat, leuigare  
 omnibus iugum Christi, & quicquid diabolus iniecerat, auertere: discusso culpæ  
 nubilo, virtutum serena reuocare, amorem Christi & proximorum amando inferere, &  
 mentes omnium, tanquam peccus suum excolere, innouare gaudia, & ad Christi sem-  
 per desiderium tanquam primo conuersionis die inardescere.

Hinc illud erat, quòd omnis congregatio illa, diuinæ cupida seruitutis, ad nomen  
 ipsius ex diuersis terrarum partibus collecta, tam moribus quàm linguis dissona, in  
 amore illius conspirabat: Omnes dominum, omnes patrem vocabant, in illo sibi pa-  
 triam, propinquos & omnia simul reddita computantes. Didicerant omnes, ipso sibi  
 compatiante, dolores illius, suos computare, vt non immeritò egregius, & in Christo  
 beatissimus vir Saluianus presbyter, charorum ipsius vnus, in scriptis suis dixerit, quòd  
 sicut cæli faciem pro sua sol aut obscuritate, aut serenitate mutaret: ita congregatio  
 illa cælum sitiens, & cælestibus studijs mancipata, ab ipso vel nubila, vel serenitatem  
 mentium quasi à peculiari in Christo sole susciperet, ipso quoque & afflictio afflictare-  
 tur, & respirante reualeceret. Hinc illa erat, & adhuc orationibus eius permanet dif-  
 fusa in monasterio ipsius sancti spiritus gratia, tanti doctoris & exemplo & admoniti-  
 one firmata, in varijs charismatum donis, in humilitate & mansuetudine, & in charita-  
 te non ficta, & vna capitis gloria, in diuersitate membrorum.

Magna illi inter hæc omnia erga aduenas & hospites cura. Quis enim illum ali-  
 quando præteriret? quis non quantlibet prosperam nauigationem, & quantunlibet  
 secundos ventos, pro tanti viri desiderio, commodi sui contemptor, abrupit? Aut si in-  
 sulam tenere non licuit, violentum secundæ nauigationis obsequium, acerbissimam  
 tempestatem computauit? Nemo illuc non festinus accessit, nemo illic moras suas  
 sensit,

sensit, nemo illinc non securissimus soluit, prosequente ipso amore vota illorum. Et tunc primum agnitis, tanquam dudum suis, enitentes in squallore eremi delicias conspectu suo ministrabat, cum tanto omnes gaudio & alacritate suscipiens, tanquam expectasset. Aderat præterea munificenti animo par substantia, pari fide ministrata. Nam qui libenter audierat, Vende omnia tua, & da pauperibus: & veni, sequere me: huic libentissimè vnusquisque, si quid munificentia animo deuouerat, dispensandum ingerebat: securus illi sua committens, cuius in relinquendis omnibus secutus fuerat exemplum. Hinc ad eum frequens ille ex diuersarum regionum vastitate concursus: & verè ille erat, qui non vt parcus dispensator aut timidus, respectu sibi creditæ & crescentis quotidie congregationis aliqua tribueret, plura seruaret: sed quid quotidie in alieno non faceret, quod in suo semel fecerat? hoc est, nihil sibi, nihil suis, præter presentium dierum victum & vestimentum reseruaret. Exhausta est aliquando dispensationis substantia, fides nunquam.

Quadam enim vice, cum vnum iam ex multis millibus aureum nummum profusa ad munificentiam arca retineret, hunc etiam ipsum in multarum rerum defectu constantissimè pauperi prætereunti dedit, & mihi atque alijs adstantibus dixit: Certum est iam appropinquare qui deserat, si iam non habet munificentia nostra quod proferat. Vix trium aut quatuor horarum spatium, die fluente transierat, & continuo qui verbis suis fidem faceret, occurrit. O felix munificentia, cui fides ministrat: o felix fides, cui munificentia nunquam moram fecit. Et verè quantum fides sua suppetebat, dispensare sua tantum manu non occurrit: Plurimos multis locis probatissimos viros habuit, quorum semper manibus, quod sibi deferebatur, expenderet. Sic vnus dispensatoris gratia dispensatores multos habebat, & fides sua, quasi communis quidam fons, & dantibus & accipientibus plurimis profuebat. Nullius penè angustia ad ipsum peruenirent, quæ non vltra ipsum protenderentur, aut non in ipso metam reperirent. Hinc iam certatim ad illum, vt putabat, aut certè vt optabat, latentem vndique literarum officia perlata sunt: Quibus ille quàm nouis affectibus variata reddebat, quàm graua, quàm blanda, quàm dulcia: Vnde pulcherrimè splendidus mundo, splendidior Christo, æmulus virtutis eius, beatus Eucherius, cum in eremo in tabulis, vt asolet, cera illitis in proxima ab ipso degens insula literas eius suscepisset, Mel, inquit, suum ceris reddidisti. Quis itaque non beatam se, beatam domum, beatam scrinia sua credidit, in paruo ex ore ipsius munere, magna benedictione ditatus? Et sanè tantum in scriptis illius salis, tantum dulcedinis erat, vt non scrinijs aut armarijs, sed arca pectoris condimererentur. Inde est, quod plurimi ea inscripta mentibus ferunt, & libentissimè ad testimonium amoris ipsius proferunt. Denique quis vnquam tantos sibi amicos presentibus illigauit officijs, quantos ille qui se diligere, & audissimè desiderare, habuit ignotos?

Interea ego dum multimodam eius in omnes gratiam memoro, in me infinitam curam prætermitto, cum ipsius vtique mihi cura non minùs in Christo salutis attulerit, quàm amor inter vos ornamentum & honoris reliquit. Mei enim gratia, quod ad meritum eius, & iudicium meum pertinet, patriam quam fastidierat, non dedignatur accedere, nec refugit laborem tanti itineris, suis præcipuè multis iam dudum infirmitatibus grauem: Venit, meque in illis iam annis nimis amicam seculo, & contumacem Deo, vt seductor, & verax, ad amorem Christi blanda manu tentat. Longum est intromittere illum in exhortationibus ingenij sui violentiam, quibus cum iam ante propositum acerrimos sibi metipsum ad conuersionem stimulos admouere potuisset, haustis diu sapientia fontibus multipliciter diffundebatur: sed cum parùm in aures nostras pietatis illius verba descenderent, ad solita orationis præsidia conuertitur, & affectus sui clamore pulsus duritia mea, pijsissimas Dei vsque ad misericordiam pulsauit & penetrauit aures. Et verè obluant mihi, & per secularem illam nimis periculosam consuetudinem, obstinationem interdum meam sacramento obstringenti, prophetico (vt ita dicam) spiritu antè iam præmiserat, Hoc (inquiens) quod mihi tu non præstas, Deus præstabit. Et o, quàm diu mollire duritiam meam nixus est imbre lachrymarum? quàm pijs mecum pro salute mea amplexibus osculisque certauit? Ad præsens tamen, vt ille ait, vicissimam victoriam. Exagitandum me illinc & edomandum dextera Dei suscepit: illi enim me oratione tradiderat. Qui tunc in corde meo fluctus, quæ tempestates diuersarum, & inter se compugnantium voluntatum excitatæ sunt? Quoties sibi in animo

Eximia eius liberalitas & fiducia in Deo.

Multos habet dispensatores.

Is Eucherius fuit Episcopus Lugdunensis.

Hilarij lucrandi gratia quæ fecerit.

Quas in animo suo pugnas sentit.

mo meo velle & nolle successit? Et quid plura? Absente illo, partes in me suas Christus exequitur, & post biduum orationibus illius per miserationem Dei mea contumacia subiugatur: fugauerat enim somnium cogitatio, & inuitante me pio Domino, totus eminus cum voluptatibus suis mundus adstabat: Quid expectandum, quid relinquendum suaderet animus meus, tanquam collatis apud amicum tractatibus ventitabat. Gratias tibi, bone Iesu, gratias tibi, qui dirupisti vincula mea, famuli tui Honorati pia supplicatione permotus, & iniecisti mihi vincula amoris tui, quibus si tener, nunquam peccati vincula recalescent. Occurro itaque subditus, qui superbus abcesseram, & omni contradictione deposita, nouus precator accedo. Sic sic sancti oratio fugituios suos reducit, sic contumaces subiugat, sic expugnat rebelles.

Iam quibus ille tunc lachrymis ariditatem meam irrorauit? quàm pio fletu me quoque traxit in lachrymas? Tali me humilitate & blandimento, tanquam si ipse à me exciperetur, excepit: ablata est illic causa remorandi: Tum primum illam patriam, quam fugiendam dudum crediderat, agnouit. Educit me secum suam prædam: gaudet, triumphat, exultat. Eremo me iam tamen exemplo suo secreti cupidum festinat includere. Alit primum lacte, & postmodum cibo. Potat me profuo illo, qui in se erat, cælestis fonte sapientia. Atque vtinam tantum angustia spiritus mei recepisset, quantum ille studebat infundere: præparasset me profecto vobis, & desiderio vestro dignum dedisset, & successorem sibi idoneum nesciens erudisset. Iam verò profua illius in omnes charitas, quod sine inuidia dixerim, quantum in me adiecerat, & leue illud Christi iugum quantum mihi leuius blandimentis suis fecerat? Quoties mentem meam, quoties animum, quoties linguam nominabat? Quàm impatiens absentia? quàm semper indignissimi conspectus mei cupidus erat? Quid de his omnibus dicam, nisi propheticum illud, quod Dominus retribuatur pro me?

Interea ego, dilectissimi, strictim contingens potius cuncta, quàm referens, de solertissimo pastore vestro ea, quæ alijs potius quàm vobis erant nota, refricauit. Sacerdotium quippe illius in ecclesia hac nomine auctum vidimus: sanctimonia verò & actibus iam prius summum. Sed vnde illud, quæso, quod tam è longinquo, tam ignotus expetitur? Quis illam absentis, nec prius visi gratiam vestris pectoribus affixit? quis illud desiderium suscitauit, vt orbatis ijs, quibus à Domino apud eremum indultus erat, vobis nasceretur? Ille vtique, qui cuncta dispensat: ille qui eum & patriæ suæ quandiu congruum videbat, indulsit, & per terras ad vtilitatem videntium, hanc tantam cultoris sui gratiam circumegit. In summa verò ex illo breui, quo vobis indultus est tempore, facile metiri datur, quid plus de illo in his, quid minus dixerit. Vidistis enim, dilectissimi, illam sollicitudinis vigilantiam, illud disciplinæ studium, illas pietatis lachrymas, illam iugem ac perpetuam mentis serenitatem, cuius testimonium vultus immutabilis erat. Audistis quoque os illud congruens vitæ, in quo erat consentanea puritati pectoris, sermonis luculentia. Vidistis illam latitudinem charitatis, quæ tanta in illo fuit, vt non immeritè de illo sanctus, cuius proximam sententiam proposui, dixerit: Quod si arbitrio hominum charitas exprimenda esset, Honorati potissimum pingi vultu debere videretur. Quis itaque illum vnquam sufficienter vidisse sibi visus est? Cui non loco omnium affectuum fuit? Quis ita blandimentum cum severitate coniunxit? Quis ita mixtam lætitiæ disciplinam propinavit? Quem non cum ipsius gaudio, qui corrigebatur, correxit? Quando lætitia eius quicquam lætitiæ redolens? Quando tristitia non salubris? Quando gemitus, nisi de peccati alieni mœrore descendens? Quis cum non auctiorem inuenit, quàm prius viderat? Semper in summitate virtutum positus, semper quo crescere posset, inuenit.

Iam verò sub exhortatione ipsius quis anxius non dolorem suum spreuit? Quis feris motibus, non insaniam suam execratus est? Quis arrogans, non plus quàm omnes, superbiam suam ipse abominatus est? Quis lasciuus luxuriam non detestatus? Et quid plura? Omnibus omnia, vt Apostolus ait, factus, communis omnium medicina erat. Nullam penè gratiam non in se tam plenam habuit, vt ipsam specialiter excolere & possidere tanquam vnicam putaretur. In nullo vitæ ordine non ita viguit, vt ipsi specialiter aptus videretur. Denique vt primum sanctæ huius ecclesiæ regimen accepit, prima ei cura concordia fuit, & præcipuus labor fraternitatem, calentibus adhuc de assumendo episcopatu studijs, dissidentem mutuo amore connectere. Tanquam probatus Israelis

ferit Hilarius, illi non acquiescens.

Tandem obtemperat eius adhortationibus.

for. \*tuna

Expectant Arelatenses Honorati Episcopi.

Mira vultus eius constantia.

\*altiorum

Vis & efficacia exhortationum eius.

1. Cor. 9.

Abibat cælestis charitatis studium concordia.

Liberaliter distribuit pecunias congestas ab alijs.

Insignis feruor spiritus eius.

Mentis eius vigor.

Sub mortem quam fuerit religiose sollicitus.

Patrocinia sanctorum.

Magni viri multa patiuntur.

Oratio eius ad praesentium &c.

agitator probè nouerat, non facillè quicquam discordantibus imperari. Studebat praeterea amore potius regere, quàm terrore dominari: vt voluntaria magis, quàm coacta correctio hunc quoque subditis adijceret ornatum, nè ad officium suum compulsi pararentur. Confestim itaque exclusa discordia, illi, quæ virtutum omnium mater, charitatis locum præbuit. Floruit igitur sub illo Christi ecclesia, sicut monasterium antè floruerat: creuit gratijs, decreuit metallis. Ingressa videlicet disciplina, tanquam domum suam domina, mammona iniquitatis exclusit, & quæ ociosè diù congesta fuerant, dignis tandem vñibus deputauit: dudum defunctis thesauros suos misit: iterumque, qui obulerant, oblationum suarum refrigeria senserunt. Hoc solum quod ministerio sufficiens erat, reseruauit: sed si exegisset vñus, nec ministerio, vt reor, pepercisset. Alieni temporis vota dispensationem suam fecit.

Operari etiam inter extrema non destitit: multos in lectulo suo verbi dispensatione ditauit. Sed quãdiu illum lectulus tenuit, cui etiam superare vicinas mortis lassitudines iam in cõsuetudinem venerat? Vltimum, doloribus iam reluctantibus, Epiphaniorum die in ecclesia sermonè habuit, nesciens vnquam, colluctante cū infirmitatibus siue, dolori magis corpotis, quàm spiritus feruori acquiescere, seruiuit desiderijs vestris super vires suas. Non illū siquidem aliqua extrinsecus superueniens ægritudo, non subitus febriū æstus absorbit: sed diù dilata infirmitas, nimio dudum proposito rigore cõtracta, & adhuc remissioni parùm acquiescèdo ingrauescens, octauo eum vel nono die à solennitate prædicta paulatim extenuãdo confecit. Vix quadriduo tamen nobis sumam in officijs charitatis debitam præsentiam denegauit, timens vtique, nè suos vicina transiitūs sui cõtristaret. Nulli vnquam grauis inter grauissimas ægritudines fuit: nulli, vt alio solet, vllum infirmitates eius horrorem intulerunt. Et quidem hoc ordine illud sancti spiritus receptaculum conqueuit.

Ceterum impollutæ illius mentis vigorem incredibile est quàm integrum vsq; in extrema seruaerit. Ac primū semper vberimè suos consolatus est, ac nihil magis timuit, quàm nè diutina nos desperatiõ cõficeret, intelligēs penè facillius ferri extrema, quàm dubia. Absterfit semper sermone cõdito circumstantiū lachrymas: quas tamen quo magis abstergit, iritat. Indè grauiorè suo, dolorè nostrū computabat. Non facillè quisquam tam forti pectore inter quelibet aspera, & diù tolerata, nec optauit aliquando mortem, nec expauit. Nam is, quem viuere inter quelibet graua in Christi seruitute nõ piguit, ad nouam vitã per cõmunem illam nouæ vitæ ianuam transire nõ timuit. Præmeditata enim illi vltima omnium necessitas, nõ repentina aduenerat. Itaq; sub ipso iam finis aspectu, tanquam emigraret, tanquam valediceret, nè quid imperfectū derelinqueret, nè quid minùs plenè quàm pposuerat, ordinaret: interrogare singulos nostrum, & ad suggerendum, si quid memoriam suã subterfugisset, hortari: omnia interim subscriptione firmare, & parcentes nos fatigationi suæ, ad omnia quæ agenda erant, cogere: cogere autè blando illo, sicut semper, imperio. Quadam autè vice, cùm cõprimere lachrymarum mearū tempestatē, & abrumperè riuos fletuū laboraret, Quid, inquit, fles inexcitabilem humani generis necessitatē? Imparatū ergò te inuenire meus transitus debuit, cùm me nõ inuenerit imparatū? Cumq; ego impedita singultibus vti quæ poterã verbis ipsius verba subnecterē, q; iã nõ destitutionē eius dolerē, quippe q; mihi orationū suarū patrocinia nunq; defutura considerē, quin & post transitū suū validiora psumerē: vno me dolorū suorū vulnere, & difficiliū inter extrema luctaminū grauior affligi. Et qd ego, inquit, minimus omnium fero ad ea, q; sanctorū plurimi in supremis suis acerbissima pertulerunt? & commemoratis aliquot, adiecit, quod credo alicubi legerat. Magni, inquit, viri multa patiuntur, & vt alios pati doceant, nati sunt in exemplum.

Confluentibus autem ad se potestatibus, prefecto, & prefectorij viris, quàm seruentia sub mortali iam frigore mandata deprompsit, ab ipso exitu suo sumens acerrimum exhortationis exordium? & dignum planè erat, vt qui vitæ semper exempla præbuerat, etiam mortem suam in exemplum aduocaret: Videtis, inquit, quàm fragile habitamus hospitium: Quantunlibet vinculo ascenderimus, illinc morte detrahemur: ab hac necessitate neminè honores, neminè diuitiæ liberant: hæc iniusti & iniusti, hæc potentibus humilibusq; cõmunis est. Magnas Christo debemus gratias, q; morte & resurrectione propria, mortem nostram spe resurrectionis animauit, æternã vitam offerens, discusso æternæ mortis horrore. Sic ergò vitã agite, nè vitæ extrema timeatis, & hoc quod mortem appellamus,

lamus, quasi cõmigrationē expectetis. Mors pœna non est, si non ad supplicia deducit. Dura quidem est carnis animæq; diuisio: sed multo durius in gehennæ flammis erit carnis animæq; consortium, nisi in omni vita generositate suam spiritus recognoscens, bellum per corpus, & corporalibus vitijs certamen indixerit: & felici discretus à carnis colluione diuortio, æternæ paci impollutam seruet vtranq; substantiam, illic feliciter copulandam, vbi exultabunt sancti in gloria & lætabuntur in cubilibus, hoc est, in corporibus, tanquam in receptaculis suis, cùm ea quæ iustitiæ dedicauerant membra, socialia, tanquam consueta hospitia recognoscēt. Hoc itaque agite: hanc vobis Honoratus vester hereditatem reliquit, supremo halitu suo ad hereditatem vos regni cœlestis inuitat. Nullus nimium mundi huius amore teneatur: optimum est, vt voluntate fastidias, quo te vides necessitate cariturum. Nemo opibus \* desinat, nullus pecuniæ deseruiat, neminem diuitiarum pompa corrumpat: Scelus est, precium salutis in materiam perditionis assumere, & illo capi quenque, quo redimi potest. Plus intereã vultu, plus oculis emicante in cælum sensu monebat. Impar est quidem ignito sermone eius, sermo referentis, sed non minùs imparia spiritui suo verba erant morientis. Tali itaq; exhortatione, & insolito quodam motu oratione perfusa, inusitatum quoddam munus benedictionis impendit.

Deficiente membrorum ministerio, noua semper mentis gratia pullulabat. Ordinatis itaq; omnibus, (neq; enim multa in actibus suis minùs plena restabant) cùm omnes charos suos mente percurreret, quantos nominatim proferre lassitudo non vetuit, missa per eos qui adstant salutatione ditauit: Mihi verò in aurē, Excusa, inquit. Sic sancto illi fieri non potuisse quod voluit, cognoui. Magna & admiranda solertia, inter graues illas mortis angustias prouidisse, nè cuius tristitiam non, quantum in se erat, abstergeret, nè quid certè inexcusatum relinqueret. Quid illud, quæso, quod cùm omnes suos, quos ad hanc urbem amor suus traxerat, vtique inter peregrina desereret, nullum vlli reditum, nullam societatem commendauit, non loca viuendi certa distribuit, tanquam verè præcius, nullam suorum dispersionem futuram, nisi eorum, qui iam & se superstitite animi diffinitione migrassent? Et verè non facillè quenquam à societate nostra abesse nouimus, nisi quem abfuturum ipse præmonuit: qui aut chariorè conspectu suo patriam, aut grauiorem senserat disciplinam. Intereã grauior illum somnus vrgebat: quem cùm interdum pauidi interpellarem, Miror, inquit, in tam graui meâ lassitudine, post tam longa insomnia, quæ præcesserunt, grauem vobis somnum somno prævideri. Et cùm suspectis omnibus sedere eum in vltimo prohiberemus, ioculari, vt erat solitus, blandimento, & consuetudinaria mentis serenitate, respondit, quod molestos nos in hac sollicitudinis parte pateretur. Itã penè, antè vita eius, quàm dulcedo, consumpta est.

Somno deinde vltimo exceptus, in mortis quietem dormiens transijt, sine vllò, vt sese habent extrema, luctamine, nullas difficiles obitus moras sensit. Angelicis choris anima illa sancta, generosa, sincera, & ab omni contactu mundi incontaminata suscipitur. Multorum intereã varijs visionibus somnus incutitur, quarum tamen vna omnium facies erat, quod scilicet sancto illi occurrerent officia sanctorum. Et verè illic in eodem mediæ noctis puncto ecclesiam in occursum sancti corporis conuentus compleuit, vt non nisi angelicis nuncijs suscitatus putaretur. Relinquitur vegetatum semper spiritu, plenum gratiæ corpus exanime: integrum siquidem vultus decorem facies omnibus grata seruabat. Probè vos ista nōstis, & multo plenius vos vobis, quàm sermo sufficit is: qui animorum meditatione describitis. Neq; vllus non magno sibi damno affici visus est, si conspectu corporis ipsius caruit, si non vt quenq; aut reuerentia, aut amor suaserat, osculum aut ori, aut quibuscunq; membris ipsius impressit, aut feretro, in quo sanctum illud corpus, magna fidei ambitione vestitum, maiore postmodum sepulcro admouetur penè nudatum. Nec enim pepercit sanctitatis amictu us pallijs fides, quæ preciosissimi muneris loco habuit, aliquam de velaminibus illius simbriam decerpisse. Certauit in exequijs illius vester affectus: refecistis in funere suo latentè adhuc intervos peregrinationem meam: pauistis me tã effusa in ipsum animi charitate. Quem enim illo die sua testã tenuerunt? Aut quem non tanquam peculiari luctu obrutum basilicæ huic moenia vrbis huius dederunt? Pro magno munere habitum

Bellum per petuū carni & vitijs indidendum. Psal. 149.

Præclara sententia. Opes, si bene vtaris, precium salutis sunt.

Sub mortem graui somno præmitur.

Suauiter & feliciter obdormit in Domino. Multorum visiones de illo.

Corpus eius examine plenum gratia.

Audissimè decerpuntur simbriæ velaminū eius.





**Pfal. 83.** cipiente: Ibunt sancti de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Erantque in carmine eleuatio, & ad finem positio. Audiebat quoque aliud quasi ignotum canticum multorum millium angelorum, vnde pauca vix poterat intelligere: hoc est, Exierunt autem obuiam Christo. Facies vero omnium, in quantum intelligere potuit, erat lucida, angelorumque parem similitudinem videbat: quauis propter claritatem luminis, perspicue distinctionem corpoream non posset videre formam.

Tunc vnus ex supernis agminibus armatum precedentem angelum iussit ad corpus venerandum reducere virum, suamque secum deferre debere sollicitudinem. Proximus ergo sancti obedientes angeli, quod venerant, iter repedarunt. Tunc primo vir sanctus se corpore exutum cognoscens, a sanctis comitibus, quod se deferant, inquit: sanctusque angelus a dextris consistens, dixit eum oportere proprium corpus suscipere, quo ad usque debitam reportaret sollicitudinem. Tuncque vir sanctus rædio affectus separandi a societate angelica, dixit se ab eis separari noluisse. Angelus vero Domini sanctus respondit: Ad te, compta predicta sollicitudine, suscipiendum reuertemur, cantabantque di-midium versiculum, Videbitur Deus deorum in Sion. Tunc autem qualiter anima corpus intrauerit, huius carminis suauitate lætificata, intelligere non potuit. Tuncque in pullorum cantu, rosei coloris vultu persusus, in momento temporis, angelicis celsantibus carminibus, audiuit verba admirantium plangentiumque, qui vestimenta superposita remouentes, denudauerunt faciem eius. Tunc vir Domini circumstantibus dixit: Quid, stupentes, sonos in quietos emittitis? At illi respondentes, omnem rei refererebant ei ordinem, qualiter vespertinali hora transisset, & quomodo usque ad gallo-rum cantus corpus exanime in medio seruassent. At ille sedens, angelicamque claritatem ac dulcedinem mente reuoluens, de quali sollicitudine admonitus fuisset, pertractans, mœstus iam erat, quod non habebat ibidem sapientem hominem, cui ea, que viderat, clarè exponere potuisset, nè reuertentibus angelis, eum inuenirent imparatum: petijtque & accepit sacri corporis & sanguinis communionem, vixitque infirmus ipso die & altero.

**Ruisus mi-  
ra ei offer-  
tur visio.** Media vero nocte tertia feria, parentibus & cognatis, multisque vicinis illustrem virum visitantibus, tenebris irruentibus, pedes eius frigore ingrauari duruerunt, manibusque in oratione extensis, lætus excepit mortem. Recordabatur enim iucundissime visionis, quam per eadem signa viderat antea: decedensque in lectum, quasi somno grauatus, audiuit horribiles magnæ multitudinis voces, clamantium atque illum exire compellentium: apertisque oculis, nullum nisi tres supradictos sanctos vidit angelos, duos utroque latere positos, tertium vero armatum ad suum stetisse caput. Mirumque in modum humanis conspectibus ac vocibus priuatus, sanctos angelos vidit, ac illorum cantica cum omni suauitatis dulcedine audiebat. Tunc angelus Domini, qui a dextris eius erat, consolans eum, dixit: Noli timere, defensionem habens. Leuantibusque eum angelis, nihil recti aut domus adspiciens, vlulatusque & clamores demoniorum transiens, audiuit vnum ex illis dicentem: Antecedamus, ante faciemque illius bella commoueamus.

Tunc vidit nigram nubem, a sinistra parte crispantem, ante faciem illius bellicam aciem constituentem. Corpora demonum, in quantum animæ illius apparere poterant, plena deformitate & nigredine erant, collo exte-to, macie squalentia, ac omni horrore plena, capite in similitudinem cacabi intumescente. Quando vero volabant, vel quando pugnant, nullam corporis formam, nisi horribilem & volaticam umbram videre poterat. Sed quis prudentium lectorum ignorat, hæc etiam de immundis spiritibus ad terrorem videntis animæ fieri? Et facies eorum nunquam potuit videre propter horrorem tenebrarum, sicut nec sanctorum angelorum propter nimiam claritatem. Bellicantia vero demonia ignitas sagittas iactabant contra illos, sed angelico scuto omnia tela nequissimi extinguebantur. Cadebant vero aduersarij ante conspectum pugnantis angeli, qui quasi rationem posuit cum eis, dicens: Nolite tardare iter nostrum, quia hic homo non est particeps perditionis vestrae: contradicente aduersario ac blasphemate, iniustum esse Deo, hominem peccatoribus consentientem, nihil damnationis habere, cum scriptum sit: Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, digni sunt morte. Pugnantem vero angelo, existimabar vir sanctus, clamorem pugnae & vociferantium demoniorum in omni terra audiri.

**Rom. 1.**  
**Nota im-  
probas da-  
monum ac-  
cusationes.**

Cumque

Cumque victus satanas, sicut contritus coluber, caput releuasset venenosum, dixit: Ociosos sermones sapere protulit, non debere eum illæsum vita perfrui beata. Sanctus angelus dixit: Nisi principalia protuleritis crimina, propter minima non peribit. Accusator antiquus dixit: Nisi remiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester caelestis dimittet vobis peccata vestra. Sanctus angelus respondens, ait: Vbi se vindicauit, vel cui iniuriam fecit? Diabolus dixit: Non est scriptum, Si vindicetis: sed, Si non remiseritis de cordibus vestris. Sanctus angelus excusans, dixit: Indulgentiam in corde habuit, sed consuetudine humana continuit. Diabolus respondit: Sicut accepit malum ex consuetudine, ita accipiet vindictam a superno iudice. Sanctus angelus dixit: Iudicemur ante Deum. Ter victus inimicus, viperea restaurat venena, dicens: Si iustus est Deus, hic homo non intrabit in regnum caelorum. Scriptum est enim: Nisi conuerteritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Hoc verbum minimè impleuit. Sanctus angelus dixit: Iudicemur ante Dominum. Præliante sancto angelo, contriti sunt aduersarij.

Tunc sanctus angelus, qui a dextris eius erat, dixit: Respice mundum. Tunc vir sanctus respexit, & vidit vallem tenebrosam sub se in imo positam, & vidit quatuor ignes ibidem in aëre, aliquibus spatijs a se distantes. Dixitque rursùm sanctus angelus: Qui sunt hi ignes? Vir Domini se nescire respondit. Cui angelus sanctus dixit: Hi sunt quatuor ignes, qui mundum succedunt, postquam in baptismo homini omnia peccata dimittuntur, per confessionem & abrenunciationem diabolo, & operibus eius & pompis. Vnus est mendacij, cum hoc, quod in baptismo abrenunciare satanae & omnibus operibus eius promiserunt, minimè implent. Alter cupiditatis, cum mundi diuitias amori celestium præponunt. Tertius disensionis, cum animos proximorum etiam in superuacuis rebus offendere non formidant. Quartus impietatis, cum infirmiores spoliare & eis fraudem facere pro nihilo ducunt. Ignis vero crescens in maius, effectus est vnus, & illi appropinquabat: timensque ignem minacem, sancto angelo secum loquenti ait: Ignis mihi appropinquat. Cui respondit angelus: Quod non accendisti, non ardebit in te. Licet enim terribilis sit & grandis iste ignis, tamen secundum merita operum singulos examinat: quia vnus cuiusque cupiditas in isto igne ardebit. Sicut enim corpus ardet per illicitam voluptatem, ita & anima ardebit per debitam poenam. Tunc vidit sanctum angelum precedentem ignem, flammamque diuidere in duos muros utroque latere: & duo sancti angeli erant utroque latere, ab igne qui defendebant eum.

Vidit quoque quatuor demonia immunda, per ignem volantia, bellum horribile in medio ignis confluentia. Et dixit vnus ex illis: Seruus, qui scit voluntatem domini sui, & non facit digna, plagis vapulabit multis. Sanctus angelus respondit: Quid enim iste de voluntate Domini sui non adimpleuit? Satanas respondit: Dona iniquorum recepit. Sanctus angelus respondit: Credidit enim quod vnusquisque eorum egisset poenitentiam. Diabolus dixit: Antè debuit probare poenitentiam: perseuerantiam, & sic fructus suscipere. Munera enim excæcant oculos sapientium, & peruertunt verba iustorum. Sanctus angelus respondit: Iudicemur ante Dominum. Fallax diabolus succumbens, in blasphemias contra authorem erupit, dicens: Vsq; nunc aestimauimus Deum esse veracem. Sanctus angelus respondit: Quid enim aliud est? Procacissimus demon dixit: Quia omne delictum, quod non purgatur super terram, in caelo esse vindicandum promisit, per Esaiam prophetam clamans: Quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Hic homo non purgavit delicta sua in terra, nec vindictam hæc recipit: vbi est ergo iustitia Dei? Sanctus angelus increpans in eos, dixit: Nolite blasphemare, dum nescitis occulta Dei iudicia. Diabolus respondit: Quid enim hæc occultum? Sanctus angelus dixit: Quando speratur poenitentia, comitatur hominem diuina misericordia. Satanas respondit: Sed nullus tamen hæc est locus poenitentia. Angelus respondit: Profunditatem misteriorum Dei ignoratis: fortasse etenim erit. Diabolus dixit: Discedamus ergo, dum iudicandi ratio non est.

Alius vero satellitum eius dixit: Adhuc restat illi angusta porta, per quam nisi pauci non intrant: ibi illum superare poterimus: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Sanctus angelus respondit: Vir iste in proximos suos operatus est bona. Aduersarius respondit: Non sufficit operari bona, nisi etiã sicut semetipsum proximum dilexerit. Sanctus angelus respondit: Fructus dilectionis, est bona operari: quia Deus reddet vnusquisque secundum opera

Rom. 2.  
opera

opera sua. Improbus dæmon dixit: Sed quia verbū Dei diligendo non impleuit, dānandus est. Pugnāte turba nefanda, sancti angeli victores fuere. Victus sex vicib<sup>9</sup> diabolus, more suo in blasphemiam erupit, dicens: Si Deus iniquus non est, & si mendacium, & verborum illius transgressio ei displicet, vir iste pœnarum expers non erit. Promisit enim seculo abrenunciare, & e contrario seculum dilexit, contra Apostoli præceptum, dicens: Nolite diligere mundum, neq; ea quę in mundo sunt. Virum ergo hunc nec proprię sponsonis sermo, nec Apostoli prohibuit sententia. Sanctus angelus respondit: Non sibi soli ea, quę sunt seculi, sed omnibus indigentibus dispensanda dilexit. Nefandissimus diabolus dixit: Qualicumq; modo diligatur, contra præceptum diuinum est, & contra sponsonem Christianitatis in baptismo. Victis aduersarijs, angelis vincens, rursus diabolus ad callidas cōuertitur accusationes, dicens: Scriptum est, Nisi annunciaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius requiram de manu tua. Hic non annunciauit dignē peccantibus pœnitentiam. Sanctus angelus respondit: De hoc enim tempore scriptum est: Prudens in tempore illo tacebit, quia tempus pessimum est. Quando enim auditores despiciunt verbum, lingua etiam doctoris loqui præpeditur, dum videt quod audita prædicatio despicitur. Accusator antiquus respondit: Ille tamen vsq; ad passionem annunciare debet, nec consentire, nec tacere.

In omni verò contradictione dæmonum præualida nimis extitit pugna, doncē iudice Domino triumphantibus eius angelis, contritis deuictisque aduersarijs, immensa claritate vir sanctus circumfulsus est, sanctorumq; angelorum choris concinentibus: Nullus labor durus videri debet, nullum longum tempus, quo gloria æternitatis acquiritur, quæ lætitia simul & dulcedine completur. Tunc sursum adspiciens, vidit immensa agmina, eximia claritate fulgentia, angelorum præcedentium, sanctorumq; hominum aduolantia, quasi alis immensa coruscationis circumdantia eum, omnemq; formidinem ignis ac deformium spirituum terrores procul abiecientia. Conspicit verò duos venerabiles viros illius prouincię, in qua ipse vir Domini Furseus notus erat, quos videns obisse credebat. Hos præfules cunctorum memoria vsq; ad nostra tempora celebrat: propiusq; ad se accedentes vidit, ac familiariter propria dicentes nomina: qui vocabantur Boëanus & Meldanus: & loqui cum eo cœperunt. Tunc adspiciebat magnam cæli serenitatem, & duos angelos proximam cæli iucunditatem repentes, quasi per ostium intrantes æthereum, ac repentē circa illos magnitudinem claritatis, & quasi per quatuor choros cantantium multitudines angelorum ac dicentium: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Tunc anima illius dulcedinem supernæ modulationis ac sonitum ineffabilis lætitię, intra cælum sonantis intendente, circumfunderunt eam agmina angelorum, stantia à dextris eius, de quibus vnus ait: Scis, vbi agitur hæc lætitia & gaudium? Illo respondente se nescire, sanctus angelus respondit: Apud supernum conuentum, vnde & nos sumus. Tunc mens omnem laborem tribulationis obliuiscens, immensa complebatur lætitia: quia superna audiens carmina clariùs & modulatiùs resonare, pro se sola decantari computabat, admiransq; ait: Magnum est gaudium, hæc auscultare carmina. Cui dixit angelus Domini: Hoc auditu nos pro ministerio dispensationis humanę sæpè priuamur, & quod nos annunciando laboramus, dæmonia humana corrumpendo corda dissipant.

Rursumq; angelus Domini beato viro, ad carmina cælestia audienda intento, loquitur: In hoc cælesti regno nulla vnquam tristitia, nisi de hominum perditione fieri potest. Tunc prædictos sacerdotes, cum ingenti claritate à secreto cæli procedere, angelica forma radiantes, & ad se venire conspicit, ac sibi ad seculum redire præcipiunt. At ille tacēs, & huius nuncij tristitia stupefactus, in momento reuersus est, sanctis angelis eum reportantibus: præfati verò viri venerabiles spatium poscunt cum eo loquendi, & dicunt: Quid times? Vnius diei iter est, quo laboraturus es. Prædicans ergo, omnibus annuncia, quia in proximo est vindicta. Beato autem Furseo interrogante de mundi fine, aiunt finem creaturę etiam tunc non esse, quanuis in proximo sit: sed famis & mortalitatis plagis humanum genus esse vexandum: quod etiam signo Solis, cum radios suos præterito anno abscondisset, in modum lunę iugiter splendente significatum est. Duo verò genera sunt famis: vnum in abundantia sapientię intelligendi verbum Domini, & non implendi: aliud verò, tenacia mentis in abundantia diuitiarum: sed de vna radice amaritudinis generantur. Sicut enim auarus non impletur pecunia, quia

Famis duo genera.

Sententia memorabilis.

Boëanus & Meldanus Episcopi cū eo loquuntur.

auaritię amaritudo non sentit dulcedinem de perceptis bonis, inhiando ad ea, quę illi cita sunt: sic etiam sermonis Domini dulcedinem, malitię amaritudine occupatę & detentę non sentiunt animę. Mortalitas verò propter Dei patientiam, modicum quidem detenta est: sed quicumque hæc signa videt, vel monita sanctę scripturę despicit, si non egerit pœnitentiam, mors illius proxima est.

Et quāuis omnibus diuina monita contemnentibus superni iudicis ira iam iam immineat, maximē tamen super doctores ecclesię ac principes furor illius iratus est: quia perent animę fidelium per huius mundi illecebrosa vitia, per suggestionem militantis diaboli, per negligentiam Doctorum, per mala exempla prauorum principum. Doctores nanque, prophetarum libros considerantes, intelligant, & quale sit hoc tempus, cognoscant. Viri nanq; dimidij operis sunt: quia per omnipotentis Dei misericordiam alij largitatis gratiam sunt adepti, sed carnis incontinentia sunt lubrici: Alij verò corpore quidem sunt casti, sed auaritię æstibus sunt cupidi. Alij quoque habent gratiam lenitatis, sed rancore animi sunt pusillanimes. Alij autem non recordando iniurias suas, citò ignoscunt: sed minùs cor cautē custodiendo, citiusq; irascendo, rixas prouocant. Alij quod Deus singulis largiendo donauit, in hoc illi, quasi proprio labore acquirentes, gloriāntur. Alij verò dum qui impugnabant, eos deuicerunt, corde vigili & bonorum operum econtra instantia eos vincere omittunt. Sunt quoq; nonnulli, qui spiritualibus vitijs impugnantur: sed his omissis, corpus in abstinentia affligunt, Verbi gratia: Nocturnas illusiones pati, magnum crimen existimant: superbiam verò quę angelos de supernis deiecit, pro nihilo computant: auaritiā, quę primum hominem de paradisi expulit amœnitate, nō execrantur: nec inuidiam, per quam parricida Cain fratrem suū Abel interfecit: Falsum quoque testimonium, per quod Saluator damnatus est, aut blasphemiam non execrantur: non considerant, quales vel quantę vindictę super eos, qui talia egerint, venturę sunt. Multi enim cibis, quos Deus ad percipiendū cum gratiarum actione creauit, abstinentes, hæc nefanda quasi licita sumunt: hoc est, superbiam, auaritiā, inuidiam, falsum testimonium, blasphemiam: per quę detrahendo, quasi carnes proximi cum sanguine illius comedunt: & quę leuiora sunt in Dei iudicio, grauiora iudicant: grauiora verò, leuiora putant. Omnis ergo doctor singulis vitijs congrua debet opponere medicamenta. Nam qui hæc vitia leuiora esse aut gula aut fornicatione existimat, animarum inimicus potius, quā doctor, iudicandus est.

Curatio ergo superbiam, est increpatio coram omnibus, humiliatioq; crebra in luto & cinere. Auaritię verò medicamentum, est largitatis dispensatio in vniuersos per beneuolentiam & benignitatē. Medicinam autem facit falso testi, humiliter confiteri ei, in quem falsa coniecit verba, & ab eo indulgentiam supplicare. Blasphemię quoque malum, medicamento sanatur per humilitatem subiectionis, & per linguę ab omni inutili locutione refrænationem, atq; per orationis instantiam. Contraria enim vitia, contrarijs virtutibus curantur. Nec satis est corpus affligere, si animę à malitiā & nequitia non curantur. Principes ergo & doctores ecclesię Christi, animas fidelium ad pœnitentię lamentum post culpas prouocent, & eas spiritali pastu doctrinę, ac sacri corporis & sanguinis participatione solidas reddant. Nolentes verò excommunicent, nē reatum damnationis de neglectis sustineant, vltimum pro vite, & alnum pro oliua plantantes, dum plūs terrenum & infructuosum laborem diligunt, quā charitatem, quę omnium radix est & culmus esse dinoscitur bonorum operum.

Contra doctores iratus est Dominus, eo quod diuinos libros negligentes, curas huius mundi cum omni dilectione gerunt. Si enim legentes prophetarum dicta intelligerent, contingeret, quod nec is, qui à mortuis resurrexit, plus timoris atq; compunctionis, quā illa, audientibus inferre posset. Sed nemo est qui prohibeat, aut qui propellat. Rex enim & sacerdos, vnusquisque secundum quod rectum sibi videretur, hoc facit. Causa verò & radix omnium malorum, est superbia. Populus enim contra regentem crigitur, clerus contra sacerdotem, monachi contra abbatem, filij contra parentes, iuuenes contra seniores superbiendo dissentiunt. Sed sicut vnusquisque eorum subiectus, prælato sibi non didicit obedientiam humilitatis exhibere: sic iusto Dei iudicio agitur, vt illi cæteris prælato nullus humiliterur: & quod ab illo superbiēte alius iniuste sustinuit, ille ab alio per districti iudicis iustitiam dolens sufferat. Malum ergo superbię, quod supernam angelorum curiam destruendo corruerat, præsens quoque seculum inordinatē

Bona sua qui vitijs corrumpant.

Gen. 4.

Vitia contrarijs curantur vitibus.

Superbia, malorum omnium causa.

dinatè peruertendo destruit. Conuersus quoque ad beatum Furseum præfatus sacerdos Boëanus, qui hæc diligenter perorabat, ait: Vitam tuam, creaturis Dei vrendo, serua: omne quod malum est, abnegando respue. Esto sicut fidelis dispensator, nihil tibi præter victum & vestitum vendicans, sisque in offerendo lucro, sicut in auggendo, temperatus. Qui enim sic libenter donat, sicut donatum suscipit, os mutorum aperire poterit, nihil mendicans, nulli negans. Deo odibile est, aliena petere, & propria retinere. Pauperibus enim & vinctis conuenit petere: habentibus autem, egenis dispensare. Elemosynæ verò, nullo rogante, dispensandæ sunt pauperibus. Bona quoque in omneshominines operanda sunt, maximè in domesticos fidei. Iniquorum verò dona in pauperibus & omni solatio destitutos impertienda sunt. Nulla ergò discordia in ecclesia Dei sit, sed qui in plebe sunt, apostolico ordini & doctrinæ sanctæ insistant. Qui verò in monasterijs degunt, cum silentio operantes, suum panem manducant. Sunt verò nonnulli, quibus doctrinæ officio se excusant, & propter curas seculi in publicum profiliunt. Bonum igitur quod agunt, in occulto ponentes, lucem boni exempli proximis abscondunt: seculi verò causas seu contentiones in publico agentes, mortifera cupiditatis venenum publicè eorum cordibus infundunt. Te ergò ipsum nec semper remotum, nec semper in publico decernas: sed quando te remotum esse volueris, omni custodia te ipsum serua, omnia diuina obseruando præcepta. Et quando in publicum processeris, ad animarum salutem, non ad huius mundi inhanda lucra, animum intentum adhibeto. Sed & si quis tibi prima hora diei dona contulerit, & ante vesperum poenituerit, sicut libens suscipisti, ita hilaris ei restitue. Nullam quoque patrimonio custodiam, nullam curis huius seculi intenti cordis diligentiam adhibeas: sed omnibus aduersantibus vel contrarijs, puri pectoris indulgentia, bona pro malis rependas, pro inimicis summum supplica Deum. Qui enim cordis lenitatem contrarijs & sibi resistentibus illesam serauerit, omnium ferarum & bestiarum ferocitatem in mansuetudinem conuertit. Nullum enim boni operis sacrificium sic Deo acceptabile est & probatum, quàm patientissimi cordis contra omnes iniurias lenitatis mansuetudo, pro qua omnia aduersa ac damna, quasi lucra & prospera, spe futuræ remunerationis lætus, Domino iuuante, suscipit.

Deo gratissimum boni operis sacrificium,

Poenitentia agenda,

Duo enim humanæ animæ inimici esse probantur, diabolus & mundus: & vnusquisque eorum vicissim alterius dilectionem insinuat, vt per hoc, quòd anima mundi huius illecebris substernitur, ab aduersario vincta & possessa teneatur. Vade ergò, terræ huius Hybernæ principibus verbum Dei annuncians, vt relicta iniquitate, per poenitentiam ad salutem perueniant animarum. Tum deinde excellentioribus sanctæ ecclesiæ sacerdotibus hæc ipsa annuncia, quòd omnipotens Deus zelotes est, si plura amant seculum, quàm ipsum. Negligentes enim animarum utilitates, lucris huius seculi deseruiunt, & ad mortem feram prædicant poenitentiam: & tunc eorum dona suscipientes, ignem de illorum tormentis perferunt.

His dictis, supernum illud angelorum celo receptum est agmen, beatoque Furseo cum tribus angelis solis ad terram reuersuro, maximus appropinquabat ignis. Sed angelus Domini, sicut antè, medium diuidens sinebat ignem, virumque vnum ex igne profilientem vidit, demonibus illum proijcientibus: qui veniens super humerum eius, maxillam maxillæ eius impressit. Cognoscebat autem virum, quia ei vestimentum proprium moriens perdonauit, humerumque eius ac maxillam incendens, ab angelo sancto in ignem, vnde exijt, proiectus est. Angelo autem, qui à sinistris volabat, inter beatum virum & ignem stante, dexter illum virum angelus in flammis proiecit. Tunc diabolus antiquas repetens fallacias, dixit: Nolite repellere, quem antè suscepit: & sicut eius bona suscepit, sic de poenis eius particeps esse debet. Angelus Domini respondit: Non propter auaritiam, sed propter animam eius liberandam suscepit. Cessauitque ignis. Tunc dixit angelus Domini: Quod incendiisti, hoc arsit in te. Si enim huius viri, in peccatis suis mortui, vestimenta non suscepisses, nec poenæ illius in corpore tuo atderent.

Prædica ergò omnibus, quòd poenitentia agenda est, & à sacerdote suscipienda vsque in extremam horam: sed tamen nisi poenituerit, nihil substantiæ eius suscipiendum, nec corpus eius in sancto sepeliendum est loco. Viuo tamen prædicetur acriter, quatenus cor illius amaritudo compunctionis tangat, tangensque purget, omnibusque pristinis renuncians iniquitatibus, elemosynas vberrimè pauperibus distribuatur. Nihil tamen exinde

exinde à sacerdote ei prædicante suscipiatur, sed iuxta sepulcrum eius bona illius pauperibus diuidantur, nè in aliquo iniquitatis illius particeps sit. His atque alijs sanctæ exhortationis sermonibus instructus, super tectum ecclesiæ inter sanctos constitit angelos, suumque corpus considerans, nec parietes domus, nec turbam lugentium, nec ipsa corporis indumenta videre potuit: iubeturque ab angelo proprium cognoscere & resumere corpus.

Tunc ille quasi ignotum cadauer timens, noluit illuc appropinquare. Cui respondit angelus: Noli timere hoc suscipere corpus, quod sine vlla repugnatione infirmitatis vel vitiorum expugnantium, quantum inualidum, sanum tamen habere poteris. Concupiscentias enim illicitas in hac tribulatione superasti, vt vetera contra te non præualeant. Tunc vidit pectus illius corporis aperiri. Dixitque ei angelus: Reuiuiscens corpus tuum, aqua fontis superfundatur, & nullum dolorem, nisi tantum concremationis, sentire poteris: Benefacientemque te omnem gressum tuum vsque in finem videbimus, & sic te lætum beneque operantem suscipiemus. Exurgens autem vir sanctus quasi ex profunda mortis quiete, conspiciensque parentum multitudinem vel vicinorum, siue etiam clericorum, ingemiscensque magnitudinem humanæ stultitiæ, arduumque & difficilem transitum admirans, magnitudinem quoque remunerationis peruenientibus ad beatas sedes, singulis per ordinem annunciabat: cumque viua superfusus esset aqua, incendium inter scapulas illius, quod de iniquo sumpsit viro, & in facie eius apparuit, mirumque in modum quod anima sola sustinuit, in carne demonstrabatur. Egressus inde, verbum Dei prædicabat, & ea, quæ viderat vel audierat, omnibus populis Scottorum annunciabat.

Erat verò in illo incomparabilis gratia, nihil terrenum vsquam petente, omnipotentique Deo se tribuente: Prælati & subditi, æqualibus & minoribus, magnatibus & regibus timendo: humilibus & contemptoribus seculi imitando, omnibus bonis amabili, iniquis & peccatoribus terribili, diuinisque virtutibus claro. Ex obsessis corporibus demonia fugabat, & pauperes recreabat. Dumque vnus anni spatium Hybernæ insulae populos per doctrinæ studium circumire studisset, instabat dies anni uersarius, quòd visionem à corpore sublatus viderat, memorans semper vnus diei iter sibi fuisse iniunctum. Multis denique sapientibus ac religiosis eum comitantibus viris, eadem nocte molestia corporali correptus est, in soloque tantum pectusculo vita palpitante, vidit angelum Domini ea, quæ ad opus prædicationis sunt congrua, sibi annunciantem, & vnus diei iter exponentem, ac duodecim annos in opere prædicationis completurum prædicentem: quod & ita factum est. Completis verò annis decem, omnibus sine personarum acceptione verbum Domini annuncians, & irruentium populorum multitudines non ferens, aliquantum etiam animos inuidia stimulante contra se commotos esse deprehendens, relictis omnibus, quæ habere videbatur, paucis cum fratribus ad insulam quandam paruulam in mare profectus est, atque exinde non multum post de Hyberniam peregrina litora petens, per Britannias in Saxoniam transfectus est: vbi honorificatus à Sigeberto rege & susceptus, verbo Domini Barbarorum mitigabat cor.

Completis verò duodecim annis, quos angelus prædixerat sanctus, quadam infirmitate correptus, angelica fruitur visione: vbi etiam de prædicationis instantia admonitus, nullum viuendi finem audiuit: tertiumque diem peregit tacendo, euangelicum præceptum admonens: Vigilate, & orate: quia nescitis diem neque horam. Quod vir Deo plenus intelligens, locum monasterij à prædicto rege sibi traditum accelerauit construere. Quod monasterium in quodam castro constructum, sylvarum & maris vicinitate amœnum, rex gentis illius Anna, ac nobiles quique, tectis & muneribus adornarunt. His ritè gestis, vir sanctus ab omni seculi, atque ipsius monasterij cura alienare se cupiens, cum sapientibus fratribus hoc transtulit. Habuit enim secum reuerentissimos & spirituales viros, qui exemplo, tanti viri, & in monasterij probatione, & in diuersis laboribus vite, ad humilitatis & charitatis gratiam profecerant, inter quos etiam germanos proprios habuit, Foillanum, sanctum admodum virum, cui etiam sancti monasterij & animarum dereliquit curam: alter uero Vltanum, diuurna monasterij probatione ad eremitalem vitam instructum, multis iam annis ab eodem electam: qui derelictis omnibus curis & rebus, nudus ad fratrem suum, qui iam theoricam pascebatur vita, solus profectus est. Labori hi duo quotidiano & orationibus continuis deseruientes, annum

Reducitur anima Fursei ad corpus.

Incomparabilis in Furseo gratia.

Angelum videt.

Hanc Saxoniam, vocat Beda provinciam Orientalium Anglorum.

Matth. 25.

Anna, rex Orientalium Anglorum.



Furfus in Gallijs condit monasterium.

Obitus S. Furfci.

Corpus eius post 4. annos adhuc incorruptum.

integrum ibidem philosophabantur. Tunc quibusdam causis ingruentibus, a populo & rege altioris ingenij ad consilium vocatus, immo etiam compulsus, desideratum sibi eremi dereliquit locum, omniaque animo peruigili tractans, ac turbatam esse prouinciam gentilium incurfione prospiciens, nec ibi diuturnum monasterialem ordinem perpenfians, ad Galliarum litora dimiffus, ordinatis omnibus, causa uifendi Romam nauigauit: ibique a Francorum rege Clodoueo & Patrio Erchenaldo honorificè fufceptus, monasterium in loco, quem nuncupant Latiniacum, conffruxit. At non multo post fratribus ordinatis, cum rege & Patrio iter agens, infirmitate corripitur. Ibi que illo diu iacente, & virorum nobilium, vel ipsius reuerentiffimi regis uifitatione frequentato, ab ore illius sermonis gratiam & condimentum uitæ affumebant æternæ. Et sic præfentia relinquens, ad æterna migravit regna. Corpus uero illius ab illustri viro Erchenaldo Patrio retentum causa ecclesiæ, quam sibi magno opere conffruerat, in uilla, cui Perona uocabulum est, ponitur. Et quia ipfius ecclesiæ dedicatio intra triginta parabaturdies, in quodam loco in porticum interim corpus sanctum summa cum diligentia custoditur, ac post tot dies ita illæsum inuenitur, ac si eadem hora de hac luce fuiffet egressus. Reuerenter ergo iuxta morem prope altare reconditur, ibique annis ferè quatuor demoratur. Conffructa uero ad orientalem partem altaris domuncula, ibi post tot annos immaculatum corpus a reuerentiffimis subuectum epifcopis Eligio & Autberto, transfertur sine ulla putredine. Vbi etiam refta fide petentibus, merita illius clarescunt diuinis uirtutibus, adiuuante Domino nostro Iefu Christo, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus in fecula feculorum, Amen.

PASSIO BEATORVM MARTYRVM, BERARDI, PETRI, ACCVRSII, ADIVTI ET OTTONIS, discipulorum beatiffimi patris Francifci.

16. IANVAR.



S. Francifcus proficifci tur ad Sulthanum.

Veniunt in Lusitaniam.

Anctorum martyrum Berardi, Petri, Accursij, Adiu ti & Ottonis festiua gaudia nobis, fratres chariffimi, celebrantibus, ipforum quoque ordinem martyrij breuis sermo perstringat: ut quod illi per lucis uitæque contemptum, terrena quæque calcauerunt, eodem mens nostra ad sublimiorem uirtutum palmam se erigat. Beatus nanque Francifcus, Minorum pater & fundator inclytus, cum diuina cerneret reuelatione se & suos pro aliorum salute uocatos, etiam impiæ Mahometicæ legis obseruatores pro posse deducere ad lucem fidei cupiebat. Vnde anno a sua conuersione undecimo multis cum periculis iter aggressus, ut Sulthani adiret præfentiam, ad Miramolini regnum præfentes destinauit sanctos, ut ipse Orientis, illi Occidentis populis Mahometicis salubre Christi prædicantes euangelium, quasi totum ad Christum conuerterent mundum. Hos autem potiffimè pater beatus diuinitus reuelatos elegit, in quibus diuina uirtus, rerum gestarum gloria, & splendidiffimis actionibus illustrata clarebat. Quibus ut itineris laborem cum obedientiæ merito fufciperent, fratrem Vitalem, uirum utique omni sanctitate & discretione præcipuum, in prælatum præfecit.

At illi omnem spem & cogitatum in Dominum iacentes, & beati Patris pijs sermonibus & orationibus confortati, iter aggressi, tandem in Aragoniam peruenierunt. Vbi pater eorum Vitalis, diutini languoris morbo præuentus, diuina putans uoluntate suum iter impediri, cæteros abire permisit. Haud multo post interiecto tempore, Colimbriam Portugaliæ regni urbem deuenientes, ad reginam Oracham nomine se contulerunt. Apud quam per aliquot dies commorati, ipsius precibus deuotiffimis uicti, ut ipsius uitæ terminum demonstraret, suppliciter Dominum rogauerunt. Factumque est, ut primò martyrij sui ordinem, & deferendas suas Colimbriam reliquias, ac ab ea honorificè fufcipiendas, & post uitæ ipsius exitum reuelarent: quod & rei demonstrauit euentus. Si quidem post eorum sacra ossa, ab eadem regina in monasterio sanctæ Crucis de Colimbria condita, paucis euolutis diebus, matutinali hora iuxta sanctorum uifitationem

uifitationem, deuota regina debitum humanæ carnis exoluit. Hora uero eadem Petrus, ordinis Canonicorum monasterij sacrista, & reginæ confessor, uiromni sanctitate præclarus, præfatos quinque martyres indicibili claritate circumdatos, & Minorum fratrum multitudinem numerosam matutinales Horas in ipso sanctæ Crucis templo decantantes uidit. intellexitque quod ibi conuenerant, ut exequiarum cultum debito honore præfata reginæ impenderent. Et miranti de reginæ transitu, unus eorum dixit: De reginæ transitu nihil dubites. nobis enim egredientibus, nūcius tibi aderit. Quod & statim factum est: ut in hoc uino simul appareret, quod prælibati sancti prophetiæ spiritu pleni fuerant, & præmonstrata uifio authentica redderetur.

Uifio Petri reginæ Lusitanie confessorij.

Igitur apostolici uiri ab ipsa regina recedentes, Alanquearium ad Sanctiam, Sanctij regis filiam, reginam utique Deo deuotam, peruenierunt. At illa secularibus uestibus superindutos, quia aliter non erat ipsis transeundi facultas, Hispalim quæ nunc \* Sibilia dicitur, transmiffit. Vbi secularibus abiectis indumentis, ad infidelium Mesquitam, ut prædicarent, accesserunt. Impetu autem facto, repulsi & uerberibus pluribus lanati, non a concepto spiritus seruore deficientes, aulam ingressi, fidem Mahometicam damnantes, Christum coram rege prædicauerunt. Rex uero in furorem uersus, eos decapitari præcepit. Filius autem regis naturali quadam pietate illis compatiens, paterni furoris ardore compresso, ut maturius in his ageretur obtinuit. At rex seniorum habitu consilio, post publicam Christiani nominis ex alta turri, ubi primò retri sunt, prædicationem, post etiam squalidi carceris oppressionem, ad se uocatos, misericordiam pollicens, auertere nitentur a Christo. Cui illi: Utinam tibi rex misericordiam, quam nobis præfere niteris, maturiori uisus consilio ipse tibi præfaret. Age, quod malueris. Corpora eripere potes, siderea loca animas detinebunt. Stat nobis firma promiffio, & præfenti morte immortalitatis dono fouebimur. Tunc rex eorum immobilem animam cernens, Marochium cum quibusdam Christianis destinauit.

\* Sibilia Concionatur ad Mahometanos.

Inter cæteros uero, qui Marochij morabantur, Christianos erat dominus Petrus Infans Portugaliæ regis frater, & regis Marochiorum ductor exercitus. Hic siquidem in sua fratres recipiens domo, pio uenerabatur affectu. At illi quod facturi uenerant cogitantes, omni sublato timore, ubique collectos Saracenos uidebant, Christum prædicabant. Contigit autem semel regem Miramolinum ipsos in legis suæ authorem conuicia iactantes audire. Qui nimio furore succensus, iussit cum impetu eos expelli, & ad Christianorum terras, datis a domino Petro Infante comitibus, deduci. Verum illi martyrij desiderio flagrantibus, dimiffis in uia comitibus, iterum Marochium reuertuntur. Quo audito, rex ira uehementer efferbuit, præcepitque ut tererrimo carcere conclusi, fame siti que interficerentur. Stant igitur beati uinculis innodati, & diuina sustinatio in Marochia per infideles manus aggrauatur. Nam intensi ultra, quam humana patitur natura, calores & æris intemperies sic infirmos affecit, ut iam clarè cernerent, quod pro sanctis suis sit diuina uisio infecuta. Ex quo rex perterritus, a uinculis absolutos, illætos a biris permisit. Mirabile dictu: Cum per uiginti dies fuerint sine aliquo corporali cibo carceribus inclusi, sola diuina uirtute refecti, sic inuenti sunt fortes & alacres, ut merito in stuporem conuerterent se uidentes.

Diuina uisio in Marochia.

20. diebus manent in iuni.

Iterumque ad Christianorum plagas missi, relictis comitibus, secundò Marochium redierunt. Interim contra sibi rebelles rex exercitum mittit, & dominus Petrus Infans secum fratres adducit. Redeuntes autem cum uictoria Marochium Saraceni simul & Christiani, per triduum aquam non reperientes, nimio sitis ardore cruciabantur. At Berardus, sanctæ Trinitatis cultor, tanto compatiens hominum laborem, oratione cum cæteris præuia, breui paxillo terram fodiens, aqua a Domino impetrata, iumentorum aquam, sitim extinguit & hominum. In ipso uero loco nec fons antè uisus fuerat, nec post. Reuerfi autem Marochium, seruabantur nè prædicarent: sed illi quadam sexta feria in publicum proruperunt. At iussu regis cuidam principi, qui aquæ miraculum uiderat, decapitandi traditi sunt. Quos præcepit carceri mancipari. Ad locum igitur carceris adducti, alapis a ministris & varijs sunt opprobrijs saturati. Post triduum uero de carcere tracti, nudi & manibus post terga ligatis, duriffimis flagellis afflicti, tandem impio iudici sunt præfentati. At ille cernens eorum in fide constantiam nulla posse ratione mutari, iterum iussit duriffimè tandè uirgis & fustibus cædi, donèc penè uiscera apparerent & ossa. A ministris etiam seruente oleo & aceto uulneribus infusus, per totam

Impetrant diuinitus aquam.

Immaniter flagellatur.

Horrendis sequen-

afficiuntur poenis.

sequentem noctem super testas volutati sunt, & à pluribus sibi inuicem succedenti- bus acerbissime afflicti. Nocte verò illa custodes magnam de caelo lapsam lucem viden- res, & præfatos sanctos cum innumerabili multitudine sublimari, putauerunt diuini- tatis fuisse liberatos: sed in carcere inuentos, suis fecit rex tribunalibus præsentari.

Matth. 5.

Dei nunci- um, vocat impurum Mahome- tem.

Ministri verò illos nudos trahentes, continuis flagris terga eorum & corpora noui- ter flagellabant. Occurrit autem illis quidam princeps, Mahometicam suadens fidem. Otto verò illius persuasionem confutans, etiam in contemptum prophanz legis in terram spuens, graui ab ipso alapa percussus est. At ille verborum Domini non im- memor, alteram præbuit maxillam, dicens: Ignoscat tibi Deus, quia nescis quid facis. Ad impij demùm regis conspectum adductis, sic ad eos exorsus est: Estisne vos impij? li, qui fidem veram vituperantes, ad tantam etiam insaniam adducti estis, vt Dei nunci- um blasphemetis? At illi: O rex, fidem veram minimè spernimus: tuam autem fallam, & eius iniquum conditorem, omninò abhorremus: pro vera autem & pati & mori pa- rati sumus. Tunc rex eos delicijs & voluptatibus à Christiana veritate existimans pos- se reuocari, pecunias & formosarum mulierum, quæ aderant, delicias repromittit, si Mahometi perfidiam reciperent, aliàs suo gladio trucidandij. Sed viri Dei immobiles animo, conuersi ad regem: Sint tibi, inquit, mulieres & pecuniæ: nobis autem sicut. sus Christus. Adhibe vincula, carceres, ignes, tormenta & mortem: omnis nobis leuis est pœna, cum de caelesti gloria cogitamus.

Trucidan- tur sancti viri.

Tunc rex tantam cernens in sanctis constantiam & immobile propositum, arre- pto gladio, minister iniquitatis effectus, capita eorum per medium frontis amputauit. Et illi quidem optato iam potiti, post maximos persecutionum aculeos, post ingentif- simas ærumnarum moles, æternæ vitæ adepti brauium, martyrij corona dotati sunt. Passi sunt verò beati martyres anno Domini 1220. decimosextimo Calendas Februa- rij, ante mortem beati Francisci anno sexto. Qui illorum vt audiuit martyrium, tanto gestiuit gaudio, tanta perfusus est lætitia, quòd facile exprimi non posset. Corpora au- tem eorum iussu regis extra palatium proiecta, à Saracenis ligatis pedibus extra urbem varijs ludibrijs circa moenia tracta, tandem penitus in partes conscissa, in campore- licta sunt, vt bestijs essent in cibum. Christiani verò nocte sequenti ad colligendas sa- cras reliquias exeuntes, lapidibus à Saracenis sunt repulsi. Sequenti verò die, quorun- dam consilio, nè reliquias venerarentur à Christianis vt sanctæ, rex igni comburendas decreuit. Sed igne copioso accenso, cum in eum sanctorum corpora iactarentur, hinc- inde flamma declinans reliquit intacta: immò (quod dictu mirabile est) cum vnum de capitibus in ignem pluriès proiectum esset, diuina faciente virtute, de igne semper exi- liens, nec in capillis est læsum: & nunc cum pelle & capillis integrum demonstratur. Postea verò Saraceni precio sumpto, sanctorum Christi martyrum reliquias Christi- anis vendiderunt. Dominus autem Petrus Infans Capellano suo & quibusdam iuue- nibus tradidit eas desiccandas, aromatibusque condiendas. Cum autem quidam for- nicarius eò veller accedere, immobilis factus, in medio scalæ vt sibi succurreretur, exclamauit. Qui confessione præmissa de scala descendens, loquelam amisit, nec prius recuperauit, quam voto facto, super pectus eius vnum de sanctorum capitibus pos- tum est.

Illustre mi- raculum.

Nota hic reuerenter habendas sanctorum reliquias.

Reliquiæ eorum trāse- feruntur.

Sanctorum autem reliquie dum sic exiccarentur, quodam appropinquante, vt eas so- lito more contingeret, sic in aëre cum vmbone sunt eleuata, vt non possent humano subsidio contingi. Qui stupefactus, & de fornicatione contritus & confessus, statim valuit de sublimi demissas reliquias contingere. Vndè factum est, vt in maiori reue- rentia habitis, nonnulli à facinoribus abstinerent, nè depræhenderentur. Demùm co- rum capitibus cum carnibus in quadam theca argentea depositis, ossibus verò in alia, in sua capella collocatis, præfatus Petrus Infans anxie sanctos precabatur, vt redeundi in Portugalliam aditus Christianis concederetur. Quorum meritis factum est, vt rex ei ad Portugalliam redeundi cum vniuersa familia licentiam daret, tametsi consultius illi fuisset, vt eum occideret. Ipse verò reliquias, super mulos positas, læto gradu infe- quens, liberè ac sine periculo de Saracenorum terra exiuit. In itinere autem positus ad quendam locum peruenit, vbi immani atrocitate leonibus auditis, non paruus cunctis terror ingeritur: sed sacris reliquijs interpositis, omnis profectò mugitus & timor ab- cessit. Indè solitaria & penitus inuia loca peragrantes, quæ sibi pergendum foret, igno- rabant.

rabant. Nec defuit diuina pietas humiliter supplicantibus, qui errantibus, sanctorum meritis viæ ducarum præbuit. Si quidem iumentum, cui sacra insidebant reliquias, In- fans præire, & alios sequi iussit: nulloq; ductore præcedente, Saracenorum insidias per- inuia & aspera euadentes, ad Septam urbem, vbi ad transfretandum parata erant nau- gia, peruenerunt. Igitur naues conscendentes, cum sequenti nocte sanctorum patroci- nio, lumine de caelo delapso, naufragium euassissent, Hispalim deuenerunt. Et vix ventis vela commiserant, cum ecce regis nuncij, vt eos captiuos, educerent, ad litus applicu- erunt: sed his euasis, secundis ventis Colimbriam tandem appulerunt. Ad sacras autem reliquias suscipiendas regina Orocha & populus vniuersus cum iubilo exeuntes, in monasterio S. Crucis Regularium Canonicorum, cum maximis, quæ longū foret nar- rare, solennis sepelièrunt: vbi multis coruscant miraculis. Ad eorum enim mirificam inuocationem cæci vident, claudi ambulant, muti loquuntur, leprosi mundantur, para- lytici curantur, obsecrati à demonijs liberantur, & varijs infirmitatibus derenti, deside- ratam obtinent sanitatem. Ex ipsis quoque reliquijs vsque hodiè liquor sanguineus & odoriferus manans, multis confert integram sanitatem.

Miracula ad eorum sacras reliquias.

Nec tacendum puto grauem super Saracenos diuini iudicij vindictam. Nam ab eo anno, quo sancti palmam meruere perennem, omnium penè rerum sterilitas & seua pes- tis per quinquennium sic in eos debachata est, vt morbo incurabili inualecente, ma- xima pars gentis illius fuerit crudeli morte deleta. Ipsius quoque impij regis brachium dextrum & dextrum latus torum vsque ad pedes, eo anno, quo sanctos interemerat, aridum sic factum est & siccum, vt nulli deinceps vsui fuerit. Horum sanctorum felici au- dito martyrio & visis reliquijs, inclytus Christi confessor Antonius, tunc quidem illius monasterij canonicus, fidei feruore succensus & amore martyrij, ad Ordinè se transtu- lit Minorum. Gaudeat igitur Ecclesia, cælestium militum illustrata natali. Gaudeat & sa- cra Minorum religio, sanctorum martyrum virtutibus laureata, & nouis micis sancto- rum splendoribus, gratiarum Christo referat actiones, & sanctorum martyrum secte- tur vestigia: ad laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi.

Diuina vltio in Sara- cenos.

S. Antonius de Padua.

Bulla Sixti 4. Pontificis Maximi, de illorum Canonizatione: quæ etiam facit ad historie huius confirmandam veritatem.

SIXTVS, seruus seruorum Dei, vniuersis fratribus Ordinis Minorum, dilectis filijs vbicunq; morantibus seu commoraturis, salutem & Apostolicam bene- dictionem. Cum aliàs animo reuolueremus merita beatorum martyrum Berar- di, Petri, Ottonis, Accursij & Adiuti, qui ex Ordine fratrum Minorum, sub quo & nos coaluimus, fuerunt: qui post multa tormenta sub rege Marochiorum pro Chri- sto mortem subierunt, & martyrij palmam gloriosè promerentes, plurimis miraculis in ipsa morte & post claruerunt. Ex quo incensus beatus Antonius de Padua, ex Ordine Canonicorum Regularium in quo tunc erat, ad Ordinem ipsum fratrum Minorum se legitur transfuisse: Concessimus ex Apostolica dignitate viuæ vocis oraculo, vt fratres prædicti Ordinis Minorum possent publicè & solenniter celebrare in suis ecclesijs Mis- sa & Horarum officium de supra memoratis sanctis martyribus. Verùm cum fre- quenter aduersarius humani generis, nitatur bona & sancta opera perturbare, nè tam diuinum & pium opus posset aliquis in posterum impedire: tenore præsentium, ex cer- ta nostra scientia, Authoritate Apostolica concedimus, quòd prædicti fratres MINO- RES vbique solenniter & publicè officium plurimorum martyrum pro ipsis Berardo, Petro, Accursio, Adiuto & Ottone, sub officio duplici maiori, ac etiam 16. Ianuarij, qua die ab hoc seculo per martyrium decesserunt, liberè ac cum sana & serena conscientia dicere & celebrare: Inhibentes præfata Apostolica authoritate, nè quis huic nostræ concessionis audeat se opponere: non obstantibus in contrarium facientibus quibus- cunque. Præterea quia difficile esset, præfens Breue ad omnia loca deferri, volumus \* vt legèdū ap- pareat, vt illi- illius transsumpti, alicuius publici notarij subscripto, & sigillo generalis dicti Ordinis, vel vicarij generalis fratrum Minorum de Obseruantia, non immeritò ea prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur, si idem præfens Breue originaliter ostenderetur. Da- tum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die 7. Augusti, Anno Domini 1481. Pontificatus nostri anno XI.

\* deesse via des queant, aut aliquid eiusmodi. \* legèdū ap- pareat, vt illi- lius trans- sumpto, ali- cuius publi- ci notarij manu sub- scripto.

PASSIO SANCTORVM MARTYRVVM SPEVSIP, PI, ELEVSIPPI ET MELEVSIPPI: SED IN GRATIAM LECTORIS PASSIM STYLO MUTATO.

PROLOGVS VVARIHARI.

Cerannius Parisiensis Episcopus circa annu Christi 600



Ancto & a me pontificali apice preferendo Cerannio papae, Vuaribarini, Praecipuis beatissimorum personis episcoporum assidue coequari meritis non desistis in omni conuersatione sacerdotij, sancta quotidie exornari religione festinans, diuinarum scripturarum legendi studio vniuersa dogmata peragrasti. Nunc sanctorum martyrum gesta, ad laudis tuae cumulum, pro amore religionis congregare in vrbe Parisiaca deuotus intendis. Vnde sancto Eusebio Caesareensi in emulationis studio coequandus es, & pari gloriae dono perpetualemente memorandus. Da veniam nostrae imperitiae, quoniam te laudare tantum non sufficimus, quantum es cordis facundia succurrente preferendus. Gesta sanctorum geminorum, qui in suburbio Lingonicae ciuitatis preciosam adepti sunt consummationem martyrij, vel beatissimi Desiderij martyris & Antistitis ipsius ciuitatis sicut deuotionis studio imperastis, ita desiderantissima famulationis obedientia descripsisse cognoscatis.

PASSIO PER NEONEM PRIMVM CONSCRIPTA.

IANVAR. 17.

Tergemini fratres,



Loriofa martyrum certamina studiosus referre Christo auctore copellimur, pro cuius fidei amore suscepta fuisse proculdubio confitemur. Igitur sancti tergemini fratres, Speusippus, Eleusippus & Meleusippus cum quatis ad martyrij dignitate premijs peruenierint, explicare potius, quam silentio pretereire, rectae rationi consentaneum est. Admirandum satis id est, & ad Dei omnipotentis praedestinationem multipliciter referendum. Ergo huius rei ordinem prosequentes, & gratiarum largitoris beneficia accuratè pensantes, rem totam a principio explicemus. Itaque sanctus Polycarpus Smyrnerorum urbis antistes, doctrina beatissimi Iohannis Apostoli & Euangelistae perfecte instructus, spiritu sancto repletus, fidei ducatu cupiens Christi militiam amplificare, per diuersas mundi partes suos dimisit discipulos, Verbum Domini Iesu Christi gentibus cum fiducia predicaturos.

S. Polycarpus mittit suos ad diuersa loca.

Bene precatur ad Gallias euntibus.

Audiens itaque crudelissimam denuo suscitatae persecutione, & principem successisse in regno, qui in Galliarum prouincijs coram se suisque praesidibus Christianos diuersis interimeret supplicijs, generali etiam proposito apud omnes de illis trucidandis edito: beatissimus Polycarpus sanctos Dei sacerdotes, Andochium & Benignum, & Thyrsium diaconum illuc praedicationis studio destinauit, viros scilicet virtutibus praestantissimos, in Dei amore diffusos, ad certaminis agones festinos, ad suscipiendos pro Christi amore itinerum labores omnino deuotos, ad pericula maris aduenda non tardos, peregrinationes cupide amplectentes, parentes pro religione Christi libenti animo relinquentes, poenarum supplicia vel beatae mortis passiones expetentes potius quam timentes. Qui viri tres obediens sanctis monitis, nauiculam ascendunt: sanctusque sanctis valedicens Polycarpus, haec eis mandata dedit: Ite, inquit, viri fortes, in fortitudine Christi fortiter dimicantes: per sanctam Christi confessionem plures commilitones acquirite, cum quibus de victoria triumphantes, nomen & dignitatis gloriam possitis adipisci sempiternam. Fructus laboris vestri multiplici opulencia cumulentur, iustorum paradisi sedes per vos de sanctarum animarum acquisitione eximie letentur. His & alijs multis eos prosequitur sanctus Polycarpus orationibus.

Illi vero nauigantes feliciter, gubernatione diuina ad Massiliensium litora celeriter peruenerunt. Egressique ad terras, DE I angelo praecedente, prosperum iter agentes, & Eduam ciuitatem ingrediuntur: ibique DE I prouisione reperto Fausto, nobilissima familiae viro, senatoria dignitate conspicuo, & praetorianis fascibus sublimi,

mi, gratissime ab eodem hospicio sunt recepti. Quos cum perdidicisset esse presbyteros, suppliciter postulauit, ut amicos vel familiam suam per ablutionem baptismatis efficerent Christianam. Ille autem propter imminentem persecutionem Christum colebat occulte. Obrulit vero etiam & filium suum Symphorianum adolescentem, sanctorum praedicationibus diuinaque praedestinatione successuris temporibus preclarum martyrem futurum: sanctorumque eum tradens manibus, ut a sancto Benigno baptizaretur, atque de sacro fontis lauacro a sancto susciperetur Andochio, attentius deprecatus est. Illi vero opus, ad quod venerant, alacriter peragentes, & tanti viri obtemperantes precibus, per baptismi gratiam voluntatis suae desiderio in omnibus satisfecerunt. Post haec cum idem Faustus causam aduentus eorum ex mutua cum illis collatione diligentius explorasset, sororem nepotesque eius in memoriam pietatis diuinae reduxit, aitque ad illos: Est mihi germana soror, nomine Leonilla, illustris matrona, cuius urbis Lingonicae, cui sunt nepotes ex filio tergemini fratres, vno partu simul editi, literis liberalibus eruditi, paterna tamen traditione adhuc gentili errore viuentes, quos desiderat Christi militiae mancipare. Subuenite, sanctissimi sacerdotes, eius deuotioni, & nobilissimam nobilitate familiam, ut coepistis.

Baptizatur quida a S. Benigno.

His dictis, sancti viri rem, cuius causa eorum venerant, attentius pertractantes, inter se pariter constituunt, ut sanctus Benignus ad territorium Lingonicum illustrandum ex Dei sententia properaret: sancti vero Andochius & Thyrsus in Augustudunensi villa plurimos suis diuinis praedicationibus ad religionem Christianam traudentes, non post multum spatium sub Aureliano principe felici sunt martyrio coronati. Sanctum autem Benignum iam dictus Faustus sorori suae pro munere diuino, sicut erat, transmisit, quae eum velut manna de caelo descendens, cum omni veneratione suscepit. Eodem die memorati nepotes eius in agro, cui Pasmadius nomen est, ad simulacrum deae Nemesis ritu solito prophana sacrificia offerebant, & de superstitiosis libaminibus auiarum reliquias reseruauerant. Quam inuitantes ad conuiuium, seruata protulerunt. Illa vero omnia proiciens canibus, respuit tanquam sterces.

Tunc accedens ad eos, coram S. Benigno, talia coepit verba proferre: Charissimi nepotes, cognoscite Dominum nostrum Iesum Christum, Deum verum & viuum esse, cui angeli & omnis creatura iustam exhibent seruitutem, qui mundum omnem constituit, omnemque rerum materiam libratam subita verbi dispositione coposuit, caeli altitudinem eadem iustione extendit, terrarum spatia dilatavit, immensum abyssi pelagus congregari, & litoribus coarctari firma sententia ordinauit: pinxit caelum stellis, & duo luminaria praecipua constituit, ut omnia ab ipso facta, sua vicissitudine exornarent, vestitaque lumine cuncta detegerent, omnino decreuit. Mare omne piscium habitationi concessit: diuersis arboribus & herbis tellurem omnem vestiuit, cunctaque orbis animalia, qualiacunque demum ea sunt, sua voluntate creauit, postremo hominem ad imaginem & similitudinem suam formare dignatus est: quae ad hoc sapientiae, scientiae & intelligentiae singulari dono locupletauit, ut tam immense fabricae Dominum, omniaque quae patrauit, diligentius perquirat: non per ignorantiae desidia postponat auctorem: ut discernat bonum a malo: ut simulacra hominum manibus facta ex diuersis metallis, sensu carentia, & omni vitali spiramine destituta, ad homines fallidos diabolica aduentione efficta, non solum nullo venerationis studio colat, verum etiam ceu immunda & omni abusione despecta defugiat. Illius enim peruersa aduentione in hoc mundo idola figurauit, qui Adam primum hominem in paradiso constitutum, per praeruaricationem decepit. Derelinquite ergo, dulcissimi nepotes, omnia idola demonibus consecrata, & creatorem omnium rerum Dominum nostrum Iesum Christum, sine ulla ambiguitate confitemini. Hinc per spicuum sit, de quibus simulacris loquatur.

Leonilla ad suos nepotes oratio.

Hinc per spicuum sit, de quibus simulacris loquatur.

ad

ad cælum expandens, Deoque gratias agens, ait: Filius meus, pater vester, in tanta cordis perseveravit duritia, in tartaream iam sedem demersus, scelerum obumbratus caligine, omnis expers sapientiæ & intellectus, cæcatus peruersitatis consilio, ut Christum Deum nec crediderit, nec vnquam voluerit confiteri. Quid ergo prodesse illi poterat sermo diuinus, cuius interiora cordis incredulitatis malitia ad integrum possidebat, qui que lumen verum, circumseptus idolorum caligine, videre non poterat? Ipse vero me fecit hætenus intra taciturnitatis silentium contineri, dum timui, ne sua inimica studio faceret vos à recto tramite perpetuè deuiare. Voluntate autè Dei eo deficiente, omnia impedimèta sublata sunt. Ecce nunc tempus acceptabile. Aperite oculos cordis & corporis, cælum potius intuentes: idolorum inimicam vestræ saluti culturam, Domini nostri Iesu Christi repleti gratia, ab animis vestris radicatus extirpate, ut possitis ad æterna gaudia peruenire. Post hæc cum & alia multa Leonilla cum sancto Benigno nepotibus suis narrasset, ut credulitatis indicia diuina pietas in eisdem patefaceret, visiones, quas nocte præterita viderant, in memoriam reuocârunt.

Visio Speusippi.

Primus Speusippus visionem suam narravit, dicēs: Videbam me in sinum auis meæ receptum, mammillæ suæ plenitudine, lactis abundantia satiari, quæ compellebat me etiam suis monitis, dicēs: Speusippe, bibe lac salutiferum magis, ut plùs bibendo, melius possis summa virtutis cōstantia, in certamine positus cōtra aduersarios gloriosam promereri victoriam. Finita primæ visionis sententiâ, Eleusippus ait: Credite & me huiusmodi visionem vidisse. Vidi in cælo super sedem magnam sedentem, quasi ex electo & gemmis, maiestatis potentia radiantem: cuius splendor immensus meum obumbrabat aspectum, & ob stuporem nimium pauor cordis mei terruit intellectum. Tunc vultu sereno me vocans ad se, ait: Noli timere, coronam victoriæ promerereberis. Tertio loco Meleusippus visionem suam exposuit. Vidi & ego, nescio quem, regem magnum, satis singularia scepra tenentem, qui nos tres pariter ad suam militiam prouocabat, præclaris balteis accingebat, magno nos precio à captiuitatis vinculis redimebat, perpetua libertatis nostræ præmia literis aureis scribebat, donis nos indeficientibus simul remunerabat. Super his ad me exhortandum addidit, dicens: Meleusippe, vos tres fratres in meo palatio collocare decreui, & æternis præmijs pariter coronare. Auia vestra perpetim diebus ac noctibus pro vestra salute supplices preces effundit, ut recto tramite gradientes, liberati de tenebrosa caligine, verum lumen contemplari possitis, & de condemnatione mortis, ad vitam perueniatis perpetuam. Hæc & alia plurima adhortationum verba mihi rex, quem dixi, narravit in visu. O quam admiranda, quam cōcordantia & vnus rei indicia designata, vel sempiterna memoria retinenda. In noctis tenebris adhuc positi, illuminati iam prædestinatione, ex pari gratia sancti gemini videre meruerunt visiones. His tribus pueris obtentu auis antè est Trinitas reuelata per gratiam, quam plenam Christi perciperent disciplinam.

Viderunt, obumbratis ex parte oculis, prius Dominum Deum, quam per oris confessionem plenius cognoscerent Salvatorem. Pensantes denique sancti tergemini intra se de concordia visionum, prædicationibus sancti Benigni, ac beata Leonilla orationibus incessanter instructi, cogitabant attentius, quid agere curarent: desiderantes, ut detersa nube caliginis, purum claritatis lumen in visu lucidiùs visibiliter contemplerentur, & Deum viuum & verum sine vlla ambiguitate cognoscerent. Tunc dixerunt ad auiam suam: Indica nobis quid faciamus, ut prædicatio vestra, omnibus erroribus effugatis, nostram possit proficere ad salutem. His dictis, cum sancto Benigno beata Leonilla exultans de sancta confessione nepotum suorum, & Deo gratias agens, dixit ad eos vnâ cum sancto Benigno: Custodite omnia mandata diuina, & regem regum Christum Deum esse sine dubio credite: separati à nefandis idolis, vosmetipsos creatori vestro Deo offerete. Docuit autem eos sanctus Benignus omnem sanctam doctrinam, & ut perfectos in fide Christi, confessionem credulitatis veram & manifestam per infusionem sancti spiritus eos cognouit ad integrum recepisse, baptismatis ipsos gratia cōsecrauit. Deinde S. Benignus ad castrum Diuionem perrexit, ubi plures laboris sui fructus cōgregans, non post multum tempus pro multis meritis condignam martyrij coronam promeruit.

Sancti verò tergemini fratres confirmati in omni fide Christi, seruis suis præceperunt, ut simulacrum Nemesis frangerent, duodecim fana, quæ in domo eorum constituta erant, funditus euerterent, ipsas etiam idolorum statuas, simul in fragmenta redactas, protinus

Obserua hæc.

Tergemini fratres baptizantur.

protinus dissiparent. Feceruntque serui omnia, quæ à dominis fuerant imperata. Inter cæsa fama velox cunctos ciuitatis Lingonicæ fines peruasit, tergeminos fratres, nepotes Leonilla, illustribus ortos natalibus, ad Christi cultum deuotionis studio manifestissime declinasse, & Iesu Christi omnipotentis Dei fiducia, deorum simulacra pro nihilo habentes, & omni abusione despicientes, à fundamentis eueriti iussisse. Crescit rumor immensus in populo, excitantur in iracundiam primates, iudices & sacerdotes idolorum, & nimio furore succensi, ad Dei pueros vndique conueniunt. Congregatique in vnum, dixerunt primores ad eos: Quæ vos tam repentina inuasit temeritas? Quis vobis persuasit deorum nostrorum culturam relinquere, quam nostri vestriq; Maiores ab antiquis temporibus coluisse noscuntur? Itane decretum principum cōuellitis? Christum, quem pro Deo adoratis, Iudei morti adiudicatum cruci affixerunt. Tunc sancti tergemini repleti spiritu sancto, dixerunt ad eos: O obsecrati corde, in profunda demersi caligine, perpetuis tenebris obumbrati, nimium pondere peccatorum depressi, poenis indeficientibus & morti perpetuæ additi, antiqui hostis errore decepti, qui nos saxa & cætera metalla in humanas formas ab hominibus redacta adorare cōpellitis, quæ nulum vitæ spiraculum habent, quæ nihil sentiunt, prorsusq; pro nihilo à stultis coluntur. Dominus noster Iesus Christus, ipse est Deus viuus & verus, cū Patre & Spiritu sancto, vnus in Trinitate deitatis, & trinus in maiestatis vnitatem credendus: Deus de Deo, lumen de lumine, splendor à splendore procedens, qui semper est, semperq; fuit, semper etiam & sine fine manebit. Ipse fecit omnia, quæ in mundo sunt.

Permoti sunt his auditis populi, primates, iudices ac sacerdotes, qui ad spectaculum venerant, nimia iracundia in Dei famulos. Exurgens autem Quadratus ira repletus, Speusippum & Eleusippum pugno percussit in faciem. Ipsi duo tantum locuti fuerant. Condolens Meleusippus exclamauit, dicens: Cur me istius beneficii, iustus, inquam, huius, cum fratribus meis non fecisti participem? In illos declarasti optabile passionis principium, me autem quasi incredulum cum tuis incredulis honorans, à sancto consortio exclusisti. Vnanimis in Christi confessione sumus, æqualiter per vestram perfidiam de Christi remuneratione congratulamur. Quadratus respondit: Hodie vos pro cōtemptu deorum nostrorum diuersis cruciatibus punire constituimus. Eleusippus dixit: Quanto nobis maiora tormenta parabitis, tanto amplius nos de Dei gratia confirmatis. Palmatus dixit: Nisi linguas eorum radicatus amputemus, non cessabunt loqui in iniuriam nostram, vel deorum nostrorum. Speusippus respondit: Si linguas nostras crudelitas vestra carnales absciderit, in interioribus nostris magnalia Dei narrabimus, & de sancta in Christum fide nunquam nos vestra malitia separabit. Iterum Palmatus & Hermogenes dixerunt: Infelices, vnanimiter ad mortis vestræ interitum festinatis. Speusippus respondit: Mori pro Christo, gloriosum est: inde ad vitam celerius peruenimus æternam, ubi nulla tristitia est, sed gaudia, quæ nullo tempore finiuntur. Videntes autem eos Palmatus, Quadratus & Hermogenes in Christi confessionis cōstantia perdurare, cogitabant attentius, quibus eos grauissimis tormentis excruciant, & quo genere mortis propter metum eorum, qui aduenerant, crudelissimè perimerent. Dum hæc diligentius pertractarent, beatam Leonillam ad se accersiri præcipiunt, si forsitan per eius blandimenta sermonum & suasiones reuocari possent ad simulacrorum culturam: sicque Christi maiestatem ac diuinitatem per omnia abnegarent. Cum ergo beata Leonilla ad eos peruenisset, dixerunt ei iudices: Perge ad nepotes tuos, & si eos seruare desideras, & à poenarum supplicij mortisque interitu liberare, suade eis, ut fana restituant, quæ destruxerunt, deosque nostros adorantes, consueta ijs offerant sacrificia.

Hæc & alia illis dicentibus, ait ad eos Leonilla: Ibo, & suadebo eis, quæ mihi ad eorum videbuntur pertinere salutem. Veniens denique beata Leonilla ad nepotes suos, cum cognouisset eos in sancta confessione perseverare, multa exultatione gauisa est: & præbens singulis dulcia oscula, lachrymansque præ gaudio, & multas Deo omnipotenti preces effundens, Christoque gratias agens, dixit illis: Nullus vestræ stirpis nobilior, nullus ditior, nullus melior, nullus Deo gratior inuenitur. Omnem familiam vestram præclara Christi confessione illustratis: in tenera ætate positi, cunctos Maiores generis vestri sapientia præcessistis: thesaurum immensum, nulloque precio æstimandum, per Christi militiam acquisistis. Estote ergo in sancta CHRISTI religione constantes, & perseue-

Tergemini fratrum constantia.

Vide egregiam S. Meleusippi virtutem.

Mori pro Christo, gloriosum est.

Leonilla suos confirmat nepotes.



perseuerate fortiter. Nulla vos frangat aduersitas, nullæ minæ, nulla tormētorum supplicia vestros terreat animos, viriliter Christi fide armatos. Regna huius mundi, que videntur, & cum vita hac temporaria finiuntur, nihil sunt. Regnum autem Dei inuisibile & sempiternum concupiscere, perpetua est atque perfecta, & super omnia opportuna sapientiæ plenitudo. Per hos momentaneos labores & celeriter transiuras portas ad æterna gaudia peruenietis.

Crudelissimi sancti martyres cruciantur.

His dictis, ut vidit eos plenos gratia Christi in sua stabilitate permanere, & datâ Deo fidem præstare fortiter, Christo illos cum integra deuotione commendans, discendâ eis. Interrogati autem à iudicibus, si vellent ipsis consentire, & deorum suorum similia, cra adorare, iubentur id publica voce confiteri. Sed cum illi pertinaci sententia in Dei fide & amore persistenter, nec vlla ratione assensum præberent petentibus, ligatis sursum manibus, pedibus verò deorsum, in arbore vna suspensi sunt. Tanta verò tormentorum adinuentione sunt extensi, ut penè putarentur ab ipsa membrorum compage separari. Confortati tamen à Christo, & virtutis tolerantia interius diuinitus ministrata, in confessione & fide Christi viriliter permanebant. Et in ipsis tormentis, suspensus cum fratribus Meleusippus iudicibus insultabat, dicens: Dominus noster & Saluator Iesus Christus clauis cruci affixus, pro nostra redemptione sancto pendit in ligno, vnde crucis signum obrinere meruimus. Nos quoque tres eius famuli, in vno hoc stipite pendentes, pro eius nomine efficiamur martyres gloriosi. O beatum fructum ipsius arboris, quæ tres portauit martyres, Trinitatis nomini consecratos. Videntes autem iudices eos confortari, non contristari in supplicijs, dixerunt ad eos: Non in hac arbore, sicut vos velle dicitis, moriemini, sed igne vltore peribitis. Meleusippus iterum respondens, ait ad eos: Maior erit nobis beatitudinis augmentatio, si per ignem probati transierimus ad Deum, & de tenebris per hunc ignem perpetuam peruenerimus ad lucem. Tunc denique iudices propter metum, qui aderant, populorum, congregari iusserunt ligna, & cetera, quæ solent igni fomenta præbere.

Indè in igne iactantur, sed manent illæsi.

Ignis itaque copiosus acceditur, ligatis manibus & pedibus sancti tergemini in ignem precipitantur. Affuit Christus Saluator in medio, & diruptis vinculis, sancti gloriabantur in igne, nec vllum ex eis contingebant incendia. O beatum ignem, qui tantum originale purgavit peccatum, & nullum sanctorum membris de incendio intulit detrimentum. Adiuuit potius ignis sanctos, per quem eis nocere voluit, at non potuit, inimicus. Ignis interim ab incredulis acrius acceditur, ut sanctorum corpora sine mora comburantur: sed vertens illud diuina misericordia in melius, indè sanctis lumen inextinguibile preparauit. Flammæ ardentes altius quidem eleuatae sunt, sed Christi voluntati obsequentes, sanctorum præcipuam gloriam ostendebant, quæ in exitiosam à persecutoribus ruinam erant preparata. Ignis ad sanctorum membra consumenda vires proprias habere non potuit, quoniam Dei potentia caloris æstus suis sanctis pro sua benignitate temperauit. Viderunt impij & iniqui persecutores inter immensas flammæ exultare sanctos tergeminos, perseuerare illæsos, quos putauerunt per tantum incendium, quod illis admouerant, subito consumptum iri. Ambulandi verò etiam in igne sancti tergemini est à Christo data facultas, ut maior incredulis accederet, mysteria diuina inuidentibus, de confusione tristitia. Defecerunt itaque ligna, & omnia ignis fomenta: sancti verò tergemini, deficientibus flammis, in medio stantes, persecutorum malitiam iridebant, dicentes: Data nobis est, si volumus, de presenti ad Christum migrandi potestas: at si adhuc deliberamus vestrae dementiae viucentes in seculo insultare, concessum est. At verò melius nobis est, ad eius epulas festinare, vbi sceneratio non deficit largitoris. Post sopitum ergo ignem, cum increduli ad sanctos tergeminos propinquassent, nullas quantum curiosi videre potuerunt in sanctorum membris de incendio cicatrices.

Sancti martyres ad cælos migrat.

Sed ut maior non fieret desiderantibus mora martyrij, & ut preparatas dudum, iam acciperent immarcescibiles à Christo coronas, vident choros angelorum ad se excipientes ante oculos ipsorum stare paratos: Flecentesque genua in terra, in oratione prostrati, felici euocatione Christi inuitati, sancti simul emittentes spiritum, pariter emigrasse noscuntur ad cælos. Delata sunt autem sanctorum corpora ac sepulta à deuotis secundo milliario ab vrbe Lingonica in vico, qui vocatur Vrbarum, vbi se duæ viæ maximæ coniungunt, & aliæ ante has à diuersa parte subiunguntur, ut ibi & expedita voluntatis deuotione, & iter agētium opportunius subiuncta collectione, semper frequens affit

affit populorum ad eorum limina orationis causa vndique concursio. Ibi sanè quicquid cum deuotione petitur, obtentu sanctorum tergemini quodidie, Deo largiente, præstatur. Sanitarum ibidem suffragia per eisdem sedulè infirmantibus ministrantur, merentibus confortationis cōsolatio sine mora conceditur, & præcipuus basilicæ eorum semper additur cultus, & opum largitas in melius à deuotis quodidie augetur. Illud etiam rationabiliter videtur annectendum, quod ad laudem sanctorum tergemini augendam, vel cultum religionis dinoscitur pertinere: quoniam per eorum sanctam acquisitionem numerus est martyrum, inspirante Domino, augmentatus.

Videns denique Iouilla quædam mulier tam preciosam sanctorum tergemini martyrij consummationem, spreto maritali consortio, paruuli & vnici filij dulcem derelinquens amplexum, inter incredulas turbas, adhuc in persecutionis ardore commotas, veloci cursu properans, exclamauit, dicēs: Et ego ancilla Christi sum: Christum Deum viuum & verum sine vlla ambiguitate pronuncio. idola vestra ignominiosa & vana omnino adorare despicio. His dictis, continuo comprehensa, & propter metum circumstantium populorum à capillis suspensa, multisque afflictis supplicijs, cum Christum negare coacta nullatenus voluisset, vna cum beata Leonilla auia sanctorum, ad locum deducta martyrij, ad memoratum videlicet vicum Vrbarum, à persecutoribus cum eadem gladio est perempta.

Iouille egregia fortitudo & martyrium.

Item Leonilla.

Neon quoque, textor historiarum huius atque scriptor, tradens Turboni codicem, inter medias turmas persecutorum ingressus, cupiens sanctorum tergemini militiæ beatissimæ sociari, Christi nomen confessus, tantis est patienter ictibus mactatus, ut vita temporali expoliatus, martyrij palma continuo meruerit coronari. Turbon autem non post multum tempus, doctrina beatissimorum tergemini perfecte instructus, à persecutoribus captus, & ipse est martyrij remuneratione locupletatus. Acta sunt hæc sub Aureliano principe, Palmato, Quadrato & Hermogene præsidibus, sub die xvj. Calend. Februar. At inuentio sanctorum corporum tergemini, vel dedicatio ipsius basilicæ, est colenda xiiij. Calend. Octobr. regnante Domino nostro I E S V Christo, cuius cum Deo patri & spiritu sancto honor, virtus & gloria in secula seculorum, Amen.

#### Candido Lectori F. Laurentius Surius.

In hac sanctorum tergemini martyrum historiam aliquot mendæ ne utiquam tolerabiles irrepserant. Nam Polycarpum MS. codices plerique habebant Ephesi episcopus. Item Aurelianum Imperatorem successisse Severo patri, quorum neuter fuit Polycarpi ætate: fallumque est, Seuerum hunc fuisse Aureliani parentem. Et quantum etiam antiqua typis excusa Martyrologia Aurelianum legunt, tamen propter Polycarpum, qui sub Antonino Vero, qui etiam Aurelius Verus appellatur, passus est, planè arbitror pro Aureliano Aurelium esse legendum. Interea nihilominus reliqui Aurelianum, nè quid temerè mutasse viderer: vno dempto loco, vbi scriptum erat, temporibus Polycarpi Aurelianum sequissimam in Christianos excitasse persecutionem, quod librarij alicuius imperiti incuria vel inscitia ita perperam scriptum fuisse apparet. Facile autem in nominibus principum sit lapsus aliquis, dum exemplaria negligenter describuntur: nec tamen propterea statim historiae fides detrahenda est. Vale.

#### S. Athanasij episcopi in vitam S. Antonij monachi præfatio.

Athanasius episcopus ad peregrinos fratres. Optimum, Fratres, in istis certamen, aut æquari Aegypti monachis, aut superare nitentes virtutis instantia. Etenim apud vos iam plurima sunt monasteria, monachorum quoque nomen est celebre, & hanc voluntatē iuste quisque mirabitur, orantibusque vobis optatum Deus tribuet effectum. Quoniam igitur exegistis à me, ut vobis scriberem de conuersatione beati Antonij, volētibus discere quemadmodum cœperit, quid ve fuerit ante sanctum propositum, qualem etiam habuerit terminum vitæ, & si vera sunt ea, quæ de ipso fama dispersit, ut ad eius æmulationem atque exemplum vos instituere possitis, magna cum lætitia suscepi vestrae charitatis imperium. Etenim mihi ingens lucrum est, atque vtilitas hoc ipsum, quod recordor Antonij, & vos cum admiratione audientes, scio eius propositum cupere sectari. perfecta est siquidem ad virtutem via, Antonium scire quid fuerit. Ergo, ut breuiter dicam, ex omnibus quæ de eo referentium sermo iactauit, Antonium credi.

Perfecta est ad virtutem via, scire Antonium quid fuerit.

credite, & minima vos existimate audisse de maximis: quia nō ambigo nec eos omnia potuisse cognoscere, cum & ego rogatus à vobis, quantacunque per epistolam significauero, non aequalia sim eius meritis narraturus. Sed & vos omnes hinc nauigantes studiosè percontamini, quò singulis quæ nōrunt referentibus, congrua dignaque tanti nominis relatio compleatur. Disponebam itaq; postlectionem literarum vestrarum aliquos ad me monachos inuitare, & maximè eos, q crebrò ad eum ire consueuerat, ut plenius aliquid addiscens, munera vobis maiora transmitterem. Sed quoniam & nauigationis tempora labeantur, & literarum portitor vehementissimè festinabat: idcirco quæ & ipse noueram, (frequenter enim eum visitaui) & quæ ab eo didici, qui ad præbendam ei aquam non paululùm temporis cum eo feci, dilectioni vestræ indicare properaui: utrobiquè curam veritatis habens, ut neque plùs aliquis audiens, miraculorum confectionem non credat: nec rursùm meritis eius inferiora cognoscens, non putet digni esse miraculo pro tanti nominis viro.

VITA S. ANTONII ABBATIS, AB ATHANASIO EPISCOPO ALEXANDRINO CONSCRIPTA, & ab Euagrio presbytero à Græco in Latinum translata.

17. IANUAR.

Antonij genitricis & partria.

Psal. 100.

Sancta puerritia.



Antonius nobilibus religiosisque parentibus natus, in Aegypto oriundus fuit, tanta suorum nutritus cura, ut nihil aliud præter parentes, domumq; cognosceret. Et cum iam puer esset, non se literis erudiri, non ineptis infantium iungi passus est fabulis: sed Dei desiderio flagrans, secundum quod scriptum est, innocenter habitabat domi. Ad ecclesiam quoque cum parentibus sepe cōueniens, nec infantum lasciuias, nec puerorum negligentiam se stabatur: sed tantum ea, quæ legebantur, auscultans, utilitatē præceptorum vitæ institutione seruabat: nō suis, ut solet illa ætas, provarijs & delicatis cibus vnquam tēdio fuit: non escæ mollioris blandimenta sectatus est, his solum, quæ dabantur, contentus, nihil amplius requisit.

Post mortem autem parentum, annorum circiter decem & octo, seu viginti, cum sorore admodum parvula derelictus, & domus, & sororis honestam curam gerebat, Necdum verò sex fluxerant menses, quibus ad ecclesiam (ut solebat) accurrens, recordabatur, quomodo & Apostoli omnibus spretis, secuti fuissent Saluatorem, & multi, ut legitur in Actis Apostolorum, facultatibus suis venditis, precia ad pedes eorum detulissent egentibus partienda: quæ ve aut quanta spes ipsæm reposita esset in cælis. Talia secum voluens, intrauit ecclesiam: & accidit ut tunc legeretur euangelium, in quo Dominus dicit ad diuitem: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua quæcunque habes, & da pauperibus, & veni, sequere me, & habebis thesaurum in cælo. Quo audito, quasi diuinitus huiusmodi antè memoriam concepisset, & veluti propter se hæc esset scriptura recitata, ad se Dominicum traxit imperium: statimque regressus, possessiones, quas habebat, vendidit. Erant autem ei trecentæ palmæ vberes, & valdè optimæ, quas vicinis largitus est, nè in aliquo aut sibi, aut sorori molestia gigneretur. Cetera verò, quæ in mobilibus possidebat, vniuersa vendidit: & aggregato non exiguo precio, indigentibus dedit: paucis tamen ob sororem reseruatis, quæ & sexu, & ætate videbatur infirmior. Rursùm autem ecclesiam ingressus, cum audisset Dominum in Euangelio dicentem, Nolite cogitare de crastino: reliquam quoque portionem pauperibus distribuit, neque se versari passus est domi. sed sorore fidelibus ac notis virginibus commēdata, ut earum nutrire exemplo, ipse iam omnibus seculi vinculis liber, asperum atque arduum arripuit institutum.

Degit foliarius.

Necdum autem tam crebra erant in Aegypto monasteria, neq; omnino quisquam auiam solitudinem nouerat: sed quicumque in Christi seruitute sibimetipsi prodesse cupiebat, nō longè à sua villula separatus instituebatur. Erat igitur in agello vicino senex quidam, vitam solitariam à prima sectatus ætate: hunc Antonius cum vidisset, æmulatus est ad bonum. Et primò quidem incipiens, etiam ipse in locis paululùm à villa remotioribus manebat: exindè autem si quem in hoc studio vigilantem compererat, procedens

adde querebat ut apud prudentissima, nec ad habitaculum suum antè remeabat, nisi ei quem cupiebat, fruere ad spectibus: & sic, tanquam munere mellis accepto, abibat ad sua. Tali ibidem institutus exordio, cum per dies singulos ita animum roboraret, ut nec opum paternarum, nec suorum meminisset affinium, omne etiam desiderium & sollicitudinem erga id, quod cœperat, exereret, operabatur manibus suis, sciens scriptum esse: Qui non operatur, non manducet: mercedem sanè operis sui, precio panis 2. Theff. 3. excepto, egentibus largiebatur. Orabat frequenter, quippe qui didicerat, quòd oportet. 1. Theff. 5. ret sine intermissione Dominum orare. Auditioni etiam scripturarū ita studium commodabat, ut nihil ex eius animo laberetur: sed vniuersa Domini præcepta custodiens, memoriam pro libris haberet. Sic suam vitam instituens, ab vniuersis fratribus puro diligebatur affectu, & omnibus, ad quos studio discendi pergebat, obediens, proprias singulorū gratias hauriebat. Huius continentiam, iucunditatem illius se stabatur: istius lenitatem, illius vigilantiam, alterius legendi æmulabatur industriam: istum ieiunantem, illum humiliter quiescentem mirabatur: alterius patientiā, alterius māsuetudinem prædicabat: omnium quoque vicariam erga se retinens charitatem, atque vniuersis virtutum partibus irrigatus, ad sedem propriam regrediebatur. Ibi secum vniuersa pertractans, omnium in se bona nitebatur exprimere. Neque verò aduersum cœuos aliquando mouebatur, sed ea tantummodò flamma egregio viro crescebat in pectore, nè secundus cuiquam in prædictis operibus inueniretur. Et hoc ita faciebat, ut cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen charus esset. Nam & vicini & monachi, ad quos sepe veniebat, Antonium videntes, Deicolam nuncupabant, indultisque naturæ vocabulis, quidam ut filium, alij ut patrem diligebant.

Um hæc gereret Antonius, quibus omnium in se prouocaret affectum, inimicus nominis Christiani diabolus, impatiens ferens tantas in adolescente virtutes, veteranis eum aggressus est fraudibus. Et primò quidem tentans, si quo modo posset ab arrepto eum instituto detrahere, immittebat ei memoriam possessionū, sororis defensionem, generis nobilitatem, amorem rerum, fluxam seculi gloriam, escæ variam delectationem, & reliqua vitæ remissioris blandimenta, postremò virtutis arduum finem, & maximum perueniendi laborem, necnon & corporis fragilitatem suggerebat, & ætatis spatia prolata, prorsus maximam ei cogitationum caliginem suscitabat, volens eum à recto proposito reuocare. Postquam autem diabolus orationibus eius ad Deum per passionis fidem se intellexit elidi, consueta aduersum omnes adolescentes arma arripiens, nocturnis eum inquietabat illecebris. Et primùm noctibus infesta multitudine, & horribili metu sonitus cum exagitate conabatur. Per dies etiam tam apertis in eum telis iruebat, ut nullus ambigeret, quin Antonius contra diabolum dimicaret: nam & ille cogitationes sordidas conabatur inserere, & hic eas oratu sum mouebat assiduo. Ille titillabat sensus naturali carnis ardore: hic fide, vigilijs & ieiunijs corpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchræ mulieris vertebatur ornatū, nulla omittens figmenta lasciuia: hic vltices gehennæ flammæ, & dolore vermium recordans, ingesta sibi libidini opponerebat. Ille lubricum adolescentiæ iter, & ad ruinam facile proponebat: hic æterna futuri iudicij tormenta considerans, ille sam animæ puritatem per tentamenta seruabat.

Ita autem omnia ad confusionem diaboli fiebant. Qui enim similem se Deo fieri posse existimabat, nunc ab adolescente, ut miserimus, deludebatur: & qui contra carnem & sanguinem sequebat, ab homine, qui carnem portabat, elusus est. Adiuuabat enim seruum suū Dominus, qui nostri gratia carnem suscipiens, victoriam corpori cōtra diabolum largitus est, ut singulis ita certatibus, Apostolicum liceret proferre sermonem: Non autem ego, sed gratia Dei, quæ mecum est. Postremò cum nec hoc argumēto destrucere posset Antonium draco deterrimus, & videret se semper ab eius cogitationibus repelli, secundum quod scriptum est, stridens dentibus, & ululans, qualis est merito, talis apparebat & vultu: puer horridus atque niger, ad eius se genua prouoluens, humana voce flebat, dicens: Multos seduxi, plurimos decepi: nūc autem ut à ceteris sanctis, ita & tuo specie vider sum labore superatus. Quem cum interrogaret Antonius quisnam esset, qui talia loqueretur, ait: Ego sum fornicationis amicus, ego multimoda aduersum omnes adolescentis turpitudinis arma suscepi, hinc & spiritus fornicationis vocor. Quantos pudicè viuere disponentes fefelli: quot tenuiter incipientes, ad sordes pristinas redire perdidisti? Ego sum, propter quem Propheta lapsos increpat, dicens: Spiritu fornicationis se-

Aliorum in se virtutes exprimit.

Diabolica infestatur insidija.

Vigilijs & ieiunijs corpus omne vallabat.

1. Cor. 15.

Matt. 8.

Turpissima specie videt demonē.

Osee 4.

ducti estis: & reuerà per me illi fuerant supplantati. Ego sum, qui teipsum sepe tentavi, & semper repulsus sum. Cum hoc Christi miles audisset, gratias agens Deo, & largiore aduersus inimicum confortatus audacia, ait: Multum ergò despicibilis, multumque cõtempribilis es, nam & obscuritas tua & ætas, infirmarum signa sunt rerum. Nulla mihi iam de te cura est: Dominus mihi adiutor est, & ego exultabo super inimicos meos. Et statim ad vocem cantantis phantasma, quod videbatur, euauit.

**Rom. 8.** Hæc autem Antonij contra diabolum fuit prima victoria, immò virtus in Antonio Saluatoris, qui peccatum in carne condemnavit, vt iustificatio legis, in nobis completeretur: quia non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Sed neque Antonio securitatem dedit hinc vnus triumphus, nec diabolo semel fractæ defecere vires. Nam & iste, vt leo rugiens, querebat aditum, per quem posset irrumpere: & ille scripturarum doctus eloquio, non ignorabat multas esse demonum captiones. Propter quod solerti propositum labore seruabat, considerans quia posset satanas in carnis colluctatione superatus, nouarum aduersus se artium machinas acrius commouere. Idcirco magis ac magis subiugabat corpus suum, nè victor aliorum, in alijs vinceretur. Disprensus igitur duriori se vitæ lege constringere, cum omnes infatigabilem adolescentis mirarentur instantiam, sanctum toleranter ferebat laborem, & voluntariæ seruitutis

**Inediæ, vigiliæ & orationes Antonij.** longum in Dei opere studium, consuetudine in naturam vertebat. Inediæ autem & vigiliarum instantum patiens erat, vt credulitatem viribus vinceret. Pernoctabat in oratione sapissimè, edebat semel in die post solis occasum: nonnunquam biduo, triduoque sic permanens, quarta demùm die reficiebatur. Sumebat verò panem & sal, porumque aquæ perparum, de carnibus verò & vino tacere melius puto, quàm quicquam dicere: quoniam nec apud plurimos quidem monachorum istiusmodi efcæ in vsu habentur.

**Lectus eius** Quieti autem membra concedens, iunco contexto atque cilicio utebatur: nonnunquam etiam super nudam humum iacebat, vnguenta penitus repudians. Dicebat enim minimè posse vtentium, & præcipuè iuuenem, corpora roborari, si olei essent lenitate mollita: oportere verò asperos carni labores imperare, secundum Apostoli præceptum, dicentis: Quando infirmor, tunc fortior sum & potens. Asserebatque sensum sic animi posse reuiuiscere, si corporis fuisset impetus fatigatus. Vnde nec temporum longitudine laborum merita pensabat, sed amore & famulatu spontaneo semper tantquam in principijs constitutus, ad profectum diuini metus desiderium concitabat: nouisque cupiens augeri præterita, supramemorati doctoris sermonum recordabatur, qui ait: Præterita obliuiscens, & in futurum conualescens. Meminerat quoque Elias prophetę, dicentis: Viuit Dominus, cui adsto hodiè ante ipsum, & diserebat, cur Hodiè esset appositum, quia non computabat Elias præteritum tempus: sed tantquam quotidie in certamine cõstitutus, talem se præbere cupiebat, qualem sciebat dignum Dei esse conspectibus, purum corde, & paratum obedire voluntati eius.

**Atrocissimè verberatur à demonibus.** Igitur sanctus Antonius secum reputans, oportere Dei famulum ex instituto magni Eliæ exemplum capere, & ad illud speculum vitam suam debere componere, ad sepulcra non longè à villa constituta secessit, vni de cognitis mandans, vt statutis diebus sibi alimèta deferret. Et cum in vna marmoraria supradictus frater eum clauisset, solus ibidem morabatur. Metuens ergò diabolus, nè accessu temporis eremum quoque habitari faceret, ita eum aggregatis satellitibus suis varia cæde lacerauit, vt doloris magnitudo & morum auferret, & vocem. Nam & ipse postea referebat, vulnera fuisse tam graua, vt vniuersa hominum tormenta superarent: sed Dei prouidentia, quæ nunquam in se sperantibus deest, conseruauit eum. Alio die is, quem supradiximus, frater aduenit, cibos deferens affuetos, atque eum iacentem in terra semimortuum, fractis foribus, inuenit. Quem impositum humeris, ad villulæ domicilium reportauit. Quo audito, ingens vicinorum atque affinium multitudo concurrens, tristi in medio positi funerali debitum reddebat officium. Etiam media noctis parte transgressa, grauis peruiugiles omnium oculos vicerat sopor: Antonius, anima paululùm redeunte, suspirans eleuauit caput: ceteris verò alta quiete prostratis, eum, à quo delatus fuerat, vigilare conspexit, eumque nutu aduocans, obsecrauit, vt nullo penitus excitato, ad pristinum se referret habitaculum.

Relatus ergò, iuxta consuetudinem solus iterum permanebat: & stare quidem propter recentes plagas non poterat, orans verò prostratus, post orationem clara voce dicebat:

cebat: Ecce ego hinc sum Antonius: non fugio vestra certamina, etiam si maiora faciat: nullus me separabit à charitate Christi. Psallebatque dicens: Si constant aduersum me castra, non timebit cor meum. Talia eo dicente, bonorum hostis diabolus admiratus, quòd post rot verbera fuisset a usus reuerti, congregatis canibus suis, & proprio furore se lanias: Videtis, ait, quòd nec spiritu fornicationis, nec corporis doloribus superatus, insuper audeat laceffire nos. Omnia arma corripite, acris nobis impugnandus est. Sentiat, sentiat: debet scire, quos prouocet. Dixit, & in adhortantis vocem audientium turbam consentit: quia innumeras diabolus habet artes nocendi. Sonitus igitur repentinus increpuit, ita vt loco funditus agitato, & parietibus patefactis, multifaria demonum exindè turba se effunderet: nam & bestiarum, & serpentium formas induentes, omnem protinus locum repleuere phantasias leonum, taurorum, luporum, aspidum, serpentium, scorpionum, necnon & pardorum atque vrsorum. Et hæc singula secundum suam fremebant naturam. Rugiebat leo, occidere volens: taurus mugitu & cornibus minabatur: serpens sibilo personabat: luporum impetus inhiabat: pardus discolor à tergo, authoris sui calliditate varias indicabat. Truces omnium vultus, & vocis horrida dirus auditus. Antonius flagellatus atque confossus, sentiebat quidem asperiores corporis dolores, sed imperterritus, durabat mente peruigili. Et licet gemitum vulnera carnis exprimerent, sensu tamen idem permanens, quasi de inimicis luderet, loquebatur: Si virium aliquid haberetis, sufficeret vnus ad prælium: sed quoniam Domino vos eneruante frangimini, multitidine tentatis inferre terrores: cum hoc ipsum infirmitatis indicium sit, quòd irrationabiliū induitis formas bestiarum. Rursumque confidens aiebat: Si quid valetis, si vobis mei potestatem Dominus dedit, ecce præsto sum: deuorate concessum: Si verò non potestis, cur frustra nitimini? Signum enim crucis, & fides ad Dominum, inexpugnabilis nobis murus est. Multa contra sanctum Antonium minantes, fremebant dentibus suis, quòd nullus eorum tentamenta sequeretur effectus, sed maximè e contrariò gigneretur illusio.

**Signum crucis & fides ad dominum, murus inexpugnabilis.**

Non oblitus Iesus colluctationis serui, eidem protector factus est. Denique cum eleuaret oculos, vidit desuper culmen aperiri, & deductis tenebris, radium ad se lucis influere. Post eius splendoris aduentum, nec demonum aliquis apparuit, & corporis dolor extemplo deletus est. Aedificium quoque, quod paulo ante dissolutum fuerat, instauratum est. Illico præsentiam Domini intellexit Antonius, & ex intimo pectore trahens longa suspiria, ad visionem, quæ ei apparuerat, loquebatur, dicens: Vbi eras, bone Iesu? vbi eras? Quare non à principio affuisti, vt sanares vulnera mea? Et vox ad eum facta est, dicens: Antoni, hinc eram, sed expectabam videre certamen tuum. Nunc autem quia dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nominari. His auditis exurgens, instantum roboratus orabat, vt intelligeret se plus recepisse tunc virium, quàm ante perdidit. Erat autem tunc Antonius annos natus trigintaquinque.

Exindè cum voluntati promptæ merita religiosa succrescere, vadens ad supradictum senem, precabatur vt in deserto pariter abirent. Causante illo senile æuum & rei nouitatem, solus contendit ad montem, & eremi adhuc monachis ignota vitæ, rupto metu, viam conatus est pandere. Sed nec tunc cessauit infatigabilis aduersarius: nam impedire eius propositum volens, argentum discum in itinere proiecit. Quo viso, Antonius callidi artificis agnouit astutiam: stansque intrepidus, & discum totius intuens oculis, doli authorem in phantasmate obiurgabat argenti, talia secum reputans: Vnde hinc in deserto discus? auium hoc iter est: nulla sunt vestigia commeantium: lapsus de sarcina, præ magnitudine latere non potuit: sed & qui perdidit reuersus, ob solitudinem locorum inuenisset profectum, quod rucrat. Hoc artificium, diabole, tuum est: non impedies voluntatem meam: argentum tuum tecum sit in perditionem. Hæc illo dicente, discus, vt fumus à facie eius euauit. Dehinc non vt ante in phantasmate, sed ingentem auri massam in itinere conspexit. Verum hanc vtrum diabolus simulauerit, an ad Antonium comprobandum, quia nec veris opibus inescaretur, virtus cælestis ostenderit, ignoratur: hoc tamen agnouimus, quia quod visum est, aurum fuit. At ille magnitudinem admiratus radiantis metalli, rapido cursu, quasi quoddam vitaret incendi-  
um, ad montem vsque perrexit: ibique flumine transuadato, inuenit castellum desertum, plenum ob tempus & solitudinem venenatorum animalium, in quo se constituens nouus hospes habitauit. Statim ad eius aduentum ingens turba serpentium, quasi per-

**Petit eremum.**

**Insidie maligni demonis.**

**Fugit auro conspecto.**

secutorem passā, profugit. At ille obstructo lapidibus introitu, panes mensium sex, vt Thebeis mos est, secum recondens: nam crebro per annum incorrupti durare solent: necnon & exiguum habens aquae, solitarius perdurabat, nusquam inde procedens, nunquam aliquem suscipiens: intantum, vt cum bis in anno per rectum desuper panes acciperet, nullum cum deferentibus haberet alloquium.

Multis igitur videndi eum desiderio, & studio requirendi ante ostium eius pernoctantibus, audiebantur vt vulgi voces aduersum Antonium, tumultusque dicentium: Quid te nostris ingeris habitaculis? quid tibi & deserto? Abscede à finibus alienis: non potest hic habitare, non nostras insidias sustinere. Et primò quidem, qui foris erant, existimabant aliquos homines scalis positos introisse, ibique contendere. Postquam autem per cauernam introsipientes nullum viderunt, daemones intellexerunt contra eum contendere: & nimio metu perterriti, Antonij auxilium flagitabant. At ille ostio propinquans, ad consolandos fratres, nè timerent, atque vt inde recederent, precabatur: trepidantibusque asseribat à daemonibus incuti metum: Signate vos, inquiens, & abite securi, ipsosque semetipsos finite deludere. Itaque illis reuertentibus, hic remanebat ille sus, nec vnquam in certamine lassabatur. Accedentium autem augmentum profectuum, vel debilitas repugnantium, maximum eius contentioni leuamen addiderant, tum eius animo constantiam suggerebant. Rursusque ad eremum venientibus turbis, quidam mortuum eum se existimauerant reperturos: ille psallebat intrinsicus: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius: sicut deficit fumus deficiant, vt liquefcit cera à facie ignis, ita pereant peccatores à facie Dei. Et iterum: Omnes gentes circumdederunt me, & in nomine Domini vindicaui in eis.

Psal. 67.

Psal. 117.

\*adyto

Antonij eximia virtutes.

Item miracula,

Concio S. Antonij ad discipulos.

Sic Antonius annis viginti solitariè transactis, atque ab hominum segregatus conspectibus, perdurauit. Cùm ergò multorum, & propositum imitari cupientium, & notorum multitudo ad eum concurreret, necnon & patientium infinita se caterua conglomeraret, tandem penè iam per vim foribus euulsis, quasi ex aliquo caelesti \* aditu consecratus apparuit. Obstupuerunt vniuersi & oris gratiam, & corporis dignitatem: quòd nec per inquietem intumuerat, nec ieiunijs daemumq; certamine faciem eius pallor obfederat: sed econtrariò quasi nihil temporis egisset, antiquus membrorum decor perseuerauit. Porrò quanta miracula, quae in illo animi puritas fuit? Nunquam hilaritate nimia resolutus in risum est: nunquam recordatione peccati tristitia ora contraxit: non magnis stupentium se elatus est laudibus. Nihil in illo indecens solitudo, nihil asperum quotidiana cum hostibus bella contulerant: sed temperata mens aequali ad cuncta ferebatur examine. Plurimos igitur ab immundis spiritibus, & infirmitatibus varijs Dei gratia per Antonium liberauit. Sermo eius sale conditus consolabatur moestos, docebat infcios, concordabat iratos, omnibus suadens, nihil amori Christi anteponendum. Proponebatq; ante oculos bonorum magnitudinem futurorum, & Dei clementiam & beneficia retexebat indulta, quòd proprio filio suo non pepercerit Deus, sed pro nostra omnium salute eum tradiderit. Nec mora, plura audientium corda ad humanarum rerum contemptum hac eius suavitatis oratio, & habitandae eremi istud eius exordium fuit. Quid sanè & Arsenoitarum oppido gestum sit, non transibo silentio. Nam cùm fratres vellet inuisere, & riuulum fluminis Nili, qui crocodilis & multis eiusdem fluminis bestijs plenus erat, transuadare esset necessè, tam cum comitibus suis transiit illaesus, quam inde redibat incolumis. Rursusque in pristinis laboribus perseuerans, multos magisterio suo fratres confirmauit, ita vt breui tempore plurima fierent monasteria: novos, antiquosque monachos pro aetate vel tempore, paterno moderabatur affectu.

Quadam autem die cùm sanctus Antonius congregatis fratribus rogaretur, vt eis institutoria largiretur praecepta, cum prophetica fiducia exaltans vocem, aiebat: Ad omnem quidem mandatorum disciplinam scripturas posse sufficere: sed & hoc optimi fore, si mutuis se inuicem Fratres sermonibus consolarentur. Et vos ergò, inquit, vt patri referte, quae nõstis: & ego, quae per longam aetatem consecutus sum, quasi filijs indicabo. Hoc sit autem primò cunctis in commune mandatum, nullum in arrepti propositi vigore lassescere: sed quasi incipientem augere semper debere quod coeperit, praesertim cù humanae vitae spatia aeternitati cõparata, breuissima sint & parua. Ità exortus, paululum siluit, & admiratus nimium Dei largitatem, rursus adiecit, dicens: In praesenti hac

hac vita aequalia sunt pro rerum commutatione commercia, nec maiora recipit ab ecente, qui vendit. Promissio autem vitae sempiternae vili precio comparatur. scriptum est enim: Dies vitae nostrae, septuaginta anni: si autem in potentatibus, octoginta anni: quicquid reliquum est, labor & dolor est. Quando ergò octoginta, aut centum, aut multos annos laborantes, in Dei opere vixerimus, non pari tempore regnaturi sumus in futuro: sed pro annis praedictis omnium nobis seculorum regna tribuentur. Non terram hereditabimus, sed caelum: corpus quoque corruptum relinquentes, id ipsum cum incorruptione recipiemus. Ergò, filioli, non vos aut tedium defatiget, aut vanae gloriae delectet ambitio. Non sunt enim condignae passionis huius temporis ad superuenturam gloriam, quae reuelabitur in nobis.

Psal. 39.

Rom. 8.

Nemo, cùm adspexerit mundum, reliquisse se arbitretur ingentia: quia omnis terra ad infinitatem comparata caelorum, breuis ac parua est. Si ergò nec vniuerso orbi renunciantes, dignum aliquid habitaculis possumus compensare caelestibus: se vnusquisque consideret, & statim intelliget, paruis thesauris & parietibus, vel modica auri portione contempta, nec gloriari se debere, quasi magna dimiserit: nec tædere, quasi parua sit recepturus. Vt enim contemnit aliquis vnam aream drachmam, ad drachmas centum aureas conquirendas: ita etiam qui totius orbis dominium dereliquit, centuplum de melioribus praemijs in sublimi sedere recipiet. Ad summum, illud perspicere debemus, quòd & si nostras velimus reterare diuitias, cùm lege mortis ab ipsis diuellamur inuiti, vt in libro Ecclesiastes scriptum est, Quia nescit homo, quid sit post eum in labore suo. Cur ergò non facimus de necessitate virtutem? Cur non ad lucranda regna caelestia vltro relinquimus, quod lucis istius sine perendum est? Nihil eorum curae sit Christianis, quae secum auferre non possunt: illud potius debemus expetere, quod nos ducat ad caelum: sapientiam scilicet, castitatem, iustitiam, virtutem, sensum perugilem, pauperum curam, fidem in Christo robustam, animum irae victorem, hospitalitatem. Haec sectantes, mansionem nobis in terra quietorum secundum Euangelium, praeparabimus. Consideremus Domini esse nos famulos, & seruitutem debere ei, à quo creati sumus. Vt enim seruus praeteriti gratia famularus, praesens aut futurum non contemnit imperium, nec audet asserere, quòd ex labore transacto instantis operis habere debeat libertatem, sed iugi studio (vt in Euangelio scriptum est) eandem semper exhibet seruitutem, vt & domino placere possit, & metum lucretur & verbera: Sic & nos diuinis congruit parere praeceptis, scientes quòd aequus ille retributor, in quo queneque inuenerit, in eo sit iudicaturus, quod prophetica per Ezechielem voce testatur. Nam & infelix Iudas, propter vnus noctis impietatem, omni praeteriti temporis labore priuatus est.

Eccles. 2.

Iohan. 14.

Luc. 12.

Ezech. 33.

Idcirco tenendus est continuus instituti rigor, habentibus Deum auxiliatorem, sicut scriptum est: Quia omni proponenti bonum, Deus cooperatur. Ad inertiam autem calcandam, Apostoli praecepta replicemus, quibus se mori quotidie testabatur: similiter & nos humanae conditionis vitam accipitem retractantes, non peccabimus. Cùm enim excitati à somno, ad vesperam nos peruenire dubitemus, & quieti corpora concedentes, de lucis non confidamus aduentu, & vbique naturae ac vitae incertae memores, Dei nos intelligamus prouidentia gubernari: Hoc modo non delinquemus, aut aliqua fragili cupiditate raptabimur: sed nec irascemur quidem aduersus aliquem, nec teirenos congregare thesauros ambiemus: quin potius metu quotidiani recessus, & se iungendi corporis iugi meditatione, omnia caduca calcabimus. Cessabit mulierum amor, libidinis extinguetur incendium: inuicem nobis debita nostra donabimus, ante oculos semper habentes vltimae retributionis aduentum: quia maior formido iudicij, & poenarum timor horridus, simul & lubricae carnis incentiua dissoluit, & ruentem animam, quasi ex aliqua rupe, sustentat. Ideoq; precor, vt ad finem propositi omni labore tendamus. Nemo post tergum respiciens, Lot imiterur vxorem, praesertim cùm Dominus dixerit, nullum ponentem manum super aratrum, & respicientem retrorsum, dignum esse regno caelorum. Respicere autem retrorsum, nihil aliud est, quam in eo poenitere, quod coepimus, & mundanis rursus desiderijs obligari.

Rom. 8.

1. Cor. 15.

Gen. 19.

Luc. 9.

Nolite, quæso, virtutis, tanquam impossibile, nomen pauere: nec peregrinum vobis, aut procul positum videatur hoc studium, quod ex nostro, Dei gratia precedente, pendet arbitrio. Huius operis homini inserta natura est, & eiusmodi res est, quae nostram tantummodò expectat voluntatem. Graeci studia transmarina sectentur, & in alieno



orbe constitutos, inanium literarum quarant magistros: nobis verò nulla proficiscendi, nulla transfretandi fluctus necessitas imminet: in omni sede terrarum constituta sunt regna calorum. Vndè Dominus in Euangelio ait: Regnum Dei intra vos est. Virtus, quæ in nobis est, mentem tantum requirit humanam. Cui enim dubium est, quia naturalis animæ puritas, si nulla fuerit extrinsecus forde polluta, fons sit & origo omnium virtutum? Bonam necessè est esse eam, quam creauit bonus creator. Quòd si forte cunctabimur, audiamus Iesum filium Naue, populo dicentem: Rectum facite cor vestrum ad Dominum Deum Israel. Nec Iohannes dissonam tulit de virtute sententiam, prædicans: Rectas facite semitas eius: siquidem hoc est rectam esse animam, cum eius principalis integritas nulla vitiorum labe maculatur: si naturam mutauerit, peruersa tunc dicitur: si conditio seruetur, virtus est. Animam nostram commendauit nobis Deus, seruemus depositum, quale accepimus. Nemo causari potest extrinsecus situm, quod in se nascitur: facturam suam, qui fecit, agnoscat: opus suum inueniat, vt creauit. Sufficit nobis naturalis ornatus: nè deturpes, homo, quod tibi largitio diuina concessit. Opera Dei immutare velle, polluere est.

Illud etiam sollicitè providere debemus, vt tyrannicam iræ superemus insaniam: quia scriptum est, Iracundia viri iustitiam Dei non operatur. Et iterum: Desiderium concupiscens parit peccatum: quo perfectò, mors gignitur. Diuinæ vocis præceptum est, vt iugi custodia tueamur animam nostram: quia exercitatos ad supplantandum habemus inimicos, demones scilicet, contra quos nobis, secundum Apostolicam contestationem, pugna sine intermissione est. Ait enim: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principatus & potestates huius mundi, aduersus spiritalia nequitia in caelestibus. Ingens eorum turba istum peruolat aërem: non procul à nobis hostium caterua discurrit. Et diuersitatem quidem eorum non est mee paruitatis exponere, sed hanc maioribus concedo rationem. Quod autem in promptu est, & ignorare non expedit, dolos scilicet eorum aduersus nos compositos, breuiter indicabo. Hoc primum debemus mentibus affigere, nihil Deum fecisse, quod malum est, nec ab eius institutione demonum coepisse principia. peruersitas ista, non natura, sed voluntatis est vitium. Boni etenim, vt potè à Deo conditi, ex proprio mentis arbitrio ad terras ruère de caelis: ibique in coeni sordibus volutati, gentilitatis impias constituère culturas: & nunc de nobis torquentur inuidia, atque vniuersa mala commouere non cessant, nè pristinis eorum sedibus succedamus. Diuersa autem eorum & partita nequitia est. Quidam enim ad summum nocendi verticem peruenire: alij ex comparatione peiorum, videntur esse leuiore: atque omnes pro possibilitate virium, diuersa contra singulas causas sumpserunt certamina. Idcirco necessarium est, donum spirituum discernendorum à Domino petere, vt possimus tam fraudes eorum, quam studia præuidentes, aduersum disparem pugnam vnum Dominicæ crucis eleuare vexillum. Hoc munere Paulus accepto, docebat, dicens: Non enim eius ignoramus astutias. Ad cuius exemplum etiam nos oportet ex his, quæ passi sumus, mutuis nos inuicem instruere sermonibus.

Hostile illis contra omnes Christianos, maximè verò contra monachos & virgines Christi, odium est. Eorum semitis laqueos tendunt, eorum mentes impijs atque obscenis cogitationibus nituntur euertere: sed nihil vobis in hoc terroris incutiant. Fidelium enim orationibus atque ieiunijs ad Dominum, statim corruunt: nec tamen, si paululum cessauerint, prorsus plenam puritatis esse victoriam. Solent saucij grauidis asurgere, & mutata arte pugnandi, cum cogitatione nihil egerint, paucioribus terrent, assumptes nunc mulierum, nunc bestiarum, nunc serpentium formas, necnon & ingentia quædam corpora, & vsque ad tectum domus porrectum caput, infinitas species & militum cateruas. Quæ omnia ad primum quoque crucis signum euanescent. His quoque agnitis fallaciarum modis, incipiunt præfagire, & futurorum dierum euentus velle prædicere. Cumque & in his contempti fuerint, ipsum iam suæ nequitia principem, ac totius mali summam, ad subsidium sui certaminis vocant. Crebro denique Antonius talem à se visum diabolum assererat, qualem & beatus Iob, Domino reuelante, cognouerat. Oculi eius ac si species luciferi: ex ore eius procedunt lampades incensæ. Crines quoque incendijs sparguntur, & ex naribus eius fumus egreditur, quasi formicis estuantis ardore carbonum. Halitus eius, vt pruna, flamma verò ex ore eius glomeratur.

ratur. Cum huiusmodi terroribus visus est princeps demonum, inquit Antonius, & ingentia sæpè, vt dixi, promittens, impietatis suæ definit lingua magniloqua, de qua Dominus triumphauit, ad Iob dicens: Arbitratur enim ferrum, vt paleas: aramentum, vt lignum putridum: maria, vt fata crasa: tartara profunda, tanquam captiua æstimabit: abyssum, vt deambulatorium. Per prophetam quoque increpat, dicens: Persequens comprehendam, & omnem orbem terrarum manu mea vt nidum tenebo, & vt oua derelicta auferam.

Sic iniquus funereas euomens voces, benè viuientium aliquos frequenter illaqueat, sed nos nec eius pollicitationibus credere, nec minas formidare debemus. fallit enim, nihilque verum semper promittit. Nam si non mendacia cuncta loqueretur, quomodo talia & tam infinita promittens, hamo crucis vt draco aduncatus à Domino est, & capistro ligatus vt iumentum, & quasi mancipium fugitiuum victus circulo, & armilla labia perforatus, nullum omnino fidelium deuorare permittitur? Nunc miserabilis vt passer, ad ludendum irretitus à Christo est, calcaneo Christianorum substratus gemit. Ille, qui vniuersa maria à se deleta plaudebat, ille, qui orbem terrarum manu sua teneri pollicebatur, ecce à nobis vincitur, ecce me aduersum se prohibere non potest disputantem. Contemnenda est, filioli, penitus cum inanibus verbis superba iactantia: fulgorque ille, qui lucere se simulat, non veri splendor est luminis, sed quibus arsurus est, indicat flammam. Nam dicto citius recedens, suarum secum refert simulacra poenarum. Solent etiam cum modulatione nonnunquam apparentes pfallere. Proh nefas, ad hæc & impuro ore sacra scripturarum eloquia meditantur. Frequenter enim legentibus nobis, quasi Echo ad extrema verba respondent. Dormientes quoque excitant ad orandum, vt totius noctis somnum eripiant: plerosque etiam, dum se in monachorum nobilium habitu transserunt, monachos coercunt, & pristina, quibus conscijs sunt, peccata imputant: sed spernendæ sunt eorum increpationes, & admonitiones ieiunandi, vigiliarum quoque fraudulenta suggestio. Ob id enim familiares nobis species assumunt, vt affinitate virtutum nocentes, facilius virus interferant, & innocentes quosque per speciem honestatis elidant. Impossibile postea, durumque hoc studium prædicantes, vt dum onerosum esse videtur quod coeptum est, ex desperatione tædium, & ex tædio succedat ignauia. Idcirco propheta missus à Domino, iustitiam denuncians, sublimi voce dicebat: Væ qui perat proximum suum subuersione turbida. Huiusmodi enim exhortamenta deprauatoria sunt itineris, quod ducit ad cælum.

Idcirco cum venisset Dominus ad terras, & vera de eo demones prædicarent, (verè enim dicebant, Tu es Christus filius Dei viui) vociferantium ora claudere, qui victas hominum linguas soluebat, nè cum præconio veri, peruersitatis venena miscerent, & vt nos eius exemplo, etiam si profutura suaderent, in nullo his commodaremus assensum: quia profectò non congruit, nos post libertatem à Domino concessam, & scripturarum præcepta vitalia, à diabolo viuendi capere exempla, qui suum deserens ordinem, sacrum Christi temeravit imperium. Propterea etiam Dominus cum de scripturis loquentem iubeat tacere, quia peccatori dicit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Omnia demones simulant, colloquuntur sæpè cum fratribus, & eos sæpè conturbant, sæpè inconditos excitant sonitus, manus apprehendunt, sibilant, insipienter cachinnant, vt vel in puncto peccati Christianum pedus introeant. Cumque ab vniuersis fuerint repulsi, ad extremum debilitatem suam lamentatione testantur. Et Dominus quidem quasi Deus, & suæ conscius maiestatis, obmutescere his imperabat: nos autem vestigijs sanctorum inhærentes, eandem gradiamur viam, qui memoratas subtilius fallacias peruidentes, canebant: Cum consisteret aduersum me peccator, obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis. Et iterum: Ego verò tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum: Et factus sum vt homo non audiens. Christus silentium vt Dominus imperauit: nos diabolo nihil credamus, & vincimus. Si orare compellunt, si ieiunia suadent, non ex eorum nos monitis, sed ex nostra consuetudine id agamus. Denique etiam si irruentes mortem nobis intentare videantur, ridendi potius sunt, quam timendi: quia cum sint debiles, minantur cuncta, nec faciunt.

Equidem de istis iam transitoriè me dixisse memini, tamen eadem nunc explicanda sunt latius, quia non mediocrem affert repetitio medelam. Adueniente Domino, destructus

Luc. 17.

Ios. 24.

Luc. 3.

Iac. 2.

Iaco. 1.

Prou. 4.

Eph. 6.

Diuersa de

monum ne-

quitia.

2. Cor. 2.

Nota vim

signi crucis

Christi.

Iob 41.

Ibidem.

Ibidem.

Esa. 10.

Iob 40.

Fallacia de

monum.

Habac. 1.

Luc. 4.

Nec vera

dicenti dæ-

moni cre-

dendum.

Psal. 49.

Psal. 38.

Psal. 37.

fructus est inimicus, & omne penitus eius robur elanguit. Propter quod pristinae vitutis memor, quasi tyrannus iam senescens, cum ruisse se videat, in perniciem grassatur humanam: nec tamen potest firmum Deo pectus, cogitationum & ceterarum arte fraudum pervertere. Nam luce clarius est, cum aduersarii nostri nec humana carne sint septi, vt causare valeant, idcirco nos a se non posse superari, quia clauso ostio intro, intrare non valcant. Et reuera si fuissent hoc fragili corpore colligati, obseruato introitu, isdem negaretur accessus. Cum autem (vt diximus) hoc impedimento sint liberi, & obstructa penetrent, atque in omni licenter volitent aere, manifestum est ob enervationem eorum permanere Ecclesiae corpus illa sum. Denique satellites im-

Iohan. 8.

pij cum principe suo diabolo, quem Saluator in Euangelio homicidam & patrem malitiae ab initio fuisse firmat, nobis aduersum se dimicantibus fortiter nullo modo cessissent, si potestas eorum non fuisset ablata. Nam si mentior, cur nobis, satanas, parcis, qui vbiq;e discursus? Cur qui nullo clauderis loco, aduersum te bene viuentium & disputantium non potes labefactare constantiam? Sed fortasse nos diligis, quos quodammodo conaris obruere: aut credibile est te esse bonitatis magistrum, & fauere magis optimis, quam nocere? Et quid tam charum tibi esse potest, quam laedere, maxime eos, qui tuis sceleribus viriliter repugnant, secundum quod scriptum est, Quia abominatio est pietas peccatori? Quis tam fecundum ad malitiam possidet pectus? quis tam me-

Ecl. 1.

ditatas implere conatur insidias? Scimus te impurissimum cadauer, scimus quia idcirco viuimus Christiani, & contra te nobis est secunda congressio, quia infirmatus es a Domino. Idcirco de tuis confoderis iaculis, quia minationem tuam non sequitur effectus: Quod si fallimur, cur cum terrore simulato, cur magnitudine corporum nostram aggredieris fidem? Si voluntatem sequitur possibilitas, tantum tibi velle sufficiat. Is enim potentiae mos est, non extranea fallaciae adiumenta conquirere, sed sua virtute implere quod cupiat. At nunc dum theatri mutatione formarum, quasi rudem infantiam scenica niteris simulatione deludere, exhaustas vires manifestius probas. Nun-

4. Reg. 19.

quidnam verus ille angelus, contra Assyrios missus a Domino, aut populorum eguit societate, aut sonitus quesiuit, aut plausus: & non potius tacitum exercens potestatem, centum octogintaquinque millia hostium sermone velocius iuxta iubentis Domini prostravit imperium? Vos ergo cum fragiles sitis viribus, perpetuus vos consequitur interitus.

Iob 1.

At dicet aliquis: Cur diabolus egrediens, beati Iob omnem in ruinam impulit domum? cur eius opibus penitus dissipatis, parietum quoque fundamenta subuertens, vnum numerosae sobolis coaceruauit sepulcrum? cur ipsum ad extremum diri vulneris nouitate percussit? Qui hoc opponit, audiat e diverso, non diabolum potuisse hoc, sed Dominum, a quo potestas aduersum nos dupliciter datur, vel ad gloriam, si probamur: vel ad poenam, si delinquimus. Quin potius ex hoc animaduertat, ne contra vnu quidem hominem diabolus quicquam potuisse, si non potestatem accepisset a Domino. Nullus enim, quod suae ditionis est, ab alio deprecatur. Sed quid Iob memoro, quem nec expetitur potuit vincere? sed nec contra iumenta quidem eius, nec contra oves, nec contra fues sine concessu Dei proprium robur exercuit, sicut in Euangelio scriptum est: Demones autem rogabant eum, dicentes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Quomodo igitur qui porcorum expetunt mortes, imaginem Dei hominem, & tam charum conditori animal, suo valebunt iure pervertere?

Matth. 8.

Magna, dilectissimi, aduersum demones arma sunt, vita sincera, & intemerata ad Deum fides. Credite mihi experto: pertimescit satanas recte viuentium vigilias, orationes, ieiunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vanae gloriae contemptum, humilitatem, misericordiam, irae dominatum, & precipue purum cor erga Christi amorem. Nouit deterrimus coluber, ex precepto Domini sub iustorum se iacere vestigijs, qui ait: Ecce dedi vobis potestatem calcare super serpentes & scorpiones, & super omne virtutem inimici. Si autem & diuinationem se habere simulantes, venturos fratres nunciauerint, & affuerint quos venire praedixerant, nec sic fides est commodanda mendacibus: ob id enim praesens euenientes, vt credulitas sibi paratur ex nuncio, & postea aditus ex credulitate fallaciae. Verum in hoc nullum Christiano debet esse miraculum, cum non tantum, qui leuitate naturae per cuncta discurrunt, valeant praevincere gradientes, sed homines quoque equorum velocitate prauectos, nuncient affuturos. Non enim ea,

Luc. 10.

quae

Nota quid satanas reformidet.

quae nondum fieri coepta sunt, referunt: quia Dominus solus conscius est futurorum: sed quorum conspiciunt in actu initium, eorum sibi tanquam apud ignaros vendicant de futuris notionem. Nam quantos nunc putatis velocitate pernice istum coetum, notrosque contra se sermones, ante relatum alicuius hic positi, longe manentibus indicare? Hoc quod dico, vobis perspicuum fieri potest exemplis. Si quis a Thebaide aut alicuius regionis oppido coeperit proficisci, & hunc demones viderint in itinere ambulantem, pernicitate memorata possunt praedicere venientem. Ita & de Nili inundatione solenni, cum multas in Aethiopia viderint pluias, e quibus fluuius intumescens, vltra alueum effluere consuevit, praecurrentes ad Aegyptum, nunciant annis aduentum. Hoc autem & homines, si illis celeritas esset tanta naturae, facile nunciarent. Vt 2. Reg. 18, enim speculator beati David ad verticem loci celsioris ascendens, prior, quam hi, qui in terra erant, prospiciens venientes, non quadam incerta de futuris, sed de his, qui venire coeperant, nunciabat: sic & demones, cura peruigili omnia considerantes, rapido cursu sibi inuicem nunciant. Sed si forte contigerit, vt Dei nutu ad finem coepta non veniant: hoc est, si aut viator e media regrediatur via, aut suspensus nubibus, aquae ad altum caelicardinem deferantur, tunc decipientium vna cum credentibus error aperitur.

Haec gentilitatis fuere principia, his praefagorum dolis apud delubra demonum quondam credebantur oracula, quae aduentu Domini nostri Iesu Christi, indicto sibi silentio, obmutuerunt, suosque perdidere captiuos. Quis (rogo) medicum ex observatione membrorum, cum animae astantis incendia, venarum pulsu, lenique digitorum actu scrutatur, diuinam arbitratu habere notitiam? Quis gubernatorem, nauigationis suae viam inter caeli sidera requirentem, maiestatis honore veneratur? Quis agricolam de aridis aestatis feruoribus, aut de hyemali aquarum largitate, vel frigore disputantem, non potius de experientia laudat, quam Dei consecrat nomine? Verum vt concedamus paulisper vera demones nunciare: responde mihi, quis fructus est nosse venientia? Nunquid aut sciens haec aliquando laudatus, aut punitus est nesciens? In hoc vnu quisque sibi praeparat seu tormenta, seu gloriam, si vel negligat scripturarum mandata, vel faciat. Nullus ob id nostrum hanc arripuit vitam, vt habeat praescientiam futurorum, sed vt preceptis Domini obediens, amicus esse incipiat de seruo. Curandum est non praescire quae veniunt, sed implere quae iussa sunt: nec instituti boni hanc flagitare mercedem, cum magis debeamus victoriam contra diabolum ab auxiliatore Domino postulare. Sed si forte aliquis hoc libenter assumat, vt futura cognoscat, habeat parum cor: quia credo animam Deo seruientem, si in ea perseverauerit integritate, qua renata est, plus scire posse, quam demones. Talis erat anima Elisei, quae alijs incognitas virtutes faciebat.

Nunc iam ceteras vobis demonum explicabo fallacias. Solent nocte venientes angelos Dei se fingere, laudare studium, mirari perseuerantiam, futura premia polliceri. Quos cum videritis, tam vos, quam domos vestras crucis armate signaculo, & confestim soluentur in nihilum: quia metuunt illud trophaeum, in quo Saluator aereas expolians potestates, eas fecit ostentui. Solent etiam varijs simulationibus membra torquere, & nostris procaciter offerre se visibus, vt mentem pauore, & corpus horrore concutiant. Sed & in hoc fides Deo tuta & immota, fugat eos quasi infirma ludibria.

Crucis signaculum quam reformidet demones.

Non est autem difficilis bonorum spirituum malorumque discretio, quae sic, Deo tribuente, panditur: Sanctorum angelorum amabilis & tranquillius aspectus est, quia non contendunt, neque clamant, neque audiet aliquis vocem eorum: verum tacite leniterque properantes, gaudium, exultationem, fiduciam pectoribus infundunt: siquidem cum illis est Dominus, qui est fons & origo laetitiae. Tunc mens nostra non turbida, sed lenis & placida, angelorum luce radiatur: tunc anima caelestium premiorum aviditate flagrans, effracto (si possit) humani corporis domicilio, & membris exonerata mortalibus, cum his, quos videt, abire festinat ad caelum. Horum tanta benignitas est, vt si quis pro conditione fragilitatis humanae, miro fuerit eorum fulgore perterritus, omnem continuo ex corde auferant metum. Ita Gabriel, cum Zachariae loqueretur in templo, & angeli, cum diuinum virginis partum pastoribus nunciarent, & qui Domini corporis agebant excubias, securis videntium se mentibus ostendentes, ne metuerent imperabant. Metus enim non tantum ex pauore animi, quantum ex magnarum rerum

Boni à malis spiritibus vt queant inter nosci.

Luc. 1. 2. Matth. 28.

rerum sæpè incutitur adspèctù. Pessimorum verò vultus truces, sonitus horridi, ser- didi cogitatus, plausus motusque indisciplinatorum adolescentum, vel latronum: è quibus confestim timor animæ, sensibus stupor incutitur, odium Christianorum, mo- nachorum mœror tædiumque, suorum recordatio, metus mortis, cupido nequitæ, la- fitudo virtutis, cordis hebetatio.

Si igitur post timorem horrore concepto successerit gaudium, & ad Deum fiducia, atque ineffabilis charitas, venisse sciamus auxilium: quia securitas animæ, præsentis maieftatis indicium est. Sic nanque & Abraham Patriarcha videns Deum, gauisus est: & Iohannes cum Mariam superuenisse sentiret, quæ in sacri ventris hospitio vniuersi- tatis gestabat parentem, exultauit necdùm natus in gaudium. Si autem incussa formi- do permanferit, hostis est qui videtur, quoniam nec refouere nouit: vt Gabriel pueri- rem virginem, nè metuat, iubet: & sicuti pastores nuncio consolati sunt: quinimò pauorem duplicat, & vsque ad profundam impietatis foueam, vt sibi homines proster- nantur, impellit.

Exindè misera gentilitas, Dominicæ interdictionis ignara, falsò dæmones deos opi- nata est. Christianorum autem populos his fallacijs irretiri non passus est Dominus, qui diabolus in Euangelio, audacter sibi principatum omnium præsumptem, repulit, di- cens: Vade satanas. scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Horum verborum etiam nobis licentia est tributa, quia idcirco locutus est ta- lia, vt similitudo tentamentorum, authoris nostri frangatur eloquijs. Illud, mei quoque charissimi, admoneo, vt vitæ magis sit vobis, quàm signorum, sollicitudo. Nullus ex vo- bis hæc faciens, aut ipse superbia intumescat, aut despiciat eos, qui facere non possunt. Conuersationem magis scrutamini singulorum: in hac vita & imitari vos quæ perfe- cta sunt, conuenit, & implere quæ desunt. Nam signa facere non est nostræ paruitatis, sed Domini potestatis, qui ad discipulos gloriantes in Euangelio ait: Nè gaudetis quia dæmones vobis subiecti sunt, sed quod nomina vestra scripta sunt in cælis. Nominum enim in libro vitæ conscriptio, testimonium est virtutis & meriti: expulsio autem sata- nę, largitio Saluatoris est. Vnde his, qui non in vitæ laboribus, sed in prodigijs exulta- bant, dicentibus: Nõne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? respondebit Dominus: Amen dico vobis, Non noui vos. Disceditè a me operarij iniquitatis. Non enim nouit Dominus vias impiorum. Hoc ergò magno- perè postulemus, vt donum spirituum discernendorum mereamur accipere: quò, se- cundùm sententiam scripturarum, omni spiritui non credamus.

Volueram quidem iam finire sermonem, & silentio premere, quæcunque meæ acci- derant paruitati: sed nè puteris me frustra commemorasse, quæ euenire non possint, idcirco licet inspiens fiam, (tamen Dominus, qui secretæ mentis est inspector, nouit non me causa iactantiæ, sed vestri gratia profectus hoc facere) pauca replicabo de plus rimis. Quoties me nimis laudibus efferre conati sunt, cum à me in nomine Domini maledicta reciperent? Quoties augmenta Nili fluminis futura dixerunt, cum à me au- dirent, Et hoc ad vestram quid pertinet curam? Quoties minitantes vt milites armati, scorpionibus, equis, beluis & varijs serpentibus circumdederunt me, & domum, in qua eram, repleuerunt, cum ego econtra psallerem: Hi in curribus, & hi in equis, nos au- tem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur? & statim misericordia Christi fu- gabantur. Quodam autem tempore cum ingenti luce venientes, dixerunt: Venimus, Antoni, nostrum tibi præbere fulgorem. Et ego clausis oculis, quia lucem diaboli de- dignabar adspicere, orabam: & dicto citius impiorum lumen extinguebatur. Post men- ses autem paucos cum coram me psallerent, & de scripturis sibi met sermocinarentur, ego tanquàm surdus non audiebam. Commouerunt aliquando monasterium meum, & ego mente immobili Dominum deprecabar. Sæpè strepitus, sæpè saltationes, sæpè sibilos ingesserunt, & me psallente, sonus eorum in voces flebiles verbebat. Credite mihi, filioli, quod dicturus sum vobis: Vidi aliquando diabolus excelsus corpore, qui se Dei virtutem & prouidentiam ausus est dicere, & ait ad me: Quid vis, vt à me tibi do- netur, Antoni? Atego spatum vi maxima in os eius ingeminans, totum me in eum Christi nomine armatum ingressi: Et statim ille procerus adspèctù, inter medias manus exiliuit.

Ieiunanti etiam mihi visus est vt monachus, & panes offerens, his sermonibus suade- bat

Johan. 8.  
Luc. 1.

Ibidem.

Matth. 4.  
Deut. 6. &  
10.

Luc. 10.

Matth. 7.

1. Ioan. 4.

S. Antoni  
us vt à se  
dæmonum  
tentationes  
repulerit.  
Psal. 19.

bat vt vescerer, & huic aliquid indulgerem corpusculo: Et tu, inquit, homo es, & hu- mana fragilitate circumdaris: labor paululum conuiescat, nè ægritudo subrepat. Illi- cò luridam faciem serpentis agnouit, & cum ad consueta Christi munimenta confu- gerem, tanquàm per fenestram fumus laberetur, euanuit. Auri quoque decipulam mihi in deserto frequenter tetendit, quod idè offerebat, vt aut visu irretiret me, aut tactu commacularet. Cum vapularem autem, (nam sæpè me à dæmonibus nõ denego verberatum) canebar: Nullus me separabit à charitate Christi. Ad cuius vocis audi- tum in se inuicem defurentes, non meo, sed Domini fugabantur imperio, qui ait: Vidi satanam quasi fulgur cadentem de cælo. Hæc ego, filioli, Apostolici memor eloquiij, in me transformari, vt propositum vestrum nec dæmonum terror, nec aliqua lassitudo dissolueret. Sed quoniam ob vestram vtilitatem multa memorando inspiens factus sum, & huius rei vobis impertiri cupio notionem, quam veram esse nullus ambigat au- dientium.

Pulsauit aliquando dæmon monasterij ostium: Egrediens video hominem enormi sublimitate, porrectum caput vsque ad cælum. Cum ab hoc quisnam esset, inquire- rem, ait: Ego sum satanas. Et ego, Quid, inquam, hæc quæris? respondit: Cur mihi fru- strà imputant monachi? cur mihi omnes Christianorum populi maledicunt? Et ego: Iustè faciunt, tuis enim frequenter molestantur insidijs. At ille ait: Nihil ego facio, sed ipsi se inuicem conturbant. Nam ego miserabilis factus sum. Rogo, Nõne legisti, Quia defecerunt inimici frameæ in finem, & ciuitates eorum destruxisti? En nullum iam ha- beo locum, nullam possideo ciuitatem: iam mihi nulla sunt arma: per omnes nationes cunctasque prouincias Christi perfonat nomen: solitudines ipse quoque monacho- rum stipantur choris. Ipsi se, quæso, tueantur, & me sine causa non lacerent. Tum ego Deigratiam cum alacritate miratus, sic ad eum locutus sum: Non tuæ veritati, quæ nulla est, tam nouam & tam inauditam adscribo sententiam: nam cum fallaciæ caput sis, hoc sine mendacio coactus es confiteri. Verè enim Iesus tuas funditus subruit vi- res, & honore nudatus angelico, volutaris in sordibus. Vixdùm verba compleueram, & ille sublimis, Saluatoris deleris est nominatione. Quæ ergò iam, ò filioli, poterit re- sidere cunctatio? quæ trepidatio manebit vltèriùs? Quis nos eorum turbo poterit con- uellere? Securæ sint animæ singulorum: non sibi fingat cogitatio vana discrimina: non aliquis timeat à diabolo sublatum, ad præcipitia se posse deferri. Pellatur omnis anxi- eras: Dominus enim, qui nostros prostrauit inimicos, manens, vt promisit, in nobis, à varijs nos satanæ muniuit incurfibus. En ipse diabolus, qui huiusmodi cum suis satelli- tibus exercet astutias, nihil se posse contra Christianos fatetur.

Iam curæ Christianorum & monachorum sit, nè per eorum inertiam vires dæmo- nibus præbeantur. Nam se nos & nostras repererunt cogitationes, tales se nobis præstare cõsueverunt. Et si quod in pectoribus malæ mentis & pauoris semen inuen- rint, quasi latrones, qui deserta obtinent loca, coeptos cumulant timores, & crudeliter re- imminentes, infelicem puniunt animam. Sin autem alacres fuerimus in Domino, & fu- turorum bonorum nos cupido succenderit, si semper omnia manibus Dei committa- mus, nullus dæmonum ad expugnandum valebit accedere: magis enim cum munita in Christo corda cõspexerint, confusi reuertentur. Ità & Iob firmatum in Domino dia- bolus refugit, & infelicissimum Iudam expoliatum fide, vinculis captiuitatis innexuit. Vna est ergò ratio vincendi inimicum, lætitia spiritualis, & animæ Dominum semper cogitantis iugis recordatio, quæ dæmonum dolos, quasi fumum expellens, persequi- tur aduersarios potiùs, quàm timebit. Non est enim inscius satanas ignium futurorum, & estuantis gehennæ copiosa nouit incendia. Sed vt mea iam claudatur oratio, illud in fine commemoro: Cum aliqua se vobis obtulerit visio, audacter inquire, quis sit il- le, & vnde venerit: ac sine mora, si sanctorum fuerit reuelatio, angelica consolatione timor vertetur in gaudium. Si verò diaboli fuerit oblata tentatio, fidelis animæ percon- tationibus etanescet: quia maximum est securitatis indicium, interrogare quisnam sit & vnde. Sic & Iesus Nauæ filius auxiliatorem suum interrogando cognouit: nec Da- nielè percõntantem latere potuit inimicus.

Postquàm Antonius dicendi finem fecit, lætantibus cunctis, in alijs virtutis cupido exardescerebat, in alijs infirma refouebatur fides, ex aliorum mentibus falsæ opiniones pellebantur, ex aliorum sensibus inaniam terrorum pellebatur accessio: simulq; vni-

sæpè cum  
dæmones  
verbera-  
runt.  
Luc. 10.

Psal. 9.

Christus sa-  
tanæ con-  
truit vires.

Iohan. 14.

immitte

Arma con-  
tra dæmo-  
nes.

Iosu. 5.

uerſi cum iam demonum inſidias contemnerent, mirabantur in Antonio tantam gratiam ſpirituum diſcernendorum, quam Domino tribuente, perceperat. Erant igitur in monte monaſteria, tanquam tabernacula plena diuinis choriſ pſallentium, legentium, orantium: tantumque ieiunandi & vigiliarum ardorem cunctorum mentibus ſermo eius afflauerat, vt futurę ſpei auuiditate ad charitatem mutuam, & miſericordias indigentibus exhibendas, iugi ſtudio laborarent: qui inſinuatam regionem quandam, & oppidum à mundana conuerſatione ſeiunctum, plenum pietatis & iuſtitię videbantur incolere. Quis tantum monachorum agmen adſpiciens, quis virilem illum concordiaecorum cernens, in quo nullus nocens, nulla detractio ſuſurronis, ſed multitudo abſtinentium, & certamen officiorum erat, non in hanc ſtatim erumperet vocem? Quam bonę domus tuę Iacob, tabernacula tua Iſrael? tanquam nemora obumbrantia, tanquam paradifus ſuper fluuios, tanquam tabernacula, quę fixa ſunt à Domino, tanquam cęditi Libani circa aquas.

Dum hæc ita geruntur, quibus indiēs beatę vitę ſtudium ſuccreſceret, Antonius manſionum in cęlo poſitarum recordans, & præſentis vitę deſpiciens inanitatem, quaſi parua eſſent quęcunque iam geſſerat, ſeparatus à fratribus inſtituebatur. Cumque eum ſiue cibum, ſiue ſomnum indulgere corpusculo, aut alias naturę neceſſitates cogere humana conditio, miro afficiebatur pudore, quod tantam animę libertatem mori dici carnis termini coërceret. Nam frequenter cum fratribus ſedens, à cibo, qui fuerat appoſitus, memoria eſcę ſpiritalis abſtrahebatur. Edebat tamen, vt potè homo, ſepè ſolus, ſepè cum fratribus. Et cum hæc mira (vt prædixi) ageret, cum confuſione tamen animę adhibendam magnoperè corpori diligentiam perſuadebat, dicens, nec corpus eſſe penitens enecandum, nè operatio contra voluntatem creatoris diſſolueretur: & ob id omne ſtudium animę conferendum, nè vitijs ſuperata corporeis, ad æternas inferni tenebras truderetur: quinimmo indultum ſibi in carne imperium vindicans, domicilium ſuum, vt Apoſtolus Paulus, ad tertium cælum ſubleuaret. Aſſerebatque hoc à Saluatore præceptum, in quo ait: Nolite ſoliciti eſſe animę veſtrę, quid manducetis, aut quid bibatis: nec corpori, quid veſtiamini: quia hæc gentes quærunt: veſter autem pater nouit, quod indigetis his omnibus. Quarite ergò primùm regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiſcientur vobis.

His rebus itaque tranſactis, cum perſecutio impiſſima Maximiani furore veſano vaſtaret eccleſiam, ſanctis quoque martyribus Alexandriam perductis, relicto & ipſe monaſterio, ſecutus eſt futuras Chriſti viſtimas, dicens: Pergamus ad glorioſos fratrum triumphos, vt aut ipſi congregiamur, aut ſpectemus alios præliantes. Et amore quidem iam martyr erat: ſed cum tradere ſe vltro non valens, adminiſtrare conſeſſoribus in metallis vel in carceribus conſtitutis, magna cum libertate & cura intrantes ad iudicem exhortabatur, nè terrore impiorum ſubacti, Dominum negarent. Iamque ſententia coronatos exultans, quaſi ipſe viciffet, vſque ad locum felicitis ſanguinis proſequebatur. Quamobrem commotus iudex Antonij ſociorumque eius conſtantia, præcepit nullam penitens monachorum aut obſeruare iudicium, aut in ciuitate veſtari. Et cæteris quidem omnibus in illa die placuit abſcondi: Antonius autem impavidus, neglecto perſecutoris imperio, lauit ependitem ſuam. Et alia die ſtans in quodam eminenti loco, candente præcinctus veſte, procedentem iudicem ſuo prouocabat adſpectu, flagrans cupiditate martyrij: oſtendebatque nobis, contemptorem poenarum & mortis Chriſtiani animum perſeuerare debere, intantum vt contriſtaretur, quia volenti pati pro nomine Chriſti, martyrium non dabatur. Sed Dominus, qui ſuo gregi parabat magiſtrum, ſeruauit Antonium: vt inſtitutio (ſicuti factum eſt) monachorum, non ſolum oratione eius, ſed & conſpectibus firmaretur. Nunquam tamen à ſanctorum conſeſſorum veſtigijs ſeparatus eſt: quin anxia circa eos cura, & charitatis vinculis colligatus, magis carcerem patiebatur excluſus. Poſtquam autem perſecutionis turbo deſluerat, & beato epiſcopo Petro iam ob martyrij gloriam coronato, ad priſtinum monaſterium reſtreſſus, quotidianum fidei ac conſcientię martyrium merebatur, ac rioribus ſe ieiunijſque vigilijsque conſciens, veſtimento cilicino intrinſecus, deſuper pelliceo utebatur: nunquam corpus lauans, nunquam à pedibus ſordes abluens, niſi cum per aquas neceſſitas tranſire compuliſſet. Nullus denique Antonij corpus nudum, antequam moreretur, vnquam vidit.

Quo-

Quodam autem tempore, cum ab omnium ſe remouiffet oculis, & claſſo monaſterio neminem omnino ſuſciperet, Martinianus militum præpoſitus, cuius filia immun-di ſpiritus inſeſtationibus quatiebatur, pulſans oſtium, obſecrabat, vt ſuo pignori ſubueniret, & exiens, Dominum pro filia deprecaretur. Tum ille aperire quidem minime voluit: proſpiciens verò de ſuper, ait: Homo, quid meum poſcis auxilium? mortalis & ego ſum, & tuę focius fragilitatis: ſi autem credis in Chriſtum, cui deſeruo, vade, & ſecundum fidem tuam ora Deum, & ſanabitur filia tua. Confeſſum ille credens abiit, & inuocato Ieſu, filiam reduxit incolumem. Multa & alia mirabilia per eum Dominus operatus eſt, & meritò. Qui enim promiſit in Euangelio, Petite, & dabitur vobis: inuento, qui mereretur accipere, ſuam poteſtatem non negauit. Nam plures vexatorum ante monaſterium eius, claſſo introitu, dormientes, fuſis per eum ad Chriſtum precibus, purgabatur. Hęc illi multitudo venientium, deſideratam ſolitudinem auferens, ratio fuit. Metuens itaque, nè ſignorum copioſa conceſſio aut ſuos animos extolleret, aut alios plus de ſe, quam videbant in ipſo, cogere æſtimare, ad ſuperiorem Thebaidem pergere cogitauit, vbi nullus eum agnoſceret. Et à fratribus acceptis panibus, ſedebat ſuper fluminis ripam, tranſitum nauis obſeruans. Illo talia cogitante, vox ad eum deſuper facta eſt, dicens: Antoni, quò pergis, & quare? At ille intrepidè, quaſi conſuetam vocem loquentis agnoſceret, reſpondit: Quoniam non ſinunt me quiete populū, idcirco ad ſuperiorem Thebaidem ire optimum duxi, præcipue quia & ea exigor, quę virtutem meã poſſibilitatis excedunt. Et vox ad illum ait: Si ad Thebaidem vadas, & ad paſtoralia (vt cogitas) pergas, maiorem ac duplicem ſuſtinebis laborem. Si autem verè quiete cupis, vade nunc ad interius deſertum. Cumque Antonius diceret, Quis mihi locum auium poterit oſtendere? ignarus enim ſum locorum: confeſſum ei quiloquebatur, Saracenos indicauit, qui mercandi gratia ad Aegyptum venire conſueverant. His appropinquans Antonius, rogauit vt & ſe pariter adducerent in deſertum. Nullus obnixus eſt, ſed tanquam à Deo miſſum comitem ſuſcipientes, amplexi ſunt eius ſocietatem.

Tribus autem diebus & noctibus itinere conſecto, inuenit montem valdè excelſum, ad cuius radices ſons aquę dulcis labebatur, & campus haud magnus totum ambiens montem, qui palmulis perpaucis, & his neglectis, conſitus erat. Hunc Antonius locum, quaſi à Deo ſibi offerretur, amplexus eſt. Is enim erat, quem ſibi ad fluminis ripam ſedenti, qui loquebatur, oſtenderat. Et primò quidem accipiens à comitibus panes, ſolus remanſit in monte, nullo alio cum eo conuerſante. Quasi enim propriam domum agnoſcens, habebat locum illum. Saraceni quoque videntes eius fiduciam, optato per eum tranſitu, panes eidem cum lætitia deſerebant: nec non palmarum, licet mediocri, at tamen aliquanto ſolatio reſouebatur. Exindè cum fratres agnito loco, tanquam ad patrem filij, ſolicite alimenta tranſmitterent, videns Antonius quòd ob ſuum refrigerium multis oneroſus labor indiceretur, & parcens etiam in hoc monachis, rogauit vnum de aduenientibus, vt ſarculum ſibi bis acutum cum frumento deſerret. Quibus allatis, circuiens montem, haud grandem culturę aptum reperit locum, ad quem deſeruata deſuper aqua poterat influere: ibique ſeminauit, atque exindè annum ſibi panem elaborans, gaudebat, quòd ſine cuiuſquam moleſtia ex proprijs manibus viueret in deſerto. Sed cum rursus etiam illuc quidam venire cœpiſſent, miſertus eſt laſſitudinis eorum, & olus in paruo terrę cespite coluit, vt poſt aſperum iter aliquo venientes ſolatio reſouerentur. Hoc fratrum refrigerium, & paruulam meſſem beſtię, propter aquas illuc conuenientes, depaſtae ſunt, è quibus vnam apprehendens, dixit omnibus: Cur me laeditis nihil à me læſe? Abite, & in nomine Domini nè huc appropietis vltius. Quis non credat poſt hanc denunciationem, quaſi timentes, nunquam illuc beſtias appropinquaffe? ſic Antonio impenetrabilia montium & deſerti interiora captanti, orationibus etiam dedito, introeuntes fratres magnis vix precibus extorſerunt, vt oliuas & legumen & oleum, quod poſt menſes aliquot miniſtrabant, dignaretur accipere, & ſenilimodicum laxaret ætati.

Proh quantas ibi conuerſans expertus eſt luſtas! Verè, ſecundum quod ſcriptum eſt, Eph. 6. non illi aduerſus carnem & ſanguinem fuiſſe colluctationem, ſed aduerſus principatus & poteſtates, ab his, qui ad eum veniebant, agnouimus. Illic enim tumultus & voces populi, armatorumque ſonitus, proſus plenum montem demonum multitudine ſe viſiſſe

Mm 2 diſſe

Encomion  
monaſterii-  
orum.

Num. 23.

S. Antonius  
vixit ſepa-  
ratim.

2. Cor. 12.

Matth. 6.

Antonius  
audus mar-  
tyrij.Seruit offi-  
ciosè mar-  
tyribus.Ieiunia, vi-  
gilię, veſtes  
Antonij.Dæmonia  
ca ſanatur.

Matth. 7.

Antonius  
ad montē  
ſerecipit.Verbo ab-  
igit beſtias  
olus depa-  
ſcentes.



Pugnat  
cum dēmo-  
nibus.

Pfal. 124.

Iob 5.

Pfal. 36.

disse referebant, ipsum etiam quasi contra inimicos palam resistentem, & fortiter col-  
lustantem. Qui tamen & aduenientes suo refouebat horratu, & flexis genibus, armis  
quoque orationum omnem satanae prosternebat exercitum. Admiracione planē di-  
gnum est, in tam immani solitudine vnum hominem nec dæmonum quotidianas expa-  
nissē congressiones, nec tantarum bestiarum, quadrupedum, siue reptilium diuersē col-  
lissē feritati. Iustē David cecinit: Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion, non  
commouebitur in æternum. Immobilem & tranquillam retinens animi firmitatem, &  
dæmones fugabat, & feras (sicut scriptum est) secum pacificabat. Sed & diabolus, ut  
supradictus propheta ait, obseruans eum, frendebar dentibus suis: Et ille Saluatoris  
auxilio ab vniuersis tutus perseuerabat insidijs. Quadam ergo nocte, cum peruigil An-  
tonius obsecraret Dominum, tantos in monasterium eius bestiarum greges coacerua-  
uit, ut omnes eremi beluas circum se adspiceret. Quæ cum rictu oris morsum corpo-  
ri minitarentur, intellexit hostis astutias, dixitque: Si aliqua à Domino in me vobis est  
tributa licentia, deuorate cōcessum: Sin autem dæmonum huc venistis impulsu, quan-  
to cyūs abite, quia Christi famulus sum. ita factum est, & ad iubentis vocem omnis be-  
luarum multitudo, quasi maiestatis verberē caderetur, aufugit.

\* tritiam

Monstrōsa  
bestia.

Fratres, co-  
sum victus  
precibus, in-  
uist.

Fons erum  
pit ad eius  
preces.

Eph. 4.

Non multi post hæc fluxerant dies, & alia oritur cum eodem hoste certatio. Operan-  
te illo (nam semper, ut venientibus pro his, quæ sibi detulerant, aliquod munusculum  
rependeret, laborabat) traxit quandam sportellē, quam texebat, \* tritiam siue funicu-  
lum. Ad cuius motum exurgens, vidit bestiam puberens humanam faciem præferen-  
tem, quæ exindē in asinam finiebatur. Post cuius aspectum vexillum crucis in fronte  
sua pingens, hoc tantum ait: Christi seruus sum: si ad me missa es, non fugio. Nullum  
in medio spatium, & statim informe prodigium quanto cyūs cum satellitum turba fu-  
git, & in medio cursu ruens, extinctum est. Ista autem explosi mors atque enecati pro-  
digij, dæmonum erat communis interitus, qui omni studio laborantes, Antonium à de-  
serto deducere non valuerunt. Mirandis plūs miranda succedunt. Non grande post ista  
tempus excefferat, & tantarum victoriarum homo, fratrum precibus vincitur. A mo-  
nachis enim rogatus, ut eos dignaretur inuisere, vna cū his profectus est, impositis ca-  
melo aqua & panibus: quia nusquam præter monasterij locum, ex quo hauserant, po-  
tabilis aqua per arentem viam reperiebatur. Verum in medio itinere bibendi subsidia  
defecerunt: Ardor nimius, æstus intolerabilis, mortem cuncta minantur. Circueunt,  
& querunt saltē collētam pluuijs lacunam: nihil prorsus remedij, nihil occurrit pe-  
nitūs ad salutem. Camelus quasi periturus & ipse estuans, dimittitur, æstuantis pectus  
exuritur, & sitis desperatione feruescit. Mouit senem fratrum commune disferimen, &  
vehementissimē contristatus ingemuit. Dehinc ad solita precum auxilia confugiens,  
paululum ab eis secessit, ibique genibus flexis, supplices manus terendit ad Dominum.  
Nec mora, & ad primas rogantis lachrymas, in orationis loco fons ebulliens erupit:  
ibique extincta siti, & arentia membra refecta sunt, & plenis vtribus inuentum potant  
camelum. Itā enim casu euenerat, ut camelus errans per eremum, dum funiculum tra-  
hit, in quodam lapide eiusdem funiculi alligatione teneretur.

Tandem confecto itinere, ad monachos, qui cum inuitauerant, peruenit. Tunc ve-  
rō quasi Patri omnes obuiam occurrerunt, honorifico salutato in oscula eius & am-  
plexus certatim ruunt. Proposito seruenti gaudet Antonius, & latantibus de aduentu  
suo cunctis, quasi xenia de monte portans, spiritualia impartitur alimenta. Laudat ve-  
terum studia, hortatur nouorum, Sororem quoque iam vetulam virginem videns, &  
aliarum puellarum magistrā, mira exultatione sustollitur. Exindē quasi diū abesse  
ab eremo, rursū festinauit ad montem: plurimis iam ad illum venientibus, cum etiam  
vexati à dæmonibus, malo necessitatis coacti, audent deserta penetrare, quos ille con-  
solans, & monachis in commune præcipiens, aiebat: Credite in Iesum fideliter, mentem  
à cogitationibus fordidis, carnem ab immunditijs seruate puram, & iuxta eloquia diui-  
na, nē seducamini in saturitatem ventris: odite vanam gloriam, orate sæpissimē, psalli-  
te vesperē, manē, & meridiē, mandata scripturarum reuoluite: Recordamini gestorum,  
quæ sancti quique fecerunt, ut exempli memoria animā incitet ad virtutem, refrenet à vi-  
tijijs. Suadebat etiam iugi meditatione retinendum Apostoli sermonem, quo ait: Sol  
non occidat super iracundiam vestram. Non tantum autem super iracundiam solem  
occidere non debere interpretabatur, sed & super omnia delicta hominum, nē peccato-  
rum

rum vnquam nostrorum aut in nocte luna, aut in die sol testes abscederent. Illius quo-  
que adonebat præcepti memores esse, quo dicit in alijs: Dijudicate vosmetipsos, &  
probate; ut rationem diei noctisque facientes, si in se delictum deprehendissent, pec-  
care desisterent: Sin autem nullus error decepisset, perseuerantes instarent potius in-  
cepto, quam arrogantiā tumidi aut alios contemnerent, aut sibi iustitiam vendica-  
rent, iuxta supradicti doctoris eloquium, dicentis: Nolite iudicare ante tempus: magis  
debere eos Christo, cui soli occulta patent, reseruare iudicium. Multas esse (ut scri-  
ptum est) vias, quæ videntur hominibus iustæ, sed fines earum ad profundum respicere  
inferni: sæpē nostra non posse nos intelligere peccata, sæpē falli in ratione gestorum:  
aliud esse Dei cuncta cernentis iudicium, qui non ex superficie corporum, sed ex men-  
tium iudicaret arcanis. Aequum autem esse nos nobis compati, & inuicem onera nos-  
tra portare, ut concessio examine Saluatori, proprias conscientias nosmetipsos dijudi-  
cantes intueremur.

Nec non dicebat, magnam esse ad virtutem viam, si singuli vel obseruarent quid ge-  
rerent, vel vniuersas mentium cogitationes fratribus referrent: Non enim posse ali-  
quem peccare, cum relaturus esset ad alium quæcunque peccasset, & subire pudorem  
in publicum turpia proferendi. Denique nullum peccantem coram alio audere pecca-  
re: etiam si peccet, tamen testē vitare peccati: mentiri magis & negare ei, & vetus de-  
lictum nouo inficiandi augeri delicto. Igitur quasi sub oculis, aiebat, nostris & cogita-  
tu confundimur, & actū, si omnia referenda faciamus: multo autem magis, si peccata  
nostra fideliter describentes, digeramus in ordinem. Tunc verò annotatio delictorum,  
fratrum videbitur oculis: timebimus peccati ceras conscientias, ipsi nos arguent apices:  
& quomodo meretricibus membra miscentes, confunduntur ad præsentiam catero-  
rum, ita nos erubescemus ad literarum scripturas. Hæc agamus, hanc virtutis gradi-  
mur viam, & corpora mentibus subiugantes, perniciosas diaboli conteramus insidias.  
Talibus sermonum hortamentis & venientes ad se monachos incitabat ad studium, &  
patientibus condolebat, pluresque eorum Dominus per Antonium liberauit. Nunquam  
tamen aut de incolumitate curatorum est inflatus ad gloriam, aut contristatus de ob-  
fessis adhuc corporibus, murmurauit. Magis autem eodem semper animo & vultu ma-  
uens, gratias Deo referebat: suadens occupatis, ut correptionem, qua vexabantur, pa-  
tienter ferrent: Non enim Antonij aut cuiusquam omnino hominum hanc esse medi-  
cinam, sed Domini solius, qui consuevit & quibus vellet, & quo vellet tempore, dare sa-  
nitatem. Itā consolatione sua, & vexatos æquanimiter ferre tentationem, & iam libe-  
ratos non sibi, sed Domino gratias referre docebat.

Fronto autem quidam vir ex Palestinis, qui infestissimo dæmonio vexabatur, (nam  
& linguam eius laniabat dentibus, & oculorum nitetur lumen extinguere) perrexit  
ad montem, rogauitque beatum senem, ut pro se Dominum rogaret. Oravit Antonius,  
dixitque ad eum: Vade, & curaberis. Illo incredulo sibi, & violenter ibidem contra præ-  
ceptum remoranti, eadem geminans Antonius, dixit ad eum: Hic curari non poteris.  
Egredere, & calcata Aegypto, statim te misericordia Christi consequetur. Tandem cre-  
didit, & profectus est, ac visā Aegypto, secundum promissionem senis, quam ei Domi-  
nus oranti reuelauerat, infestatio cessauit inimici. Virgo quædam, quæ à Tripolitana  
regionis ciuitate \* erat, inauditis ac flebilibus doloribus laborabat. Etenim narium  
purgamenta, oculorum lachrymæ, aurium putridus humor in terram cadens, conse-  
sim in vermes conuertebantur. Augebat calamitatem corpus paralyti dissolutum,  
oculos quoque peruersos contra naturam habens. Huius parentes cum ad Antonium  
monachos ire didicissent, credentes in Domino, qui pertinacem sanguinis fluxum in  
Evangeliō tactu simbrice stare præceperat, rogauerunt, ut miserabilem filia comitatum  
susceperent. Illis renitentibus eam vsque ad Antonium perducere, remansere parentes  
eius foris cum filia debili apud beatum confessorem & monachum Paphnutium, qui  
effosso pro Christo oculo sub Maximiano persecutore, tali de honestamento corporis  
plurimum gloriabatur. Peruenientem autem ad Antonium monachi: Cumque de puella  
morbo referre disponderent, relationem eorum senis sermo præuenit, & omnem debi-  
litas & itineris vsque ad sanctum Paphnutium causam, quasi ipse interfuisset, exposuit.  
Rogantibus autem monachis, ut parentibus cum filia permitteretur ingressus, non  
concessit, sed ait: Ite, & inuenietis puellam, si non est mortua, curatam. Et adiecit: Nul-  
lus

Vide sancti viri humilitatem.

Ius debet ad meam humilitatem venire, quia largitio curationum non est humanae misericordiae, sed Iesu Christi misericordiae, qui ubique in se credentibus praestare consuevit auxilium. Quamobrem & illa, pro qua petitis, suis precibus liberata est: & cum ad Dominum orarem ego, mihi praescientia sanitatis eius indulta est. Dixit, & verba eius puella incolumitas secuta est. Nam exeuntes foras ad beatum Paphnutium, & filiam sospitem, & parentes latos repererunt.

Multa cognoscit ex diuina reuelatione.

Non multos autem post illos dies cum duobus fratribus euntibus ad Antonium aqua in itinere defecisset, & vno siti mortuo, alter iaceret in terra mortem expectans, Antonius sedens in monte, celeriter ad se duos monachos vocat, qui forte ibidem sunt reperti, & festinato praecipit, ut lagenam aquae assumentes, inuaderent iter, quod ducit ad Aegyptum, dixitque: Vnus est fratribus huc aduenientibus modò migravit ad Dominum: alter, si non succurreritis, addetur: hoc enim mihi nunc oranti reuelatum est. Sic ait, & iuxta praecipitum eius monachi festinantes, extrinsum corpus inueniunt, terraque illud operientes, alterum refocillatum, suo iunxerunt comitari: erat autem spatium itineris vnus dies. Fortasse hinc aliquis quaerat, cur non antequàm moreretur homo, Antonius dixerit. Incongruo prorsus Christianis argumento vtitur: quia non Antonij, sed Dei fuit iudicium, qui & de recedente, quam voluit, sententiam tulit, & desistente reuelare dignatus est. Hoc tantum in Antonio mirabile est, quòd in monte remotissimo sedens, corde perugli cuncta procul posita, Domino indicante, cognosceret. Alio rursus tempore cum sederet in monte, & oculos subito tendidisset ad caelum, vidit nescio quam animam, latantibus in eius occursum angelis, ad caelum pergere. Cuius spectaculi nouitate stupefactus, beatum dixit sanctorum chorum, orantemque sibi rei praesentis agnitio panderetur. Et statim vox ad eum facta est, inquit, istam esse Ammonis monachi animam, qui Nitria morabatur. Erat Ammon vir grandaeuus, qui perseueranter à pueritia vsque ad senectutem in sanctitate vixerat. Itinere quoque dierum tredecim à Nitria, locus, in quo sedebat Antonius, diuidebatur. Videntes ergo eum monachi admirantem, qui venerant, deprecati sunt, ut causam hilaritatis ediceret. Quibus ait, modò Ammonem quieuisse, quem propter frequentem eius ad Antonium comitatum, & propter celebritatem indultorum ei à Domino signorum, optime nouerant: de quibus etiam hoc vnum dicendum est. Necessè ei fuit aliquando flumen nomine Lycum, subitis aquis inundatum, transuadare, rogauitque Theodorum, qui cum ipso erat, ut paululum à suo separaretur ad specum, ne nuditatem inuicem corporis vterque conspicerent. Recessit Theodorus: nihilominus ille seipsum cum vellet nudare, erubuit. Cogitantem autem eum in alteram ripam virtus diuina transposuit. Rursusque Theodorus cum videret hoc, & ipse Deo deuotus, transiens ad senem, mirari coepit, quòd tam velociter fluium transuadasset. Cumque nihil humoris in pedibus, nihil in vestibus eius aquae conspiceret, rogauit eum, ut tam incredibilem translationem quasi filio pater exponeret. Nolente illo dicere, quae acciderant, amplexus est pedes eius, iurauitque, non se prius dimissurum, quam sibi id, quod celabat, referret. Videns ergo senex contentiosè vincere volentem fratrem, exegit vicissim ab eo, ut nulli hoc ante suam mortem indicaret: atque ita confessus est, se subito in alteram ripam fuisse transpositum, neque omninò vndis impressisse vestigia, Dominici corporis hoc tantummodo priuilegium asserens, & eorum, quibus ipse, ut Apostolo Petro, donauerit, ut aquarum leuitati humanum corpus insisteret. Haec autem Theodorus promisso tempore post eius mortem retulit. Monachi verò, quibus dixerat Antonius de morte Ammonis, notauerunt diem, & venientibus de Nitria fratribus post dies triginta, sciscitantes repererunt illo die, illaque hora dormisse Ammonem, qua animam eius ferri senex viderat. Vtrique igitur puritatem mentis in Antonio mirati sunt, quomodò rei tam longè gestae statim ad eum fuisset perlata cognitio.

Obserua puritatem & miracula.

Archelaus quoque comes cum eum inuenisset in exteriori monte, rogauit ut oraret pro Polycratia Publij filia, quae in Laodicea erat, admirabili & Christo dedita virgine. Patiebatur enim pessimos stomachi & lateris dolores, quos ieiunij nimij, vigiliisque contraxerat, & erat penitus toto debilis corpore. Oravit Antonius, & diem, quo fuerat oratio facta, annotauit Archelaus. Redit Laodiceam, & inuenit virginem incolumem. Percontatus diem sanitatis, reperit tempus medelae cum annotatione congruere. Et omnes admirati sunt, agnoscentes eo tempore illam fuisse à doloribus liberatam à Domi-

Polycratia virgo curatur.

Non multos autem post illos dies cum duobus fratribus euntibus ad Antonium aqua in itinere defecisset, & vno siti mortuo, alter iaceret in terra mortem expectans, Antonius sedens in monte, celeriter ad se duos monachos vocat, qui forte ibidem sunt reperti, & festinato praecipit, ut lagenam aquae assumentes, inuaderent iter, quod ducit ad Aegyptum, dixitque: Vnus est fratribus huc aduenientibus modò migravit ad Dominum: alter, si non succurreritis, addetur: hoc enim mihi nunc oranti reuelatum est. Sic ait, & iuxta praecipitum eius monachi festinantes, extrinsum corpus inueniunt, terraque illud operientes, alterum refocillatum, suo iunxerunt comitari: erat autem spatium itineris vnus dies. Fortasse hinc aliquis quaerat, cur non antequàm moreretur homo, Antonius dixerit. Incongruo prorsus Christianis argumento vtitur: quia non Antonij, sed Dei fuit iudicium, qui & de recedente, quam voluit, sententiam tulit, & desistente reuelare dignatus est. Hoc tantum in Antonio mirabile est, quòd in monte remotissimo sedens, corde perugli cuncta procul posita, Domino indicante, cognosceret. Alio rursus tempore cum sederet in monte, & oculos subito tendidisset ad caelum, vidit nescio quam animam, latantibus in eius occursum angelis, ad caelum pergere. Cuius spectaculi nouitate stupefactus, beatum dixit sanctorum chorum, orantemque sibi rei praesentis agnitio panderetur. Et statim vox ad eum facta est, inquit, istam esse Ammonis monachi animam, qui Nitria morabatur. Erat Ammon vir grandaeuus, qui perseueranter à pueritia vsque ad senectutem in sanctitate vixerat. Itinere quoque dierum tredecim à Nitria, locus, in quo sedebat Antonius, diuidebatur. Videntes ergo eum monachi admirantem, qui venerant, deprecati sunt, ut causam hilaritatis ediceret. Quibus ait, modò Ammonem quieuisse, quem propter frequentem eius ad Antonium comitatum, & propter celebritatem indultorum ei à Domino signorum, optime nouerant: de quibus etiam hoc vnum dicendum est. Necessè ei fuit aliquando flumen nomine Lycum, subitis aquis inundatum, transuadare, rogauitque Theodorum, qui cum ipso erat, ut paululum à suo separaretur ad specum, ne nuditatem inuicem corporis vterque conspicerent. Recessit Theodorus: nihilominus ille seipsum cum vellet nudare, erubuit. Cogitantem autem eum in alteram ripam virtus diuina transposuit. Rursusque Theodorus cum videret hoc, & ipse Deo deuotus, transiens ad senem, mirari coepit, quòd tam velociter fluium transuadasset. Cumque nihil humoris in pedibus, nihil in vestibus eius aquae conspiceret, rogauit eum, ut tam incredibilem translationem quasi filio pater exponeret. Nolente illo dicere, quae acciderant, amplexus est pedes eius, iurauitque, non se prius dimissurum, quam sibi id, quod celabat, referret. Videns ergo senex contentiosè vincere volentem fratrem, exegit vicissim ab eo, ut nulli hoc ante suam mortem indicaret: atque ita confessus est, se subito in alteram ripam fuisse transpositum, neque omninò vndis impressisse vestigia, Dominici corporis hoc tantummodo priuilegium asserens, & eorum, quibus ipse, ut Apostolo Petro, donauerit, ut aquarum leuitati humanum corpus insisteret. Haec autem Theodorus promisso tempore post eius mortem retulit. Monachi verò, quibus dixerat Antonius de morte Ammonis, notauerunt diem, & venientibus de Nitria fratribus post dies triginta, sciscitantes repererunt illo die, illaque hora dormisse Ammonem, qua animam eius ferri senex viderat. Vtrique igitur puritatem mentis in Antonio mirati sunt, quomodò rei tam longè gestae statim ad eum fuisset perlata cognitio.

Dominio, quo orans Antonius pro ipsa bonitatem Saluatoris inuocauerat. Saepè etiam ad se venientium turbamur ante dies & menses, & causas praedixit, & tempora. Nam quosdam videndi eum tantum desiderium, alios imbecillitas, nonnullos obsessa à demonibus corpora pertrahebant: nemo tamen vnquam vexationem aut detrimentum laboris itineris conquestus est: regrediebantur omnes spiritali cibo pleni. At ille precipiebat, non suae laudi hanc admirationem ab eis applicari debere, sed Domini, qui sui notionem hominibus pro capacitate mortalitatis indulserit.

Quodam autem tempore cum exisset ad exteriora monasteria, & rogatus esset à fratribus, ut in naui quadam cum monachis proficiscentibus oraret, ascendit, & solus ex omnibus odorem sensit teterrimum: Asserebant cuncti piscium fisorum, & caricarum in naui positarum hunc esse putorem. At ille alterius rei se foetorem sentire affirmavit. Adhuc loquente illo, adolescens quidam possessus à demone, qui praecedens iuxta carinam se nauis absconderat, repente exclamauit. Quo statim per Antonium in nomine Domini nostri Iesu Christi curato, intellexere vniuersi, illum diaboli fuisse se putorem. Alius quoque ad eum, vir inter suos nobilis, demoniosus adducitur, tanta oppressus insania, ut non sciret se esse apud Antonium, necnon & corporis sui superflua comederet. Quamobrem rogatus senex ab his, qui eum adduxerant, ut pro illo Dominum oraret, intantum iuuenis miseriae condoluit, ut tota nocte peruigilans cum eo, aduersus patientis insaniam laboraret. Sed cum iam lucefceret, & obsessus, impetu in Antonium facto, vehementer eum impulisset, irasci coeperunt qui eum adduxerant, cur seni fecisset iniuriam. Quibus Antonius ait: Nolite alienam culpam iuueni misero adscribere: furor iste obsidentis est, non obsessi. Idcirco autem in hanc prorupit dolens hostis audaciam, quia Dominus ad aridam regionem ire eum iussit: & expulsi fatanae iudicium, iste aduersus me impetus fuit. Nulla post verba mora: adolescens recepto sensu, & gratias agens Deo, & locum ubi esset, agnouit, & totum Antonium complexus, deosculatus est. Innumera & alia istiusmodi signa sunt, quae monachorum concordì saepè relatione cognouimus.

Demonis foetore solus sentit Antonius.

Sanatur obsessus.

Verum non tantum his adhibendus est stupor, quia multo plius, quae sequuntur, conditionem nostrae fragilitatis excedunt. Hora circiter nona, cum ante cibum orare coepisset, raptum se sensit in spiritu, & ab angelis in sublime deferri. Prohibentibus transfuitum aëris demonibus, coeperunt angeli contradicentes requirere, quae esset causa retinendi, nullis existentibus in Antonio criminibus. Illis verò ab exordio natiuitatis replicare peccata nitentibus, calumniosa angeli clausurunt ora, dicentes, non debere eos à natiuitate eius delicta narrare, quae iam Christi essent bonitate sopita: si qua autem scirent ex eo tempore, quo esset factus monachus, & Deo se consecrasset, licere profiteri. Accusabant demones, multa procaciter mentientes, & cum deessent probamenta fallacibus, liber Antonio consensus aperitur. Et statim rediens in se in eo loco, quo orare coeperat, hoc se rursum vidit esse quod fuerat. Tunc verò oblitus escæ, ex illa hora noctem gemitu ac lamentatione transegit, reputans secum humanorum hostium multitudinem, & colluctationem tanti exercitus, & laboriosum per aërem iter ad caelum, & hoc Apostoli dictum, quo ait, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principem potestatis huius aëris. Qui sciens aëreas potestates ob id semper tentare, luctari, contendere, ne nobis liber transitus esset ad caelum, hortabatur monens, Assumite arma Dei, ut possitis resistere in die malo: ut nihil mali habens, quòd de vobis dicere possit, inimicus confundatur. Nos autem Apostolici sermonis recordemur, dicentis: Siue in corpore, siue extra corpus, nescio: Deus scit. Et Paulus quidem vsque ad tertium caelum raptus est, ibique auditis verbis ineffabilibus descendit: Antonius autem vsque ad aërem sublatus, post colluctationem liber apparuit.

Antonius accusatur procaciter à demonibus.

Eph. 6.

Ibidem. Tit. 2. 2. Cor. 12.

Habebat etiam istiusmodi donum: si cuius rei sedens in monte ignarus fuisset, & eius secum inquireret notionem, oranti ei à Domino reuelabatur, & erat, secundum quod scriptum est, à Deo doctus. Denique cum à fratribus haberetur iste tractatus, & ab eo sedulo sciscitarentur, quemadmodum se post corporis sarcinam anima gereret, quive ei locus post exitum concederetur, proxima nocte vox desuper in clamitans nomina eius, ait: Antoni, exurge, exi & vide. Qui exurgens, egressus est, sciebat enim, quibus

Iohan. 6. Ega. 34.

Viso S. An tonij.

respondere deberet. Et eleuatis ad caelum oculis, vidit quendam longum atq; terribi- lem, caput vsque ad nubes attolentem: vidit etiam pennatos quosdam volare cupien- tes ad caelum, atque illum extensis manibus prohibere transitum: e quibus alios ap- prehenfos, elidebat ad terram: alios frustra retinere contendens, dolebat super se ad caelestia tranfluolare: & maximum gaudium mixtum moerore, victi victoresq; tribue- bant. Statimq; ad eum vox facta est, dicens: Animaduerte, quod vides. Et tunc coepit illuminato corde intelligere, animarum esse confensum, & diabolum prohibentem: qui & sibi retineret obnoxios, & sanctorum, quos decipere non poterat, cruciaretur volatu. His visionum exemplis incitatus, quotidie ad meliora crescebat. Neq; vero id, quod sibi reuelatum fuerat, causa iactantia fratribus indicabat: sed cum orans iugi- ter, Dei laudaret auxilium, interrogantibus compellebatur edicere: nec spirituales fili- os pura in Christo anima celare quicquam volebat, praesertim cum huiusmodi signo- rum relatio, & amorem ministraret proposito, & fructum laboris ostenderet.

Desert cler- ro Antonij.

Nunquam ille aut ira subita concitatus, patientiam rupit, aut humilitatem crexit in gloriam. Nam omnes clericos vsq; ad vltimum gradum ante se orare compellens, Epi- scopis quoque atq; presbyteris, quasi humilitatis discipulus, ad benedicendum se caput submittebat. Diacones vero, quia ad eum vtilitatis causa veniebant, cum pro adiu- rio eorum eis praesentibus disputaret, ad orandum Dominum sibi praeponebat, non erubescens & ipse discere. Nam & interrogabat eos frequenter, cum quibus erat, & si aliquid ab eis necessarium audierat, se fatebatur adiutum. Habebat autem & in vultu magnam gratiam, & admirabile a Salvatore etiam hoc munus acceperat. Si quis enim ignarus eius, inter multitudinem monachorum eum videre desiderasset, nullo indi- cante, caeteris praetermissis, ad Antonium currebat, & animae puritatem agnoscebat ex vultu, & per speculum corporis, gratiam sanctae mentis inuebatur. Nam semper hi- larem faciem gerens, liquidò ostendebat, se de caelestibus cogitare, sicut scriptura ait: Corde latante vultus floret, sed in moerore continuo tristatur. Ira & Iacob agnouit Laban socerum suum insidias sibi machinantem, dicens ad filias eius: Non est facies patris vestri, sicut heri & nudius tertius. Sic Samuel agnouit Dauid: laetificatos enim habebat oculos, & dentes sicut lac candidos. Similiter agnoscebat Antonius, quia semper eandem faciem inter prospera & aduersa retinens, nec secundis extolle- batur, nec frangebatur aduersis. Erat enim & in vultu amabilis, & in fidei puritate mira- bilis.

Prou. 17.

Gen. 31. 2. Reg. 16.

Haereticos vitat & de- testatur.

Nunquam schismaticorum se miscuit communioni, antiquam eorum sciens prauita- tem atque transgressionem: Nunquam Manichaeis aut alijs haereticis saltem amica- bilia verba largitus est, nisi tantum ea, quae eos possent ab iniquitatis errore reuocare, denunciando talium amicitias atque sermones perditionem esse animae. Sic etiam Ari- anos detestabatur, vt omnibus diceret, nec iuxta eos quidem esse accedendum. Nam cum venissent quidam Arriionitae, reperit post eorum examinationem infelicissimam sectam, & fugauit eos de monte, dicens, multo serpentibus deteriores horum esse ser- mones. Mentientibus autem Arrianis aliquando, Antonium ita vt se credere, admira- tus eorum audaciam, & iusti doloris ira commotus, rogatusque ab Episcopis atque vniuersis fratribus, Alexandriam descendit, ibique Arriionitas publico sermone con- demnauit, vltimam hanc esse haesim, & Praecursorem Antichristi affirmans, praedica- uitq; in populo filium Dei non facturam, non ex vllis extantibus, sed proprium, & vni- us cum Patre substantiae: ne creatura potius, aut adoptio, aut appellatio videretur: impium esse dicens vel mente concipere, Erat, quando non erat, cum verbum Dei De- us, qui est semper, Patri sit coaeternus: quia ex eo natus est Patre, qui semper est. Vn- de aiebat: Cum Arrianis vobis nulla sit coniunctio. Quae enim societas luci ad tene- bras? Vos fideliter credentes, Christiani estis: illi verbum, id est, filium, qui ex Deo Pa- tre est, creaturam docentes, nullo interuallo a gentibus separantur, qui seruiunt crea- turae potius, quam creatori qui est benedictus in secula. Ipsa (mihi credite) irascuntur elementa, & omnis contra Arrianum furor, secundum Apostoli dictum, ingemiscit creatura, quod sibi Dominum suum, per quem omnia, & in quo omnia facta sunt, vi- deat aggregari.

Rom. 1. Rom. 8.

Haec tanti viri praedicatio exprimi non potest, quantum ad fidem populos robotra- uerit. Laetabantur quippe hostilem & Christo inimicam haesim anathematizari ab Ecclesia

Ecclesiae columna. Nulla tunc aetas, nullus sexus domi remansit. Taceo de Christianis. Pagani quoque, & ipsi idolorum sacerdotes, ad Dominicum imperium conuolabant, dicentes: Precamur, vt videamus hominem Dei: quia hoc apud vniuersos conspicuum erat nomen Antonij. Ambiebant quoque saltem simbriam vestimenti eius attingere, nullum sibi & tactum prodesse credentes. Quot tunc diabolica obsidione, & varijs in- firmitatibus liberati? quot simulacris erepta sunt spolia? quanti etiam ab errore genti- lium retracti, nostro iuncti sunt gregi? Tanti certe, vt paucorum dierum spatio, ex ido- lorum superstitione conuersio, omnem per annum credentium vinceret turbam. Prae- terea cum irruentem multitudinem comites repellerent, aestimantes illi tedio conuen- tum populi fore: ille tranquillo animo dicebat: Nunquid hic coctus, demonum maior est turba? nunquid obsequentium multitudo, colludatorum in monte nostrorum ca- tenis est numerosior? Accidit etiam, vt cum eum redeuntem circa portam prosequeremur, a tergo quaedam mulier clamitaret, dicens: Expecta homo Dei, filia mea atrocissi- mo vexatur demonio: expecta, obsecro, expecta, ne & ego corruens inteream. Hoc au- dito, mirabilis senex a nobis admonitus, volens tamē & ipse, paululum substitit. Cumq; appropinquante muliere puella iaceret explosa, orauit tacitus Dominum Iesum, & ad comminationem eius statim spiritus impurus egressus est. Puella incolumis, populus in laudibus Dei, mater in gaudio fuit. Ipse autem letabatur, quia ad desideratam solitudi- nem repedabat. Erat autem valde sapiens, & hoc in se mirabile habebat, quia cum lite- ras non didicisset, ingeniosissimus & prudentissimus erat.

Permulci ab eo cu- rantur.

Demonem eicit.

Philosophi tentat An- tonium.

Item alij.

Coloss. 4.

Rursus alij, ijque do- ctissimi.

Nota acus- men sancti viri.

\* numen

Aliquando enim Philosophi duo gentiles venerunt ad eum, putantes Antonium se posse decipere: erat vero in exteriori monte. Quos cum vidisset, paganos intellexit ex vultu: & procedens ad eos, per interpretem ita coepit loqui: Quare tam longè ad stultum hominem sapientes se vexare voluerunt? Illis dicentibus, non esse illum stultum, sed & nimium sapientem, vigilanter respondit: Si ad stultum venistis, superfluum est labor vester: si autem putatis me sapientem esse, & sapientiam habere, bonum est: imitami quod probatis, quia bona conuenit imitari. Si ego ad vos venissem, vos imi- tarer: sed quia vos ad me, quasi ad sapientem venistis, estote, sicut ego sum, Christiani. Abscefferunt Philosophi, vtrunque mirantes, & acumen ingenij, & demonum expul- siones. Alios quoque similiter mundi sapientes, qui eum irridere cupiebant, quia lite- ras ignoraret, tali disputatione colligauit, dicens: Respondete mihi: quid prius, sensus, an litera? & quid cuius exordium? sensus ex literis, an litera oriuntur ex sensu? Illis asse- rentibus, quod sensus esset author atque inuentor literarum, ait: Igitur cui sensus inco- lumis est, hic literas non requirit. Quis praesentium post hanc colludationem non ex- clamauerit, cum obstupuerint & ipsi, qui victi sunt, tantam in imperito literarum, saga- citatem animi admirantes? Neque enim vt in solitudine & montibus versatus, atque omnem ibidem exigens vitam, agrestis & rudis erat: sed iucundus atq; affabilis, sermo- nem, secundum Apostoli praecipuum, diuino conditum sale proferebat, ita vt inuidia ca- reret, & amore omnium potiretur.

Inter haec, quasi parum esset bis gentilitatem fuisse superatam, & tertio venerunt vi- ri ad eum, omnis secularis prudentiae nube ceccati, atque vniuersis philosophiae studijs artium suarum aestimatione doctissimi. Hi cum rationem ab eo exigerent fidei, quam in Christo habemus, & niterentur arguta sophismatum interrogatione de diuina cru- ce eum illudere, in silentium paululum voce compressa, primum eorum miseratus er- rorem est: deinde per interpretem, qui eius verba diligentissimè in Graecum solebat ex- primere sermonem, ita exorsus est, dicens: Quid pulchrius est, quid ue honestius, cru- cem colere, an adulteria, parricidium vel incestum his assignare, quos colitis? cum in al- tero sit contemptus mortis, insigne virtutum: in altero turpis religio, obscenitatis magistra? Quid melius est dicere, quod Dei verbum manes vt erat, ob salutem nostram humanum corpus assumpserit, vt societate mortalitatis nos eueheret ad caelum, parti- cipesque naturae caelestis efficeret: an, vt ipsi asseritis, diuinam mentis haustum ad terrena veneranda caput submittere, & pecudum atque serpentum formis caeleste \* nomen in- cludere? Quo ore Christianorum credulitatem audetis irridere, dicentium Christum filium Dei, sine sui detrimento & coepisse esse quod non erat, & mansisse quod fuerat: cum ipsi animam de caelestibus detrahentes, non tantum hominum, sed & pecudum so- leatis sepire corporibus?

Chri-

Christiana credulitas pro salute mundi Dominū suū venisse testatur: vos verò inna-  
tam animā predicātes, vtrò citroq; transfertis. Christiana fides, quæ omnipotentia Dei  
clementiamque veneratur, consequenter incarnationem dicit Deo fuisse possibilem:  
ita tamen, vt non euacuauerit dignatio dignitatē: vos qui ex splendidissimo Dei fonte  
manantem, turpiter decidisse iactatis, qui mutabilem atque conuertibilem eam post  
sui diminutionem audetis asserere, iam illam quoque naturam, dominam seculorum,  
per animæ contumelias impia lingua temeratis. Imago enim, quæ secundum vos na-  
turalem similitudinem sui retinet authoris, cui vna est, ex quo defluit, eademq; substan-  
tia, humilitates proprias & iniurias consequenter ad suam originem remittit. Igitur ani-  
maduertite, cōtumelias animarū ad patrē (vt appellatis) earū per vestrā blasphemā re-  
dudare. Crux Christi Domini nostri hīc nobis ingeritur. Rogo, quæ hæc est religionis  
obscœnitas? Nōne potius est crucem attollere, aut alicuius generis mortē ab iniquis  
hominibus illatam patienter sustinere, quā Iſidis plangere post Oſirim vagos incer-  
tosque discursus? Pudeat vos, quæso, insidiarum Typhonis, pudeat Saturni fugæ, & de-  
uorationis crudelissimæ liberorum: Erubescite parricidium Iouis & incestum, erube-  
scite raptum eius & coitum mulierum atque puerorum. Ille, sicut vestri fingit Poëta,  
ad explendum immanissimæ libidinis furorem, molles dedit in amore vagitus, ille in  
Danaæ fluxit sinus, ipse amator & precium: ille modularis ales Lædæo petiuit ample-  
xus: ille in proprium sequens sexum, regium puerum ministris aubus polluit. Hæc vos  
credit, hæc colitis, hæc sunt vestrorum ornamenta templorum. Aequo, deprecor pro  
vestra salute, nostra dicta penſate iudicio. Cuncta, an nihil, in libris credenda sunt Chri-  
stianis? Si nihil, nec crucis quoque, cui detrahitis, nomen agnosceris. Si vniuersa credēda  
sunt, cur, cum in iisdem libris Cruci resurrectio copuletur, passionem diuinam stolido  
laceratis eloquio, & nō statim iungitis cæcorum visum, surdorum auditum, claudorum  
gressum, lepræ emundationem, seruiens ambulanti Deo suo mare, dæmonum fugas, re-  
surrectionem mortuorum, & defunctorum ab inferis reditus? Hæc omnia scripturis di-  
uinis, quas interpellatis, inserta sunt, & iisdem voluminibus continentur præconia ma-  
icistatē & mortis. Quamobrem odio, quo imbuti estis, abiecto, inuenietis illic & Deum  
verum esse I E S V M, & salutis humanæ gratia fragilem assumpsisse naturam.

Vestram tamen nobis, si non pudet, narrate religionem. Sed quas error infelix pote-  
rit referre culturas de tanta rerum foeditate atque vecordia? nisi fortè (vt audio) fabu-  
las asseratis deorum vestrorum, & obscœnitates, & crudelitates, & vanitates, & mortes,  
regentes eas allegoricis velaminibus: Liberum vinum, terram Proserpinam, semicla-  
dum Vulcanum & debilem ignem, Iunonē aërem, Apollinem solem, Dianam lunam,  
Neprunum maria, & libidinum principem Iouem atherem interpretantes. Nec post  
hanc excusationis procacitatem Deum, sed creaturas, contempto creatore, suscipitis.  
Quod si pulchritudo vos elementorum ad suam traxit venerationem, modum fascerat  
custodire, & oportebat mirari tantum, nec colere, nè factura veneratio creatoris esset  
iniuria. Nam istiusmodi, quam vos sequimini, ratio est præpostera atq; peruersa, & ar-  
chitecti honor migravit ad domum, & medici scientia ad remedia conferuntur, omnium  
quoque artificū merita vel laudes ad opera transferuntur. Quid ad hæc dicitis, vt agno-  
scamus quæ sit Crucis ridicula vobis ignominiosa confessio?

Hac disputatione conuertentibus inter se philosophis oculos, simulque mustitanti-  
bus, subridens Antonius, rursū per interpretem ait: Prædurum nanque cuncto vide-  
tur operi, quoties iusto vniuersæ rei tenore calcato, laboris merita factis magis quā  
factoribus adstruuntur. Elementa quidem, vt memoravi, ex ipso conspectu suam com-  
probant seruitutem. Sed quoniam vos obseruatione dialectica necessaria, vt putatis,  
quæque colligitis, hoc quoque artificio etiam nos nostram religionem compellit as-  
firmare. Respondere mihi: Cognitione Dei quemadmodum manifestius approbatur? per  
lectionem verborum, an per operationem fidei? Et quid antiquius est, operatio fidei, an  
disputatio per argumenta procedens? Illis respondentibus firmiorem sermonibus ope-  
rationem esse, & hanc liquidam de Deo cognitionem, benè eos & ipse dixisse consensit:  
quia operationem quæ ex fide descendit, animi generat affectus, dialecticam verò ex ar-  
tificio componentium sumpsisse oppositionis exordia. Cū ergo, ait, operationem fi-  
dei animo insitam quis habuerit, superflua erit verborū compositio, per quā cōceptam  
sensu nostro credulitatē rētatē euellere, & tamē sepè vos vestras explicare intelligētias  
non

Perstringit  
fallorum  
deorū fla-  
gitia & tur-  
pitudines.

Elemento-  
rum mirā-  
da pulchri-  
tudo, non  
colenda.

Oppugnat  
Philoso-  
phos rati-  
one dialecti-  
ca.

non valetis. Itā solidiora sunt mentis opera, quā sophismatum fraudulenta cōclusio.  
Nos Christiani mysterium vitæ nostræ non in sapientia mundi habemus repositum, sed  
in virtute fidei, quæ nobis à Deo tributa per Christum est.

Hanc orationis meæ veritatem, rerum quæ geruntur quotidie, ordo commēdat. no-  
bis imperitis, & literarum vestrarum ignaris, ad Dei cognitionem eius sola verba suffi-  
ciunt. Ecce nos tot gentilitatis gregibus abstracti, in vniuersum orbem quotidie propa-  
gamur: vobis verò post aduentum Domini nostri nodosa sophismatis defecere versu-  
tia. Ecce nos simplicem Christi fidem docti, idololatriam debellauimus, & per prædica-  
tionem ignominiosa crucis aurata templa ceciderunt. Vós, si potestis, ostendite, qua  
contextione verborum gentilitatem Christo præponere susceperitis. Per omnes iam ter-  
ras Deus Dei filius Christus est agnitus: nihil eloquentia sophismatum, nihil disputatio  
philosophiæ multitudini potest obesse credētium. Crucifixum nominamus, & vniuersi  
dæmones, quos vos vt deos colitis, rugiunt, atque ex obsessis corporibus ad primum  
Dominicæ Crucis signum fugantur. Vbi sunt illa fabulosa oracula? vbi Aegyptiorum  
incantationes? quò magorum profecere carmina? Certè tunc vastata sunt omnia, cū  
de sua cruce mundo Christus intonuit. Nihilominus vos, prætermisisti debilitatorum  
cateruis, gloriosam Iesu mortem irridere conamini. Illud autem quale est, quod nun-  
quā infestatione regali cōcussa gentilitas, immò verò seculo chara, & hominum præ-  
sidijs sulca, iam corruit? Nos famuli Christi, quo plus premimur, eo magis assurgimus  
& floremus. Vestra simulacra, ornatis quōdā septa parietibus, iam vetustate collapsa  
sunt: Christi verò doctrina, quæ vobis stultitia videtur & ludus, licet tyrānica persequen-  
tium principum tentamēta pertulerit, licet varijs sit incurſata terroribus, nullo tamen  
terrarum orbe concluditur, nullo gentium barbararum sine prohibetur. Quando tot si-  
mul in se conuenere virtutes? continentia in matrimonio, virginitas in Ecclesia, floret  
martyrum pro Domino suo gloriosa constantia: quorum omnium crux Christi princi-  
pium est. Cū interim vos, inter tatos virtutum choros, syllogismorum retia tenditis,  
& veram rerum lucem tenebrosis conamini argumentationibus obuoluere. Ecce nos, <sup>1. Cor. 1.</sup>  
vt dixit doctor noster, non in gentili persuasionem, sed in fide apertissima suademus, quæ  
verborum affirmationem præuenire consuevit.

Ad sunt quippe patientes, à dæmonibus vexati: quos cū in medium produxisset, ver-  
ba repetiuit, dicens: Nunc vos collectionibus vestris, & quo vultis malefico carmine  
deos vestros, quos putatis, expellite: sin autem non potestis, victas submitte manus, &  
ad Christi trophæa confugite, & statim crucifixi credulitatem maiestatis potentia pro-  
sequetur. Dixit, & inuocato nomine IESV, cū vitale signum in sacro numero Trini-  
tatis pressisset in frōtibus, vnā cum expulsis dæmonibus vana presentium philosopho-  
rum confutata sapientia est. Expauerunt enim stupentes hominem, cui post tantum in-  
genium afflueret signorum diuina largitio. At ille vniuersa Christo, qui curauerat, ad-  
scribens, vsus est affatu reciproco, & ait: Nolite me putare his sanitatē dedisse: Chri-  
stus per seruos suos facit ista miracula. Credite & vos, & videbitis, quia deuota Deo fi-  
des, non eloquentiæ vanus tumor, talia signa mereatur: confugite ad Crucifixi legem,  
vosque eius imitami famulos, & hoc scientiæ sine contenti, nulla deinceps secularis  
imprudentiæ argumenta queratis. Hactenus Antonio dicente, miro philosophi stupo-  
re percussi, cum honorifico salutatu ab eo recedētes, multum eius sibi fatebantur pro-  
fuisse conspectum.

Hoc in eo viro mirabile est, vt hominem in extremo mundi limite conditum, & fa-  
nor principum, & omnis celebraret aula regalis. Nam & Constantinus Augustus, & Imperator  
eius liberi Constans atq; Constantius, talia cognoscentes, crebrò ad eum, quasi ad pa-  
trem, missi literis obsecrabant, vt reciprocis eos scriptis hilararet. At ille eiusmodi ma-  
nens, qualis & antè, quā literæ ad eum venirent, fuerat, nec salutatione principum  
mouebatur, & tanquā non acceptis literis, conuocatis monachis aiebat: Reges secu-  
liad nos miserunt epistolas: quæ hīc Christianis adhibenda miratio est? Licet enim di-  
uersa sit dignitas, atramen eadem nascendi moriendique conditio est. Illa sunt omni-  
ueneratione percolenda, illa toto animi affectu retinenda sunt, quod hominibus De-  
us legem scripserit, quod per filium suum proprijs Ecclesias ditauerit eloquijs. Quæ  
monachis est ratio cum epistolis Regum? Cur accipiam literas, quibus consueta nesci-  
am reddere salutationis obsequia? Igitur rogatus ab vniuersis fratribus, vt Christianos  
reges

Crucis si-  
gnum pel-  
lit dæmo-  
nes.

Signi Cru-  
cis mira vis

Antonius &  
Imperator  
res & aulici  
celebrant.



reges suis literis refrigeraret, nē scilicet per silentium eius exasperarentur, ad susceptas Epistolas conuenientia rescripsit: Laudauit primū, quod Christum colerent: deinde salutaria persuasit, nē magnam putarent Regiam potestatem, nē presentī carnis imperio rumentes, se homines esse nescirent, & iudicandos à Christo obliuiscerentur. Ad postremum, clementiæ circa subiectos & iustitiæ, curæ quoque inopum admonuit, atque vnum sempiternum esse regem omnium seculorum Iesum Christum epistolice status est. His Principes susceptis, vehemētissimè lætabantur. Sancta quoque apud curatos Antonij flagrabat opinio, ita vt eius se filios cuperent nominari. Magna etenim cum aduenientibus affabilitas, omnium in se studium conuerterat.

Dan. 8.

Visio tristissima S. Antonij.

Nota, et cōfer cum notis temporibus.

Postquam ergo gentiles confutati, reges admoniti, fratres ab eo sunt consolatione releuati, ad interiorē montem, & ad rigorem solitum regressus est: ibique sæpè cum introeuntibus deambulans, ac residens studebat, sicuti in Daniele scriptum est: & intericctis horarum spatijs, consequentia respondebat, vt intelligeretur aliqua reuelationis vidisse secreta. Nam in monte positus, ea, quæ in Aegypto longè gerebantur, prauitēs, Episcopo Serapioni ibi cōstitutio narrauit. Lamentabilis sequitur visio, & omni lachrymarum fonte plangenda. Cū enim fratribus circa se sedentibus operaretur, intentē fixit oculos in cælum, gemens atque suspirans: & post aliquantum spatium reuelationis incepræ, nimio dolore contremuit, & statim fixis genibus, ante Dei vultum prouolutus orauit, vt clementia sua futurum scelus auerteret. Succedunt orationi lachrymæ, metus ingens inuadit presentes: obsecrant, vt tantæ calamitatis exponeret visionem. Singultus occupant vocem, lingua fletibus præpeditur, & in medio conatu sermo gemitu interruptitur. Vix tamen cum vociferatione luctuosa ait: Melius erat, o filioli, impendens piaculum cita morte lucrari. Sic incipiens, rursū lachrymis vincitur, & inter ægra suspiria tandem pectori commodans vocem, Magnum, inquit, quoddam & vniuersis seculis inauditum imminet nefas. Magno fides Catholica turbine subuertetur, & homines iumentis similes, Christi sancta diripient. Vidi enim altare Domini mulorum circumdatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia dissipabant. Hęc est causa gemituum meorum, quos audistis. Et facta est vox Domini, dicens: Abominabitur altare meum, nec mora, visionem sequitur effectus. Nam post annos duos seua Arrianorum erupit insania. Tunc ecclesiarum fuerunt rapinæ, tunc diuinorum temeratio vasorum: tunc pollutis ethnicorum manibus sacra polluta sunt ministeria: tunc paganorum opificum præsidia, aduersus Christum cōparata, cum assumptione palmarum, quod idololatriæ apud Alexandriam insigne est, ad Ecclesiam pergere compellebantur Christiani, vt Arrianorum populi crederentur. Proh scelus, horret animus replicare quę gesta sunt. Virginum, matronarumque ereptus pudor, sanguis ouium Christi in Christi templo effusus, veneranda resperit altaria: Baptistarium pro voluntate gentilium pollutum est. Nihil defuit, visionis veritatem monstrauit effectus, quod calcitrantium mulorum indisciplina, Arrianorum esset impietas.

Sed istam tristitiam consequentis reuelationis prosperitate consolatus est, & ait: Nolite, filioli, mœrori vos penitus dare: vt enim iratus est Dominus, sic rursū miseretur, & suum citò Ecclesia recuperabit ornatum, eosque, qui in persecutionibus fidem Domini seruauerint, solito videbitis fulgore relucētes. Reuertentur ad foueas suas serpentes, & religio longiùs propagabitur: tantū videre, nē fidei vestræ synceritas Arriana labe sordescat. Non Apostolorum, sed dæmonum, & patris eorū diaboli ista doctrina est: ob id per insipientiam iumentorum, similis pecudum eorum expressus est animus. Hucusquē Antonius. Sed nos minimè conuenit diffidere, tam grande miraculum per

Matth. 17.

Iohan. 14.

Matth. 10.

hominem potuisse ostendi. Saluatoris enim promissio est, ita dicētis: Si habueritis fidem vt granum sinapis, dicetis huic monti, Transfer te, & transferetur, & nihil impossibile erit vobis. Et iterum: Amen amen dico vobis, omne quod petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Petite, & accipietis. Ipse enim suis discipulis, & vniuerso credentium gregi nunc subiectionem dæmoniorum, nunc variarum infirmitatum pollicens curationem, aiebat: Gratis accepistis, gratis date. Nunquid suæ virtutis imperio curabat Antonius: nunquid suæ possibilitatis arbitrabatur esse quod fecerat? orationibus, non præceptis, dæmones morbi que cesserunt, & ad Christi Dei nostri nominationem semper vniuersa perfecta sunt. Nemo sapientum, sanitarum admirationem adscribat Antonio, sed Domino Iesu, qui solitam erga creaturas suas exhibens beneuolentiam, nunc quoque per

per electum famulum suum indulgenter exercuit. Antonius tantū orabat, & ob vitæ eius merita, cuncta Dominus largiebatur.

Sæpè autem & cōtra voluntatem ad exteriorē montem à fratribus perducebatur. Et cū iudices, qui ad interiūs archisterium propter asperitatem itineris, & obsequentium multitudinem, & horridam solitudinem ire non poterant, precariò quæsiērunt, vt eius fruerentur ad spectibus, vt impetrare possent, quia molestissimè ferebat vexationem discursuum: ipsos catenatos, quos aut noxietas, aut vigor publicus constrinxerat, ad eum destinabant, scientes tales ab Antonio non posse contemni: quorum fletibus superatus, pertrahebatur ad exteriorē montem, agnoscens laborem suum vtilem miseris fore: suadebatque iudicibus, qui eum inuitauerant, vt in sententia proferenda, & odio & gratiæ, Dei timorem anteponerēt, nec ignorare eos debere, quod scriptum est: Quocunq; iudicio iudicaueritis, in eo iudicabitur de vobis: attamen inter medios sermones charæ sibi solitudinis recordabatur. Post coactam itaque presentiam, quam Ducis preces, & quod verius est, miserorum fletus extorserat, post salutaria monita, post reorum commendationem, quorūdam etiam absolutionem, postulanti Duci, vt paulò largiūs eidem suam presentiam indulgeret, ait, non posse se diutiùs ibidem morari, grato vltus exemplo, quod sicuti pisces ab aqua extracti, mox in areni terra morerentur, ita & monachos, cum secularibus retardantes, humanis statim resoluī confabulationibus. Ob id ergo, inquit, conuenit vt pisces ad mare, ita nōs ad montem festinemus, nē tardantibus nobis aliqua propositi succedat obliuio. Pro tanta hominis sapientia Dux miratus, iustam de eo tulit veramque sententiam, dicens: Verè istum esse Dei famulum agnosco, nec in rustico homine potuisse tantam aliquando inesse sapientiam, nisi diuino amore regeretur.

Matth. 7.

Nota odiū in monachos &amp;c.

Epistola Antonij ad Balatium Arrianum.

Balatij in teritus.

Bonus Aegypti medicus Antonius.

Præterea cū Balatius, qui sub Nestorio præfecto Alexandria, dux Aegypti fuit, homo Arriane iniquitatis studiosissimus fautor, ita Christi Ecclesiam persequeretur, vt animo vesano virgines monachosque verberaret in publico, ad eum Antonius literas misit, quarum ista sententia est: Video iram Dei venientem super te: desine persequi Christianos, nē te ira occupet, quæ proximam iam tibi minatur interitum. Legit infelix epistolam & irrisit, atque in eam expuens, proiecit in terram: portitores quoque multis afficiens iniurijs, Antonio talia renunciari præcepit: Quoniam cura tibi tantoperè monachorum est, etiam ad te mei vigoris transibit disciplina. Sed confessim minitorem oppressit supplicium. & post quinque dies os effrenatum vltio diuina compefcuit. Egreditur enim ad primam mansionem Alexandriæ, quæ appellatur Chæreum, cum supradicto Aegypti præfecto Nestorio, vehuntur equis, quos inter omnes Balatius, cuius erant, mansuetissimos nutrierat. Cū ergo pariter solito sibimet equi alluderent, mitior, quo Nestorius vehabatur, morsu repentino Balatium decussit in terram, ac sic in eum inhians, femora eius lacerauit atque corrosit, vt statim relatus ad ciuitatem, post tertium diem moreretur, vniuersique agnoscerent minarum ab Antonio prædictarum effectum quanto cyùs consecutum, digno persecutoris sine completo.

Cæterum ad se venientes mira cum modestia Antonius admonebat, vt oblita seculi dignitate, remotioris vitæ beatitudinem appeterent. Si qui autem maiori potestate premebantur, nec poterant obtinere iustitiam, ita eos obnixè defendebat, vt ipse pro illis pati videretur iniuriam. Multis utilis fuit præclari senis oratio: multi magnis diuitijs, & altiori militiæ gradu derelicto, eius adherere cupiebant curricularis. Et vt infinita breui sermone comprehendam, bonum Aegypti medicum Christus indulserat. Quis non tristitiam apud Antonium mutauit in gaudium? Quis non iram vertit in pacem? Quis orbitatis luctum non ad eius temperauit ad spectum? Quis non mœrorē paupertatis, quo premebatur, abiecto, statim & diuitum despexit opulentias, & in sua lætatus est paupertate? Quis post lassitudinem monachus, non eius iuuatus est hortatu? Quis adulescentiæ aratis accensus ardoribus, non ex eius admonitu pudicitia amator fuit? Quis vexatus à diabolo, sine medela redijt? Quis inimici cogitationibus distractus, cæca tempestate sopita, sereno non regressus est animo? Sciebat enim quo quisque laboraret incommodo, & ex vitæ meritis discretionem spirituum agnoscens, adhibebat morborum, prout erant vulnera, sanitatem. Vnde effectum est, vt post eius disciplinam omnes diaboli panderentur insidiæ: Multæ quoque desponsatæ puellæ ad eius conspectum ab ipso penè thalamo recedentes, in Ecclesiæ matris gremio confederunt. Quid

Nn plura?

Ex toto orbe ad eum confluunt.

plura? Totius orbis homines ad eum confluebant, & vniuersarum gentium varietas bellicoſiſſimum contra demones virum conſpicere geſtiebat. Nullus ſe fruſtra illuc veniſſe conqueſtus eſt: omnibus delectabile atque iucundum laboris commercium fuit. Fatigatio enim itineris, emolumentum vaticini rependebat, ſicut rei probauit effectus. Nam poſt reſolutionem eius, quaſi communi vulnere orbitatis excepto, proprium ſinguli parentem luxerunt.

Suprema S. Antonij ad fratres oratio.

Quis autem finis vitæ eius fuerit, dignum eſt & me commemorare, & vos cum deſiderio audire, quia & hoc imitabile in eo cunctis fuit. In xta conſuetudinem ad viſitandos fratres, qui in exteriori monte erant, venit, ibique à diuina prouidentia de ſua morte condiscens, ita exorſus eſt: Vltimam, filioli, patris audite ſententiã: non enim arbitror, quod in hoc ſeculo iterum vos viſuri ſumus. Cogit cõditio naturæ, vt poſt centenarium numerum, quem annis quinque ſupergrædior, iam reſoluam. Itã locutus, audientium peccata contriſtauit: gemitus lachrymæque dicta mœrentia conſecutæ ſunt. Amplexabantur eam vniuerſi, quaſi iam de ſeculo reſeſſurum. At ille tanquã aliena deſerens, ad propriam patriam profecturus, magna cum læticia præcipiebat, de ſidiam inſtituto nõ debere ſubreperere, ſed tanquã quotidie morituros, vt antè prædixerat, à ſordidis cogitationibus animam cuſtodire, & omnem æmulationem ad ſanctos quoſque conuerrere: ad Meletianos verò ſchiſmaticosque, ne propè quidem accedere. Scitis enim, aiebat, eorum antiquam peruerſitatem: neque cum Arrianis communionem iungamini, quia impietas eorum iam omnibus manifeſta eſt. His etiam illud addebat, nullum debere Chriſtianum, cum ſeculi viderit poteſtates pro Arrianorum & Meletianorum pugnare nequitia, à Chriſti territum diſcedere veritate: mortalium illam eſſe deſenſionem, nec diu fallacem permanere poſſe phantaſiam. Quapropter, aiebat, cuſtodienda eſt pia fides in Chriſto, & patrum religioſa traditio, quam ex ſcripturarũ lectione, & crebro mæ paruitatis didiciſtis admonitu.

Vitandi heretici.

Traditio Patrum ſeruanda.

Finis ſermone, fratres eum vehementiſſimè retardabant, glorioſo patris cupientes termino decorari. Sed multas ob cauſas, quas & ſilentio demonſtrabat, præcipue tamen ob præſumptam Aegypti conſuetudinem, contradixit. Mos etenim Aegyptijs eſt, nobilium & præcipue beatorum martyrum corpora linteamine quidem obuoluerè, & ſtudium funeri ſolitum non negare, terra verò non abſcondere, ſed ſuper lectulos domi poſita reſeruare. Hunc honorem quieſcentibus reddi, inueteratæ conſuetudinis vanitas tradidit. De hoc Antonius ſepè & Episcopos deprecatus eſt, vt populos Eccleſiaſtica conſuetudine corrigent, & laicos viros ac mulieres rigidiùs ipſe conuenit, dicens: Nec licitum hoc eſſe, nec Deo placitum: quippe cum patriarcharum & prophetarum ſepulcra, quæ ad nos vſque perdurant, hæc facta conuincerent. Dominici quoque corporis exemplum oportere intueri iubebat, quod in ſepulcro poſitum, lapide vſque ad reſurrectionis diem tertium clauſum fuerit. Atque his modis vitium circa deſunctos Aegypti, etiam ſi ſancta eſſent corpora, coarguebat, dicens: Quid maius aut ſanctius corpore poteſt eſſe Dominico, quod iuxta conſuetudinem gentium cæterarum, humo conditum eſſe ſcimus? Hæc iuſta perſuaſio multorum inſitum euellit errorem, & re-poſitis in terra cadaueribus, Domino gratias pro bono magiſterio rerulerunt. Mætuens ergo conſuetudinem ſupradictam, nè eodem etiam circa ſe laberentur errore, celeriter valedicens monachis, qui confluxerant, ad amicam virtutis habitaculum rediit.

Verba S. Antonij extrema ad duos diſcipulos.

Cauendi heretici.

Post meſes autem paucos, cum non medio cre incommodum ſenilia membra turbãſſet, vocatis ad ſe duobus fratribus, quos ibidem ante quindẽ annos modico intervallo ſeiunctos inſtituerat, quique etiam ei iam ſeni cœperant miniſtrare, ait: Ego quidem, filioli, ſecũdũm eloquia ſcripturarum, Patrum gradior viam. iam enim Dominus me inuitat, iam cupio videre cœleſtia: ſed vos, ò viſcera mea, admoneo, nè tanti temporis laborem repente perdatiſ. Hodie vos religioſum ſtudium arripuiſſe arbitramini, & cœptæ voluntatis fortitudo ſuccreſcat. Varias demonum nõſtis inſidias, vididiſtis eorum & impetus feroces, & vires effœminatæ: Ieſum ſuſpirare, & credulitatem nominis eius veſtris figite mentibus, & à certa fide vniuerſi demones fugabuntur. Memento etiam admonitionum mearum, & incertæ conditionis vitam ancipitem quotidie pertrahate, & cœleſte vobis præmium ſine cunctamine tribuetur. Schiſmaticorum quoque & hereticorum venena vitæ, meumque circa eos odium ſeſtaminĩ, quia Chriſti ſunt inimici. Scitis

Scitis ipſi, quod nullus mihi nec pacificus quidem ſermo cum eis aliquãdo fuerit, propter prauam eorum voluntatem, & pertinax contra Chriſtum bellum. In hoc autem magis eſtote ſoliciti, vt Domini præcepta ſeruetis, vt poſt mortem veſtram ſancti quique, quaſi amici & nõtos, in æterna vos recipiant tabernacula. Hęc cogitate, hęc ſapite, hęc reſexite: & ſi qua meĩ vobis cura, ſi qua Patris memoria eſt, ſi mihi vicarium reſententis affectum, nullus ad Aegyptum meas perferat reliquias, nè vano corpus honore ſeruetur, nè vituperati ritũs à me, vt nõſtis, etiam circa me ſeruentur obſequia: huius enim rei gratia maximè huc ſum reſeſſus. Vos igitur humo tegite, vos patris operite corpusculum: & illud quoque ſenis veſtri cuſtodite mandatum, vt nemo præter veſtram dilectionem locum tumuli mei nouerit. Conſido in Domino, quia neceſſario reſurrectionis tempore, hoc corpusculum reſurget incorruptum. Veſtimento- rum autem meorum ſit iſta diuiſio: Melotem & pallium tritum, cui ſuperiaceo, Athanaſio Episcopodate, quod mihi nouum ipſe detulerat: Serapion Episcopos aliam accipiat melotem: vos cilicinum habetote veſtimentum, & valete viſcera mea: Antonius enim migrat, & iam non erit in præſenti ſeculo vobiſcum.

Eccẽ qualis Antonij veſticus.

Verba finiẽrat, & ofculantibus ſe diſcipulis, extendens paululũ pedes, mortem lætus adſpexit, ita vt ex hilaritate vultũs eius, angelorum ſanctorum, qui ad perferendam animam eius deſcenderant, præſentia noſceretur. Hos intuens, tanquãm amicos videret, animam exhalauit, & additus eſt patribus, ſecũdũm ordinem ſcripturarum. Seruauerunt mandata diſcipuli, inuolutum, vt præceperat, corpus humo operientes: & nemo interim vſque ad hanc diem, præter eos, vbi ſit conditum, nouit. Legatarius autem Antonij benediãti, qui tritum pallium cum melote imperio eius meruerat accipere, Antonium in Antonij muneribus amplectitur, & tanquãm magna hæreditate ditatus, lætante per veſtimentum recordatur imaginem ſanctitatis. Hic Antonio vitæ terminus fuit, iſta principia meritorum: quæ licet pariori, vt prædixi, ſermone narrauerim, tamen ex his poteſtis aduertere, qualiter homo Dei à pueritia ad ſenectam vſque peruenit: & quod omni ſemper dubitatione calcata, nec languori, nec longauæ quicquam ætati aliquando conceſſerit. Magis autem æqualitatem propoſiti tenens, nec veſtimentum mutauit, nec pedes lauit, nec eſcam ſeſtaturus eſt molliorem: oculorum quoque aciem, & numerum dentium, licet paululũ ob ætatem viderentur attriti, nec non & pedum inceſſum, totius etiam corporis firmitatem, ita & contra iura naturæ meritorum gratia cuſtodiuit, vt lauatorum corporum, quæ balneis atque delicijs conſouentur, hilarior eius caro videretur.

Firmitas corporis vſque ad obitum.

Hoc etiam fratres, quod per omnes prouincias amor eius fama que volitauit, quem nec librorum diſſeminatorum oratio luculenta, nec mundanæ ſapientiæ diſputatio, nec nobilitas generis, nec opum infinita congeſtio commendauit, cui omnium ore eſt adſcribendum, niſi Chriſto, cuius hoc donum eſt: qui deuotos eius animos erga ſuam præſentem maiestatem, hominem alio penè orbe celatum, & inter tantas poſitum ſolitudines, Africa, Hispania, Gallia, Italia, Illyrico, ipſi etiam, quæ vrbiũ caput eſt, Romæ, vt in exordio promiſerat, demonſtrauit. Creatoris eſt iſta benignitas, qui ſamulos ſuos, licet nolentes, nobilitare conſueuit, vt virtus poſſibilis, nec vltra humanam eſſe naturam, ſanctorum doceatur exemplis, & ad beatæ vitæ imitationem, ex fructu laboris optimus quique impellatur. Hunc itaque fratribus librum magnopere perlegere curate, vt agnita fideli vita ſublimium monachorum, ſciant quod Saluator noſter Ieſus Chriſtus glorificantes ſe glorificat, & ſeruientibus ſibi met non tantũ regna cœlorum, ſed etiam hæc in ipſis montium ſecretis latere cupientibus, famæ tribuit nobilitatem: ſcilicet vt & ipſi fruantur laude meritorum, & cæteri eorum prouocentur exemplis. Si autem neceſſarium fuerit, & gentibus legite, vt vel ſic agnoſcant, quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, non ſolum eſt Deus Dei filius, ſed etiam his, qui eum ſolicite colunt, & in eum fideliter credunt, hanc dedit poteſtatem, vt demones, quos illi deos eſſe arbitrantur, conculcent atque eiſciant, deceptores ſcilicet hominũ, & totius corruptionis artifices.

Chriſti benignitas in ſeruos ſuos.

DE INVENTIONE SANCTORVM DIODORI, MARIANI, ET ALIORVM INNVMERABILIVM MARTYRVM historia, grauitate & eruditè conſcripta circa tempora Caroli Craſſi, vel Arnulphi Imperatoris. Habetur in vetuſtis manuſcriptis codicibus.

P R A E F A T I O .

Celeftis Ierufalem.



Glorioſiſſimos martyru triumphos venerari, pia deuotionis eſt, quatenus & eorum ſuffragijs muniri, & exemplis accendi vnusquisque, fidelium ſtudeat, qui Chriſti ſanguine lotus, ad illam conſcendere Ierufalem feſtinat, vbi angelorum frequentia Deo gaudet aſſiſtere, vbi Cherubim & Seraphim nimio ardore intuendi ineffabilem claritatem diuinæ dulcedinis inflammant: vbi throni Apoſtolicum inenarrabilem fulgore coruſcāt, vbi martyrum legiones cum coronis exultant, vbi virginum chori byſſino candore nitentur, vbi diuerſi ſanctorum ordines indefinenter ſine vlla tædij laſſitudine cum tripudio iubilare gloriantur: cui agnus ille immaculatus præſidet, qui æreas portas & ferreos veſtes confregit inferni, qui crucis culmine draconis illius antiqui, qui humanum genus abſorbebat, perforauit maxillam, ac ſuo fulgore omni ſolis radio incomparabiliter ſplendidius eam illuſtrat: quem videre, gaudere eſt: cui aſſiſtere, regnare eſt: cuius conſpectibus aſtare, feliciter eſt viuere. Solemnitas enim martyrum, euidens exhortatio imitationis eſt: quam hi ſolummodo celebrare ritè ceſſantur, qui eos imitari pro viribus ſatagunt, & eorum ſequi veſtigia delectantur. Ineffabilis enim pietas Dei noſtri in ſuorum martyrum triumpho, cum ſit multiplicis bonitatis, artiſcioſum noſtræ ſaluti proſpexit cōmodum: quatenus dum illos mundus conterit, nos erudiat: & cum eos cruciatus afficit, nos ab horrore perpetui cruciatus abſoluat. Verum quia, quantum oportet, dicere nequimus, à laude tamen Domini linguam cōpeſcere, & eius miracula tacere nullo modo debemus: quia licet ſecretum regis celare bonum ſit, miracula tamen Domini & laudes eius prædicare laudabile eſt.

Iob 40.

Martyrum certamina quid nobis conferant.

Tob. 12.

N A R R A T I O .

17. IANUAR.



O itaque tempore, quo beatus Stephanus Romanæ præerat Eccleſiæ, qui beato Petro Apoſtolorum principi vicimus quartus in Apoſtolica Sede ſucceſſit, grauis perſecutio in Chriſtiſideles exarſit. Is cum plurimos quotidie perſecutionibus Chriſtianos affici conſpiceret, & ipſe ad ſubueundum pro Chriſti nomine martyrij agonè proximus eſſet, duos præſbyteros, teſtimonio fidei probabiles, inſtituit, \* Varinum videlicet & Armenium, qui ſanctorum paſſiones, quos aſſidue pati videbant, conſcriberent, & per quatuor mundi climata diuulgarent ad inſtructionem fidelium, ſanctorumque memoriam, & ad laudem illius, qui in ſanctis ſuis mirabilis eſt, & eis poſt mortem ſtuctuagi ſeculi coronam conferret felicitatis perpetuæ. Quæ ergo tantorum virorum teſtimonio tunc facta didicimus, & noſtris reuelata temporibus videmus, inuocato Domini Ieſu Saluatoris noſtri nomine, aggrediamur ipſo adiutore dicere.

\* Viridiani

Pſal. 67.

Martyrii Chryſanthi & Darie.

Temporibus ergo Numeriani impiſſimi Cæſaris, dum in Romana vrbe idolorum cultura à ſacrilegis haberetur, in Chriſti cultores grauis perſecutio exarſit impiſſimi Cæſaris iuſſu. Beatus igitur Chryſanthus & Daria virgo, plurimis iam martyrij affectu, gratia Chriſti cum victoriæ coronam in omnibus conſequerentur, eiſdem Imperatoris furia extra portam Romanæ vrbis via Salaria in arenario depoſiti, terra & lapidibus obrui iuſſi ſunt viui. Cumque omnipotens Deus multa fidelibus præſtaret eorum interuentionibus beneficia in loco eodem, euenit vt die natalis eorum infinita populi multitudo inibi conueniret, viri ſimul ac mulieres, pariter & infantes, & innuptæ puellæ & iuuenes. Hoc igitur cum fuiſſet Numeriani auribus intimatum, iuſſit vt in introitu cryptæ paries leuaretur. Quod cum fuiſſet impletum, montem qui cryptæ imminebat, ſuper

ſuper eos deiecit: & ita factum eſt, vt omnes pariter, dum diuina perciperent ſacramenta, & martyrum gloriam celebrarent, ipſi quoque ad gloriam martyrij pertingerent. inter quos erant Diodorus præſbyter, & Marianus diaconus, & plurimi venerabiles clerici. Populi autem multitudinis numerum, & nomina vtriuſque ſexus & ætatis ipſe ſolus nouit, qui eos in celeftibus ſedibus collocauit. O quantum angelorum exercitus adfuit, qui tot millia ſanctarum animarum cum iubilo ad mœnia Ierufalem deportauit. O quanta in celeftibus exultatio, cum tot millia ſanctorum vno Chriſtus momento coronauit. O mira Apoſtolorum lætitia, cum eorum numero tot millia fidelium Deus ſimul adiunxit. Iubilant throni Apoſtolicum, tantorum ſacerdotum & clericorum conuentu. Gaudeant ſancti martyres, tantorum virorum & iuuenum coronatorum contubernio. Lætentur virgines, tantarum innuptarum & matronarum confortio. Innocentes, plaudite (qui non loquentes, ſed morientes conſeſſi eſtis Chriſtum, & induti ſtola gloriæ, agnum ſequimini immaculatum) de tantorum puerorum collegio. Diuerſi ſanctorum ordines, immenſis laudibus Chriſto conſitemini, qui vno momento veſtris choris tantos præſidit martyrum addere ſocios.

Innumerum Chriſtiani dum martyrum celebrant gloriam, nec cantur.

Hic theſaurus in paradifo collocandus, iniquiſſimi Cæſaris perſidia montium ruina abſconditus, per plura latuit tempora: & licet à plurimis ſit exquiſitus pontificibus, à nullo tamen reperiri potuit. Sed omnipotens Deus, qui immutabilis perſeuerans, mutabiliter diſpenſat tempora, ſuorum martyrum gloriam reuelare voluit ſuis fidelibus. Vnde ſanctum Stephanum ſuæ ſanctæ præfecit Apoſtolice Eccleſiæ, cuius ad hoc inſpirauit animum ardore mirabili, vt tantorum ſanctorum quæſere aggrediretur theſaurum, ruina obrutum. Hic igitur ſoſſores aduocat, & benedictione munitos, vbi & qualiter fodere debeant, inſtruit. Reliquit ſoſſas, quas prædeceſſores ſui plurimi plures fecerant, & oſtendit eis locum, vbi fodere debeant, quem ei reuelatum diuino aſſamine non ambigimus. Incipiunt ſoſſores terram egerere, ſed plūs omnibus ipſe inſiſtit Deo digno operi. Nam illi fodiunt manibus, hic Deum dignis orat precibus. Illi quæſerunt fodiendo, hic orando inuenit. Hoc quis ambigat diuina factum prouidentia? Circa primi nanque Stephani martyris tempora, cum ipſe Romanam gubernaret Eccleſiam, hæc in Chriſti martyribus perſecutio exorta eſt, & ſexto Stephano Romanæ præſidente Eccleſiæ, ipſorum facta eſt inuentio. Ille itaque, martyrij coronatus eſt gloria, hic omnium virtutum redimitus eſt diademate. Circa illius tempora cœtus ſanctorum per diuerſa tormenta ad celeftium gaudia angelicis choris aggregatus eſt: huius temporibus per eius ſacræ doctrinæ documenta plurimi quotidie eruditi, ad virtutes cōuertuntur à vitijs. Illius, inquam, exemplo plures coronam conſecuti ſunt martyrij: illius exemplo plures bonis operibus locupletati, ad paradifi mœnia feſtinant, diuerſis virtutibus adornati. Ab eo conſtituti ſunt, qui ſanctorum triumphos ſcribendo innotescerent poſteris: ab hoc ſtatuti ſunt, qui quæſitos & inuentos prodant venerationi fidelium.

Stephanus Pontifex quæſit eorum corpora.

Innotescerent, profecerent innotescere.

Inuento igitur ſacratiffimo theſauro, nullis copijs cœquando, ipſe prior accinctus cryptam ingreditur, & ſtipatus diuerſis venerabilis ſacerdotij gradibus, ac cœtu populi orthodoxæ fidei, Deo dignas laudes cum exultatione referens, inter ruinas & lapidum congeriem, proprijs cœpit manibus omni mudo venerabiles margaritas legere de ſanctorum corporibus, nec ceſſat ſuo ſancto ſtudio, donec omnia fragmina artuum à ruina ſegregaret congerie. Collectis itaque artibus per dies aliquot, propter maximam ruinæ montium congeriem, tanti odoris neſcit inerat loco, vt omnes reſiceret qui aderant. Quamobrem ſoſſores magis ac magis labori operam dare exardeſcebant, laſſitudinis & corporei alimenti immemores. Nocturno ſiquidem tempore angelicæ voces in cypria audiebantur, & pſalmodiæ hymnizantium, tantusque ſplendor illum ſtrabat, vt nullus auderet nocturno tempore accedere. Peracto autem opere, idem ſanctiſſimus Papalitaniam indixit, & congregato omni cœtu Cleri & populi Romanorum ciuium, diſcalceatis pedibus, cum lampadibus & crucibus, omniſque apparatu eccleſiaſtico adueniens, in feretris cum pſalmis & canticis ſpiritalibus, ſanctorum corpora introduxit in Vrbe: ipſeque prior incedens, & feretrum proprijs geſtans humeris, cum exultatione & iubilo, ſub die decimoſexto Calendarum Februariarum, anno incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti octingentefimo octogefimo & ſexto, Pontificatus vero ſui anno primo, Imperij autem domini Caroli excellentiſſimi Auguſti anno quinto, in ditione quarta: quorum in Lateranenſi palatio aliquos apud eccleſiam, quam ipſe

Odor mirificus ex reliquijs.

Is eſt Carolus Auguſtus.

idem iam ruinæ proximam, à fundamentis renouauerat, quæ ad Apostolos dicitur: alios per diuersos cardinales titulos: condidit digna honorificentia: alios etiam circumquaque per diuersa largitus est monasteria, vbi plurimis hodieq; coruscant miracula, ad laudem & gloriam Domini Dei & Saluatoris nostri Iesu Christi, cui est honor & gloria in secula, Amen.

*De miraculis, quæ in horum martyrum inuentione facta sunt.*

**S**anctorum Diodori & Mariani, sociorumq; suorum reuelationis tempore, quæ Deus dignatus est miracula ostendere, operæ precium dicere duxi. Erat igitur vir quidam illustis, genere & nomine Franco, quem dominus Stephanus sanctissimus Papa fossoribus præesse instituit: vt & operi admoniti attentius insisterent, & de inuento cælesti thesauro, ipsius fidelitate vel quippiam fraudare nequirent, quo narrante sub protestatione diuina, didici quæ dico. Cum propter inestimabilem scopulorum ruinam, sanctorum fragmina graui labore legerentur, per dies plurimos tanta inibi fragrantia inerat, ac si lapidum congeries in rosarum flores & liliorum inestimabilem multitudinem verteretur. Hic prudentiori consilio lampadem aqua plenam, defu-  
per oleo modico misso vix ad crassitudinem vnus digiti, accendi in crypta præcepit, quatenus lumine locus non indigeret, qui tanto odore fragrabat. Accensa igitur lampas, continuis septem diebus ac noctibus semper arsit, vt nec oleum deficeret, nec eius flamma vilo ventorum flamine extingueretur, quibus indicijs manifestè datur intelligi, quanta gloria digni habeantur in cælis, quorum fragmina artuum interruderum cœnum talibus virtutibus coruscant.

Miraculum  
insigne  
apud reli-  
quias.

Vltio ecle-  
stis in furē  
reliquiarū.

Non sunt  
temerè cō-  
rectandæ  
facræ re-  
liquiæ.

Predictus autem vir cum die quadam opportuno commodo aliquantum decreuisset abesse, quem fidelem sibi arbitrabatur, Adalfridum quædam sua vice, donec rediret, operi præfecit: sed hic sacerdotis cuiusdam, nomine Albini, exhortationibus suafus, de inenarrabili thesauro, sanctorum artuum partem quandam furatus est, non ob sanctitatis venerationem, sed pro lucri venalis amore, prout res gesta demonstrat. Hic redeunte domino, licentiam petijt propriam domum reuifendi, volens furtum, quod fecerat, suo domino nesciente, abscondere: sed domum veniens, scrinio furtum reposuit & celauit. Nocte autem eadem graui læguore percussus, coepit tremere, & toto corpore emortuo acerrimè vexari, & quantum poterat balbutire, reum se in sanctos clamabat, nullum cibum, nullumque potum appetens, somni nunquam sopore vel ad momentum quiescens. Cumque per aliquot dies semiuiuus commissum lueret, & omnibus horis mortuus crederetur, tandem clamare coepit seniore, cui nomina. Cui cum nunciatum fuisset, compassione motus, ad visitandum eum profectus est supra memoratus Franco. Venit igitur ad domum, in qua semiuiuus iacebat languidus. Quam cum ingressus fuisset idem Franco, mox vt eum æger conspexit, qui ab omnibus exanimis putabatur, sub celeritate surgens, prostravit se ad pedes eius, & furtum, quod de sanctorum artibus per-suafus fecerat, anxius prodidit. Cumque interrogaretur, an se cõualescere posse speraret, ait: Ad hoc mihi aliquantæ induciæ cõcessæ sunt, & spatiolum vitæ præstitum, vt tuis reddam manibus, quod furari reus ausus sum. Nam duos reuerendissimos viros in vellibus albis vultu terribili ad me venisse conspexi, & vt eorum corpora redderem, aut quomodò ea auderem contingere, acerrimè coeperunt exigere. Quod cum nimio terrore emortuus negare vellem, & corū nunquam me corpora tetigisse assererem, his qui adstabant, dixerunt: Findite eum à vertice vsque ad pedes, & de occultis ipsius abditis ossa nostra abstrahite. At ij euaginato gladio imminentes, caput, gulam, pectus, ventrem & ilia findentes, hinc inde trahere me coeperunt: sola dorsi spina cum ceruice & occipitio scissa non est. Tenuerunt etiam cor, & stringentes illud, acerrimè me cruciabant. Quotiès autem cor quantumcumque relaxabant, anhelitus reddebatur, & respirare mihi modicum dabatur: quotiès verò cor tenebatur, moriebar inter manus eorum, & de pectore meo ossa, quæ male sanus rapui, omnium gemmarum fulgore splendidiore, trahabantur: & ita per continuos hos septem dies punior, similiter & per noctes. Modo verò priori fissura vincita, retrò per occipitium, & ceruicem, & dorsi spinam findendus sum: quamobrem nullo modo me euasurum scio, quia ad hoc tantummodò relaxatus sum, vt hæc proderem, & quod furto rapui, reddam. Hæc dicens, accessit ad arcellam, in qua sanctorum pignora absconderat, quam ita clausam reperit, vt nisi securi incisâ, nullo modo

modo aperiri possët. Quod ideò factum credo, nè vas, in quo sanctorum pignora celata fuerant, alio vsui deinceps habile aptaretur. Reddito igitur furto, & impetrata à seniore venia, coepit cum lachrymis & graui gemitu coram ipsis pignoribus petere indulgentiâ, & vt citissimè de domo eius deducerentur, obnixè poposcit. Quæ cum educta essent, ille ad lectum redijt, continuo se findendum expectans. Sed omnipotentis Dei misericordia, qui in sanctis suis mirabilis est, & neminem perire, sed omnes vult saluos fieri, vltra eos, quibus ad puniendum datus fuerat, non vidit: sed ab ipsis venerabilissimis viris commonetur, vt hæc palam nunciet, & vltius de eorum corporibus nihil præsumat attingere. Post hæc ergò coepit cibum quærere, qui continuos septem dies nullo alimento percepto, continuatim sub tanta angustia languerat, & post paucos dies pristinae est sanitati redditus. Verùm nè quis hæc me arbitretur fingere, in veritate fateor, ipso Francone sub protestatione Domini Iesu Christi nominis narrante didici.

Psal. 67.  
1. Tim. 2.

**VITA S. SVLPITII, COGNOMENTO PII, BITVRICENSIS ARCHIEPISCOPI, AB EIVS AEQUALI scripta optima fide, sed stylo rudi ac simplici, eaq; causa in Lectoris gratiam mutato per F. Laurentium Surium.**



Rtus est beatus Sulpitius claris parentibus, inter ciues pe-  
nè primarijs, & in castris regijs alitus. Idem autem ipse in  
ipso primæ ætatis flore, ruptis seculi laqueis, Christi militi-  
am sic complexus est, vt in ea cõstanter perseuerare, immu-  
tabili animi proposito constitueret. Et erat sanè in illo ad-  
huc valdè tenero ea religionis capeßendæ cupido & feruor  
spiritus, vt eius causa, si oblata fuisset à persecutore occa-  
sio, vltro se supplicijs omnibus obiecturus videretur. Coepit  
interim diuinarum sese tradere lectioni scripturarum, & in ijs, quæ ad fidei eruditionem pertinent, non segniter exercere: & vt ætatis feruescentis illicitas edomaret cupi-  
ditates, & in sapientiæ studijs quotidianos faceret progressus, sedulis ad Deum orationibus & abstinentiæ laboribus incumbere. Ità ille ab ipsis propè incunabulis ad eò fuit  
disciplinæ Ecclesiasticæ studiosus & obseruans, vt permultos tum senes, tum iuuenes  
ad ipsum confluentes, & quæ nostræ religionis sunt, ab ipso percipientes, non solum  
ad fidem conuerteret, sed etiam perfectæ vitæ institutionibus imbueret. Aderat enim  
illi haud obscure gratia spiritus sancti, qua fretus, innumeros ad sui in fide Dei imitationem permouebat. Præcepta euangelica & doctrinam Saluatoris ante omnia summo  
studio exequendam dicebat. Etsi autem iuuenis esset, at tamen erat continentissimus,  
& hanc virtutem castitatis quasi fundamenti loco reponens, cæteras porrò superstruc-  
re perrexit virtutes. Itaque quod Dominus in Euangelio dicit, Sunt eunuchi, qui se-  
ipfos castrauerunt propter regnum Dei, id ita ille complexus est, vt spretis nuptijs, vir-  
ginitatis propositum obtinuerit.

Feruor spi-  
ritus.

Egregia cõ-  
tinentia.

Matt. 19.

Optima stu-  
dia.

Quantum autem eorum relatione didicimus, qui ei ab ipsa pueritia ad nostra vsque tempora comites vel ministri fuere, in seculari adhuc habitu positus, magnam nauabat operam construendis monasterijs, basilicis à fundamento nouis exædificandis, di-  
rutis verò instaurandis, ope & auxilio subleuandis miseris, in pauperes conferendis elemosynis, in vincula coniectis non solum sermone & exhortatione, verum etiam sua opera & officio ex carcerum squalore liberandis. Templum quoddam haud procul paterna eius domo aberat, ab hostibus vastatum & destructum, ad eò vt nulla ibi cleri vel populi frequentia cerneretur. Eò se crebro conferre solebat orandi causa: sed vt inanis gloriae flatus vitaret, intempestæ noctis captans silentia, vestes clam assumebat, quibus ex more poenitentis vtuntur, atque ita diuinis vacabat meditationibus, donec reuertente sole, iterum seculari se habitu tegeret. Hæc eius pueritiæ fuere studia & exercitia, quibus eius in DEVM animus accendebatur. Accidit autem, vt cum nocte quadam in eo templo cum duobus puerulis precibus insisteret, & delectaretur in





perlustransque loca omnia prefeiti domus suae, cum nulla de puero indicia reperiret, ab illo reposcit commendatum. Ille ad eius se abiciens pedes, cum se perdidisse fatetur. Protinus vir Dei in suum se cubiculum recipit: humi prostratus, vbertim lachrymatur, crebro suspirat, Dominum Iesum obnixè rogat, vt reddat ipsi puerum. Intantum enim amissi pueri interitu cruciatur, vt haud aliter coram Deo lugeret & plangeret, tanquam apud Christi tribunal de ipsius manibus anima pueri esset requirenda. Interea is, cui hoc ex officio incumbebat, ad fornacem inflammandam properat: visoque puero, rigida membra trahere conatur: sed sentiens exanimem, beato pontifici renunciat. Tum ille rursus in terram prosternitur, fundit preces, prolixè suspirat. Deinde caput subrigens, iubet cadauer pueri calida aqua perfundi: precesque sine intermissione continuans, peccatusque verberans, Dominum Iesum interpellat. Et ecce sensim mouentur membra pueri, atque ad pedes orantis episcopi adrepit, iisque contactis, pristinas recuperat vires, credaturque in presentem usque diem superesse. Nam multo postea tempore apud nos demoratus est.

Extinctum  
suscitat pu-  
erum.

4. Reg. 2.  
Profigat  
dæmonem  
ab aquis.

Alium de-  
functum vi-  
ta restituit.

Signo crui-  
cis flammam  
extinguit.

Item aliud  
fopit incen-  
dium.

Gurges erat in Virisionensium agello, aded copiosus aquis, & quidem demonibus consecratus, vt si quis qualibet ex causa in illum esset ingressus, ilicò demergeretur, profocatus à dæmone. Sed Dei benignitate contigit, vt illuc quandoquè adueniret sanctus Sulpitius: ad quem eius loci habitatores accedunt, supplices orant, vt ipsis velit opulari, quandoquidem multos iam in eo gurgite & propinquos, & famulos amisissent. Ille solita pietate iussit chrisma cum oleo & aqua parumpèr commisceri, idque cum benedixisset, tradidit discipulo, præcipiens vt his Elisei prophetae verbis uteretur: Sanauit aquas has, & non erit in eis vitra mors, neque sterilitas. Quod cum ita factum fuisset, confestim malignus dæmon aded loco pulsus est, vt deinceps feliciter omnes illic egerint, & sine periculo pisces frequentes in litus trahantur.

Breui interiecto tempore, rusticus quidam, ob ætatis temperandos artus, vitro se in flumen misit: sed repente dæmonis laqueis constructus, necatur. Non longè aberatis locus ab ædibus basilicæ, vbi in quadam exhedra vir Domini cum fratribus cibum sumebat. Anus autem quadam eminens posita, vt vidit hominis interitum, manu innuit ministris, qui in sancti pontificis conspectu adflabant. Illi vnum è suis mittunt, qui ex muliere, quid sibi velit, sciscitetur. Audit is à fœmina, quendam illic in aquis petijisse. Euo- cat ergò socios, & res ad pontificis notitiam perfertur: qui extinctum corpus iubet ex aquis extrahi, & in nonam vsque horam feruari. Peracto prandio, ad locum orationis se confert: & quidem mox pro voto obtinuit extincti reditum ad superos: sed idcirco à sexta ad nonam, id est, tribus horis voluit differri, vt nulli posset ambiguum videri, hominem illum verè fuisse defunctum. Tandem ab oratione surgens, iubet ad se adduci cadauer: cui vt signum crucis impressit, coeperunt membra agitari, rursusque iubente antistite, illic surgit homo incolumis, suisque pedibus abscedit.

Quidam ex optimatibus, Theodegese filius nomine, visendi gratia accessit ad sanctum pontificem, qui ea qua solebat, humanitate & beneuolentia eum excepit: & quia hyems erat & ingens frigus, focus instruitur. Ministri nescio quibus alijs intenti rebus, non magnoperè habebant ignis curam. Erumpit interim flamma vorax, & rectorum fastigia vastat: sequitur ædium concussio, & igne crescente, iam cuncta ruinam minantur. Omnes igitur animis consternantur, & cum difficultate rei absterriti, non audent tetum conscendere, cuncti in fugam vertuntur. At sacerdos Domini manum eleuat, opponit flammis signum crucis, & è vestigio, cunctis stupentibus, priusquam manum ille deponeret, aded ignium globi extincti sunt, ac si densissimi imbres è cælo delapsi essent.

Intra vrbs moenia quadam illustri matrona frumentis plenum habebat horreum grande. Intempesta nocte quidam furcifer clam in illud ignem conijcit, & subito flammam yndiquè erumpunt. Fit communis omnium luctus & tumultus. Porro vir sanctus insolito tum somno depressus, tandem ex discipulo, quid acciderit, cognoscit. Currit igitur festinus ad ignem, eumque cum canticis spiritualibus circumit: certosque cum baculo igni limites præscribit, quos non debeat prætergredi. Cum igitur omni ex parte vicinas contiguasque ædes flammæ voraces attingerent, indè reiectæ & repulsæ, in seipsasque reuertæ, & extinctæ sunt. Lætus vir Dei, pergat ad ecclesiam, matutinas preces & laudes Domino persolurus.

In

In eadem vrbe vir sanctus monasterium Virginum magno studio construxerat, in quo Virginum & Continentium foeminarum agmen incluserat. Ibi cuiusdam negligentia ignis correpto pariete, in flammam se diffudit. Nox erat, & periculum etiam vicinis ædibus intentabatur, igne iam instar montis intumescente. Tum verò Dei sacerdos ouicularum suarum interpellatus precibus, ad locum festinat, contra immensam altitudinis flammam crucis signum obijcit: statimque adfuit auxilium è cælo in columbæ specie, in qua spiritus sanctus olim super Dominum baptizatum descendit: simulque compressæ flammæ, non audent alias contingere domos. Hoc periculo liberatas ouiculas illas suas pius pastor salutaribus monitis instituit, eiusque doctrina effectum est, vt apud illas hodieque castitatis propositum enitescat: quæ dum diuinæ sapientiæ studio deditæ sunt, & mentes & corpora virginitati & integritati consecrant, seipsas sapientiæ vasa munda exhibentes, nec sponsi alicuius mortalis & corruptibilis, sed diuini verbi castissimos & immortales concubitus expetentes, vnde succedat posteritas nequaquam corruptioni obnoxia. Quanta etiam apud eas ab abstinentiæ, sobrietatis & honestatis studia & exempla præclarè emineant, nos pro dignitate explicare nequimus. Sed his obiter dictis, ad narrationem redeamus.

Signo crui-  
cis rursus  
extinguit  
ignem.  
Matt. 3.

Erat procul ab vrbe in loco, qui Auatra dicitur, arbor immanis, quam vir sanctus securibus iussit succidi. Ea cum iam laberetur, puerum sibi non prospicientem penè oppressisset. Sed vir sanctus extensa protinus manu, signum crucis edidit contra cadentem arborem: qua modo admirabili in aliam se partem reflectente, puer præsentissimum mortis periculum illesus euasit.

Signi crucis  
virtus.

Cum hunc in modum vir beatus, instar clarissimorum siderum, innumeris fulgeret miraculis, & omnes in Dominum Iesum crederent, totius boni inimicus diabolus malignos quosdam viros, apta suæ nequitie organa, commouet ad infestandam inuestigandam ecclesiam, eiusque plebem, iam tranquilla pace frucentem. Incitat quendam Galliarum principem, admotis ei prauæ cupiditatis facibus, occultisque persuasionibus, vt à Bituricensi clero & populo pecunias per scelus extorqueat. Misit ille quendam ex amicis & fautoribus suis, hominem duplici sibilantem ore, geminaque lingua virus exitiale vibrantem, vt is populum iam dictum exagitet. At quia non deserit suos clementia Dei, præsertim vbi discrimen præsens imminet, cum nefarius ille regie crudelitatis administer multitudinem illam Christianæ plebis, quæ semper libera fuisset, in seruitutem non ferendam redigere conaretur, omnes ad pastorem suum confugiunt, sublatique cum ingenti planctu & clamore vocibus, Pie pastor, inquirunt, fer opem gregi tuo, quem hucusque paterno fouisti affectu: nè patiaris commissos tuæ fidei perire: defende nos à lupo, qui rabido nos dente discerpit. His auditis, vir pius toto animo ad misericordiam commotus, indicit omnibus ieiunium, agitque cum principis nuncio, vt impiam desistat exequi iussionem. Sed cum ille superbia tumidus nihil hac ratione moueretur, spretisque sancti viri sermonibus, magis etiam insolensceret, ille se in cellulam recipit, humi abijcit, peccatus crebris ictibus tundit, petit à præpotenti Deo, quod à præside obtinere non potuit: nec tamen inimicorum perniciem, sed conuersionem potius petit. Erat enim erga suos aduersarios mitis semper & pius. Interea quendam è suis solitarium virum, Ebregefilum nomine, qui cunctis abdicatis, propudiatoque mundo & operibus eius, vita & sermone cæteris excellentius ad viri Dei imitationem totum se composuerat: ad se accersit, mittitque ad regem, vt eius arguat crudelitatem, indicetque, nisi vitam corrigat suam, repentinum illi impendere interitum. Is vbi ad regem venit, dixit quæ iussus erat: insuper etiam de perpetratis facinoribus eum admonuit, si forte posset duci poenitentia, flere admissas iniquitates, & vtrices æstuantis gehennæ flammam lachrymarum imbre extinguere. Non enim vult Deus mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Rex vbi hæc audiuit, aded totus est timore correptus & fractus, vt absque mora suam agnoscens culpam, in lachrymas erumperet: spretoque regali fastigio, ageret poenitentiam, libenterque executioni mandaret, quæ per discipulum suum beatus antistes illi indicarat. Confestim igitur insolita illa abrogatur exactio, impia conscriptio aboletur, populo salus restituitur: & sicut post horribilem tempestatem sole iterum suo splendore terras illustrante, mortalium hilarescunt animi: ita pace ecclesijs reformata, sacerdotum gaudia cumulantur. Addidit verò hanc rex constitutionem, nè futuris temporibus aliquid eiusmodi attentaretur.

Dæmon nis-  
titur eius  
perturbare  
subditos.

Indicium iei-  
nium contra  
viam.

Ezech. 33.

Porro

Diuinitus  
punitur ex  
actor info-  
rens.

Porro ille vir crudelis, quem rex negocij huius conficiendi causa ablegarat, cum nollet regi in melius mutato subscribere & assentiri, diuinitus percussus, cum ignominia vitam dignè perdidit, qua fruebatur indignè. Non enim potuit tanti facinoris ad- minister impunè euadere. O verè beatum antistitem, qui aduersus hostiles inimicorum furores nunquam se vel armis vel manu defendit sua, sed ieiunijs & vigilijs continuis & sub ara prostratus, feruentibus orationibus defensorem sibi atque ecclesie sue De- um parabat. Ecquis verò vllis vnquam machinis aut infestationibus eum deijcere & de- bellare potuisset, qui auxiliante Christi dextera, semper tutus inuictusque manebat?

Per idem tempus cum vir Dei signis & omnigenis virtutibus mirificè esset ornatus, & in verbo Dei disseminando Apostolicam æmularetur simplicitatem, essetque iam in omnibus perfectus Dei sacerdos & hostia, pauperum quoque curam sollicitam gereret, & impositum sacerdotij munus strenuè exequeretur: aetate iam ingruuescente, & in de- crepita senectute, cernens omnibus se non posse sufficere, & neque in rerum diuinarum sublimi meditatione atque sanctæ orationis studijs, vt optabat, iugiter permanere, neque eorum, qui quotidie ad nostram religionem tradebantur, institutioni posse vires adferre necessarias: quæ quidem ad eum illum solebant habere occupatum, vt vix horæ vnus spatium respirare permitteretur, dum à prima luce vsque

Multi ab  
co conuersi.

Adiungit si  
bi coadiu-  
torem.

in profundam vesperam, ab alijs semper ad alia auocaretur: hoc nimirum illi consulti- simum fore visum est, vt vni ex primoribus regionis illius, Vulselento nomine, viro iam exactè & accuratè instructo, partem sui demandaret officij, diuinitusque verbi com- mitteret ministerium. Iam verò quis dicendo consequi possit, qua humilitate, beneuo- lentia, charitate erga ministros suos & pauperes deinceps vsus sit? Semper enim illud

Matth. 20.

Euangelicū & mundissimo ruminabat ore, & totis viribus exequi conabatur: Qui vo- luerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Et quia mentis oculos semper habebat in Deum defixos, perpetuoque contemplantatur Dominum nostrum Iesum Christum, propter nos hominem factum, id nos docere voluisse, vt vsque ad supremum spiritum aduersus peccatum decertemus: nam & ille non rapinam arbitratus est, esse æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo, humiliavit seipsum, factus obediens vsque ad mortem crucis: hac de causa labores omnes, mentisque & corporis cruciatus vltrò suscepit, nè fidei propositum peccati conscientia violaret.

Philip. 2.

Verum si nos eius porro virtutes mentisque inuictam constantiam commemora- re velimus, nec præ sermonis inopia id poterimus, nec fidem dictis nostris habituri sum, nisi qui suis ea oculis perspexerint. Malumus igitur quædam eius narrare miracula, quæ ab eo fecit tempore, quo sibi laborum suorum socium adiunxit.

Alia eius  
miracula.

Quadam nocte homo scelestus, sed inops, in penu beati viri se per vim ingessit, fur- toque inde quædam auferre nitebatur. Sed cum celeriter inde vellet abscedere, omnem sibi exeundi copiam ablatam, & tanquam carcere vndique conclusum se vidit. Tota igitur nocte multum frustra desudans, qui facilem sibi aditum parauerat, exitum inue- nire omnino non potest. Sole interim suos radios spargente, vir Dei vnus è custodi- bus ad se accitum, iubet adire cellam penariam, & si quem illic offenderet multa lassitu- dine defatigatum, & quasi nexibus quibusdam irretitum, eum inde educere. Abijt ille è vestigio, sociumque sibi adiungens, hominem nequam in penario inuenit: cumque cum vellent ambo comprehendere, ille instar anguillæ ex eorum manibus mira- lubricitate elabatur: sed cum in flagranti facto depræhensum, turbisque vndique valla- tum se cerneret, malletque repentina morte perire, quam acerbis flagitij poenas lue- re, in puteum se dedit præcipitem, qui octoginta ferè erat cubitos altus, interim nihi- lominus in ipso puteo beati antistitis suffragia implorans. Mox igitur vir sanctus eò ad- uolat: puerum funibus ligatum, ad miserum illum demitti iubet, præcipiens vt dili- genter apprehensum, secum faciat educi. Clamantibus verò cunctis, eius vitam iam planè esse deploratam, qui in tam profundam esset putei voraginem demersus: vir san- ctus pergat vrgere, vt puer ipsius iussa sine mora capessat. Descendit igitur famulus in puteum, signo ab Episcopo ipsi impresso munitus, cernitque incolumem, quem iam omnes extinctum arbitrabantur: iniectisque illi funibus, sursùm vnà secum aterahit. Accurrit ad huius rei spectaculum penè vniuersa ciuitas: fit vnus omnium plausus & gratulatio, miranturque sospitem, quem in tantam profunditatem per præceps colla- psum,

In puteum  
altissimum  
insiliens,  
manet in  
columis.

psum, omni vitali spiritu prorsus destitutum existimauerant. At miser ille sui sceleris conscientia confusus, ad sancti pontificis se pedes prosternit, petit malefici veniam. Ille verò pietatis visceribus affluens, ignoscit celeriter: addit etiam vitæ sustentandæ necessaria, crebroque admonet, vt petere mallet quàm rapere, & ex beneficio potius alie- no, quàm furto suo sibi parare vitæ subsidia. Discimus ex his sancti viri perfectam hu- militatem, proliuem misericordiam, sanctam simplicitatem. Neque minor in eo fuit patientia & longanimitas, vt sequentia declarabunt.

Vnus ex eius discipulis diaconus, copiam ab illo petijt ad patriam redeundi. At vir Dei, metuens nè ex occasione longinquitineris in aliquod periculum incideret, noluit ei facere discedendi potestatem. Ille verò spiritu superbiæ agitatus, in ipsa nocte arre- ptum profecti, sed tota nocte vltrò citroque se transferens, vbi terris lux reddita est, post multos frustra exantlatos labores, in eodem loco, vnde primùm aufugerat, se cer- nit constitutum. Denique à sacerdote sanctissimo, quem nihil horum latuisse puto, ve- niam suppliciter petit, eiusque adhærens genibus, totam rei gestæ seriem exponit. Vir pi- sissimus, nihil eius irritatus pernicacia, libenter ignoscit culpam agnoscenti.

Inobedi-  
tia castiga-  
tur.

Infestatio-  
nes dæmo-  
num.

Multas vir Dei pertulit ab antiquo hoste infestationes, & præ cæteris Christo ca- tempestate militantibus, cum vniuerso exercitu suo illi molestus fuit: id quod pauca è pluribus testabuntur, quæ huc sumus adscripturi. Iam antè dictum est, sanctum virum nocturnis vigilasse horis, & in precibus per uigilem incubuisse. Cum igitur nocte quadam in baptisterio psalmodiam absoluisset, paucis sibi adhibitis, ad beati Martini basilicam processit, vt quod noctis supererat, ibidem in precibus & laudibus Dei exigeret. Vt au- tem puer lucernam ferens ad basilicæ fores propè accessit, in formam auis horribilis & teterimæ se transfigurat satan: primò nititur lucernam extinguere: mox in faci- em oculosque beati antistitis cum magno impetu se ingerit, atque hac & illac circun- uolans, ridiculis ambagibus ludens, identidem violentus in sanctum virum irruit. Cer- nens autem vir Dei, improbi malignas machinationes: Scio, inquit, quis sis: nec te si- nis latere eum, cui penè semper persecutorem nequissimum te exhibes. Deindè eleuata manu signum crucis pingens, improbum illum repente in fugam compulsi, ita vt cum suis ludibrijs planè euanesceret.

Signo cruce  
cis abigit  
dæmonem.

Vnus ex pueris, mente & moribus simplex, Ansulphus nomine, à sancto Episcopo ad locum quendam pro fratrum & pauperum victu necessario parando quandoquæ mis- sus est. Is postquam iussa perfecit, domum festinus redire contendit: & ecce obuiam illi venit sauisissimus dæmon cum grege suorum satellitum, exturbat eum è curru, & flagris pessimè multatum relinquit: quem fratres semiuiuum domum reportarunt. Sed cum ea res ad iniuriam sancti pontificis pertineret, nemo ei voluit, quid actum es- set, indicare. Tandem diuinitus edocuit (habebat enim etiam prophetiæ gratiam) ani- maduertit, ministrum continuis decem diebus cæcum mutumque permanere, mem- bris omnibus iam præmortuis, itaque obstructo compressis dentibus ore, vt nec aquæ gutta illi posset instillari. Exponit ergò fratribus rei gestæ seriem, non sine lachrymis ex pietate & commiseratione erga afflictum profluentibus: dolet sua causa ouiculum tam acerbis doloribus cruciari: simul autem humili se prosternit, & completa oratione surgens, iubet panis buccellam cum vino offerri iam propè animam exhalanti. Ab- eunt ministri, vique ore illius patefacto, vinum ab Episcopo missum instillant: ille sibi redditur, vigoremque pristinum membra præmortua recuperant. Id verò nos ab illo ipso, cui id accidit, percepimus, & est etiam aliorum fidedignorum hominum testimo- nijs confirmatum.

Curatur  
propè ex-  
tinctus.

Non multò post iterum vir Dei post solis occasum in Ecclesiam cum paucis abijt, ibi pernoctaturus in precibus. Adest tortuosus serpens, tenui primùm sibilo lenes de- mulcet auras: deindè in ipsis tranquillæ noctis silentijs cum magno se impetu intra templi parietes infert: testudinem, aras, lucernas, cæteraque omnia ad eò concutit, vt discipuli ecclesiam omnem è fundamentis euerti putarent: nimiumque pauidi, inter- misso cantu, in terram se abijciunt, tanquam repente perituri. At vir beatus in diuinis cantibus permansit intrepidus, floccipendens nequissimi serpentis præstigias, ita vt ne in prosperis quidè successibus constantior vnquam fuisse videretur. Tandem tota illa dæmonum turba in vnâ se molem colligit, speransque atrociori sonitu & strepitu inui- ctam

Constantia  
sancti viri  
in dæmo-  
num spec-  
tandis ter-  
rificantibus.

Etiam illius animi constantiam frangi posse, cum immenso tumultu coram sancto pontifice, pavementum cædens, præceps collabitur, ad eum ut discipuli illum in frustra discernere existimarent. Et illi quidem diu mansere attoniti, at eximius Christi sacerdos diuina in hostem tela vibrans, in canticis spiritalibus perpetim immorabatur: obiurgauitque postea discipulos, quod omisso sacris hymnis, phantasticis inimici terroribus cessissent. Optabat sanè diabolus extinctum virum Dei, quippe quem videret tam præclarum esse duce[m] & pastorem populi Dei: & quia sine intermissione malitia belum gerit aduersus virtutem, & seruos Christi rotius boni æmulus satan persequitur, non sat habuit iniquus ille sanctum Sulpitium infestasse, sed etiam gregem ipsius curæ commissum, atroci furore sibi sumpsit oppugandum & diuexandum: idque tam multis modis, ut illis commemorandis sufficere non possimus: vnum tamen eius malignitatis exemplum, quod in quendam sancti præfulsi seruum sub multorum testimonio edidit, non volumus taciti præterire.

Diabolus  
egdit Legu-  
tium.

Quidam Leguntius, ex eorum numero, ad quos pertinet iugiter in templo laudes Deo canere, properabat ad ecclesiam, nocturnas illic vigiliis celebraturus. Occurrit autem illi satan furibundus, volens eum ab opere pietatis retardare. Itaque multis eum verberibus affectum, penè exanimem relinquit. Manè factò, inuenitur homo prostratus humi, & omni penè sensuum officio destitutus. Fortè id temporis procul vire aberat vir Dei. Ut est autem triduo post reuersus, eumque flagris laceratum & iam semiviuum inuenit, iuxta eum se in terram deiecit, fortiterque, ingemiscit. Deinde diducto eius ore, sacrificium (sic habet historiae huius textus) in illud suis manibus infundit: mireque cunctis rei euentum sustinentibus, cum eius manum sacerdos sanctus apprehendisset, mox adeo surrexit incolumis, ac si nihil illi incommodi antea accidisset.

Pœna vio-  
lantis diem  
Dominicæ  
resurrectio-  
nis.

Non multum intercessit temporis, & ecce rusticus quidam arrepta securi, nefario opere sanctissimum Resurrectionis Dominicæ diem polluit, sed non est lenta Dei vindicta. Illico manus sacrilega aruit, cureque & neruis tabescentibus, ad hæsit manu securis. Sentiens miser plagam numinis, festinus abit ad virum Dei, ad eius se vestigia deprimi, opus temerè admissum manus arida prodir. At sanctus episcopus lugentem illum iubet ad ecclesiam secum ire. Ibi sub ara prostratus sacerdos Dei, preces iungit precibus, ut possit reo Christi conciliare misericordiam. Deinde more suo ad cellulam suam se confert, conpersusque cinere, cum lachrymis noctem in oratione transmittit: cumque manè debitas Deo persolaturus laudes, ad templum venisset, promiscuum cernit vulgus hominem illum cum securi intuentem: at ipse pronum se abijcit ad obsecrandum pro illo Dominum. Tum verò miser ille non ferens doloris acerbiter, immaniter vociferatur, ut locus ille concussus videri posset, cunctosque pauor immensus corripere. Interim verò sacrilega manus restituitur: ossa, cutis, & nerui succos priores obtinent, securis inde miro resilit modo, fundit reus vberes lachrymas, peccatum confitetur & absoluitur, domumque reperit suam, & corporis & animi nexibus expeditus. Ità nimirum immensa Dei misericordia animæ morbis corporis afflictione medetur, conuenienter illi propheticæ sententiæ: Visitabo in virga iniquitates eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo.

Psal. 88.

Ioan. 14.

Nota.

Philip. 1.  
Ibidem.

Matth. 10.  
1. Tim. 6.

Cum autem dixerit in Euangelio Dominus: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet: vsque adeo tandem fidei feruor in sancto viro excreuit, ut si quis aquam, qua manus abluerat, clam subriperet, & cuiuscunque agroti corpus ea contingeret, cõfestim morbi pellerentur: maximè verò tertianis & quartanis febribus vexati, admirabiliter pristina redderentur virium integritati. Et multa sanè ad extremum stupenda percum Dominus miracula designauit, quæ fidem excedere viderentur, nisi essent conspecta oculis. Et quia iam cum angelis potius in cælis, quam cum hominibus in terris degere visus est, omnia huius mundi blandimenta & fallacias adeo protriuit & respuit, ut cum Apostolo diceret ex sententia: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Optabat enim cum eodem dissolui & esse cum Christo, nisi eorum causa adhuc vellent viuere, pro quorum salute etiam mori non dubitaret. Pompas huius seculi censtercus quoddam spreuit: aurum & argentum non alio quam luti habuit loco. Coëgit etiam episcoporum concilia, in quibus crebro illos admonere solebat, ut memores essent præcepti illius Domini Saluatoris, Nolite possidere aurum, neque argentum, &c. atque secundum Apostolum, habentes, inquit, victum & quibus regamur,

mur, his contenti sumus. Et ipse quidem vir sanctus alijs se virtutis præbebat egregium exemplum, castigabatque corpus suum & in seruitutem redigebat, nè fortè alijs prædicans, ipse reprobis efficeretur. Multo sanè tempore neque vasa argentea habere voluit, neque illis vsus est, contentus ligneis, fistilibus, & marmoreis. Cumque alios ea doceret, quæ prius opere ipse impleret, dubium non est ex sententia Saluatoris, quin magnus sit in regno cælorum: & quia crucifixit in seipso corpus proprium cum vitijs & concupiscentijs, nouum adeptus est, non moriendo corpore, sed carnem mortificando, martyrium.

1. Cor. 9.

Matth. 5.

Multa con-  
dit loca sa-  
cra.

Act. 4.

Nota hanc  
abstinentiæ  
am.

Construxit quoque vir sanctus ecclesias, monasteria & cellas, innumerabiliumque clericorum ac monachorum pater effectus est. Multi enim, immo quamplurimi renunciantes rebus & facultatibus suis, eiusmodi se philosophiæ deditere, ut omnibus suis in egenorum vsus distributis, curisque huius vitæ procul abiectis, extra urbem in hortulis, vel exiguis agellis degerent: vel etiam, quod in Actibus Apostolorum de illis annotatum est, qui primi ex Iudæis in Dominum Iesum crediderunt, possessionibus prædijisque distactis, præcia eorum ponent ante pedes aliorum, vnde singulis diuidebatur, pro ut cuique opus erat. Atque ij omnes spiritalibus disciplinis plenissime instruebantur, & studijs Christianæ philosophiæ, exemplo beati viri, adeo erant dediti, ut nonnulli etiam post triduum demum cibum caperent, non tam escæ desiderio, quam ut naturæ necessitati satisfacere. Plerique enim in diuinæ scripturæ altiori haurienda intelligentia, tanquam in ditissimis & lautissimis sumendis ferculis ita diuersabantur, ut famem suam explere non possent, scripturasque contemplando, acriori desiderio inflammarentur: perpetuoque studio ita aduersus carnem decertarent, ut nulla ex parte eius libidini prauisque cupiditatibus indulgerent: porro animam sapientiæ & scientiæ dapibus magis magisque opimadam curarent. Eiusmodi autem filiorum studijs pater sanctus mirifice lætabatur. At cum iam optaret dissolui & esse cum Christo, non distulit pius Dominus fidelem seruum ad requiem tandem euocare.

Aderat iam beatæ consummationis diu optatum tempus: & quantum graui senectæ vires exhaustæ deficerent, at tamen propè emortuum corpus ipsum abstinentiæ onus confirmabat & roborabat: quodque natura non potuit, meritorum gratia concessit. Denique plenus iam dierum, multoque insignium meritorum splendore coruscans, tereno terræ relicto corpore, spiritu sublimis cælorum petit sedes. Tum verò, eius auditu decessu, ex locis omnibus oppidi Bituricensis populus innumerabilis certatim accurrit: moenia, atria, plateæ omnes complentur, idque adeo, ut nisi sancti pontificis preces intercessissent, pars maxima populi contrita pedibus, spiritum fuerit exhalatura. Erat autem omnium planctus immensus, dolor intolerabilis, tamque gementium tristis & lugubris vox, ut etiam faxea pectora in lachrymas soluerentur: atque haud scio, num tam adamantinum cuiquam possit inesse pectus, ut se illo loco à lachrymis continere valeret. Cumque esset omnium mœror inestimabilis, Clerici præ nimijs singulibus hymnos canendos vix explere poterunt. Inter ipsos singultus, hæc verba dolor immodicus extorquebat: Heu grex desolate, quid agis? En amisso pastore dispergeris: & quis te à rabidorum luporum dentibus tuebitur? Denique in obitu tuo omnes nos, ô pastor bone, interijisse quis ambigit?

Obitus san-  
cti viri.

Luctus  
omnium.

Ventum tandem est ad basilicam, vbi nunc sacerdos eximius, extremum illum futuræ resurrectionis diem expectans, decenter admodum conditus jacet: quam quidem basilicam ipse iam pridem summo studio construxerat. Vbi autem corpus illatum sepulchro est, plebs vniuersa non ferens optimi pastoris absentiam, humi prostrata, vltra humanum modum mugitus edebat tristissimos, ita ut ecclesiæ ministris copia non daretur officij persoluedi. Et illi quidem lugebant eum quasi absentem, quem tamen non amiserant, sed ante se præmiserant: nescientes planè, aut certè non considerantes, quod legatione pro illis apud Dominum functurus, ad cælos properarat, ut ibi precibus suis obtineret, quod illis hæc perentibus impenderet. Sed neque vir sanctus se diu passus est tanquam absentem desiderari. Quos enim corpore reliquerat, spiritu mox inuisit, variisque morbis præsens adferendo remedium, se præsentem declarauit. Vnde factum est, ut quem admodum in messe solent innumeræ segetes cumulate inferri in horrea: ita ad ecclesiam populorum turmæ ex vicinis urbibus & vicis confluerent: & ipsa quidem basilica nisi aucta fuisset, morbidorum hominum multitudinem haudquam capere potuisset. Creuit eius rei fama, nec in propinquas modò diffundebatur

Miracula  
post obitum  
eius.



ciuitates, sed etiam per regna terrarum mira celeritate peruasit, Quod si Dominus me propitius adiuuare dignabitur, quandoquē breui sermone explicare tentabo, quæ verè sanctus, triumphator egregius etiam nūm efficit.

Et à Maioribus quidem nostris iam olim locus, vbi hæc fiunt, Nauis dictus est ob nauium stationem: quod mihi non sine quodam futurorum præfagio factum videtur. Huic enim nostræ nauis qui adherent, per huius seculi procellosum transeunt mare, & ad patriam claritatis æternæ, iam omnibus malis liberi, perferuntur. Hoc in loco tantam portus quidam offertur omnibus contra imminentes tum visibilibus, tum invisibilibus malorum procellas: ad quem liceat tutò confugere, & euadere seculi studus & tempestates. Ibi per intercessionem beati patris nostri æternus & inuisibilis medicus gratis confert malè habentibus medelam: & exules atque naufragi ad patriam reduntur. Verùm cæteris interim prætermittis, de quibus aliàs me dicendum supra testatus sum, pauca hinc de lampade ad viri Dei sepulcrum pendente, referam: Fertur ea semel à ministris oleo implera, adeò postea sancto redundasse liquore, vt iugiter inde effundat, eiusque vnctione plerosque varijs liberatos esse ægritudinibus.

Contigit etiam quandoquē vespertino tempore, quod sine admiratione neque dici, neque audiri potest, vt Clero in ecclesia diuinę laudis cantica depromente, subitus quidam tanquam fulminis ictus, lampadis elychnium percuciens, cui nctis cernentibus miro quodam modo illud accenderet: nec vnquam deinceps lumen illud extinctum est, quandiu fomenta ministrorum opera adhibentur. Hucusquē, etsi nequaquam pro dignitate, de clarissimi viri rebus gestis dixisse in præfens sufficiat. Nos iam intra silentij portum recipere, & introrsus ad conscientiam redire maturamus: & quia virum sanctum ob vitæ excellentiam imitari non possumus, vt nobis apud Deum patronus esse velit, obnixè precamur: vt cuius natalitia celebramus, eius quoque meritis adiuuemur, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnat Deus per infinita secula, Amen.

VITA S. LEOBARDI RECLUSI IN MAIORI MONASTERIO PROPE TVRONES, AVTHORE GREGORIO Turonensi Episcopo, lib. de vitis Patrum, Cap. vltimo.

IANVAR. 18.



Genus Leobardi.

Adhibetur literis descendis.

Ephē. 6.

Ccclesia fidelis ædificatur, quotiescunque Sanctorum gesta deuotissimè replicantur: & licet teneat maximum gaudium, quod hi, qui ab initio ætatis religiosam vitam duxerunt, peruenire meruerunt ad perfectionis portum: tamen & de his, Domino iubente, lætatur, qui conuersi à seculo, opus inchoatum valuerunt perducere, diuina opitulante misericordia, ad effectum. Igitur beatissimus Leobardus Aruernici territorij indigena fuit, genere quidem non senatorio, ingenuo tamen: qui ab initio Deum in pectore tenens, cum non floreret natalibus gloriosis, meritis præfulgebat. Hic tempore debito cum reliquis pueris ad scholam missus, quempiam de psalmis memorię commendauit, & nesciens se clericum esse futurum, iam ad Dominicum parabatur innocens ministerium. Sed cum ad legitimam peruenisset ætatem, cogentibus iuxta consuetudinem humanam parētibus, vt arrham puellæ, quasi vxorem accepturus, daret, impellitur. Illo verò respiciente, ait pater: Cur, dulcissime fili, voluntatem paternam respicis, nec te iungere vis connubio, vt semen excites nostro de genere, seculis sequentibus profuturum? Casso enim labore exercemur ad operandum, si possessor deerit ad fruendum. Quare inplemus domus opibus, si de genere nostro non processerit, qui vtatur? Quid mancipia dato precio nostris ditionibus subiugamus, si rursùm alienis debent dominationibus subiacere? Obedire filios debere voci parentum, scripturæ testantur diuinæ: sed tu cum inobediens esse parentibus probaris, vide nē te caelestibus eruere nequeas ab offensis. Hæc pater loquens, facillè rati gratulæ persuasit, voluntati suæ non contraire. Deniquē dato sponsæ annulo, porrigit osculū, præbet calcamentum, celebrat sponsalium diem festum.

Interea

Interea genitor genitrixque, mortis somno sopiti, migrauerunt à seculo, vitæ præsentis curriculo iam peracto. Hic verò, tempore luctus expleto, oneratus donis nuptialibus, fratris pergit ad domum: quem intantum reperit vino madidum, vt nec cognosceret, nec recipere vellet propria in domo germanum. Ille verò suspirans & lachrymans, secessit in partem: venitque ad tugurium, in quo foenum fuerat aggregatum, atque ibi colligato præbens equo pabulum, decubuit super foenum ad quiescendum. Expergescens autem media nocte, surgit de stratu suo: crectisq; ad caelum manibus, gratias agere coepit omnipotenti Deo, quod esset, quod viueret, quod aleretur donis eius, & alia multa huiusmodi profecutus. Cumque suspiria longa protraheret, atque lachrymis crebris genas vbertim rigaret, Deus omnipotens qui illos, quos præsciuit & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, compunxit cor eius, vt relicto seculo, manciparetur ad cultum diuinum. Tunc ille quasi iam sacerdos animæ suæ, predicare sibi ipsi exorsus est, dicens: Quid agis anima? quid in ambiguo suspensa tenēris? Vanum est enim seculum, vanæ sunt concupiscentiæ eius, vana gloria mundi, & ea, quæ in illo sunt, omnia vanitas. Melius est igitur relinquere cum, & sequi Dominum, quam ad eius opera præbere consensum.

Hæc effatus, cum diem terris reddere lux diurna coepisset, ascenso equo, coepit ad hospitium suum reuerti. Cumque per viam iam alacris pergeret, voluere intra se coepit, quid ageret, quod abiret: dixitque, Expetam Martini beati tumultum, vnde procedit virtus alma super infirmos. credo enim, quod & mihi eius oratio iter referet ad Deum, qui deprecatus ipsum Dominum, mortuos reduxit à tartaro. & sic viam carpens, oratione comite, sancti Martini basilicam est ingressus. Circa quam paucis diebus commoratus, transito anne, ad cellulā maiori monasterio propinquam, de qua Alaricus quidam recesserat, deuotus accessit: ibiq; se, proprijs manibus membranam faciens, ad scribendum aptauit, atque, vt scripturas sanctas intelligeret, ac Dauidici carminis psalmos, qui dudum exciderant, memoria retineret, exercuit. Sicq; diuinarum scripturarum lectionibus eruditus, cognouit verum esse quod ei Dominus prius inspirauit in corde. Sed nē hæc cuiquam fabulosa videantur, quæ retulimus, testor Deum, quia ab ipso benedicti hæc ore cognoui.

Is verò interposito pauci temporis spatio, humilem se tantum præbuit, vt honoraretur ab omnibus: acceptoque sarculo, cellulam, in quam ingressus fuerat, incidens lapidem, ampliauit: in qua cellula delectabatur ieiunijs, oratione, silentio, lectione: nec vnquam à diuinis officijs & oratione cessabat. Scribebat interdum, vt se à cogitationibus noxijs discuteret. Interea verò, vt se tentator manifestaret Dei seruis semper inimicum ac inuidum, cum quidam de sanctis monachis litem quandam cum vicinis habuisset, immisit ei cogitationem, vt relicta cellula illa, ad aliam transmigraret. Cumq; ibi ad orationem solitam deuenissemus, dolum nobis veneni grassantis aperuit. Ego verò suspirans non minimo dolore, increpare hominem coepi, asserens diaboli esse calliditatem, librosq; ei & vitas patrum, ac institutionem monachorum, vel quales, qui recluduntur, esse debeant, vel cum quali cautela monachos viuere oporteat, abscedens ab eo, dixi. Quibus relectis, non solum cogitationem prauam à se discussit, verum etiam tanto sensum acumine erudiuit, vt miraremur facundiam locutionis eius. Erat enim dulcis eloquio, blandus hortatu, eratque ei sollicitudo pro populis, inquisitio pro Regibus, oratio assidua pro omnibus ecclesiasticis Deum timentibus. Veruntamen nec sibi, vt quidam, demissis capillorum flagellis, aut barbæ demissione plaudebat: sed certo tempore capillum tondebat & barbam. In qua cellula viginti & duos annos in hoc opere degens, tanta Domini gratia confortatus est, vt pustulis malis salua oris sui perunctis, vim veneni sauiantis opprimeret. Frigoriticis verò per poculum vini, charactere Crucis beatæ sanctificatum, frigus accedens, æstumque restinxit, non immeritò discutens incommodas febres ab alijs, qui in se extinxerat incentiua criminis noxialis.

Quodam autem tempore cæcus ad eum veniens, ærumnas doloris sui humiliter deplorabat, ac deposcebat, vt tactu dextræ suæ sanctus lumina clausa palparet. Quod ille diutissimè reuoluens, tandem stertibus hominis victus, misericordia motus, cum per triduum orationem pro eo fudisset ad Dominum, quarta die imponens manum super oculos eius, ait: Domine omnipotens, fili vnigenite Dei Patris, qui cum eo ac spiritu sancto regnas in secula, qui homini à natiuitate cæco reddidisti lucem beati oris sputo,

Oo 3 tured.

Eius parentes moriuntur.

Rom. 8.

Scipsum excitat ad mundi contemptum.

Vide sancti vini exercitia.

Portione vini Crucis ignati, morbum curat.

Iohan. 9.

Cæco lu-  
men resti-  
tuit.

Nota labo-  
rem, ieiuni-  
um & ora-  
tionem.

Decedit è  
vita.

tu redde & huic famulo tuo luminis visum, vt cognoscat quia tu es Dominus omnipotens. Et hæc dicens, vt Crucem super oculos cæci depinxit, mox pulsus tenebris, lucem de præsentis restituit. Huius virtutis testimonio Eustachius Abbas ad stipulator assidit. Deniquè hic de labore lapidis submontani, quem assidue cædebat, confractus, ieiunij austeritate confectus, oratione indefinente debilitatus, cœpit paulatim corporis firmitate destitui. Quadam autem die, dum nimium fessus haberetur, nos aduocari præcepit. Ad quem accedentes, postquam funeris sui necessitatem desinebat, eulogias à nobis peccatoribus flagitauit. Quibus acceptis, hausto mero, ait: Tempus meum iam impletur, vt me Dominus ab huius corporis vinculis iubeat relaxari: sed adhuc paucis diebus erit spatium: veruntamen ante diem sanctum Paschæ vocandus sum. O beatum virum, qui sic seruiuit creatori omnium, vt suum obitum reuelatione diuina cognosceret. Erat enim mensis decimus, quando hæc est effatus. Duodecimo autem mense cœpit iterum grauius ærotare. Aduenit dies Dominica, vocat ministrum suum, & ait: Prepara quiddam cibi, quod accipiam, quia valde defessum me sentio. Illo autem respondente: Præstò est, Domine. ait ad eum: Egredere foras, & adspice si iam celebratis solennibus, populus de Missis egreditur. Hoc autem dicebat, non quòd cibum capere vellet, sed transitus sui nullus testis adesset. Ille igitur egressus, ac postmodum reuertens, cum ingressus fuisset cellulam, inuenit virum Dei extensum corpore, clausis oculis, spiritum exhalasse. Vnde factum est manifestum, eum ab Angelis susceptum, qui hominem adesse noluit suum ad transitum. Hæc cernens minister ille, eleuauit vocem in fletu, sicq; concurrentibus reliquis fratribus, ablutus, ac vestimentis dignis indutus, in sepulcro, quod ipse sibi in antedicta cellula sculpserat, reconditus est. Quem in confortio sanctorum adscirum, nulli fidelium haberi reor incertum.

VITA S. LAVNOMARI ABBATIS ET CONFESSORIS, AB EIVS QVODAM AEQVALI CONSCRIPTA, sed per F. Laurentium Surium reddita paraphrasticòs.

IANVAR. 19.

Patria S. Lاونoma. ri.

Pietas & liberalitas puerilis.

Ieiunij se macerat ad huc puer.



Vm Franci Gallias occupassent, abiectioneque teterrimo demonum cultu, Christiana religione initiati essent, ea tempestate, qua Clotarius, filius magni illius Clodouei, qui primus ex regibus illius gentis in Christum credens, ab eodem Remigio Rhemorum episcopo baptizatus est, regnum obtinuit, intra Galliam Lugdunensem Lاونomarus apud Carnotenses parentibus est Christianissimis editus in hanc lucem. Qui cum etiamnum puerulus in paternis adibus versaretur, demandata illi cura est pascendi pecoris: id quod sedulo fecit, instar Iacob aut alicuius è cæteris patriarchis. Interim verò pius puer iam bonæ spei præ se ferebat initia, virtutisque haud obscura argumenta: quandoquidem ex victu quotidiano, quem parentes illi suppeditabant, liberaliter impertiebatur vel egenis, vel peregrinis, aut certè còrtancis pueris, in pascendo pecore occupatis: cumque necdum præceptorum Dei haberet notitiam, diuina in eo relucens gratia id illi contulit, vt in tenera ætate & puerili corpusculo pectus senile circumferret. Et quia ea, qua diximus, erga confodales pueros & inopes, ardebat dilectione, in ipsa pueritia iam cœpit se parimoniaz studijs accommodare, vt illis posset benignè facere ac opitulari. Faciebat enim charitas, qua iam tum sic affluebat, vt pauperum iuuañorum pia quadam teneretur sollicitudine, licet interim corpusculum illud suum in tantilla ætate ieiunij affligeret, atque sibij ipsi rigidus esset & parcus. Socijs verò suis non se asperum, non incommodum, non durum & terribilem, sed sermone affabilem, moribus suauem, vultu iucundum & alacrem, benivolentia & amore, pro eius & ætatis & facultatis captu, præstantissimum exhibebat. Euangelium quidem nondum didicerat, sed in corpore delicato crucis mortificationem perferre gestiebat, ad solis vsque occasum sæpè ieiunus permanens.

Sed cum parentes in ipso primæ ætatis flore illum viderent corporis curam negligere,

gere, lubrica voluptatis illecebras rigore abstinentiæ contere, nõ sine stupore & admiratione cogitare cœperunt, vnde in illa tam imbecilla pueritia, tanta morum grauitas subito extitisset: tacite verò paulatimq; pueri vitam & viuendi rationem explorantes, cum illum mundi huius impuram colluionem excelsò animo fastidire & respucere viderent, eius profectus non solum non retardare, sed longè potius vrgere voluerunt. Itaque in ipsa adhuc agentem pueritia literarum studijs admouerunt, & cuidam vitæ venerabilis sacerdoti Cherimiro instituendum commendarunt: qui id temporis in Carnotensi vrbe degens, ob vitæ integritatem celebris habebatur. Is verò in suam curam susceptum puerum tenerè fouebat, sensimque tum ad literarum cognitionem, tum ad veræ sanctitatis studia incitabat. Sed diuina gratia, quæ membris puerilibus iam maturæ ætatis animum indiderat, egregiam quandam discendi industriam illi cõtulisse videbatur. Cernens autem presbyter ille, cum ætatis incremento simul in puero etiam religionis & pietatis crescere desiderium, animumque capeffendæ doctrinæ magis magisque feruorem & opportunum, intra se lætabatur, bonæ spei per motus indicijs, sperans talem eum quandoquè fore, per quem multorum posset salus promoueri: quod quidem non multò post re ipsa comprobatum est.

Porro simul atque ad eam peruenit ætatem, qua iam posset sapere, vbi vocem Saluatoris Christi & corporis & cordis auribus accepit, nihil à parentibus admonitus, sed diuina intus gratia instigatus, omnibus suis renunciauit rebus & facultatibus, vt in illa beatè viuentium terra portionem posset obtinere hereditatis nunquam amittendæ. Neque deinde ad mundanos voluit redire strepitus, sciens dictum esse à Domino: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei: sed doctrinæ sacræ verborumq; celestium pabula ardenti desiderio hauriens, illorum iugi meditatione adolescentis ætatis annos castis moribus ornabat. Eodem tempore diuini amoris flammis incensus, captandæ solitudinis magno feruebat desiderio: sed ad tempus animi propositum celans, cum adhuc in Carnotensi vrbe degeret, ad presbyterij gradum Dei benignitate promotus est: nec multum intercessit temporis, cum à fratribus, apud quos versabatur, & cum quibus pariter ad cælestia anhelabat, rei familiaris dispensator est institutus. Quo in officio cunctam substantiam, omnemque penum sollicitus curabat, summaque prudentia & moderatone paternoque affectu cunctis fratribus ita subministrabat res necessarias, vt nec quicquam ex illis subtraheret, nec cuiquam prodigum se præberet. Erat iam longa spiritualium exercitiorum eruditione firmatus, & in sacerdotio suo ita studuit se gerere, vt dignum Deo ministerium exhiberet: Apostolico quoque doctus exemplo, ad primæ Ecclesiæ formam se componere nitēbatur, de qua scriptum est: Diuidebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Deinde verò aliquot iam elapsis annis ab eo tempore quo hoc ei fuerat munus delatum, cordis sui desiderium tandiù celatum, Domino auctore & cooperatore in opus contulit. Intempestæ enim noctis captans silentia, cunctisque alto pressis sopore, scipionem apprehendens, posthabito rerum temporalium curandarum officio, ad optatam se eremum contulit. Non defuissent illi, si priori in loco hæcere voluisset, quibus se posset oblectare, sibi que indulgere: sed sancto quodam impatientis erga Deum amoris zelo per motus, mundum spreuit cum vniuersis oblectamentis & voluptatibus eius, fortiterque calcatis fluctibus illius, ab hominum se frequentia subduxit, vt angelico posset frui consortio per sublimem rerum celestium contemplationem: quemadmodum Elias quondam propheta in illa deserti spelunca degens, cum Dominum transcuntem vidisset, sensissetque spiritu grandi subuerti montes & petras conteri, & post spiritum commotionem, atque post commotionem ignem, nec tamen in his omnibus Dominum esse didicisset: tandem in sibilo auræ tenuis, id est, subtili contemplatione supra se eleuatus, raptim illum sentire potuit.

Locus aut, in quem se vit sanctus recepit desiderio viuendi & vacandi soli Deo, procul ab vrbe fuit in abditißima solitudine syluæ illius, quæ Pæcticus appellatur. Ibi tota animi intentione & ab ipsis intimis cordis medullis Domino familiaris inherebat. Construxit aut eodem in loco ex frondibus tuguriolum, & cum nocte quadam diuinis hymnis & sanctæ meditationi insisteret, à latronibus diu laboriosissimè quæsitus est spe prædæ, quòd putarent eum apud se habere aliquam auris copiam: & tandem post longos totius noctis errores, manè ab illis conspectus & inuentus est: nimioque timore,

Adhibetur literis.

Matt. 19.

Relinquit omnia sua.

Luc. 9.

Fuit presbyter.

Item fratrum cecorum nomus.

Act. 4.

Eremum petit.

1. Reg. 19.

Latronum errores.

re eos corripiente, sic ab eis compellatus est, cum ad eius pedes corruissent: Parce nobis, vir Dei, parce: facinus nostrum agnoscimus, veniamque precamur. At ille obtupefactus, Quid est, inquit, fratres, quid est, quod a me petitis? aut qua vos ratio ad nos vos accedere compulit? Tum illi, quid contra illum cogitassent, quidve moliti essent, ei confessi sunt. Quibus vir sanctus ita respondit: Et ego machinationes vestras, filij, non ignorabam. Misereatur vestri clemens & benignus Deus. Abscedite hinc cum bona pace, & tandem a vestris flagitijs animum reuocate. Facebant carnes & latrocinia, manus a rapinis ferientur, ut quandoque possitis diuinam experiri misericordiam. Mihi quidem nihil nummorum est: sed diuitia mea, Christus est. His illi beati viri sermonibus admodum prouocati, ab illo recesserunt, & vix post triduum ad sua domicilia sunt reuersi. Co-

Multi ad eum confluunt, Eph. 4.

Multis clarere miraculis.

pit autem sancti viri iam nomen celebrari, & ad eum frequentes confluxere, qui eius exemplis & institutionibus cuperent renouari secundum animum & hominem interiorum, & spiritu mentis suae, sicut dicit Apostolus, & induere nouum hominem, quicquidum Deum creatus est. Itaque breui tempore instar monasterij coeperunt in illa vasta solitudine habitacula construere, vbi sanè etiam multa viri sancti miracula conseruauerunt. Multi enim ad eius preces ab ægrotudinibus corporum se sensere liberatos: multi etiam interioris hominis, quod longè præstantius est, sanitati sunt restituti, qui ad Dei castra se conferentes, didicerunt contra antiqui hostis tela ignita scutum fidei obijcere, & eius insidijs fortiter reluctari.

Claudum sanat.

Quodam die claudus illi oblatum est in ipsis monasterij foribus, idque ab illius ægri parente, qui ad eius genua se demittens, cum lachrymis dicebat: Homo Dei, miserere mei, & huic puero tuis precibus redde pristinam sanitatem: aut certe donec erit in viuis, tuo sumptu hic illi victus quotidianus ex officio misericordiae subministretur. Ait autem ad illum vir Dei: Vnde mihi hæc virtus, ut tuo possim filio salutem restituere? Creatoris hoc opus est, non creaturæ. Interim verò potens est Deus, nec difficile illi est prestare fidei tuæ hoc quod petis. Sustine parumper, & vnà cum filio tuo accipe benedictionem: ac deinde recipere te licebit ad locum, vnde huc venisti. Itaque sancto viro Missæ sacrificium offerente, & sub ipso sacrificio pro pueri salute Dominum obsecrante, solenni perada prece, fragmento panis benedicti (sic enim loquitur historiae huius author) & patrem refecit, & puerum debilem curauit, simulque ambos ad propria dimisit.

Fores templi vltro ei patent, Matt. 8.

Agebat quandoque sacerdos venerabilis cum monachis suis de sylua succidenda, ut posset aliquam efficere plantam, capiendis seminibus aptam. Casu verò accidit, ut ostiarius clauem perderet oratorij. Abijt ergò vir Dei, ministro illius illum comitate, ad oratorium, ut ibi preces Domino offerret: & cum non inueniret clauem, ante fores se protrahit, & orationi aliquandiu incubuit. Mox illi vltro patent ostia, ingressusque oratorium, preces suas absoluit. Ut autem ab oratione surrexit, ministro præcepit, ne cuiquam in illius vita id quod viderat, indicaret: secutus exemplum Dei ac Domini sui, qui sua virtute sanitate donatis prohibuit, ne beneficij accepti authorem alicui proderent.

Signum crucis opponit flammis, & eas extinguit.

Per idem tempus in monasterio viri Dei quiddam non absimile accidit. Cum enim post frugum sectionem, manipuli in horrea condendi essent, necessitate compulsi monachi, ex viminibus confectæ machinæ segetes, quas messuerant, imponere, ignemque adhibere: qui paulatim vires capiens, omnibus in res alias intentis, nec quicquam de igne sollicitis, subito & fruges & domum peruasit. Cernens isthuc vir Dei, totum se & animum & corpore contra ignis vim & impetum opponit: editoque signo crucis, & suis ad Dominum precibus, omnem nocendi vim ab igni extorsit, eumque iam sauientem atque grassantem, haud secus atque imber largissimus extinxit. Porro nocte proxima cum ante tempus ad orationem surrexisset, inter ipsas sacras vigilias inuidus satan virum sanctum infestare cepit: & quia ab illa luce sempiterna miser in æternas tenebras corruit, ter lampadis lumen tanquam lucis inimicus extinxit. Sed sensit militem Christi suis machinis & insidijs superari non posse. Nam quoties ille malignus lucem extinxit, non intermisit vir Dei officium suum: immò verò Dominum obnixè deprecans, per veram atque sempiternam lucem, quæ Christus est, lampadem extinctam rursus accendit. Animaduertimus hinc, quam eximia fide noster hic confessor fuerit, cuius hodie natalicia deuotis mentibus excipimus: quippe cui diuinitus id collatum sit, ut quemadmodum sancti plerique per fidem vicerunt regna, ita & ipse per fidei firmitatem creaturis imperaret. Sic enim Dominus virtutum suos consuevit glorificare sanctos, qui ei toto corde

Miraculum.

Heb. 11.

corde famulantur, ut ipsius virtute freti, de illo possint gloriosissime triumphare, qui olim in illis beatis sedibus facile primam obtinuit, & præterea etiam pro voto exercere dominium vel imperium in creaturas. Ità nimirum Launomarus, pater venerabilis, modo flammarum extinxit globos, modo extinctam crebro lampadem rursus accendit: atque hunc in modum utrobique ille spiritus tenebrarum pudefactus est, & vir beatus, qui iam vita & conuersatione erat eximius, etiam signorum potentia ostensus est venerabilis & admirandus. Quod ut possit etiam consistere euidentius, aliud referam, quod posteriori tempore ab illo gestum est.

Vir quidam, Sicutus nomine, genere nobilis, prædiorum ampla possessione valde locuples, demone infestante miserè exagitabatur, adeò ut si vel telum, vel fustem posset apprehendere, mox vel in seipsum, vel in alios quoscunque obuios impetum faceret. Cumque diu hoc furore & vecordia fuisset debacchatus, & satanæ furijs atrocissime agitatus, serui illum constrictum vinculis, ceruici etiam & collo iniectis catenis, ad viri Dei presentiam frumentem & vociferantem perducunt. Viso autem Dei homine, confectum furere & fremere cepit, stridereque dentibus & ore atque vultu pallefcere. Cernens hoc vir Dei, & antiqui serpentis machinamenta animaduertens, ingemuit, statimque ad visitata sanctæ orationis præsidia cõfugit. Expletis autem precibus, miserum hominem cõsignans, totum olei vñctione perfudit, manusque illi imponens, malignum demonem abscedere cõegit: atque ad viros, qui cum adduxerant: Tollite ab illo pondera catenarum, & liberam abire finite, potest enim Deus, cuius figmentum est & plasma, excludere ab illo satanam, miseramque animam ex seculissimi carnificis potestate liberare, vosque his leuare molestijs. Illic sanus factus, sana mente horridos vultus & dentium fremitus ad placidam mansuetudinem composuit: & quasi à graui mortis excitatus somno, dixit ad suos: Quid me hisce vexatis vinculis? soluite me, & abite ad vos vestras. Ego verò aliquanti spem hinc heredo apud hominem Dei, qui me curauit. Soluerunt igitur illum, & domum abiierunt. Beatus autem Launomarus retinuit eum apud se, & hortabatur ut ieiunijs & orationibus daret operam. Libèter ille sancti patris admonitioni paruit, ac deinde post dies aliquot sospes & incolumis se recepit ad suos. Eiusmodi autem pietatis officia non solum hominibus ille tribuit, sed etiam feris ac brutis animantibus.

Dæmonia cum oleo perfusum sanat.

Arma aduersus satanam.

Ambulabat quandoque in solitudine iuxta monasterium suum, & secum nescio quid de scripturis ruminans, in occursum suum properantem cõspicatus est ceruam, luporum infestam rabiem pennigero volatu effugere cupientem. Ut vidit autem lupos illos, miserus ceruæ exclamauit: Cessate immanes & crudelæ bestiæ ab infestatione animantis huius, & ad desertam loca discedite. addiditque: En pessimum & crudele beluarum genus lupos istos, qui semper diripiendo & deuorato inhiant pecori, nec vnquam desinunt suam ingluuiem alienis explere carnibus, expressamque gerunt similitudinem illius lupi rapacissimi, quotidiè circumeuntis & querentis, quos de Christi Ecclesia abstrahat, perdat & deuoret. Ad has viri Dei voces illic substituerunt lupi, missaque ceruæ infestatione, in suas latebras aufugerunt. Cerua autem illud, quo venerat, iter repetere reformidans, liberatorem suum comitata est, præcessitque illum in oratorium: cumque eam vir sanctus blandè palpasset manu sua, post duas ferè horas dimisit eam in solitudinem.

Lupi fugiunt eo iubente.

Alio tempore quidam Laudocramnus, stirpis nobilitate clarus, grauissima paralytis molestia adeò vexabatur, ut membra omnia vigore destituta, suum nollèt officium facere. Itaque seruulorum manibus in lecticam impositus, ad hominem Dei perlatus est. Iacebat miser homo iam toto penè corpore præmortuus, nisi quòd solo pectore spiritum haurire videbatur. Eum vir sanctus cruce consignat, & sacro perungit oleo. Ut autem illum manu sua attigit, repente, sicut vir ille sub testificatione referre solebat, tantumque acri algore à summo vertice vsque ad ima pedum correptus est, ut ipse apud se miraretur, quid sibi accidisset. Subito enim horrore totus concussus, nihil nisi præsentem mortem cogitabat, maximè cum vitalis calor omnis propè in illo extinctus esset. Deinde verò sensim calefcere membris, celeriter paralytis profligata, salus ægro instaurata est, multosque postea superuixit annos. Denique cellæ illi, quæ Carbonariam vocant, præfectus fuit, & ipse hoc miraculum diuulgauit.

Cruce & sacro oleo pellit paralytium.

Post annos aliquot, fama virtutum eius longè lateque iam increbescente, vir sanctus humanas laudes & fauores refugiens, cupiensque nesciri & latere homines, illa relicta cellula,

cellula, cum socijs suis ad alium commigravit locum, quem iam olim alij construxerāt & incoluerant, & nunc planè incultus, sentibusq; & virgultis vastisq; arborum frondibus obrutus visebatur. Id temporis in ea provincia vir erat illustis, opulentus & latissimorum fundorum dominus, nomine Ragnofointhus. Is vt conspexit Christi militem in eo, quem diximus, incondito & horrido loco aliquid moliri, velle, quod futuris temporibus alijs quoquē vtilitatem esset allaturum, explorata eius sanctitate, & indefesso in divinis rebus studio ac labore, cœpit venerari illum & toto desiderio complecti: accensusq; flamma amoris illius, quem in Dei homine comperit & arctius amplectebatur, cum hunc illi donavit, iusq; suum omne in illum eiusq; posteros transfudit, vt perpetuis temporibus illum occuparent, certis vndiquaque descriptis accuratè limitibus: quem admodum, si quis id nôsse velit, ex scripijs huius sancti cœnobij abundè doceri potest. Cœpit igitur eo in loco vir Dei ad laborem se accingere, Deoq; iuvante illum repurgare, \* Turbionis pristino permanente vocabulo: statuitq; ibi oratorium, instarq; cœnobij cellulas ædificavit, in ijs cum suis habitans. Factum hoc est anno secundo Chilperici regis, qui fuit filius Clotarij supradicti.

\*Corbionis  
Construit  
monasteriū

Die quadam monachi venerandi patris vetustam quercum amputarunt, cessuram in straturam oratorij: Vbi autem hora cibi capiendi advenit, vir Domini illos iussit abcedere: ipse verò cum suo ministro in opere permanit. Erat arbor illa loco importuno sita, vt à fratribus neq; securi, neq; dolabris aitari posset ad vsum ædificij. Itaque servus Dei ad solitum præsidium recurrens, precibusq; pulsans Dominum, illius virtute & opere fretus, arborem immensæ molis & roboris, quò illi collibitum fuit, transposuit. Ità vbi ab hominibus non suppetebat adiutorium, non deerat fideli seruo manus auxiliatrix potentis Dei. Fertur autem ea arbor tantè fuisse vastitatis, vt vix quadraginta viri illi deportandæ sufficerent. Præcepit aut vir sanctus ministro suo, vt venientibus fratribus diceret, à prætereuntibus allatâ fuisse opem. In cunctis enim operibus suis valdè id studebat, vt hominum fugeret notitiam & spiritum vanitatis atque iactantiæ, admoneretur vt omnis laus vni Deo transcriberetur, cuius etiam reuerà totum esset, quicquid fecisset boni. Atque idcirco iure tu Domine Deus fideli seruo tuo requiem contulisti, in celis repositam diligētibus te, qui ex virtute signorū nihil tribuit sibi, sed semper te admirabilem, te omnis gratiæ fontem & authorem prædicavit.

Immanem  
quercum  
precibus  
transfert.

Fuit post hæc vir quidam nobilis, Ermoaldus nomine, qui iam ad extrema perductus, mortis angoribus premebatur. Misit igitur ad virum Dei solidos quadraginta, obnixè rogans, vt ipsi iam in supremo constituto spiritu velit benignus opitulari, & suis apud Deum precibus efficere, vt spes obtinendæ sanitatis ipsi præsteretur. Illam pecuniam vir sanctus prorsus recipere noluit: at tamen vrgētē latore, tandè accepit illam quidem, sed ingressus in oratorium, fudit preces ad Deū, vt accepta foret in conspectu illius oblatio hominis: imponensque altari pecuniam, & multo studio singulos appendens solidos & manu reuersans, crebroque flectens genua & orans Dominum, ad extremum non nisi vnum ex omnibus sibi retinuit solidum, quem per spiritum cognouit non rapina, sed iure partum esse. Reliquos autem restituens illi, qui eos attulerat, ait: Hæc pecunia per iniquitatem conflata est, nec potest mutare sententiam Dei, nec vitæ spatia producere, nec peccatorum veniam impetrare. scriptum est enim: Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota iustorū placabilia. Hinc est illa propheta exprobratio: Sacrificate de fermento laudem. De fermento quippe laudem immolat, qui Deo sacrificium de rapina parat. Tu ergo frater celeriter annuncia domino tuo, vt pro animæ suæ salute sit sollicitus, iniusteque alijs ablata restituat, noueritq; hoc morbo vitam se amissurum temporariam. Nos verò, Christo propitio, bonis omnibus abundamus, nec quidquam nobis in Christum firmiter credentibus poterit deesse. Dominus tecum sit, fili: vade in pace. Ille his auditis, abiit ad dominum suum: quem tum quidem adhuc viuentem reperit, sed idem tamen, inualecente morbo, excessit è viuis.

Pecuniam  
malè partā  
respuit.  
Prou. 15.  
Amos 4.

Venerunt aliquando fures ad sancti patris cellam, ingressique nocte, quæ semper id genus maleficis hominibus amica est, bouem à præsepio abduxerunt. Id vbi ad monachorum notitiam maturè perlatum est, ad sanctum virum querelas detulerūt. Ille verò timens, nè ab accepto temporali incommodo animi eorum à suo statu non nihil dimouerentur, & quadam impatientia perturbarentur, ait ad illos: Patientes estote, fratres, & propter iacturam rei caduæ, nolite Dei in vobis similitudinem corrumpere.

Memo-

Memores estote illius beati Iob, qui cum res & facultates omnes repente perdidisset, filijs quoquē omnibus vno momento orbarus, atque insuper sequissimo vulnere percussus esset, ità de illo scriptura loquitur: In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, neq; fuit: sicut Domino placuit, ità factum est. sit nomen Domini benedictum. Neque igitur res prosperæ, si adsit copia eorum quæ ad vitam degendam sunt necessaria, nos debent animis extollere, nec dispendia terrena perturbare vel deicere, vt possimus ad eius quandam accedere similitudinem, de quo psalmographus dicit: Sicut tenebræ eius, ità & lumen eius. Interim verò fures illi, qui bouem tulerant, magno labore tota illa nocte & sequenti die se miserè confecere, nusquam valentes inuenire viam, per quam extra illam solitudinem se proriperent. Altera iam nox aderat, & immodica fatigatione exhausti, post tot exantlatos labores cernunt se illum in locum redactos, vndè hoc animal abigere, tulerant: cumq; monachorum psallentium audirent voces, versi in stuporem, Quid, inquit, accidit nobis? En in eo iam consistimus loco, vndè hoc animal abegimus. Itaque sua se spe frustratos, conatumque improbum malè sibi cedere conspicati, statuerunt se cum restituere ablatum bouem.

Psal. 138.  
Fures non  
possunt ei  
us bouem  
abigere.

Porrò nocturnis expletis hymnis, vir sanctus pro consuetudine sua exijt, vt in circuitu lustraret Cellulam. (ità enim vocatur ab illo, qui scripsit hanc vitam) Et ecce obuio se illi præbent infauti prædones, scelusque suum & verbis contententur, & manibus produnt. At vir pius libenter illis culpam omnem condonauit, aitque ad illos: Rectè facitis filij, quòd tandè post multos sudores crimen vestrum agnoscitis. Deinceps, quæso, ab huiusmodi maleficis abstinete: & quia multos sanè tulistis labores, venite & cibum sumite, vt possitis celerius ad vestra redire. Cauete autè, nè vel monachi, vel pastores vos videant. Postea cum illi iam abiissent, reddidit fratribus bouem, quem sollicitè perquisierant: dissimulansque se nôsse quæ gesta essent, non illis indicauit rem totam, sed quasi pastorum negligentia bos aberrasset, dicebat se illum errabundum præ foribus offendisse: verum post eius felicem obitum minister eius, cuius fidei multa familiariter committebat, rei exposuit veritatem.

Eius humanitas in fures.

Quædam nobilis mater familiâs, Vulphrada nomine, in adolescentia sua morbo grauissimo, membra omnia tabefaciente, aded laborabat, vt vitalis calor in solo pectusculo palpitare videretur, atque, vt ipsa referre solebat, iam penè exanimis, nõ in pedes erigi. Ea igitur famulorum manibus, obtinendæ salutis causa, ad sanctum Dei hominem adducta est: qui christumate eam perungens, & signum ei crucis imprimēs, sanam à se dimisit. Multis ea postea annis vixit in pace, & post venerandi patris decessum, eius cellulam suis muneribus præclarè auxit & fouit. Dedit enim consentiente marito Cramnulphe, de prædio suo Lontuei villam & Britnogilum, ea mente ac desiderio, vt illic monachi & serui Dei collocarentur, qui laudes Domino cantarent: quod etiam ità factum est. Habuit enim Lannomarus pater in ouium Christi regimine successorem Ragnobertum, virum modestissimum, qui ex eius collegio misit eò fratres benè idoneos, effecitque vt supradictæ Vulphradæ eiusque mariti votis fieret satis: qui etiam pro suo erga virum sanctissimum amore villam Togiam trans Ligeritum sitam, alijs donis suis addidit, vt per sancti viri intercessionem possent apud Deum obtinere peccatorum veniam & remedia sempiterna.

Cruce & christumate curat penè mortuam.

Et ille quidem beatus pater, virtutibus & gratia locuples, gregem monachorū, quos Domino lucratus erat, in diuturna pace rexerat: sed ad alia iam mentis desiderio festinans, & de sua emigratione sollicitus, hortabatur eos quotidie, vt ad diuina exequenda mandata semper promptiores se exhiberent, nec inertiq; & ignauiq; dediti, à cœpto cursu se sinerent retardari: sed vigilarent omni tempore, vt digni haberentur fugere venturam iram extremæ damnationis, & stare ante filium hominis. Id genus sanctis exhortationibus, inuicta animi constantia & paterna sollicitudine, oues sibi creditas contra luporum insidias communire non destitit.

Adhortationes eius ad monachos.

Luc. 21.

Per id tempus ecclesiæ Carnotensis præsul erat Malardus: qui comperta fama viri Dei, & eius meritis & sanctitati cōgratulans, optabat eius sanctis colloquijs crebrò frui. Eo nomine ab illo accessit vir Dei, cum etiam non ignoraret propinquum esse vitæ suæ terminum, iam grandæuus ad Carnotensem urbem properauit: vbi aliquot mortuus dies, febris molesta exagitatione laborare cœpit. Audiens verò episcopus eum graui

Malardus Episcopus Carnotensis.



gravi teneri morbo, festinus venit ad illum, animique sui dolorem lachrymis prodens, Heu me, inquit, venerande pater & præcipuo affectu colende, cur amicum & in fide Christi socium, inter huius mundi procellosi naufragia solum deseris? Magna mihi fene erat ex te consolatio, ingens me obtinuit amor tuus, à quo me leuatum iri sperabam inter curarum & sollicitudinum irruentes fluctus ac tempestates, cuius iucundis & suauibus colloquijs me sentiebam ad caelestia appetenda incitari & instaurari. Cui vit sanctus ita respondit: Cessa à lachrymis, pater beatissime, hæc est rerum conditio humanarum, hanc vitæ me tam prætergredi nemo potest. Ego quidem lætissimo animo ineffabilem Dei mei misericordiam appello, vt ianuam pietatis suæ mihi velit patefacere, meamque spem & expectationem certa promissionum suarum remuneratione solari. Quam sunt enim dilecta tabernacula tua Domine virtutum, rex meus & Deus meus! Cõcupiscit & deficit anima mea in atria Domini: quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia. Sitiuit anima mea ad Deum fortem, viuum: quando veniam & apparebo ante faciem tuam Domine, spes & fortitudo mea, vita & salus mea? Quod si verò etiam optio mihi derur, liceatque hinc adhuc permanere, scias reuerende pater, amarum esse hinc viuere, huiusque regionis clades & excidia videre, ciuium neces & cruciatus cernere, sacrorum locorum ab hostibus impendentes prophanationes intueri. Atque hæc quidem omnia huic loco euentura sunt, & sola vexatio hostilisque vastitas intellectum dabit auditui. Nam propter immania hominum facinora, Deo permittente, crudeles dominos patiuntur. Satius igitur est iam Domino reddere spiritum, quam propinquam videre vastationem & populationem prouinciæ huius. Est autem certè dulcis illa mors, per quam ad immortalẽ gloriam nos peruenturos speramus. Tu verò homo Dei, natiuitas meas, non enim visurus es mala, quæ Dominus in terræ huius habitatores immisurus est. Antè enim, quam vrbs hæc hostium obsidione prematur, tu militiæ tuæ cursum feliciter absolues, & ad patres tuos adiungèris. Qui autem manserint superstites, totam hæc ciuitatem & loca adiacentia vastari videbunt. En egregium Christi confessorẽ, qui diuina plenus gratia, quo spiritu homini, argentum offerenti, indicauit illud malè parum, ipsumque moriturum: eodem, hostiles incursiones postea futuras, lögè antè & prouidit, & prænuñciauit. Spiritus enim Christi sicut illi rei præteritæ notionem, ita etiam imminentium è longinquo calamitatum prænotionem contulit.

Postquam igitur Episcopo hæc locutus est, illeque abiisset, vir sanctus obitum suum, in Dei misericordia confidens, intrrepidus expectabat: cumque incrementis quotidianis aucta febris eius vires cõtereret, in eadem vrbe iam senex & plenus dierum, vita functus est, eiusque spiritus ad coenam nuptiarum agni vocatus, recumbit cum Abraham, Isaac & Jacob in regno cælorum. Bonum enim certamen, Christi miles inuidete, certasti, Christum semper portasti in corde & corpore tuo: iam frueris corona iustitiæ & gloria sempiterna. O te verè beatum Christi confessorẽ: cui ad patriam felicissimè reuerenti cum palma victoriæ, lætissimi angelorum chori occurrunt. Dominus tecum erat: itaque securus hinc excessisti, & vsque ad solium beatæ & indeficientis visionis penetrasti. Illinc nos perpetuis foue & adiuua patrocinijs, vt in hoc ouili, quod exëplis optimis illustrasti, & virtutibus luculenter ornasti, sit iugis pax, optata peccatorum remissio, & Christianæ pietatis atque religionis perennis cultus & exercitatio: præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuut & regnat Deus per infinita secula seculorum, Amen.

Aliquantò post etiam vrbs eius episcopus viam vniuersæ carnis ingressus est. Tum verò, vt erat prædictum à sancto viro, regionis populatio secuta est: cumque barbari obsiderent vrbe, per occultos meatus aquam ad se ciues adducebant. Id vbi sensit hostis, eam aliò auertit. Itaque aquæ penuria adacti, vltro se dedidit, hostili gladio prædæ futuri. Obijt sanctus Launomarus 14. Calend. Februarij, & conditus est in basilica sancti Martini, vbi etiam sanctus Labinus eiusdem vrbs antistes humatus est.

Psal. 83.

Psal. 41.

Predicit futuritas clades.

Obitus sancti viri.

Inuocat auctor S. Launomarum.

DE SANCTO VVOLSTANO, VVIGORNIENSI EPISCOPO ET CONFESSORE: CUIVS VITAM SCRIPSEIT Brauonius quidam, monachus Vvigorniensis: quanquam ignoro vtrum hæc sit, vel eius vitæ potius quedam epitome.



Mabilis Deo Vuolstanus in prouincia Vuareuicensi oriundus, & in monasterio de Burgo literis & officijs ecclesiasticis instructus, Missam morosè cantabat, aliasque orationes adiciens, solis fidelium oblationibus contentus erat. Hic virgo existens, superflui potus semper expers, esui s. Vuolstanus virgo fuit. Die quadam cum ad placitum quoddam exiturus, Missa celebrata cibum sumere statuit, apposita igni auca, nidor adustæ carnis nares celebrantis oppleuit, odor mentem auocauit. Sed cum diu reluctans, cogitationem auertere non posset, iuramentum ad sacramenta, quæ tractabat, Renunciat esui carni. fecit, nullo se amplius pacto id genus cibi comesturum. Completa verò Missa, ieiunius ad negocium discessit. Seculo tandem relicto, in monasterio Vvigorniensi, in quo pater suus seruierat, monachus effectus, per omnia penè loci officia gradians, ad Prioratum ascendit. Ieiunijs, vigilijs & orationibus iugiter indulgit: super scamnum in ecclesia, libro, in quo orabat, capiti supposito, dormire consuevit.

Noctè autem quadam ante altare in ecclesia orans, dæmonem adlucam cum importunè prouocantem, quanuis passione fatigatus, illum ter complectens prostrauit. Apparuit autem illi in forma seruentis cuiusdam de curia, quem postmodum quoties Vuolstanus videret, expalluit, ad cætera semper timore vacuus. Assumabat enim se nescire, quid esset timor. Pro fractura pontis equum nunquam descendit: quin etiam in summitate fabricarum angustarum securus incederet. Cum matrona quadam pulcherrima, nobilis ac diues, in concupiscentiam eius infano amore ac illicito decepta, intantum vexaretur, vt tentationi resistere non valeret, desiderium suum ei aperit, suspirando rogat & orat, vt cubile suum, paululum rigore postposito, ingredi dignaretur. Ille verò vocem funestam vltèrius non ferens, sermone loquentis interrupto, & facto fronti crucis signaculo, dixit: Fuge fomes lasciuia, mortis filia, vas fatana: alapamque mulierculæ tanto nisu impexit, quod crepitus illisæ palmæ circunquaquè auditus fuit. Sicque alter Ioseph muliebrem lasciuiam animo respuens, manu compecebat.

Solebat autem sedula deuotione omni Dominica populo verbum Dei prædicare: quem frater quidam increpans, solius asseruit esse pontificis prædicare: monacho silentium & claustrum competere. Cui sanctus respondit: Verbum Dei nõ est alligatum, nihilque Deo gratius, quam Christum annunciare, populumque ab errore vitæ suæ reuocare: ideoque se non omisurum. Noctè sequente frater ille ad tribunal ignoti iudicis in visione ductus, & cur seruum suum obiurgasset, redargutus, in pavementum iussus est sterni & cedi. Lachrymæ verò in maxillis, & liuores euidenter in scapulis cuiusdam apparuerunt. Cuius calamitate motus vir Dei, benedictionem ei dedit, & statim sanitas ei redijt, omneque doloris vestigium conqueuit. Cum quidam de campanili præceptu cret, Vuolstanus eminens stans & intuens, condoluit, & signum crucis opposuit: casusque reuentis corpus non solum non attriuit, sed nec animum frigente sanguine, vt solet, hebetauit. Surrexit incolumis, suæ temeritati imputans, quod cecidit: & Vuolstani sanctitati, quod euasit. Tribus in hebdomada diebus omnis cibi abstinens, perpetuo linguam cohibuit silentio: reliquis tribus porros vel caules elixos & panem hordeaccum comedebat.

Cumque electioni de se factæ ad consentiendum minimè flecti posset, à viro Dei Vuolstano, per quadraginta annos incluso, acriter pro obstinacia correptus, diuinoque otaculo perterritus, electioni consensit. Cum autem Vuilhelmus rex literaturæ insufficientiam & Gallici sermonis imperitiam præterens, Vuolstanum officio priuare niteretur, conuocato concilio, iubet Lanfrancus archiepiscopus venerabilem virum baculum resignare cum annulo. Vir autem Dei nec vultu mutatus nec animo, crexit se, & Pp virgam

19. IANUAR.

esui s. Vuolstanus virgo fuit.

Renunciat esui carni.

Fit monachus.

Contemnit mulierem, ad scelus iniuriantem.

2. Tim. 6.

Nota' vira crucis.

Mira eius abstinentia.

Hic omisit, qd fuit creatus Episcopus.

virgam pastoralem manu tenens, dixit: Verè domine archiepiscopo, verè scio, quia nec hoc honore dignus sum, nec huic aptus oneri, nec sufficiens labori. Sciebam enim hoc, cum me clericus eligeret, cum episcopi cogent, cum me dominus meus ad hoc officium inuitaret. Ipse autoritate sedis Apostolicæ in meos humeros hoc onus refudit, & per hunc baculum, me episcopali gradu inuestiri præcepit. Nunc tu pastoralem virgam exigis, quam non tradidisti: officium adimis, quod non contulisti. Et ego quidem insufficientiam meam non ignorans, & huic sanctæ synodi sententiæ cedens, resignabo quidem baculum, sed non tibi: sed potius ei, cuius eum autoritate suscepi. His dictis, accedens ad tumulum sancti Eduardi, & stans ante sepulcrum, dixit: Tu scis domine mi, quam inuitus hoc \* opus susceperim, quoties subterfugerim, quoties me, cum quærerer, absentauerim. Fateor, insipiens factus sum: sed tu me coëgisti. Nam licet non deesset fratrum electio, plebis petitio, episcoporum voluntas, gratia procerum: his tamen omnibus præponderabat tua autoritas, tua magis urgebat voluntas. Et ecce nouus rex, noua lex, nouus pontifex, noua iura condunt, nouas sententias promulgant. Te erroris arguunt, qui iussisti: me præsumptionis, qui consensi. Et tunc quidem falli potuisti, ut homo: sed nunquid modo coniunctus Deo? Non igitur illis, qui exigunt, quod non dederunt: qui cum sint homines, fallere possunt & falli: sed tibi, qui dedisti, & iam deductus in ipsam veritatem, ignorantia vel erroris tenebras euasisti, tibi resigno baculum, tibi curam eorum, quos mihi commendasti, dimitto. Tibi securè eos committo, cuius ego merita non ignoro.

\*onus puto legendum

Sancti in eis conuicti sunt Deo.

Insigne miraculum.

Gundulfus Roffensis Episcopus.

1. Cor. 1.

Sanat dæmoniaca.

Item dæmoniaca.

Leprosus mundatur.

Hæc cum dixisset, eleuata paululum manu, in lapidem, quo sanctum corpus tegebatur, baculum infixit, dicēs: Accipe domine mi rex, & cui libuerit, trade illum. Et exiit pontificalibus, inter monachos ipse iam monachus simplex recessit. Admirabatur omnes, cernentes virgam lapidi immerfam, & quasi radicibus vteretur, non moueri. Cumque baculum tentantes, nulla ratione euellere possent, res defertur in synodum, & Gundulfus Roffensis episcopus, à Lanfranco missus est ad sepulcrum: qui cum baculum nullatenus mouere valeret, Lanfrancus nouitate miraculi stupefactus, vnà cum episcopis & rege ad tumulum properans, facta oratione, manum frustra ad eruendum baculum apposuit. Exclamat rex, orat pontifex, & ad sanctum ait: Verè iustus Dominus, & cum simplicibus graditur, & cum humilibus sermo eius. Derisa est à nobis, frater, tua sancta simplicitas: sed eduxit quasi lumen iustitiam tuam. Errauit in te iudicium nostrum, & simplicitatem Deo gratam omnibus propalauit. Autoritate proinde, qua fungimur, immò diuino iudicio, quo conuincimur, curam, qua te inconsultius exuimus, iterum tibi committimus & imponimus. Ille autem impossibilitatem suam, & onus supra vires præterdens, asserit in loco sancto ministrum sanctum statuendum. Visus tandem precum instantia, coram omnibus ad sepulcrum accessit, virgam manu tetigit, & mox manum eius secuta, ac si in molli luto fuisset impressa, desiliit. Lanfrancus ergò ad pedes eius prouolutus, fatetur delictum, veniam implorat, dicens simplicitatem eius Deo acceptam & beneplacitam, qui sapientiam huius mundi stultam facit, ut fortia confundat, & gratiam infundat humilibus.

Mulierem quandam à dæmonio vexatam, per camporum deuia spiritus impetu uagantem, sua benedictione ualitudini pristina restituit, ac præcepit, ut nō Vuolstanum, sed Deum benediceret, virtutes amaret, pudicitiam non perderet, nè deterius ei aliquid contingeret. Mulier eius monita sequens, in sanctimoniali habitu placentem Deo vitam egit. Dæmoniacus quidam, ferreis catenis postea alligatus, tanta uocum variarum confusione locutus est, ut ex vno ore quasi exercitum loqui crederes. Viso autem pontifice, rotis intremiscens membris, stridebat dentibus: patulo rictu sputa euomens, magno hiatu obstrepere cœpit. Tanto incommodo sacerdos impalluit, & expansis in celum manibus, orauit, & infirmus statim cõualuit. Leprosus quidam visu horridus, carne maculosus, aqua lotionis manuū sancti viri in balneo posita se lauit, & pustularum continuò tumor recessit, mortiferum virus effluxit, omnisque caro in puerilem puritatem breui reffloruit: & impetigine & scabie capitis abolita, cæsaries succrescentibus capillis reformatur. Gunnildis sanctimonialis, regis Haraldii filia, tumor infestus oculis innasit, & moles palpebrarum visum obducens, massa carnea oppleuit. Suscepta verò episcopi sancti benedictione, deiectis & erectis palpebris, lucem serenam virgo consequitur.

Elisus

Elisus regis Eduardi quondam minister, ad consecrandam ecclesiam episcopum precibus aduocauit. Erat autem in cœmeterio arbor nucea, patulis frondibus umbrosa, que luxuriante ramorum amplitudine, luminibus officiebat ecclesiæ. Solebat autem vir iste aleis & epulis sub eadem arbore vacare: & cum iussisset eam episcopus abscindi, maluit ecclesiam non dedicari, quam arborem indè penitus deponi. Vir ergò sanctus maledictionis iaculum in arbore offensus intorsit, & illa quasi vulnerata, paulatim sterilecens, radicitus exaruit, & fructu caruit. Exacerbatus indè dominus, eam abscindi iussit, & dixit: Nihil Vuolstani maledictione amarius, nihil eius benedictione dulcius poterit inueniri.

Cum quidam de Anglia versùs Hyberniam nauigarent, mutata celi clementia, flauit spiritus procellæ, inhorruit fragor ventorum, factaque est tempestas valida. Diruptis rudentibus & malo effracto, inuocato sancti Vuolstani suffragio, quidam in eius effigie apprensus, arma menta consolidat, rudentes coapat, & ut animos reuocarent exhortas, erigunt antennis, quia tranquillitatem daturus esset Dominus. Et confestim serenitate reddita, mare tranquillum efficitur.

Abfens inuocatur, & fir quod petitur.

Vilioribus indifferenter utebatur pellibus, magis tamen agnini, frigus depellens. vnà & cuidam suggerenti, ut pelles saltem catinas admitteret, ait: Crede mihi, cantari non audiui, Carus Dei: sed, Agnus Dei: idè agno volo calefieri. Legebantur ad mensam eius adificationum libri, cunctis interim summum præstantibus silentium. Quæte verò epulis data, ut caelestem impartiret alimoniam, quibus ministrauerat corporalem, seditionem patria lingua exponebat. Cum verò post prandium secundum morem potus potrigereur, ipse aquam puram, solo ministro conscio, sumere consuevit. Primis quidem annis meram hauriebat aquam: confectus senio, vino vel ceruisia mixta. Disciplinam domus suæ tam in laicis quam in clericis seuerissimè exercens, legem statuit, ut omnes tam Missæ quam omnibus Horis interessent. Custodes ad hoc constituit, ut nullum impunè ridere sinerent: alioqui aut potu eodie caruit, aut palma iectum ferulæ excepti. Laicum nullum de suis quoquam misit, cui non preces septiès in die dicendas iniungeret: hoc asserens, ut sicut clerici septem Horas, ita laici septem orationes Deo libarent. Si quis ante eum iuraret, statim ferulæ vindicta sequebatur. Indignè ferebat, si quis coram eo aliorum vitam roderet, vel carperet mores: quoniam hoc summæ malitiæ deputabat.

lectio ad mensam eius.

Disciplina domus eius.

Noctibus autem post modicum somnum surgens, psalterium dicebat, nonnunquam solus, nè aliorum quietem impediret: quandoquæ cum socio, quem ceteris vigilantiorum deprehendit, Et cum somnolentiam cuiusdam fratris nutu nocte quadam argueret, & ille ofcitabundus & inuitus resideret, cum corpus quieti daret, magna vi peruisum concussus, flagris cesus, inconsultæ temeritatis poenas pertulit. Dat postremò fidem, quòd nunquam vltèriùs virum DEI à bono opere impedire præsumeret. Missas duas ad minus quotidie audire, & ipse tertiam cantare solebat. Ascenso equo, psalterium incipere, nec pausam, nisi ad finem, facere consuevit. Eius cubicularius præfò elemosynam deferebat, nulli egenti denegadam. Vbicunquè iaceret, staret vel ambularet, semper in ore psalmus, semper in corde Christus. In singulis villis suis habebat adiculas, in quibus se à manè post Missam inclusit, donè clericus pulsatione ostij, tempus prædij vel Horarum nunciaret. Quando erat Vuigornia, Missam maiorem loco hebdomadarij quotidie ferè cantabat, à quo, ut dixit, officio pro episcopatu resignando noluit absolui. Collationi monachorum interfuit, & confessione dicta, & benedictione data, ad sua redijt.

Ei nocte præces.

Dum quadam vice monachi sui ad maiorem ecclesiam migrarent, quã ipse construxerat, & videret ecclesiam antiquam destrui, quam sanctus Osuualdus construxerat, laichymas fudit. Super quo modèstè redargutus, quòd potius gaudere deberet, quòd se superdite tantum honor ecclesiæ suæ accidisset, quòd multiplicatis monachis adificia auerentur, dixit: Ego longè aliter intelligo, quòd nos peccatores & miseri opera sancto-  
num destruiamus, ut nobis laudem comparemus. Non nouerat illa atas pompatica con-  
struere, sed sub qualicunq; re ceto seipfos Deo immolare, subiectosque ad exemplum  
atrare. Nos econtrà niti mur, ut curam animarum negligentes, cumulemus lapides.  
Dum tempore quodam sanctus Vuolstanus sermonem de pace faceret, & multi ad con-  
cordiam redirent, vnus inter eos nullo suasu, nec etiam episcopi rogatu, pro fratris ne-

Nota san-  
cti viri exi-  
miam hu-  
militatem.

ce homicidæ veniam petenti indulgere voluit. Huic in medium adducto, dixit episcopus: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Constat ergo, quod pacifici, sunt filij Dei & beati: & discordantes, sunt miseri & filij diaboli. Illi igitur, cuius es, te committo, & trado carnem tuam satanæ. Statim ille mancipium hostile effectus, dentibus stridens, spumas iacere, caput rotare cœpit. A Vuolstano demum sanatus, cum pacem adhuc repudiaret, iterum & tertio arreptus est, quousque ex corde iniuriam & offensam remitteret. Ailuuinus quidam apud saltum Maluerniæ anachoreticè degens, desiderio Hierosolymitani itineris sepiùs afflatus erat. Quod cum Vuolstano panderet, dissuades episcopus, dixit: Desiste sodes Ailuuine: crede mihi, mirareris, si scites quæ per te Deus facturus sit. Acquiescens ille, in loco illo ad numerum tricenarium monachos congregauit, & Maluerniæ monasterium fundauit.

Quidam nomine Feuolfus, dum sepiùs eadem peccata episcopo panderet, ait episcopus: Opportunitas, vt video, latronem facit: ideo consulo, vt monachus fias: & sic vitiorum importunitate carebis. Cum verò ille pro rigore ordinis hoc renueret, Vade, inquit, monachus fies, velis nolis. Tandem ille senescens, & apud Malmesbiri tonfuratus, quotiès dictum Vuolstani menti ingressit, mitiùs se habuit.

Dum alumni sui Nicolai caput palparet, qui ià iuuenis caluescere cœpit, ait ad eum: Puto fili, quod citò caluus eris. Et ille: Quare pater non tenes crines meos? Cui episcopus: Crede fili, quandiù vixero, residui non deficient. Et factum est ita. Hebdomada nante illa, qua episcopus obiit, omnes capilli eius ita euauerunt, vt quasi nudam cutem relinquerent. Anno autem Domini millesimo sexagesimo septimo, episcopus sui tricesimo quarto, ætatis suæ octogesimo septimo, quartodecimo Calend. Februarij defunctus seculo, viuere cœpit in Christo. Annulus autem, quem in consecratione accepit, multis annis digito eius herere non potuit, & crebrò lapsus, nunquam amissus fuit. Quippe caro digitorum ita exinanita fuerat, vt vix pellicula ossibus inhereret. fertur enim sepiùs ipsum dixisse: Annulum, quem sine ambitu suscepi, inseparabilem mihi in humum portabo. Post obitum eius quidam annulum digito subtrahere inuaniùm tentauerunt. ita enim pellis plena, protuberantes articuli, neruorum integritas restituta videbantur mortuo, quæ præ abstinencia, exinanita fuerant viuo. Elapsis autem post obitum eius annis centum, dum transferretur corpus eius, & in scrinio precioso collocaretur, repertum est vnà cum vestimentis pontificalibus integrum & incorruptum.

Corpus eius post annos centum mansit incorruptum. Miracula.

Inter multa verò miracula pro famulo suo à Deo patrata, mulierem quinque annis incuruatam ac inclinatam, humique accliuem curauit, linguam pueri à nouerca abscessam reparauit, cecos quinq; illuminauit, demoniacos quinq; sanauit, mutis quatuor loquelam reddidit, mortuos tres resuscitauit, leprosos duos mūdauit, & hydropicis duobus sanitatem contulit. Infra triduum vice quadà tringinta quinq; varijs morbis oppressi, salutem consecuti, gratias Deo & sancto eius referebant.

Oculos iuuenis cuiusdam, ab æmulis effossos, & in campum proiectos, sanauit. Non autem illi proprios restituit, sed nouas & modicas in fossarum profunditate pupillas tanquam duas posuit prunulas, & quas varias habuit à natura, nigras recepit ex gratia. De die autem in diem vsque ad quantitatem competentem creuerunt. Testiculi eiusdem iuuenis ab eisdem æmulis à follibus suis eruti & præcisi, longiusque proiecti, eidem sunt restituti, vulneraque omnia, diuersis corporis locis accepta, in momento sunt curata. Iuuenis iste Thomas nomine, cum pecuniam multam congregasset, quædam domina mutuo pecuniam ab eo recepit, & tandem ad fornicandum cum ipsa allexit. Qui tandem compunctus, cum dignè pro commisso satisfecisset, illa contemptam se dolens, & repulsam erubescens, quendam iniquum & malefactorem in maritum assumpsit, & ad supradictum opus nefarium eum instigauit.

GESTA

GESTA BEATI SEBASTIANI CLARISSIMI MARTYRIS, GRAVISSIME CONSCRIPTA, E QUIBUS BEDU & Vuarodus multa non vno loco descripserunt, & in sua martyrologia transulerunt: habentur quæ in antiquis manuscriptis codicibus. Est autem passim nonnihil mutatus stylus, sed modestè per F. Laurentium Surium: quod alioqui stylo eleganti maxima ex parte scripta sunt.



Sebastianus vir Christianissimus, Mediolani eruditus, ciuitate Narbonensi oriundus, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus ita charus erat in omnibus, vt principatum ei primæ cohortis traderent, & suo eum conspectui iuberent semper adfate. Erat enim vir totius prudentiæ, in sermone verax, in iudicio iustus, in consilio prouidus, in commissio fidelis, in interuentu strenuus, in bonitate cõspiciuus, in vniuersa morum honestate præclarus. Hunc milites quasi patrem venerabantur, hunc vniuersi, qui præerant palatio, summo amoris studio complectebantur atque colebant. Erat enim verus Dei cultor, & necessè erat, vt quem Deus larga perfuderat gratia, is ab omnibus amaretur. Et quotidie ille quidè sedulum Christiano exhibebat officium, sed tamen dabat operam, vt id facile legis regibus esset incomperum: non passionis timore perterritus, nec patrimonij sui amore constrictus, sed ad hoc tantum sub chlamyde terreni imperij, Christi militem tegebat absconditum, vt Christianorum animos, quos inter tormenta videbat deficere, cõfirmaret, & Deo redderet animas, quas diabolus conabatur auferre. Denique postquam multas martyrum mentes à timore passionis eripuit, & ad capeffendam coronam perpetuæ vitæ incitauit, ipse quoque quis esset aperuit, quia lumen latere in tenebris non potuit.

Clarissimis igitur viris Marcelliano & Marco, duobus geminis fratribus, pro Christi nomine in vinculis constitutis, quotidie solatium exhibebat, & tam ipsis, quam etiam seruis eorum, cum quibus tenti fuerant, salutaria fidei consilia ministrabat, vt fugitiua seculi blandimenta respuerent, & momentaneos corporum cruciatus non timerent. Qui cum sanissimis consolationibus acquiescerent, & verbera carnificum constanti animo perferrent, capite damnati sunt: idq; hac conditione, vt si eo temporis puncto, quo gladio feriendieffent, sacrificare vellent, & parentibus & coniugibus & liberis & facultatibus suis redderentur. Erant enim non solum, vt diximus, genere clarissimi viri, sed etiam facultatibus locupletes: patre Tranquillino, matre Martia progeniti, qui illos sequebantur cum vxoribus eorum & filijs, quos illi, vt potè nepotes suos, ingenti sanè amore prosequerentur. Vndè factum est, vt ab Agrestio Chromatio, vrbs Romæ præfecto, triginta dierum inducias impetrarent: quo temporis spatio ageretur cum illis, vt ad sacrificandum idolis accederent.

Accedentes itaque amici eorum ad illos, ita eos compellere cœperunt: Vndè vobis tam dura mens, tamq; ferreum pectus, vt neque patris canitie permoueamini, & matrem iam decrepitæ nouos partus dolores afferatis? Olim quidem illa partus sui dolores his consolationibus superabat, quod vno cruciatu duos filios pareret, & geminum patri filiorum affectum funderet: at nunc insana bilis dolor, poena incurabilis, immedicabilis cruciatus, incomparabilis parturitio est, dum spes & gaudium eripitur, vita contemnitur, respuitur gloria, & proculcatas omnibus pietatis affectibus, mortis atrocitas appetitur potius quam timetur. Obsecramus vos, o amici charissimi, tandem hisce finem date calamitatibus, & vos patres esse dulcium filiorum vel admoniti mementote. Hæc & his similia amicis dicentibus, miseram se clamitans mater aduenit, solutisque crinibus, canos suæ senectutis ostentans, in conspectu eorum vestem, qua tegebatur pectus, scidit, & cunctis lachrymantibus, ostendebat eis, laxis iam pellibus marcidas, quas suxerant mammas, & blandimenta, quæ illis adhuc infantibus exhibuisset, multum eiulans commemorabat, ita inquiens:

Tu mihi semper plus blanditus es filii, & tu amplius verecundatus es. In illo imaginem A matrem meam

meam peperi, in te paternos vultus effudi: tu patri vtilior, iste similior. Heu me, heu me miserā: circūallat me ex omni parte incomparabilis luctus, inaudita miseria & geminata orbitas, nullis penitus calamitatibus æquiparanda. Amitto filios ad mortem vltro properantes: quos si mihi hostes auferrent, per medias sequerer acies bellatorum: si iudicia violenta concluderent, carcerem simul irrumperem mortura. Nouum hoc pereundi genus est, in quo carnifex rogatur vt feriat, vita optatur vt pereat, mors inuitatur vt veniat. Nouus hic luctus est, noua miseria, in qua natorum iuuentus sponte sua interit, & miseranda parentum senectus compellitur vt viuat.

A patre.

Hęc & his similia prosequente matre, infirmus pater & iam senio grauis, manibus seruulorum adducitur, qui cygnæum caput puluere conspergens, huiusmodi dabat voces ad cælum: Ad mortem vltro proficiscentibus filijs valedicturus adueni, vt vniuersa, quæ à filijs sepulturæ meæ exhibenda paraueram, ego infelix filios sepulturus expendam. O filij mei, baculus senectutis, & geminum viscerum meorum lumen, nati feliciter & prosperè educati, excellentissimæ memoriæ & ingenij singularis, omniumque liberalium peritia literarum imbuti, quæ ista repente insânia, vestra voluntate suscepta, mortis vos fecit esse amantes? quæ sanè vita præditis nunquam grata fuit, nunquam ne morituris quidem sui amorem attulit: ad quoscunque autem peruadere potuit, violenter admissa est, nec mortalium quisquam sua eam voluntate excepit. Quod si hanc nudus debitor, sub auaro foeneratore positus, nulla potest ratione diligere, immò non solum non diligere, sed timere etiam illam cõspicitur: qua ratione eam appetit, qui & bonis omnibus exuberat, nec vlli quicquam debet? Venite, quæso, huc iuuenes, & plorate iuuenes sua sponte pereuntes. Venite senes, & mecum meos plangite filios, quorū vos paterna habere viscera sentitis. Huc accedite patres, & caute, nè similia etiam vos patiamini. Deficite plorando oculi mei, & caliginem obducite, fundentes flumina lachrymarum, nè videam cædi gladio, quos dum virga leuis tangeret, tremui: dum merentes leuiter viderem, expani. Dum hæc & eiusmodi senior pater ageret, in amborum quoque coniuges cum liberis adueniit, & eorum ad spectibus offerentes infantulos, in has voces cum multo eiulatu prorumpit: Quibus nos seruituras relinquitis? quibus coniugij nostri traditis charitatem? Qui, putatis, erunt horum infantium domini? qui vestrarum ædium auidissimi inuasores? qui vestra occupatores familia? qui sibi diuisuri vernaculos, quos nutriiistis? Heu quam ferreo, heu quam impio crudelitatis genere parentes despiciatis, amicos respiciatis, vxores abijcitis, filios abdicatis, & vos ipsos carnifici vltro iugulandos exhibetis. Interea dum hæc dicuntur & fiunt, inter vxorum lachrymas & suspiria filiorum, cœperunt milites Christi mollescere, & animi dolore permoueri.

Memoria, ingenium, eruditio, lectio sum.

A coniugibus & liberis.

Huiusmodi spectaculo, vt antè diximus, intererat sanctus Sebastianus, vir per omnia Christianissimus, quem occultabat militaris habitus, & chlamydis vsus celabat: cumque cerneret athletas Dei immenso certaminis pondere fatigari, in medium eorum se inferens, ait: O fortissimi milites Christi, o instructissimi diuini prælij bellatores, per eximiam animi virtutem fortiter peruenistis ad palmam, & nunc per misera blandimenta coronam deponitis sempiternam? Discat per vos nunc Christi militum fortitudo fide potius armari, quam ferro. Nolite victoriarum vestrarum insignia per mulierum blandimenta abijcere, & subiectas pedibus vestris hostis deuicti ceruices, ad rediuiua iterum bella laxare: cuius quauis sæua contra vos extiterit & periniqua instantia, senior tamè efficitur ira repetita. Erigite igitur à terrenis affectibus gloriosum vestri certaminis trophæum, & nolite illud amittere ob stetus paruulorum. Isti, quos plorantes attenditis, gauderent hodiè, si possent scire quæ nôstis. Putant enim, quod hæc vita sit sola, quæ vbi finem acceperit, nulla vitalis anime, corpore deficiente, valeat portio remanere. Si enim scirent esse aliam vitam, ignaram mortis, tristitiæ nesciam, in qua regnat immortalitas, & perpetua gaudia commorantur, profectò vobiscum ad illam festinarent pertingere: & hanc vitam pro nihilo putantes, illam appetent, quæ in iugi exultatione permanet, & penitus finiri non nouit. Hęc autem præsens vita fugacissima est, & vsque ad eò infida, vt nec sui amatoribus fidem seruare potuerit vnquam. Ab ipsa enim mundi origine in se fidentes sefellit, omnes sui cupidus delusit, cunctos de se præsumentes irrisit: & ita nullum omninò certum reddidit, vt omnibus proberetur fuisse mentita.

Vitz huius fallacia.

Insignis oratio S. Sebastiani.

Atque

Atque vtiàm solius mendacij culpæ esset obnoxia, & non per flagitia omnia suos cogeret peruagari amatores. Ipsa edacitatem suggerit voracibus, ebrietatem temulentis, naufragium pudoris adulteris, execrabilem perueritatem incestis: ipsa furem infligat vt capiat, iracundum vt sæuiat, mendacem vt fallat. Ipsa inter coniuges diuortia feminat, inter amicos discordias, inter pacificos lites, inter iustos iniustitiam, inter fratres scandala. Ipsa iudicibus eripit iustitiam, castis pudicitiam, artificibus peritiam, moribus disciplinam. Et vt immaniora, quæ suis amatoribus ingerit, crimina memoremus, si fratrem aliquando germanus frater occidit, si filius necauit patrem, si interemptus est ab amico amicus: cuius hæc instinctu perpetrata sunt scelera, cuius intuitu, cuius vel spe vel fiducia hæc nefanda admissa sunt facinora? An non præsentis huius vitæ amore ducti, dum hæc committunt, illamque plus æquo diligunt, iniquo homines odio prosequuntur? Cur enim pirata iugulat nauigantem, cur latro viatorem interficit, diuites opprimit pauperem, superbus humilem, & nocens omnis quæcunque potest infestat innocentem? Certè hæc mala omnia illi designant, qui huic vitæ obsequi cupiunt, sibi que persuadent, se eius in amore posse per longa temporum spatia durare. Non ergò alterius rei causa fiunt scelera, nisi vt infelicissimæ huic carnali vitæ à carnalibus inseruiatur. Ipsa est, quæ eis crimina imperat, iubet facinora, suadet iniusta: & postea quàm omni est crudelitate omni que spurcicia saginata, seruietis sibi tradit filia suæ morti sempiternæ. Ex ipsa enim, & ex eius vtero nata est mors aeterna, quando gulæ suæ & libidini & oculorum oblectamentis primi homines obsecuti sunt: atque ideò qui ad aeternam capeffendam vitam conditi erant, in hanc mortis regionem sunt detrusi, atque hinc porro ad inferos deuoluti, nihil secum absportantes.

Vitæ amor scelerum omnium incentiuum.

Hęc ergò vita est, quæ vos fallit, amici charissimi, vt amicos vestros ad vitam euntes sempiternam, iniusto consilio reuocetis. Hęc vos instigat, o parentes sanctissimi, vt filios vestros proficiscentes ad cæli comitatum, ad honorem incorruptibilem, ad amicitias Imperatoris aeterni, stultissimis lamentationibus retrahatis. Hęc est, quæ vos o castissimæ coniuges beatorum, sub pietatis prætextu ad impictatem mentes martyrum fecit impellere, & mortem pro libertate illis adferre. Si enim consensissent persuasionibus vestris, pauco quidem tempore vobiscum esse poterant, at postea necesse esset illos à vobis separari: & ita separari, vt non nisi inter tormenta perpetua mutuo vos iterum conspiceretis, vbi edax flamma incredulorum animas deuorat, vbi dracones tartarei blasphemorum labia comedunt, vbi serpentes morsibus suis incredulorum pectora lacerant, vbi vlulatus, gemitus & mugitus horrendus personat, confususque clamor, quem vis tormentorum excitat, & incendij ardor intolerabilis extorquet. Hęc autem calamitas, quæ illic infideles excipiet, nullo vnquam termino definitur, nullo fine concluditur: sed flammarum atrocium combustionem miseri illi corroduntur, & ad rediuiua incendia iterum qui adusti fuerant, reparantur. Has igitur pœnas & hos sine euadere, & vosmet ipsos ab illis eripere conamini: permittite interim hos ad coronam pertingere ipsi preparatam. Nolite timere, non separabuntur à vobis, sed vadunt vobis preparare in cælo sidereas mansiones, in quibus vnà cum illis & cum filijs vestris sempiterna felicitate perfruamini.

Pœna inferorum.

Si ergò vos domus vestra ex lapidibus constructa delectant, quanto magis illarum vos debet pulchritudo inuitare domorum, vbi sunt triclinia auro puro radiantia, quæ ex gemmis & margaritis habent Zetas instructas? Ibi flos rosarum purpureus nunquam marcescit, ibi nemora floribus amœna, perpetua viriditate vernant: illic prata ridentia mellifluis semper scatent riuis, illic croceis gramina floribus redolent, & albescentes campi odores spargunt suauissimos. Ibi auras vitales nares hauriunt, lumen illic perpetuum vmbra nescium: ibi serenitas sine nubilo, & absque noctium alternis tenebris die oculi sempiterno perfruuntur. Nulla ibi interpolatione abrumpuntur deliciae, nulla proreus sollicitudine securitas interturbatur. Mugitus, vlulatus, gemitus, lamenta, luctus procul illinc absunt: nihil vnquam foedum, deforme, tetrum, horridum, sordidum in illic degentium incurrit oculos. Pulchritudine in amœnitate nemorum, splendore in incundo aëre, & omni elegantia sine intermissione suauissimè oblectantur oculi: nec quicquam omninò, quod perturbet mentem, ingerit auribus. Sonant ibi iugiter organa hymnos concrepantia, quos ad laudem regis immortalis angeli & archangeli concinnant. Amantudo & fellea acerbitas ibi locum non habet, ronitrua nunquam illic

Gaudia & felicitas celestis paradisi.



audita, fulgura & coruscationes nunquam visæ. Cinnamomum illic virgulta gignunt, & in balsamum arbuta proficiunt. Odor inæstimabilis membra omnia mirè afficit, nec esca in fæces mutatur. Sicut enim bono nuncio aures, & bono odore nares, & grato aspectu oculi recreantur, & eiusmodi oblectatio non potest ad malam stomachi concoctionem profumere: ita illius vitæ beatæ refectio melliflua, vniuscuiusque palatum proprio desiderio afficit: moxque votis suis omnibus perfruetur anima, cum cæcis illi ad ea obsequentibus, & delectationibus omnibus paratissimus seruiet effectus.

Voluptatis contemptus quid præstet.

Quisquis ergo in hac mortali vita concupiscentijs & delectationibus suis bellum indixit, nec ijs sese permisit, illic à creatore suo integras consequetur. Deus enim creauit hominem, vt viueret: porro iuxta delectationis introitum mortem posuit, vt quibus in hac vitaliber viueret, & mortis timore absolui, vitam aliam inquirant, & dum præter hanc mortalem, aliam esse didicerint, explorent num & illa possit senectute intercepti, aut morte finiri: cumque immortalem esse cognouerint, inuestigent itidem, vtrum possit illa æternitas vel honore iustos, vel iniustos poena afficere. idque vbi speciatim didicerint, consequenter inquirant, cur à creatore diuitiæ sint collatæ, si ex eius legis præscripto sunt contemnendæ: cur item quadrupedum, & volucrum atque reptantium tanta varietas ab illo condita sit, si gulæ renunciandum est: cur denique ille naturalem illam corporibus indiderit delectationem, quæ ad libidinem incitat, si eius vsus non solum culpæ reum facit, sed etiam æternis tradit incendijs?

Diuitiæ cur collatæ à Deo.

Si igitur querat, cur à creatore diuitiæ sint concessæ, si sunt contemnendæ, ita respondemus: Diuitiæ à Deo conditæ, suos amatores hoc ferè pacto alloquuntur. Sic nos amate, vt nos à vobis nunquam separemur, sequi vos morientes non possumus, antecedere autem vos viuentes possumus, sed si ipsi iubeatis. Auarus foenerator & cupidus agricola exemplo vobis sint. Ille aurum tradit homini, quod duplicatum recipiat: hic diuersa terræ semina committit, vt, si possit fieri, quod simplum tradidit, centuplū referat. Debitor ergo creditori aurum reddet duplicatum, & terra semen centuplex. Proh nefas, potest & debitor reddere foeneratori, & terra agricolæ: Deus verò diuitias suas, si eas à te accipiat, amplificatas & auctas restituere tibi non potest? Si roges, cur diuitias tibi dederit, si sint illi reddendæ: certè tradidit ille eas tibi, vt scias, quanta in eis requies, quanta voluptas, quantus luxus, quantaque in eis possint esse delicia, vt his cognitis, si verè amas diuitias tuas, ipsi eas tradas custodiendas: quas si tu illi nolis credere, aut edacitas gulæ inuadit eas, aut luxuria libidinum mater tibi eas eripit, aut sine dubio, quod nō nisi optimè, mors de improviso aggreddens, ita tibi illas extorquet, vt tu illas deinceps nec habere, nec videre queas. Quæso te, si transires per medias acies barbarorum, & inuenires fortem virum qui te semper dilexisset, qui tibi crumenam pecunijs plenam donasset, diceretque tibi, Da mihi pecunias custodiendas, quas dedi tibi, quia hi barbari insidiantur, vt eas tibi auferant, quas cum abstulerint, suis te gladijs laniabunt: an non pedibus eius aduolutus, rogares vt ipse eas reciperet, nihil ambigens, quod & ampliora quam acciperet, sit redditurus, & te ab hostibus liberaturus?

Voluptates respiciendæ.

Restat nunc, vt diuitijs vestris in tuto repositis, ad delicias veniamus: quas, qui habet aures audiendi, audiat eas dicentes sibi: Si verè amatores nostri estis, illi nos commendate, qui nos vobis integras illibatasque, in illa regione restituat, in qua vobiscum iugiter manere possumus. In hac enim vita caduca si nos vobis obsequi volueritis, quasi hic expensæ & exhaustæ, ibi vobis omnino negabimur. Dimittite nos interim seruire mortuis: quia idcirco breuiati sunt dies mortalibus, vt immortalibus perpetuo famulemur. Sic enim propter electos breuiabitur dies, vt seruitute nostra diu frui non possint iniusti. Seruiamus interim festino cursu impijs, sceleratis & turpibus: at non spontè, sed propter eum qui nos subdidit: liberabimur tamen à seruitute corruptionis, & reuocabimur ad libertatem gloriæ filiorum Dei. Omnis itaque delectatio futuræ vitæ seruata, nequaquam perditur. Neque enim repositi thesauri existimantur ab eo, qui eos absconderit in terris, interisse: sed magis tanto securius eos habere se confidit, quanto eos occultius & tutius collocarit. Sint ergo repositæ omnium deliciarum affluentia, vt non contingantur in hac vita quæ præterit: quia si hic in vsu fuerint, in illa vita, quæ nunquam præterit, amittuntur. Esto, quod vita hæc per centum tendatur annorum spatia:

Vitæ huius breuitas.

an non, vbi extremus aduenit dies, statim videbitur quasi non fuisse, & tanquam hostis, vno die apud nos manentis, vestigia reliquisse? Illa autem vita manet iugiter, per-

seuerat constantè: annisque labentibus iuuenescit & pullulat, & inde renouationis sumit initium, vnde finis accipitur. O verè illum degenerem & omnis boni expertem, qui huius tam formosæ vitæ amore non capitur, qui timet hæc perituram perdere, & illam accipere, quæ perire penitus non nouit: in qua delicia, delectationes, diuitiæ & gaudia sic semper inchoant, vt terminum ignorent: sic principium capiunt, vt finiri prorsus non queant. Nam qui huius tam præclaræ vitæ amator esse noluerit, non solum hanc mortalem perdit, & illam sempiternam non inuenit: verum etiam, vt dixi, à morte perpetua capitur & tenetur: in qua est iugis flamma, perseuerans tribulatio, & poena indeficiens: in qua atroces spiritus commorantur, quorum brachia, capita draconum sunt: quorum oculi igneas ex se sagittas iaculantur: quorum dentes sicut elephantis prominent, & stimulant ad tormentum velut caudæ scorpionum: quorum voces ceu leonum fremitus sonant: quorum aspectus tremorem incutit, pariter & dolorem, & mortem. Atque vitam mors possit in his angustijs constitutis occurrere: sed, quod est acerbius, ad hoc viuatur, vt cruciatibus subdantur: ad hoc redintegrantur, vt excelsa serpentum morsibus membra, iteratis subinde & iterum reparatis morsibus dilacerentur. Hæc est omnis causa certaminis, quæ poenas martyrij quantumvis atroces, æquo docet animo tolerari debere.

Demonum truces species.

Nolite ergo, o amici, o parentes, & o coniuges venerandæ sanctorum, nolite à vita ad mortem, quos diligitis, reuocare, à gaudio ad luctum deducere, à lumine ad tenebras trahere, & ab æterna requie ad poenas sempiternas accersire. Hoc est enim cum diabolo quasi piscibus hamum tendere, & illicere ad exiguam hauriendam suauitatem, in qua intus lateat dirus cruciatus viscerum, & mors interiorum tormentis extorta. Est hoc planè æternarum compensationi deliciarum fugitiua gaudia antepone, & proparuo risu æterna lamenta adsciscere. At hoc profectò etiam in gladiatoribus, qui se vitæ neci offerunt, nemo est qui non damnet: qui vnus anni voluptates attendunt, nec considerant quis fructus ex illis delicijs oriatur. Postea enim cruciatur in tibus gladiatorum, & alterna cæde intima viscera, scisso ventris tegmine, in conspectum proferrunt populorum, vt pinguedo, quam inconsulta sagina attulerat, diabolo voranda offeratur. Hoc nimirum maligni dæmonis consilio, quo gladiatores isthuc faciunt, martyres Dei ad vitam æternam proficiscentes reuocantur, quando, vt paucorum dierum vitam viuant, docentur perpetuos sibi conciliare cruciatus, & mortem æternam, quæ vel maximè metuenda est, non timere. Sed fortassis opponitur nobis, quam ob rem Christianus tormenta non metuat, & præsentis non terreatur poena tortoris. Nimirum idcirco non frangitur metu, idè dolores non pertimescit, quia scit se per breuis cruciatus precio perpetuæ salutis & sanitatis gaudium emere, & per momentaneam tribulationem ad perennem felicitatem & sempiternam lætitiā peruenire.

Gladiatorum amentia.

Sed si tamen omnino timendus est dolor, timendus est carnifex, timenda est noua & exquisita poena tortoris: quæ magis metuenda, quæ horrèda & fugienda magis: ista ne, quæ hodiè exardescit, & cràs refrigescit: quæ sub vna hora inducitur, & sub hora vna excluditur: an illa potius, quæ nullo fine cõcluditur, nullo tẽpore extinguitur, nulla prorsus consumitur vetustate? Nam præsens dolor aut leuis est, & potest tolerari: aut grauis est, & citò glorioso certamini adfert finem. Ille autem poenarum dolor, & cruciatus incendij, qui huius vitæ amatores manet, cum sit quouis tormentorum genere vehementior, nunquam finiendus aggreditur, & acrius subinde quàm inchoauerit, sæuit, & terminus sæuendi nullus, nullus omnino finis occurrit: sed habens secum vniuersa suppliciorum genera, subinde renouatur vt sæuiat, augmētatur vt exurat, inflammatur vt durius excruciet. Ab hoc ergo interitu hortemur euadere quos amamus, & nos ipsos ad euadendum fortiter præparemus: nec timeamus vna hora ferre dolorem in corpore, qui optamus æternum gaudere cum Christo. Permittamus animas nostras cum palma ex hoc egredi corpore, vt possimus poenas æternas effugere, & ad possessiones fidereas, plenas delectationibus, peruenire. Lachrymas nostras mutemus in gaudium, nec quasi morituros plangamus, quos cum Christo credimus sine fine regnatos. Congratulemur potius victoribus hostium, conculcata eorum ceruice: congaudeamus martyrij prætexta indutis, & cæli designatos consules gloriemur. En dies, in quo vincere se tyrannus existimabat: qui dum capit, captus est: dum tenet, vincit: dum torquet, tortus est: dum insultat, irrisus est: dum iugulat, occisus est. Nunc porrò in amore

Christiani cur poenas contemnunt.

Stulticia demonum, mar-

martyrij etiam nostros excitemus affectus, vt illum, qui de nostra captiuitate voluit triumphū agere, fortiter capiamus, & quasi à graui somno expergescēt, aperiamus oculos animorum, vt videntes foueas, quas in nostrī perniciem inimicus aptauerat, nos quidem auxiliante Deo euadamus: & ipso diabolo cum satellitibus suis in ipsam, quā parauerat, foueam incidente, nos cum propheta dicamus: Foderunt ante faciem meam foueam, & ipsi inciderunt in eam.

Psal. 56.

Celesti luce perfunditur S. Sebastianus.

Hæc cum beatus Sebastianus, indutus chlamyde, accinctus balteo, ex suo ore profert, subito per vnam ferè horam splendore nimio, de caelo veniente, perfusus est, & sub ipso splendore pallio candidissimo ab angelis septem clarissimis amictus: apparebatque iuuenis iuxta eum, dans ei pacem, & dicens: Tu semper mecum eris. Hæc autem gerebantur intra domum protoscriniarij (quem primiscrinium author vocat) nomine Nicostrati, apud quem custodiebantur Marcellianus & Marcus: qui Nicostratus habebat vxorē nomine Zoēn, quæ ante annos sex nimia morbi infestatione facta erat muta: facultatem tamen audiendi & intelligendi non solum non amiserat, verum etiam meliùs quàm priùs, obtinebat. Hæc itaq; cum intellexisset omnia, quæ beatus Sebastianus dixerat, & tantum lumen circa eum vidisset: cumq; omnes tremefacti, miraculi stupore tenerentur, innuebat manu omnibus, quòd magno illis pro bro futurū esset, si tam euidenti assertioni non crederent. Deindè genibus eius aduoluta, rogare eum coepit quibus potuit manuum indicijs. At beatus Sebastianus videns eam animi sensa lingue expressione declarare non posse, causam eius silentij percontatus, didicit sermonis copiam nimia illi vi infirmitatis creptam. Itaq; dixit: Si ego verus Christi Iesu seruus sum, & vera sunt omnia, quæ ex ore meo hæc mulier audiuit & credidit, iubeat Dominus meus Iesus Christus, vt redeant ad eam officia laborum: & aperiat os eius, qui aperuit os Zachariæ prophetæ Domini. Et fecit crucem in os eius. Statim ergò ad hanc vocem sancti Sebastiani exclamauit mulier voce magna, dicens: Beatus es tu, & benedictus sermo oris tui: & beati, qui credunt per te Christo filio Dei viuī. Ego enim vidi oculis meis angelum ad te venientem de caelo, & librum ante oculos tuos tenentem, ex cuius lectione vniuersa sermonis tui oratio decurrebat. Benedicti ergò, qui omnibus, quæ locutus es, credunt: & maledicti, qui dubitauerint vel in vno verbo ex his omnibus, quæ audierunt: quoniam sicut aurora superueniēs vniuersas noctis tenebras excludit, & omnium oculis lumen, quod nox cæca negauerat, reddit: ita lux sermonū tuorum omnem caliginem omnemque ignorantiam meæ cæcitate extersit, & oculis rectè credentium serenum post noctis tenebras diem reddidit. A me autem non solum incredulitatis tenebras expulit, verum etiam sermonis mei ostium, sex annis ex infirmitate clausum, patefecit.

Luce 1. Muta loquitur, crucesignata.

Nicostratus credit in Christum.

Videns autem Nicostratus vir eius tantam Christi virtutem in sua vxore declaratam, coepit eius pedibus aduolui, petijtque veniam, quòd Imperatoris & prætoris iussu sanctos Dei Marcum & Marcellianum habuisset in vinculis: & auferens à manibus illorum ferreos nexos, genua eorum amplexus, rogare coepit, vt dignarentur abscedere, dicens: O quam beatus essem, si pro vestra possem salute constringi: forsitan sanguinis mei effusione abluerentur peccata mea, vt mortem illam poenarum æternarum euaderem, & ad illā vitam pertingerem, quam nobis Deus per os domini mei Sebastiani manifestare dignatus est. Cumq; rogaret sanctos martyres, vt abscederent, dixerunt ei: Si tu fidei gloriam, quam nunquam habueras, accepisti, quomodo nos, quæ semper ab infantia habuimus, relinquentes, tibi passionis nostræ calicem dabimus, quem tibi nos propinare possumus, dare non possumus? Diues enim in omnibus Christus est, & larga vbertatis suæ affluentia omnibus ad se venientibus meliora præstat quàm rogetur. Si ergò cum effectis increduli, donatum vobis est lumen veritatis agnoscere: quanto magis credentibus vobis, omnia quæcunq; poposceritis, donabuntur? Diuina enim clementia semper parata est votis omnibus gratis præstare, & cunctis gratiæ suæ dona eo magis multiplicat, quo mens eorū altioris fidei susceperit normam. Fides igitur vestra à magisterio sumpsit exordium, & omnia quæ eruditio annosa vix confert, spatio vnus horæ vos cepistis. Nulla parentū memoria vos impedit credere, nullus erga tenerè ætatis filios reuocat nutritus affectus: contēnitis subito, quod semper amāstis, & queritis quod nunquam sciuistis. Per ignoras ingressi vias, repente peruenistis ad Christum: & animo iam intrāstis cælū, qui nullū in terra solatium queritis. O quam incomparabilis præ-

Miracrae tiae vis.

preconij facinus, & quàm imitabile virtutis exemplum. Nondum vos ad Christum facti baptisatis vnda perduxit, nondum per tyrocini rudimenta, militaria saltem signa sumpsistis: & iam pro vero rege arma corripitis, & eius milites à vinculis ferreis soluentes, vos ipsos intrepidus optatis pro occidendis morti offerre.

Cum hæc audientes, omnes pariter lachrymis poenitentiam præteritæ persuasionis ostenderent, Marcus ait: Discite parentes charissimi, & vester, & coniuges, disceat coniugalis affectus, aduersus pugnam diaboli & contra omnes carnalium desideriorum sagittas clypeum virtutis opponere, atq; inter acies tyrannici exercitūs hosti non cedere, dimicare, acriùs gradum figere, & ad regem fortiter peruenire. Insurgant quantum volunt, & sciant satellites dæmonum, & quibus volunt poenis corpora nostra dilanent: corpus occidere possunt, sed animam vincere non possunt pro fidei veritate pugnantem. Gloriosiores faciunt milites vulnera, pro imperatore suscepta. Idcirco enim diabolus, tyrannidis suæ furore percitus, nunc scuit, quòd prauidet perseuerantiæ nostræ trophæo se posse torqueri: & idèd tormenta infert, nè spes eius pereat: mortem minatur, vt terreat: vitam promittit, vt eripiat: securitatem pollicetur, vt tollat. Hæc tota belli calliditas, hoc fraudis consilium: à supplicijs corpus eripere, & vitij animam subiugare. Nos contra contendimus hosti non cedere, corpus contemnere, animæ subuenire. Cur enim fortissimi ducis milites miserrimis terga vertant, & in eo bello deficient, in quo possunt esse victores? vel qua ratione mortem timeant, qui sciunt hanc hominis naturam esse, non poenam? Cur, inquam, mori timeant, qui credunt hanc vitam falsam esse, & veram vitam inuenire non posse nisi eum, qui ab amore suo falsam hanc & caducam abijciat? quæ suis amatoribus non nisi peccata imperat, suadet facinora, ingerit crimina, atq; hoc vnicè hortatur, vt de vita æterna ne cogitent quidem, futurumq; Dei regnum desperent? Videamus, oro, quibus casibus subiaceat, quibus periculis seruiat ancilla: vt cum didicerimus eam nec seipsam posse regere, seruitia nostra eius dominio subtrahentes, aliam cui meritò seruiendum sit, inquiramus. O quam multo eius amatores subito grauis ruina oppressit, fulmen percussit & incendit, perdidit, non in fragia, Charybdis vorax absorbit, gladius iugulauit? Et hanc miserum cum dolore amittentes vitam, illam penitus inuenire non possunt. Ad illam enim vitam non poena perducit, sed causa. Vno denique eodemq; poenarum genere, & innocentibus salus æterna confertur, & delinquentibus poena irrogatur.

Marci præclara adhortatio.

Cur sciat diabolus in pios,

Fallacia vitæ huius.

Hæc & his similia cum Marcus persequeretur, coeperunt omnes, qui aderant, Deo gratias agere, fundentesque lachrymas, poenitentiam præ se ferre, quòd charitati Dei carnis amorem præuulserant, atque ab agone martyrij ausi fuissent animos renocare sanctorum. Cumq; omnes, qui ad decipiendos sanctos venerant, vniuersimodo crederent Christo, Nicostratus cum coniuge sua virgebat, dicens: Non capiam cibum neque potum, nisi mysterium Christianæ religionis mihi fuerit traditum. Cui sanctus Sebastianus dixit: Muta dignitatem tuam, & incipe magis Christi esse protoscriniarius, quàm præfecti. Audi itaq; consilium meum, & omnes quos carcer includit, & vincula tenent atq; ergastula conficiunt, in vnum redige. Quod cum feceris, antistitem sacræ legis adhibebo, vt cum omnibus, qui credere voluerint, mysteria sancta suscipias. Si enim diabolus Christo sanctos suos auferre conatus est & conatur: quanto magis nos pietatis argumento hos, quos diabolus iniuste lucratus est, curare debemus, & suo restituere creatori? Ad quæ Nicostratus ita respondit: Quomodo iniquis & criminosis possunt sancta committi? Sebastianus ait: Saluator noster propter peccatores suam dignatus est mundo exhibere præsentiam, ostenditq; mysterium, per quod peccata & crimina omnia hominibus auferantur, & virtutes Domini conferantur. Inter initia igitur conuersionis tuæ hoc munus primum si tu Christo præstiteris, aderit tibi remunerationis eius præmium, corona martyrij, habens secum virtutū omnium immarcescibiles flores, æterna vitæ gaudijs profuturos. His auditis, Nicostratus protoscriniarius abiit ad Claudium Commentariensem, iussitq; vt reos omnes in vinculis detentos, ad domum suam adduceret, dicens: Proxima sessione omnes discutiendi sunt, & volo, vt cum illis Christiani, qui apud me sunt, præstò sint, nè quisquam discussioni prætoris desit. Igitur cum omnes ad domum protoscriniarij perducti ad stare catenarum nexibus vinciti, hoc modo eos vir Dei Sebastianus alloquitur:

Martyrum cognati credunt in Christum.

Sebastiani sermo ad vincitos.

Crimina diabolica si diuinis virtutibus cedent, reatus vester immunis à mortis supplicio.

plicio, ad gaudia votiuu reuocatur. Egit enim per suos satellites hostis iniustus, vt animos militum Christi, ad virtutum culmen erectos, euerteret: & in ipso perfectionis fastigio positos, in coenum conabatur demergere inferorum. Hac de causa incaluit animus, hostium dimicatione prouocatus, vt vos, quos iam lucratus fuerat inimicus, de eius captiuitate tollentes, vestro creatori reddamus. Diabolus enim nec dominus vester, nec creator, nec pater esse dinoscitur: Deus autem, & pater, & Dominus, & conditor vester esse comprobatur. Itaq; si hunc relinquentes, ad illum abijstis, qui vester est atrocissimus hostis, adeo vt ad mortis aeternae poenas vos adducere, & ad hunc lethalem exitum impellere conatus sit: quanto magis ad eum redire iam debetis, qui vnicum filium suum passioni & morti tradidit, vt nos ab aeternis poenis & morte liberaret. Hec & id genus alia dicente sancto Sebastiano, illi se cum lachrymis in terram prostrauerunt, & flexis genibus coeperunt cordis mugitum edere, seque peccasse & impie egisse penitentiae vocibus confiteri: atque amaras fundentes lachrymas, Christo se velle credere magnis clamoribus personabant. Tunc beatus Sebastianus iubet eos omnes a carcerum vinculis absolui.

Deinde abiit ad sanctum Polycarpum presbyterum, vbi ille persecutionis causa laborabat, & narrauit ei omnia quae gesta erant. Quibus auditis, sanctus Polycarpus gratias egit Deo, & vna cum eo venit ad domum Nicostrati protoscriniarij: vidensq; turbas credentium, salutauit eos cum omni gaudio, dicens: Beati vos omnes, qui audistis vocem Domini nostri Iesu Christi, dicentis: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego vos requiescere faciam. Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Itaq; vobis fratres nostri, quos baptismatis vnda diluet, & consecrando Deo omnipotenti charissimos filios faciet, hanc ob causam, quod a proposito suo sancto reuocare conati estis beatissimos milites Christi, opus erat penitentia, vt per ipsam ad indulgentiam veniretis. Nunc autem quando ad tantam gloriam accessistis, vt etiam ad passionem, a qua alios reuocare voluistis, vos ipsi desideratis gratis & libentibus animis properare: sciat is vos & obtinuisse veniam, & palmam esse adepturos. Vetus hoc artificium Christi est. Nam ille, qui vas electionis eius est, & quem voluit magistrum esse gentium, non solum credentium animos a fidei proposito retrahebat, sed etiam volentes ad Christum accedere lapidibus obruebat. Atque hunc ipsum nobis Dominus Apostolus donauit, tribuitq; nobis ex Saulo Paulum, ex apostata fecit Apostolum, atq; ex persecutore suae Ecclesiae doctorem dedit. Idemq; amator passionis effectus est, qui persecutionis author extiterat: & qui in alienis afflictionibus prius gratulabatur, in suis postmodum persecutionibus gloriarus est. Qui ergo hanc in Apostolo suo virtutem tum exercuit, ille nunc quoque vos de inferorum penetrabilibus, & ex ipsis draconum faucibus captiuas animas vestras eripuit, vobisq; a tenebris ad lucem remeantibus, aeternae vitae ianuam patefecit.

Quia ergo daemones omnes, qui filij tenebrarum sunt, contristantur, & omnes sancti Angeli, qui sunt lucis filij, gratulantur: accedat vnusquisq; & det nomen suum, hodierna die vsq; ad vesperum praecurrente ieiunio, vt festinum baptismatis sacramentum, opportunum tempus inueniat. Iustum est enim, vt luce mortali a mundo abscedente, ad nostras mentes lux immortalis accedat, & in huius seculi caeno volutatos, & caecae noctis caligine iacentes in loco tenebrarum, nos aqua sanctificationis ablutos sanctificet, qua mundati iam & sinceritatem induti, alacres pergamus ad Christum.

Hec & his consimilia pertexente sancto Polycarpo, omnes gauisi sunt, & vnusquisq; nomen suum etiam prius, quam interrogatus esset, festinabat offerre. Cumque haec agerentur, venit Claudius Commentariensis ad Nicostrati domum, dixitq; ei: Vehementer praefectura commota est, quod personas reorum tuae domus custodiae tradidi iussisti: hac de causa suis te ad spectibus iussit praefectus praesentari: tu videris, quale illi interrogatus sis responsum redditurus. Ingressus itaque Nicostratus ad praefectum, cum interrogatus fuisset, cur eas personas, quas carceris claustra retinebant, suae voluerit domus mancipari custodiae, respondit: Amplitudinis vestrae iussu Christianorum intra domum meam custodienda suscepi personas: quibus vt terrorem passionis incuterem, reorum illos feci sociari personis, vt si iussioni vestrae, nostraeque persuasioni sua sponte consentire nolint, saltem alieno experimento consentiant, metuantque ne similis eos poena

Matth. ii.  
Oratio S.  
Polycarpi  
ad baptizandos.

S. Paulus  
ex persecutione  
Apostolus.

Multi dant  
Christo nomina  
sua.

Nicostratus  
adit praefectum.

poena concludat. Libentissimè haec audiens praefectus, dimisit eum a se, dicens: Magno te a parentibus eorum munere affici curabo, si per te illis filij incolumes fuerint restituti. Reuertens itaque ad domum suam Nicostratus cum Claudio Commentariensi, cepit ei referre omnia, quemadmodum sanctus Sebastianus cum sit amicus Imperatorum, sit etiam Christianissimus, & in eruditione diuina perfectus, & vt animos Christianorum sua exhortatione corroboraret, satisque idonea persuasione docuerit vitam hanc fugitiuam & imaginariam esse, ita vt vbi teneri putatur, abscedat. Narrauit praeterea, quomodo veniens repente lux e caelo, perlustrauit eum, vtque uxorem eius, quae sex annis muta fuerat, loqui fecerit. Cum haec exponeret Nicostratus Claudio, corruit ad pedes Nicostrati Claudius, dicens: Ex amissa coniuge duos filios habeo, quorum alter hydropis morbo fatigatur, alter diuersis vulneribus opprimitur: rogo te, vt illum iubeas eos visitare. Non enim dubito, quin ille, qui potuit facere, vt post sex annos loqueretur vxor tua, efficere etiam possit, si voluerit, vt ad filios meos sanitas redeat. His dictis, proripuit se domum, fecitque inter manus adduci filios suos, & introducens eos in aedes, vbi erant sancti Dei, proiecit se ad pedes eorum, dicens: Nulla penitus dubitationis signa in corde meo resident, sed toto pectore credens Christianum, quem vos colitis, esse verum Deum, attuli huc duo pignora mea, nihil haesitans, quin possint per vos a mortis periculo liberari. Dicunt ei omnes simul viri Dei: Omnes, quos hic hodie aliqua tenet infirmitas, mox vt Christiani fuerint facti, sanabuntur. Cumq; clamaret Claudius, credere se & desiderare fieri Christianum, iussit sanctus Polycarpus presbyter, vt darent vniuersi nomina sua. Primus itaq; omnium dedit nomen suum Tranquillinus, pater Marcelliani & Marci. Post hunc sex amici eorum, Ariston, Crescentianus, Eutychianus, Vrbanius, Vitalis & Iustus. Et post hos Nicostratus cum fratre suo Castorio, & Claudius Commentariensis: & post hos filij Claudij, Felicissimus & Felix. Inde Martia, mater Marcelliani & Marci, & Symphorosa vxor Claudij, & Zoë Nicostrati coniunx. Post has familia omnis, quae erat in domo Nicostrati, animae promiscui sexus & etatis trigintatres. Postremo vincti omnes, e carceris squalore adducti, numero sexdecim.

Igitur omnes isti, simul animae sexaginta quatuor, a sancto Polycarpo presbytero baptizati, & a sancto Sebastiano suscepti sunt. Foeminarum autem matres spirituales factae sunt Beatrix & Lucina. Primos itaq; Claudij filios, hydropicum vnum & alterum vulneribus plenum, mox vt in nomine Trinitatis intinxit, ita sani de fonte leuati sunt, vt nec signum in eis alicuius morbi praeteriti remanserit. Post hos autem infantulos Tranquillinus adductus est, adeo podagra & chiragra constrictus, vt vix, sicut supra dictum est, manibus portaretur. Hunc cum exuerent indumentis, & ille intolerabili se diceret torqueri dolore, interrogauit eum Polycarpus presbyter, num ex toto crederet vniuersum filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, posse ipsi salutem conferre, & omnia condonare peccata. Si ita credis Tranquilline, inquit, ore proprio edicito. Tranquillinus respondit: Ego indulgentiam solam peccatis meis dari & desidero, & opto, & credo. Caeterum si post baptismatis huius sanctificationem in doloribus permansero, non potero tamen de fide Christi ulterius dubitare. Probauit enim, & ex toto corde credens, in mente mea consensit, quod filius Dei sit Dominus Iesus Christus, qui potest & animabus & corporibus salutem tribuere, & a morte perpetua ad vitam aeternam reuocare. Haec cum dixisset voce magna, omnes sancti praegaudio lachrymas fuderunt, rogantes Dominum, vt fidei eius fructus ostenderetur. Sanctus igitur Polycarpus confessor & presbyter, mox vt eum Christianitas liniuit unguento, interrogauit eum, si crederet in patrem & filium & spiritum sanctum. Statimq; vt respondit, Credo, resolutae sunt manus eius, quae erant nodosae: & genua simul, plantaq; pedum eius ita sunt incolumes redditae, vt velut paruulus renouatis pedibus suis in fontem descenderet, clamans ac dicens: Tu es Deus vnus & verus, quem miser iste mundus ignorat. Hoc itaq; ordine suo baptizato, vniuersi, prout congruum erat, baptizati sunt, & per decem & sex dies, qui supererant dilationi, quam meruerant, in Dei laudibus perdurantes, ducebant dies & noctes in hymnis & canticis: & quasi fideles milites parabant animos suos ad dimicandum pro Christi nomine, in martyrio bellaturi, ita vt & mulieribus & infantibus amor ferueret martyrij, & inuicem se ad confessionem sancti nominis contra diabolicas acies communirent.

Q9

Diebus

Claudius  
Commentariensis  
credidit.

Dant sua  
nomina baptizandi.

64. baptizantur.

Præclara  
miracula ex  
baptismo.

Christus  
olim adhibuit  
in  
baptismo.

Tranquillinus agit cū præfecto.

Diebus itaq; acceptæ dilationis expletis, Agrestius Chromatius, vrbs Romæ præfectus, ad se Tranquillinum, Marcelliani & Marci patrem, venire iubet: quem cū de suorum sententia filiorum inquireret, Tranquillinus respondit: Ad referendas beneficijs tuis gratias, nullus mei oris sermo sufficit. Nisi enim currentem sententiam frenæ vestri moderaminis tenuissent, & ego filios amissem, & me patrem filij non haberent. Congratulantur mihi omnes, quos paternus tener affectus, & pungit charitatis stimulus, etiam tua, nī fallor, mihi congaudet celsitudo, quando morituris vita collata est, anxij lætitia reddita, sollicitis securitas restituta. Tunc præfectus existimans filios eius suis velle idolis inclinare ceruices, ait: Venite ergo postero die, vt debita numinibus thura ponant filij tui, per quæ & tu filijs serueris incolumis, & tibi illi condonentur. Audiens hæc Tranquillinus, dixit: Illustissime virorum, si examinis tui erga me & filios meos libram æqua velis lance expendere, agnoscere poteris hoc Christianum vocabulum magnæ esse virtutis. Præfectus ait: Infanis Tranquilline. Tranquillinus respondit: Hucusquæ insaniam passus sum & animi & corporis: sed statim vt credidi CHRISTO, & animi mei & corporis recepi sanitatem. Præfectus dixit: Vt ego video, ad hoc inducias sceleratis filijs tuis dedi, vt non solum tu illos ab errore non reduces, sed illi te suis erroribus irretirent. Tranquillinus respondit: Per gloriam tuam, nomen ipsum erroris discute, & vide quæ opera erroris nomine appellanda sint. Præfectus dixit: Tu dic potius, in quæ opera nomen erroris competat.

Insignis cōfutatō falforum deorum.

Tranquillinus respondit: Primus error est, viam vitæ relinquere, & per viam mortis ingredi. Præfectus dixit: Et quæ est mortis via? Tranquillinus respondit: Non tibi videtur via mortis esse, mortuis hominibus deitatis nomen imponere, & figuras eorum in lignis & lapidibus adorare? Præfectus ait: Ergo non sunt dii, quos nos colimus? Tranquillinus respondit: Certè pro dijs habendi non sunt, de quibus in publicis codicibus legitur, & quàm malè nati sint, & quàm iniquos, crudeles, sceleratos parentes habuerint, & quàm flagitiosè, iniuste, fraudulenter vixerint, & quàm deniquè miserabiliter mortui sint. Num antè quàm Saturnus Cretensibus imperaret, & filiorum suorum voraret carnes, Deus in cælis non erat? An verò Creta insula suum habuit regem, & cæli non habebant Deum? Nimiùm profectò errant, qui putant Iouem filium eius cære tonitrua, imperare fulminibus homuncionem, in quo malitia & libido regnabant. Quem non ille persecutus est, qui patri suo non pepercit? aut quibus sordibus pollutus non est, qui germanam sororem suam accepit uxorem? In foro, in plateis, in domibus & vbiuis locorū quotidie legitur iactare se sordidissima Iuno, quod Iouis & foror & cōiunx sit: rapti quoq; Ganymedis turpissimus atque incestissimus honor ab ipsis Iouis cultoribus non negatur. Non igitur errare te credis, vir clarissime, qui tales colis, quales Romanæ leges pro ratione criminum iubent pœnis subdi: & relicto Deo omnipotente, qui in cælis regnat, lapidi dicis, Deus meus es tu: & ligno dicis, Adiuua me?

Ethnicorū in Christianos calumnia.

Præfectus dixit: Posteaquàm cœpistis deos blasphemare, & à cultura eorum recedere, diuersis cladibus Romanus orbis opprimitur. Tranquillinus ait: Non ita ferè habet. Nam si Liuji Decades recenseras, inuenies illic dæmonibus sacrificantis vna die amplius quadragintaduo Romani exercitūs millia cecidisse: nec illud te fugit, vt Galli etiam Capitolium ferè occuparint, & omnem Romanam manū suis ludibrijs subiecerint. Multiplices fames, & inenarrabiles diuersasq; captiuitates, varias cædes Romana vrbs perpessa est antè, quàm homines vnum colerent Deum. Nunc verò quando inuisibilis & verus Deus cœpit à credentibus coli, aucta pace Romanum exultat imperium: sed interim tamē, quod peius est, Deus qui hoc præstat, non agnoscitur, & creaturæ adscribitur, quicquid à creatore præstat. Præfectus dixit: Si ille colendus est, qui hominibus multa largitur commoda, nemo sole iustius pro Deo habebitur: qui suo aspectu terræ viscera vegetat, vt semina suscepta parturiant, & genuinæ sobolis grana in culmen producat: idemq; cunctis nostræ salutis vñibus & vtilitatibus & lumen, & instauracionem, & vigorem tribuit. Tranquillinus ait: Et in hoc quoq; error est infinitus. Nam si quisquam hodie per seruum suum clientibus suis conferat quod rogatur, infinita stultitia est, si neglecto illo, qui præstitit, seruus honoretur, per quem præstitit. Et vt aliquam huius dicti adhibeamus similitudinem, num tibi nauibus alimenta aduentibus gratiæ potius referendæ videntur, quàm regibus? Si igitur non nauibus, sed regibus annona apportata adscribitur: quanto magis vni Deo nostro gratiæ agendæ sunt, cuius nutu & clemen-

elementa hæc nostris vñibus inseruiunt, & sol ipse quotidie terræ marique & occumbit & oritur? Præfectus ait: Si ergo vnus idemq; inuisibilis est, quem colitis: Christū, quem Iudæi crucifixerunt, non colitis? Tranquillinus respondit: Rectè hæc inquireret, si credere constituisset. Incredulis autem vanum videtur omne, quod nolunt. Semel etenim in præceptis lapsa voluntas mortalium, quicquid ipsa vituperat, ab alijs quoquē vituperari vult: laudari item ab omnibus, quod ipsa probat: sed sapientes pro merito suo vni- cuique rei aut vituperationem aut laudem adhibere nituntur.

Præfectus dixit: Ego de Christo vestro interrogo: Quod ergo hisce oculis non videtur, si id solum à vobis colitur, cur Christum colitis, qui & visus, & auditus, & interrogatus est, & omnia quæ humanæ fragilitati competunt, in eius passione leguntur esse completa? Tranquillinus respondit: Audi tu similitudinem, & intellige veritatem. Si hodie annulum tuum, gemma preciosa insignitum, videas in cloaca aut sterquilinio volutari, & ad eum extrahendum mittas seruos tuos: illi autem non modò illum non queant apprehendere, sed & seipos intereā iniquigent: postea verò tu ipse positus sericis, quibus indutus es, vestibus, seruillem te tunicam induas, & descendens in cloacam, mittas manus tuas in sterces, vt annulum aureum vnà cum gemma recuperes: an non illo recepto præ gaudio amicos tuos inuitabis ad epulas, & ob extractum è cloaca & sordibus annulum gemmamque lætaberis?

Elegans similitudo.

Præfectus dixit: Cuius rei causa hæc adduxisti similitudinem? Tranquillinus respondit: Vt ostenderem tibi, vnum Deum inuisibile nos colere. Præfectus dixit: Et quid tibi vult annulus, quid aurum, quid gemma in stercore volutata? Tranquillinus respondit: Aurum, corpus hominis: gemma verò, anima quæ in ipso inclusa est corpore. Corpus ergo & anima vnum hominem faciunt, sicut aurum & gemma vnum efficiunt annulum. Sed quemadmodum tibi preciosus & charus est annulus, ita vel centuplo preciosior est Christo anima hominis. Tu misisti seruos, vt annulum è sordibus leuarent, nec eum tamen vlla ratione extrahere potuerunt: ita & Deus misit prophetas suos, de cælo loquens ad eos, vt humanum genus è cæno huius mundi educerent: at nullo pacto, nulla id instantia facere potuerunt. Tu posuisti vestes auræ, & seruili sumpto habitu, descendisti in cloacam, manusque tuas misisti in sordes, vt annulum indè eriperes: sic & diuina Maiestas suo splendore exiit, non tamen superna deferens, & induit se seruili nostri corporis indumento, atq; huc in cloacam huius mundi è cælo descendens, misit manus suas in sordes passionum nostrarum, & passionem, quæ nostris debebatur meritis, in se suscipiens, gloriæ nos suorum reddidit digitorum. Nam qui per incredulitatem volutabamur in squaloribus mundi, per fidem abluti à sordibus, diuinis sumus manibus, vt ille tuus annulus, restituti. Interea verò, si qui serui tui, dum te in seruili cernerent habitu, suum negassent dominum, an non iure vt rebelles occidi potuissent? Ità nimirum, qui negant Christum Dominum suum, propterea quod à Maiestate sua se exinanierunt, formam serui accipientes, haudquaquam poterunt æterni ignis pœnas euadere. Atque ideò nobis, qui in eum credimus, æterni fontis vnda subuenit, vt ignis sempiternus à fonte perenni vincatur, & infidelitatem fides superet.

Anima hominis Christo charissima.

Præfectus dixit: Vt video, non vt filios tuos ab hac intentione tolleres, poposcisse probaris inducias, sed vt has aniles fabulās ad nostra tribunalia meditates adferres. Tranquillinus ait: Non meditantur discipuli Christi, quid in conspectu iudicum prosequantur. Sic enim præmonuit nos Dominus, dicens: Quando potestatibus huius mundi vos causa mei nominis trademini, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora diuinitus, quid dicatis. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Dei, qui loquitur in vobis. Non ergo meditando ego, sed credendo inueni creatorem meum: & qui eram podagricus & chiragricus dolore contractus & constrictus, mox vt in Christum credidi, instar pueruli omnipium membrorum meorum recepi sanitatem. Constat ergo apud animum meum, illum me creasse, qui me renouate dignatus est: & sicut mihi dedit restaurationem corporis, ita quoquē animæ post hanc vitam se daturum promissit, si tamen non dubius vel timidus hominum terroribus frangar, sed in eius confessione perdurans, fidem integram, quam ille mihi præstitit inuenire, conseruem. Præfectus dixit: Ignoras Tranquilline, quàm atrox inuictissimorum principum in Christianos ira sauiat: & ideò quasi securus, quod tibi videtur, prosequeris. Tranquillinus respondit: Stultus timor est, quo plus humana timetur quàm diuina indigna-



tio. Quæso te, si in medium canum latrantium veniremus, qui nos vano furore perciti moribus appetent, possent ne illi ex animis nostris tollere hoc ipsum, quod homines sumus rationales, cum sint canes insani & nulla ratione præditi? Ità ergò etiam illi, qui nobis rectè credentibus irascuntur, sequi quidem possunt & inferre iniusta supplicia, at nunquam tamen de cordibus nostris id auferre possunt, quod Dominum Iesum Christum & creatorem nostrum esse credimus, & redemptorem ac instauratorem nostri generis esse gaudemus.

Tranquillinus nocte reuocatur ad præfectum.

Tunc præfectus iussit eum recipi à commentariensibus, dicens: Proxima te audiam fessione. Post hæc mittens clanculò, iussit eum nocte ad se adduci, & offeres ei immensum pondus auri, dixit: Indica mihi medicamentum, vendè tibi sanitas comparata est, us vel vendi, vel emi debere existimant. Itaque si vis podagria absolui dolore, crede Christum filium Dei esse, & liberaberis, & sicuti me vides, ita in quoque saluum eris. Ego quidem vix manibus deferebar, & vndecim annis per omnes neruorum iuncturas in corpore meo dolorum nodis constrictus, alienis manibus cibum ori meo ad motum ægrè capiebam. Illic autem, vt Christum verum Deum esse credidi, salutis meæ gaudia recepi: & sum nunc incolumis, quia verum Saluatorem agnouit. Tunc præfectus dimisit eum, dicens: Adduc eum ad me, qui te sanum fecit, vt si mihi promiserit salutem, possim & ego fieri Christianus. Mox itaque Tranquillinus veniens ad sanctum Polycarpum presbyterum, dicta gesta que omnia illi enarravit: ducensque illum in domum præfecti, occultè eum eius aspectibus præsentauit. Cui Præfectus ait: Licet grauis animaduersio principum Christianis infesta sit, tamen spe recuperandæ salutis offeram vobis, quicquid illud est, vsque ad dimidium bonorum patrimonij mei, si ab hac nodositate condylorum corporis mei mēbra fuerint soluta. At sanctus Polycarpus subridens, ait: Potens est Deus & Dominus Iesus Christus, & ignorantia tuæ veritatis valnas aperire, & ostendere tibi, quod ipse sit corporis tui instaurator. Nam pecuniam qui vel offerunt, vel oblatam accipiunt, non solum nullam dolentibus conferunt medicinam, sed etiam sibi ipsi morbum insanabilem adducunt.

Præfectus sit catechumenus.

Dicit ei Præfectus: Dic ergò mihi quid faciam, vt consequi valeam quod spero. Respondit Polycarpus: Si credideris ex toto corde tuo, vt credidit Tranquillinus, saluus eris. Dicit ei Præfectus: Quo ordine debeam credere, explicato. Tunc sanctus Polycarpus catechizauit eum, indicatque ei triduanum ieiunium: & accito ad se sancto Sebastiano, tribus diebus & noctibus cum eo ieiunauit: orabantque pariter cum lachrymis, vt fidem nominis sui in salutē volentis credere Dominus demonstraret. Igitur cum dies tertia, quæ constituta erat, aduenisset, ad domum sustinentis Præfecti veniunt simul properantes, eamque ingressi, dixerunt: Pax fidei tuæ. At ille resalutauit eos officiosissime, & hortatus iuxta se sedere, dixit: Ex ore Tranquillini egressa oratio, oculorum meorum assertione declaratur. Vidi enim hunc sanctissimū, quem podagrico noueram dolore contractum: à quo genus medicamenti, vendè curatus esset, inquit, talis ab eo responsum accepi: Dum fidem meam in idolis ponerem, debilis effectus, & nimia sum infirmitate contractus: at vbi vnum Deum in cælis didici ostensione Christianorum, abnegavi vniuersa, quæ sine causa colerem, & fidem animi mei Christo tradidi. Mox autem vt vnum & verum Deum in cælis regnare confessus sum, statim omnis, quæ vndecim annis carueram, ad me reuersa est sanitas, & infirmitas omnis à me separata. Hæc ego audiui auribus, probaui oculis, corde credidi: superest, vt quod fecistis Tranquillino, etiam mihi restetis, vt possim corpori recipere sanitatem. Polycarpus presbyter dixit: Si transeuntes dolores anima hominis non suffert, quid de illis doloribus actura est, quibus nullus vnquam accedet finis, nulla datur omnino successio? Nam hi dolores momentanei illorum dolorum quandam referunt imaginem: & quantum interest inter ignem viuum & pictum, tantum distat inter dolores quos nunc patitur corpus, & illos quos anima passura est, si ignara creatoris sui, præsentis vitæ munus expleuerit. Age ergò nobiscum prius de illis doloribus, & esto de illa poena sollicitus, quæ habet ignem semper ardentem, & vermem perpetuò rodentem.

Præfectus & eius filius dant nomina sua.

Tunc Chromatius vtriusque præfectus cum vnico filio suo Tiburtio dedit nomen suum, dicens: In hoc de fide mea certos vos esse conuenit, quòd etiam filium meum vnà mecum Christianum fieri exopto. Cui Sebastianus dixit: Vide nè sola recuperandæ san-

nitatis spe ductus, te Christianum cupias fieri: sed potius spe vitæ æternæ mentem tuam expurges ad inueniendam veritatis rationem. Nisi enim agnoueris, quis sit creator tuus, non poteris salutem inuenire quam quæris. Chromatius dixit: Ergò rusticos & simplicissimos homines non videmus esse Christianos, ita vt inter mille viros vix vnum reperias, qui sit vel dicendi arte instructus? Num hi omnes ad hanc veri inquisitionem pertingere potuerunt, cum fierent Christiani? Sebastianus ait: Hoc responsum tuum affirmat nostræ partis assertio. Nam ab origine mundi cum rusticis & pastoribus vnium Deus sermonem habuit, & in fine seculorum non elegit Grammaticos & Oratores, sed simplices & piscatores, eisque tradidit suam notitiam. Chromatius dixit: Cur ergò me dicis prius debere agnoscere, quis sit creator meus, quem nisi cognouerim, salutem inuenire non queam? Sebastianus respondit: Quia multos deos deasque coluisti: quos nisi à corde tuo excluseris, & imagines eorum confregeris, vnumque verum Deum cognoueris, vitam & salutem consequi non poteris. Chromatius dixit: Indica ergò mihi, quis est vnus & verus Deus?

Sebastianus ait: Si feruum tuum ad hauriendam aquam miseris, dum ad fontem venerit, adspicit prius, nè quæ fordes intus lateant in lagena, nec est ausus aquam in eam mittere, nisi mundatam à sordibus viderit. Nos igitur quo pacto veritatis fontem tibi trademus, nisi prius ab omni idolorum squalore & spurcicia te feceris alienum. Chromatius dixit: Et quo ordine ab his potero alienus effici? Sebastianus ait: Fac nobis potestatem idola omnia, quæ intra domum tuam inuenerimus, lapidea quidem confringendi, lignea comburendi, ærea, argentea & aurea conflandi, & præcium eorum pauperibus distribuendi. Chromatius dixit: Et cum hæc feceritis, quis mihi inde fructus accedet? Sebastianus respondit: Omnium neruorum tuorum, quorum nodositate confringeris, mox consequeris sanitatem, & quasi nihil vnquam doloris senseris, ita pedibus currere incipies, & agnoscere, quòd inimicos salutis tuæ deos dilexeris: tuum verò parentem hunc esse, qui te statim vt eum nosse & colere coepisti, instaurarit & saluum restituerit. Chromatius dixit: Nolite vos ipsos ad hanc iniuriam deponere, sed seruis meis præcipiam, vt ipsi vniuersa confringant. Sebastianus ait: Dubij, & timidi ac infideles sic confregerint, inuenit facile diabolus per quacunque negligentiam eorum, occasionem lædendi eos: porrò simul atque læsi fuerint, dicent infideles propterea læsos eos esse, quòd idola confregerint. Non potest se tueri contra ictus sagittarum, qui lorica munitus non est. Galea enim & scuto & hasta vititur docta manus in prælio, vt ex armorum munimine sumat audaciam, quæ nescit terga vertere. Ità etiam illi, qui fidei scuto protecti sunt, & lorica tegminis Christi muniuntur, habentes galeam spei & salutis, tunc in certamen descendunt. Pugnant enim acerrimè, & fortiter vincunt, quia contra inuisibilem hostem die noctuque infatigabiliter præliantur, & sunt membris omnibus recti, fideque potius armantur quam ferro. Chromatius dixit: Fiat voluntas Dei & vestra.

Pulchra similitudo.

Idola præfecti confringuntur.

Tunc sanctus Polycarpus presbyter & sanctus Sebastianus præcingentes se, orauerunt, & post orationem plusquam ducenta idola confringentes, gratias egērunt Deo. Post hæc accesserunt ad Chromatium, dicentes ei: Confringentibus nobis idola, tu debuisti sanitatē recipere, nisi fortassis aliqua in animo tuo infidelitas inhæsit. Nos enim hoc apud nos indubitatum habemus, aut restare quippiam etiam nūm, quod necdum fractum sit: aut si omnia fracta sint, aliquid hære in animo tuo: quod nobis, quæsumus, euidentius manifesta. Tunc ille ait: Habeo cubiculum ex toto vitreum, in quo omnis disciplina stellarum ac mathesis mechanica est arte cōstructa, in cuius fabricam pater meus Tarquinius amplius ducenta auri pondera dinoscitur impendisse. Cui Sebastianus respondit: Si tu hoc integrum habere volueris, te ipsum integrum non habebis. Chromatius dixit: Quid enim? Mathesis ne aut ephemerides aliquo sacrificiorum ritu coluntur, in quibus mensium & annorum cursus certo numero per horarum spatia distinguuntur, & lunaris globi plenitudo vel diminutio, digitorum motu, rationis magisterio & calculi supputatione præuidentur? Polycarpus respondit: Illic signati sunt, quorum considerandorum ars inimica est Deo, cuius artis fallacis consultor atque conciliator, diuinæ veritatis remedia nulla consequitur: illicque signa sunt leonis, & capricorni, & sagittarij, & scorpionis, & tauri. Illic pleraque dæmonum monstrosa figmenta, ex quibus illa ars Deo inuisa cognoscitur. Hæc enim qui non ita recusant, vt

non solum ipsi ea non audiant, non colant, non credant, non teneant: verum etiam nec illos amicos habere velint, qui his nugis suum occupant peccus, Christiani non sunt. Omnia enim haec vana, ac deceptionis ministeria sunt: similitudo quaedam veritatis in eis est, non ipsa veritas.

Contra mathematicos validissimas rationes.

Chromatius dixit: Quid quod nonnunquam futura praenunciant? Sebastianus respondit: Haec omnia esse vanissima & falsa, Christo reuelante, cognouimus, quae tibi nunc manifestius aperiemus. Praeceptum nunc venire ad te Matheaeos doctorem, eiusque casillo tempore te a speris laborasse casibus, & inquiras quae stellae id tibi creauerint mala. Responsum eius proculdubio erunt talia, quod tempus illud a maligno Marte susceptum fuerit, aut Saturnus apostaticus regnauerit, aut annus tuus ex diametro susceptus sit, aut climacterica tibi in centro sint nata, reditusve fuerit cum malo, aut inuisibilis denique, aut in stigmatibus, aut immobilis circa te extiterit cursus stellarum. Haec & his similia cum dixerit, quaedam verisimilia & rationi quasi consentanea, quibus ea probet, adferre conabitur. Tu vero etiam alium consulas mathematicum, cui easdem ipsas horas idemque tempus tibi bonis exuberasse rebus dicas. Illic sane videbis etiam cum tibi rationabilia infinita proferre schemata, quibus doceat, illo tempore haec tibi bona euenire debuisse. Circulum enim tenet ex omni parte collectum, in quo multiplices ac varias causas contemplatur, ex quibus occasionem capiat dicendi ea, quae vult. Nam futura dum penitus praevidere non possunt, climactericas dicit, id est, naturae incerta perfligia. Etenim coniecturis quibusdam mendacissimae artis suae, hominibus propria vota pronunciant, caequae confundunt per callidas verborum ambages: ut, si ab eis praedicta euenierint, sibi arrogent praescientiam: sin minus, ignavia suam diversis rerum necessitatibus excusare nituntur. Nam penitus, ut dixi, futura praevidere nequeunt.

Mathematicorum fallaces coniecturae.

Diuersis enim temporibus nati, vno naufragio perierunt: & vna hora diei vel noctis exorti, alter ad mendicitatem deponitur, alter ascendit ad regni gubernacula. In vno praelio innumerabilis multitudo prosternitur, & vno die, immo eadem puncti atomo duae natae si sint foeminae, altera pudicissima, altera impudica euadit. Vtrisque igitur si stellae meritum contulerunt, nec meretrix vituperanda est, nec casta laudanda. Certè legumlatores & principes, scitorum suorum praevicarios puniunt: & ideò forum, ideò iudex, ideò iura, ut iusti rectè laudentur, & iniusti merito puniantur. Sed nec hoc quidem otiosum existimes, quod te ipsum necdum saluum cospicis. Nam si ex toto inimici humani generis superstitiones & caeremonias abijceres, in teipso quod verum est didicisses. Audiens haec Chromatius, dixit: Verus est Deus ille, qui vos tales probatur habere cultores. Nam omnis sermo vester ita rationibus affluit, ut & pecudum mentes ad assentiendum permouere possit. Itaque ne salutem meam impedimento sit, etiam hoc ipsum, quod ad ornatum domus meae visus sum excepsisse, prorsus dissipetur. Credo enim, & haec fides mea est, quod ijs omnibus, quae lex Christiana abominatur ac prohibet, a me penitus segregatis, & praesentem salutem consequi merear, & futuram. His auditis, filius eius Tiburtius dixit: Nulla patior ratione hoc opus praecipuum & incomparabile destrui: ne tamen paternae salutis videar esse contrarius, adferantur duo clibani, & accensi ante ianuam cubiculi praeparantur, ut vbi dissipatum ab eis fuerit, & pater meus non receperit sanitatem, ambo in singulos clibanos demergantur. Audiens haec pater, prohibebat fieri: sancti vero non solum non metuebant intentatum exitum, verum etiam praeparari clibanos constanter hortabantur. Deinde accesserunt ad vniuersa idola crySTALLINA & vitrea, & omne illud opus affabre elaboratum confregunt.

Praefectus & animo & corpore fit sanus. Credit etiam Tiburtius.

Atque ecce repente inter frangendum apparuit ante oculos Chromatij iuuenis, cuius facies flammeo radiabat adpectu, & dixit ei: Misit me Dominus Iesus Christus, in quem credidisti, ut omnium membrorum tuorum recipias sanitatem. Ad hanc vocem sanissimus redditus, coepit currere post iuuenem, ut eius pedes oscularetur. At ille dixit ei: Vide ne contingas me, quia nondum baptismatis sanctificatione te a sordibus abluisti idolorum. Videns haec Tiburtius, aduoluitur pedibus sancti Polycarpi. Ipse autem Chromatius stringebat pedes sancti Sebastiani, & ambo vna voce clamabant: Vnus verus Deus Dominus Iesus Christus, omnipotentis Dei vni-genitus filius, quem praedicatis boni ministri eius. Tunc beatus Sebastianus dixit Chromatio: Sicut ipse nosti, principatum primae cohortis ago: sed vtrum sit militia hominis, nec scire velle iam olim decreui. Ad

Ad hoc tantum sub chlamyde latere volui, ut nutantium animos erigerem, & vacillantes confirmarem, ne poenarum doloribus cederent, quos fides fecerat Christi bellatores. Tu autem amplissima potestatis apicem tenens, non potes te ipsum vel a spectaculis subducere, vel a iudicandis negocijs absentare. Simulans igitur aegritudinem, postula tibi successorem, ut liber a mundi occupationibus, possis futurae vitae rudimenta suscipere, & secunda natiuitate regeneratus, aeterni parentis proles effici. Eodem itaque die misit ad amicos suos in palatio positos, per quos testimonialia scripta recipiens, tyrocinium diuinæ militiae, antequam baptizaretur, suscepit. Quid hinc ego commemorem, quam plenissimam fidei fuerit, quamque acri ingenio contra infidelium assertiones confiterit? In ipso sane initio, prius quam sacrosancti fontis vnda esset perfusus, mentis eius fides euidenter enituit.

Interrogatus enim si crederet, respondit, Credo. Item interrogatus, vtrum renunciarer omnibus idolis, respondit: Abrenuncio. Rursus sacerdote interrogante, num renunciarer peccatis omnibus, ille ait: Isthuc primum inquirere debuisti, antequam has aulas regis caelorum intrarem. Nunc autem reinduam me non baptizatus, ut prius omnibus ignoscam, in quos commoto fui animo, ut debitoribus meis Chirographa restituum, & si cui quicquam vi abstuli, integrè reddendum curem. Tum quoque duae mihi post uxoris obitum concubinae fuere, quas dorabo & maritis tradam, & omni seruitutis nexu expeditas, ingenuas efficiam, atque ita tum priuatim, tum publicè aetuum meorum nodos dissoluam, sicque demum promittam me renunciaturum cunctis diaboli peccatis, & mundi voluptatibus. Dicit ei Polycarpus presbyter: Beatorem te caelestis vnda perfundet, quum ea, quae arbitrato tuo te dicis esse facturum, tota festinatione compleueris. Nam & Quadragesimae tempus ideò baptizandis iniungitur, ut omnibus illis diebus discant renunciaturus se esse omnibus artibus inimici, mundi que commercijs hi, qui verissime volunt effici Christiani. Tunc Tiburtius iuuenis sapientissimus dixit: Pater, si tu tibi abdicandis negocijs tempus flagitas, ego qui adhuc suscepturus eram negocia fori, soli suscipendorum voluntati renuncio: & qui futurus eram aduocatus ad agendas causas mortalium, amplectar Christianismum ad exercendas angelicas actiones, cum vnus esse coepero ex eorum numero, qui aeternam percipiunt vitam, & efficiuntur caudicis sanctitatis. Tum complexus est eum beatus Sebastianus, cumque eum baptizasset sanctus Polycarpus, ipse pater susceptionis vel susceptoris eius est factus.

Quadragesimae tempus.

Igitur dum pauci admodum transacti essent dies, omnibus a Chromatio mundi negocijs ritè abrenunciatis, susceptus etiam ipse sancti baptismatis nouitatem, & cum eo de familia eius promiscui sexus mille quadringenti serui, quos omnes manumittens, donis egregijs instruxit, dicens eos, qui Deum incipiunt habere patrem, seruos hominum esse non debere. Erat id temporis Papa vrbis Romae Caius nomine, vir magnae prudentiae & eximia virtutis. Imperantibus autem Carino & Diocletiano, primò remissior fuit in Christianos persecutio, quod Carinus haberet quosdam in amicitia, quos huius confessionis titulus decorabat. Porro occiso Carino ad Margum, consulis Maximo & Aquilino tam immanis orta est persecutio, ut nulli quicquam vel vendere vel emere liceret, nisi paruis quibusdam statuis, positus eo in loco, vbi emendi gratia conuentum esset, thura incenderet. Tum etiam circa insulas, vicos & aquas positae erant compulsores, qui neque molendi, neque aquas hauriendi potestatem facerent, nisi qui idolis libassent. Itaque ex sancti Caij pontificis consilio, Chromatius vir illustrissimus Christianos omnes in domum suam recepit, cunctosque ita fouit, ut nullus omnino sacrificandi necessitati succumberet. Verum quia tanta persecutionis extitit vis, ut opinio Christianae religionis ab eo susceptae celari iam non posset, meruit ex sacro rescripto Chromatius, ut medelae gratia in Campano litore, vbi lati cespitis erat dominus, demoreretur. Fecitque copiam Christianis omnibus, cum ipso ire volentibus, eò commigrandi ad persecutionis rabiem declinandam. Tum vero orta est pia contentio inter sanctos Polycarpum & Sebastianum, quis in vrbe remaneret, & quis iret cum Chromatio, qui tam multos ad se receperat Christianos. Quibus ita altercantibus, venerabilis Papa Caius dixit: Dum ambo coronam passionis appetitis, populum Domini solatio destituitis. Vnde mihi videtur, ut tu frater Polycarpe, qui & sacerdotij rectum tramitem tenes, & scientiae Dei repletus es donis, proficiscaris simul ad

Praefectus cum 1400. seruis baptizatur.

Sua persecutio.

confortandas credentium mentes, & animos dubios confirmandos. Quibus ille auditis, acquieuit, & blandum Papæ imperium æquanimiter tulit. Venit itaq; dies Dominica, in qua Caius pontifex agens quæ Dei sunt intra domum Chromatij, omnibus aggregatis, cunctos hac voce alloquitur: Dominus noster Iesus Christus præsciens fragilitatis humanæ, duos credentibus in se gradus constituit, confessionis scilicet, & martyrij: vt qui martyrij pondus se non posse ferre verentur, confessionis gratiam teneant, & concedentes laudem bellatoris Christi militibus, ac pro eius nomine pugnantibus, illorum solliciti curam gerant. Pergant itaque qui volunt, vnà cum filiis nostris Chromatio & Tiburtio, & mecum in hac vrbe qui voluerint, remaneant. Non enim nos terrarum spatia diuidunt, quos Christi gratia necit: nec absentiam vestrâ sentiunt oculi nostri, ga interioris hominis vos intuemur adspectu. Hæc & his similia dicente Papa Caio, exclamauit Tiburtius voce magna, dicens: Ohsecro te pater, & episcoporum episcopo, nê me patiaris terga persequentibus dare. Mihi enim valde iucundum est & optabile, pro vero Deo millies, si possim, occidi: tantum vt illius vitæ dignitatem apprehendam, quam nullus mihi successor eripiat, & cui nulla tempora finem imponant. Tunc sanctus Caius, congaudens fidei eius, lachrymas fundebat, orabatq; vt omnes qui cum ipso remansissent, certaminis victores existerent, triumphum martyrij affecuti.

Remanserunt autem cum venerabili Papa, Marcellianus & Marcus, & pater eorum, vir clarissimus, Tranquillinus, itemque beatus Sebastianus, & iuuenis corpore pulcherrimus, sed pulchrior mente sanctus Tiburtius: tum quoque Nicostratus protoserinarius, cum fratre suo Castorio & coniuge Zoë, & Claudius etiam cum fratre suo Victorino & filio Symphoriano, qui fuit ab hydropis morbo liberatus. Hi soli, reliquis omnibus cum Chromatio proficiscētibus, in vrbe cum Caio pontifice remanserunt: qui Marcum & Marcellianum diaconij honore sanctificauit, Tranquillinum verò patrem eorum fecit presbyterum, & beatum Sebastianum, qui ad multorum profectum sub specie militiæ latebat, Ecclesiæ defensorē constituit: ceteros verò, subdiaconos fecit. Sed quia tutus nullus inueniri poterat locus ad latebram cõfouendam, morabantur omnes apud Castulum quendam Christianum, zetarium palatij, qui eiusdem palatij altissimo loco commanebat. Ea verò mansio idcirco idonea visa est, quod & Castulus ipse cum omnibus suis Christianissimus esset, & lex de sacrificijs lata cum vbique suo feruore sequiret, in illos, qui palatio adhærebant, quia nec suspicio de illis esse poterat, minimè executioni dabatur. Morabantur ergò hi omnes, vt diximus, cum sancto Papa Caio apud Castulum, & diu noctuque gemitibus, fletibus, ieiunijs & orationibus occupati, orabant Dominum, vt digni haberentur tolerantia cõfessionis eius, & in numerũ sanctorum martyrum admitti mererentur. Ascendebant autem ad eos occultè religiosi viri & femina, quippe qui à sanctis diuersas sanitatum gratias impetrarent. Nam & cecorum oculi illuminabantur eorum precibus, & salus reddebatur ægrotis, & de obsessis corporibus demones pellebantur.

Interea dum hæc agerentur, transiens beatus Tiburtius, occurrit homini, qui de alto lapsus fuerat, & caput membraque omnia ita quassauerat, vt parentes eius non nisi de sepultura illius cogitarent: quibus ille flentibus dixit: Permittite me verbo vno illum alloqui: forsitan recuperabit sanitatem. Cumque omnes dedissent spatium, accessit iuxta eum, & dicta tractim oratione Dominica & symbolo super vulnera eius, adeo solidata sunt ossa eius, caputque & viscera omnia, adeoque factus est incolumis, quasi nihil mali passus esset. Hoc facto, coepit abire Tiburtius. Tenebant autem illum parentes eius, dicentes: Veni, & habe eum seruum, & omnia bona nostra tibi trademus eum co, quandoquidem cum esset nobis vnicus, tu eum nobis ex mortuo viuum reddidisti. Quibus beatus Tiburtius respondit: Si ea quæ vobis dixero, feceritis, magni pendam mercedem sanitatis huius. Dicunt ei illi: Nos ipsos si seruos habere voles, contradicere non valebimus: immò verò optamus etiam, si ipse dignum iudicaueris. Tunc apprehensa illorum manu, duxit eos seorsum à turba, & indicauit eis virtutem nominis Christi: vidensque animos eorum firmos in timore Dei, perduxit eos ad Caium pontificem, dicens ei: Venerabilis papa ac diuinæ legis antistes, ecce quos per me hodie Christus lucratus est, in quibus fides mea velut arbutula nouella primum prorupit in fructum. Tunc sanctus Caius baptizauit iuuenem cum parentibus eius, gratias Deo referentem.

Vide exercitia futurorum martyrum.

Tiburtij insignem raculum.

Verum

Verum quia prolixum nimis operis est prosequi ea omnia, quæ per illos Christus fecit, somnissis, quomodo singuli ad palmam martyrij peruenerint, explicemus. Itaque beatissima Zoë cum in Apostolorum natali ad confessionem sancti Petri Apostoli oraret, & insidiantibus paganis arctata, ducitur ad patronum regionis Naumachiae, & compellitur Martis parua statua, quæ illic erat, thura incendere. Cui illa respondit: Mulier, si ille impudicissimæ Veneri potuit pudorem eripere, mihi certè, trophæum fidei in fronte gestanti, non poterit præualere. Non enim ego contra eum luctor meis viribus: sed Domini mei IESV Christi freta virtute, & vos & illum pariter contemno. Tunc patronus regionis misit eam in custodiam obscurissimam, fecitque vt diebus quinque nec lumen videret, nec cibum potumque caperet: intentabat quoque illi minas famis & cecitatis, nisi dijs libaturam se promitteret. At qui eam clausam tenebant, vocem illius audiebant, Deum interim laudantis & benedicientis. Cum autem sex transissent dies, suggererunt de ea Prefecto sequenti: qui iussit eam à collo & capillis in arbore excelsa suspendi, & sub ea fumum è sterquilinio excitari. Statim ergò vt suspensa est, in confessione Domini emisit spiritum. Illi autem tollentes corpus eius, grandi alligatum saxo in Tiberim demerferunt, dicentes, nê Christiani corpus eius tollant, & faciant eam sibi deam.

Eius igitur celebrato martyrio, apparuit illa in somnis beato Sebastiano, indicans ei suum pro Christo susceptum martyrium. Quod cum Sebastianus alijs narrasset, in has Tranquillinus voces prorupit: Fœminæ nos ad coronam precedit: vt quid viuimus? Et octava Apostolorum die ad beati Pauli confessionem accedens, sensit etiam ipse paganorum insidias, & à populo lapidibus obrutus, mortuus est, & corpus eius in Tiberim iactatum est.

Nicostratus quoque & Castorius vnà cum Claudio & Victorino & Symphoriano, dum corpora sanctorum per ripas Tiberis quærunt, tenti sunt, & ad Vrbis Praefectum Fabianum perducti: qui eos hortabatur vt sacrificarent, diebusque decem minis & blanditijs cum illis agens, nihil prorsus mouere eos potuit. Suggestit igitur de illis Imperatoribus, qui iusserunt eos terribi torqueri: cumque nulla ratione tormentis cederent, ita sententia est, vt in medium mare præcipientes mitterentur. Immenfis itaque constructi ponderibus, pelagi fluctibus dati sunt, vt in loco mundo inter aquas coronam martyrij reportarent. Atque ita fidelibus infideles insidiabatur, & iniquo furore eos persequerentur, adeo vt nec videre æquo eos possent animo, nec eorum ferre nomen.

Interea sancto Caio episcopo Torquatus quidam se simulata fide sociavit, dicens se esse Christianum. Erat autem apostata, & homo fraudulentus in omni sermone, & callidus in omni commisso. Quid multa? Cum à beato Tiburtio viro nobili, erudito & sancto frequenter argueretur, quod capillos super apicem frontis, tonsoris arte componeret, quod assidue commessaretur, & ludendo pranderet, quod foeminarum adpectu delectaretur, quod à ieiunijs & orationibus se subduceret, quod somno deditus, non interesset peruigil hymnos Deo noctu dicentibus: cum propter hæc inquam, à beato Tiburtio acriter obiurgaretur, se eius monita simulat libenter accipere, egitque arte, vt orantem sanctum Tiburtium infideles comprehenderent, in qua comprehensione se quoque fecit teneri, & simul perducere ad secretarium iudicis seuentis. Quod cum perducti fuere, Fabianus praefectus dixit ad eum, qui se arte tradiderat: Quis diceris? At ille respondit, Torquatus. Fabianus dixit: Quid proferis? Torquatus dixit: Christianus sum. Fabianus ait: An ignoras iussisse inuicissimos principes, vt qui sacrificare dijs nolint, diuersis supplicijs macerentur? Torquatus ait: Hic magister meus est, & ipse me semper docuit, quod eum videro facere, me quoque facere necessè est. Fabianus conuersus ad Tiburtium, dixit: Audisti quid Torquatus asserat? Quod ad hæc respondit Tiburtius ait: Diu est, quod Torquatus se Christianum esse mentitur. Virtus enim ipsa sancti nominis grauius fert & molestè, suum nomen à non suis amatoribus usurpari. Reuera enim, vir illustrissime, hoc Christianum nomen diuinæ virtutis est, sectatorum scilicet Christi, qui verè philosophati sunt, qui ad obtinendas libidines fortiter dimicant. Credisne vir illustrissime, hunc esse Christianum, qui in sui lenocinio molendo capitis fimbrias admittit, qui tonsorem diligit, qui scapulis molliter gestit, qui fluxum gressum improbo nisu distendit, qui neglectis viris, foeminas curiosius intuetur?

Nun-

Cõfessores & martyres.

Papa, episcoporum episcopus.

Aliique martyres Romæ permanent.

Alij abeunt.

Zoë orat ad confessionem S. Petri.

Dirè cruciatur.

Migrat ad Dominum.

Tranquillinus ni cedes.

Alij, torquentur.

Torquatus, homo fraudulentus.

Vide fraudem apostatae.

Obferua  
quos Chris-  
tus nolit  
habere ser-  
uos.

Prou. 19.

Egregia Ti-  
burtij con-  
stantia.

Tiburtius  
illeſus cal-  
car pedibus  
prunas.

Capite trū-  
catur.

Caſtuli  
martyriū.

Item Mar-  
ci & Mar-  
celliani.

Pal. 132.

Nunquam tales peſtes Chriſtus dignatus eſt habere ſeruos ſuos. Verum quando hic ſe imitat urum e aſſeruit, iam tu ipſe coram eum probabis eſſe mentitum. Nam qualis ſem- per fuerit, nunc euidenter oſtendit. Fabianus dixit: Conſultius feceris, ſi ſaluti tuæ pro- ſpiciens, principum decreta non ſpernas. Tiburtius ait: Ego verò ſaluti meæ melius non conſulo, quam vt deos deasque contemnens, vnum Dominum Ieſum Chriſtum De- um meum eſſe conſitear. Torquatus dixit: Non ſolum ipſe Chriſtianus crudelis eſt, ve- rum etiam decipit alios, perſuadens & docens deos omnes eſſe demones: ipſe autē cum ſocijs ſuis, cum quibus magicas artes exercet, diu noctuque incantationibus occupa- tur. Tiburtius dixit: Falfus teſtis non erit impunitus. Hic, quē vides, vir illuſtriſſime, ma- litia ſua curis exęſtuans, nullam aliam ob cauſam Chriſtianis ſe adiunxit, niſi vt notus Chriſtianum ſe ſingeret, & alijs fideliffimum mentiretur. At ego reprehendebam in eo Cycopleam edacitatem, emergentem è vino putorem, & ſepultam diuini nominis fan- ditatem. Ebrius patiebatur ſitim & eſuriem vomens: nec vt Chriſtianus, ſed vt Antoni- anus quondam ille conuiuator, edebat, potabat, vomebat: & nunc Chriſtianos arguit, Chriſtianosque accuſat, & in eos mitem iudicem incitans, gladium nolenti porrigit, vtque demonibus ceruices inclinemus, hortatur.

Videmus votum tuum, videmus cruenta conſilia, & ſclerata arte verborum conſi- ta tui peſtoris venena intuemur. Accingere ergo crudeliſſime, & vttere carnicifcis offi- cio. Vindica tibi ipſius iudicis vocem, applica equuleos, ſuſpende Chriſtianos, damna, percutte, incende: vniuerſa denique ſupplicia adhibe. Si exilium minaris, hoc philoſo- phantibus totus eſt mundus: ſi mortis ſupplicium, euadimus mundi carcerem: ſi ignes, maiora his incēdia in cupiditatibus vincimus. Decerne quicquid libet: omnis nobis vi- lis eſt poena, vbi pura comes eſt conſcientia. Fabianus dixit: Reſtitue te generi tuo, & hoc eſto, quod natura diſtauit. Nobiliter enim natus, ad eam deuolutus eſt ſecem, vt po- ſis & ſupplicium & infamiam, & mortem perpeti. Tiburtius dixit: O prudentiſſimum vi- rorum, & Romanis iudicem cōſtitutum. Quia meretricem Venerem, inceſtum Iouem, Mercurium fallacem & Saturnum filiorum occiſorem colere nolo, generi meo dede- cori ſum, & infamia mihi notam inuro. & quia vnum verum Deum, qui in cęlis regnat, adoro & veneror, ſupplicijs me macerandum minaris. Non abnuimus, non renitimus: non negamus Chriſtum filium Dei ad hoc deſcēdiſſe de cęlo ad terras, vt à terris homo ad cęlos poſſit aſcendere. Ideoq; iſtas vanas effigies omnes, quas colitis ſine cauſa, pro- culcans pedibus meis, Deo me omnipotenti ſubiici.

Tunc Fabianus iuſſit ante pedes eius carbones ardentes effundi, & ait ad eum: Elige tibi vnum è duobus: aut thura his carbonibus impone, aut pedibus ſuper eos nudis in- cede. Tiburtius itaque faciens crucis Chriſti ſignum, conſtanter ſuper eos nudis ingreſ- ſus eſt plantis, dixitque preſeñto: Depone infidelitatem, & diſce quia hic ſolus eſt Deus, quem conſitemur creaturis omnibus dominari. Tu verò, ſi potes, mitte manū in aquam calidam in nomine Iouis tui, & ſi poteſt Iupiter deus tuus, faciat te non ſentire ardo- rem. Nam mihi quidem in nomine Domini mei Ieſu Chriſti videtur, quod ſuper flores roſeos gradiar, quia creatura ipſa creatoris ſui ſamulatur imperio. Fabianus dixit: Quis ignorat artem magicam vos docuiſſe Chriſtum veſtrum? Tiburtius ait: Obmutiſce in- felix, & noli auribus meis has irrogare iniurias, vt audiam te rabido ore latrantem, vel nominare ſanctum & mellifluum nomen. Tunc iratus Fabianus, hanc in eum diſtauit ſententiam: Blaſphemator deorum, & reus atrocium iniuriarum, gladio animaduerta- tur. Ducus eſt igitur in viam Lauicanam tertio ab Vrbe milliario, & effundens oratio- nem ad Dominum, vno gladij icu caſus deceſſit, & in eodem loco apparente quodam Chriſtiano ſepultus eſt: quo in loco plurima ſemper beneficia præſtat Chriſtus ad lau- dem nominis ſui vſque in præſentem diem.

Post hæc Torquatus egit, vt Caſtulus palatij zetarius, ſanctorum hoſpes, apprehen- deretur: qui tertio appenſus, & tertio auditus, cum in Domini confeſſione perſeueraret, miſſus eſt in foueam, demiffaque ſuper eum maſſa arenaria, etiam ipſe cum palma mar- tyrij migravit ad Chriſtum. Tenentur deinde Marcellianus & Marcus, & ambobus ad ſtipitem ligatis, in pedes eorum clauiculi infixi ſunt: dixitque ad eos Fabianus inſa- niſſimus iudex: Tandiu ita confixis ſtabitis plantis, donec dijs debitum reddatis offi- cium. At illi ad vnum confixi lignum, pſallebant dicentes: Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in vnum. Ad quos Fabianus, Deponite, inquit, amen- tiam

tiam infelices & miſeri, & liberate vos à tormentis imminentibus. Cui ambo reſponde- runt: Nunquam tam bene epulati ſumus: quia modò cœpimus eſſe fixi in amore Chri- ſti. Vtinam nos ſic eſſe permittas, quadiu huius corporis tegimur indumento. Cumq; tranſiſſet vnus dies & nox, & illi in pſalmis & hymnis perſeuerarent, iuſſit ambos vbi ſta- bant, lanceis per latera verberari, atque ita etiam ipſi cum martyrij gloria ad ſiderea re- gna migrarunt: ſepultiq; ſunt via Appia, milliario ſecundo ab Vrbe, in loco qui voca- tur Ad arenas, quia cryptæ arenarum illic erant, ex quibus Urbis mœnia ſtruebantur.

His igitur expletis, beatus ſeſtavianus conuentus eſt: & quia, vt diximus, videbatur ſub chlamyde latere, cum Chriſti eſſet digniſſimus miles, ſuggeſſit de eo preſeñtus Dio- cletiano Imperatori. Eum itaque ad ſe vocans Diocletianus, ait illi: Ego te inter primos in palatio meo ſemper habui, & tu contra ſalutem meam in deorum iniuriam hætenus latuiſti? ſeſtavianus dixit: Pro ſalute tua Chriſtum ſemper colui, & pro ſtatu orbis Ro- mani illum, qui in cęlis eſt, ſemper adoravi, conſiderans à lapidibus auxilium petere, inſani eſſe & vani capitis. Tunc iratus Diocletianus, iuſſit eum duci in medium cam- pum, & ligatum ibi, perindè vt ſignum, ſagittis peti à ſagittarijs. Poſuerunt ergo eum milites in medio campo, & hinc inde iaculis adeò repleuerunt, vt inſtar hericij ex ſagit- tarum denſitate hirsutus videretur. Exiſtimantes autem illum mortuum, abiērūt. Tunc reſiſta martyris Caſtuli Zetarij, nomine Irene, abijt noctu, vt corpus tolleretur & ſepeli- ret: & inueniens eum viuentem, per ſcalam excelſam adduxit eum in domum ſuam, vbi manebat, in palatium: vbi intra paucos dies membrorum omnium integerrimam re- cuperavit ſanitatē. Cumque Chriſtiani omnes ad eum conuenirent, hortabantur eum abſcedere. Ille autem oratione facta deſcendit, & ſtans ſuper gradus Heliogabali, venientibus Imperatoribus dixit: Iniquis ſurreptionibus animos imperij veſtri templo- rum pontifices obſident, ſuggerentes de Chriſtianis falſa commenta, tanquam illi ſint Reip. aduerſarij, cum illorum orationibus Reſp. in melius proficiat & creſcat. nō enim ceſſant pro imperio veſtro & pro ſalute Romani exercitus orare. Cum hæc & id genus alia diceret, Diocletianus ait: Tu ne es ſeſtavianus, quem nos dudum ſagittis iuſſeram interſici? ſeſtavianus dixit: Ad hoc me Dominus meus Ieſus Chriſtus reſuſcitare dignatus eſt, vt conueniam & conteſter vos coram omni populo, iniuſto iudicio perfe- cutionem veſtram in Chriſti ſamulos ebullire. Tunc iuſſit eum in hippodromum pala- tij duci, & tandiu ſuſtibus cædi, donec exhalarēt ſpiritum. Tulerunt autem corpus eius noctu, & in cloacam maximam miſerunt, dicentes, Ne fortè Chriſtiani eum ſibi marty- rem faciant. Porro beatus ſeſtavianus apparuit in ſomnis matronæ religioſæ, Lucinae nomine, dicēs ei: In cloaca illa, quæ eſt iuxta Circum, quære, & ibi inuenies corpus me- um pendens in vncō: quod cum leuaueris, perduces ad Catacumbas, & ſepelies me in initio cryptæ iuxta veſtigia apoſtolorum. Itaque beata Lucina cum ſeruis ſuis media nocte abijt, & eleuans corpus eius, poſuit in pileto ſuo: perductumque ad locum, vbi ille imperauerat, cum omni diligentia ſepeliuit, perque dies triginta à ſancto loco illo non receſſit. Poſt aliquot autem annos, pace Eccleſiæ reddita, domum ſuam mutauit in eccleſiam, omnes opes ſuas pro Chriſtianorum conſolatione illi derelinquens, & ec- cleſiam earum hæredem inſtituens in Chriſto, qui viuunt & regnat Deus per omnia ſecu- la ſeculorum, Amen.

## VITA S. MAVRI EPISCOPI CAESENATIS.

Authore D. Petro Damiani, Epifcopo Oſtienſi.

### P R A E F A T I O.



Vpientes aliquid ſcribere ad gloriam Dei noſtri de beato Mauro Pōtifice, ſic auditorum deſiderio ſatisfacere cupimus, vt iuxta dige- ſtæ relationis modum, veritati per omnia conſulamur. Contemnen- dus quippe pincerna eſt, qui dum vini copiam iactat, ſecem quoque puniēda temeritate propinat. Improbos opipator eſt, qui tanta am- bitione alijs conuiuium præparat, vt in ſeme ipſum eſtuantis famis incendiū ſequere permittat. Temerarius nihilominus narrator eſt, qui dum laudum præconijs alios extollere nititur, ipſe mergi in falſitatis barathrum non vere-



veretur. Nonnulli enim Deo se deferre existimant, si ad deferenda laudis eius insignia, falsitatis argumenta component. Qui nimirum si egregij prædicatoris verba diligenter attendent, talia non sentirent. At enim Corinthijs: Si autem Christus non resurrexit, inanis ergo est prædicatio nostra, vana est fides vestra. Inuenimur autem & falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus aduersus Deum, quod suscita ueritatem Christi, quem non suscitauit. Secundum hæc ergo Apostolica verba falsus testis DEI merito dicitur, qui indiscretè eum cupiens laudare, mentitur: & aduersus Deum proculdubio perhibet testimonium, quisquis in eius laude peruersa molitur arte commentum. Propheta quoque terribiliter intonat, dicens: Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes eos qui loquuntur mendacium: nimirum manifestè declarans, quia sicut leuius est odire, quam perdere: ita etiam tolerabilius est, iniquitatè ex infirmitate perficere, quam ex studio mendacia fabricare. Hinc est quod per Ieremiam de mendacibus dicitur: Docuerunt linguas suas loqui mendacium: ut iniquè agerent, laborauerunt. Qui enim simplicem veritatem vltro oblatam proferre poterant, fatagunt ut mendacia cum labore confingant. Hic si quis nos longæ præfationis fortè redarguat, atque id, quod in Machabæorum libro scriptum est, austerus censor opponat, Stultum est, inquit, ante historiam profuere, in ipsa autè historia succingi: Hanc reddimus rationem, quia ubi materia abundantia suppetit, ipsa styli prolixitas prohibet in talibus immorari. Hic autem, ubi de beati viri virtutibus pauca quæ scribi debeant, præstò sunt, vtilius arbitramur ad ædificationem audientium, ad quam omnis ecclesiastica intrèdit scriptura, in proœmio contra mendacium scribere, quam pro narrationis inopia ipsam historiam mendaciorum sinibus protelare. Igitur quæ de vita vel miraculis beati Mauri ad nostram notitiam peruenire potuerunt, secundum quod iuxta quorundam monachorum non omninò contemptibilem, conijcere narrationè potuimus, fidelibus Christi fideliter intimamus.

## HISTORIA.

IANVAR. 20.  
Caesenna  
sub ditione  
Romanæ  
Ecclesiæ.



S. Maurus  
Caesennæ p.  
ficatur Epi.  
scopus.

Galat. 1.

In quosdā  
nimium de  
ditos exte-  
nis occupa-  
tionibus.

O itaque tempore, cum adhuc Romana Ecclesia spatiosius multo iura protenderet, & inter cætera Caesennate etiam oppidum possideret, contigit ut eadem Caesenna suo priuaretur Episcopo. Cumque Romanus Pontifex cerneret nepotem suum, beatum videlicet Maurum, virtutum gradibus ad alta conscendere, & in sanctæ conuersationis studio non segniter vigilare, congruum duxit, ut talem virum ad sacerdotalis officij apicem promoueret, quatenus lucerna spiritus sancti non sub modio delitesceret, sed super candelabrum posita, omnes qui in domo Dei sunt, sacræ doctrinæ radijs illustraret. Quid perplura? Tandem beatus Maurus Caesennatis ecclesiæ cathedram, diuina prouidentia disponente, suscepit. Idcirco autem vel Regis qui tunc imperabat, aut ipsius Apostolici p̄sulis hic interponere nomina prætermisimus, quia cum ipsis, qui nobis reliqua dicunt, hæc pariter ignoramus. Eorū namque vocabula in antiquis quidem codicibus se vidisse commemorant, sed cum ciuitas ante hæc flammis fuisset exusta, monumenta quoque perhibent simul fuisse cōsumpta. Cum igitur vir Dei Maurus tam arduæ curæ sibi conspexisset onus impositum, sicut de B. Paulo legitur, nequaquam acquieuit carni & sanguini, sed cœpit se in diuinis obsequijs ranto vigilantior reddere, quanto sibi nouerat & tot subditorū custodiam imminere. Perpendens namque quia ars est artium, regimen animarū: congruum iudicabat, nec interiorū curam, exteriorū occupatione minuere, nec rursus exteriorū prouidentiam, interiorū sollicitudine funditus declinare, nè videlicet aut exterioribus deditus, ab intimis omninò corrueret, aut solis interioribus occupatus, quæ foris debebat proximis, negligentius exhiberet.

Sepè namque nonnulli velut oblitī, quod fratribus animarum causa prælati sunt, tanto cordis annisu secularibus curis inferuiunt, quod has, cum adsunt, se agere exultant: ad has etiam cum desunt, turbulentis cogitationū astitibus anhelant. Cumque ab his, cessante forsitan opportunitate, quieti sunt, ipsa detentiū sua quiete fatigantur. Voluptatem namque decernunt, si actionibus deprimantur: laborem putant, si in terrenis negocijs non laborant. At contra nonnulli gregis quidem curam suscipiunt, sed sic sibi vacare ad spiri-

spiritalia appetunt, ut rebus exterioribus nullatenus occupentur. Qui cum curare corporalia funditus negligunt, subditorum necessitatibus minimè occurrunt. Quorum nimirum prædicatio plerumque despicitur: quia dum delinquentium facta corripiunt, sed tamen eis necessaria præsentis vitæ non tribuunt, nequaquam libenter audiuntur. Egentis etenim mentem doctrinæ sermo non penetrat, si hunc apud eius animum manus misericordiæ non commendat. Tunc autem verbi semen facilè germinat, quando hoc in audientis pectore pietas prædicantis rigat. Hæc autem idcirco de diuersis pastorum moribus loquimur, ut, quam prudens, quam moderata in B. Mauro fuerit discretio, demonstremus. Qui nimirum dum neque contemplatiuæ vitæ ocium sectando, actiuam omninò deseruit, neque per actiuæ latitudinem liberè discurrendo, à contemplatione recessit, ut ita dixerim, per auream viam cælestis regni celsitudinem penetrauit.

Denique dum in Episcopio suo degeret, & commissam sibi ecclesiam strenuè gubernaret, cœpit valem locum sollicita mētis indagatione perquirere, ubi ad tempus & à secularium turba secedere, & soli Deo posset specialius adherere: Domini sui non segnissimus imitator, qui per diem in urbibus prædicabat, nocturnè verò, in monte orationibus insistebat. Dumque in dies huius anxietatis magis ac magis cura succresceret, tandem adiecit oculum ad breue quoddam promotorium, quatuor ferè stadijs ab exigua vrbe semotū. Vocabatur autem saltus Spatiani, locus scilicet nec præruptis cacuminibus sublimis ad alta porrectus, nec omninò depressus in ima, ad arualem videbatur planitiem coequatus. Sed ita erat congruo tenore in quodam meditullio constitutus, ut & super se positus liberè visendæ totius penè diocesis facultatè tribueret, se autem ascendentes nequaquam excellentior decliuus processibus fatigaret. Erat enim mons ille nemorosa diuersarum arborum densitate vestitus. Hic itaque riuons beati viri ad spectibus placuit, ac si montem Oliueti adiacere vrbi Hierusalem cerneret, atque hunc Psalmum non immeritò cum Propheta concinere potuisset: Memor, inquit, ero tuī Domine de terra Iordanis, & Hermonij à monte modico: quem videlicet montem prius à Romano Pontifice, sub cuius iure detinebatur, petijt: deinde cellulam sibi illic cum exigua ecclesia fabricauit, ubi quadragesimali tempore perseuerans, ieiunijs & orationibus operam dabat. Et si quando de ecclesiasticis negocijs furari poterat, ad eandem cellulam velut ad dulcium epularum conuiuium recurrebat. Illic denique fluentum diuinæ contemplationis audis mentis suæ faucibus hauriebat, vnde postmodum arentia proximorum pectora sanctæ prædicationis poculo recreabat. Illo planè loco quasi pro balneo utebatur: ibi enim curabat abluere, si quam ex secularium hominū colloquutione aut verbi aut cogitationis maculam contraxisset, & puluerem mundanæ conuersationis, sine quo hæc humanæ mortalitatis via non carpitur, crebris illic lachrymarum fontibus expiabat. Ille igitur locus, qui sancto viro in vita tam dilectus & familiaris extitit, post mortem quoque eius sepultura meruit insigniri. Nam corpus eius in faxea arca reconditū, iuxta paruum basilicam, quam ipse construxerat, est collocatum.

Hæc igitur sunt, quæ de vita beati viri ad nostram potuerunt peruenire notitiā, non quod sunt à nostris relatoribus visā, sed succedentium generationum celebri memoria diuulgata. Quidam autem antiquus admodum senex, & corpore marcescente iam tremulu, nostris nuper temporibus extitit, qui se vidisse huius beati Mauri nepotem, Constantium videlicet nomine, Episcopum Caesennatis ecclesiæ testabatur. Sed quoniam de vita beati Mauri ea, quæ nobis audire contigit, stylo currente digessimus, nunc qualiter omnipotens Deus ad gloriam sui nominis eius merita reuelauerit, breuiter explicemus. Est autem nunc celebre monasterium in prædicto monte, in quo vir Dei orare consueuerat, ad honorem beatæ Dei genitricis & virginis cōstitutum, ubi mons Mauri ex antiqua populi consuetudine dicitur, quia locus ille non immeritò sancti viri vocabulo decoratur.

Cum igitur arca illa, ubi beati viri corpusculum claudebatur, iuxta præfatam ecclesiam, terræ vndique crescente congerie, delitesceret, & vix saxi ipsius summitas solotenus eminere, contigit ut homo quidam cum liranij adueniens, soluta caligæ ligula, repente illic pedem poneret, & nil tale existimans, securè ligaret. Vincto igitur talo, cum iam vellent abscedere, pedem nullo modo potuit amouere. Cumque diu conaretur, & omnia tentans, huc illucque se verteret, pes nihilominus stabat immotus, & velut quibusdā clauis saxo tenebatur affixus. Stabat miser ignoti criminis reus, & qui sibi cor-

R r rigiam

Magna B.  
Mauri mo-  
deratio.

Luc. 21.

Psa. 41.

Construit  
sibi cellam  
& adiculam  
in colle.

In ea con-  
ditū est cor-  
pus eius.

Mōs Mau-  
ri.

Vide mira-  
culum.

rigiam ligare voluerat, semetipsum potius saxo ligasse dolebat. Volebat stare, sed vna innixus planta, non poterat. Optabat iacere, sed à suo pede correre non valebat. Tandem repentino populi aduentante concursu, alij malleis, alij securibus gestientes, partem lapidis præciderunt, & post multa vix hominem de saxo exculpere potuerunt. Mox lætantis turbæ clamor exoritur, mira Dei virtus attollitur, & beati Mauri tumulus dignus reuerentia indicatur.

Tumulus sancti viri innotescit.

Item prædicti cœnobij monachus, Tenzo videlicet nomine, grandæus iam & ipsa canitie venerandus, cuius hoc relatione didicimus, aliud miraculum retulit, quod nequaquam silentio præterimus. Aliquando ipse prædictus frater acerrima vi febriurgebatur. Cumq; nulla medicinali cura, nullo prorsus humano studio ad incolumitatis statum redire potuisset, cuida suæ materteræ, religiosæ videlicet sanctimoniali, nocturno silentio beatus Maurus apparuit, eiq; dixit: Si vis, inquit, nepotē tuum ex ea, quam patitur, ægritudine conualescere, denūcia ei, vt super sepulturam meam signum sanctæ crucis insigat, omniq; anno solennitatē mihi celebrare deuoeat. Cumq; ille beati viri oraculum, quod sanctimoniali referente cognouit, gratanter impleret, mox ferrea cruce super tumulū fixit, deinde commotis visceribus præcipitater euomit, atq; ita protinus omnē ignei languoris molestiā velut ipso vomitu egerente proiecit. Iamq; pristinae sanitati integritate restitutus, dignas Saluatori Deo gratias retulit, & B. Mauri miraculum, quod in se expertus fuerat, ad gloriā nominis Dei multis indicare curauit. Iam igitur celebri vtriusq; signi fama volitante per populū, cœperunt multi ad sacras beati viri reliquias deuotē concurrere, pijsq; eius meritis suas animas attentiū commendare. Nonnulli etiā diuersis valedudinū incommoditatibus laborantes, dum vel detrita sepulchralis marioris limaturā biberent, vel beati confessoris misericordiā suis tātummodō precibus implorarent, sani & incolumes ad propria sunt reuersi, quocunq; fuissent vinculo ægritudinis obligati. Videres miserabilium languidorum soluta cadauera alieno prius adminiculo sustentante deferi, qui mox cum magna exultatione atque tripudio remebant, salutis pristinae reparati.

Liberatur febricitans miro modo.

Multi curant morbid.

Cumq; tot miraculis coruscantibus magis ac magis præclara B. Mauri fama crebreferret, & virtutes, quas per eum Dominus ostēdebat, nō solum cōtigua quæque, sed & remotiora locorū spatia personarēt, tandem conuocatis Episcopis vicinarum vrbiū, multisq; populorū turbis vndiquē cōfluentibus, certatim arca illa, in qua beati viri patrocina reconditur, effoditur, & terebrato pariete ecclesie, inter absidā & altare cum hymnis & laudibus summa diligētia collocatur. Processu verō temporis eadem basilica maior facta est, atq; vt in præsentiarū cernitur, festiuus decorata, vbi ad declaranda beati cōfessoris merita, multa fiunt vsq; in præsentē diem, Domino operāte, miracula. Ex quibus nos pauca perstringimus, quæ nimis hī, qui nobis referunt, se vidisse testantur. Papa Gerbertus iuxta Cæsennā castra metatus erat, eiusq; oppidū circumfusi exercitus obfidione vallabat. Tunc temporis ad B. Mauri tumulum delatus est quidā rusticus, gemina morborū passione depressus, cōtractus videlicet ac cæcus: sed postquam esset oratū, & lux amissa ad oculos redijt, & rigida membra fugatus languor absoluit. Protinus vidēs se homo sanitati tam mirabiliter redditū, vt potē quas valebat gratias agens, beato se in eius seruum perpetuo iure cōtradidit, māsūrumq; se in eius obsequio, donēc adiuuaret, deuotauit. Qui percepre salutis munere penē per decennium fruens, postmodū fragilitati carnis eneruiter cessit, vxoremq; sibi non fausto coniugio copulauit. Mox enim vt luxuriandi voluptate potitus est, oculorum lumen funditus perdidit, & quā diū vixit, in eadem cæcitate permansit. Et certē dignum fuerat, vt quia iuri B. Mauri, cui se mancipauerat, libidinis iugo turpiter colla supposuit, dono, quo ab vno Domino fuerat diratus, amitteret, & qui interiores spontē inciderat, inuitus exteriores tenebras incurrisset.

Sanatur contractus, idemq; cæcus.

Vide vtrioq; in vtrifragum.

Videtur deesse, sic subtrahēs, aut aliquid simile.

Liberatur de moniaca

Alio quoq; tempore demoniaca quædā ad altare beati viri deducta est, quā tanto pestifer spiritus furore repleuerat, vt eam sibi quasi organū faciens, multa per os eius sacrilega insania proferret, diras voces emitteret, & velut canis rabida crebris nauatibus elatraret. Triduo aut postquam illuc perducta est, vehemēti quodā impetu sanguinem vomuit, & ita malignū spiritū, à quo tenebatur, eiecit. Alia quædā mulier necessitati rei familiaris plusq; deberet, intenta, in festiuitate S. Zophili triticum purgare non timuit: sed dum beato Cōfessori digni honoris reuerentiā nō exhibuit, digna ahimaduersionis

uersionis sententiam non euasit. Nam ilicō diuino percussa iudicio, brachijs attractis obrigit, & eodem modo ac si capistrum adhuc ventilare videretur, tremere infeliciter cepit. Hęc itaq; ante B. Mauri altare deducitur, & in prædicta solennitate nunquam se vltius quippiā tale facturam instantissimē pollicetur. Mox largissima omnipotentis Dei misericordia clemēter adfuit, & stupida mulieris brachia ad libertatem proprii vigoris pleniter reformauit. Rursus alia mulier profluuiū sanguinis patiebatur: quæ cū in insanabili plaga iugiter vexaretur, & hæc atq; illa tentans, nullū salutis potuisset inuenire remedium, tandē in extremis angustijs cōstituta, reperit necessitas ipsa cōsiliū. Nitido itaq; iuxta possibilitatem suam linteo B. Mauri mausoleum cooperuit, & ita dimittis liberata, omnem prorsus molestiā luridi languoris euasit. Enimvero cū Apollolus dicat, fide mundans corda eorum, quia mundo corde, vt potē, plena fide beati viri tumulum tetigit, dignē promeruit à profluentis sanguinis immunditia liberari.

Punitur festum diem violans.

Sanatur.

Item alia morbida. Act. 15.

Rursus alia

Cæca restituit lumen.

non multa, legendū puto.

Item alia mulier ita erat violentissimi languoris immanitate cōorta, vt soluto naturæ ordine, ora teneret post se, ceruicē faceret ante se. Quæ similiter super B. Mauri memoria linteum posuit, & protinus sanitate recepta, quibusq; membris ius suum natura restituit, & ad tenendum vigorem proprium arteriarū organa temperauit. Alia quoque mulier, amisso lumine, de Aquitaniæ finibus deducta est, quæ Gallicæ animositate genium seruans, & ex more patriæ verba violenter infringēs, obstinatissimē testabatur, quod nunquam indē recederet, nisi per B. Mauri merita lumen, quod amiserat, recepisset. Sicq; magno fidei seruore succensa, breue tuguriolum iuxta ecclesie parietē compilaui, vt quodammodo potius habitaculum, quā preparare videretur hospitium. Cumq; per octo dies instantissimē fuisset oratum, lumen quod quærebat, diuina gratia largiente recepit, & dignas illuminatori suo Deo & Mauro eius famulo gratias retulit. Populienis diocesis turba ad beati Arduini limina orationis causa tendebat, cumq; per oratorium B. Mauri transitū habuissent, contigit vt quædam ex illis foemina, genu Abbatissis ipsius monasterij humiliter osculata, commeandi licentiam peteret: Quæ vix vnius sagittæ emissionē progressa, arrepta mox à demonio, in terram proijcitur, concutitur, volutatur, & multa cōiicia aduersus eundem Abbatem inordinatē euomebat. Hęc itaq; ante B. Mauri altare deducta, multo post diuinæ virtutis est imperio liberata, ita vt redeuntibus socijs, iam sibimet reddita, simul cum eis sana & incolumis reuerteretur ad propria.

Hęc igitur fratres charissimi de virtutibus, quas omnipotens Dominus per beatum confessorum suum Maurū operari dignatus est, pauca perscripsimus, vt ad glorificandā diuinæ maiestatis potentiā vestre charitatis studium incitemus. Qui dum nobis adhuc in via positus miraculorum suorum dignatur exhibere virtutem, per hæc nos ad capefendam cælestis patriæ inuitat & prouocat hereditatem, testante Psalmista, qui ait: Virtutem, inquit, operum suorum annūciauit populo suo, vt det illis hereditatem gentiū: quatenus dum ipsa sanctorū sepulcra rot miraculis radiare conspicimus, de immensa eorum gloria qua iam cum Christo regnant, minimē dubitemus: vt despectis terrenis, illuc se noster animus iam per desiderium transferat, vbi se gaudere in perpetuum spectat: illuc se liberē spiritus dirigat, vbi imperator celi Christus cum superne curiæ senatoribus ineffabiliter regnat: Cui sit gloria & imperium cum coæterno patre & sancto spiritu per omnia secula seculorum, Amen.

VITA ET RES GESTAE S. PATRIS NOSTRI,

MAGNI ILLIVS EVTHYMII ABBATIS, AVTHORE

Cyrillo monacho. Fortassis autem tota historia à Metaphraste paraphrasticis reddita est.



Viuilibet quidem rei exercitatio, egrē absq; exemplo & difficiliter rectē geri potest: multo magis autem virtutis operatio, quo est difficilior & laboriosior, & perpetuo labore & tolerantia indiget. Idcirco multis quidem exemplis, multa autē eorum, quæ ab alijs in vita gesta sunt, historia opus est ijs, qui hanc vitam asperā ingredi constituerūt: quæ quidē & viam faciunt planiorem, nec sinūt eos defatigari, qui, quā ea sit aspera & ardua, respiciunt. In ijs enim inueniens, quibus-

20. IANVA.

Sanctorum exempla quid conferant.

nam modis, monitis & præceptis, & quānā deniq; ratione res eis reatē successerit: quin etiam quasnam ipsi rursus consecuti sunt & cōsequenter remunerationes, etiam si eius hebes sit & obtusus animus, etiam si ignauus & supinus: volent tamen aliquando excitari, & ad parem accendi æmulationem, & aggredi ad imitationem. Qualis quidem mihi videtur esse vita magni patris Euthymij, simul & iucundissima, & laboriosissima, & apertissima ad lætificandos & demulcendos eos, qui eam legerint, & ad rerum similitudinem excitandos: ad eō ut si quis eum voluerit imitari, is & viuus & mortuus fuerit clarissimus. De eius itaq; rebus incipiendū est mihi ab alto dicere, & eā narrandē sunt auribus, quā fieri potest, maximē pijs.

Valentis imperium.

Arrianismograssatur.

Polyeucti martyris templum.

Euthymius nascitur.

Ecclesiæ pax.

Valentis interitus.

1. Reg. 1.

Cum impius paulō antē Iulianus miserē cum imperio vitā quoq; amisisset, & dein de paulō post imperium delatum fuisset ad Valentem, bella difficilia propter acerbam Arrij communionem circumsistebant omni ex parte ecclesias: & cum celsasset paganismus, Arrianismus admodum inualefcebat, & apertē laborabant ecclesiæ. Erat autem Melitena, quæ est vrbs Armeniæ ad Euphratem, quidam nomine Paulus, cui vitæ confors erat cōiunx nomine Dionysia, ambo clari & virtute & genere. Cum esset verò sterilis & careret liberis, id dūcebat non moderatum esse infortunium, neq; parua dignū solitudine: sed grauibus curis agitabatur, & doloribus lacerabatur: eiusq; cor & viscera propter liberorum egestatem igne quodammodo accendebantur, ut quæ fructus ventris desideraret. quæ quidem res est pluribus mulieribus vel maximē oprada, & quæ sit oculis iucundissima, & quæ potest eis afferre gloriam, & efficere, ut non sit humilis & abiectus earum obtutus, neq; fiducia & libertate priuentur in maritorum oculis. Cum sic ergo se haberet, & tali premeretur calamitate, ad propinquū diuini Polyeucti martyris templum veniens cum coniuge, (eum enim accepit voti quoque sociū, quem necessariō habuerat antea tristitia) in eo perseuerarunt multis diebus in oratione. Petebant autem, ut sibi soluerentur vincula sterilitatis: & rogabant, ut fructum ex se natum viderent. Noctū autem eis aliquando seorsum orantibus, diuina quædam appareret visio, dicens: Estote, estote bono animo. Dat enim vobis Deus filium, qui à bono & tràquillo animo, nempe euthymia, nomen accipiet, & eo dignos mores est habiturus. In illius autem ortu animi quoque tranquillitatem dat Deus suis ecclesijs.

Atq; illi quidē cum tempus signāssent visionis, propterea quod esset admirabile spectaculum, domum redierunt: & se, quod narum fuerit, Deo esse dedicatos professi sunt. Paulō post autem vteri quoque tumor conceperunt confirmabat, & Dionysie animus implebatur lætitia. Deinde cum eis natus esset puer quarto cōsultato Gratiani, eum quidem congruenter visioni nominant Euthymium. Visionem autem res quoque est consecrata, & componi cœpit bellū aduersus Orthodoxos, & à difficili tempestate iam respirabant ecclesiæ, & vis illucescebat pietatis: & ad animi tranquillitatem res tristes eis cōuertebantur. Nam cum tempore Constantij ecclesias vexasset persecutio, & tempore Iuliani Tyranni, ut iam prius diximus, & Valentis, qui fuit Imperator Orientis, nō minus quā quadraginta annos Arriani ingentes efflāssent spiritus aduersus pietatem, Euthymio iam nato, cui à tranquillitate nomen est impositū, composita & sedata fuerunt res omnes tristes ecclesiarum. Valens enim, cum nōdum aduenisset quintus mēsis post ortum Euthymij, exercitum ducens aduersus barbaros, qui securē vexabant & populabantur Thraciam, cæsis copijs, ipse quoque eas postea luit poenas, quas eius mereretur impietas. Ad quendam enim vicum fugientem, qui erat circa Adrianopolim, incursiones facientes Barbari, eum turpiter capiunt, & vnā cum vico incēdunt, hic ignē, qui est ad tempus, accipientem, veluti proccemium ignis, qui est illic futurus.

Tertio autem post anno, Paulus quidem Euthymij pater è vita excedit: Sola verò cum filio mater viduaque relicta, accedit ad fratrem Eudoxium, filium adducens: quem quidem Otreius, qui Melitenensi præerat Ecclesiæ, suum fecerat confessorem: & cum ante eius genua posuisset puerum, vehementer orabat, lachrymas emittens ex oculis, & eas esse credens validum medicamentum persuasionis. Rogabat autem, ut & infantis & sui miseretur, & ad Otreium puerum adduceret, & ei pro patre dedicaret. Atq; mater quidem videt suam petitionem sibi successisse ex sententia, & puer fuit dedicatus Otreio, & per eum Deo, sicut diū antē ab Anna Samuel. Cum autē vidisset Otreius, non solum adspexit, sed etiam animi profundum simul subiit, quasdam etiam eius paulō secretiores motiones, quoad eius fieri potuit, acutissimē cōiectans. Cum verò de matris sterili-

sterilitate audiisset, & de diuina apparitione, & quemadmodum opus præcationis fuerat eius conceptio, & quod antequam nasceretur, parentes eum Deo dedicauerāt, fuit futuri verus propheta: & re vera, inquit, requiescet spiritus Dei super hunc puerum. Deinde cum eum baptizasset, & pilos, qui ex lege rōndentur pueris, rōndidisset, in gradum Lectorum eum cooprat. Atq; matrem quidem Dionysiam, ut quæ diuinis vacaret assidue, Diaconissam ordinat suæ ecclesiæ, cum autem puerum adoptasset, non solum ei fuit nutritor & pædagogus, sed etiam pater & mater, quod attinet ad affectionem: non eo nomine magis puero quā sibi gratificans, & talis pueri curam gerere cupiens.

Cum itaq; Euthymius sic ab ineunte ætate Deo fuisset dedicatus, & in ecclesiasticū catalogum cooprat, statim consequenter Theodosius ille Magnus potitur imperio: & sic vno & eodē tempore, Deus admirabiliter & præter opinionem, tam ciuilibus rebus quā Ecclesiæ pacem conciliat: illis quidem præbens Theodosium, his verò largiens Euthymium, adeo ut in eis consequenter res quoque conuenirent nominibus. Procedente autem tempore, cum iam excessisset ex infantia, literarum magistris eum tradidit episcopus. Illi autem erant Acacius & Synodius, qui propter nobilitatem & prudentiam & moderationem clari erant in choro Lectorum, & in diuinis scripturis recte exercitati, & neque externam neglexerant eruditionem: qui post multa propter Christum suscepta certamina, Melitenensis ecclesiæ administrationi seorsum & suo tempore ambo præficiuntur: quorum multarū rerum gestarum præclaris narrationibus in hodiernum vsque diem iucundissimē recreatur ciuitas Melitenensis, ut quæ & ecclesiæ præfectura, & animarum curæ verē cōueniant. Puer itaq; his traditus, cum vberem doctrinæ sementem in animi sinus accepisset, breuī fructus plurimum & supra ætatē produxit. Nam in diuinis quidem versabatur scripturis, studioseque ac diligenter eis dabat operam. Quando autem alicuius ex viris antiquis & diuinis virtutis eos inueniebat facere mentionem, eum venabatur Euthymius studiosissimē & diligentissimē, ipsumq; eius viri statim tenebat desiderium, & ad illius similem accendebatur æmulationem. Talis est bona anima & honesti studiosa, si vel virtutis modicam acceperit occasionē, nempe id quod nouacula ad eam, torris ad ignem, equus in campo, ut vulgō dicitur: adeo, ut omni tempore Euthymio opus adesset, cuius magno studio tenebatur: nempe ut perlegeret libros diuinarum scripturarum, & vim eorum, quæ eis insunt, mandaret memoria.

Porro autem fuit etiam æmulator morum Acacij præceptoris, & eos imitabatur pro viribus: ut non solum eius doctrinæ, sed etiam factorum se esse ostenderet discipulum: & quomodo sermocinanti aures, ita etiam facienti pulchrē ac studiosē oculos accomodaret: cibo quidem vtens, non vario & composito & superuacaneo, sed minimē curiosō, & necessario & simplici: lautas autem & magnificas delicias animæ apponebat in eloquijs spiritus. Et diuinum quidem Ecclesiasticæ regulæ officium, attentam mente & cum cordis contritione prænitens peragebat temporibus: non risu & susurris, sicut multi, animum adhibens, sed ut qui adstaret ante oculos communis Domini & regis omnium, & coram eo loqueretur. Eo autem tempore quod intercedebat, domocium agens, non ocioso alicui sermoni & vanæ meditationi erat intentus: sed Dei legem diū noctuq; meditabatur, & fructū suo tempore afferebat, sicut arbores, quæ sunt plantatæ iuxta aquas, ut habetur in psalmis. Erat itaq; tempus iræ & excandescentiæ: Ille autem mansuetudinem producebat & charitatem. Aderat rursus tempus gulæ & deliciarum: Illi autem fructus egræ regis erat continentia. Et inanis quidem gloriæ cogitationes, animi moderatione: multarum autem rerum cupiditatem, voluntaria paupertate vincebat. & sic vnaquaque virtute contraria fundebat & profligabat vitia.

Cum sic autem fuisset educatus & institutus, & processisset per omnem graduum consequentiam, ab eo qui tunc erat episcopus Melitenensis, inuitus, eum tradente virtute ordinatur, & eius fidei committitur cura monasteriorū, quæ erāt in ciuitate. Sed quoniam quietis & silentij eum ab ineunte ætate magnum tenebat desiderium, veniebat assidue ad diuini martyris Polyeucti monasterium, & trigintatrigintā sanctorum martyrum, & longissimo tempore in eo versabatur. Porro autem ab ipsa quoque ciuitate omnino secedebat, & honoratos dies ieiuniorum in monte propinquo tranfigebat: qui tunc quidem erat solitudo, & mons Assumptionis vocatus fuerat ab accolis. Nunc autem est monasterium non citra admirationem, quod est ædificatum proximē ciuitatem. Cum

Euthymius sit lector.

Theodosij imperium.

Traditur literis Euthymius.

Eius cibus.

Officium ecclesiasticū ut perfoluerit.

1. Gal. 1. Pugna contra vitia.

Cura monasteriorum ei committitur.

hec ita se haberet, & ita diu ante erat quietis amator Euthymius, quod eius intrus compositum & tranquillum indicabat animum: ratus curam monasteriorum ei ad virtutem afferre impedimentum, fugere ita, vt erat, se mandat, & clam ex vrbe egressus atatis suae anno vicesimonono, ad adoranda sacra & veneranda loca prompto & alacri animo vadit Hierosolymam. Cum autem conuenisset patres, qui erant in solitudine, & didicisset institutum vitae vniuscuiusque, euadit eius impetus acrior, & quodam modo pennis in altum tollitur: & similis vite degendae vehementiori punctus stimulo, illinc peruenit ad Pharam lauram, quae sex milliaribus distat Hierosolymis. Et cum extra lauram inuenisset quandam cellam, quae erat valde appositae ad quietem & silentium, illic decetero versabatur, palmarum quidem ramos in ea texens, sibi & gentibus suos labores communes efficiens: vt non solum neminem grauaret, ad aliorum manus non respiciens: sed etiam Deum coleret, & cum ipse esset potius manus alius, ab omni autem cura rerum terrenarum animum liberasset, se ita comparat, vt omnino dependeat a spe futurorum bonorum.

Erat autem quidam ex eius vicinis, nomine Theodotus, qui eandem vitam quam ille, exercebat, & idem sibi vendicabat institutum. Amor vero rerum similium, & laborum societas, ita eos colligauit vinculo charitatis, & vsque adeo sunt inter se temperati dilectione spiritus, vt vterque eorum esset positus in anima alterius, & quae alter eorum sentiret, ea etiam cordi essent alteri. Cum ergo esset tam fraternus inter eos consensus, in Catilae solitudinem peruenerunt, octauo die post festum luminum: separati quidem ab omni humana consuetudine: cum Deo autem solo versantes per precationem, & totum tempus, quod intercedebat, transigentes in solitudine, donec aduenisset dies festus Palmarum. Tunc enim vterque reuertebatur in cellam, magnas virtutis afferentes diuitias, quas erant oblaturi Christo qui surrexerat, auro longè preciosiores, quod ei qui natus erat, Magi obtulerunt. Morum autem benignitate & simplicitate & insigni humilitate magnus exercebat Euthymius: & ideo in dies ei crescebat ad Deum fiducia, & abundantior gratiam euocabat spiritus.

Cum autem quinque annos transigisset in Pharam, illinc recedit cum Theodoto, consueto eis tempore secessus: & accedentes per solitudinem, ad precipitem quendam & profundum torrentem, offendunt magnam quandam speluncam ad boreale torrentis precipitium, veluti tracti à quadam manu deducente. Ea ergo dei causa laetatis animis, & rati non hoc eis ostendi sine Dei numine, illic suam faciunt habitationem, quod quidem cum esset prius ferarum refugium, sacrum templum postea factum est & sanctorum habitaculum. Atque diu quidem latuerunt in spelunca: nec vllus ad eos accedebat, nec aliquid eis impertiebat, quod esset ad vsum necessarium: sed solis, quae propè natae erat, herbis, vt licebat, alebantur. Cum autem celari illorum virtutem Deus non amplius sustinisset, (quomodo enim, cum nec horri clausi, nec fontis signati ad multos redeat utilitas?) sed velle potius eos quoque esse alius causam salutis, & copiosum aliquod bonum & in commune utile, hoc in eos vititur consilio & prouidentia.

Quidam pastores Lazarij adducunt aliquando oues ad torrentem, & cum obtutum in speluncam immisissent, vident eos imminentes capiti. Repentino autem & non solito territi spectaculo, ij quidem se protinus in pedes conicientes, fugiebant: illi vero eis timorem dementes appositissime, voce quam potuerunt benignissima & lenissima: Ne timeatis, o fratres, dicebant, ne timeatis. Nam nos quoque ipsi sumus homines, etiam propter peccata nostra praesentem locum habitare constituimus. Tunc autem pastores ausi ad eos ascendere: & ingressi speluncam, quam ipsi habitabant, cum nihil inuenissent eorum, quae sunt vtilia corpori, reuersi sunt valde admirantes, & suis singula aperuerunt. Deinde vero non cessarunt decetero incolae Lazarij eis ministrare, quae sunt necessaria, Deo sic sapienter & benignè dispensante, vt ipsi quoque ea haberent, quibus opus habebant ad vsum corporis, & ijs, qui ea impertiebant, darè id quod est longè melius, nempe salutem animam.

Cum autem de ijs quoque quassissent Pharae habitatores, & didicissent vbinam habitarent, assidue ad eos ventibant. Et primum quidem duo ex fratribus ad eos accedentes, Marinus & Lucas, non sunt amplius reuersi: sed à verbis eorum & virtute capti, tanquam ab aliquibus Sirenibus, se ipsis tradunt tanquam patribus & animarum curatoribus. Quos cum supinis manibus magnus exceperet Euthymius, exercitationis monastice in-

It Hierosolymam religionis ergo.

Degit in cella solus.

Post festum luminum, id est, Epiphaniarum.

Matth. 24.

Mirares: foras tantum herbis alebantur.

Marinus & Lucas se adiungunt Euthymio.

ca institutum eos tam pulchre docet, vt iisdem quoque tempore, quod est consequutum, in locis, quae sunt circa vicum Metopa, clari extiterint, & monasteria construxerint: & magnum illum Theodosium, qui fuit princeps & author coenobiorum, quae sunt in solitudine, ad monasticam perduxerint perfectionem. Cum talis fama Euthymij breui tempore in omnem partem peruaderet, multi ad ipsum, tanquam ab aliquo vnguenti odore moti, quotidie confluebant: & rogabat vnusquisque eorum, vt cum ipso habitaret, & sub eo duce viueret, & animam componeret, & doceretur ea, quae sunt spiritalia. Sed ille volens habere purum & immixtum bonum quietis ac silentij, omnem eorum, qui adueniebant, curam beato commisit Theodoto. Ille autem, qui ei nunquam recusabat parere, protinus quidem mandatum accipit: omnia vero administrabat ex sententia Euthymij.

Deinde autem in loco quoque ad habitandum construendo occupabantur, & in animo habebant in spelunca constituere lauram, ad figuram Pharae: sed quae loco inerat asperitas, & quod is esset propemodum inuius, non sinebat in eo aliquam constituere lauram: sed in ipso aditu praecipitij coenobium aedificauit fratribus, & sibi speluncam transmutat in ecclesiam: in qua in quiete & silentio magnus assidens Euthymius, erat curator animarum, & carum, quas à vitijs accipiunt, plagarum, & vulnerum, à quibus saepe male afficiuntur, medicus peritissimus. Quotidie enim ad eum accedentibus fratribus, & ei cogitationes aperire non verentibus, dabat vnicuique conueniens malo medicamentum. Quae quidem experientia & prudentia & egregia discernendiscientia apud se collegerat, adeo vt in eo propemodum impleteretur illud diuini Hieremias. 6. Probatorum te dedi populi mei: & dum tu probas, cognosces viam eorum.

Certe saepe etiam admonebat paternè, & communiter cum eis diserebat, dicens oportere quidem eos, qui mundo renunciant & ijs quae ad mundum pertinent, vbi que curam gerere obedientiae & humilitatis, & propriam non sequi voluntatem, & in votis semper habere mortem: & supplicium quidem perhorrescere, regnum autem caelorum desiderare: & se omni tempore dedere laboribus, manuumque artificio & operationi: & maxime quidem, si is est iuuenis, & cuius appetitio & impetus moueatur ab atate. Tunc enim oportet praeter aliam eius custodiam, corpus quoque exercere multa afflictione, vt pareat rationi, & feruor flaccescat iuuentutis: & vt Pauli imitatores, & diuinarum eius legum simul adimpletores, non ocij crimen solummodo vitantes: si quidem ne alimento quidem eum dignum iudicat, qui est adeo hebes & negligens. Oculos enim, inquit, ne comedat quidem: sed eandem quoque, quas ille, manus habentes. Manus enim, inquit, haec mihi suppeditarunt, & ijs qui erant mecum. Est enim absurdum, homines quidem, qui in mundo versantur, uxorem & filios & totam familiam alere labore suarum manuum, & annum ab eis solui tributum: quinetiam suorum quoque laborum Deo dare primitias, & benefacere pro viribus: nos autem ne alios quidem impertiri fructu nostrarum manuum.

Porro autem haec quoque ex illius praecipitis digna sunt, quae mandentur memoriae. Suadebat enim honestum amplecti silentium in templo Domini, & in synaxi fratrum nihil omnino loqui, cum sacra peraguntur mysteria: sed nec in coenaculo ad coenam collectis fratribus, linguam laxare, sed in vtriusque manere in eodem silentio. Ei autem displicebat, quod nonnulli ex fratribus, & maxime iuuenes, reliquis maius & publicum ostenderent ieiunium, & communem soluerent fratrum regulam, suam sequendo voluntatem & legem. Neque enim ille bonum tuba cani, neque apertum esse ad publicum, sed quam maxime fieri poterat, latere volebat. Et ideo dicebat eam esse optimam abstinentiam, quae praenit satietatem, & indigentibus adhuc nobis reprimat alimentum: quod quidem est propemodum minus alimenti sumere, quam sit opus. Clam autem resistere carnis affectionibus, esse vero armis monachorum omni ex parte secure communitum. ea autem sunt, humanitas, moderatio, meditatio, discretio, & quae est ex Deo obedientia, & re vera virtus, quae Deum imitatur. Atque tali quidem à suauissima illa lingua fratres quotidie fruebantur doctrina. Nobis autem iam deinceps incipit pergere oratio ad res veteris Terebonis: quae omnes quidem, qui sunt seniores ex Patribus, mihi narrarunt: accuratius autem ille Terebon, qui fuit nepos huius veteris Terebonis, & praefuit tribui apud Saracenos, & in eis maximum nomen reliquit ad

Construit coenobium.

Jerem. 6.

Monachis quae sectanda.

2. Theff. 3.

Acto. 20.

In templo non loquendum.

Arma monachorum.



claritatem. Oportet autem ab alto ordiri principium narrationis, vt sic facilius possit à nobis perspici oratio.

Christia-  
norū per-  
cutio apud  
Persas.

Aspebeti  
humani-  
tas.

Erat apud Persas quidam Græcus, nomine Aspebetus, qui fuerat dux tribus Saraceno-  
rum. Cùm autem circa finem regis Isdigerdis mota esset à Magis persecutio aduer-  
sus Christianos, illi ducentes hoc sibi esse magno studio contendendum, vt omnes ve-  
narentur Christianos, omnes quotquot erant tributuum apud se præfectos, quin etiam  
ipsum quoque Aspebetum, vt omnes vias diligenter custodirent, constituunt, vt nullus  
Christianus possit clanculum confugere ad imperium Romanorum. Is itaque Aspebe-  
tus, videns tantam in Christianos incursum & insaniam, & motus misericordia eo-  
rum calamitatis, non solum non prohibuit quò minus fugerent, sed eis quoque mu-  
num præbuit adiutricem. Qua de causa accusatus apud regem Isdigerdem, & illius ve-  
ritus crudelitatem, acceptis protinus suis facultatibus, cognationeque & puero Tere-  
bone, transfugit ad Romanos. Quos cùm accepisset Anatolius, (is enim tunc erat  
vnus ex præfectis Orientis) eum collocat in Arabia, & quæ illic Romanis suberat, Sara-  
cenorum præfecturam tradit in manus Aspebeti: sic apertè ostendens synceram &  
omnis doli expertè fuisse eius acceptionem. Cùm is ergò sic ad Romanos accessisset, ei-  
us quidem filius Terebon, cùm esset adhuc impubes, atque adeò verè puer, percus-  
sus erat flagello dæmonis, vt qui dexteram partem corporis ex dimidio haberet siccam  
mortuæque similem, & quæ minimè operari poterat. Hoc autem ei ita se habebat à ca-  
pite vsque ad pedes, adeò vt cùm pater magnam partem facultatum cõsumpisset in me-  
dicos, Terebon ex arte illorum nullum acceperit adiuuentum.

Visione  
Terebon  
iubetur ire  
ad Euthy-  
mium.

Postquam verò migrarunt in Arabiam, videt puer in somnis aliquid: & ad visionem  
expergefactus, eam patri narrat. Ille autem cùm statim puerum accepisset, & multos  
ex ijs, qui eius imperio parebant, barbaris, venit ad spelicam huius Euthymij & The-  
odisti. Nam vt eò veniret, præcipiebat quæ ei apparuerat visio. Atque fratres quidem  
cùm tantam vidissent multitudinem, inuasit animi angor & metus: neque sciebant,  
quidnam se fieret. Sed beatus Theodistus cùm illum timorem eiecisset ex animo, au-  
dientianimo accedit ad barbaros, & rogat, cuiusnam rei opus eos huc adduxisset. Illi au-  
tem, Venimus, dixerunt, ad videndum Euthymium. Beatus verò Theodistus, At ille, in-  
quit, nunc quiescit & silet, & neque vsque ad sabbatum venit in alicuius conspectum,  
neque ad colloquium cum aliquo. Tunc Aspebetus manus accipiens, ostendit ei filium,  
qui erat semiaridus, & cuius pars dextera erat veluti mortua. Deinde etiam filio annu-  
it supercilijs. Ille autem incipiens, rem omnem narrat ordine:

Cùm ego, inquit, in Perside hanc plagam accepissem, multis & medicinæ & magi-  
cæ artibus contritus, nihil amplius ex ijs fructus percepi, nisi quòd eas solum damna-  
ui, & in illis nequaquam possum magnam habere fiduciam. Deinde postquam in hanc  
Arabum venimus regionem, hinc quoque rursus cum priori luctabar calamitate, & ma-  
lis vexabar similibus. noctu autem apud me aliquando cogitans, & considerans an vs-  
quam ab hoc morbo aliquam inuenirem liberationem: quoniã ab ijs, qui erant apud  
nos, nullam videbam mali curationem: ipse sic mecum colloquebar: O Terebon, vbi  
nunc sunt, quæ apud Græcos & Persas feruntur medicinæ artes & magicæ, & quæ sunt  
in his nugæ, & quæ earum vulgò iactatur vtilitas? Vbi sunt autem præstigiæ astrologo-  
rum & fabulæ nostrarum superstitionum, & inutiles inuocationes? Sunt omnia re-  
vera fraudes & risus manifestus: quæ nihil, inquam, possunt efficere absque vniuersorum  
opifice & Domino. Cùm hæc ergò apud me dixissem, & differuissem, Deum rogavi ve-  
hementissimè, & ab eo petij à morbo liberationem, & me ei vicissim esse relaturum vi-  
tæ mutationem, & me Christianum futurum sum pollicitus.

Viso Tere-  
bonis.

Interea autem dum hæc fieret, & Deo hoc modo essem supplex, paulatim in somnū  
deductus, mihi videbar videre quendam monachum, cui barba propendebat hispida,  
qui que iam senescebat, & canis erat conspersus, me rogātem quisnam esset morbus,  
& sciscitantem quidnam mali nobis incubuisset. Cùm ego autem ei morbum osten-  
dissem, ille, Implebisne, inquit, quæcunque Deo es pollicitus? Deinde cùm ego rur-  
sus promissem, me prompto & alacri animo omnia impleturum: Ego sum, inquit,  
Euthymius, qui ad Orientalem solitudinem habito in torrente, qui est prope viam,  
quæ tendit versus Hiericho, decem millibus distans Hierosolymis. Si vis ergò in-  
uenire mali solutionem, veni ad me, & te Deus per nos sanabit. Hæc cùm in somnis  
vidis-

vidissem, & essem excitatus, Patri statim narraui, & ecce omnibus postpositis, vt iussit  
visio, huc nunc venimus: teque valdè & enixè rogamus, vt nobis ostēdas eum, qui per  
visionem nobis fuit indicatus, verè diuinum & admirabilem medicum.

Hæc cùm beatus audisset Theodistus, & visionem vt apertum Dei gratiæ indicium  
esset admiratus, Euthymio interrumpit quietem ac silentium, & ei omnia recenset or-  
dine: pueri morbum, egestatem eius, qui illum esset curaturus, eius promissa, quæ fecit  
communi Domino, somnum illum, visionem quæ apparuit: & vt semel dicam, narrat  
singula. Ipse autem cùm sibi quoque persuasisset eam rem diuino quodam geri confi-  
lio, statim descendit ad barbaros: cumque vehementer orasset pro puero, & ei figuram  
crucis imposuisset, nō aliquo opus habuit tempore, neque vt in oratione diutius per-  
seueraret: sed eum valentem & omninò sanum statim efficit. Stupent barbari id quod  
factum fuerat, & citius quàm eius, qui laborabat, corpus, eorum quoque curantur ani-  
mæ: vel potius animæ sanitatem communiter accipiunt, & sunt statim fideles. Quo-  
circà proni humi cadentes, rogant illam sanctam animam, vt Christi obsignentur si-  
gnaculo, & partem Christianorum consequantur & nomen.

Oratione  
& signo  
crucis sana-  
tur Tere-  
bon.

Non erat omninò viri pij & Deum amantis, cunctari in rebus huiusmodi. Neque er-  
gò fuit Euthymio in his rebus vlla cunctatio. Sed cùm vidisset eos corde potius quàm  
ore sacrum baptismum postulantes, iubet paruam piscinam fieri in quodam angulo spe-  
lucæ: quæ quidem consistit vsque in hodiernum diem. Cumque dixisset preces, quæ  
dici consueuerunt, & quæ lex in his postulat, fecisset omnia, primùm quidem baptizat  
Aspebetum, eum Petrum nominans. Deinceps autem Marin, fratrem vxoris Aspebeti,  
ambos claros genere, & insignes diuitijs, vel diuitias potius ornantes prudētia & vir-  
tute, vel potius ipsis diuitijs vtentes pro causa & instrumento exercendæ virtutis. De-  
inde autem Terebonem, & post ipsum reliquos. Quos cùm quadraginta dies apud se  
detinuisset, & monuisset, pietatemque ac religionem accuratè docuisset, & omnibus  
modis ea firma ac stabilia reddidisset, quæ pertinent ad salutem, eos dimittit in pace:  
sed non ampliùs Agarenos, nec Ismaëlitas: sed à Sarra oriundos, & certos hæredes pro-  
missionis per diuinum baptismum. Maris autem, qui fuit Terebonis auunculus, non  
ampliùs voluit retrò adspicere, neque ampliùs omninò sustinuit discedere à mona-  
sterio. Sed cùm ei omnes consecrasset facultates, & parui fecisset quæcunque sunt in  
mundo, nec generoso & excelso animo dignum esse duxisset desiderium, quod in ea  
confertur, soli Deo adhæret, & per totam vitam sub eo viuere statuit, magno duce &  
præceptore vtens.

Barbari ba-  
ptizantur.

Cùm autem miraculum esset dispersum per multas partes solitudinis, multi, qui  
morbis laborabant & ægritudinibus, ad diuinum Euthymium vndiquaque conflue-  
bant: & sic sine mercede, promptamque ac facilem colligentes curationem, lari re-  
uertebantur. Quamobrem sic breuè per totam clarus euasit solitudinem, vt nec eius  
quidem nomen tota caperet Palæstina: sed transiret etiam ad eas, quæ erant circun-  
circà, Præfecturas, & in eis valdè celebraretur. Quod alij quidem fortassis fuisset vo-  
luptati: Euthymio autem valdè veniebat in mentem succensere & ægrè ferre: non so-  
lum quòd humanam auerfaretur gloriam, sed etiam quòd prioris meminisset quietis &  
silentij, & quemadmodum in eo esset indiuisus, & ab omni tumultu alienus. Et ideò  
statuit ad Ruban secedere clanculum. Sed diuinus Theodistus cùm eius rei, quam co-  
gitabat, sensum nescio quomodo accepisset, & hoc fratribus significasset, & omnes  
congregat, & preces adhibet communes & vehementes, vt misereatur eorum orbi-  
tatis: & non sic despiciat gregem, quem ipse constituit, qui post eius recessum erat mi-  
serè dilacerandus à communi hoste omnium. Hæc dixit, & persuasit, nè in præsentia  
discederet, nec eos relinqueret.

Multi eu-  
rantur ægri.

Sed cùm postea eum vehementiùs inuasisset amor quietis & silentij, nec sciret quid  
ageret, quodam secum assumpto, cui nomen quidè erat Domitianus, qui erat quidem  
generis Melitenus, virtutis autem amator non negligens: vnà cum eo egreditur, cùm  
id nemo sensisset, & in solitudinem Rubæ, quæ vergit ad Austrum, venit iuxta mare  
mortuum: & deinde in altum quandam montem & remotum ab alijs montibus ascen-  
dit, qui appellatur Marda, transmigrans in montes sicut passer, vt ait diuinus Dauid,  
& arcus fugiens peccatorum. Quo quidem in monte cùm inuenisset puteum, & hu-  
mi iacta ædificia, templumque excitasset & erexisset altare, quæ quidem adhuc stant  
in ho-

Fugit in  
aliam ere-  
mum.

Psal. 10.  
Degit in  
monte.

in hodiernum diem, in eo quidem versatur aliquo tempore, ea quæ sunt corpori necessaria, ex ijs, quæ sunt illic, herbis comparans, & tanquam mensa splendida eis vitæ. Deinde cum eum quædam subijisset cogitatio ingrediendi in solitudinem Ziphon, quæ est prope vicum Aristobulidæ, ad videndum, inquam, illas speluncas, quæ olim David accepit, cum eum persequeretur Saul, ei parat: cumque venisset, & locus ei placuisset, illic construxit monasterium. Causam autem prætermittere, quæ fuit constructio di eius monasterij, damnum fuerit pijs.

1. Reg. 26.  
Construit monasterium

Cuiusdam in vico Aristobulidæ grauiter laborabat filius, & à malo vexabatur spiritu. Cum sic autem laboraret, & ab immani vexaretur dæmone, Euthymij nomen clara voce clamabat. Clamabat verò per se, non sua sponte, sed is, qui tyrannidem in eum exercebat, apertè cogebatur. Videntes ergò parentes, & qui ad eum genere attinebant, eum sic semper in lingua habere nomen Euthymij, & maximè quando ille execratus eum inuaderet vehementius, quisnam esset hic Euthymius, obeuntes interrogabant, & quemadmodùm de eo aliqui sciret, maximè erant solliciti. Cum in illo autem inquirendo non multùm laborassent, (illius enim fama & nomine iam plenus erat orbis terrarum) audiunt esse inter Parabarichos & Aristobulidæ. Accipientes itaque puerum, ad eum statim ierunt. Vbi autem procul adhuc procedentibus ille adolescenti euadit manifestus, cum veluti præsensisset is, qui in eo habitabat spiritus, boni spiritus operationem qui inhabitabat in Euthymio, fugam spectauit: non secus atque timidi atque pusilli animi hostes, qui nec adhuc quidem ad eos accedentes armatos expectant milites, sed excedunt antequàm manus conserant. Adolescentem itaque cum repente torsisset & discerpisset, euauit. Oportebat enim malum malè facere, & furiosum & conturbatum suum discidium ostendere. Postquam autem ille recessisset, cernebatur homo modestus & sanæ mentis: alterius, non illius, esse significans eam, quæ præcesserat, tempestatem & graues fluctus.

Dæmon fugit ex obsequio.

Conditur monasterium.

Cum feris degit illarum.

Exod. 14. Iosue 10.

Cum breuè autem miraculum totam peruassisset solitudinem, ex ipsa Aristobulidæ & ijs, qui circuncircà erant, vicis ad eum frequentes concurrunt, & ei monasterium construunt: in quo etiam multi pijs ac religiosi statuerunt permanere, Deo desuper eis suppeditante ea, quæ erant ad corporis vsum necessaria. Nò solum autem hæc feræ, quæ percipiuntur intelligentia, spiritus, inquam, maligni, ita erant ei subiecti: sed etià cum his sensilibus, tam quæ sunt carniuora, quam quæ venenata, in solitudinibus conuersans, & cum eis habens consuetudinem, nullas vnquam ab illis sensit insidias, neque damnum vllum accepit. Neque verò his non esse credendum existimet aliquis, qui sciuerit quàm sit res inexpugnabilis virtus boni spiritus, & quæ potest omnia facere miracula. Ei quod dico, fert testimoniū mare, quod virga scinditur, & sol, qui solo iusu sistitur, & nè vterius progrediatur ardetur: ignis, qui in rorem conuertitur, & quæcunque alia præter opinionem facta sunt miracula.

Manichæos conuertit.

Redit ad suum cœnobium.

Versatur in spelunca.

Fit autem aliud quoquè in ea Ziphon solitudine, dignum & mente eius, qui fecit, Euthymij, & perfecta pietate. Nam cum inuenisset quosdam, qui Manetis laborabant infania, & sui morbi semper aliquam faciebant accessionem: quod nullus accederet, qui esset ad morbum curandum idoneus: cum se dedisset visitationi eorum, qui tam malè laborabant, & se eis aptissimum præbuisset medicum, tanto eos aggressus est artificio, & vt à morbo discederent, idem est autem dicere: hæresis, verissimè effecit, vt illius quoquè Patrem Manerem apertè abdicarent, & claro subijcerent anathemati, & fierent ipsi pars Apostolicæ & orthodoxæ fidei. Postquam autem hic quoquè rursus multos vidit confluentes, (ipsa enim solitudo erat circuncircà septa vicis, & qui erat apud ipsum thesaurus, vocabat amatores harum spiritualium & cælestium diuitiarum) rursus accipiens suum discipulū Domitianum, reuertitur ad fratres & beatum Theodistum, quod quidem non minùs eorum desiderabatur oculis, quàm aqua estate ijs, qui magna siti laborant. Cum autem fuisset in quodam loco, qui est ad terrium lapidem remotus à cœnobio, & inuenisset eum rectè se habere, siue loci spectetur natura & positura, siue temperies, vt qui iucundissimo & serenissimo aère perspiretur, & sit omni ex parte quietus & tranquillus: cum discipulo illic paruam ingressus est speluncam, & in ea est versatus.

Cum diuinus autem Theodistus illius didicisset aduentum, non se amplius continere potuit: sed ad eum proficiscitur, à vehemènti motus desiderio. Cum verò lubenter

benè & vidisset & visus esset, & spiritaliter cum esset complexus, nolebat ab eo disjungi, amoris inuitabilibus alligatus vinculis, & à non fallacibus Euthymij Sirenibus adstrictus. Rogabat ergò, vt ad cœnobium & fratres descenderet, & communem cum eis vitam ageret, & communiter se exerceat. Ille autem cum quietis & silentij magno amore teneretur, in hoc quidem non annuit Theodisto: sed pollicetur esse se singulis Dominicis ad eum accessurum, & se quoquè synaxi adfuturum. Cum autem eius aduentus nescio quomodò fuisset significatus Aspebeto, qui fuit postea cognominatus Petrus, licebat statim videre congregatam Agarenorū multitudinem. Nam cum ille multos eorum ex omni genere & omni ætate congregasset, vt qui ipse primus bonum gustasset, & studeret vt illi quoquè essent participes dulcedinis, accedit ad Euthymium. Ille autem, quod eos adduxisset valdè lætatus, cum & hilaribus eos vidisset oculis, & eis de more benè esset precatus, adducit ad fratres & monasterium. Deinde cum eos illic baptizasset & instituisset, & ex illo tempore septem dies cum eis esset versatus, cum multis habitare non sibi amplius ducebat tolerabile: sed quietis & silentij, sicut diximus, magno captus desiderio, ad consuetam rursus redit solitudinem.

Agareni baptizantur.

Cum ergò Petrus cum vidisset & domo carentem, & inopem sedentem in solitudine, pro maximis beneficijs mediocrem vtique referens gratiam, ædificatoribus magna mercede accersitis, magnam cisternam, & quæ duo habebat ostia, fodit in horto, quæ in hodiernum vsque diem fossa remanet: & panis faciendi officinam apud cisternam ædificat, & tres cellas construit Euthymio. Inter eas autem excitat etiam oratorium, ad eò vt nullius eorum, quæ ad vsum pertinebāt, egeret Euthymius. Agarenorum verò multitudo, quæ, vt priùs dixi, fuit ab ipso baptizata, suauissimum fluentum semper bibere desiderans, quod quidem apertè erat lingua Euthymij, non amplius ne minimum quidem ab eo discedere sustinebat: sed vehemènter contēdebat, vt apud ipsum maneret, & delicias & aquam vitæ, nempe eius perciperet orationes, Ille autem sibi conseruans indiuisum bonum quietis & silentij, eos quidem nò sinit hic versari: sed cum eos aliò duxisset, & eis templum & tabernacula circūscripsisset, (est autem locus inter duo monasteria) iubet vt ea extruant, prout se habet descriptionis figura & magnitudo, & in eis habitet. Quo quidem in loco cum sibi & domos ædificassent, & in eis deinceps perseuerassent, assidue magnus ventitabat Euthymius, & quemadmodùm se haberent, semper visebat. Sciebat enim, quantum ex eo lucrifaceret: nec priùs destitit hoc facere, donèc illorum animas purgauit & exercuit, & effecit vt presbytero subessent & diaconis. Quamobrem illic lubenter manserunt non ij soli, qui fuerunt priores baptizati: sed etiam multi alij ex ijs, qui quotidie ad eum veniebant & baptizabantur.

Ingenus filij & solitudinis suæ.

Petrus fit episcopus Agarenorū.

Cum ergò vsque ad eò multiplicarentur filij Agar, & ad veram traducerentur nobilitatem, & in diuersas excreverent copias, mittit diuinus Euthymius ad Iuuenalem Patriarcham Hierosolymitanum, postulans vt eis ordinaretur Episcopus. Ille verò mittit ad eum Petrum patrem Terebonis, vt qui esset idoneus præesse animabus, & deducere ad salutem. Petrus ergò sic quidem primus ordinatur episcopus copiarum, quæ erant in Palæstina. Saracenorum autem multitudo, non secus ac fluuiorum fluentia, affluebat perpetuò: & qui nunc accedebant, adijciebantur prioribus: & ij omnes signati baptisimi signaculo, connumerabatur cum grege Christianorum. Sed de his quidem ea quæ dicta sunt, sufficiunt. Nobis autem deinceps eò conferenda est oratio, vnde ad hæc dicenda digressi sumus.

Non habebat magnus Euthymius in animo, nec cœnobium, nec omninò Lauram in illo loco construere. Propterea quando aliqui ad eum venerant, siue mundo renunciantes, siue aliqua afferentes, quæ ad vsum corporis essent necessaria, ab eo rursus transmittabantur ad beatum Theodistum. Cum autem iam supernè diuina sapienter statueret prouidentia, vt hæc habitaretur solitudo: vt quæ pulchrè sciret id, quod erat futurum: nempe quod ea res esset futura multis causa salutis: ad eum accedunt quidam numero tres, fratres secundum carnem: qui germina quidem erant Cappadociæ, educati autem in Syria, & in virtute & doctrina se illic exercuerant, Cosmas, Chryppus, & Gabriellus. Is autem faciens vt consueuerat, nec eos etiam admittit, & ætatem causans iuuenilem, & mutuam naturæ desiderium, quod etiam no-

uit

uit ut plurimum labefactare constantiam exercitationis, & maximè, quòd adhuc esset Gabrielius adolescens & imberbis. Eos ergò his de causis nolebat omninò admittere. Ea autem nocte venit ad eum in somnis aliquis, mandans ut & fratres exciperet: Sunt enim, inquit, ab ipso Deo missi: & ut deinceps esset paratus accipere quemlibet accedentem & volentem. Manè ergò cum pulcrissimam illam accepisset fraternitatem & cognationem, ut ei iusserat visio, dicit Cosma: is enim erat primus ætate inter fratres. Sic ego quidem feci, ut mihi à Deo iustum fuerat, & vos hinc introduxi. Nunc autè par est, ut tu iuniorum ex fratribus Gabrielium intra cellam contineas, & nequaquam ei exire permittas. Est enim res valde periculosa & insidiosa aliorum oculis muliebris adspectus, qui est adeò leuis & politus. Deindè nonnulla quoquè ei aperuit ex ijs quæ erant euentura: Non arbitror, dicens, te longo tempore hinc vitam acturum: sed tibi propedièdè committeretur præfectura ecclesiæ, quæ est Scythopoli. Sed hæc quidem facta sunt propter eorum susceptionem.

Post eos autem seipsum permisit omnibus ingredi volentibus, & erat ad excipiendū deinceps paratissimus. Nam excipit quidem quendam Domnum, ex Antiochena quidam ciuitate profectum, patruelem verò Iohannis, qui illi præerat ecclesiæ. Suscipit autem tres quoquè alios, fratres genere, patria Melitenos, confobrinos illius Synodij, qui cum Acacio nutrièrat Euthymium. Erant autem eis nomina, Stephanus, Andreas, & Gaius. Post eos verò Iohannem quoquè ex Raitho Presbyterum, & Anatolium, & Thalassium. Deinceps autem Cyrionem quoquè quendam ex Tiberiade, qui ipse quoquè erat Presbyter templi, quod Scythopoli martyri positum est Basilio. Cum eos ergò suscepisset, Petrum adhortatur Episcopum, ut eis paruas quasdam cellas construat, & eis templum scitè adoret: & sic breuè illic Lauram constituit, quæ ea, quæ est in Pharam, nihilo erat inferior. Deindè verò ipse quoquè Iuuenalis Patriarcha cum sanctum Passarionem, qui tunc erat Chorepiscopus, & Hefychium accepisset Presbyterum, accedit ad Lauram, & templum, quod est illic, dedicat, cum natus esset Euthymius duos & quinquaginta annos. Diaconos quoquè ordinat Domitianum & Domnum, cum iam in presbyterorum sortem relati essent Iohannes & Cyrion. Propter hæc magnus gaudebat Euthymius, & animi tranquillitate plenam habebat animam: & maximè quòd Passarionem cum Patriarcha, & diuinum Hefychium, qui in reliquo eorum, qui se exercebant, choro erant insignes, in Laura degentes cerneret. Sed sanctus quidem Passarion, cum nondum septimum mensem ab illo tempore transgessisset, è viuis excedit in profunda senectute.

Cum hic autem magnus & admirabilis Euthymius, & qui cum eo erant fratres, in illa Laura premerentur magna rerum necessitatum inopia, Dei prouidentia non abiecit curam suorum: & manus, quæ aperitur & implet omne animal benedictione, admirabili cura tunc quoquè aperta est. Accidit enim, ut multitudo Armeniorum, quæ non erat pauciorum quam quadringentorum numero, ad Iordanem à sancta ciuitate descendens, dextera de via declinaret, perindè ac aliquo eis iter præeunte, & ad Lauram illam accederet: hoc, ut arbitror, sapienter dispensante & administrante prouidentia, ut magna illius Patris virtus adhuc clarior euaderet. Quos cum magnus ille illuc vidisset diuertisse, ut se à labore itineris aliquantisper recrearent, vocat Domitianum, cui ab eo fuerat credita illius Lauræ dispensatio, & iubet ut eis mensam apponat. Cum is autem proferret egestatem, & respondisset se ne vnus quidem dici fratrum habere alimentum, ille eo fretus, qui viduæ copiosum suppeditauit nutrimentum propter abundantiam bonæ eius voluntatis, iubet Domitianum ire ad arcam panariam. Scies enim, inquit, quid sibi quidem volunt humanæ cogitationes, quid autem diuina possit gratia dispensare ac prouidere præter opinionem. Ille verò cum statim cessisset & accessisset, (ò inexplicabilia tua Christe miracula) inuenit diuina quadam & sapiente prouidentia domum pane adeò plenam, ut ne facile quidè esset parum aperire ostiū, ut quod prohiberetur propter eam, quæ intus erat, multitudinem.

Cum ergò alios quoque fratres vocasset, & vnà cum eis ostiū euertisset, videt ea quæ erant intus, nempe quandam, quæ narrari non potest, panum multitudinem, & magnam quoquè vini & olei copiam, & omninò conuenientem Euthymij egregiæ in dando beneficentiæ. Hæc cum vidisset Domitianus, & coniecisset id esse diuinæ gratiæ operationem, præcidit ad pedes magni Euthymij, petens ab eo veniam, sordesque & par-

Tres fratres  
veniunt ad  
Euthymium,  
& sunt mox  
nachi.

Item com-  
plures alij.

Lauram  
condit.

Templum  
dedicatur.

Psal. 144.

3. Reg. 17.

Panes diui-  
nitatis aucti.

Præclarum  
sanè mira-  
culum.

& parcitatem vehementi rependens poenitentia. Ille autem cum Domitiano benedictam & mentem & manum porrexisset, ò fili, inquit, Qui seminat in benedictionibus, in benedictionibus quoque metet. Qui itaque accedentibus commune rectum præbent & saltem, imprudentes sibi potius comparant copiosam suppeditationem: ut qui non tantum dent, quantum accipiunt. Quod quidem à vobis quoque est seruandum, ò fratres, si Deo estis gratificaturi, & rerum necessariarum vobis benignè suppeditatam copiam consecuturi. Hinc constitit bonorum, ut dicitur, cumulus: cœpitque prospera & felix esse Laura, & eius amplificari multitudo: & deductus est fratrum numerus ad quinquaginta, & vnicique eorum fuit ædificata cella, & quotidie sacra peragebantur mysteria.

Cum autem animo agitare is, cui credita fuerat dispensatio, tantæ fratrum multitudini magno quoque opus fore ministerio, Lauræ quoque mulos parauit. Erat autem quidam in ea, genere Asianus, nomine Auxentius, qui erat aptus ad seruandum mulis. Is cum ab hoc Oeconomo rogaretur, ut hoc subiret ministerium, differebat, & non obediens. Cum res verò esset necessaria & utilis, Iohannem quoque secum accipiens & Cyrionem presbyteros Oeconomus, rursus rogabat cum eis Auxentium. Cum autem sic quoque minimè audiret, & iam aduenisset sabbatum, quo tempore licebat magnum conuenire Euthymium, omnia de Auxentio ei refert Oeconomus. Et ille quidem fratrem statim accessit: suadet autem ut obediat, & nè sit vsquæ adeò contumax & inobediens, & propriam sequens voluntatem, & quod est communiter fratribus vitale, recusans ministerium. Cum is autem nec adhortationem, nec talem eius adspectum esset reueritus, sed sic quoque apertè recusaret, & quem non prætextum afferret, ut solam voluntatem in sua esse potestate ostenderet: & nunc quidem causaretur, se esse alienigenam, nec peritum sermonis illius regionis: Nunc autem carnis insidias & varias maligni artes: nè si fortè, inquit, me à vestris oculis remotum inuenerit, supplantet, & exerceat suæ opus malitiæ: & præterea, nè assuefactus curis & tumultibus, permaneam decæterò discrepans & alienus à quiete & animi tranquillitate. Cum hæc diceret, & animæ damnum, ut quod ad mouendum satis esset, proferret: magnus rursus Euthymius, Sed Deum, inquit, rogabimus ò fili, ut propter tuam obedientiam à nullo ex ijs, quæ lædunt, capi possis. Eius enim vox est: Non veni ministrari, sed ministrare: & Non facio voluntatem meam, sed eius, qui misit me, Patris.

Cum ex his autem adhuc magis iritaretur Auxentius, & nequaquam cederet, grauidus in eum inuehens diuinus Euthymius, Nos quidem, ò fili, inquit, quod tibi ipsi quoque esse conducibile videbatur, consulimus: tu autem in eadem manens inobedientia, mox scies, quisnam sit fructus inobedienciæ. Eorum, quæ dicta sunt, nondum finem fecerat, & agitationem motumque corporis nescio vndenam passus Auxentius, miser in terram decidit, solis dignus lachrymis propter calamitatem. Qui verò aderant ex fratribus, fractis eorum animis ex eo, quòd is esset tam miserè affectus, rogabant Euthymium, supplicabant, obsecrabant, ut iacenti opem ferret, & qui satis graues poenas luerat inobedienciæ. Is autem, ut erga adeò contumacem & inobedientem eis obediret, præstò fuit: & cum suis accepisset manibus, adhuc tremebundum facit surgere Auxentium, & pendentem poenas per omnia ferè membra corporis. Deindè cum eriam veluti quoddam medicamentum crucis signum ei immisisset, soluit hominem ab ea affectione, & cum reddit sanum protinus. Cum itaque ad se redisset Auxentius, & ei in mentem venisset inobedientia, & affectionem quoque intellexisset, quæ ei incuberat, & non ignorasset id esse opus solius inobedienciæ, maiores luebat poenas à conscientia, & eum vehemens quadam subijt poenitentia: certè ad pedes quoque præcidit Euthymij, partim quidem petens veniam eorum, quæ fecerat, partim autem in futurum securitatem. Cum is verò ei statim ignouisset (Nam qui vix tandem ad iram conuersus fuerat animus, quemadmodum non erat promptè cursurus ad commiserationem, & ei in futurum cauturus per orationem?) ille lubenter promptoque & alacri animo suscipit mulorum ministerium. Ità disciplina Domini, ut dicam diuina scriptura, & aures aperit, & planè adicit intelligentiam: & qui deliquerat, priusquam deprimere tur humilisque redderetur, inobedientia, post humilitatem & disciplinam, acceptam, cognitus fuit promptus ac paratus ad obedientiam.

Hæc mihi narrauit Cyriacus Anachoreta: ille, inquam, Cyriacus, qui ab ineunte

2. Cor. 9.

Missa quo-  
tidiana

Matt. 20.  
Ioan. 5.

Pœna in-  
obedientis  
monachi.

Crucis si-  
gno sanas-  
tur.

Facit lubes-  
quod iubet-  
tur.

Esa. 28.

Esa. 60.

Visio S. Eu-  
thymij.Genes. 3.  
Iob 2.Exemplum  
iracundi  
monachi,  
& loci ter-  
merè mur-  
tantis.Matth. 5.  
Luca 6.Loquacitas  
in mona-  
cho vitiosa.

quidem etate tonsus fuerat in cœnobio Euthymij: postquam autem cum eius successo-  
ribus satis longo tempore esset versatus, & ab eis omnem eius exercitationem & vni-  
uersum eius vitam institutum accuratè didicisset, postea in Laura veteris Suce septua-  
ginta ferè totis annis se exercuit, omni virtute & honestæ vitæ rectè factis illustris. Il-  
lud autem ipse quoquè mihi narrauit, quòd duo quidam ex fratribus, Maro & Clemati-  
us, asperam illam & difficilem in Laura agendo vitam defessi, inter se conuenierunt, vt  
illinc clanculum effugerent, & se noctu furtim subriperent. Hæc illi quidem inter se se-  
quebantur, & apud se cogitabant. Sed qui secreta aperit, & ijs, qui sunt sibi dedicati, di-  
cit per Esaiam: Non erit tibi ampliùs sol in lucem diei, neque ortus lunæ illuminabit  
tibi noctem: sed erit tibi Dominus lux æterna: ipse hoc quoquè suo aperit famulo. Sic  
autem facit: Silenti enim ac quiescenti aliquando huic magno & admirabili Euthymio,  
visus est malignus, Maroni & Clematio, tanquam sancti oculis subiectis, frænum inji-  
cere, & eos in laqueum trahere grauissimum. Is verò cum statim coniecisset insidias,  
accesit fratres Maronem & Clematium, eis suadens, admonens, rogans, docens, dis-  
ferens, prolixam orationem habens de tolerantia, & quòd ubique opus sit diligenti  
custodia & cautione. Deindè eis etiam Adæ & Iobi exemplum adducens: ex quibus al-  
ter quidem in paradiso præceptum non seruauit, alter verò omne genus virtutis ostendit  
in sterquilinio. Neque hæc prætermittens, quòd oportet monachum non admittere  
cogitationes, quæ à maligno suggeruntur: siue ille tristitiam, siue odium, siue iniusti-  
tiam, siue in alium locum migrationem subiiciat: & nec ab initio ei omninò animum  
adhibere, sed ea tota manu repellere & reiicere, nè fortè nos imprudentes per insidias  
supplantet, & in casum præcipitet lachrymabilem. Si quis autem hinc fortè non possit  
virtutem exercere, nè existimet, si aliò transuerit, id cuius studio tenetur, alibi posse fa-  
ciliùs & rectiùs gerere. Non enim ex loci natura, sed ex libero nostri animi instituto  
boni fit operatio. Contrà autem hoc est & periculosum monachis, & quod eos potest  
reddere imbecillos & virtutum carentes fructibus. Nam nec planta quidem potest fer-  
re fructus, quæ assiduè transplantatur.

Ad maiorem verò fidem eorum, quæ dixerat, eis quoquè narrabat de quibusdam se-  
nibus Aegyptijs. Dicebat ergò, fuisse quendam fratrem in Aegypto, qui in quodam  
residebat cœnobio. Is cum ad iram assiduè moueretur, efferabatur & conturbabatur,  
acerbitateque & indignatione os eius implebatur. Cum eum autem quædam subiisset  
poenitentia, quòd propter hanc iram & facilitatem ad perturbationem secum bellum  
gereret: & si quid boni iam antè acquisiisset, id quoquè perderet: ei persuadet, vt re-  
cederet à cœnobio, & solus per se quietè viueret, vt potè quòd solitudo ei multum con-  
duceret ad tranquillitatem, & ad vacuitatem perturbationis. Existimabat enim, quòd  
si nullus esset cui irasceret, & in quem vti posset indignatione, omninò sensim ex-  
tingueretur vehemens ille & qui citissimè accenditur ignis iracundiæ: futurusque ef-  
feret deinceps mitis & mansuetus, & tranquillitate omni plenus & quiete. Cum ille au-  
tem hæc apud se esset ratiocinatus, discessit deinceps à cœnobio, & solus vitam egit  
in quiete & silentio: & cum aliquando propter vsu aliquem aqua impleret poculum,  
& id humi aliquantisper voluisset deponere, arte quadam maligni id est euersum. Quod  
quidem cum non semel, sed bis & ter deinceps factum esset, & iratus est frater, & cum  
ab ira impetu victus esset, statim ita vt habebat, humi deiecit poculum, & confregit: &  
sic ab inimico maiori & vehementiori habitus est ludibrio.

Ad hæc rider quidem Clematius, vt cuius delectatus esset animus lepida narratio-  
ne. Cum id autem diuinus animaduertisset Euthymius, Nunquid, ait, tu quoquè fra-  
ter, motus es à malo aliquo dæmone, quòd tam inuerecundè rides & tam impudenter,  
cum oporteret potiùs deslere eum, qui illius admittit suasionem, si verum dicit, qui tunc  
noster est iudex futurus, Beatos quidem appellans, qui lugent, quoniam ipsi quoquè,  
inquit, accipient consolationem: miseros autem eos qui ridet, & sibi non adhibent  
animum? Et alioqui aperta est inscitia, & quòd disciplinæ sit ignarus, argumentum, si  
monachus loquatur supra modum, aut ad quodlibet moueatur, aut etiam in loquendo  
nimis profusa vtatur licentia. Patres etiam vocant licentiam planè matrem omnium  
vitiolorum. Cum ille sic quidem increpasset Clematium, ingressus est in interiorem cel-  
lam: eum verò cuestigio persecuta est vltio, pronusque in terram cadens, agitabatur  
tremore & horrore. Domitianus autem cum sic iacentem vidisset Clematium, & simul  
quidem

quidem Euthymij mansuetudinem & austeritatem esset admiratus, quòd scilicet in eo  
optimè essent temperatæ: & simul etiam misericordia esset ductus eius, quod fra-  
tri acciderat, congregat aliquos ex patribus, qui pro eo essent intercessuri, & eos vnà  
cum Marone introducit ad Euthymium. Ille autem cum & suapte natura esset pro-  
pensus ad misericordiam, & illorum intercessionem minimè despiceret, vnà cum eis  
accedit ad iacentem Clematium, eiusque horrorem extinguit signo crucis, & statim  
sistit tremorem, & præbet perfectam ab illa affectione liberationem, Attende tibi ipsi,  
dicitur, & noli contemnere patrum doctrinam & admonitionem: sed efficere totus  
oculus, sicut de Cherubim audiuimus, te ipsum omni ex parte circumspectans, vt qui  
semper trãseas in medio laqueorum. Hæc cum suasisset & suggestisset Clematio, & ei-  
us exemplo alios fecisset cautiore, eum dimittit in pace. Sed hoc quidem est eiusmodi.  
non minus est autem id quoquè, quod deinceps sequitur: si non sit multo etiam ma-  
ius & lepidius.

Cum magna & œcumenica Synodus Ephesi tunc primò congregaretur, Synodi-  
us, qui cum Acacio fuerat magister huius magni Euthymij, cum esset adhuc puer,  
postquam venisset in Palæstinam ad adoranda loca venerabilia, accedit etiam ad Lau-  
ram quinquagesimo & quarto anno ætatis magni Theodosij: partim quidem illum  
ipsum visurus Euthymium, partim autem suos quoquè consobrinos, Stephanum, An-  
dread & Gaianum salutaturus. Cum autem vidisset Euthymium, ei quidem narrauit  
de valde impia hæresi Nestorij, qui impiè (ò iustitia & pudor sacerdotum) paruo tem-  
pore præfedit Constantinopoli, & prophanis suis & corruptis dogmatibus totum fe-  
rè orbè terræ conturbauit. Expoiuit verò ei quoquè de Cyrillo Alexandrino, & Acacio  
Meliteno, quemadmodum acrem & vehementem zelum ostenderent pro fide ortho-  
doxa: & quòd œcumenica Synodus esset mox Ephesi congreganda aduersus illum im-  
pium. His ergò sic dictis à Synodio, animo lætatus est Euthymius, cum talia audiuisset  
de Acacio, ad quem vētitabat cum esset puer, & à quo fuit institutus in literis. Deindè  
verò cum ei vale dixisset Synodus, discedit à Laura, assumens Stephanum consobrini,  
& abit in sanctam ciuitatem, & persuadet ei, cui commissa fuerat ecclesiæ administra-  
tio, vt Stephanum quoquè cooparet in numerum suorum Diaconorum. Ille autem  
vnà cum eo ordinat etiam Cosmam Cappadocem, & vtrunque refert in catalogum  
chori Diaconorum.

Cum autem iam vndique congregarentur Episcopi ad Synodum, & illuc quoquè  
mox conuenturi essent Episcopi Palæstina, iuber magnus Euthymius Petro Episcopo  
Saracenorum, vt accederet Cyrillo Alexandria & Acacio Melitenes Episcopis, & quæ  
eis viderentur, se quoquè illis assentiri. Ille verò peracta Synodo reuersus ad Euthymi-  
um, ei omnia singularim exponit, quæ in ea euenerunt, & quoniam processerint. Is au-  
tem cum & alia didicisset ex ijs, quæ facta fuerant ab Episcopis Orientis, & quòd Io-  
hannes, qui præerat Antiochiæ, cum esset Orthodoxus, inductus esset, vt eadem sen-  
tiret quæ Nestorius, fuit graui tristitia cor eius fauciatur. Eodem modo affectus fuit  
etiam Domnus, illius consobrini. Rogauit itaque Euthymium, vt ei permitteretur  
ire Antiochiam, vt auunculum suum, qui supplantatus fuerat, restitueret, & iam vel-  
uti iacentem erigeret. Ille autem cum præuidisset non futurum illuc tutum aduentum,  
sed ei potiùs inutilem & minimè conducibilem, Nequaquam, inquit, ò fili: non oportet  
te à Laura recedere. Neque enim ille tua opus habet præsentia. Sed etsi paululum à  
recta fide declinauit, Deus tamen, qui nouit cor illius rectè se habere, ipse ipsum con-  
uertet, & reducet ad id, quod bene erit. Et tu quoquè ò fili, si quidem in quo vocatus  
es loco, in eo perpetuò manseris, proficies & gloriam adipisceris, veram, inquam, glo-  
riam, & quæ ex Deo est, & quæ nunquam excidit. Sin autem his neglectis, & toleran-  
tiam contemptis cogitationibus, à Laura tentabis discedere: obtinebis quidem admini-  
strationem, quam tuus habet auunculus: sed eam rursus tibi auferent mali homines  
& præstigiatores, cum ab illis priùs seductus fueris ignoratione. Et hæc quidem, qui est  
in sanctis, Euthymius.

Domnus autem cum hæc mandata non multum curasset, proficiscitur Antiochi-  
am: & nec vale quidem dixit sancto, & nec ei villo modo suum significauit recessum.  
Cum illic verò fuisset, omnia quæ ei prædicta fuerant, effectum sunt sortita: illeque  
postea magna ductus poenitentia, quòd non obediisset, ad ipsum reuertitur, graui do-

Signo crucis  
eis sistit  
tremorem  
Clematij.Nestorij  
hæresis.Synodus  
Ephesina  
cogitur.Vides non  
debere mo-  
nachum in-  
stitutum  
suum dese-  
rere?



lore visceribus cruciatus, & acerbè deplorans. Iuuenalis autem Stephanum quidem Melitenum ordinat Ismenia Episcopum: Cosmam verò Cappadocem refert in ordinem Presbyterorum, & ei cruce tradit custodiendas. Hæc autè de eo relata sunt monacho Cyriaco à familiaribus eius & successoribus. Nobis autè Cyriacus omnia aperuit, quòd nemo eum vnquam viderit comedentem, nisi Sabbato aut die Dominico, non cum aliquibus colloquentem, & nullo modo quempiam conuenientem, nisi fortè vnus aliquis postularet, vt eum conueniret: nunquam super latus cubantem, sed quidem sedentem & parùm oculis conuenientem, nunc autem funem, qui ab aliquo angulo tecti cellæ dependebat, amba bus tenentem manibus, & sic somnum aliquem moderatè gustantem, illud fortè magni Arsenij, ei dicentem: Adestum serue nequam, Arsenius enim eum quoquè fuisse æmulatorem Arsenij: Arsenij, inquam, qui in patris quibusdam moribus educavit & instituit Archadium & Honorij Imperatores: & ideo Patris appellatione, à sanctis scilicet patribus, est appellatus: postea autem in solitudine Aegypti fuit insignis virtutibus.

Arfenius  
Abbas.

Euthymius  
us in se  
primit vir-  
tutes Arse-  
nij.

Hunc ergò diligenter admodum imitabatur Euthymius, & ijs, qui ex Aegypto veniebant monachis, & de illius vitæ instituto aliquid referabant, animum iubenter adhibebat, & suæ animæ quibusdam veluti tabulis bona illius curabat inscribere, illiusque quietem & humilitatem & eius imitabatur silentium: præterea autem vestitus quoque humilitatem, & ventris abstinentiam, vigilantemque & arctum eius animum & sobrium, & illud, quod ab eo dicebatur, Arseni, cur egressus es? Compunctionem autem quomodo? Lachrymas, nocturnasque vigilijs, illumque amorem solitudinis, & cum nullo conuersationem, & præterea commiserationem, discernendi potestatem, in precatione alacritatem & constantiam, & eius in omnibus insignem fortitudinem? Num autem, cum sic illius vitæ imitaretur institutum, nõ etiam fuit dignus illius charissimatus? Aut fuit quidem, sed non paribus? Nequaquam: sed etiam illum re vera superavit in aliquibus. Verumenimvero alijs interim omisiss, quæ admodum futura cognouit & prædixit, veridicè ostendimus.

Anastasius  
custos sa-  
crorum va-  
forum.

Eum videre valde desiderabat Anastasius, cuius fidei credita erat custodia sacrorum vasorum sanctæ refurrectionis, eratque Chorepiscopus, fuitque simul discipulus & imitator sancti Passarionis. Cum ergò teneretur tanto eius videndi desiderio, Phido Ioppes episcopo, & Cosmæ, cuius munus erat custodire cruce, illam pulchram communicat cupiditatem. Cumque eos assumpsisset, quinetiam alium quoque Phidum, Phidi episcopi nepotem, (erat autem adhuc ætate iuuenis, & in chorum Lectorum cooperatus, qui etiam Cyriaco hæc tradidit & narrauit) cum eis proficiscitur ad magnam Euthymium. Postquam autem fuerunt iam propè Lauram, ab alijs quidè, cum nondum peruenissent, ignorabantur: Euthymio verò arcano quodam modo eos aperuit spiritus. Cum ergò statim vocasset Lauræ œconomum Chrysippum, Sint, inquit, tibi parata, quæ sunt ad accipiendos hospites necessaria. Ecce enim simul cum fratre tuo ad nos venit etiam patriarcha. Cum autem ipsi iam aduenissent, diuiniore quadam contemplatione magnus correptus Euthymius, colloquebatur & differebat cum Anastasio, tanquam cum Patriarcha Hierosolymorum. Atque qui aderant quidem omnes admirabantur: Chrysippus verò ipse quoque obstupescens, & ad aurem se inclinans Euthymij, Sed non est apud nos, inquit, Patriarcha ò venerande pater: Hic autem est sacrorum vasorum custos Anastasius. Vides quoniam sit eius vestitus? ostendens eius vestes, eæ autem erant splendide & sericeæ: quas quidem, inquit, non est fas Hierosolymorum Patriarcham induere. Cum aliquo autem tempore se repressisset senex, & veluti ad se rediisset, Sed mihi crede, fili, inquit: Hunc vidi candida veste indutum, & quali decet indui Patriarcham, & existimo me non esse deceptum. Sed quod Deus præsciuit, id ad finem quoque deducet. Sunt enim eius charismata minimè poenitenda. Ille ergò hæc quidem dixit multis audientibus, & consecutus fuit rerum euentus.

Terebonille, qui erat genere Saracenus, cum vxore habitans sterili, non gignebat liberos. quod quidem planè efficiebat vitam ei minimè vitalem, eratque causa doloris minimè tolerabilis. Accedit itaque aliquando cum vxore ad admirabilem Euthymium, rogans, supplicans, quid non faciens ex ijs, quæ possunt mouere ad misericordiam, vt is ex natura solueretur defectus, & ei aperiretur matrix ad pariendum. Ille autem cum ter eis inieisset signum crucis, & deinde lapideum illum ventrem tetigisset, Abire, inquit,

Vide cruce  
significaciam.

quit, facti in Domino. Is enim vobis concedit, vt cernamini patres trium filiorum. Illi verò in sermone, tanquam in re ipsa collocantes fiduciam, recesserunt pleni gaudio. Iam autem partus quoque tempus aduenerat, & primùm quidem parit Petrum quenquam, patrem Terebonis, qui Euthymij familiaribus hæc verè & apertè narrauit. Cum verò post hæc multum intercessisset temporis, veridicum Euthymij promissum alios quoque duos fratres præbuit Tereboni.

Frater erat in Laura, Romanus genere, nomine Aemilianus, qui bonam vitam exercebat, modestiamque ac moderatorem vel maximè ex ipsa amplectebatur adolescentia. Ei noctu aliquando, cum esset dies Dominicus, inimicus ex carne bellum graue commouit. Cui cum desperasset se posse perpetuò resistere, cessit & succubuit cogitationibus. Cum ita se haberet, & ab ea perturbatione animi obsideretur, manè fit obuius sancto, venienti ad synaxim. Ex eo autem quidam teter odor exibat, qui grauem illam animi perturbationem illi magno significabat. Cum eū ergò diuinus esset odoratus Euthymius, & cognouisset insidias, increpat malum dæmonem, qui ei exhibebat molestiam. Et statim frater quidem humi iacebat, seipsum conuellens, lacerans & aggrans, & spumam exspuens. Ad eum autem multi quoque conuenerunt monachi. Cum itaque lumen magnus iussisset afferri Euthymius, propterea quòd esset locus obscurus & tenebrosus, Videte fratrem, ò patres, inquit eis, quemadmodum cum ab incunte ætate in virtute viuere, & temperantiæ curam ageret, nunc vexetur propterea, quòd parùm cesserit impudicis carnis cogitationibus. Efficiamini ergò illo meliores, & ex supplicio illius lucrificati. Cæterum Deum, inquit, rogemus, vt is à talibus liberetur insidijs. Et ille quidem statim pro fratre est precatus. Locus autem fuit statim totus tetro odore plenus, veluti ardentis cuiusdam sulfuris, & tetrum illum odorem vox est consecuta: Ego sum, dicens, spiritus fornicationis, & deinde surrexit frater temperans & sanæ mentis, vt qui ex illo tempore sit ipse factus, sicut diuinus Apostolus vas electionis.

Aemilianus  
infecta-  
tur à fornicationis spi-  
ritu.

Circa illud autem tempus cum terra laboraret siccitate, propterea quòd non plueret, adeò vt esset quidem cælum super caput, prout dictum est, æneum, terra autem sub-  
tus ferrea: & quæ erant in Laura cisternæ, essent intus aridæ & plenæ puluere: valde affligebantur fratres, & cum magno accedentes Theodotisto, magnum rogabant Euthymium, (sciebant enim, quanta eius esset apud Deum fiducia) vt cælum per preces aperiret, & illinc aquam ad eos deportaret, qui siccitate mirandum in modum laborabant. Ille autem id non in animum inducebat, eam rem vocans Dei disciplinam & inflammationem inuectam propter peccata. Via enim tuæ, inquit diuinus Hieremias, & tua studia hæc tibi fecerunt. & propterea fortè ne me quidem exaudiet rogantem eius benignitatem. Nè ores enim, inquit rursus idem Propheta, pro hoc populo, & nè roges pro eis, quoniam te non exaudiam. Et hæc quidem D. Euthymius, differens de eo Deum rogare, propter suam insignem modestiam. Cum autem intenderetur flagellari, siccitasque & pluuia inualeceret defectus, & deinde etiam vici, qui erant circuncircà, grauiori premerentur necessitate: quoniam erat dies octauus sanctorum Theophaniorum, & iam aduenerat dies præfinitus, quo is exhibat in vastam solitudinem, innumerablem quidem ad eum confluit multitudo, cruce habens in manibus, & Kyrie eleison, id est, Domine miserere, de more, non ore solùm, sed labris quoque cordis inuocans. Ille autem illorum flexus precibus, ad eos egreditur. Mihi quidem, dicens, ò fili, nulla est ad DEVM certa fiducia, & cum liberè alloquendi audacia, vt qui sim peccator, & plus quam vllus alius, eius opus habeam clemetia: & maximè tali eius in nos ita tempore, nimis fuerit mea audacia, Deo preces offerre, qui, vt ait diuinus Esaias, dat panem afflictionis & aquam angustam: Qui aperiet, & nõ erit qui occludat: & claudet, & non erit qui aperiat. Peccata enim nostra inter ipsum & nos separant. Inquinamus eius imaginem, templum polluumus, seruimus libidinibus & varijs voluptatibus, inuidiæ & auaritiæ hæremus: ei exosi euasimus, dum alter alterum odimus. Verum tamen quoniam benignus & clemens est nobis Dominus, qui sola indiget occasione, & abundè protinus omnem effundit misericordiam, supplices ei procidamus, & cum vehementer oremus: & scio fore, vt nobis ignoscat, & quod suum est faciat, & nobis decernat irrigationem, & nostri paternam curam gerat. Est enim propè Dominus omnibus inuocantibus eum, inquit diuinus Dauid, in veritate. Eo autè adhuc loquen-

Dent 28.  
Magna ref.  
siccitas.

Ierem. 4.  
Ierem. 7.

Nota hic  
antiquitate  
litanarum.

Esa. 30.  
Esa. 21.  
Esa. 59.

Psal. 144.

re, illi veluti vna lingua & voce respondentes, Ipse dixerunt, ora pro nobis o pater, Voluntatem enim eorum, qui ipsum timent, facere nouit omnino Dominus.

Precibus  
impetratur  
diuinitus  
pluuia.

Psal. 64.

Cum hæc & quæ sunt eiusmodi, non posset diuinus despiciere Euthymius, & populo quidem præcepisset, vt intensè orarent, ipse autem assumpsisset ex monachis eos, qui erant præsentēs, ingreditur cum ipsis oratorium: cumque seipsum humi proiecit, Deum orabat cum lachrymis, Deus verò exaudit orationem, statimque audiebatur quidem sonus vehementis spiritus, & aer implebatur nubibus, & erumpebant tonitrua, vehemensque magno impetu cadebat pluuia, & affluentibus aquis, terra inebriabatur. Cum ille ergò humo surrexisset, & se turbis ostēdisset, Ecce, inquit, Dominus vestris precibus exauditis, visitauit terram sua visitatione, & eius sulcos inebriauit, & vteam ditaret, multiplicauit. Benedicet autem coronam anni huius supra alios, & implebuntur quidem campi pinguedine: pinguescent verò speciosa deserti, & valles multiplicabunt frumentum, & accingentur colles exultatione. Ille autem cum hæc dixisset, dimittit multitudinem, mox verò secutus quoque est euentus prædictionis, & terra laxata est, in suis visceribus germinans. Illa certè vehemens pluuia vsque adeo deorsum cecidit, vt eum diu prohibuerit, quo minus secederet in solitudinem. Quid ergò? Hæc ne sufficiunt ex bonis Euthymij? an pijs damnus animis afferemus, si bonorum illius factorum reliqua prætermiserimus? Sunt ergò illa quoque narranda, quæ mihi Iohannes, silentarius, inquam, & Episcopus, & Thalelæus presbyter (ij autē ad huc in Laura beati Sabæ se exercentes adsunt) tradiderunt.

Manichæos & Origenistas auertatur Euthymius.

Psal. 138.

Synodus Chalcedonenfis.

Dicebant enim, quod & multis alijs, & ipsi quoque diuino patri Sabæ hic vir admirabilis fuit admirationi: quod scilicet cum tanta esset eius moderatio & lenitas, pro rebus Ecclesiæ dogmatibus tantum zelum attulerit, vt idem re vera esset mitis & pugnator: & vt semel dicam, aduersus omnes quidem, qui non rectè sentiunt, magno erat & ardenti zelo: maximè autem Manichæos, & eos qui nugas tuentur Origenis. Qui cum multi tunc essent in locis, quæ sunt circa Cæsaream, & ad ipsum etiam uenerent pietatis prætextu, erat tanquam leo aduersus vulpes, sermone inexpugnabilis, & qui sustineri non poterat: quæ ex diuinis scripturis sumebantur demonstrationibus, eos validè comprimens & suffocans: & vt ait Hieremias, vt ipsi ex gloriatione afficerentur pudore, efficiens, quæ apud eos fabulis iactatur, præexistentiam & restitutionem omnibus viribus euertens & deprimens. Quinetiam aduersus eos, qui Arrij & Sabelli laborabant insania, ingentis erat spiritus, & eos, vt ait Propheta, per se o persequabatur odio. Septuagesimo autem & quinto anno ætatis magni Euthymij, congregata fuit Synodus Chalcedone, in quam omnes ferè totius orbis terrarum vndique conuenerunt Pontifices. Eos enim ad conueniendum vocabant, quæ Ephesi scilicet innouata fuerant, à Dioscoro, inquam, Alexandrino, quem simul cum ijs, qui illius tuebantur dogmata, è sacris eijciunt catalogis, & accuratum fidei decretum exposuerunt. Ei autem synodo insignis quoque Euthymij discipuli intererant, Stephanus lannæx, & Iohannes Episcopus Saracenorum, cum Petrus quidem iam è vita excessisset: qui cum autem secutus est Auxolaus, Dioscoro accessisset, & ideò magno, pro dolor, Euthymio inuisus vitam finisset. Ij ergò, Stephanus scilicet & Iohannes, cum Synodo interessent, quoniam fidei decretum in eis erat mandatū literis, ad statim arripientes, quam potuerunt celerimè accedunt ad Euthymium. Quanam de causa? Volentes scire, an ipse quoque consentiret ijs, quæ scripta fuerant. Non mediocriter enim eos terreat id, quod Auxolao acciderat: neque sciebant an assentirentur, an differrent, priusquam scirent illius sententiam. Postquam autem ille legisset, & quæ scripta erant, rectè se habere inuenisset, & concinere rectæ regulæ veritatis, peruasit repente fama totam solitudinem, quod magnus quoque Euthymius sequatur Synodum Chalcedonensem.

Theodosius pseudo-monachus oppugnat Synodum Chalcedonensem.

Hoc autem omnes propemodum monachos ad eam attraxisset, nisi quidam Theodosius, habitu quidem monachus, moribus verò præstigator importunissimus, & mente corruptissimus, veniens in Palæstinam, cum de dicta Synodo quædam improbè consinxisset, quod euerteret quidem dogma rectæ fidei, introduceret autem vel potius reuocaret dogmata Nestorij, cepisset Eudociam, quæ tunc versabatur in Palæstina. Per ipsam autem induxit omnes monachos: & deinde etiam sedem Hierosolymitanam inuerecundè, o iustitia, & impudèter inuadit, & cum ex potestate accepisset facultatē, bellum

bellum gerit aduersus diuinos canones & leges: hincque factum est, vt homines probi & moderati, à sedibus & sacris expellerentur, & nonnulli etiam ab eo interimerentur, & manus sceleratas Pontificum sanguine pro dolor pollueret: malefici autem & præstigiatores, & pestes, & carceribus potius digni quam sedibus, sacrorū interpretes crearentur & sacerdotes, & apud hunc sceleratum & exitiosum hominem magnā assequerentur potentiam. Cum verò ipse sic haberet omnes monachos à se pendentes, & eos duceret quod vellet, ij soli, qui erant magni sectatores Euthymij, fugiebant eius communionem, tanquam aliquod scelus & piaculum. Quoniam autem eum quoque tentabat impius Theodosius, & ad se accerserebat, illo ne ipsius quidem sermonē audire sustinente, rursus ad eum mittit legationem, Elpidium & Gerontium: quorum vnus quidem magni Passarionis, alter autē beatę Melanes erat successor, rogātes vt si ad ipsum nollet venire, conuenirent tamen vterque in locum aliquem, & de ijs, quæ vterque haberet, inter se differerent. Ille verò ad hæc grauitè exclamans, Absit, inquit, vt aut iniuste suso sanguini sacerdotum, aut hæresi communicem cum Theodosio. Illi autē, sed necesse est, inquit, vt tu communices Nestorio, quoniam & is duas tuetur naturas: quod quidem ne in hodiernum quidem diem ab aliquo accepimus, & eum secuta est Chalcedonenfis Synodus.

Nota calumniam.

Magnus autem respondens Euthymius, Quæ ab ea quidē Synodo sunt statuta, nondum, inquit, singularim consideravi omnia: sed quod attinet ad decretum ab eis expositum, non possum ea, quæ illi visa sunt, reprehendere. Statuit enim ipsa quoque sequi sententiam trecentorum decem & octo sanctorum patrum, qui Nicæ conuenerunt: & suadet amplecti Synodum centum & quinquaginta patrum, qui congregati fuerunt Constantinopoli: & iubet eos sequi, qui Ephesi conuenerunt aduersus impium Nestorium. Cyrillum autem Alexandria Episcopum sibi adiungit, tanquam qui sit eiusdem sententiæ, & rectæ sententię fateatur esse magistrum. De ipsam sanctam virginem libera lingua nominat, & vnigenitum Dei filium ex ea natum esse asserit: sine tempore quidem & sine corpore ex patre, in tempore autem & secundum carnem ex matre, vnum Christum, qui à nobis inconfusè, immutabiliter, citra diuisionem in duabus naturis cognoscitur: & propter eos, qui audent quandam inducere diuisionem in inexplicabili & arcana vnione, quæ in hypostasi seu persona facta est in vtero: & eos, qui per conuersionem dicunt carnem esse Dei Verbum, & vnigeniti carnem a serunt esse eiusdem essentia cum diuinitate: & alioqui propter eos, qui non confitentur verbi factam esse carni vnionem in hypostasi, sed per confusionē, & coalescentiam. & deinde etiā *συνουσία*, hoc est, simul iunctam essentiam, impie & prodigiosè affirmant, qui quidem diuinitatis & carnis dicunt vnā fuisse naturam, adeò vt si ea spectetur, quæ ab illis dicta sunt præter rationem, non possit seruari id, quod est Christi patibile, propter diuinitatis impatibilitatem: neque id quod est impatibile, propter patibilitatem ipsius humanitatis. Conuenienter ergò instituto huius rectæ sententię, illud, in duabus naturis, decreto additum est à Synodo: non tanquam seorsum & per partes Christum diuidens, sed eundem in vtroque confitens, & vtrunque in eodem.

Quatuor primarię Synodi vniuersales.

Hæc persequēte Euthymio, laudabat quidem Elpidius, & fatebatur rectè habere, quæ dicta fuerant, etiam si non recesserit à communionem Theodosij, & statim ostendit mutationem: Gerontius autem manebat in eadem sententia: & sic reuersi, minimè inter se consentientes, Theodosio responsa annunciant. Cum ille verò hæc audisset, quoniam in Palæstina iam omnia obtinebat, maius studium adhibebat, vt eum in suam naturam traheret: magnoque Euthymio assidue tendebat laqueos, & cum inescabat, & quotidie aliquos ad eum mittebat, qui bona scilicet suaderent & vtilia, nempe vt discederet ab ijs, quæ rectè & piè sibi visa fuerant: Theodosio autem assentiretur, & amplecteretur illius communionem. Ille verò, quod ij quotidie venirent, agrè ferens, quid facit? Cum qui sub ipso erant, omnes fratres conuocasset, & eis præcepisset, vt diligenter cauerent, vt nullo modo cederent, nec assentirentur malę Theodosij sententię: sed potius ora obstruerent eorum, qui sic sentiunt, & pro viribus deducerent ad veritatem: nunc quoque recedit in vastam solitudinem, cum effecisset, vt multi quoque alij imitarentur secessum. Erat autem illic quidam magnus Anachoreta, qui nupèr quidē venerat è Lyca, vocabatur verò Gerasimus: qui cum omne vitę institutū, quod Monachos decet, in patria ostendisset, multos quoque passus erat sudores aduersus spiritus nequitia. Is ergò

Theodosius impius.

Euthymius discedit in solitudinē.

cum pulchrè exerceretur in ea, quæ est ad Iordanem, solitudine, & sepè demones percuteret, pulsatur ipse quoquè, vel potiùs supplantatur ab eorum improbitate, & abducitur ab hereticis. Cum autè ab omnibus ferè Anachoretis audiret de Euthymio, iisdem quæ de eo sermone celebrabatur, aures haberet oppletas, aliquando ad eum venit in Ruban: cumq; cum eo diù esset versatus, & illius linguæ bibisset fluentum suauissimum, veluti quendam morbum euomit heresim, & ad sanam fidem reuertitur, quòd deceptus esset, magna ductus poenitètia, & cor vanis corruptum sermonibus, doloris stimulo castigans & puniens. Hunc autem ipsum alij quoquè consecuti sunt Anachoreta, Petrus cognomine Gurnitis, & Marcus, & Iulon, & Syluanus: & ipsi quoquè Theodosij noxiam sectabantur communionem.

Cum autem secundus post hæc annus intercessisset, ex hominibus quidem excedit Theodosius: à Ruban verò ad Lauram redit magnus Euthymius, & aliquando quidem vno sabbatorum, ille quidem Deo ministrabat, & ei incruentum obtulit sacrificiū: Domitianus autem adstabat ad dexteram cum mystico illo ventilabro, cum iam esset peragenda ter Sancti glorificatio, Terebonus, Saracenus, & Chryssippi frater Gabriëlius, alter quidem propè, alter verò stans intra aram, (ò magnam Christe tuam in Euthymii gratiam) vident ignem, veluti in quodam diffusum linteo, desuper descendente, quinetiam ipsum magnum Euthymium, & cum eo Domitianum intus complexum, sic circa ipsos permanisse ab initio ter Sancti vsq; ad completum sacrum ministerium. Terebonem autem ait metu correptum & exterritum ab ara recessisse, & non amplius atidatè & temerè esse ingressum adyta: sed in templi constitisse vestibulo cum magna in synaxi reuerentia, vt mihi postea narrauit Cyriacus Anachoreta, qui hæc audierat à Terebone & Gabriëlio qui viderant. Non hoc autem solùm, sed hæc quoquè mihi retulit de Gabriëlio, quòd esset quidem natura eunuchus, post viginti verò & quinque annos accedebat tunc primùm ad synaxim fratrum. Præterea hoc quoquè renunciatum est à Patribus, à Deo datum esse Euthymio, vt internos animi motus ex externo adspectu veluti per quoddam speculum intelligeret, & accuratè cognosceret, & cum quibusdam decertaret cogitationibus, & quasnam quidem superaret, à quibusnam autem maligni instinctu superaretur.

Aiunt verò eum quoquè aliquando dixisse quibusdam fratribus, qui cum eo seorsum versabantur, quòd sepè videret terribilem Angelorum visionem, vnà secum Deo ministrantem & sacra contrectantè, & quòd in Domini corporis sumptione, aliquos quidem ex ijs qui accedebant, videret ab ipsa illuminari, aliquos autem veluti obscurari & morte affici, quicunq; scilicet erant indigni ea luce & splendore. Quamobrè non cessabat testificari fratribus, & illud Apostoli optimè admonere, vt vnusquisq; attendat & seipsum probet, & sic cum tremore sumat panem & calicem, cum benè sciat is, qui accedit, quòd iudicium sibi comedit & bibit, qui ea indignè sumit. Propterea enim statim quoquè, cum hoc primùm offert sacerdos sacrificium, multitudinem veluti præmunit & iubet vt caueat, Sursùm habeamus corda, eis acclamans: & cum ab illis promissum acceperit, sic audet deinceps offerre oblationem. Qua etiam perfecta, ille etiã rursùm manus in cælum tollens, & ostendens esse dispensatum pro nostra salute mysterium, clara voce sic dicit: Sancta sanctis. perindè ac si dixerit quispiam: Quandoquidè ego sum homo, equè ac vos patibilis, ignorans quemadmodum vnusquisq; vixerit: propterea hoc antè apertè testificor, & hanc communè probationem vestræ suggero conscientia: Si quis captus fuit ab odio, & iniuriæ acceptæ recordatione: Si quis ab inuidia, aut ira, aut superbia: Si quis à maledicto, aut à turpi sermone, aut ab improba cupiditate, aut ab aliquo alio vitio fuit cõprehensus, nè priùs accedat, quam per poenitentiam à scelere fuerit expiatus. Hæc enim sancta, inquit, non prophanis, sed sanctis exhibentur. Quicunque ergò vestræ confiditis conscientia, ad eum accedite, & illuminemini, & vestri vultus nequaquam pudore afficiantur. Sed nescio, quomodo dulcedo doctrinæ Euthymij me vel nolentem assumens, præcedentium abrupte consequentiam, & vt induceretur perturbatio, propemodum effecit. Necesse est ergò, vt vos narrationem reuocetis rursùm in memoriam.

Capta ergò fuit, vt iam antè ostendimus, improbi Theodosij laqueis beata Eudocia, & à catholica communionem seiuncta, & deceterò toto studio contendebat aduersus Orthodoxos. Induxit autem omnes quoquè Monachos, qui habitabant in solitudine & in

Gerastimus  
Anachoreta  
post errorem  
redit ad sanam  
fidem.

Incruentum  
Missæ sacrificium.

Euthymius  
videt secretam  
mentium.

1. Cor. 11.

Ante eucharistiæ summptionem agenda poenitentia.

Psal. 33.

in sancta ciuitate, & persuasit vt eadem, quæ illa, tuerentur & probarent. Postquam verò iustitia aggressa est Theodosium, & ille quidem procùl abest, Iuuenalis autè suam sedem recipit, & ea dissoluuntur, quæ ecclesijs afferebant molestiam, Valerij fratris & Olybrij generi sepè mittuntur literæ ad Imperatricem hac de causa, vt Eutylianistarum relicta communionem, sequatur ea, quæ decreta fuerunt ab Ecclesia catholica. Illa autem primùm quidem cunctabatur, & differebat mutationem: neq; sciebat, quemadmodum dimitteret ea, quæ sibi visa fuerant. Postquam verò intellexisset suum generum fuisse in Thracia interemptum, filiamq; & eius filias esse in potestate hostium, & captiuos abduci Carthaginem: corde valdè sauciata, & rerum charissimarum amissione ea esse repensata arbitrata, inuenit calamitatem magistræ eius quod recedè habet, (Ipsa enim, inquit, tua disciplina me docebit): & ad rectam & veram fidem per illam deducta, statim deinceps vitis diuinis vacare, ab eis instructa, & vrens ducibus ad salutem. Et idè Anastasium Chorepiscopum cum quibusdam alijs, qui ei inferiebant, mittit Antiochiam ad Simeonem *Συμεών*, id est, in columna habitatem, qui erat multo altius sublatum virtute, quam columna, & verè totius orbis miraculum: ei scopum cordis per literas significans, rogansque vt ab illo rursùm acciperet, quænam sua esset sententia. Quidnam autè respondit? Scias, inquit, quòd malignus videns opes tuarum virtutum, expetiuit te vt cribraret sicut triticum, & per pestiferum illum Theodosium piam ac religiosam tuam corripuit animam. Sed esto bono animo. Non enim defecit fides tua. Mihi autem succurrit hoc valdè admirari, quòd cum sit tibi fons propinquus, ipsum quidem despicias, procùl verò queris eandem aquam haurire. Habes autem diuinum Euthymium, cuius sequens doctrinam, non aberrabis à salute.

Hæc auditis, non fuit negligens Eudocia, neque supina in boni inquisitione. Sed cum statim de viro inquisisset, & intellexisset ei esse prohibitum ad ciuitatè aliquam accedere, turrem in solitudine, quæ vergit ad Orientem, in altissimo ædificat promontorio, quod non plùs quam triginta stadia distat à Laura. Et illa quidè in eam ascendit, vt nullo prohibente, frueretur ad fatietatem doctrina Euthymij. Statim autem mittit ad eum querendum Cosmam crucis custodè, & qui à me superius dictus est, Anastasium Chorepiscopum. Illi autem cum ardentè mandato æquè vehemens ad parendum studium attulissent, in Lauram quidem protinus perueniunt. Cum verò accepissent eum non adesse, sed iam diù antè transisse ad Ruban, ne sic quidem à cœpro destiterunt: sed cum simul beatum accepissent Theodotum, ad eum abeunt, & eum vehementer simul orant & obsecrant, & tandem persuadent, vt ad turrim veniat, vbi nunc est ædificatum Scholarij monasterium. Cum eum autem vidisset Imperatrix Eudocia, non leuiter adspexit, sed vt qui æstate aquam sitit, & ad illius pedes præ gaudio procidens, Nunc cognoui, inquit, quòd Deus me visita uit. Ille autem cum eam solita impertisset benedictione, Sed oportet, inquit, ò filia, te tibi deinceps attendere, & in futurum diligenter canere. Nam quoniam vel parùm abducta fuisti vnà cum Theodosio, propterea tibi molesta euenerunt in rebus charissimis. Sed vt per totã vitam abstineas ab hac à ratione aliena contentione, oportet te præter tres sanctas & œcumenicas Synodos, nempe Nicenam, quæ conuenit aduersus Arium, & Constantinopolitanam, quæ ipsa quoquè cõgregata fuit aduersus Macèdonium, & Ephesinam priùs aduersus Nestorium, accipere etiã decretum, quod fuit editum ab ea, quæ nunc fuit congregata Chalcedone: & cum te separatis à communionem Dioscori, Iuuenali Hierosolymitano Archiepiscopo omninò communicare, & cum eo omninò consentire.

Cum hæc quidem dixisset, & precatus esset pro Imperatrice, & deindè ei vale dixisset, recessit. Illa autem statim re ipsa est executæ ea, quæ mandata fuerant: sanctamque ingressa ciuitatem, Iuuenali & catholicæ communicat ecclesiæ, magnamq; & frequentem inducit multitudinem Monachorum & laicorum, vt quæ sicut dissensionis, ita etiam communionis optimum fuit exemplum. Quorum fuit etiam vnus Archimandrita Elpidius. Nam Gerontius cum in malo maluisset consentire, non sibi solùm, sed multis quoquè alijs fuit causa interitus. Cui viam similem & similiter ducentem ad exitum duo quidam ingressi sunt Elpidij conuentus Marcianus & Romanus, & construxit vterque monasteria: Vnus quidè circa sanctam Bethleem, alter verò in vico Theocorū. Et beata quidem Eudocia accessit à Laura fratres custodis crucis, nempe Chryssippū & Gabriëlium, & efficit vt ordinentur Presbyteri. Et Chryssippus quidem cum fuisset in presbyteratu

Genfericus  
capta Roma  
id fecit.

Simeon  
morachus scribit  
Imperatrici.

Eudocia ad  
se accessit  
Euthymium.

Prosternitur  
ad pedes  
Euthymij.

Redit ad  
Ecclesiam.

ratu

ratu insignis, reliquit scripta digna, quæ mandentur memoria. Gabriëlio autem committit præfecturam monasterij Stephani protomartyris. Bassa autem pia & Dei amans, cum Andream fratrem Stephani & Iamneæ Episcopi à Laura accersuisset, cum pallorem efficit & præfectum monasterij, quod ab ea fuerat ædificatum : ædificatum autem fuerat in nomine Menæ martyris.

Sabas venit ad Euthymium.

Octogesimo verò & secundo anno ætatis Euthymij, accedit beatus Sabas, cum ad huc esset iuuenis, & nec barbæ quidem primam haberet lanuginem, quæ genas congeret, rogatque ut sub eo maneret, & sub eo se in virtute exerceret. Ille autem piissimum quidem accipit, Domitiano verò tradit discipulo. Deinde cum eum accessisset, Non oportet, ô fili, inquit, te, cum sis ad eum iuuenis & imberbis, in Laura versari. Magis enim expedit, ut qui tales sunt, vitam degant in cœnobio. Cum hæc dixisset, per quendam ex fratribus eum transmittit ad beatum Theodisium, dicens : Accipe adolescentem, & diligenter sub te simul exerceatur & educetur. Nam ut mihi videtur, in exercitationis instituto & in rebus factis erit insignis. Atque ille quidem hæc de Saba prædixit, prædictionem autem congruens quoque consecutus est exitus. Non est enim nunc, non est, non vrbs, non regio, non solitudo, in qua illius diuini viri res non celebrentur, & simul ei qui dicit, & ijs qui audiunt, voluptatem afferant. Quorum quidem non par est in transitu meminisse inter res gestas Euthymij : sed si Deo placuerit, de ijs opus integrum conscribemus, quandoquidem neque pium est, neque sanctum, gentiliū quidem vitam apud externos columnis honorari & scriptis : nos autem tam præclara facta virtutis digna iudicare silentio, & æterna damnare obliuione. Oportet autem etiam de magno tractare Gerasimo, & quales ipse dederit regulas & formas ijs, qui sub ipso exercebantur, & veluti condimentum adtexere narrationem, quæ magnam vtiq; habet vtilitatem.

Laura & cœnobium Gerasimi.

Hic ergò magnus Gerasimus, qui Iordanis solitudinis ciuis fuit simul & patronus, cum maximam illic Lauram, quæ non pauciores quam septuaginta Anachoretas habebat, construxisset, & præterea cœnobium in medio eius optimè collocasset, curabat ut, qui introducebantur quidem Monachi, manerent in cœnobio, & vitam monasticam exerceant : Qui autem crebris & longis se laboribus exercuerant, & ad perfectionis mensuras iam peruenierant, eos in ijs, quæ vocantur, cellis collocans, sub hac iubebat viuere regula, ut quinq; dies hebdomadæ vnusquisq; in sua cella sileret, nihil gustans quod esset esculentum, nisi panem & aquam & dactylos. Sabbato autem & Dominica venientes in ecclesiam, cum participarent sanctificata, cocto vterentur in cœnobio, & fumerent paruum vini. In cella verò nulli permittebatur aut ignem accendere, aut coctum gustare. Nihil autem possidere tantæ erat eis curæ, quantæ nihil aliud : & humilitate maximè ornabantur. Vnusquisq; verò laborem suarum manuum, qui per hebdomadam ab eis factus fuerat, sabbato ferens in cœnobium, circa crepusculum Dominicæ, hebdomadæ sumptus rursus accipiens, panes, inquam, & dactylos & aquam in vase aliquo & palmas, rursus redibat in cellam. Erant autem ad eum remoti ab omni sollicitudine, & à negocijs humanis ita disiuncti, ut nihil haberent præter ea, quibus induebantur, adeò ut non esset secundus amictus. Stratam autem quid erat aliud, quam storea ? & quæ solent appellare centonium & embrymum, & vas fictile ad aquam : quod quidè simul sufficiebat ad potum & ad palmas irrigandas.

Nota abstinentiæ, &c.

Item stratum.

Hæc lex autem eis est optimè tradita à Gerasimo, ut exeuntes cellas, dimitterent appetas, ut liceret ei, qui vellet, ingredi, & quod vellet, accipere ex illis vilibus & ad vsum necessarijs, nemine prohibente, quinctiam ipsi quoque cernerentur viuentes Apostolicè, & esset eorum quoque, qui habitabant in solitudine, eis consimiliter cor & anima vnæ : quandoquidem nemo ex ijs, quæ habebat, iudicabat esse aliquid proprium, sed omnia eis ex æquo esse communia. Porro autem hoc quoque dicitur de Anachoretis, quòd cum quidam ad eum accessissent, & peterent ut sibi liceret aquam calefacere, & coctum fumere, & ad lucernam legere, magnum respondentem Gerasimum, dixisse : Si sic vultis viuere, multò magis expedit, ut vos viuatis in cœnobio. Ego enim nequaquam permittam toto meæ vitæ tempore hoc fieri apud Anachoretas. Adeò ut cum Hierichuntini audirent eorum, qui erant apud Gerasimum, esse adeò arctum & omnis solatij expers vitæ institutum, esseque admodum asperum & violentum, hanc sibi legem vulerint, ut Sabbato & die Dominico ad eos abirent, & eis non modicam afferrent consolationem.

Act. 4.

gem. Sed hoc quidem est laus Hierichuntinorum, & euidens argumentum animarum virtutis amantium.

Cum autem multi ex ijs, qui sub hoc magno Gerasimo erant, decertatoribus, vident multos mundanos cum hoc proposito & scopo ad se venientes, tantum abest, ut eis gratas & iucundus esset eorum aduentus, ut nec eos quidem in regione omnino viderent tolerare possent : sed potius, ut valde læuros, eos fugerent & declinarer. Illi enim pulchrè sciebant, perfectæ temperantiæ matrem esse abstinentiam, ut quæ possit & turpes expellere cogitationes, & somni leuare grauitatem : Vt qui non solum verbis, sed etiam factis hoc à patre optimè didicissent. Hi enim illum dicebant tanti fecisse abstinentiam, ut quadraginta ieiunij dies ieiunus transigeret, contentus sola sacramentorum participatione. Cum sic vixisset Gerasimus, & ijs, qui sub eo erant, fuisset exemplar virtutis & occasio salutis, communis aduenit finis \* quinto mensis Martij, indictione tertridecima, in cōsultu Zenonis Augusti secundo. Nobis autem rursus redeundum est, vnde digressi sumus.

Abstinentiæ vis.

Mira abstinentia Gerasimi, for. \* quare

Cum iam tunc Leo pius & Christi amans, Marciani successisset imperio, Timotheus quidam cognomine Aelurus, totam concutiebat & conturbabat Alexandriam. Deinde autem cum ipsum quoque Patriarcham ciuitatis (ô iniquas & impias manus) in diuini baptismatis piscina interfecisset, sedem audacter & impudenter inuadit. Cum ergò in Aegypto omnia essent plena turba & tumultu, duo quidam Anachoretæ, quibus nomen erat Martyrius & Elias, vnus quidè Cappadox, alter verò Arabs, profecti ex monte Nitrie, ad magnum illum veniunt Euthymium, & vnusquisque eorum in cella separata apud ipsum loco tempore sunt versati : quos quidem hic vir diuinus amplectebatur lege amicitia, & assidue inuitabat ad colloquutionem, & ad Cutilam & Ruban secessus & descensus, eos quoque similiter faciebat participes. Cum quibus & vnà cum Gerasimo & alijs deinceps Anachoretis, sanctæ illæ manus vnaquaque Dominica intemerata sumebant sacramenta. Præuidit autem magnus Euthymius perspicaci oculo animæ ea, quæ erant euentura Martyrio & Eliæ, nempe fore, ut Iacobi, qui clarus erat in choro Discipulorum, vnusquisque eorum sedis sit successor futurus.

Proterij episcopi Alexandriæ cædes.

Post hæc verò Elias quidem cum descendisset in Hiericho, ædificat sibi cellam ante ciuitatem : quæ accessionibus ab eo factis paulatim dilatata, transmutata est in ea, quæ nunc cernuntur, monasteria. Martyrius autem speluncam quandam ad Occidentem, quæ quindecim stadijs distat à Laura, ingreditur : & cum satis temporis in ea permansisset, magnum quoddam & insigne is illic quoque construit monasterium. Sequenti autem anno luuenalis quidem Patriarcha quarto decimo anno eius patriarchatus ex hac vita excedit : Anastasius verò communi omnium suffragio ad sedem illius promouetur, de quo Euthymij fuerant prædictiones, & de eo verè promissiones. Quarum is statim recordatus, Pheidum, qui in Lauram cum ipso accesserat, & illas audiuerat prædictiones, ordinat Diaconum, & rursus ad magnum illum mittit Euthymium vnà cum custode crucis, & prophetiæ significans euentum, & rogans ut sibi permitteretur ad eum descendere. Is autem dat hæc responsa : Ego quidem semper desidero vestram videre perfectionem, & sic lucrum consequi spiritale. Sed prior quidem vester aduentus erat ab omni turba remotus, & separatus ab omnibus negocijs. Nunc autem vestri magistratus magnitudo dat vobis alium locum & ordinem, Deo ita volente. Quamobrem longè meam superat imbecillitatem vestra scilicet præsentia. Rogo ergò te, nè amplius vexeris huc iter suscipiendo. Sin minus, ego quidem te venientem prompto & alacri animi studio accipiam, & deinde necesse erit, ut non possim alios amplius repellere, nec potero deinceps amplius huc versari, ut qui ab eorum, qui accedunt, sim opprimendus multitudine. Sed quæ ad magnum quidem spectant Patriarcham, sic habent. Vult autem nunc oratio, ut reuertamur ad Terebonem.

luuenalis episcopi mors.

S. Euthymius non vult ut episcopus ipsam inuasat.

Hic ergò Terebon præfectus Saracenorum, cum aliqua de causa venisset Bostras, & à quodam suo collega per calumniam esset accusatus, ab eo, cui commissa fuerat regionis administratio, comprehensus fuit & coniectus in carcerem, in quo habitare fuit longo, quod intercessit, tempore condemnatus. Cum autem sycophantiæ actum magnus cognouisset Euthymius, scribit ad Antipatrum, qui tunc regebat ecclesiam Bostrenorum, vnà cum literis mittens Gajanum fratrem Stephani episcopi Iamneæ, ut omnem adhiberet diligentiam, ut Terebon liberaretur à vinculis. Ille verò cum accepisset literas, & excepisset

Terebon episcopus cōprehensus dicitur.



piisset Gaianum, & liberasset quidem Terebonem ab omni accusatione, & sumptum, quod erat ei opus ad iter conficiendum, ei suppeditasset, ad magnum mittit Euthymium: Gaianum autem, veluti quaedam scintillas virtutis Euthymij, statuit retinere, eumque Medaborum ordinat Episcopum.

Eudocia  
multa con-  
dit templa,  
&c.

Num. 24.

Euthymius  
Eudocia  
obitu præ-  
dicit.

Ecclesie S.  
Stephani  
dedicatio  
& reditus.

Anastasi  
patriarcha  
studium er-  
ga Euthy-  
mium.

S. Euthy-  
mij humi-  
litas.

Beata autem Eudocia cum quam plurima templa Deo edificasset, Gerontocomiaque & Prochorophia, & monasteria, quæ ne facile quidam possunt numerari, pie construxisset, iussit in quodam ex ijs templis, quæ erant ab ea edificata, quod est sacrum Petro principi Apostolorum, situm autem est in regione Lauræ Euthymij, non distans minus quam viginti stadia, cisternam valde profundam simul & laram fodere gratia alicuius vsus necessarii. Cum autem aliquando venisset ad eam spectandam, vidit Lauram Euthymij positam in media solitudine, & quemadmodum celle fratrum erant à se inuicem seorsim: & cum illud scripturæ apud se cogitasset, Quam pulchri sunt pedes iacob, tabernacula Israel: & ex eo anima esset valde compuncta, ad eum statim mittit Gabriëlium, rogans vt sibi permitteretur ad eum accedere, & frui illius sermone & doctrina, & simul etiam Lauræ, ei que dare reditus, habebat in animo. Causa autem erat, vt fratribus daretur decetero sufficiens necessarium rerum suppeditatio. Ille vero eam sic prius compellat: Cum tuus decessus sit in foribus, cur sollicita es, o filia, & distrahis circa plura? Illa sint tibi solè parata, que pertinent ad excessum ex hac vita. Nostræ autem ne memineras, quantum ad redditus & pecunias: sed communis Domini memineras, apud quem rogamus, vt tu nostræ potius recorderis.

His illa auditis, his duabus affectionibus bifariam diuisum habuit animum, admiratione & animi ægritudine: illud quidem magni Euthymij tribuens præscientie, & quemadmodum quod ipsa de ipso animo agitabat, ille longo antè spatio intelligat: hoc autem propterea, quod ipsa à sua spe excidisset. Volebat enim ei pecunias relinquere & redditus, vt diximus. Hinc vero venit ad sanctam ciuitatem, & cum Anastasium accessisset Patriarcham, & ei exposuisset, quæ à diuino audisset Euthymio, ea fecit, quæ illi priori cogitationi respondebant, & erant planè fraterna. Et primùm quidem Stephani Protomartyris Christi templum, quod nondum erat plenè constructum, dedicat quintodecimo mensis Ianuarij. Deindè cum ei etiam multum tribuisset reditum, & eius curam dedisset Gabriëlio, neque alias quoque neglexit ecclesias, quæ ab ea edificatæ fuerant: sed eas quoque valde diligenter obibat, & dedicans & sufficientem reditum vnicuique attribuens. Cum quatuor autem menses iam præterissent post dedicationem, ipsa quoque, humana vita relicta, excedit ad Dominum.

Longo autem post tempore, cum esset Euthymius iam nonaginta annos natus, in grauem morbū incidit sanctus quoque; Theodistus: qui erat adeo morti vicinus, vt ipse quoque, se mox esse decessurum significaret, vt cuius iam esset senectus profundissima, & humanorum esset plenus dierum. Cum ergo ad eum visendum magnus venisset Euthymius, & adspexisset eum versari in magno periculo, statuit paucos aliquot dies cum eo manere, vt cum iam eius sancta ad Dominum excederet anima, ipse iusta corporis faceret, & ea omnia, que mos est, in eo impleret. Cum autem cognouisset Patriarcha apud Theodistum assidere Euthymium, & id existimasset satis opportunam ad eum veniendi occasionem, cum beatus Theodistus iam ad Deū excessisset, tertio die Septembris ad eum accedit, & communiter ab eis facta reliquiarum sepultura, deindè & que erga Euthymium vehemens iubeat desiderium, fecit Patriarcha, & cum sacras illas manus suauiter præhēdisset, & eis esset circumfusus, & vehementer est amplexus, & inter amplexus dixit verba testantia desiderium: Iamdiu ab hinc ego sanctas has manus desiderabam, & ecce Deus mihi impleuit desiderium. Sed rogo te venerande Pater, & valde rogo, primùm quidem, vt Deum preceris, vt tuæ in me perpetuò conseruentur prædictiones: Deindè, vt ad me etiam assidue scribas de ijs, quæ videntur, quæcunq; lex præcipit filio.

Hæc cum Euthymio benignè admodum colloquebatur, & quæcunque alia tempus postulabat, & post longum tempus cum eo congressio reuocabat in memoriã. Is vero cum solita illa sua moderatione, Hoc ego, respondit, potius peto à tua beatitudine, vt in tuis ad Deum intercessionibus & supplicationibus nostræ quoque, recorderis. Ille vero respondens: Nequaquam, inquit, o pater, hanc tibi concedam petitionem. Hoc enim, inquit, rogo, vt à te primus accipiam. Pulchrè enim iam sum expertus diuinorum charismatum, quæ in te est, operationem & virtutem. Ille autem placidè admodum & leniter,

Con-

Concede, inquit, venerande pater, & exorare, vt præsentis monasterij, mea & tua causa, & ipsorum etiam fratrum curam geras, ei que, vt par est, prouideas. Ad hæc patriarcha, Cum, inquit, adhuc sanctus esset superstes Theodistus, tu huic præfuisi solitudini, eamque effecisti ciuitatem insignem multitudine & virtute eorum, qui inhabitant, & reddidisti veluti quandam aliam Christo Hierusalem: & nunc rursus cum ille è vita migravit, sua tibi relinquit. Ille ergo cum hæc dixisset, & sancto vale fecisset, reuersus est ad suam habitationem. Magnus autem Euthymius, cum Marin patrum Terebonis, ex virtute uentem, & iam ætate prouectum, monasterij præfectum constituisset, reuertitur ipse quoque in suam Lauram. Cum ipse autem in monasterij præfectura duos annos vixisset, & deindè è vita migrasset, descēdens rursus magnus Euthymius, sacrum quidem eius corpus in Theodisti magna theca pie deponit: cuidam autem Longino, propter vitam laude digno, committit curam monasterij.

Statim autem post magni Theodisti decessum, cum Olympius Scythopolis Episcopus vitam reliquisset, Cosmas quidè custos crucis pro illo ordinatur Episcopus: Chryssippo autem custodis crucis committitur ministerium, & nec in eo excidit prædictio Euthymij. Sed beatus quidem Cosmas cum totos triginta annos mansisset in eo munere, in secunda Palæstinæ prouincia magnis claruit pulchrisque rebus ex virtute gestis. Chryssippus autem, qui erat illius quoque frater, cum duodecim annos obiisset munus custodiendæ crucis, scriptis relictis & numero multis, & propter ea quæ tractant, laude dignis, vita excedit. Horum verò frater Gabriëlius, cum fuisset, vt prius diximus, Presbyter & Præfectus vigintiquatuor annos, edificauit sibi breue quoddam monasterium in valle venerabilis templi ad Orientem, quod nominatū fuerat sanctæ Assumptionis. In quod quidem, ad imitationem beati Euthymij, post diuinorum Theophaniorum octa-<sup>Theophania & festum</sup> num diem secedens, in eo morabatur vsque ad festum Palmarum. Cum autem esset studiosus, habuit ingenium quoque ei opem ferens. Quo factum est, vt linguam exerceat & ad Græcorum sermonem & Romanorum & etiam Syrorum. Moritur verò octogesimo ætatis anno in monasterio, & sit illic viro sepulcrum, qui signis maximis est insignis. Atque quæ ad Euthymij quidem pertinet discipulos, ea sunt huiusmodi, & fuit talis vniuscuiusque decessus.

Ego autem ad ea, quæ consequuntur, eius rectè facta reuerror. Nam hæc quoque mihi cum alijs Iohannes silentarius & Episcopus, & Thaleleus Presbyter narrauerunt. Dicebant enim, quod versantibus aliquando ipsis in solitudine, in eos incidens beatus Sabba colloquebatur, dicens, quod cum adhuc esset in cœnobio, ascendisset post mortem Theodisti simul cum Longino Præfecto ad magnum Euthymium. Cum autem aliquot dies morati essent circa Ruban cum Martyrio & Elia, & vnà cū eis adesset sanctus Gerasimus: Quoniam, inquit, prompto & alacri animo videt magnus Euthymius me & Domitianum, utroque assumpto, transibat per interiorē solitudinem. Cibus autem nobis erant radices melagriorum. Deindè peruenimus ad quandam terram admodum incultam, siccamque & omninò aquæ expertem. Ego autem, qui planè eram rudis & imperitus conuersationum, quæ sunt in solitudine, vehementissima siti oppressus deficiebam animo, & nec pedes quidem habebam, qui possent itineri conficiendo sufficere. Conuersus verò, inquit, magnus Euthymius, cum me sic iam deficientem & defessum adspexisset, mea causa est animo commotus: & cum se paululum à nobis seiunxisset, & ad terram prostrauisset, orabat, dicens: Domine, da aquam in terra sitienti, fratris fratris consolans. & post preces surgens, apprehendit ligonem, quo herbarum excidentis radices, alimentum nobis comparabamus, & solum parū scindit, & statim aqua è terra scaturit, & bibere permittit. Cum ergo bibisset, & sitim quæ eum premebat, depulisset, Deo egit gratias, qui præter opinionem per suos seruos talia facit miracula.

Cum ergo apud Deum tantam haberet Euthymius fiduciam, & tantam spiritus gratiam è superis attraxisset, ne communis quidè mortis ei tempus est celatum, nec quæcunque euentura erant in eius Laura, sicut diuini Patres de ijs mihi narrarunt. Dicunt enim, quod octauo quidem die post festum luminum, quo solebat ad interiorē proficisci solitudinem, conuenerunt quidem ij qui erant ipsum deducturi, & quicumque eius peregrinationis omninò volebant esse socij: inter quos erat etiam Martyrius & Elias. Cum autem nihil parati inuenissent, neque quod esset secessui conueniens, quin etiam cum omninò offendissent imparatum, rogauerunt an non esset crās profecturus. Ille verò,

T r Tota,

S. Euthy-  
mij præci-  
bus aquam  
impetrat à  
Deo.

Festum lu-  
minum.

Nota, dies  
festus S.  
Antonij.

Tota, inquit, hebdomada ero vobiscum in Laura, & sabbati media nocte à vobis separabor. Hoc autem dixit, prius significans se tunc esse moriturum. Tertio itaque die, qui est postea dicitur, cum aduenisset dies festus diuini Antonij, precipit vt vigilent in templo per totam noctem: & nocturnis illis hymnis ab eo peractis, cum assumpsisset Presbyteros in eo, quod Diaconicum appellatur, Nullas, inquit, o fratres, vobiscum amplius peragam vigilias. Me enim iam vocat Deus à vita presentis. Sed nunc quidem exire, & accersite mihi Domitianum: manè autem patrum veluti quidam coetus conueniat. Manè ergo magno studio omnes ad eum conuenerunt, & cum se parum retinisset, ita eos coepit alloqui:

Suprema  
oratio Euthymij  
ad vsus.

Humilitatis & charitatis encomium.

Patres mei & fratres dilecti in Domino, & filij, ego quidem iam postremam viam meorum patrum ingredior. Vos autem oportet vestrum in me amorem in custodiendis preceptis ostendere: ex quibus precipue est charitas, quæ est vinculum virtutum perfectio. Quod enim sal panis, hoc est charitas virtutibus. Nec sine ea fieri potest, vt virtus rectè gerat: quandoquidem vniuersa virtus per charitatem & humilitatem firma & stabilis cognoscitur. Nam humilitas quidem nouit eum, qui ea vtitur, ad summam rectitudinem extollere: Charitas verò & firmiter continet, nec sinit, vt cadat ab illa altitudine. Est autem charitas maior humilitate: quod quidem manifestum est ex ipso exemplo Domini & opificis. Nam propter suam in nos charitatem seipsum sua sponte humiliavit, & factus est sicut nos. Oportet ergo ei perpetuo consistere & hymnos offerre. Nam hæc quidem omnes, vt semel dicam, homines honestum est exercere. Nos autem præ ceteris, & propter pacta conuenta cum eo inita, & quod ab omni perturbatione liberi, & à negocijs, quæ ad victum comparandum pertinent, minimè diuulsam & distractam vitam nostram agamus, & soli nobis ipsis seorsum attendamus. Et corpora & animas, o fratres, semper castas conseruare oportet, & consueta in synaxi glorificatio, & quæ nobis desuper tradita est, regula conseruanda est à vobis omni diligentia. Eorum, qui affliguntur, cura est gerenda pro viribus. Qui ex fratribus colluctatur cum improbis cogitationibus, is semper à vobis confirmetur, & perpetua fruatur admonitione & doctrina & præceptione, nè imprudens paulatim supplanteretur, & casu graui à diabolo prosterneretur. Porro autem hoc quoque vobis vltimum adicio mandatum: Nunquam ijs, qui adueniunt, & aduocantur, sed sit semper aperta cuiusvis viatori, & ad excipiendum veluti paratissima. Quinetiam ipsum te dicitur sit vobis commune hospitibus atque transeuntibus, & ea, quæ habetis, egentibus proponantur communia. Sic enim copiosam suppeditationem à superis consequemini.

for. adueniunt.

Prædicit  
mortem  
Domitiani.

Hæc cum eis mandasset, deinde etiam eos interrogauit, quemnam eis vellent impere & præesse. Illi autem vno veluti consensu responderunt omnes, Domitianum. Ille verò, At hoc, inquit, nequit fieri. Domitianus enim non hinc lōgo tempore post me manebit: sed cum septimum solum diem transegerit, sequenti, me consequetur. Hoc omnes, qui aderant, obstupescerunt, cum tam aperte & tam liberè dictum esset. Cum de Domitiano itaque spem perdidissent, petunt quendam Eliam, œconomum inferioris monasterij, genere Hierichuntinum. Ad eum ergo protinus conuersus magnus Euthymius: Ecce, inquit, omnes patres te sibi pastorem & præfectum eligunt. Tu autem vide, vt tibi ipsi attendas & toti gregi. Oportet verò te hoc quoque scire ante alia, quod deo visum sit, haud ita diu abhinc hanc Lauram fieri cœnobium. Deinceps autem & vbinam edificari cœnobium, & quemadmodum construi oportet, & de hospitum exceptione, psalmodiaque & studio in regula adhibendo præcepit Eliæ, & de non negligendis fratribus, & maximè ijs, qui improbis grauantur cogitationibus. Deinde verò hoc postremò dixit omnibus: Si inuenerim aliquam ad Deum fiduciam, hanc primam petam à Deo gratiam, vt vobiscum & cum vestris posteris sit semper simul spiritu in seculum.

Obitus S.  
Euthymij.

Hæc cum dixisset, dimisit quidem omnes præter Domitianum: & cum tres postea dies mansisset in diaconico, sabbato nocte dormit in pace, & ad eam quæ illic est, transit beatitudinem, re vera senex & plenus dierum, vicesimo die mensis Ianuarij: in anno quidem à mundi creatione, conuenienter temporibus scriptis ab Hippolyto, qui fuit antiquus & ipse notus Apostolis, & ab Epiphano Cyprio, & ab Herone philolopho & confessore, quinquies millesimo quingentesimo & sexagesimo, Domini autem nostri Iesu Christi in carne aduentus quadringentesimo & sexagesimo quinto. Sciantur autem hæc quoque de Euthymio, quod habitu quidem erat minimè fictus & mitissimus: adspe-

tu autem teres & albus, valdeque lætus & iucundus ad videndum, omninò canus propter ætatem, paulò breuior, densa barba & vsque ad zonam promissa, membris sanus & integer, vt cui non digitus, non vnguis, non dens, non parua nec magna pars abesset corporis. Atque natus quidem fuit, vt superius dictum est, ex reuelatione. Tres autem annos natus, Deo fuit consecratus, in principio scilicet magni Theodosij. Cum verò transisset per omnes ecclesiasticos ordines, venit Hierusalem circa viginti & nouem annos vitæ propriae. Cum verò sexaginta & octo annos transegisset in solitudine, nonagesimo quidem & nono anno suæ ætatis, decimo autem sexto imperij Leonis, excedit è vita.

Cum autem fama celeriter per omnem sparsa esset regionem, Monachorum & laicorum congregata est multitudo, quæ non poterat facile numerari. Quinetiam Anastasius Patriarcha Hierosolymitanus, cum simul assumpsisset examen Clericorum & militum, accessit. Cum eo autem aderat Chrysippus & Gabriëlius, & Diaconus quoque Pheidus. Anachoretæ quoque, qui erant in solitudinibus, vndique conuenerunt. Quorum erat vnus quoque Gerasimus. Omnes autem in stuporem adducebat continuatio miraculorum. Cum ergo conuenisset multitudo propè innumerabilis, prohibebatur sacrum illud corpus à sepultura, cum iam esset hora nona, donè milites, vt eis iussum fuerat à Patriarcha, repellunt multitudinem: & sic vix tandem datur aditus diuinis patribus, vt corpori illi, quod tam strenuè decertauerat, & multa passum fuerat, iusta peragerent, & cum ijs, quos decet, hymnis in locupleti loculo deponerent. Atque dolor quidem Euthymij priuationis, multis erat causa lachrymarum: Martyrium autem & Eliam longè tangebatur vehementius, & ij valde lachrymabantur. Sed cum illos quidem consolatus esset Patriarcha per Chrysippum crucis custodem, & cum ijs, quibus opus erat, vsus esset admonitionibus, hortatus est vt frequentius ad eum accederent. Cum autem reliquisset Pheidum in Laura Diaconum, ei edificandi committit negocium: & cum esset in sanctam reuersus ciuitatem, mittit opifices ad opus & materiam, vt beatè ille Euthymij reliquæ in apto & conuenienti loco deponerentur.

Miracula.

Honorifica  
ad modum  
sepultura.

Domitianus verò, qui magni erat verè magnus & germanus discipulus, vt qui esset eius vitæ imitator accuratissimus, cum plusquam quinquaginta annos sancto inseruisset, à loco non recessit: sed permansit deinceps ad sextum vsque diem ab illo tempore, vt qui statuisset non esse sibi viuendum deceterò, nec ferendum esse, vt hanc lucem omninò adspiceret. Cum septimus autem iam dies aduenisset, ei lætus nocte apparet Euthymius: Veni huc, dicens, tibi paratam gloriam consecuturus. Ecce enim, inquit, Deus tibi concessit, vt nos quoque hinc degamus communiter. Hæc Domitianus annunciat fratribus, cum venisset ad synaxim. Sicque ipse in gaudio & spe bonorum futurorum, è vita excedit.

Obitus Do-  
mitiani.

Diaconus autem Pheidus, multis collectis operis, & magno adhibito studio, speluncam, quæ in principio tenuit silentem diuinum Euthymium, pulcherrimam & maximam admodum efficit: cuius cum medium attribuisset thecæ magni illius patris, ex vtraque parte elaborat thecas Presbyterorum, Præfectorum, & reliquorum sanctorum virorum. Postquam autem perfecta iam fuissent omnia, tabulam, quæ erat sepulcro imponenda, & argenteum vrceum, & cancellos Patriarcha statim mittit Hierosolymis. Deinde ille ipse quoque descendit ad Lauram, cumque sanctum illud beati viri corpus cum lampadibus & hymnis proprijs credidisset manibus, transfert ad eam adem, quam ipse recenter fuerat fabricatus, & in sacro suo deponit loculo, vt nunquam posset amplius aperiri, & nec vel vllæ parue possent illinc eius auferri reliquie. Cum tabulam autem imposuisset, vrceum desuper quasi circa pectus desigit. Illa verò ab eo tempore in hodiernum vsque diem omne genus gratiæ dat ijs, qui ad eum accedunt fideliter. Atque cum sic quidem præclare fecisset reliquiarum translationem septimo die Maij, adsumpto secum Martyrio & Elia, rursus reuertitur in sanctam ciuitatē, & eos ordinat Presbyteros, & refert in catalogum clerici sanctæ resurrectionis. Et hæc quidem sic habent.

Trasfertur  
corpus S.  
Euthymij.

Miracula.

Restat autem nunc, vt persequamur quam de causa, & quemadmodum Euthymij Lauram transmigrata sit in cœnobium. Necesse verò est orationem paulò altius repetere, vt sic apertam & dilucidam faciamus narrationem. Cum vnus iam præterisset annus post mortem magni Euthymij, Leo ille magnus & Christi amans Imperator excedit è vita, relicto Leone suo nepote planè infante successore imperij. Ei autem, cum pa-

rum in imperio vixisset, succedit pater Zeno, sed ille quidem, cum ex insidijs Basiliscus quidam inuassisset imperium, fugit in Isauriam. Cum vero Basiliscus occupasset imperium, facit conciliabulum aduersus diuinam Synodum Chalcedonensem: quo quidem nitens pars eorum, qui erant schismatici in sancta ciuitate, cum sibi Gerontium quendam præfecisset Archimandritam, multa innoat aduersus Ecclesiam, nec minoribus, quæ prius ausus fuerat Theodosius. Quinto autem anno postea moritur quidem Anastasius Patriarcha, iam incipiente mense Ianuario. Zeno vero reuersus ab exilio, vincit quidem Basiliscum, qui adhuc tenebat imperium: rursus autem recuperat imperium, quod amiserat. Et sedi quidem Hierosolymitanæ succedit Martyrius, de quo nihil peritius sæpe facta est mentio, qui ad ipsum Imperatorem Zenonem & Acacium Episcopum Constantinopolitanum scribit de schismaticis & illorum blasphemias & vitanda hæresi: & cum Pheido Diacono dedisset literas, mandat ei quoque non pauca ore dicenda.

Ille autem cum Ioppen peruenisset, & quoddam ascendisset nauigium, quod proficisceretur in Corycium, vbi fuit in ipso mari Parathenico, in magnam incidens procellam & tempestatem, media nocte paritur naufragium. Cum vero iam demereretur, nec se supra fluctus posset omnino tollere, sed propterea quod in medio mari esset, & quod nox esset obscura & incerta, periret, in quoddam lignum ex inopinato, vel potius quod Deus id dedisset, incidit: & cum in quendam locum enataisset, & à tanta calamitate se paululum recreasset, venit ei in mentem admirabilis Euthymius, & statim illius implorabat auxilium aduersus periculum, & ambas ei manus tendebat, & illius nomen sæpe inuocabat. Cum sic ergo laboraret, ei alicunde magnus apparet Euthymius, per mare transiens, & securè in ipsis fluctibus inambulans. Quem cum repente vidisset Pheidus, adductus est in admirationem. Eum autem ab animi angore & timore volens rursus statim liberare, ea qua prius quoque solebat allocutione: Noli, inquit, timere. Ego sum Euthymius, Dei seruus. Scias non esse bonum hoc iter in conspectu Dei. Neque enim afferet utilitatem aliquam matri ecclesiarum. Et idè oportet te reuerti ad eum, qui te misit, & ei meo nomine iubere, nè sit sollicitus de disunctione schismaticorum: haud enim ita diu abhinc, sed illo Pontificatum obtinente, futuram vnionem, & omnes, qui sunt Hierosolymis, futuros vnum gregem, & sub vno pastore. Te autem oportet venire ad meam Lauram, & fratrum quidem cellas diruere ab ipsis fundamentis, coenobium verò ædificare illic, vbi meum ædificasti coemeterium. Nò enim Lauram, sed coenobium potius esse locum Deo placet. Hæc ille quidem mandat Pheido, & suo eum pallio induit. Ille autem re ipsa, & non in somnis protinus raptus, nò dissimili fortè modo ei, quo Abacuc, ita facile & momento temporis statuitur in litore, & perindè ac si è somno surrexisset, ò diuinam prouidentiam, in sancta inuenitur ciuitate. Sic autem præter opinionem in domo conseruatus, deponit quidem illud diuinum Euthymij pallium, quod tantum pelagus transuolare penna citius effecit & tutius, consueto autem induitur vestimento: illud verò, (sed est attendendum: miraculo enim cognati & consimile sequitur miraculum) à quadam veluti manu abreptum, euanescit & tollitur de medio. Cum ad se ergò rediisset Pheidus, & quænam eum mala oppressissent considerasset, vndæ, fluctus, nox, desperatio, & quæcunque sunt mala tempestatibus: deinde verò animo agitasset repentiam huius inexpugnabilis calamitatis solutionem, magnumq; Euthymium, & quemadmodum cum iam esset defessus, & grauius suffocaretur, ei apparet pedibus ingrediens in fluctibus, & veluti manum illam porrigens hilarem, vultumque vnà & vocem, & ei mandans ea, quæ dicta sunt, & tandem imponens pallium, & tantum mare veluti alatum per aërem transmittens, & domi suæ reddens insensiliter. Hæc cum apud se considerasset Pheidus, emisit illas voces cum magna admiratione: Nunc scio verum esse & germanum Dei seruum magnum Euthymium, ab eoque misum, meliberasse à calamitate.

Deinceps autem hæc quoque matri narrauit. Illa verò eis aures lubenter accommodans, (amabat enim non solum filium, sed etiam Deum) & propterea tam eius, qui seruat, quam eius qui seruatur, deletata narratione, & etiam lachrymas profundens ex oculis, cōsuluit filio omnia impleret. Deinde autem ad Patriarcham quoque transiens, ei Pheidus renunciauit omnia. Ille verò admiratus narrationem, quæ omnem rationem superat & opinionem, Reuerà, inquit, Dei Propheeta est magnum Euthymium, magna est

Matrem ecclesiarum dicit Hierosolymitanam inde ortæ sint ecclesie.

Insigne miraculum.

Obserua de inuocatiõe Sanctorū.

Dan. 14.

est & quæ dici non potest apud illi fidutia. De ijs enim, quæ Lauræ euentura essent, cum nos omnes effemus testes, prædixit iam in Christo consummandus. Hæc cum dixisset, ipso quoque Pheido permittit, vt ædificet coenobium, & cōcedit, vt ad id proficiscatur: simul professus, se quoque omnibus viribus opus vnà esse aggressurum. Cum aut Pheidus magnam manum accepisset ministrorum & domus ædificatorum, & vnū ex mechanicis, descendit in Lauram, & cum ædificasset coenobium, sepique & fossa esset completus, verus quidem templum attribuit fratribus ad coenaculum: alterum autem templum superius ædificat. Intra coenobiū verò excitat turrim, quæ esset apertè veluti propugnaculum totius solitudinis, & eam collocat in medio coemeterio. Loci verò posituram, in qua hoc sacrum collocatum est coenobium, & esse pulchram propter æqualitatem, & Monachis esse aptam ad exercitationem propter aëris maximè temperationem, oratione describam & ostendam, quantum poterò.

Est quidam collis admodum brevis inter duas valles, quæ ex Oriente & Occidente simul paulatim coeunt, & ad Austrum inter se commiscuntur. Ad Boream autem patet pulcherrima campi planities circiter tria stadia, quam fieri potest optimè excogitata ad voluptatem & delectationem. Per eam autem mediam torrens perfluit, qui ex alto descendit ex colle, qui est ad Orientem, sitque loco veluti quadam zona. In ipsa verò collis in planitiem inclinatione, & eorum eleganti mixtione & coniunctione, exurgit turris veluti quidam vertex & arx quadam: & turrim deinceps consequitur porta, quæ est versus planitiem, quæ cum voluptate transmittit eos, qui exeunt, veluti à quadam specula despicientes pulchra illa planities spectacula. Sed quid loci naturam recenscat aliquis, quemadmodum est quidem mitis & fertilis: quali autem super eam est aëre conuolutus: & neque maiore quam opus sit calore, neq; frigore vtatur: sed cum ex ambobus fugerit ea, quæ molestiam afferunt, vniuscuiusque præclare tenet medium: & est frigidioribus quidem calidior: calidioribus autem rursus sensim frigidior, & cōsequenter valde humidis sicior, & immoderatè siccis humidior, cum ea, quæ vnicuique congruit, cōmoderatione?

Cum ergò totum eiusmodi coenobij ædificium simul & ornatus, non opus haberit plus quam tribus annis propter multas manus, vehemensque & intensum ministerium, volebant quidem diuini Patres illud cum alio ornatu & artificio ecclesie reddere & dedicare: eos autem arcebat rursus aquæ penuria. Nam in illa quidem solitudine pluit sola hyeme. Cum ea autem fuisset magna ex parte sicca & aquæ expers, eis aqua defecerat, maximè circa vernam conuersionem: nisi fortè in aliquibus cœcauis cisternarum conseruaretur aliqua breues aquæ reliquæ. Quod quidem eos valde reddebat animi dubios & perplexos, vt qui premerentur inexorabilibus naturæ necessitatibus. Significant certè præfectus Elias & Diaconus Pheidus Longino præfecto inferioris monasterij, & Paulo præfecto monasterij Martyrij, vt suis iumentis aquam eurent ad eos transferendam ex Pharis. Sequenti autem nocte eis paratis ad iter, cum iam congregata essent iumenta, illa nocte apparet beato Eliæ magnus ille Euthymius, Quid hoc sibi vult, rogans, quod hodiè iumenta congregetis? Cum is verò respondisset, Vt aquam afferamus ex Pharis: propterea quod ea nunc nobis omnino defecerit, increpauit illum, dicens: O vos modice fidei, quanam de causa Deum non rogauistis? Num is, qui ex prærupta petra inobedientem potauit populum, & aquam ex asini maxilla Samsoni aliquando fecit scaturire, non poterit vobis quoque ad vsum suppeditare, si solum cum fide offeratis petitionem? Deinde eis etiā prohibuit iter ad Pharas, vt minimè necessarium. Aqua enim vobis implebuntur vel maximæ cisternæ, si ne tres quidem horas expectaueritis.

Cum ad hanc visionem è somno excitatus fuisset beatus Elias, & statim eam Pheido & reliquis annuiciasset, iumenta quidem à proposito soluit ministerio: cum nox autem iam transiisset, & sol quantum videret terram suis illustraret radijs, nubes nescio vnde aërem, qui erat super coenobium, repente complexa, protinus erupit in pluuiam. Et omnia quidem circuncircà simile adhuc puniebat flagellum siccitatis: ij autem soli, qui erant in coenobio, præter opinionem aquam erant adepti, perindè ac si aliquis pluuiam circūscripsisset, & rursus ulterius non sineret progredi. Postquam autem & cisternæ fuerunt aqua plenæ, & non erat amplius opus imbribus qui è caelo descendunt: dissipata est statim nubes, & vehemens imbrium procella rursus reducā fuit ad serenitatem. Cum verò miraculum breui totam peruassisset solitudinem, & peruenisset iam etiam

Aedificatur coenobium ex diuina reuelatione.

Situs coenobij.

Pluit hic sola hyeme.

S. Euthymius opparet Eliæ.

Num. 10. Iudic. 15.

Pluuiæ diuinitus data.

Nota anti-  
quos ritus  
dedicatio-  
num.

Sap. 9.  
Act. 1.

for. & fer-  
uentes  
Pax eccle-  
siae Hiero-  
solymitanae  
reformata.

Irruptio-  
nes Barba-  
rorum.

for. & eius

Oleum è se-  
pulcro S.  
Euthymij  
sanat mor-  
bum.

ad ipsum Archiepiscopum Martyrium, descendens ille multis copijs ad coenobium præ-  
claram quidem egit synaxim & vigiliam cum multis lampadibus & suffitibus. Splen-  
didam autem & magnificam facit dedicationem, deponens sub ara quasdam partes  
reliquiarum martyrum Tarachi, Probi & Andronici septimo mensis Maij. erat verò  
iam duodecimus annus post decessum Euthymij. Cùm aliquod autem tempus trans-  
iisset, Diaconus quoque Pheidus suscipit Episcopatum ciuitatis, Doron quæ vocatur.

Sed cùm ego in hunc locum venerim, mihi venit in mentem, vt de schismaticis il-  
lud addam, quod mihi etiam dignum videtur, de quo dicatur: vt quæ in mari fuit diuini  
Euthymij prophetia, euidentius hinc ostendatur. Nam cùm iam quidem Patriarcha  
Martyrius, fidem tribuens Phidei visioni admirabili, & ijs quæ in mari prædixit ille ma-  
gnus, de his quidem schismaticis cessauit cogitare. Non multum autem temporis in-  
tercessit, & veluti ex diuiniore quadam visitatione Marcianus, cuius paulò antè memi-  
ni, omnes ipso conuocat in coenobio, quod ab ipso constructum fuerat in sancta Beth-  
leem, &, Quousquè tandem, inquit, ô fratres & patres, contendimus corpus Ecclesie  
diuidere in partes, idque cùm nec nobis quidem constet, quæ sit Dei voluntas, sed rem  
sic credamus proprijs cogitationibus? Est ergò nobis considerandum, nè fortè existi-  
mantibus recta via ingredi, in auia cõtingat incidere. Sunt enim incertæ hominum co-  
gitationes, sacra aiunt eloquia, & si videtur, sequentes illud Apostolicum, & veluti ex-  
emplo vtentes, iaciamus fortes in conspectu Episcoporum & Monachorum: & si fors  
quidem venerit ad Monachos, oportet omninò perseuerare in ijs, in quibus nunc ma-  
nemus, & quæ nobis placent. Sin autem ad Episcopos, cum ipsis communicare. Cùm  
hanc artulisset sententiam Marcianus, nullus erat ex ijs, qui aderant, qui non laudaret.  
Iactam itaque sortem Monachi quidem eam habuerunt: omnes autem ei statim com-  
municabant, tanquam ex Deo esse cognitam arbitrati, præter Gerontium solum & Ro-  
manum: & omnes seipsos præbent & ferentes vnioni Ecclesie, eique deceterò germa-  
nam ac sinceram faciunt communionem. Cùm eos autem Patriarcha pulchrè non so-  
lùm supinis, vt quis dixerit, manibus, sed etiam cordis sinibus excepisset, præclarum &  
celebre festum agit. Admodum enim pulchrè ciuitati exortum est bonum pacis, & læ-  
tatiæ sunt platee Hierusalem, & per omnia Deus glorificabatur. Gerontius autem & Ro-  
manus, alter quidem cùm quadragintaquinque annos præfuisset beatæ Melanæ mona-  
sterijs, alter verò in Theocorum, vt supra diximus, regione monasterium construxit  
set, & deinde ex ipsis quoque turpiter fuissent expulsi propter eorum, quæ ipsis visa fu-  
erant, impietatem, mali malè huc & illuc obeuntes recesserunt. Sed hæc quidem facta  
sunt temporibus Zenonis.

Sequentibus verò annis, cùm Anastasius post ipsum accepisset imperium, incurfio-  
nem autem fecissent barbari, & magnam partem solitudinis vastassent & depopulati  
essent, euertent ipsa quoque Agarenorum tabernacula, quæ eis nupèr magnus fixe-  
rat Euthymius. Deinde qui ex his quidem erant insigniores, alia sibi excitant in Mar-  
tyrij Monachi monasterio, & templa erigunt. Barbari autem cùm rursus eos essent  
aggressi, alios quidem interimunt, alios verò captiuos abducunt: aliquos autem in ali-  
os vicos compellunt, nempe eos, qui ex inopinato hoc periculo euasere superiores,  
cùm magna & grauissima fuisset hæc illic barbarorum incurfio. Beatus autem Elias,  
qui Euthymij rectè præerat ouibus, cùm triginta & octo totis annis administrasset præ-  
fecturam, multaquæ præclara & egregia in ea fecisset opera, & magnum sui amorem  
reliquisset fratribus, qui in eis viget vsque in hodiernum diem, ipse quoque feliciter ex-  
cedit ad Dominum. Cùm quidam autem Simeon Apamensis post illum suscepisset ad-  
ministrationem, & in ea tres tantum annos vixisset, Stephanus Arabs genere ei succe-  
dit: qui cùm mortuus esset, & ei frater Procopius sexcentos aureos ex bonis paternis  
tribuit monasterio.

Sub eadem autem tempora Cæsarius quoque quidam Antiochenus, qui in ciuilibus  
magistratibus sæpè bonam erat affectus estimationem, cùm ad sanctam venisset  
ciuitatem, & satis longum esset illic tempus moratus, incidit in quandam corpoream  
valde grauem affectionem. Quoniam verò deerat manus, quæ eum curaret, & omnem  
superabat tolerantiam & amicorum consolationem, cùm non haberet quidnam dein-  
cèps faceret, confugit ad sepulcrum admirabilis Euthymij, & quod ex illo fluebat ole-  
um, sit statim ad liberandum hominem remedium, cùm solùm morbus fuit inunctus. Is

Is autem referens gratias pro beneficio, pecunias sancti monasterio alias quidem iam  
prebuit splendide ac magnifice, alias autem etiam quotannis præbiturum esse promisit.  
Domum verò reuertens, cùm ad Tripolitanum Episcopum accessisset, quomodo solet  
animus in rebus huiusmodi lubenter rerum meminisse grauium, quæ iam præterierunt,  
narravit ei singula, quemadmodum malum quidem eum inuasisset, & manus medicorū  
& præsentia familiarium, illæ quidem ad curationem, hæc verò ad consolationem nihil  
valebant: & quemadmodum omnibus desperatis, venerit ad sepulcrum Euthymij, &  
quemadmodum illic solùm vnctus oleo, protinus & citius, quàm quis sperare atq; adeò  
optare ausus fuerit, inuenit curationem.

Hæc ille quidem singulatim narrabat Episcopo. Quidam autem Leontius, illius  
consobrinus, cùm esset ætate valde iuuenis, contigisset, verò eum interesse narrationi,  
animo protinus, vt audiuit, incitatus, & maius aliquid animo agitans, quàm pro ætate,  
cùm quæcunq; sunt mundana condemnasset, à quibus vt plurimum faciliè decipi & capi  
potest iuuentus, recta venit in magni Euthymij monasterium, & vitam suscipit mona-  
sticam. Quem vtique, cùm virtute euasisset insignis, accersens Stephanus Episcopus, ei  
tradit curam monasterij, quod conditum fuit in honorem magni martyris Leontij. Pau-  
lo post verò cùm sedis etiam reliquisset successorem, excedit è vita vicesimo secundo  
mensis Ianuarij, cùm annos viginti & vnum integros præfuisset coenobio. Porro autem  
Leontius quoque, huius consobrinus, Nilum quendam coenobij presbyterum euntem  
Antiochiam, & ab eo hospitio exceptum, cùm ex ijs quæ aderant, satis accepisset, Ore-  
stiadis ordinat Episcopum. Et hæc quidem ita se habent.

Reuertendum est autem ad magni Euthymij monasterium, & quæ deinceps conse-  
quuntur, ea sunt addenda narrationi. Post Stephani Episcopi consummationem, Tho-  
mas, qui genus trahebat ex Apamea, cùm id felix & florens accepisset, minuit & cir-  
cuncidit. Quo autem tempore is administrationem tenebat monasterij, ad eum rur-  
sus venit Antiochenus Cæsarius, & ab illo humanè & benignè acceptus, cùm in eodem  
cum eo accubisset conuiuio, deinde vt solet inter eos agitati essent sermones, & audi-  
isset quòd in Diaconico essent illius ligni partes, in quo Dominus illo suo admirabili  
consilio fuit crucifixus: petiit ab eo, vt liceat sancta illa ligna adorare, & eorum exigua  
aliquam partem accipere. Cùm ergò annuisset is, qui præerat monasterio, eadem  
quidem hora ei aperit ambas fores Diaconici, referat autem thecas rerum preciosarum,  
aliquid ardentius faciens & amantius: & ingressus est Cæsarius cum ijs, qui erant  
circa ipsum. Cùm autem adorasset & complexi fuissent, aliquam quoque partem acci-  
piunt illius salutaris & venerandi ligni. Deinde etiam ingressi interiorem cellam Dia-  
conici, rursus conuertuntur ad se reficiendos.

Theodorus autem Galata quidam, qui eis ministrabat, frequenter exiens per Diaconicum,  
& ad eos ingrediens, sacris illis thecis apertis, sexcentos illos surripit aureos, de  
quibus antè diximus, qui positi erant in tribus crumenis. Et Præfectus quidem, Cæsario  
& suis mentem adhibens, non sensit quod factum erat. Manè autem surgens Theo-  
dorus, simulabat se irasci, & præ se ferebat se valde indignari, quòd non liceret ei frui  
quiete & silentio. Quocirca recedit ex monasterio, specie quidè quòd desideraret lo-  
cum vacuū à tumultu: re vera autem, quòd cuperet latere, & aurum abscondere. Cùm  
ergò ad sanctam ciuitatem iter esset ingressus, vbi fuit exaduersò monasterij Monachi  
Martyrij, & sensim sedens, & genibus crumenas imponens, aureos quinquaginta nu-  
mero ex vna harum sumpisset, ponit reliquos sub magno quodam lapide: & cùm lo-  
cum signasset, & sibi notum, quòd eius fieri posset, fecisset, recta profectus est Hieroso-  
lyma: illinc verò Ioppen. Cùm equos autem conduxisset, & arham dedisset, reuertitur  
ad lapidem, sub quo latebat aurum: & cùm iam propè fuisset, (ò oculus qui omnia  
intueris, ô iustissima iudicia) videt quendam magnitudine maximum & ad spectu terri-  
bilem serpentem, qui è lapide prorepserat, & erat veluti collocatus ad seruandos aure-  
os, conari arcere eum à re aliena. Ille ergò timore affectus, tunc quidem vacuis mani-  
bus reuertitur. Sequenti autem die rursus redit, & rursus inuenit terribilem illum auri  
custodem adeò diligenter vigilantem ad auri custodiam, vt ne liceret quidem omninò  
accedere ad lapidem: quinetiam cùm aggredi perrexisset, diu serpens ita est eum per-  
secutus, vt satis habuerit illinc saluus recedere. Postridie autem venit rursus ad locum,  
& protinus aduolans quædam virtus aërea, cùm veluti quandam clauam incussisset

Leontius  
valde iuue-  
nis fit mo-  
nachus.

Lignum S.  
Crucis ad  
oratu.

Viderem  
admirans  
dam.



Nota diuini-  
nam vltio-  
nem in sa-  
cilegum.

Theodoto, & certam ei plagam infixisset, illum quidem euerit & propè exanimatum humi deicit. Quidam autem Lazariotæ cum transeundo aduenissent, & tam miserè iacentem inuenissent, accipiunt & deferunt in Nosocomium, quod est in ciuitate.

παυδοχης

Cum illic autem diu iaceret, videt in somnis quendam senem eum acriter corripentem, & dicentem: Non aliter tibi licet surgere, nisi surreptas pecunias prius reddas Euthymij monasterio. Cum itaque exinde accersisset eum, qui accipiendis præfectus erat egrotis: & furtum confitetur, & dolum aperit, & causam, quæ tunc latebat, cur è monasterio recesserit, pro palat & profert in lucem veritatis: & quemadmodum sub quodam lapide aurum deposuerit, & quemadmodum cum sepe accessisset & conaretur tollere, primum quidem serpens & magnitudine & adspèctu terribilis, qui è lapide proreperat, eum expulerit admirabiliter & præter opinionem: deinde autem quendam virum, quæ alicundè aduolauit, eum sic affecerit. Hæc cum accepissent Præfectus Thomas & Leontius, statim ascendunt ad sanctam ciuitatem, & cum Theodotum in quodam vehiculo imposuissent, vt eis ostenderet locum, in quo aurum erat abditum: ipsum quidem inueniunt sub lapide positum, formidabilis autem illic custos (ò miraculum) nusquam aderat: vt qui veluti veris dominis thesauro celsisset. Atq; illi quidem statim tollunt aureos, parùm curantes eos, qui consumpti fuerant à Theodoto. Ipse autem nihil amplius mali sentiebat, & erat sano corpore.

Author historia huius fuit monachus. P. sal. 27. 2.

Atq; Thomam quidem, qui octo annos Euthymij præfuerat monasterio, vicefimo quinto mensis Martij, septuagesimo anno post discessum Euthymij, benignus & clemens Dominus hinc euocat. Leontius autem post eum suscipit præfecturam monasterij, à quo ego, qui hæc scriptis madaui, referor in catalogum fratrum illius gregis. Quæ ergò de hoc diuino & admirabili Euthymio Patres mihi narrarunt, vt dicam sicut diuinus Dauid, non abscondi à filiis eorum in generationem & generationem. Oportet autem omninò ea, quæ meo tempore facta sunt, non despiciere, cum qui sunt affecti beneficio, sint adhuc superstites, & intersint ijs quæ geruntur, & sui intuitus vtantur testimonio: sed & in hodiernum vsq; diem ea, quæ sunt præter opinionem, sicut miracula, quæ sunt eorum quæ præcesserunt, probatio & perfectum signaculum, quod de illis nihil sit omninò dubitandum.

Nota adorationem.

Decimosexto itaq; anno, cum Monachorum suscepissè habitum, vehemèntique quietis ac silentij tenerer desiderio & habitandæ solitudinis, quærebam honestam alioquin occasionem, vt ea consequerer. Cum nullam autem aliam inuenirem, præ me tulli magno me teneri desiderio videndæ dedicationis ecclesiæ Hierosolymitana, & petij vt illuc ire liceret. Dimissus autem à Præfecto, cum iam essem recessurus à Metropoli Scythopolitarum, mater hoc mihi dat mandatum, vt nihil ex ijs, quæ pertinent ad animam, ex me facerem absq; admonitione & consilio Iohannis silentiarij. Nè fortè, inquit, statim ab initio imprudens irretiaris errore Origenistarum. Cum ergò venissem in sanctam ciuitatem, & sacra quidem loca adorassè, in quibus Dominus popter nos moras traxit salutare, & cum diuinæ quoq; crucis lignum adorassè, deinde ad eum me confero. Is autem cum & mihi alia monita dedisset & consilia, tandem hoc quoq; mihi præcipit: Si vis, inquit, saluus esse, vade ad magni Euthymij monasterium, & in eo habita. Hæc cum ego audiuissem, venio per solitudinem quam citissimè ad Iordanem: & cum satis longum tempus cum ijs, qui illic erant, patribus essem versatus, in illius magni monasterij delatus, sum susceptus. Leontius autè erat, cui & suscipiendi cura, & monasterij præfectura fuerat credita.

Dæmoniacus curatur ad sepulcrum S. Euthymij.

Cum illic ergò versarer, video ea æstate quendam genere Cilicem, habitu monachi, Paulum nomine, ex Martyrij monasterio profectum, quem malus quidem possidebat spiritus: ab ijs autem, qui ad ipsum attinebant, adducebatur ad monumentum Euthymij. Cum positus ergò fuisset monachus ad thecam reliquiarum, appàrens paulopost magnus Euthymius, media nocte fugat dæmonem. Fuit autem hoc certum curationis testimonium. Nam cum ipsa nocte ascendisset Paulus ad horam nocturnæ Psalmodiæ, sit vnus ex ijs, qui canebant: & nobis omnibus præsentibus, se faretur fuisse à Deo curat. Cum autem quod factum fuerat, didicissent monachi Martyrij monasterij, veniunt vt eum rursus reducerent in suum monasterium. Sed ille cum vellet ostendere, se esse grato animo, & apud se scripta conseruaret gratiã, mansit deinceps in cœnobio, omnemq; laborem & ministerium alacri animo vnà subijt cum fratribus.

Cum

Cum nos autè aliquando colligeremus alimentum in solitudine, id verò erat quod vulgò solet nominari Manuthia, in colligendo rogauimus Paulum, qui ipse quoq; aderat, quidnam ei accidisset, & quam de causa venisset in cœnobium, & quamnam curationem esset consecutus apud thecam reliquiarum. Ipse autè, vt qui iam esset nobis familiaris, & apud nos nò posset quidquã fingere, omnia apertè recenset. Ego, inquit, cum mihi Diaconatus munus esset creditum in monasterio Martyrij, nescio quomodo laboraui auaritia, & captus sum amore pecuniæ. Cum autem essem inops, & nescirem vendè vel mihi drachmam pararem, venit mihi in mentè ex sacris vasis aliqua surripere, & vnum quodq; eorum precio vendere, & sic aliquo modo mihi parare possessiones. Cum verò victus essem ab his improbis cogitationibus, & Dei timorem excussissem, surripio clauas ex ara: & cum locum aperuissem, in quo erant reposita vasa sacra, ex ijs alia quidem mihi vsurpauì, alia autem alijs quoq; contemptim distribui. Deinde cum illo Diaconatus munere functus essem, clauas quidem reddo rursus ad aram referens. Cum autem ad cœnam venissem cum quibusdam fratribus, & me vini potione exatiassè, in strato miser recumbo. Protinùs verò omnis intemperantiæ cogitatio in meam diffunditur animam, perinde ac si omnes simul concurrissent. Ego autem, cuius animus erat adhuc corruptus à temulentia, me lubenter tradidi his cogitationibus: quæ me assumptum sic affecerunt, vt viderer sentire sceminam, quæ vnà mecum esset, & vnà cum ea iacere. Protinùs ergò ad me venit obscura quædam nubes & caliginosa: ea autem erat sceleratus dæmon, qui me inuaserat: à quo victus tanquam ab aliquo hoste captus, mansi ab eo longo tempore cruciatus, & quid non graue patiens? Vbinam enim malefaciendi satietatem hostis ceperit, quando hoc facere fuerit in eius potestate? donèc fratres mei ducti misericordia me tollunt, & ad sancti capsam adducunt: & statim perinde ac si respuissem, & ad me essem reuersus, cum calidis orabam lachrymis, vt me miserum miseretur Euthymius, & me ab hac scelerati dæmonis liberaret contumelia: & vesperè propè eam iacebam supplicans, & non intermittebam orare.

Et hic habes vindictam caelestem in sacilegum.

Implorat S. Euthymiu.

Iam autem crica mediam noctem videbar mihi versari in quodam loco diuino & admirabili, cuius posituram, pulchritudinem, gratiã optauerit quidè videre quispiam, sed verbis nequaquã poterit exprimere. Videbatur autem mihi nigra quoq; quædam cuculla & lana plena esse meo capiti imposta: ea autem lana (ò malorum depulsor Dei serue Euthymi) absit vt vllis alijs imponatur. Nam intrinsecus quidem pro lana, ornata erat spinis, ijsq; non tolerabilibus vtq; aut mediocribus, sed stylosum stimulis magnitudine longitudineq; similibus: Caput autem meum valdè pungebat, & nec omninò quidem hiare sinebat aut respirare. Cum tali ergò malo premerer, lingua mihi videbar versare nomen Euthymij, & eum orare. Ille autem statim mihi apparet, multa luce circumcircà refulgès, pilis canus, grauis adspèctu, lætus oculis, statura breuis, promissa barba, nigra veste indutus, & virgam manu tenens. & quamam re, inquit, tibi opus est? Quid autem vis tibi faciam? Cum ego autem timidè & subtrementè respondissem, Miserere meæ calamitatis, & à graui me libera dæmon: ille verò austerius respondens, Sed est ne tibi, inquit, per sua sum ex ijs quæ fiunt, nihil Deum latere? Didicisti ex ijs quæ passus es, quantum malum sit, res ecclesiæ aut Dei potius despiciere, & inconsideratè ac temerè profundere? Nam quomodo rerum ecclesijs cōsecratarum gratia apertè transit ad Deum, ipse autem rursus scit ex alto præbere remunerationes: ita qui eis malè vtuntur, non in alium, sed in illum ipsum sunt contumeliosi, & ei meritas luunt pœnas: Si enim olim Ananias cum vxore, cum ex ijs quæ ipsi obtulerant, surripuissent, tantas dederunt pœnas, vt ipsi vnà cum furto morerentur: quamnã veniam consequetur, qui ne alienæ quidem parcat oblationi? Verumenimverò, inquit, si pactum conuentum feceris, te non amplius rebus sacris manus iniustus immisurum, nec te malas admittendo cogitationes, suauius oblectatur, te, inquit, consolabitur Deus, & te curabit. Est enim benignus & clemens, & non vult mortem peccatoris, vt diuina docent eloquia, sed vt ipse conuertatur & viuat. Propterea enim tibi mala euenerunt præsentia, quod cum tibi rerum sacrarum creditum esset ministerium, non tamen te ipsum Deo conseruasti fidelem: sed statim ad dolum respexisti, & furtum merens, vt verè dicam, vbi non seminasti, & colligens vbi non dispersisti. Hinc proficiscitur, quæ sit ab ipso, derelictio: hinc insul-tus carnis & intemperantia, & hic grauis dæmonum fluctus hinc in te inundauit.

S. Euthymius ei apparet.

Notent hæc vsurpatores rerum ecclesijs cōsecratarum. Act. 5.

Ezec. 18. &

Hæc cum ego audiuissem, ei polliceor me in posterum cautionem esse adhibiturum. Et

Iohan. 5.

Et tūc, inquit, cū in sceleratum dæmonem infremuisset, & manu meam cucullam apprehendisset, vix, inquit, & vi eam aufert capiti, ea autem statim mutauit formam, & mihi in sancti manu breuis quidam videbatur Aethiops, habens oculos igni similes. Vix est autem ante eius quoq; pedes defossa esse fossa profundissima: & illum quidem deiecit in fossam: ad me verò rursus conuersus, illud dicit, quod Christus paralytico: Ecce sanus factus es, noli amplius peccare: sed attende tibi ipsi, nè quid contingat deterius. Ab ea autem liberatus affectione, ardentius Deo actis gratijs, ab illo tēpore sum conseruatus, vsq; in hodiernū diem nullo malo affectus. Hæc cum mihi Paulus narrauerit, ego omnibus communem adieci narrationem. Verumenimverò nunc mihi rursus incitatur oratio ad rebus alijs pascendas vestras aures. Non sinit enim cessare miraculorum cōtinuatio, semper magis prouocans orationem, & vehementi semper studio contendens progredi ad anteriora, quæ sunt prestantiora atq; iucundiora, veluti ipsa se cum certans, & ea quæ præcesserunt ijs, quæ sequuntur, volens vincere.

Duas enim cisternas, quas fama est ab initio fodisse Amorrhæos, distantes duobus stadijs à cœnobio, renouat quidem, cū adhuc esset super terram magnus Euthymius, vt iam antè declarauimus: & cū alterius ori imposuisset ostium, tribuit Lauræ ad aquationem. Alteram autem ijs, qui ab ipso baptizati fuerant, Agarenis, certo concedit tempore. Cū sic ergò haberent cisternæ, & vna quidem Lauræ, altera verò attributa fuisset Agarenis, solitudinem illam, quæ erat alioqui arida, & propemodum aquæ expers, pluuiæ inuaserat penuria. Qui Lauram itaq; incolebant, aquæ veriti inopiam, cisternæ quidem ostium clauis & vectibus communiunt. Cū verò Præfecti, qui Ro-

Barbarorū incuriosus.

mano suberant imperio, Aretha & Asuades, contra se inuicem arma & bellum suscepissent, per solitudinem sæpè dispersi barbari, & pecunias diripiebant, & domos eueriebant, & quæcunque alia in his rebus violenta solent & tyrannica contingere, faciebant. Cū nos autem aliquando sederemus ante aditum cœnobij, accedunt quidam duo barbari: cum eis verò aderat quoq; Christianus quidam, Thalamas nomine, qui erat cognatus Agarenorum, qui fuerant olim baptizati ab Euthymio. Adducebant autem vnum ex sua multitudine barbarum, qui ipse quoq; à quodam sæuo possidebatur dæ-

Dæmon inuadit barbarum.

mon. Cū ergò accessissent, exposuit nobis causam Thalamas, nempe quòd cū aliquando barbari venissent ad Lauram, vt potarent suos camelos, & cisternæ impositum inuenissent ostium, hic quem possidet dæmon, paulò magis barbaricè commotus, graui quidem lapide illud confringit: eum autem statim vicissim longè grauius ferit dæmon, & deinceps iacebat tortus ac dilaceratus, & os habens spuma oppletum. Ego verò, inquit, accedēs, & quòd ita se haberet barbarus animo fractus, vnà cū his viris eum tollo, & ad sancti capsam affero, vt vndè accepit calamitatē, illinc inueniat mali quoq; medicamentum. Eiusdem enim est & castigare propter audaciam, & curare rursus propter clementiam. Cū ergò ad loculum positus esset is, qui laborabat, & non multum deinceps tempus mansisset, curationem inuenit maiorem quàm petierat: non liberatus solum ab affectione, sed etiam diuiniore luce animum habens illuminatum, & non multis postea diebus baptizatus.

Curatur obsessus ad reliquias.

Huius autem ipsius quoq; Thalamæ sororis filia, immundi dæmonis dominatu tenebatur. Ea igitur à Lazario (illic enim habitabat Thalamas) portata ad capsam reliquiarum, nullum quidem aliud medicamentū applicatum, nisi huius oculi sanctificatio: dies autem non plures quàm tres, ad perfectam sufficiunt liberationem ab eo, qui opprimebat. Quid verò de filio dixeris Agareni Argobii? (hoc enim erat nomen patris) quem cū pascentem greges in solitudine, quidam execrādus inuasisset spiritus, non solum mente, sed ad spectu & oculis quoq; erat peruersis. Delatus autem ipse quoq; ad capsam reliquiarum, breuè omninò erigitur, & omnia suo loco restituta habēs, patri red-

Alij innumerati sanantur.

ditur. Multa quis posset alia eiusmodi recensere, atq; ad eò innumerabilia. Quandam enim mulierē, quæ in vico Betabudison cum marito habitabat, meridie domi aliquando sedentem grauis inuadit dæmon: & rotos quidem sex menses cum eo collucebatur, & marito morte grauiorem vitam efficiebat. Cū itaq; is cum casum ferret intolerabiliter, & nullam posset molestiæ inuenire consolationem, constituit ad magnum confugere Euthymium: & cū sic furore percitam accepisset coniugem, cum ea venit ad monasterium. Quoniam verò non licet introire mulieribus, assidebat in vestibulo, faciens quæ poterat, ieiunio vtens & oratione, & singulis vesperis bibens ex capsâ sancti-

sanctificatione, cum oleo lucernæ. Tertia autē consequenti nocte ei magnus apprensus <sup>Eccè mirā</sup> Eurhymius, ei dicit: Ecce sana facta es, vade in domum tuam. statimque & morbus est <sup>curatio.</sup> dissolutus, & cessauit insania, & domum mulier sana mente reuertitur. Ab illo autem tēpore, vt potè memor beneficij, quod à sancto acceperat, quotannis veniebat ad monasterium, ipsumq; limen & solum, quod est antè ingressum, & puluerem ipsum complectens, osculabatur, fratresq; inuitabat ad conuiuium, & quàm humanissimè poterat, accipiebat. Et hoc quidem est eiusmodi, & quod nulli priorum cedit magnitudine.

Illud autem ipse quoq;, qui subiit calamitatem, & ad sancti sepulcrum consecutus fuit curationem, cū sit adhuc superstes in monasterio, & vnus ex ijs, qui in eo sunt Monachis, sua lingua & voce testificatur. Est enim quidam frater in monasterio, genere Galata, nomine Procopius. Hic ergò Procopius cū adhuc in ciuilibus versaretur tumultibus, occupatus fuit à malo dæmone, & eum habuit diū simul habitantem, & ea, quæ intus erant, opplentem strepitu, sicut ipse mihi narrauit. Postquàm autem mundo relicto accessit ad monasterium, & à conuentu fratrum fuit acceptus, & adora- <sup>Adorauit,</sup> uit capsam reliquiarum, malus statim dæmon est conuictus tanquàm lux à tenebris, & <sup>pro veneratus est,</sup> in aperum productus, & esse dæmoniacus cognitus est Procopius, omnia illa patiens, quæ sunt propria ijs, qui sic sunt affecti: vt qui crebrò disrumperetur, & humi prouolueretur: & vincam præterea haberet linguam, & nec sineretur quidem loqui, vt consueuerat: quem ipsum quoque magnus curat Euthymius, & ab affectione simul & insania liberat, & à linguæ vinculis: sicut in hodiernum vsq; diem ostenditur præfens in monasterio, non solum sanus & liber ab omni affectione, sed omni temperantia & tollerantia insignis, & in eo suauè Christi iugum trahens pro viribus.

His consequens fuerit ea persequi, quæ illi Xenico euenerunt. Nobis enim aliquando sedentibus in ingressu monasterij, & ligonem quendam in manu habentibus & purgantibus, aduenit hic cum magno tumultu, tanquàm procella quædam à malo actus dæmone, & clara voce exclamans: Quid mihi & tibi, Dei serue Euthymi? Quòd me violenter trahis? Non exeo. Deinde eum ante fores projicit malus dæmon, ceciditq; casu ijs, qui videbant, miserabili. Cū ergò cum ianitore Babyla surrexissēmus, & vix eum sustulissēmus, ad reliquiarum capsam eum deducimus. Ille autem adhuc similes quoq; voces vsurpabat, sic clamans: Cur me per vim diuellitis & distrahitis? Cur me ad meum hostem ducitis? Cur me ad eum vehementer trahitis, qui me semper incendit? O violentiam. Non ambulabo vobiscum, sed egrediar, & non manebo amplius. Postquàm autem ad ipsum sancti sepulcrū cum Xenico multum defessi peruenimus, eum rursus quoq; deiecit dæmon: & cū totam illam noctem mutus omninò transegisset, manè surgit moderatus & sanæ mentis, ne minimas quidem habens priorum reliquias. Cū itaq; cum eo inissēmus conuiuium, inter cœnandum eum interrogauimus, quidnam heri ei accidisset, & quemadmodum huc venisset, & quidnam clamaret. Ille verò dicebat, se omnia ignorare, & neq; quemadmodum venisset, neq; quid clamaret, se omninò sciuisse. Hæc autem cū sint eiusmodi, & quòd ad miraculorum rationem attinet, nihil relinquunt, quod ea superet, ijs solis cedunt, quæ facta sunt in vico Betagabæorum, ad quæ nostra nunc conuertitur oratio.

Nota, dæmonem incendit à S. Euthymio.

Erat enim quidam Presbyter in monasterio, ex eo vico ortus, nomine Achthabius, qui quadraginta quinque annos in eo peregerat, & Christi madata se probè exequi ostenderat. Erat autem ei quoq; quidam frater genere in vico Tagabæorum: qui quidem ad duodecimum lapidem distat à Gaza, nihil fratris similia aut cognata faciens, Romanus, (ita enim vocabatur) sed delicatè viuens & ociosè. Cū verò ei quidam inuidisset facultates, ei per scelus parabat insidias, & eas conabatur auferre. Cū autem à scopo aberrasset, & vehementiori inuidiæ stimulo esset consauciatus, venit Eleutheropolim, & aduersus eum quendam accipit prestigiatores, alterius damnum miser magno comparans. Atq; ille quidem vnus est ijs, quas sciebat, artibus: Romanus autem, vt qui nihil præuidisset eorum, quæ gerebantur, in agro degebat, nihil, omninò cauens ea, quæ per ipsum struebantur, malicia, & laborans quodam veterno corporis, (vt potè quòd Deus eius magnam interromperet socordiam, & eius animum ad studium reduceret & diligentiam, & idèd permisisset, vt aliquantum vinceretur à maligni insidijs, vt paulo post ostendent ea, quæ subiungentur) domum refertur. Deinde cū malum vehementius incubisset, ille quidem iacebat hydropticus, & planè erat desperatus ab arte

arte medicorum. Qui autem ad eum attinebant & amici, circumsidebant, ultimas separationis lachrymas propter eum emittentes.

4. Reg. 20.

Inuocat ager S. Euthymium.

Eccē quam habent potestatem sancti post mortem.

Cum hic ergo ita esset grauissimè affectus, & ipsam mortem expectaret, cum vix & obscurè admodum, vt vix cerni posset, oculos aperuisset, orat eos, qui aderant, vt paululim secederēt: ipseq; solus relictus, & ad parietē conuersus, sicut ille magnus aliquando Ezechias, in cōtritione cordis talia est precatus: Deus exercitūū, qui dixisti, Quando conuersus ingemueris, tunc eris saluus: ipse respice super me, & ab hac, quę me comprimit, necessitate & calamitate eripe. Interea autem cum in mentem venisset, magnum vocabat Euthymium aduersus hanc affectionem, & eum Deo offerebat intercessorem, & per ipsum rogabat vt liberaretur. Deinde cum fuisset veluti in ecclasi, videt quendam vestitu monachum, pilis canum, adstantem & dicentem: Quid vis tibi faciam? Et ille quidem metu, inquit, & gaudio diuisus, interrogauit: Quis tu es Domine? Euthymius autem dixit: Quem ipse nupèr vocasti: neq; meum adipectum quidquam extimescas, sed videam quid patiaris, & quam pars corporis acceperit calamitatem. Cum autem ostendisset ventrem, ipse cōiunctos suos erigens digitos, & his vtens tanquam gladio, scindit id quod ventris intumuerat, & affectionem illam excernit & diffundit, & ex ventre educit veluti quendam laminam ex stanno factam, quę quosdam habebat characteres, eamq; in mensa subijcit eius oculis. Deinde cum manu cōiunxisset scissuram & inunxisset, integramq; partem effecisset & sanam, deinceps ei totum actum refert: ex opibus exortam inuidiam, malefici conductionem, demonum inuocationem. Te autem ne sic quidem, inquit, vicissent hostis machinationes, nisi ipse ansam præbuissem. Eccē enim, quantum est tempus, ex quo nec ad ecclesiam venire curasti, nec ad intemerata accedere sacramenta: sed vixisti sine cura & sollicitudine, quod ad tuam quidem pertinebat animam? Quoniam ergo tu Deus motus est misericordia, deinceps attende tibi ipsi, & nē tuę salutis curam amplius negligas. Hęc vbi audiisset Romanus, & statim surrexit sanus, cum tumor, qui erat in ventre, iam esset perspiratus: & conuocatis suis necessarijs, eis & sancti aduentū, nouamq; illam & alienam per digitos dissectionem, & totam, vt semel dicam, renunciauit visionem. Deinde verò ad nos quoq; transijt, & præfecto monasterij, & fratri Achthabio, & nobis omnibus hęc narrauit. Eo autem die, quo factum est miraculum, maximum in hodiernum vsque diem festum celebrat, & quotannis sancto agit gratias. Sed hoc quidem est huiusmodi.

Quod autem iam dicere aggreditur oratio, vereor nē videatur multis incredibile, eiusq; moribus & clementia non satis congruere, tantum ostendit ardorem & tam perfectum zelum in eos qui peierant. Est enim quidam vicus ad solem orientem, à Laura Pharaarum distans decem stadia, qui ipse quoq; vocatur Pharan: qui quidem non cognomen, vt arbitror, accepit, sed ipse nomen potius Laure dedit. Vir autem quidam nomine Cyriacus ex eo ortus, pascebat gregem: & cum gregem pasceret per illas solitudines, à quodam, qui erat ortus ex eodem vico, qui ipse quoq; erat pauper, eius fidei credūtur oues alię decem numero, vt eas vnā cum suis pasceret. Cum autem aliquantum tempotis intercessisset, redactus est pauper ad necessitatem adeò inexorabilem, vt cum nihil haberet aliud, ad gregem statim respiceret, & necesse haberet eum vendere. Cum verò mali esset animi, vt videtur, Cyriacus, & nec paruo quidem lucro præferret veritatem, octo solas reddebat, & tot se ab initio accepisse asserbat. Cum is autem duas alias ultra eas peteret, inficiabatur Cyriacus, & res eis tendebat ad contentionem, & ambo inter se magnam agitabant seditionem. Quidam verò arbitri inter eos accepti, ei qui vellet iurare, detulere iusiurandum, vt ea ratione inter eos componeretur controuersia. Cum autem statuisset iurare Cyriacus, pauper ab eo exigebat iusiurandum per capsam reliquiarum magni Euthymij: & iam fuerat eis quidam dies præstitutus, & per illam ipsam iuraturus vel potius peieraturus, descendebat cum paupere ad monasterium. Cum verò ea via ingrederentur, quę ab Hierusalem fert in Hiericho, & iam ab ipsis videretur monasterium, videns pauper Cyriacum totum periurio deditum, & veluti in summa lingua habentem iusiurandum, & timore affectus, perinde ac si ipse esset iuraturus aut peieraturus, Age, inquit, frater, reuertamur. Nobis enim ad fidem faciendam sufficit vel sola ad iurandum propensio, nec oportet aliquid amplius adijcere. Hęc cum ille quidem dixisset, rogabat eum nē iuraret. Is autem non ferebat, sed nisi etiam periurium re ipsa perficeret, putabat se rem absurdam facere.

Vide panis peris religionem & animum bonum.

Post.

quāquam ergo ingressus est monasterium, & graue illud perpetravit aduersus capiam reliquiarum, & ad finem deduxit periurium: ille quidem, vt qui esset reuera insipienter in corde suo, Non est Deus: vel potius ipse Dei oblitus, existimabat fore vt quocūq; è la rēret. Et domum quidem tunc est reuersus, veluti quadam accessione perierat lucro, quod fecerat ex periurio. Postridiē autem ipse quidem in lecto iacebat vigilans circa mediam noctem: Ei verò videbatur, ostio domūs sua sponte aperto, accedere quidam senex Monachus cum quinq; iunioribus, manu quidem dextera virtutem tenens, plurima autem luce totam domum illustrans, terribiliq; cum adpectu inueniens, austerā voce dicere: Quidnam ergo, o stolide, ausus es aduersus capsam Euthymij: eum autem, cum illi esset os obstrictum, & nihil inuenire posset, quo se excusaret, perinde ac surdus lingua esset impedita, ijs qui circa se erant, iussisse tradi punientem. Deinde cum quatuor eum distendissent, quinto virgam in manum tradidisse, & mandasse vt eum valide verberaret, vt non esset Dei contemptor, nec periurus, neq; fraudator alienorum. Postquā verò visus est habere satis plagarum, cum manum representasset adolescentis, cum apprehendit capillis, & ait: Num nōsti, o impie, esse Deum, qui hæc in terra iudicat? Eccē autem hac nocte à te animam petunt. Quę verò improbè abulisti, cuius erunt? Propterea autem hoc tibi intulit supplicium, vt ex eo euadant alij meliores, & id, quod ex periurio imminet, periculum fugiant, vel potius ipsum omnino iuramentum, & si vera sint dicturi.

Psal. 13, & 32.

Egregiè flagellatur periurus.

Orat se adduci ad reliquias S. Euthymij.

Eccē vltionem.

Hęc cum ille Cyriaco minatus esset & dixisset, statim recessit cum ijs, qui erant circa ipsum. Ipse autem & visione conturbatus, & alioqui cum ferre non posset dolores allatos ex plagis, voce vsus est acutiore, & vocauit eos, qui propè erant, & plagas ostendit, & periurium planè est confessus, & apud eos suam desleuit calamitatem. Deinde eos rogauit, vt ferretur ad sancti capsam: Fortè, dicens, is qui has plagas inflixit intolerabiles, facilius curauerit, cum sit illius discipulus, cui est innatum benefacere potius, quā punire. Nam aduersus tales dolores medicorum manus vix suffecerint. Illi autem cum hæc audiissent, & quā graues etiam plagas accepisset spectassent, & ipsi quoque non leui essent metu affecti, eius tamen cedentes desiderio, eius exportandi rationem inuenit. Implet duos saccos palea, cumque eos cuidam asino ex transuerso redē imposuissent, eum deinde imponunt medium, & ad monasterium & ad capsam deferunt. Qui cum omnia, quę ei euenerant, nobis narrassent, & quas in tergo acceperrant plagas ostendissent, tantum fratribus metum immittunt, vt nullus ex hinc neque ipse lineret aliquem iurare per sancti capsam, neque quantum in eis esset, alij iusiurandum deferret. Illi autem cum tunc apud nos diem vnum transegissent, cum vidissent Cyriacum vel tenui & imbecilla spe vite esse priuatum, & ad mortem spectare, cum venter eius defluxisset, & os ne tantillum quidem posset vomitum reprimere, cum rollunt, & domum rursus referunt. Is verò cum illa vix nocte vixisset, mortuus est postridiē.

Illo autem tempore externus quoq; quidam peregrinus, in monasterio hospicio accipiens, cum precandi gratia in templum accessisset, & quę in eo erant, omnia esset contemplatus, media nocte sepulcrum sancti subiens, quę supra id stabat  $\chi\theta\omega\mu\mu$  argentem, non illoris solum, vt dicitur, sed etiam profanis reuera aufert manibus, noctuq; clam à nemine conspectus egreditur. Ex ijs autem omnibus, qui erant in monasterio, nullus dolum depræhendit, sed ignorabatur id, quod factum fuerat. Mandè verò, qui iam præerat Procopius, qui etiam à sancto consecutus fuerat magnam prius curationem, ab aditu parūm progressus, inuenit externum illum, (o miraculum) quodam modo instar columnę affixū. Animo itaq; perplexus, & nesciens quid ageret, aperit arcana ianitori. Ille autem introducit quidem eum in monasterium: efficit verò, vt omnibus fratribus presentibus fateatur miraculum. Narrabat autem aliquid nouū & propè non credendum. Dicebat enim, se circa mediam quidem noctem argenteam illam  $\chi\theta\omega\mu\mu$  surripuisse: statim verò egressum esse cum bestijs monasterij, & noctū quidem deinceps celeri pede iter esse ingressum non minùs quā triginta stadia, nequam autem transijset fines monasterij, sed diluculo ante ipsum fuisse inuentum tanquam vincitum, & qui ne minimū quidem moueri poterat. Furem enim quodammodo vinxerat id, quod furto surreptum fuerat, & faciebat manere eos, qui furtum sustinuerant. Nos omnes propter hęc obstupimus, & hanc sancti magnam virtutem mirari sumus.

Sacrilegus fur non potest aufere.

mus. Cùm ergò sacramentum accepissimus, & viro (pauper enim erat) quod satis erat viatici dedissemus, dimissimus eum domum discedere.

Vitam miracula, miracula vita commendat.

Hæc sunt magni Patris Euthymij pauca ex multis, quæ & ipsi vidimus, & quæ auditione accepimus: ut nec vita, quam egit in carne, nec quæ post decessum facta sunt ab eo miracula, ignota sint posteris: quoniam utraq; inter se conveniunt, & pulchre inter se coherent. Res enim eiusmodi factæ post mortem non possunt esse alterius, nisi eius, qui talem vitam ostendit super terram. Neque alius talem vitam egisset, nisi is, qui post mortem talibus est clarus miraculis. Ego enim, qui ipse quoque sum ab eo multis consecutus gratias, & multis ab eo beneficijs affectus in corpore & anima, cùm viderem eius captam assidue multis scaterere miraculis, & apud me semper mirabar, & cogitabam, quomodo ad Deum tantam affectus sit fiduciam, & incitabatur animus vehementi desiderio accuratè sciendi, quænam fuisset eius vita, & quænam in virtute fuisset exercitatio, & videntem ei tanta fuisset cum Deo familiaritas & coniunctio. Cùm autem incidissem in multos ex patribus, qui erant in solitudine, qui partim quidem res audierant res Euthymij, partim autem cum ipso quoque beato Saba conuersati fuerat quæcunq; unusquisq; eorum de vitis eorum mihi narravit, omnia quidem consensu accuratissimè, confusè tamen & inordinatè.

V. Synodus œcumenica.

Cùm procedente autem tempore postea congregata fuisset Constantinopolitana sancta Synodus, & Origenis & Nestorij dogmata fuissent ab ea percussa anathemate, & qui novam Lauram tenebant Origenista, illinc essent expulsi, & fideles & Orthodoxi patres rursus in eam migrassent, permittente mihi admirabili Iohanne Siliario, eo, inquam, qui erat Episcopus, discedo à cœnobio, & ipse quoque verfor in Lauram. Cùm autem ad eam transissem, secutus paternas literas, quæ à me portabantur, ut componerem historiam beatorum Euthymij & Sabæ, duos quidem annos deinceps continuos quiesci in Lauram, & cœptum opus sum persecutus. Cùm verò non possessionis facere principium, ut qui non sum in externa versatus eruditione, non celibatum lachrymari, & vehementissimè rogare & precari. Jam autem cogitabamus decessu à cœpto adedè difficili, & quod nostris erat viribus superius.

Hic habes nomen auctoris huius historiarum.

Cùm itaque essem aliquando animi dubius & perplexus, & sederem in solita cathedra, habens chartam in manu, & cogitabundus, circa secundam horam diei me somno opprimit, & statim magnus Euthymius & diuinus Sabas apparent, vestiti ita ut confunderent, & mihi videbar eos audire discentes, venerando Saba primùm incipiente sermonem, & dicente magno Euthymio: Ecce Cyrillus quidem tuus manu quidem tenens chartam commentariorum: cùm autem magnum adhibuerit studium & diligentiam, nondum potuit orationi ne principium quidem imponere. Cùm autem dixisset Euthymius: Et quomodo hæc poterit facere, si non eum superna adiuverit gratia? Diuinus Sabas, At tu ei da gratiam sancte pater, respondens, inquit. Et simul diuinus Euthymius annuenti similis, cùm manum suam in sinum immisisset, argenteam quandam melleis pyxidem illinc sumit, in qua cùm scalpellum intinxisset, in os mihi ter immisit. Illius autem species quidem erat similis oleo, gustus verò (ô quæ illic sunt gratiarum) vera explicari & verbis exprimi non potest: & id quidem cum melle conferre, esset plene eam rem afficere iniuria. Nam mihi etiam expergesto propter voluptatem, quæ narrari non potest, eius adhuc in ore remanebant reliquæ, & sic expletus diuina

Idem scripsit vitam Sabæ.

suauitate, præsens opus sum aggressus, in alio quoque opere conatus Sabæ res gestas scribere. Eorum autem intercessionibus magna ad auditores redeat utilitas, in gloriam Patris & Filij & Spiritus sancti, vnius & inseparabilis Trinitatis, quam decet gloria, honos & adoratio, nunc & in secula seculorum, Amen.

VITA SANCTAE VIRGINIS ET MARTYRIS AGNETIS, PER D. AMBROSIVM EPISCOPVM Mediolanensem scripta.

Est sermo 91. in ordine sermone eius. 21 Ianuar. Tempore D. Ambrosij celebrabatur festum S. Agnetis.



ERVVS Christi Ambrosius Virginibus sacris: Diem festum sacratissimæ virginis celebremus. Hinc psalmi resonent, inde concrepent lectiones. Hinc populorum turba lætentur, inde sustententer pauperes Christi. Omnes ergò gratulemur in Domino, & ad ædificationem virginum, qualiter passa sit Agnes beatissima, ad memoriam reuocemus. Terriodecimo ætatis suæ anno mortem perdidit, & vitam inuenit, quia solum vitæ dilexit authorem. Infantia quidem computabatur in annis, sed erat senectus mentis immensa: corpore quidem iuencula, sed animo cana: pulchra facie, sed pulchrior fide.

S. Agnes petitur à præfati filio.

Dum à scholis reuertitur, à præfati Urbis filio adamatur. Cuius parentes dum reliquisset & inuenisset, cœpit offerre plurima, & plura promittere. Denique detulerat secum preciosissima ornamenta, quæ à beata Agne veluti quedam stercora sunt recusata. Unde factum est, ut iuuenis maiori perurgeretur amoris stimulo. Et putans eam maiora velle accipere ornamenta, omnium lapidum preciosorum secum detulit gloriam: & per seipsum, & amicos, & notos, & affines cœpit aures virginis appellare, diuitias, domos, possessiones, familias, atq; omnes mundi huius diuitias repromittere, si consensum suum eius coniugio non negaret.

Nota constantiam tenerimæ virginis.

Ad hæc beata Agnes fertur iuueni dedisse responsum: Discede à me fomes peccati, nutrimentum facinoris, pabulum mortis: discede à me, quia iam ab alio amatore præuenta sum, qui mihi satis meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei suæ subarravit me, longè te nobilior & genere, & dignitate. Ornauit me inestimabili dextro cherio. Dextram meam & collum meum cinxit lapidibus preciosis. Tradidit auribus meis inestimabiles margaritas, & circumdedit me vernantibus atq; coruscantibus gemmis. Posuit signum in facie mea, ut nullum præter ipsum amatorem admittam. Induit me cyclade auro texta, & immensis monilibus ornauit me. Ostendit mihi thesauros incomparabiles, quos mihi se daturum, si ei perseuerauero, repromisit. Non ergò poterò ad contumeliam prioris amatoris vel adspicere alium, & illum derelinquere, cum quo sum charitate deuincta. Cuius generositas celsior, possibilitas fortior, aspectus pulchrior, amor suauior, & omni gratia elegantior. A quo mihi iam thalamus collocatus est, cuius mihi organa modulatis vocibus cantant. Iam mel & lac ex ore eius suscepi: iam amplexibus eius castis adstricta sum: iam corpus eius corpori meo sociatum est, & sanguis eius ornauit genas meas. Cuius mater virgo est, cuius pater fœminam nescit. Cui angeli seruiunt, cuius pulchritudinem sol & luna mirantur, cuius odore reuiuiscunt mortui, cuius tantum fouentur infirmi, cuius opes nunquam deficiunt, cuiusq; diuitiæ non decrescunt. Ipsi soli seruo fidem, ipsi me tota deuotione committo. Quem cum amauero, casta sum: cùm tetigero, munda sum: cùm accepero, virgo sum. Nec deerunt post nuptias filij, ubi partus sine dolore succedit, & fœcunditas quotidiana cumulatur.

Audiens hæc infans iuuenis, amore carpitur cæco, & inter angustias animi, anhelo cruciatur spiritu. Inter hæc lecto prostermitur, & per alta suspiria amor medicis aperitur. Fiunt nota patri, quæ fuerant inuenta à medicis, & eadem paterna voce, quæ fuerant iam dicta à filio, ad petitionem virginis reuoluuntur. Abnegat Agnes beatissima, & se nullo pacto prioris asserit sponsi fœdera violare. Cùmq; pater diceret, in fascibus præfecturæ se agere, & sic circò non sibi quenuis illustrissimum virum etiam posse præferri: cœpit tamen vehementissimè inquirere, quis esset sponsus, de cuius se Agnes potestate iactaret. Tunc extitit quidam ex parasitis eius, qui diceret hanc Christianam esse ab infantia, & magicis artibus ita occupatam, ut dicat Christum suum sponsum.

S. Agnes situr ad tribunal.

Audiens hæc præfectus, lætus efficitur, & missa apparitione, cum ingenti strepitu suis eam tribunalibus præcipit sisti. Et primò quidem blandis eam sermonibus secretius prouocat, deinde terroribus pulsat. Sed virgo Christi nec blandimentis seducitur, nec terrore concutitur: sed eodem vultu, eodem animo perseuerans, & terrentem simili-



ter, sicut blandientem, animo deridebat. Videns itaq; Symphronius præfectus tantam in puella constantiam, parentes eius alloquitur. Et quia erant nobiles, & vim eis inferre non poterat, titulum eis Christianitatis opposuit. Sequenti namq; die Agnen sibi præsentari iubet, & iterum iterumque reperens, replicare cœpit de iuuenis amore sermone. Cumq; omnis sermo eius casto labore deficeret, sisti eam iterum suis tribunalibus iussit: cui & dixit: Superstitio Christianorum, de quorum te magicis artibus iactas, nisi a te fuerit segregata, nō poteris insanias abijcere peccatoris, neq; æquissimis consilijs prebere consensum. Vnde te ad venerandam deam Vestam properare necesse est, vt si per seuerantia virginitatis placet, eius die noctuq; sacrificijs reuerendis insistas.

Sapienter  
Præfecto  
respondet.

Ad hæc beata Agnes dixit: Si filium tuum, quanuis iniquo amore vexatum, tamen viuentem hominē recusavi, hominem vtique, qui est rationis capax, qui & audire, & videre, & palpare, & ambulare potest, & flore lucis huius cum bonis frui: Si ergo hunc causa amoris Christi nulla possum ratione respicere, quomodo possum idola muta, & surda, & sine sensu, & sine anima colere, & ad iniuriam summi Dei, ceruicem meam vanis lapidibus inclinare? Audiens hæc præfectus Symphronius, dixit: Cupio consultum infantie tuæ, & adhuc te deos blasphemantem idcirco differo, quia annos tuos infra sensum adspicio. Noli ergo temetipsam ita despiciere, vt motus deorum incurras. Beata Agnes dixit: Noli infantiam corporalem ita in me despiciere, vt putes me te velle habere propitium. Fides enim non in annis, sed in sensibus inuenitur: & Deus omnipotens mentes magis comprobat, quam ætates. Deos autem tuos, quorum motus me incurrare non vis, ipsos irasci permittite: ipsi loquantur, ipsi hoc mihi præcipiant, ipsi iubeant se coli, ipsi iubeant se adorari. Verum quoniam ad hoc video te tendere, quod impetrare non poteris, quicquid tibi videretur, exerce. Symphronius præfectus dixit: Vnde tibi è duobus elige: cum virginibus deæ Vestæ sacrificia, aut cum meretricibus scortaberis in contubernio lupanaris. Et longè erunt à te Christiani, qui te ita magicis artibus imbuerunt, vt hanc calamitatem intrepido animo te posse perferre confidas. Vnde, vt dixi, aut sacrificia deæ Vestæ ad laudem generis tui, aut ad ignominiam natalium tuorum, eris publicæ abiectionis scortum.

Contemnit  
minas iu-  
dicis.

Tunc beata Agnes cum ingenti constantia dixit: Si scires quis est Deus meus, non ista ex ore tuo proferres. Vnde ego quia noui virtutem Domini mei Iesu Christi, secunda contemno minas tuas, credens quod neq; sacrificem idolis tuis, neq; polluar fordibus alienis: Mecum enim habeo custodem corporis mei, angelum Domini. Nam vnigenitus Dei filius, quem ignoras, murus est mihi impenetrabilis, & custos mihi est nunquam dormiens, & defensor mihi est nunquam deficiens. Dij autem tui, aut ærei sunt, ex quibus cucumæ meliùs sunt ad vsus hominum: aut lapidei, ex quibus sternuntur plateæ. Diuinitas ergo non in lapidibus vanis habitat, sed in calis: non in ære, aut aliquo metallo, sed in regno superno consistit. Tu autem & similes tuū, nisi ab istorum cultu recesseritis, simul vos poenæ concludent. Sicut enim illi igne conflati sunt, vt funderentur: sic colentes eos, perpetuo incendio conflagrantur: non vt fundantur, sed vt confundantur in æternum, & pereant.

Nudatur S.  
Virgo, &  
ad lupanar  
ducitur.

Vide miran-  
culum.

Accipit car-  
nitibus vestē.

Ad hæc insanus iudex iussit eam expoliari, & nudam ad lupanar duci sub voce præconis, dicentis: Agnen sacrilegam virginem, dijs blasphemiam inferentem, scortum lupanaribus datam. Statim autem vt expoliata est, crine resoluta, tantam densitatem capillis eius diuina gratia cōcessit, vt meliùs videretur simbrijs eorum, quam vestibus te-cta. Ingressa autem turpitudinis locum, Angelum Domini ita præparatum inuenit, vt circumdaret eam immenso lumine, ita vt nullus posset eam præ splendore respicere. Fulgebat enim tota cellula illa, quasi radians sol in virtute sua: Et quanto quis curiosior oculis esse voluisset, tanto sibi visus aciem obtundebat. Cumq; se in orationem Domino prostrauisset, apparuit ante oculos eius stola candidissima. Et apprehendens eam, induit se, & dixit: Gratias tibi ago, Domine Iesu Christe, qui me in numero ancillarum tuarum computans, vestem hanc mihi largiri præcepisti. Itaque nanque ad mensuram corpusculi eius aptum erat indumentum, & ita nimio candore conspicuum, vt nullus dubitaret hoc angelicis manibus præparatum.

Interea lupanar efficitur locus orationis: in quo omnis, qui fuisset ingressus, adoraret & veneraretur, dans honorem immenso lumini, & mūdior egrederetur foras, quam fuerat intus ingressus. Cumq; hæc agerentur, præfecti filius, qui author erat huius sceleris,

leris, venit ad locum cum sodalibus suis iuueniculis, insultaturus puellæ, cum quibus libidinis suæ se posse credere ludibrium exercere. Et ingressos ante se furentes pueros, & turpiter saeuientes, cum omni veneratione & ingenti admiratione egressos cœpit impotentes arguere, atq; vanos, & molles, ac miseros iudicare. Et irridens, locum, in quo virgo orabat, audacter ingressus est. Et videns tantum lumen circa eam, non dedit honorem Deo: sed irruens in ipsum lumen, priusquam vel manu eam contingeret, cecidit in faciem suam, & præfocatus à diabolo, expirauit. Videntes autem socij eius, quod moras intus faceret, putabant obscœnis eum operibus occupari. Et ingressus est vnus ex iuuenibus, qui ei familiarior erat, vt congratularetur insultationi eius: & mortuum eum inueniens, exclamauit voce magna, dicens: Pijssimi Romani, succurrite. Magicis artibus ista meretrix præfecti filium interfecit.

Præfecti filius à diabolo præfocatur.

Fit repente concursus populorum ad theatrum, & varia furentis populi acclamatio. Alij dicebant magam, alij innocentem, alij sacrilegam conclamabant. Præfectus autem audiens filium suum interisse, cum ingenti tumultu venit ad theatrum. Et ingressus locum in quo corpus filij eius iacebat exanime, cum ingenti clamore dicebat: Crudelissima omnium sceminarum, ad filium meum voluisti apodixen tuæ artis magicæ demonstrare? Et cum talia, atque alia huiusmodi verba repeteret, & causas mortis eius ab ea vehementer inquireret, ait ad eam beatissima Agnes: Ille, cuius voluntatem volebat perficere, ipse in eum potestatem accepit. Quare autem omnes, qui ad me ingressi sunt, sani sunt? Quia vniuersi dederunt honorem Deo, qui misit Angelum suum, & induit me hoc indumento misericordiæ, & custodiuit corpus meum, quod ab ipsis carnalibus Christo consecratum est & oblatum. Videntes ergo splendorem angelicum, adorabant omnes, & abscedebant illæsi. Hic autem impudens statim vt ingressus est, seuire cœpit & fremere: cumq; manum suam ad me contingendam aptaret, dedit eum Angelus Domini in reprobam, quam conspicis, mortem. Dicit ei præfectus: In hoc apparebit, quia non magicis artibus ista gessisti, si deprecata fueris ipsum Angelum, vt restituat mihi filium meum sanum. Cui beata Agnes dixit: Licet fides vestra hoc impetrare non mereatur à Domino, tamen quia tēpus est, vt virtus Domini mei Iesu Christi manifestetur: egredimini omnes, vt solitam ei orationem offeram. Cumq; vniuersi fuissent egressi, prosternens se in faciem planam, rogare cœpit Dominum, vt iuuenem suscitaret. Orante autem illa, apparuit Angelus Domini, qui eleuauit eam silentem: & confortans animum eius, iuuenem suscitauit. Qui egressus foras, cœpit voce publica clamare & dicere: Vnus Deus in cælo, & in terra, & in mari, qui est Deus Christianorum. Nam omnia templa vana sunt: Dij qui coluntur, omnes vani sunt, & penitus nec sibi possunt, nec alijs aliquod auxilium exhibere.

Redit ad vitam prædictus S. Virginis.

Christum palam confiteatur.

Ad hanc vocem omnes aruspices, & templorum pontifices conturbabantur, & fit per eos vehementior, quam fuerat, seditio populorum. Atque omnes vna voce clamabant: Tolle magam, tolle maleficā, quæ & mentes mutat, & animos alienat. Præfectus autem videns tanta mirabilia, obstupuit. Sed veritus proseriptionem, si contra templorum pontifices ageret, & Agnen contra suam sententiam defensaret: vicarium ad seditionem populi iudicem dereliquit. Ipse autem tristis abscessit, quod eam non potuit post resurrectionē filij sui liberare. Tunc Vicarius, Aspasius nomine, iussit in conspectu omnium ignem copiosum accendi, & in medio eam præcepit iactari flammaram. Quod cum fuisset impletū, statim in duas partes diuisæ sunt flammæ, & hinc, atq; illinc scditiosos populos exurebat: ipsam autem penitus in nullo contingebat incendium. Eo magis non hoc virtutibus diuinis, sed maleficijs reputantes, dabāt fremitus inter se populi, & infinitos clamores ad cælos. Tunc beata Agnes expandens manus suas in medio ignis, his verbis orationem fudit ad Dominū: Omnipotens, adorande, colende, tremende Pater Domini nostri Iesu Christi, benedico te, quia per filium tuum vnigenitū, euas manus hominum impiorum, & spurcitas diaboli impolluto calle transiui. Ecce & nunc rore cælesti perfusus per spiritum sanctum focus, iuxta me moritur, flamma diuiditur, & ador incendij huius ad eos, à quibus in me ministratur, effunditur. Benedico te, pater predicande, qui etiam inter flammam intrepidam me ad te pertinere permittis. Ecce iam quod credidi, video: quod speraui, iam teneo: quod concupiui, complector. Te confiteor labijs & corde, te totis visceribus concupisco. Ecce ad te venio viuum & verum Deum: qui cū Domino nostro Iesu Christo filio tuo, & cum spiritu sancto viuus & regnas in cuncta secula seculorum, Amen.

S. Agnes iactatur in ignem.

Orat in medio dijs flammis.

Illustre miraculum.

Gladio iurgatur S. Agnes.

Emerentiana lapidatur.

Nota vigiliis ad tumulum S. Agnetis.

Constantia ad tumulum eius orans, sana cur.

Constantia virgo, multas ad sacra vela perduxit.

Cumq; complisset orationem, ita omnis ignis extinctus est, vt nec tepor quidem incendij remaneret. Tunc Aspasius, Vrbs Romæ vicarius, populi seditionem non ferens, in guttur eius gladium mergi præcepit. Atq; hoc exitu rosco sui sanguinis rubore perfusam, Christus sibi sponfam & martyrem consecrauit. Parentes vero eius, nullam penitus tristitiam habentes, cum omni gaudio abstulerunt corpus, & posuerunt illud in prædiolo suo, nõ longè ab Vrbe, in via, quæ dicitur Numentana. Vbi cum omnium turba Christianorum concurreret, insidias à paganis perpeffi sunt: & videntes populum infidelium super se venientem armatum, omnes fugerunt. Aliquanti tamen, lapidum iactibus læsi, euaserunt. Emerentiana autem, quæ fuerat collactanea eius, virgo sanctissima, licet catechumena, constanter intrepida stabat & immobilis, & his verbis exprobrabat eis: Superflui, miseri, caduci, atq; atrocissimi, Deum omnipotentem colentem occidistis, & percussione lapidum homines innocentes iugulastis. Hæc & his similia dum turbis furentibus diceret, lapidata est ab eis: & orans iuxta sepulcrum Agnes beatissima, emisit spiritum.

Non dubium est, quod in suo sanguine sit baptizata, quæ pro defensione iustitiæ dum confiteretur Dominum, mortem constanter excepit. Eadem deniq; hora fit terræ motus vehementissimus: & cum nimia esset cæli serenitas, tantæ conuulsiones, tantaque fulgura & tonitrua extiterunt, vt pars maxima insani populi expiraret. Vnde factum est, vt nullus penitus ex eo aduenientibus ad sepulcra sanctorum, aliquas molestias excitaret. Venientes autem parentes beatæ Agnes cum sacerdotibus nocte, abstulerunt corpus sanctæ Emerentianæ virginis, & sepelierunt illud in confinio beatissimæ virginis Agnes.

Igitur dum parentes beatæ Agnes assiduis pernoctationibus vigilarent ad tumulum eius, vident in medio noctis silentio exercitum Virginum, quæ omnes auro textis cykladibus indutæ, cū ingenti lumine præteribant. Inter quas vident beatissimam Agnem, simili veste fulgentem, & ad dextram eius agnum niue candidiorem. Hæc itaque dum viderent parentes eius, & qui simul erant, stuporem mentis incurrunt. Sed beata Agnes rogat sanctas Virgines parumpèr gradum figere, & stans, parentibus suis dixit: Videte, nẽ me quasi mortuam lugeatis: sed congaudete mihi, & congratulamini, quia cum his omnibus lucidas sedes accepi, & illi sum iuncta in cælis, quem in terris posita, tota animi intentione dilexi. Et his dictis, pertransijt.

Hæc visio publicè ab omnibus, qui viderant, quotidie vulgabatur. Vnde factum est, vt post aliquantos annos ad Constantiam, Constantini filiam, hoc factum ab his, qui viderant, narraretur. Erat enim ipsa Constantia regina virgo prudentissima, sed ita obseffa vulneribus, vt à capite vsq; ad pedes, nulla membrorum pars libera remansisset. Accepto autem consilio, spe recuperandæ salutis, venit ad tumulum martyris nocte: & licet pagana, tamen credula animi intentione preces fideliter fundebat. Quod dum faceret, repentina somni suauitate corripitur: & vidit per visum beatissimam Agnem, talia sibi monita præferentem: Constante age, Constantia, & crede Dominum Iesum Christum filium Dei esse Saluatorem tuum: per quem modò consequeris omnium vulnerum, quæ in corpore tuo pateris, sanitatem. Ad hanc vocem Constantia euigilat sana, & sic sana, vt nec signum in eius membris alicuius vulneris remaneret.

Reuersa igitur ad palatium sanissima, facit gaudium & patri suo Augusto, & fratribus suis Imperatoribus. Coronatur ciuitas tota: Fit lætitia militantiibus, atque priuatis, & vniuersis audientibus hæc. Infidelitas gentium confundebatur: & fides Dominica lætabatur. Interea patrè, & fratres Augustos rogat, vt basilica beatæ Agnes construeretur, & sibi illic mansoleum collocari præcepit. Currit hæc opinio ad omnes, & quotquot credentes ad eius tumulum aduenissent, sanabantur, quacunq; fuissent infirmitate detenti. Quod facere Christum nullus dubitat vsq; in hodiernum diem. Perseuerauit autem Constantia Augusti filia in virginitate: per quam multæ virgines, & mediocres, & nobiles, & illustres, sacra velamina susceperunt. Et quia fides mortis damna non patitur, vsque in hodiernum diem multæ virgines Romanæ Agnen beatissimam, quasi in corpore manentem, attendunt, & eius exemplo agentes viriliter, integre perseuerant, credentes sine dubio, quod perseuerantes perpetuæ victoriæ palmam acquirant.

Hæc ego Ambrosius seruus Christi, dum in voluminibus abditis inuenissem scripta, non

non sum passus infructuoso silentio tegi. Ad honorem igitur tantæ martyris, sicut gesta eius agnouit, conscripsit: & ad ædificationem vestram, o Virgines Christi, textum passionis eius credidi destinandum, obsecrâs charitatem Spiritûs sancti, vt labor noster in vestra imitatione fructum in conspectu Domini valeat inuenire, Amen.

Extat de hac sanctissima Virgine etiam Hymnus elegantissimus Prudentij, quem ob vitandam prolixitatem huc non adscripsimus.

MARTYRIVM S. PATROCLI MARTYRIS, ELEGANTI STYLO IAM OLIM CONSCRIPTVM: quod nos ex vetusto manuscripto codice descripsimus, qui plerisque locis ob characteres penè abolutos difficulter legi potuit.



Loriosum pro patria mori, beatum in patria viuere, iucundum & delectabile est post bella benè gesta, pace demùm frui perpetua. Hoc sapientes mundi laudant, fortes desiderant, rerum gestarum scriptores magnificant. Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium, qui in vnitæ fidei & agnitiois filij Dei abnegat seipsum sibi, vt sequatur Christum. Hæc est nanq; via salutis, veritas singularis, vita perennis, vt lux lucens in tenebris, quam abscondit Deus à sapientibus & prudentibus, & reuelauit eam paruulis, videlicet humilibus, quos testes suos esse voluit, incipientes ab Hierusalem, vt per mundi huius contemptibilia confundere rentur fortia. Talibus enim, quia superbi sunt, resistit Deus, humilibus aut dat gratiam. Verè utique sapietes, verè fortes erant, quibus viuere Christus, & mori pro Christo licrum fuit. Verè nimirum beati sunt, qui sic imitatores Christi extiterant, vt quemadmodum sunt illi commortui, ita potestatem acciperent conregnandi.

Ex huiusmodi ergo coniuratis in Christi sacramenta militibus, Patroclus in magnificentæ sanctitatis, velut quoddam luminare in mundo, in medio nationis prauæ & peruerse, verbum vitæ continens effulsit. Et quoniã lux fuit in Domino, fructum lucis ostendit in semetipso. Fructus enim lucis, vt ait Apostolus, est in omni bonitate, & iustitia, & veritate. Hic in Treca sine vrbe territorio, ducentis ferme ab eadem vrbe passibus, relictam sibi à parentibus suis domum & prædia satis ampla possedit. Nobiles enim erant, & rebus secularibus locupletes. Sed vir Dei generositatis suæ claritatem totam introrsus traxit: meditans animæ dignitate sic tantummodò seruari posse suam nobilitatem, si solum supra se suum semper attenderet creatorem. Scripturæ sacræ studiosus lector inuigilauit: ibi quicquid de fide catholica, quicquid de regula præceptorum Dei, quicquid de dulcedine promissionum eius audierat, sicut ipsum Dominum Deum, delectabiliter amplexatus est. Non enim his solummodò aures corporis, sed multo magis aures cordis adhibuit. Verbum nanque Dei lucerna pedibus eius, & lumen fuit semitis eius: propterea odiuit omnem viam iniquitatis. Abstinentiæ & frugalitatis operibus ita detentus fuit, vt cibum potumque modicum hora diei tantum vltima, sibi sumendum arbitrareretur. Continentia siquidem in eo regnabat & castitas. Facultates verò suas velut non proprias, sed ad hoc sibi solummodò creditas, indigentibus sollicitè ministravit. Singulorum necessitatibus iuxta vires succurrit, prodesse etiam vltra vires concupiuit. Proinde omnibus omnia factus est, secundum Apostolum, non quærens quid sibi vtile fuit, sed quid multis, vt salui fierent. Ita factum est, vt Christianis illius prouinciæ, dispensator celestis & pater ciuium diceretur.

Signa etiam & mirabilia per eum frequentius facta sunt, ita vt demonia ab obsessis corporibus per virtutem spiritûs fugaret, & infirmis quibuslibet remedium sanitatis optatè conferret: vt inuisibilis sapientia semetipsam in eo quasi in templo suo habitare per visibilia miracula demonstraret. Sic in pace Ecclesiæ degens, religiosam admodum vitam duxit, fugitans gaudia seculi, expectans regnum Dei. Orta aut persequutionis tempestate sub Aureliano principe, qui vicesimus nonus à Cæsare Augusto, Romano præsi debat imperio, cum manifestare vellet iudex omnium, quæ essent cõsilia cordium, coeperunt

Prou. 11.

perunt vsquequaque cultores peruerforum dogmatum vrgere plebem Christi ad sacrificia idolorum. Sed, sicut per Sapientem dictum est, simplicitas iustorum direxit eos, & supplantatio peruerforum vastauit illos. Nam frustratis insidij inimici, perfliterunt fortiter in agone castra Dei, illustriumque virorum animi, per virtutem elabi ad gloriam nitebantur.

S. Patroclus  
sistitur Au-  
reliano.

Eodem tempore Aurelianus, immanissimus Christiani nominis persecutor, de partibus vsque Senonica, zelo feruens amaritudinis, Treassin Galliarum oppidum veniebat, ibique audiens de vita, fide & gestis beati Patrocli, quomodo ex voluntate Dei Iesu Christi possessa negligeret, transitoria & momentanea cuncta despiceret, idola vana & nullo vsu apta clamaret, confestim cum diligentissime inquiri fecit. Et cum sibi presentatus fuisset, ait illi: Audiui te per ignorantiam falli, ita vt superstitionem sectam inducere audeas, & ad deorum nostrorum iniuriam, quendam qui ab hominibus carius est alapis, adorandum esse contendas. Sanctus vero Patroclus insipienti eius propositioni nihil respondit. Aurelianus dixit: Cuius nominis, cuius ve religionis es? Ille respondit: Patroclus vocor, & Christianus sum. Adoro Deum viuum & verum, qui in altis habitat, & humilia respicit, & omnia scit antequam fiant. Aurelianus dixit: Inepta sunt & vana, quae loqueris. Recede ergo ab hac stultitia tua, & adora deos nostros inuidiosissimos, a quibus ditari poteris & honorari. Patroclus respondit: Ego non noui alium Deum, nisi vnum, solum verum Deum, & quem ipse misit Iesum Christum, qui fecit caelum & terram, mare & omnia, quae in eis sunt, visibilia & inuisibilia. Aurelianus dixit: Disputa, & proba vera esse quae dicis. Patroclus respondit: Vera quidem & probabilia sunt, quae ostendo: sed quia mendacium inualuit, veritas odium parit. Hanc tu, nisi credideris, nunquam intelliges. Verbis enim Domini nostri Iesu Christi interdicitur, ne sanctum detur canibus, nec ante porcos margaritae mittatur. Tunc Aurelianus ira permotus, dixit: Nisi ad hoc mihi cito consereris, vt sacrificium dijs omnipotentibus offeras, igni te consumendum tradam. Sanctus Patroclus ad haec verba hilari vultu & lepto corde respondit: Ego semper immolo sacrificium laudis Domino Deo meo. illic enim iter est, quo ostendat mihi salutare suum.

Esa 7. iuxta LXX.  
Matt. 7.

Psal. 49.

Traditur  
in custodia.

Psal. 118.

Psal. 33.

Prouer. 21.  
iuxta LXX.

Aurelianus non ferens diuitius constantiam loquentis, sic erupit in vocem: Stas, & miniftratis? Adhibete catenas ignitas & compedes, vt vincitis post tergum manibus & alligatis pedibus, mittatur rebellis iste in custodia, donec pertractem, quomodo cum ad exemplum sui similibus perdam. Sic sanctus vir & iam electus Domini martyr, strictus vinculis, traditus est Elegio vni de adstantibus ministris, qui custodiret eum vsque in diem tertium. Sanctus vero Patroclus cum esset in custodia, orauit Dominum, dicens: Fiat misericordia tua Domine, vt consoletur me, secundum eloquium tuum seruo tuo. Sic enim labor & exultabo in misericordia tua Domine: quia respexisti humilitatem meam. Cumque post diem tertium educus fuisset in publicum, iudex dixit: Veni contemptor deorum nostrorum, redime te tandem aliquando, & sacrificia dijs. Beatus Patroclus respondit: Redimet Dominus animas sanctorum suorum, & non delinquent omnes qui sperant in eum. Tu vero miser & infelix es, qui non desideras ab aeterna misericordia liberari, & indignum te facis gratia & beneficio creatoris tui, thesaurizans tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij eius. Qui licet iam salutis dona refugas, nec pensare velis, quod thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis: vellem tamen adhuc tibi aliquid largiri de thesauro Domini mei, quia te egenum & pauperem video. Aurelianus dixit: Quomodo pauperem me dicis, qui tam multis abundo diuitijs? Beatus Patroclus respondit: Habes quidem terrenas & cito perituras diuitias: pauper tamen es, nec te ipsum habes: quia fidem Domini nostri Iesu Christi in arca cordis tui recludere noluit. Ideoque ipse cum iudex venerit, te cum diabolo patre tuo, in aeternum damnabit. Aurelianus dixit: Multas mihi per audaciam tuam iniurias inferis, ita vt iam tui amplius non miserear. Sanctus autem Patroclus confortatus in Domino, dixit: Miserebitur mei Deus meus, cui seruo a iuuentute mea. Tu autem vanum & superstitiosum hunc honorem tuum, quo tu mes, & temporalem atque caducam gloriam, qua ab hominibus honoraris, in puncto temporis perdes. Et va tibi, cum veneris ad locum illum, vbi te sempiternus cum diabolo cruciatus expectat.

Aurelianus dixit: Ego quid dicas, nescio: Tu autem, velis nolis, in potestate mea eris: nec est qui te eripiat de manibus meis. Beatus Patroclus respondit: Si corpus meum in pote-

potestate habes, animam meam certe laedere non poteris: quia eam in potestate nemo habet, nisi solus Dominus & creator meus, qui nobis hanc securitatem dedit, dicens: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & post haec non habent amplius quid faciant. Sed illum potius timere, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem animam mittere in gehenam. Aurelianus dixit: Habent potestatem dii nostri, qui vera nobis responsa canunt, & te adhuc viuere permiserunt. Sanctus Patroclus respondit: Qui sunt dii tui? Aurelianus dixit: Apollo optimus & verus deus, Iupiterque summus deus, & Diana, quae est mater deorum. Beatus Patroclus respondit: Apollo, quem dicis tuum esse deum, audiuius a maioribus nostris, quod Admeti regis pecora pauperit, ibique non solum gregis detrimentum perpeffus sit, sed etiam ipsa tela perdiderit. Et Iouem, quem adoras, hominem fuisse nequissimum, raptorem & adulterum, comperimus, qui cum vicinis suis seditiosus semper extitit, ipseque nullius criminis expers, alios secum viuus & mortuus ad scelera traxit. Et cum ipse simul cum diabolo torqueatur in inferno, non cessat adhuc colligere codemmandos. Dianam nanque, quam dicis esse matrem deorum, quis nesciat esse demonium? O miseranda dementia hominum, qui vanitates has frustra colunt, quae nec sibi, nec alijs prosunt. Aurelianus dixit: Magna patientia mentis meae: andiu retineor ad auscultandam audaciam tuam. Sed nunc nisi Apollinem, & Iouem, & Dianam matrem deorum adoraueris, diuersis hodie poenis te interficiam. Sanctus Patroclus respondit: Execrabilis & quilibet peruersus latro, etiam innocentem aliquem occidere potest, corpus tamen eius deuorare non potest. Tu vero, qui corpus meum occidendum in potestate te habere iactas, licet deuores illud, animae tamen meae nocere non poteris.

Luc. 11.

Profundit  
fallos deos  
gentilium.

Sententia in  
Patrocli.

Exod. 14.

Flumen  
transit il-  
lus.

Psal. 96.

Esa. 53.

Psal. 148.

Et cum hoc beatus Patroclus locutus fuisset, Aurelianus Caesar, furore repletus, talem dedit sententiam: Patroclus obnoxius & detestabilis & reus maiestatis, qui nobis confusione intulit, & deos nostros iniuriose foedaui, gladio feriat, vt verbositas eius nequitia conquefcat. Ducite iam illum in locum limosum & palustrem, ibique eum decollatum dimittite, ne saltem corpus eius in arido requiescat. Sic beatus Patroclus traditus carnificibus ad decollandum, exultans ibat cum eis ad ripam Sequanae. Tunc vir sanctus orauit Dominum, dicens: Domine Iesu Christe, ne patiaris corpusculum meum in hoc aquoso loco demergi: sed da gloriam nomini tuo, vt magnificetur in conspectu inimicorum tuorum, ne vnquam dicant in gentibus, Vbi est Deus eorum? Exaudi Domine orationem meam, qui exaudisti Moysen & Aaron orantes pro populo tuo, & diuisti mare rubrum, & eduxisti per siccum. Sic ergo Domine permittite mihi transire hoc flumen in nomine tuo. Eripe me de luto, vt non inhaeream: libera me a persequentibus me. Et cum orasset sanctus Patroclus, obscurati sunt oculi tenentis eum. Ille vero ingressus flumen, pertransiit, & illasus exiit in aliam ripam, ita vt genua eius non tangeret aqua, quae tamen rapax & inundans erat multum eodem tempore. Cumque egressus esset, pergebat in aridum locum, vbi erat mons idolorum, ita cantans & laudans Dominum: Custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberauit eos. Illi vero qui tenuerunt eum, obstupescati propter metum Caesaris, dicebant: Quam magnus est Deus, quem adoratur iste? Ecce quomodo liberauit eum. Alij autem dicebant: Non, sed phantasma fuit. Hoc modo altercabantur, & schisma erat inter eos. Illis vero ira contententibus, adueniens quaedam mulier seditiosa & ipsa gentilis, dixit: Hominem Christianum, quem quaeritis, vidi nunc in monte ultra flumen, prostratum in terra, & sic orabat Dominum suum.

At illi, qui veloces habebant pedes ad effundendum sanguinem innocentem & iustum, cum hoc audissent, statim perrexerunt ad eum. Et cum peruenissent ad locum, vbi erat prostratus, inuenerunt eum orantem. Tunc vnus ex illis, qui erat prior, ait illi: Tu iam reus es, quia effugisti nos, & ecce es in manibus nostris, & non discedes a nobis, donec moriaris, aut certe immoles dijs nostris. Beatus Patroclus respondit: Ego demones immundos nunquam adoro, sed vnum verum Deum, qui est in caelis. Carnifex dixit: Ergo deus noster qualis est? Natus, an factus? Beatus Patroclus dixit: O errorem vanissimum, o incredulitatem fallaciae, o sermonem superstitiosum. De Deo quomodo loquitur homo: Generationem eius quis enarrabit? Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt, quaecumque sunt. Ipse misit pro redemptione generis humani filium suum Dominum Iesum Christum, qui pro nobis sanguinem suum fudit, vt nos de-

de

de interitu & morte liberaret æterna. Tertia post hæc die resurrexit à mortuis: deinde videntibus discipulis suis, ascendit in caelum, & misit illis promissum à se spiritum sanctum. Quod ipse docuit, hoc mundus rectè credit. Qui autem hoc non credit, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. Siue ergò viuimus, siue morimur, Domini sumus, & dignum est vt pro nomine eius nos patiamur. Quicumq; autem sacrificauerit deo.

Loquente hoc beato Patroclo, Elegius furore commotus, dixit: Stringantur pedes eius vinculis, & manus eius catenis, & sic prostratus in terram, gladio feriat, quia tantas dijs nostris cõtumelias irrogauit. Tunc Patroclus genua flectens in terram, percussus est à carnifice. Qui dum percuteretur, dixit: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. tu enim scis Domine, quòd propter nomen tuum has patior pœnas. Sic gladio percussus atque decollatus est. Caput verò eius longè proiecerunt à corpore, percussus sanguine. Factum est autem hoc xij. Kalend. Februarij, vj. feria. Post passionem ergò hoc modo cõsummatam, carnifices redeuntes ad Cæsarem, corpus solum sine custodia reliquerunt. Quod audientes duo senes, qui & ipsi eleemosynam à sancto viro, dum adhuc viueret, expectabant, acceperunt corpus eius cum tremore & metu magno, & custodièrunt illud vsque ad vesperam. Eusebius autem, qui erat archipresbyter in eodem loco, cum Liberio diacono venit nocte sequenti, & accipiens corpus sancti viri, inuoluit illud in lintheaminibus, & paucis accensis luminaribus, propter turbam gentium, sepeliuit eum. Duo autem illi senes, vigilias ducebant ibi solennes ad memoriam martyris, dicentes: Quàm preciosa est in conspectu Domini, mors sanctorum eius? Et alia multa per totam noctem, in laudem Domini & venerationem martyris concinebant. Post non multum temporis persecutio conqueuit. Nam ipse, qui hanc cõcitate rat, Imperator, dum iter faceret denso stipatus agmine, fulminis ante se vehementissimè terrorem sentiens, obstupuit: deinde præmissis hoc infausto omine, in eodem itinere à suis interemptus est: & qui paulò antè putabat se diuini nominis gloriam inter homines extinguere posse, nomen, familiam, vitam, ipsamque salutis spem perdidit, quæ credentes in Christum, nec in morte relinquit. Tunc Eusebius ædificauit super corpus sancti viri, parua parua facultate ecclesiam, ibique iuxta corpus sanctum, sibi etiam sepulturam poposcerat affuturam, vt cõfessor Domini vicinus esse mereretur sanctissimo martyri. Ex illo tempore continua illic dignè petentibus præstantur beneficia, & opratæ sanitatis remedia. Martyr enim, qui pro testamēto Dei vitam temporalem amisit, iam cum Domino sine tempore viuunt.

Vigiliae s. Iohannis ad Martyris memoriã.

21. IANVAR.

Martyres in carcerem traduntur.



**D**IE Dominico comprehensus est Fructuosus Episcopus, Augurius & Eulogius Diacones. Reposito autem Fructuosus episcopo in cubiculo suo, direxerunt beneficiarij in domum eius, id est, Aurelius, Festucius, Velius, Polleneus, Donatus & Maximus. Qui cum sensisset pedibulum ipsorum, confestim surrexit, & prodijt ad eos vbi sedebant in solijs. Cui milites dixerunt: Veni, præses te accersit cum diaconibus tuis. Quibus Fructuosus episcopus dixit: Eamus quòd vultis: calceo me. Cui milites dixerunt: Calcea te ad animum tuum. Qui mox vt venerunt, recepti sunt in carcerem. Fructuosus autem certus & gaudens de corona Domini, ad quam vocatus erat, orabat sine cessatione. Erat autem & fraternitas cum ipso refrigerans, vt illos in mente haberet.

Alia verò die baptizauit in carcere fratrem nostrum Rogatianum, & fecerunt in carcere dies sex, & producti sunt duodecimo Calendas Februarij, feria sexta, & auditi sunt. Aemilianus

itaque dixit: Fructuosum episcopum, Augurium & Eulogium, meis conspectibus presentate. Ex officio dictum est: Adstant. Aemilianus Fructuosus episcopo dixit: Sistentur. Quid Imperatores præceperunt? Fructuosus episcopus dixit: Nescio quid præceperunt. Ego Christianus sum. Aemilianus dixit: Præceperunt deos coli. Fructuosus episcopus dixit: Ego vnum Deum colo, qui fecit celum & terram, mare & omnia, quæ in mundo sunt. Aemilianus dixit: Scis esse deos? Fructuosus episcopus dixit: Nescio. Aemilianus dixit: Scies postea. Fructuosus episcopus respexit ad Dominum, & orare coepit in conspectu eius. Aemilianus dixit: Qui audiuntur, qui timentur, qui adorantur, si dii non coluntur, imperatorum vultus adorantur? Aemilianus Augurio Diacono dixit: Noli verba in me inuolui imitari. Augurij diaconus dixit: Ego Deum omnipotentem colo. Aemilianus Augurio diacono dixit: Nunquid & tu Fructuosum colis? Eulogius diaconus dixit: Ego Fructuosum non colo, sed ipsum colo, quem & Fructuosus. Aemilianus Fructuosus episcopo dixit: Episcopus es? Fructuosus episcopus dixit: Sum. Aemilianus dixit: Fuiisti. Et misit eos viuos ardere.

Et cum duceretur Fructuosus episcopus cum diaconibus suis ad amphitheatrum, Fructuosus episcopus dolere coepit, quia magno cum amore prosequerentur non tantum fratres, sed etiam ethnici. Talis enim erat, qualem spiritus sanctus beatum Paulum Apostolum, vas electionis & doctorem gentium debere esse declarauit. Propter quod etiam fratres, qui sciebant illum ad tantam gloriam pergere, gaudebant potius, quam dolebant. Cumque multi ex fraterna charitate eis offerrent condimentum, vt permixtum poculum sumerent, ait: Nondum est hora soluendi ieiunij. Agebatur enim hora diei quarta. Siquidem in carcere quarta feria stationem solenniter celebrauerunt. Igitur sexta feria letus atque securus festinabat, vt cum martyribus & prophetis in paradiso, quem Dominus præparauit amantibus se, persolueret stationem. Cumque ad amphitheatrum peruenissent, statim ad eum accessit Augustialis nomine, lector eiusdem, flens & deprecans, vt eum discalcearet. Cui beatus martyr respondit: Missum fac, sicut me discalceo, fortis & gaudens & certus de Dominica promissione. Qui cum se discalceasset, accessit ad eum commilito frater noster, nomine Felix, & apprehendit dexteram eius, rogans vt suum meminisset. Cui Fructuosus episcopus, cunctis audientibus, clara voce respondit: In mente me habere necessè est ecclesiam catholicam, ab Oriente vique in Occidentem.

Igitur in porta amphitheatri constitutus, cum iam propè esset, vt ingrederetur ad coronam immarcescibilem potius, quam ad pœnam, obseruantibus licet ex officio beneficiarijs, quorum nomina supra memorata sunt, ita vt ipsi audirent fratres nostri, monente pariter ac loquente spiritu sancto, Fructuosus martyr ait: Non deerit vobis pastor, nec deficere poterit charitas & repromissio Domini tam hinc, quam in futurum. Hoc enim quod videtis, vnus horum videtur infirmitas. Consolatus igitur fraternitatem, ingressus est ad salutem: digni ipsi martyrio, felices, qui sanctarum scripturarum fructus ex promissione senserunt, similes Ananiam, Azariam & Misaeli: steteruntque, vt etiam in illis tribus diuina miracula cernerentur: sic quidem in igne iam constituti, vt pater non deesset, & filius subueniret, & spiritus sanctus in medio ignis ambularet. Cumque exusta fuissent fasciole, quibus manus eorum fuerant colligatae, Fructuosus episcopus orationis diuinae & solite consuetudinis memor, gaudens positus genibus orabat, de resurrectione securus, in signoque trophæi constitutus, Dominum precabatur. Hinc solita Domini non desinere magnalia, apertumque est celum, videntibus Babylone & Mygdonio fratribus. Ex familia autem Aemiliani presidis, filia eius dominæ suæ carnali offendebat Fructuosum episcopum cum diaconibus, adhuc stipitibus, quibus ligati fuerant, permanentibus, in celum ascendentes coronatos. Cumque Aemilianum vocarent, dicentes, Veni, & vide quos hodie damnasti, quæ admodum in celo & spei suæ restituti sunt: Aemilianus veniens, videre eos non fuit dignus.

Tunc igitur, velut derelicti sine pastore, tristes fratres sollicitudinem sustinebant, non quod dolebant Fructuosum, sed potius desiderarent. Porro fidei & agonis memores gaudentesque, superueniente nocte ad amphitheatrum cum vino festinauerunt, vt semiviva corpora extinguerent. Quo facto, cineres eorum collecti sunt, & prout quisque populo sibi vendicauit. Sed nec in hoc Domini & Saluatoris nostri defuere magnalia, vt credentibus fides augetur, & paruulis ostenderetur exemplum. Oportebat enim

Indici.

Fructuosus episcopus etiam ethnicis charus.

Statio solennis in carcere celebrata.

Ingressus est in rogum sancti martyris.

Animæ eorum in caelos cuncti.

Colliguntur eorum cineres.

Fru-



Fructuosum martyrem, quod per misericordiam Dei docendo prēmiserat in Domino & Salvatore nostro, in sua postea passione & resurrectione carnis comprobare. Igitur post passionem apparuit fratribus, & monuit, vt quod vnusquisque per charitatem decernerent. Aemiliano etiam, qui eos damnauerat, Fructuosus pariter cum diaconibus suis ostendit se in stolis repromissionis, increpās pariter & insultans, nihil illi profuisse, quod frustra exustos corpore in terrā crederet redactum iri, quos cernebat gloriosos. Obsecratos martyres, qui igne probati sunt vt aurum preciosum, vestiti lorica fidei & galea salutis: qui coronati sunt diademate & corona immarcescibili, eō quod diaboli captae cauerunt. O beatos martyres, qui meruerunt dignam habitationem in celis, ad dexteram stantes Christi, benedicentes Deum patrem & Iesum Christum filium eius. Subleuit autem Dominus martyres suos in pace per bonam confessionem, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Apparent  
presidio, ei q;  
insultant.


*Libet huc adscribere elegantissimos versus Prudentij, quibus ille totam hanc historiam claudit:*

O triplex honor, o triforme culmen,  
Quo nostrae caput excitatur vrbs,  
Cunctis vrbbus eminens Iberis.  
Exultare tribus libet patronis,  
Quorum praesidio fouemur omnes  
Terrarum populi Pyrenearum.  
Circumfer choros ex vtroque sexu,  
Heros, virgo, puer, senex anicla,  
Vestrum psallite ritē Fructuosum.  
Laudans Augurium resultat hymnus,  
Mistis Eulogium modis coarquant:  
Reddamus paribus pares Camoenas.  
Hinc aurata sonent in arce testā,  
Blandum littoris exte indē murmur,  
Et carmen freta feriata pangant.  
Olim tempus erit, ruente mundo,  
Cum te, Tarraco, Fructuosus acri  
Soluet supplicio, tegens ab igni.  
Fors dignabitur & meis medelam  
Tormentis dare, prosperante Christo  
Dulces hendecasyllabos reuoluens.

Nota patro  
cinitū et pre  
sidium san  
ctoium.

VITA ET PASSIO S. MEINRADI, EREMITAE ET MARTYRIS, LECTV DIGNA.

21. IANVAR.



Meinradi  
patria.

Institutio.

Icturo mihi venerabilis viri Meinradi Eremitae & martyris passionem & obitum, libet parump̄er reflectere stylium, que quo tempore, vbi & vnde, quod vel cui traditus primus ad discendas literas, sub quo abbate monasticam vitam co-plexus sit, qualiter etiam a fratrum cōuentu discedens, regulare certamen eremi adierit, paucis prēmittere. Temporibus Caroli gloriosissimi Imperatoris, qui primus in Francia natus est in pago, quem ex villa Sulichgevue vocant antiquitas. Parentes verò eius ex Alemannis fuerunt, quorum nobilitate magis conspicui, quam diuitijs peritissimi. Qui cum iam eam attigisset aetatem, qua aptari posset literarum studijs, a patre ductus ad insulam, quam veteres Sindles Angiam vocabant, in qua sanctus Pirminius constituit monasteriū ordinis sancti Benedicti. Huc ergo puer iam dictus a patre ductus, commendatur viro per omnia honestissimo Erlebaldo monacho: qui etiam predicto pu-

propagine carnali affinis erat. Is cum infantulum bonae indolis conspiceret, gratanter nutriendum suscepit, studiosè docuit, atq; consuequendo imbuendo perduxit, vt sanctarū scripturarū scientiam adeptus videretur. Nam puer a primæua aetate iocos atq; errores, quibus tenerior aetas implicari solet, vitauit, mentemq; occupauit meditandis illis, quæ magister docuerat.

Cum autem vicefimum quintum aetatis annum attingeret, ad diaconatus officium, & non multo post ad gradum presbyterij, faciente eodem magistro suo, sublimatus est. Sedit autem tunc temporis, regnante Ludouico Casare, filio Caroli, in ipsa insula abbas, nomine Harro, vir valde doctus & operibus bonis, morumque nobilitate spectabilis, qui & Basileensis ecclesiae praesul extitit. Quo aetate vitæ negocia respuente, atque ad contemplatiuæ vitæ pulchritudinem se transferente, praedictus Erlebaldo cum licentia Ludouici Imperatoris electus ab omnibus, praedictae insulae fratribus praeficitur, atq; in abbatis officio substituitur. Qui hac potestate accepta, Meinrado mox author & suaser for fuit, vt regulæ iugum susciperet, normamq; monasticæ vitæ sectaretur. Consensit ille salubri consilio, & professionem fecit, atq; omni intentione studuit promissa seruare, promptus semper ad obediendum, in ieiunando strictus, in oratione assiduus, in misericordia operibus largus, & maxime in humilitate cunctis substratus. His dum polle-ret moribus, ab abbate mittitur ad cellulam quandam, ad iam dictum monasteriū pertinentem, iuxta lacum Tigurinū sitam, quem interfuit Lindemacus fluuius, vt ibidem scholæ praesesset, & talentū, quo ipse ditatus erat, ad lucra Dominica in plurimos dispergeret. Aliquantulum temporis fluxerat, eo in his detento.

Hatto Ab.  
bas, & Epi  
scopus Bas  
sileensis.

Meinradus  
sic mona  
chus Augi  
ensis.

Quadam verò die accepit secum nonnullos scholasticos, quos nutrierat, & praedictū lacum transuigans, intrauit in eremum, quæ ipsius laci littori adiacet, & vsq; ad Alpes Apenninas tendit, atque ad villam Chama, causa piscationis & loca eremi intuēdi. Perueniunt itaque ad fluuium quendam, qui in ipsam decurrit solitudinem: ibiq; vir beatus, ad piscandum occupatis comitibus, in consideratione solitudinis solus spatiabatur. Accensus enim erat nimium amore solitariae sedis. Qua consideratione dum mentem diu paceretur, redijt ad focios, inuenitq; non parua praeda piscium oneratos, quos taliter affatur: Gratias largitori, qui nos suis misericorditer ditauit donis. Iam filij, si placet, tempus est proprios inuisere lares. Regrediuntur itaque, & ad villam perueniunt, non longè a litore sitam. Ibi cuiusdam matronae hospitium intrantes, paululum quicue-runt, reficientes se cibo & potu. Vir autem Dei cernens matronam timore Dei plenā, & ad obsequendum hospitibus promptissimam, ardorem sui animi occultū ei aperuit, his verbis incipiens: O chara Christo foemina, si velles audire, secretum cordis mei tibi manifestarem: sed antequam id agam, posco, vt verba mea atq; voluntatem occultes, quousq; cernas, si possit opere cōpleri, quod credo me deuota mente concepisse. Habitatione huius eremi ultra omnes diuitias delector, cuperemque iam in ea collocare mansuiculam meam, vt familiarius possem precibus vacare, si quempiam reperirem, qui necessaria corporis mihi ministrare ob Dei amorē vellent. Sed quia adhuc solatio hoc defraudor, posco interim occultari, quod cupio. Illa autem a Deo inspirata (vt credo) respondit: Secretum nulli, nolente te, reuelabo: noueris autem, si in coepto persistere voles, me necessaria tibi propter Deum ministraturam, & quantum possum, tuo voto satisfacturam. Ille promissis gratias rependens, redijt ad cellam, vnde egressus fuerat: ibiq; ieiunijs & orationibus continuus a Deo poposcit, vt si illi animi sui propositū non displiceret, illud sua ope confirmare dignaretur.

Feruet famo  
re vitę solit  
ariae.

Tandem confortatus diuina inspiratione, reliquit cellam scholamque, cui praeerat, & reuisit hospitium suam, explorare volens, vtrum promissis stare vellent, nec ne. Quam vt in praebendo solatio promisso perdurare sensisset, non longè ab ipsa villa, in qua eadem foemina commanebat, in eremo sibi habitaculum construxit, atque ibidem in ieiunijs & orationibus indefessus creatori seruiuit, necessaria praebente ei praedicta matrona, nec non & alijs religiosis viris. Ibi dum per septem annos superni regis militiam exegisset, multitudinem populi ad se venientis ferre non valens, mutauit locum, atq; a praedicti lacus litore quatuor millibus distantem reperit inter montes planitiem, accessu valde difficilem. Ibi adiuuantebus viris religiosis, & maxime quadam abbatissa, Heilviga nomine, necessaria voti sui construxit habitacula, atq; in eodem loco, quod reliquū erat vitæ, peregit, maximis sese macerās ieiunijs, & quantum humana fragilitas permittit, sine cessatione

Pecit eremū  
& in ea sibi  
costruit dor  
micilium.

fatione orans, atque ea, quæ à fidelibus viris vel fœminis mittebantur, cuncta ad se venientibus benignè & comiter impartiens. Accidit autem inter hæc, vt quadam die, eorante, tanta multitudo dæmonum circa illum vndiquè diffunderetur, vt nec ipsam lucem diei, illis tenebrarum ministris tetram caliginem offundētibus, cernere posset. Qui cum minis terribilibus & horrore nimio eum fatigarēt, in orationem prostratus, vt res poscebat, omni studio se pio Domino commendabat. Quod cum diū ageretur, cernit ab Oriente lucem: Quam lucem secutus angelus, ad ipsum, vbi in oratione iacebat, in medio malignorum spirituum peruenit: magna autoritate agmini nefando præcepit vt discederent, nihilque terroris & tentationis ei vltra inferre auderent. Discidentibus itaque hostibus, prædictus angelus postquam amanter eum consolatus est, abscessit atque ab illo die (vt vir venerabilis referebat) nil terroris vltra à malignis spiritibus sustinuit.

Dæmones ei infestissimi sunt, sed ab angelis repelluntur.

Accidit etiam postea, vt quidam frater de monasterio illius eum visitationis gratia adiret. Quem benignè suscipiens cum socijs, qui cum illo venerant, eis cuncta, quæ hospites decebat, quantum facultas tulit, exhibuit. Cum verò vespertinum tempus iam venisset, & sidera splendentia suaderent somnos, refecerunt se dulcibus collationum colloquijs, atque post Completorij, vt vocant, preces ierunt dormitum: in loco quidē preparato frater, qui venerat: seorsum etiam comites eius: nec non & ipse venerabilis vir in priuata mansuicula. Paululum autem corpusculum reficiēs somno, vir Dei surgit, atque assuetis incumbit peruigil precibus. Prædictus etiam frater, licet in strato conquiesceret, penè insomnem duxit noctem. Dum autem curiosè hue atque illuc verteret oculos, cernit puerum in vestibus albis ab ipso oratorij loco progredientem, mira pulchritudinis, vt ei visum est, ætatis septem annorum, qui ingreditur ad virum Dei, & cum eorante orabat, & varia cum eo miscbat colloquia: quæ licet prædictus frater audiret, sensum tamen eorum, quæ dicebantur, non percipiebat. Qui etiam puer ipsi fratri plenè vigilantia adstitit, atque de quibusdam monuit, quæ omnino frater ille sibi, nè in publicum proferret, interdicit dicebat. Equidem breuitati studens, multa, quæ de eo miranda plurimorum narratio certa demonstrat, pertransio.

Gen. 3.

Cum autem in illa eremo vicesimum sextum ageret annum, seruiens Domino ieiunijs & abstinentia rerum omnium mundi huius, illo inspirante, qui serpentem intravit, & per os eius protoplastum decepit & de paradiso eiecit, duo scelerati homines causa occidendi eum ad Cellam illius properarunt. Qui cum venissent ad villam quadam, in Tigurini lacu litore sitam, rogauerunt sibi monstrari, quæ pars peruia esset ad cellulam eius.

Latrones ad eum accedunt.

Quod cum monstratum eis fuisset, maturè per noctem surgentes, ingressi sunt monstratum sibi iter, agitante, qui eos impleuerat, terribissimo spiritu. Diu tamen erroneè à recto tramite, ducente ad ipsam cellam, tandem vexati, quò volebant, perueniunt, maxima iam parte diei elapsa. Ille verò, solitis orationibus incumbens, Missarum deuotè solennia libabat creatori. Prius autem, quam in ipsam cellam maligni illi intrassent, (quorū vnus vocabatur Richardus, eratque genere Alemannus: alter verò Petrus, Rhetianorum natione procreatus) pulli, quos vir venerabilis eodem in loco nutrierat, eos in proximo venire conspicientes, quasi à vulpe insequente per eremum diffugerūt, clamore insolito & strepitu inaudito syluam, resultantem echo, complentes, ita vt etiam ipsi latrones hac de re multum mirarentur & obstupescerent, atque ad prodigium hoc pertinere, propriæ mentis decernerēt iudicio. Attamen à cœpro non distracti, aggrediuntur sacellum, in quo vir Dei, vt prædictum est, orationibus Deum sibi placabat profusus, corpusque Dominicum, vt præscius futurorum, ad viaticum obitū sui puro corde & deuota mente susceperat. Vt autem sensit adesse peremptores suos, non statim se eis presentauit, sed modicum adhuc differens, clausum sacelli ostium non aperuit, vt aliquantisper in oratione adhuc demorari posset. Strenuè ergo orationem compleuit, captasque singulas reliquiarum manu suscipiens & deosculans, commendabat agonem suū Domino & sanctis, quorum reliquias complectebatur reuerenter. Hoc, qui aduenerant, maligni per foramen quoddam parietis eum agentem inspiciebant.

Iamque athleta fortis, Deo confortante, pugnaturus egreditur, presentiamque suā non negat sicarijs illis. Ac primum salutationis verba ad eos proferēs, post intulit: O socij, cur iam sero venistis? Quare non maturastis venire ad audiendā paruitatis mee Missam, vt pro

pro vobis communem Dominum deprecarer? Sed vel nunc intrate, poscitur, vt placabilem se vobis præstet Deus & sancti eius, ac postea reuertimini ad me, vt quod donante Deo vobis benedictionis præbere possim, eius amore impertiar: sicque, complete opus, ad quod agendum venistis. Intrantes igitur oratorium, non ad id, quod suadebantur, intenti, sed ad malum ad quod venerant perpetrandum, continuo regrediuntur ad eum. Quibus vir Dei cucullam & tunicam suam dedit, panem insuper ac potum addidit, dicens: Hæc de manibus meis percipite. Postquam verò compleueritis id, quod facere constitulistis, potestis ex his, quæ ad sunt, per vos tollere, quod cupitis. Scio enim, quod ad occidendum me intrastis. Sed vnus à vobis exposco beneficium, vt dum presentis vite cursum in me terminaueritis, candelas, quas inspicitis, quas etiam ad hoc ipsum formauimus, vnam ad caput meum ardentem, & aliam ad pedes ponatis, & citò postea ab hoc loco discedatis, nè à superuenientibus, qui me visitare solent, constringamini, penas luituri sceleris vestri.

Præscit eos venisse ad ipsum occidendū.

Confestim igitur prædictus Richardus pollutis manibus beatū virum medium comprehendit, maceratumque, ieiunijs corpusculū fortiter brachijs strinxit, socioque minaciter iussit, vt sanctum fuisse percuteret. Qui cum diu eum feriendo circa latus & iuras, debilitasset, sancto extendente palmas ad Deum, alter subintulit, dicens: O segnis, cur eum in caput non percutis, vt plagam mortalem accipiat? Quam si tu tardas inferre, ego citissime illaturus sum. Confestimque fuisse apprehenso, ictum librabat in caput vehemētissimè. Hoc modo vir sanctus seminiuus in terrā corruit: & illi continuo in eum irruentes, guttur eius suffocant manibus, donec exhalaret spiritum. Egrediente autem iam anima, in ipso tractu nouissimæ adspirationis, tantæ suauitatis odor progrediens totum cellulæ locum haud aliter peruasit & compleuit, quam si omnium aromatum odoramenta ibi fragrant. Postea verò nudauerunt eum veste, quæ erat indutus, & portantes eum, posuerunt in lectulo, in quo vir Dei quiescere solebat, & nudo imposuerunt pannum rudem, atque etiam stramenta quadam, & vt viuens rogauerat, candelas sumperunt, vnam ponentes ad caput, & cum alia currentes ad sacellum, lumen inde allatur, quod in eodem oratorio iugiter ardebat. Regressi verò ad corpusculum defuncti, inuenerunt clarè ardentem candelam quam posuerant ad caput. Tāntus autem eos continuo inuasit timor, vt nihil contingere de rebus ad altaris officia pertinentibus auderent. Vestes verò ac stramenta quadam lectuli eius rapientes, festini eò properarunt, vnde regressi fuerant. Eis autem inde fugientibus, corui, qui more solito ad famulū Dei viuentem venire consueuerat, & annonam de manibus eius accipere, quasi vindicare cupientes extinctum, sequebantur latrones, vocibusque grandisonis replebant syluas, & quam proximè poterant, capitibus eorum aduolantes, prodebant perpetratum facinus. Non multo post maligni illi comprehensi sunt, & quod occultè perpetrauerant, parafactum est scelus, nolente Deo differri tantæ atrocitatis poenam, quam in sanctum virum exercuerant. A iudicibus enim & populo Christiano sub comite Adelberto lata in eos sententia, viui incensi sunt. Candelam autem, quam ad caput viri Dei posuerat, & quæ caelitis accensa est, ardebat vsque ad stramenta, quæ imposita fuerant defuncto corpusculo. Quorum etiam partem ipse ignis inuasit, & peruenit vsque ad membra defuncti. Quæ vbi attingit, sicut diuinitus accensus fuerat, ita Dei nutu extinctus est. Illic autem diffamatur cædes eius. Qua comperta, venerabilis Abbas Vualtherus, & fratres ibi degentes, corpus viri Dei ex eremo auferentes, atque ad monasterium Augiæ deferentes, ibi digno condiderunt cum honore.

Vir sanctus à seculo la tribus interimitur.

Præclarum miraculum

Flammis comburuntur eius percussiores.

Trasfertur corpus ad Augiam.

Passus est autem sanctus martyr duodecimo Calend. Februarij, Anno ab incarnatione Domini octingentesimo sexagesimo, Ludouici regis anno quarto.

X x z

COM.

COMMENTARIVS RERVM GESTARVM SANCTI APOSTOLI CHRISTI TIMOTHEI, Authore Simeone Metaphraſte.

IANVAR, 22.



2. Tim. 1. Genus Timothei,

S. Timotheus adiungit se B. Paulo. Act. 14.

Act. 16.

Ibidem.

Timotheus ab Apostolis literis imbuitur.

1. Cor. 16.

Agnum Timotheum tulit quidem Lycaonia, aluit autem & instruit, quæ olim inter ciuitates fuit in clyta Lystra: non tantum sibi placens de vbertate & abundantia rerum necessariorum, quantum de hac planta longè suauissima, & de ijs, quæ in eo efflorent, virtutis ornamentis, etsi ne parus quidem & synceras generis habuerit radices: sed ex spinis quoque infidelitatis plurimum habuerit admixtum. Nam erat quidem ei auia Lois, mulier pia, & quæ reuera curam gerebat virtutis: mater Eunica, quæ & Iudæis quidem olim fuerat insita in pietatem, & in integris virtutum hortis re vera floruerat. Pater autem gentilis, & in gentiliū rebus maximè insignis, veluti quoddam in frumento lolium, nempe honesto & præclaro Timothei genere, & rosis spina adnatus, & vitio tantum insignis, quantum fuit illius filius pietate clarus & virtute incomparabilis.

Cum esset autem adhuc infans Timotheus, & à matre Eunica institueretur, gentiliū & Iudæorum errorem simul ex æquo declinauit: & tunc accedit ad Paulum, præclaram Ecclesiæ tubam, simul cum Barnaba Christi discipulo & Apostolo, sicut diuinus Lucas dicit in Actis: cum is venisset in Lycaoniam, quæ est finitima quidem Iconio & Derbæ: ex Pauli verò aduentu magnum erat consecuta miraculum, & claudum ab ipso ortu (O diuinam visitationem, o admirabile spectaculum) sanum effectum illius presentia, & pedibus suis absque molestia & securè vtentem. Qui quidem eos, qui erant in ciuitate, in tantam adduxit admirationem, vt esset eis id, quod factum fuerat, supra fidem, & suos deos existimarent forma hominibus assimilatos obire ciuitatem, & eorum escopus claudi curationem. Postquam autem, qui istam esset, cognouerunt, & quod Dei vitæ esset potius Apostolus, & horum qui falsè dicuntur, deorū aduersarius, ad hoc ipsum missus, vt ab eorū errore liberarentur homines, & quod prædicat Deum, qui non solum potest corrigere tales corporum mutilationes, sed etiam suscitare mortuos: multi ab errore deficientes, accesserunt ad pietatem. Opus illius miraculi, fuerit etiam huius admirabilis discipuli & Apostoli parentes, quæ magno studio & liberalitate Pauli domi suæ acceperunt: & pietatis quidem lucem ab eo habuerunt, pium autem & Dei amantem Timotheum veluti vicissim reddiderunt, qui erat adhuc inuenis & tener, & aptus ad suscipienda semina pietatis: quod quidè licet aperit discere ex libro Actuum Apost. Nam cum Paulus, inquit, obiret Lystram & Derben, erat illic discipulus quidam, nomine Timotheus, filius mulieris Iudææ fidelis, patris autem gentilis. Huic testimonium bonum reddebant, qui in Lystris erant & Iconio fratres.

Cum sic ergo Paulo traditus fuisset Timotheus, patri spiritali filius magis proprius, quam eius qui erat pater secundum carnem, & ex ciuitate vnà esset excessurus, ab eo circumciditur propter quosdam Iudæos, quibus plena erat ciuitas, & omnia circumcisa: quoniam omnes sciebant illum esse natum patre gentili. Atque ciuitates quidè obibat Paulus, seminans prædicationem, veritatemque, annuncians, & omnes spiritu regenerans. Eum autem conſequebatur sicut stella solem Timotheus: deductus quidem à parentibus, eorum autem cor non obscure saucians propter separationem. Quidni enim, cum essent parentes talis filij, & qui scatebat tam suauis flore virtutis? Ipse verò ex eorum seiunctione nihil visus est affici, sed quodammodò Pauli desiderio contegere suam in parentes affectionem, & ostendere id naturali necessitate longè esse valentius. Hinc in literarum disciplina ab illo instituitur, sitque ei contubernalis, & omnino simul cum eo viuebat. Deinde eius quoque Diaconus constituitur, & ad Apostolorum confirmatur, periculorum atque laborum effectus socius, & nihil omnino impeditus ab ætatis teneritudine, quò minus resisteret laboribus: sed generosam inducens voluntatem, quæ ætate plus poterat: adeo vt boni eius animi & piorum operum testè ipsum habuerit magistrum, sic dicentem: Videte, nè quis ipsum contemnat. Opus enim Domini operatur, sicut ego.

Cum

Cum autem ad tantam peruenisset virtutem, & tantum eis testem adhibuisset, non solum, sed etiam in multis alijs locis. Nam modò quidem, inquit, scribès ad Corinthios Paulus: Misi ad vos Timotheum fratrem meum, qui est filius meus dilectus & fidelis in Domino, qui vobis in memoriâ rediger vias meas in Christo. Et rursus: Si venisset Timotheus, videre vt sine metu sit apud vos. Modò autè ad Philippenses quoque scribens, adſciſcit socium inscriptionis: Paulus & Timotheus serui Iesu Christi. Et deinceps consequenter in epistola: Spero autem in Domino me Timotheum citò ad vos missurum, vt & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. Neminem enim habeo tam vnanimem, qui syncerè pro vobis sit sollicitus. His verò congruentia scribit etiam ad Thessalonicenses: Paulus & Timotheus serui Iesu Christi, cum hic quoque honorans societate inscriptionis: Misi ad vos Timotheum fratrem nostrum & ministrum Dei, & cooperatorem in Euangelio Iesu Christi, ad confirmandos vos & exhortandos pro fide nostra, & nemo moueatur in istis afflictionibus. Et alibi: Probationem autem eius cognoscitis, quòd sicut filius patri, mecum seruij in Euangelio: illos quoque assu-mens, veluti testes virtutis Timothei. Deinde verò etiam ad Colossenses: Paulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater.

Porro autem cum à præceptore tantum ferret testimonium, & modò quidem filius in Domino fidelis & dilectus: modò autem eius frater & Euangelij cooperatore vocari dignus haberetur: & susque deque tot & tam magna consequeretur encomia: tamè ne sic quidem sibi ipsi cõfiderere & non timere poterat: sed tam accuratè viuebat, & tam diligenter se exercebat, & tam acriter se affligebat, vt eum etiam exhortaretur præceptor, suadens discipulo, nè aquam amplius biberet, sed vino modico vteretur: Propter stomachum tuum, inquit, & frequètes tuas infirmitates. Sed quantum sic laboraret eius corpus continua infirmitate, & haberet deiectam stomachi facultatem, generosus respicendebat animus. Non poterat enim corporis infirmitas deprimere tam generosum animum: sed celeris zeli penna omnem in partem peruolabat, & modò quidè Ephesum, modò verò Corinthum illius linguæ Sirenes demulcebant. Macedoniam quoque sæpè & Italiam & vniuersam terram cum præceptore complectebatur prædicatione. Quid autè dixeris, quam multos cupiditatibus à ratione maximè alienis & absurdis seruietes, ab hoc graui liberauit ministerio? Rectè nouit, quod dico, is, qui eius, qui Corinthi est fornicatus, non ignorauit delictum. Erat enim diuinus Timotheus non ad intelligendum solum acutissimus, sed ad dicendum etiam promptissimus, & ad faciendâ egregiè vtendum dexterrimus, & in diuinis exponendis iucundissimus, & ad Ecclesiam componendâ & custodiendam vel maximè idoneus. Nam & copiosiorè consecutus est gratiam, & doctrinæ fontibus vsus est duplicibus: non Pauli solum modò admirabili lyra spiritus se oblectas, sed etiam versans cum Iohanne eximie dilecto discipulo, & ab eo præ-

sus à bono spiritu. Nam cum Nero, qui malè ad imperium, malè (ò iniustitia & Dei tolerantia) accesserat, inimartyrij principes Apostolorum, Petrum, inquam, & Paulum, subiecisset, & alij, qui cum ipsis erant, discipuli se aliò cõuertissent, accidit vt hic magnus Euangelista & Theologus Ephesi consisteret, à tempestate & naufragio eiectus, vt & referunt, quæ ab Ireneo Lugdunensi scripta sunt, & fama tradit. Ex discipulis autem ij, qui secuti sunt alios Euangelistas & Apostolos, ea quæ ab illis diuersa lingua composita fuerant, (tandem enim vnus vocis sermone vsi fuerant) cum ad Ephesiorum ciuitatem detulissent, ei tradunt. Illum verò, vt etiam videtur Eusebio Pamphili hæc tractanti, aiunt ea quidem quæ scripta fuerant, admisisse, de eorum veritate ferendo testimonium: animaduertisse autem in eis solum restare narrationem de ijs, quæ in primis & in principio prædicationis à Christo facta fuerant. Et vera quidè est oratio. Inuenies enim, si diligenter consideraueris, tres Euangelistas ea solum conscripsisse, quæ vno anno à Seruatore gesta sunt, postquam Ioannes Baptista fuit coniectus in carcerem: idque eos rectè significare in principio suæ historiæ.

Nam post ieiunium Christi quadraginta dierum, & eam quæ in ipso fuit tentationem, Matheus quidè significat tempus suæ inscriptionis, dicens: Cum autem audiuisset, quòd Iohannes erat traditus, à Iudæa recessit in Galileam. Lucas quoque, priusquam inciperet narrare facta Iesu, similiter ostendit, dicens, quòd adiciens Herodes ijs, quæ

X x 3 fece-

1. Cor. 4.

1. Cor. 16.

Phil. 1. & 2.

1. & 2. Th. 1.

1. Thes. 3.

Philip. 2.

Colos. 1.

1. Tim. 5.

Timotheus versatur cum Iohanne Apostolo.

Hist. Eccle. lib. 3. ca. 12.

Matth. 4.

Luc. 9.

fecerat, inclusit Iohannem in custodia. Propterea ergo dicunt, Iohannem Apostolum rogatum, tempus quod fuit silentio prateritum a prioribus Evangelistis, & quae in eo facta fuerant a Seruatore, ea autem sunt, quae facta sunt antequam Baptista in carcerem conijceretur, in suo tradidisse Evangelio, etsi prius non scripta vsus esset praedicatione, & hoc ipsum significasse, partim quidem dicendo: Hoc principium fecit signorum Iesus: partim autem faciendo mentionem Baptiste inter actiones Iesu, vt qui tunc adhuc baptizaret in Aenon prope Salim. Praeterea vero hoc ostendit aperius, dicens: Nondum enim erat Iohannes coniectus in carcerem. Ex his ergo aperte ostendit, Theologum ea in suo Evangelio tradere, quae a Christo facta sunt, Iohannem nondum coniectum in carcerem: reliquos autem tres Evangelistas meminisse eorum, quae facta sunt, postquam Iohannes fuisset coniectus in vincula. Quae qui attenderit, non amplius ei videbitur dicere crepare Evangelia: quod id quidem quod est secundum Iohannem, primas Christi continent actiones: reliqua autem, historiam quae facta est in ipso fine Christi. Merito ergo carnis quidem Seruatoris nostri genealogiam, vt quae a Mattheo & Luca prius scripta fuisset, Iohannes silentio praeterijt: a Theologia autem incipit, vt quae ei, vt potest praestantiori, fuisset a bono spiritu conseruata. Et sic quidem Eusebius de Iohanne & alijs narrat Evangelistis.

**Iohan. 16.** Fieri ergo non poterat, vt ipsius veritatis, Christi, inquam, verba exciderent, qui discipulis suis dixit: In mundo afflictionem habebitis. Neque ergo exciderunt, sed vtrique multas subijt molestias. Cum enim Domitianus per magnam vim sceleris tunc inuasisset imperium, condemnatur hic quoque habitare vnam ex Cycladibus. Domitianus, inquam, cui post Neronem & eos, qui intercedunt, mandatum fuit imperium: ei autem improbitate nihilo fuit inferior, sed semper ad ipsum respiciebat, aut etiam sceleribus & flagitijs superabat, & struatis in alios calumnijs tam lubenter aures accommodabat, quam suis ipsius laudibus: siquidem tantum valuit assentatio, vt etiam Domitianum laude aliqua impertiret & celebraret. Illius ergo ad facile audiedas calumnias propensio, Iohannem condemnat, vt relegatur in Patmon. Sic enim nominata est insula, in quam fuit relegatus. Quem quidem in locum cum per ignominiam relegatus fuisset venerandus Iohannes, Timotheus eius loco suscepit Episcopatum Ephesiorum. Quamquam nec ipsam quoque in sede longo tempore viuere permisit inimicus.

**Catagogij, festus dies apud Ephesios.** Erat enim quidam dies festus apud Ephesios, qui ab eis vocabatur Catagogium. In eo ergo & clauas tollentes, & simulacra in manibus tenentes, & sibi quasdam imponentes personas, & insigniores partes ciuitatis impudenter obeuntes, & ijs quaedam carmina decantantes, virosque & mulieres more praedonum inuadentes, magnam eorum faciebant: ea ratione putantes execrandi, se suum honorare daemone, vt eos viderentur homines honorare, quorum maximus cultus, est mors eorum qui honorant. Diuinus ergo Timotheus hoc aegre ferens, & igne zeli visceribus inflamatus, & partim quidem consilij vsus & admonitionibus, cum minimè potuisset eis persuadere, vt a tali desisterent insania, accedit ad eos in media compita, cum iam festum ageretur, rursus admonens, increpans, docens, quid non faciens ex ijs, quae possent dimouere hominem a tali insania?

**Cruces delis S. Timothei.** Illi autem eius dicendi libertatem aegre ferentes, quae unque habebant in manibus, ijs aduersus eum vsi sunt, cum ferientes & per terram trahentes eum quam maxima dei potest crudelitate & inhumanitate, & tandem humi iacentem, cum omnis virtus vitalis & operatio eum deficeret, quidam Christiani eum tollentes, parum adhuc & egre spirantem, & iam morti vicinum, vltra ciuitatis portum deposuerunt: vbi cum Deo commendatum emisisset spiritum, corpus rursus pie & sanctè in quodam loco conditum, qui apud eos Pion, id est, pinguis, dicitur. Longo autem tempore postea, Constantij in eum amores, qui filius fuit Constantini, Magni, inquam, illius & primi Imperatoris Christianorum, illinc exportant reliquias, desiderij administro veteres Artemio: qui cum egregiae illius Timothei in dicendo libertatis fuisset imitator, ei quoque postea fuit conformis mortis similitudine, & fuit martyrij ornamento propter Christum decoratus.

**Templum Apostolorum.** Reponitur autem in sacra ara eius, quod cognominatur templum Apostolorum, (fuit verò id Constantij manus opus & fidei) sub ipsa mensa mystica, supplicator miraculorum, dispensator gratiarum, thesaurus qui non potest exinaniri, diuitiae quae non consumuntur, & cum Luca & Andrea connumeratur: Deo fortasse hoc benignè prouidetur, vt sic

vt sicut eis omnia fuere communia, mores, disciplina, praedicatione: commune quoque esset sepulcrum, quoniam eis quoque est illic quies communis.

Templum autem Iustinianus, cum manu postea magnificentiori quoque arte adhibita, splendide edificat & transformat, & ei pulchritudinem & magnitudinem, quae nunc est & cernitur, exhibet: praeterquam mysticam & diuinam mensam. Ab ea enim sola abstulit, hoc pulchre & sanctè faciens propter depositionem sacrarum reliquiarum. Quocirca posita est in medio templo vsque in hodiernum diem, cum mensam ex purissimo argento construxisset, & cum magna sui in Christum amoris significatione, sanctorum Christi Apostolorum sancta corpora recondidisset.

Cum autem impius Domitianus sceleratissime quidem imperasset, miserrime autem vitam finisset, Nerua suscipiens imperium, & statim post ipsum Traianus quoque, cum se & quam fieri possent clementissimos & aequissimos vellent ostendere, cum multis alijs Evangelistae quoque & Theologo dissoluunt exilium. Ille autem cum Ephesum (ò cum quanto dixerit quis gaudium & honorem?) rediisset, & diuinum iam Timotheum ad Iesum, quem desiderabat, excessisse didicisset, & sine martyrij cursu Evangelij obsignasse, & esse Ecclesiam Praesule defectam inuenisset, eam rursus suscipit: adeo vt idem & sedem Timotheo praebuisset, & ei successerit. Quae quidem vtraque sunt eius zeli in Deum, magnique illius studij & ardoris in pietatem. Qui quidem longo postea tempore perpetuo curam gessit ecclesiae, & veritatis annunciauit praedicationem, ad augmentum pietatis, ad salutem animarum, ad gloriam Domini nostri Iesu: Cum quo Patri vnà cum sancto Spiritu est omnis honor nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

*S. Iohannes redit Ephesum.*

**MARTYRIVM SANCTI VINCENTII, LEVITAE ET MARTYRIS, AVTHORE**

*Simeone Metaphraste.*



Historiam, quam sanctissimus martyr Vincentius de hoste reportauit, maxime probatam fuisse ex hoc ipso intelligi potest, quod bonarum rerum inimicus diabolus eorum certaminum, quae martyr ille sustinuit ac perpeffus est, venerandam memoriam silentio interim obruendam curauit. Sed nos ordine singulas res, vt gesta sunt, in apertum proferemus, certissimamque earum rerum fidem sequentes, inuolatam Martyris confessionem, & tolerantem constantiam, vsque ad extremum spiritum seruatam, simulque incredibilem iudicis immanitatem narrabimus.

*IANVA. 22.*

Is cum Christianorum vastationem, vt quibus alius, sitiret, in Hispaniam profectus est, vt illius provinciae administrationem gereret, quae a Romanis Imperatoribus commissa ei fuerat. Erat iudex ille Graecus, scelere, furore & diaboli peruersitate arteque compositus, & malitiae illius minister valde idoneus: vocabatur autem Datanus. Cum igitur ad eius regionis urbem omnium primam venisset, cui nomen erat Augusta, tanquam lupus quidam vorandi sanguinis multum appetens, simplicissimas Christi oues adortus est. Nam etsi earum sinceritas, constantia & firmitas Christianae fidei testimonium praerberet, ab illis tamen furorem suum non temperabat: sed cum esset sacrilegus, & Graecae superstitionis amantissimus, summam in Christianos acerbiterate exercebat. Itaque cum magistratum iniisset, se omnia ex animi sententia consecuturum arbitrabatur, si furoris & insaniae, quae illum exagitabat, manifesta indicia ostenderet: nefariae enim crudelitatis, & noui furoris rabie accendebatur. Quamobrem sui spiritus foeditatem ac vehementiam, quamprimum potuit, effundere coepit, Episcopos ac omnes clericos, ac viros sanctos iniqua diaboli tentatione inuadens: quamquam potius factum id fuit, vt qui probati essent, manifesti fierent.

*Iudex Datanus atrocissimus.*

Hac cum ita se haberent, Vincentius in Leuitarum ordine constitutus, sub Valeriano Episcopo magnae existimationis & modestiae viro, animi alacritate multa erectus, ad celeberrima illa & salutaria certamina properabat. Eiusmodi autem tentatio multis quidem videbatur perniciofa, sed non viris Deum verè amantibus: quippe qui futurum

*Vincentius Leuita.*



Mittitur  
cum Epi-  
scopo Va-  
lentiam.

turum sperabant, vt tali certamine proposito beati efficerentur, si quidem rectè factis consecrati, fidei coronam assequerentur. Itaque artificiosus ille, & animo ac sententia multiplex Datianus, existimans fieri posse, vt Christiani homines, quos non poterat cruciatibus ad sententiam suam perducere, itineris longitudine, & corporis ærumnis defatigati afflictique, eius voluntati se subijcerent, mandauit sanctos viros Valerium Episcopum, & Vincentium Diaconum, multis cum iniurijs duci in vnam quandam illius prouinciæ urbem, Valentiam nomine, quos statim iussit in carcere quodam obscuro & malè olenti concludi, maximisque cruciatibus affigi, fame, inedia & catenarum angustijs, & ferreis quibusdam ponderibus à collo ad manus vsque protensis, toto (vt summam dicam) eorum corpore mortiferis calamitatibus afflicto. Sed quauis rot tantæque calamitates illorum corporibus adhiberentur, omnia tamen viri sanctissimi tormenta, vt res leuissimas, perferere, ad futura illa bona, quibus compensandi essent, animos erectos intentosque habentes.

Cùm verò peruersus ille & deprauatæ mentis homo Datianus existimaret, eos viros defatigatione atque ærumnarum iugo nimium grauatos esse, ac vereretur, nè fortè, si eorum res obliuisceretur, antea mortem illi obirent, quam ipse propriam in illorum sanguine fundendo, & membris lacerandis sæuitiam exerceret, iussit illos educi è carcere. Opinabatur enim, eò quòd diuturno carcere vexari, & à lumine communi que hominum consuetudine remoti fuissent, nihil virum amplius reliquum habere. Nolebat autem illos mori, priusquam cruciatibus afflicti essent: quandoquidem futurum sperabat, vt multiplici ac diuturno cruciatu eos steteret. Cùm igitur viri illi sancti educi è carcere, ante tribunal iudicis stetissent corporibus & viribus integriores, ad spectuque ipso multò hilariore, quam antea fuerant, Datianus præses amens factus, & stupore percussus, atque infania excæcatus fuit, eorum videlicet, qui à Deo seruati fuerant, robur & vires obstupescens.

Nota Dei  
erga suos  
martyres  
amorem.

Infania iu-  
dicis.

Cùm verò ab illis se vinci non pateretur, & ab impuri spiritus peruersitate agitaretur, ad carceris custodem conuersus: Curnam, inquit, cibo & potu homines istos recreasti? Cur ita pingues fieri curasti? Mox feroci quadam voce fremens, & orationem suam ad sanctissimum Episcopum conuertens, ait: Quidnam tu de re ipsò dicis, Valeri, qui per religionis speciem ac simulationem Imperatoribus aduersaris? Opinabatur enim impius ille, facile fieri posse, vt si caput ipsum, hoc est, Episcopum, abscinderet, reliqua etiam membra, clerum videlicet & populum, facillimè demoliretur. Sed benignissimus Deus, qui superbos homines ex alto & sublimi gradu in imum præcipites detrudit, & humiles infimo in loco iacentes in altum extollit, voluit superbum & nefarium illum hominem non ab Episcopo, sed ab inferioris gradus illius cleri viro superari, vt se imbecillum esse cognosceret, neque quicquam se contra Episcopum facere posse, quippe qui à Leuita longè inferiore, tum ordine, tum dignitate, victus prostratusque fuisset.

Insignis  
constantia  
Vincentij.

Inuidia di-  
aboli.

Etenim beatus martyr Vincentius sancto spiritu plenus, excitatusque & victoria coroniam iam iam comprehensam habens, dum Episcopus Valerius quieto & sedato animo responderet, Vincentius sic eum allocutus est: Curnam, ô pater, ita susurras, vt qui meru detenti sunt, & contra canem istum sic mussitas? Clama voce magna, & Christi potentiam adiutricem implora, vt huius Tyranni rabies voce libera, & cum auctoritate prolata refrenetur, & eius contra sancta Christi mysteria ferocitas compri- matur. Hic enim ille est, ô pater, pestifer serpens, qui aduersus hominis primò formati gloriã, quæ in omnes homines transitura erat, inuidia excitatus se armauit. Nam cum ea gloria ipse frui non posset, statim insatiabili quadam perdendorum hominum cupiditate accensus est, & cõtra illos maximè inuidiam exercuit, quos benignus Deus morti sempiterna morte prohibuit. Hic ille est, quem diuini nominis iuuocatione sæpè ab humanis corporibus nos expulimus. Itaque si viribus suis confidit, omnes pugnae machinas in me commoueat: videbit enim me tormentis cruciatum, plus quam se cruciantem, valere: & quo magis putabit me afflictum iri, eo grauius ipse affligetur. Quam obrem omnino gaudeo exultoque, quòd diabolus maximis de rebus cõuincendus sit.

Ad hæc ille diaboli minister Datianus, aduersus Christi fidem magis magisque inflammatus est, quippe quòd seipsum valdè contemni animaduertent. Itaque diaboli ministros sic affatus est: Abducite hinc Episcopum: at istum qui ad iudicij & Imperato-

## DE S. VINCENTIO MARTYRE.

525

Datiani fu-  
ror in Vin-  
centium.

ratorum contumeliã huc venit, ante nos sistite, & ad ipsius durum ac pertinacè animi reprimendum tormenta & cruciatus adhibete. Hæc cum diceret, maxima quæque supplicia contra martyrem excogitabat quidem, sed illud tamè secũ animo reuoluebat, quòd quicquid, quauis asperum & acerbum inferret, fortis ille martyr pro nihilo facere videretur. Fortasse, inquiens, futura gloriæ causa omnia sibi perferenda proposuit. Excogitauit igitur tormentorum machinas diabolus: sed quas in viros illos iustos pœnas se illaturum cogitabat, eas ipse, vt nolebat, passurus erat. Sed quidnam ait iniquus ille? Agitè, inquit, suspendite hominem istum in ligno, eiusque membra discerpente, ac totum corpus contundite, vt priusquam alijs cruciatibus affligatur, se laceratum & consumptum videat.

Laceratur  
corpus S.  
Vincentij.

Cùm igitur Martyr ipse multis horis dilaniaretur, sic eum Datianus alloquebatur: Quid ais, Vincenti? An non vides, quam miseris modis corpus tuum miserabile dilaniatum sit? Tum illi subridens Vincentius: Hoc, inquit, est, quod ipse toto animo expecebam: itaque nemo mihi vnquam, credas velim, optabilior te ipso fuit, neque animæ meæ beneficium maius contulit: nam licet hostili animo id facias, tamè summum beneficium in me confers. En vt ad sublimiora ascendo. En vt cœlestes res attingo. En vt Imperatores tuos magis contemno. Tu igitur ab ista tua crudelitate nè desistas: mihi enim eò cumulatiorẽ victoriam afferes, quò maiora tormenta perferendo, te ipsum superabo. Esto, quæso, in me magis magisque concitatus, & nefarij tui spiritus peruersitate, quantum vis, debacchare, nè quo modo gloriam meam imminuas, & nostris laudibus damnum afferas. En ego Christi seruus paratus sum omnia sustinere pro nomine eiusdem Domini mei Iesu Christi. Quibus autem minis & cruciatibus me vexandum esse opinaris, illis tu ipse acerbis vexaberis.

Irridet ty-  
rannum.

His verbis auditis, Datianus furore quodam & rabie inflammatus, & clamores præ infania tollens, lignis ac virgis carnifices verberabat, quòd segnes essent in Martyre cruciando, magisque contra carnifices, quam contra virum illum sanctum exandescibat, domesticos & familiares suos prius, quam martyrem verberans. Cùm autem index ipse in suos magis fureret, tunc athleta Vincentius, (Eius autem nomen, si quis Græcè interpretetur, inueniet idem valere, ac si Niceten, hoc est, Victorem, dicat) in ligno pendens, sceleratum iudicem sic affatus est: Quid ais, Datiane? En pœnas recipio ab his, qui me cruciant, & tu contra tuos homines vltorem te mihi præbes.

Iudex cœ-  
dit carnifici-  
ces.

Infania iu-  
dicem ex-  
agitat.

Hæc cum Martyr diceret, iudicem ipsum magis magisque cruciabat. Quam obrem cepit plus furere, & clamare, & dentibus fremere, vltra modum se magis quam Martyrem crucians. Ad hæc carnifices ipsi, cum in eo lacerando essent defatigati, tanquam exanimati iam torpuerant, eorumque manus, tanquam mortuæ, circa Martyris latera obriguerant: cumque expalluisent, sudore multo totum eorum corpus irrigabatur: omnibus denique, membris dissoluti erant. Itaque eos videre licebat cruciatibus magis affectos, quam Martyrem, ac propemodum mortuos: quin etiam Datianum ipsum ore pallido exanimem, trementem, oculis caligantem, & tanquam morte correptum, atque immobilem factum, rursus in compositum, insanientem, & cõtra carnifices vociferantem: Quidnam vos agitis? An non mihi notæ sunt manus vestræ? Sæpè homicidarum sæuitiam à vobis prostratam cognoui. Frequenter latronum & parricidarum ferocitatem manibus vestris expugnastis, & veneficorum arcana, in intimo eorum corde latentia, sæpè numero extraxistis: quique nefariè intemperantiam suam effuderunt, eorum intestina dilaniastis: atque (vt summam dicam) quisnam ita inexpugnabilis fuit, qui cum in manus vestras inciderit, non facillè interfectus fuerit? Quid igitur est, milites mei, quòd hominem istum scelestum, magna cum temeritate Imperatores nostros contemnentem, reprimere non possumus? Saltem nos moueat dedecus & turpitudò, nè quid grauius dicam. Alios negantes crimina, & mortem ipsam iridentes, nondum morte illata, perterrefecimus, & istius debacchantis, atque Imperatores ipsos, leges & deorum iura reprobantis, linguam procacem continere non possumus?

Ad hæc hilari vultu beatus Vincentius subridens, respondit: Hæc in re diuinum illud oraculum impletur: Videntes non vident, & audientes non audiunt. Tunc omnium hominum crudelissime Tyranne, cogis me illum Deum negare, què vnuerfarum rerum opificem, ac Saluatorem esse testor? Hunc ego verum Deum esse confiteor. At qui meritò cruciatibus afficiendus essem, si vanum aliquid, aut falsum dixissem, si Im-

Fsa. 6.  
Mact. 13.

S. Martyr  
verberat  
lingua sua  
tyrannum.

pera-

peratores deos esse affirmasset. Tu verò diutius me crucies in huiusmodi confessione permanentem, neque crudelitatem istam exercere contra me desinas: ita enim probatissimam Christianorum veritatem magis cognoscere poteris, si tamen parumpè impurus spiritus à te discesserit. Hæc cum sanctus martyr Vincentius diceret, & index se irrideri putaret, magis magisque insaniebat, toto pectore anhelans, & collo intumescens, totoque vultu immutatus, & ab oculis radios instar scintillarum emittens: qui turbato adpectu sanguinis colorem præ se ferente tunc astuabat, cum carnifices ipsos non solum martyris latera, sed totum corpus & intestina, compages quoque corporis & iuncturas ita dilacerare videret, vt non amplius posset carnifices accusare, quod negligentes forent. Itaque stupore afficiebatur, quod illius athletæ animū ita magnum & excelsum videret.

Vide hominem iracundum.

Index martyris blanditur.

Cum verò acerbus atque immitis ille Tyrannus à martyre se victum cognosceret, pestifer homo alia quadam via Vincentium aggressus est, credens fieri posse, vt misericordia & lenitate, viri iusti mentem ac voluntatem alliceret. Aiebat igitur: Misere, Vincenti, iuuentutis tuæ, neque ætatis florem in primis annis decerpi patiaris, atque longioris vitæ spatium nè tibi præcidas. Parce tibi ipsi. Nè committas, vt cruciatu maiore lacereris. Saltem serò sapias, & respiscas tandem, nè reliqua tormenta patiaris. Cum hæc index dixisset, beatissimus martyr Vincentius, à Spiritu sancto edoctus, dolos præsentit: itaque his verbis vsus est: Non displicent mihi cruciatus, quos afferre studeo: sed illud me perterrefacit, quod misericordie verba te simulantem audio. Exerceantur ergò contra me tormenta omnia, & multiplices cruciatus, quantumuis graues, afferantur, ac si quid prodigiosis & maleficis viribus tuis confusus, inuenire contra me poteris, nè desistas pestiferam istam immanitatem tuam in me inferre. Experire Christianorum vires: neque abstinere à verberibus & tormentis, non à ferro, igne atque incendio: sic enim in omnibus his te victum fatebere, magisque erubescere.

Cum hæc audiens Datianus valde cruciaretur, & athletæ illius constantiam sibi dederi esse non pateretur, cohorti hæc inuit: Ducatur iste ad iudicium & legum examen, & his poenis ac supplicijs subiciatur, quibus parricidæ, scelerati & nefarii homines sunt obnoxij, vt cum eius animus cruciatus graues diutius ferre paratus sit, membra ipsa omnium generum tormentis consumantur. Quandiū enim iste supererit, fieri non potest, vt ego victoriæ compos fiam. Hæc ait Datianus. Athleta verò ille fortissimus aduersarium his verbis alta voce insequabatur: O me beatum, & verè felicem atque hilarem factum, quandoquidem istæ tuæ calumnie & minæ, me sunt perfectissimæ laudes. His verbis Datianus ad insaniam concitatus, statim iussit crucem componi, & in illa Vincentium suffigi, ac membratim cædi. Cum igitur crux ipsa in terra defixa esset, martyrem in ligno suspenderunt nefarii homines, & satellites diaboli, Datiani iussa exequentes. Postea verò eundem multa cum celeritate è ligno detraxerunt. Qui cum à vinculis solutus esset, & in terra vir sanctissimus constitisset, Spiritus sancti ope adiutus, seipsum à carnificibus abstraxit, & ad crucem illam cucurrit: in qua cum insiliret, hostem ipsum perterrefecit. Itaque eos, à quibus cruciabatur, & tormenta cumulabantur, increpans: Cur nam, inquit, tardiores, & in me ipso ad tormentum raducendo facti estis imbecilliores? Agite, quam celerrimè vestri principis crudelitatem exequamini, vt in omni re quæprimùm se ridiculum faciat. His verbis nefarium iudicem ferociorem factum, tanquam iaculis quibusdam confodiebat. Quæobrem magis magisque in martyrem exardescens, grauiora in eum tormenta excogitabat. Statim igitur beatus Vincentius torquebatur, diuersisque flagellis, & ferreis vnguibus assidue lacerabatur, atque eius latera continuis flammis comburebantur. Denique membra ipsa ita distenta distractaque sunt, vt totus enervatus esset. Deinde cum ferreas virgas carnifices in igne diu tenentes ignitas effecissent, mox in eiusdem martyris pectus eas coniecerunt, quoad candentibus illis virgis combureretur. Corporis enim superficies ac pellis flamma illa comburebatur, vulneraque vulneribus addita renouabantur, & lacerationes lacerationibus nouis augebantur. Alij carbones accensos in eius corpus iniicientes, diurnis flammis ipsius membra comburebant: in quo cum nullæ amplius superessent carnes, flammæ ipsæ deinceps ad intestinas vsque partes penetrabant, & cum superioribus vulneribus additæ essent, nouo cruciatu martyris corpus affligebant: cuius etsi nulla pars sana relicta esset, nihilominus tamen mens ipsa cruciatus illos fortiter

Suspēditur in euleo martyr.

Eximia martyris fortitudo.

Horrendi cruciatus.

ter perferens, robustior efficiebatur, idque non immeritò: diuino enim præsidio, quod humana cogitatione comprehendere non potest, vndique cõmuniebatur. Datianus verò insania multa & furore agitatus, pergebat illam tormentorum copiam inferre, nihilominus expectans contrariam martyris confessionem audire.

Inter ea cohors militaris, constantia martyris percussa, retulit Datiano carnifices ipsos defatigatos esse, & in tormentis infligendis ad extremum spiritum redactos: athletam verò illum multiplicem tormentorum copiam, ac certamen egregie superasse. Tunc Datianus spe deceptus, & tenebris mentis oppressus: Heu, inquit, victi sumus: sed quis tam multis cruciatibus eius mens victa non sit, cum forrter corpus ipsius flammis pertulerit, nihilominus tamen demus operam, vt eius animus talibus crucietur poenis, quibus nullum remedium adhiberi possit. Exquirite igitur locum omni ex parte obscurum ac tenebricosum, vt sempiterna quadam nocte puniatur. Locum verò illum, in quo eius corpus constituendum est, testis fractis sternite, ex vtraque parte acutissimis, & aculeatos angulos habentibus, vt compungatur, & in quacunque partem latera sua conuerterit, dilaceretur. Post hæc, vt membrum nullum remissionem habeat aut recreationem, sed totum eius corpus assidua tormentorum renouatione affligatur, super huiusmodi testas hominem istum prosternentes pertrahite, vt membratim variè laceretur, & animam ac spiritum emittat is, qui contra nostros Imperatores certamen suscepit. Denique concludite ipsum in loco illo tenebricoso, & illic dereliquite, vt ne minimam quidem lucis partem oculis suis adspiciat, neque quisquam illuc accedat, omnisque consolationis ratio ac spes ab eo remoueat. Ianuas ipsas vndique claudite, & vestrabus eas communite: hocque diligenter curate, vt, quamprimùm animam efflauerit, mihi referatis.

His ita factis, vt nefario impij Datiani edicto præscriptum fuerat, & eo in loco martyre incluso, aduentante nocte, statim custodes ipsi alto sopore oppressi sunt. Itaque quod Datianus contra sanctum martyrem excogitauerat, id ipsum in sanctissimi viri incunditatem ac gloriam conuersum fuit. Terribilis enim & illustris angelorum cohors illuc accessit, athletam curans, & à languoribus eripiens ac recreans, ita vt locus ille obscurus, & nocturnæ tenebræ nouo quodam & admirando lumine illustrata sint. Repente igitur custodes experrecti, existimabant martyrem ipsum è carcere aufugisse. Itaque illis valde perturbatis ac meruentibus, dixit vir sanctissimus: Nolite, quæso, milites, turbari, neque clamare, aut metu aliquo affici: nūquam enim ego aufugerem, neque repositas mihi coronas amitterem. Sed quam celerrimè potestis, huc introite, & videte serum Dei per angelicum ministerium admirabili quadam consolatione recreatum, vt quo loco vos obscurissimas tenebras reliquistis, illic caeleste lumen adspicientes, gaudeatis.

Includitur in carcerem obscurissimum.

Visitat ab angelis.

His verbis athleta ille vsus est. Postea verò, quam Datiani satellites ingressi sunt, eos adhortatus: Abite, inquit, & domino vestro renunciate, quali & quanta luce ego hic perfruar. Itaque si quid potest, acerbius excogitet, & ad meas laudes illud accumulet. Cum igitur custodes omnia, quæ in carcere viderant, Datiano retulissent, repente ille exanimatus expalluit, & secum pessimè agi animaduertit: quandoquidem martyris lacerationes & vulnera in eius ipsius ignominiam ac dedecus conuertebantur. Quamobrem acerbitate quidem magna contra Christi athletam Vincentiū commonebatur, sed mitius tamen se gerere simulabat. Itaque dicebat: Quid est, quod amplius pugnemus, cum maximè ab hoc homine victi simus? Gestetur igitur in lecto aliquo, & stragulis delicatissimis: non enim patiar, vt in cruciatibus moriatur. Tollant ipsum in lecto positum homines aliquot hilares & exultantes. Sint & alij, qui eius vestigia & dilatatum corpus totum exosculentur: quinetiam sanguinem ex vulneribus defluentem colligentes, ad suæ valetudinis recuperationem illum adhibeant. Talium virorum satellitio vtatur probatissimus Christi minister Vincentius: dignus certe, qui ab amicis etiam colatur, non solum ab inimicis & Christianis obseruetur.

Ofatane versutiam.

Hæc versutæ mentis homo Datianus faciebat, multum animo perplexus: quippe qui modò infirmitatem suam confitebatur, modò gloriosi martyris Vincentij tolerantiam ac fortitudinem laudibus extollebat. Quandiū verò doloso animo talia machinabatur, prouidit Deus, cuius bonitas omni ex parte perfecta est, vt Tyrannus ille omni spe deceptus superaretur. Ipsius enim martyris animam victicem, ex caduco & fragili

Mortuus fortissimus Christi miles.

fragili corporis tabernaculo ad caelestem regionem traduxit. Qua re diabolus valde confusus fuit. Equidem non temerè factum arbitror, vt sanctissimus vir eo tempore mortem obiret, quo Datianus ipse curatione illa, vel insidijs potiùs martyrem aggredi volebat. Dicturus enim fuisset, eius cura & studio athletam Vincentium seruatum esse. Cùm igitur Victorem martyrem obijisset Datianus accepisset, coepit vltra modum insanire, & ait: Si viuum hominem istum superare non potui, saltem mortuum superabo. Non amplius superest in eo spiritus, qui mihi aduersetur, neque hominis mortui membra mecum amplius pugnare poterunt. Projiciatur igitur in campum eius cadaver, neque arborum folijs, aut alia re contegatur: sed feris & volucris in escam propositum sit. Quicquid enim contra mortuum istum efficere poterò, non omitram, vt careat funere ac sepultura.

Coruus tu-  
erur corpus  
exanimè.

Itaque preciosissima martyris reliquiae nefario Tyranni edicto proiectae sunt, illis assidente, easque custodiente carnifice, pessimiq; illius Datiani amicis quibusdam. Nemo autem Christianorum religiosi martyris corpus à Tyranno petere audebat, vt scilicet optabilem illum martyrem secum habere posset. Coruus autem quidam, ales, inquam, ille ignauissimus & maximè segnis, è propinquo loco aduolauit, & sanctum illud corpus custodire coepit: qui nigris pennis & colore atro, tanquam pulla quadam veste indutus, quodammodò luctum praese ferebat, aliasque volucres gradiores, volatu magno illuc irruentes, impigre persequens, è loco illo facile abigebat. Quinimò lupum quendam repentino cursu eò venientem ita repulit, vt ille terga vertens, non corui quidem impetum, sed iacentis illius sancti corporis adspèctum extimescere praese tulit, ac stupore percussus, repente subterfugerit. Equidem feram illam Angelica praesentia perterrefactam illinc aufugisse arbitror. Vetere historia nobis traditum est, beatum Eliam Israelitarum impietatem fugientem, cum desertis locis & speluncis praenam eorum hominum, qui tunc erant, consuetudinem permutasse, eoque tempore quotidie manè ac vespèri prophetam illum à coruo sibi oblatum cibum accepisse. Et nunc igitur diuino iussu, quemadmodum & olim, coruus excitatus, Vincentio martyri congruentem operam curamque adhibebat.

3. Reg. 17.

Quo miraculo percussus Datianus, clamare coepit: Heu quidnam hoc est? Ne mortuum quidem hominem istum superare possumus. Quinimò quò maiore acerbitate in eum utimur, eò efficitur gloriosior. Quoniam igitur fieri non potuit, vt in terris consumeretur, in altum mare demergatur, vt huius victoriae magnificentiam mare ipsum obruat, nè quotidie omnibus ridiculus fiam. Deiciatur autè, quemadmodum parricidae solent, in vtre ex bouis pelle confecto inclusum, faxisque magnis illigatum, eius cadaver in altum mare demergatur: cumque nauae ipsi multum maris spatium tranarint, in vndas profundissimas istius hominis cadaver deiciant, vt si quod Vincentij membrum reliquum est, illud pisces consumant & deuorent. Itaque preciosae martyris reliquiae, sicut Datianus iusserat, conclusae sunt.

Iactatur  
corpus in  
mare, sed  
mox ena-  
tat.

Cùm verò athlete & martyris corpus ita conclusum fuisset, mox venit cum nauis homo quidam, Eumorphius nomine, pessimis moribus, & animo sacrilego, qui promiserat Tyranno illi nauas se adhibiturum, qui ad execrabile scelus committendum idonei, eius volutati facile obtemperaturi essent. Itaque nauae illi preciosissimas Vincentij martyris reliquias in scapham coniecerunt, & eouaque in altum mare nauigauerunt, vt litora & montes oculorum acie fugerent: cumque id facere vellent, quod iussu fuerant, sanctas reliquias in mare proiecerunt, & hilari vultu ad Datianum reuertebantur, quasi læti illius nuncij premium relaturi essent, impijs & incompositis vocibus atque irrisionibus vtentes, exultantesque, eò quòd Vincentij corpus perditum fuisset. Sed priusquam in aridam terram reuersi essent, qui Martyris corpus in mare proiecerant, illud ipsum, quod proiectum fuerat, Christi manu ad terram appulsum fuit, quodq; arbitrabantur in altum & immensum pelagus demersum fuisse, illud eum ante oculos suos expositum vidissent, quasi debitum sepulcri honorem postularer, stupore & metu correpti, illis ipsis reliquijs derelictis, abierunt.

Iam verò sanctus martyr Vincentius viro cuidam in somnis reliquias suas ex alto mari in terram expositas esse significauit: quineriam locum, in quo reliquiae ipse posita erant, eidem patefecit. Quoniam verò Praesidem timens vir ille, ad martyris reliquias inquirendas segnem & parum alacrem se praebuit, ille ipse martyr in somnis apparuit

gentis foeminae cuidam viduae, quae vt aetate prouecta, ita morum sanctitate praedita erat. Illam eum similiter admonuisset, eidem signa quaedam eius loci patefecit, in quo sanctum illud corpus iaceret, quòd videlicet lateret sub arena, quam lenis & tranquilla vndam reliquias illas sanctas sic infuderat, quasi arena ipsa martyris sepulture deseruiret. Sepultus igitur fuit generosus Christi athleta primùm in litore sub arena. Mox anus illa, foemina valde religiosa & vidua, quam supradiximus, perlustrabat litora, inquires signa illa, quae in somnis ei patefacta fuerant: cumque inuenisset, quod quaerebat, & martyris reliquias in aedem illis dignam tulisset, eas sanctè ac religiosè condidit. Itaque sumptuosè exequijs adhibitis, sacrae illae reliquiae Deo ipsi dicatae sunt in illius templi ara, quod sancti martyris Vincentij appellatum fuit. Haec est sanctissima martyris confessio, haec illius certamina, qui martyrium suum compleuit in gloriam Christi Dei nostri, nunc & in secula, Amen.

Conditur  
sacrum corp  
pus.

## VITA ET MARTYRIVM SANCTI PATRIS NOSTRI ANASTASII PERSAE, AVTHORE SIMEONE

*Metaphraste. Testatur verò etiam Beda in fine historiae Anglorum, selibrum vitae & passionis S. Anastasij male de Graeco translaturum, & peius à quodam imperito emendatum, ad sensum, prout potuit, correxisse.*



V M magna ciuitas Hierosolymorum capta fuisset à rege IANVA, 22. Persarum, & sacra illa loca, quae mei Christi videre conuersionem, & cruci affixionem, & resurrectionem, Medorum lanceae & igni ijs, quos ipse nouit, modis essent tradita, & multa alia capta sunt cum ciuitate, & salutis quoque nostrae trophaeum, mortis solutio, peccati interitio: lignum, inquam, viuifica crucis, illinc translaturum est in Persidem: quod quidem mihi videtur diuiniore esse gratiae, & eius, qui est crucifixus, solius dispensationis, quae saepe nouit etiam per aduersarios ea contexere, quae sunt meliora & utiliora. Postquam enim salutaris crux Domini hostilibus captiuitate captiua abducta est à Barbaris, imitatur eum, qui in ea fuit affixus, Christum: vel potius ipsa Persica euerit & spoliat falsam religionem, & quae se dignae erant, captiuas abducit animas, verè laudabili & longè pulcherrima captiuitate: aut, vt magis proprie dicam, à captiuitate reuocat, & eis rursus primam restituit libertatem. Simulac enim ingreditur Persidem, eam statim totam illustrans radijs suae gratiae, ferit quidem animas infidelium, non secus ac sol, qui laborantem oculum ingreditur: fideles autem non secus ac fulgur quoddam apprensus in tenebris, reuocat. Ex quibus fuit vnus is, qui nobis nunc est propositus Anastasius, & si nondum quidem cultu, sed iam moribus & instituto: qui prope vico, qui vocabatur Rashuni: est verò regionis Razech, quae sita est in Perside. Erat autem nomen eius moribus conueniens, & ex re ipsa magis cognitum. Is enim vocabatur Magundat. Erat enim illius Bau filius, qui erat in re magica praestantissimus & eruditissimus. Qui cum praesertim communi ludè literario, & multos haberet adolescentes ad eum ventitantes, captos amore praestigiarum, & cum in hoc solum omne suum studium poneret, nempe in rei magicæ exercitatione, in filio maxime arte vitur, & rem magicam eum tam diligenter docet, vt in eius cognitione patri nihil esset reliquum, quod non notum quoque esset filio.

Crux sancta  
in Perside  
translata.

Patria Ana-  
stasij.

Parent.

Cùm adolescentiae aetate iam attingeret, & rex Chosroë nouum exercitum in Perside colligeret, ipse quoque cum alijs refertur in numerum tyronum. Quoniam verò veneranda crux Domini totam agitabat & perturbabat Persidem, infidelibus quidem horrorem & terrorem incutiens, fidelibus autem suauiter admodum & placidè illucescens: de ea quidè fama quaedam per omnes peruadebat, fama, inquam, quae paulo crassius & indoctius praedicabat, Christianorum Deum adesse Persis. Ad quam hic adolescens repente fuit accensus animo. Iam enim occultè eum tangebant ignis, quem

Vide effi-  
cacia crucis  
Christi.

Y y

quem

Luc. 12. quem Christus venit iacere super terram: qui quidem non sinebat quiescere pulchram illius adolescentiam, sed statim omnes obibat partes, de eo sciscitans quam vehementissimè poterat & diligentissimè. Cum audiret aurem ab omnibus, eam esse crucem, in qua Christus Dei filius, qui à Christianis adoratur, fuit crucifixus, veluti ignem igni adiecit, & quæstioni coniunxit quæstionem, & ex responsione accepit occasionem alterius interrogationis, & multò magis stitabat discere, quemadmodum ex cælo quidem descenderit, cum sit Deus: & quemadmodum etiam factus sit homo, & cur etiam sit ad crucem condemnatus, & à quibus, & an sit ad cælum reuersus, vnde descenderat. Cum autem ei à pijs annuntiaretur carnis susceptæ diuini consilij mysteriũ, aures quidem pietatis semina lubenter suscipiebant: anima verò producebat sensim spicam fidei, & ei desiderium paulatim innascebatur, subibatque æmulatio eius perpersionum: quæ cum in eius anima aucta & amplificata essent, eum informant & institunt ad optimum vitæ genus, clarumque & insignem testem, Martyrem, inquam, efficiunt, vt iam procedens declarabit oratio. Erat enim ei quidam frater genere & commilito: ambo autem relati in numerum exercitûs Sain, veneruntque vique ad inclytâ Chalcedonem. Cum autem diuinus Heraclius irruptione facta in Persidem, contra Sain retraxisset, rursus Persa reditum aggressus est, & in suam regionem vehementi studio est reuersus. Exercitum autem Persicum relinquit Anastasius, & refertur in alium multò meliorem & diuinorem. Relinquit verò suum fratrem & commilitonem, vt ei placeret qui exercitum collegerat, & eum solum posset semper sequi, & conserere manus cum solis eius hostibus.

Et primùm quidem cum venisset Hierapolim, diuertit ad quendam Persam Christianum, arte argenti conflatorum: & cum artem confluendi argenti exercuisset, manus quidem habebat intentas operi, animus autem semper & cogitatio in Dei amore versabatur & alebatur: cumque sibi adhuc magis accendebat, & ab ipso rursus inflam-mabatur vehementiùs. Quamobrem eum rogabat ille beatus, vt diuinum baptismum consequeretur, & omninò à prioribus sordibus expurgaretur, & ab illa labe præstigi- arum: vt non solum voluntate & electione, sed anima quoque & corpore esset purgatus, & fieret Christi partis, quam desiderabat, illius signatus signaculo. Cum ille autem ex Persis timeret periculum, & ideò morando rem differret in futurum, interim quidem ad diuina templa aditione magnum suum solabatur desiderium, & cum argenti conflatore, ad ipsa adeunte, ipse quoque simul adibat, & cum orante simul orabat, & cum sanctorum miracula & certamina videret descripta in parietibus, de ijs admodum diligenter rogabat. Cum verò audiuisset, qualis eis vita, mores, virtus, & qualia

propter Christum certamina, & qualem apud ipsum rursus fidutiam eis liceret consequi, non poterat amplius continere id, quod eius parturiebat animus: sed statim proficisci Hierosolyma, & baptismum illic consequi. Cum ergò in sanctam peruenisset ciuitatem, & accessisset in domum cuiusdam, qui ipse quoque argenti confluendi exercebat artem, ei aperit causam sui aduentus, nempe quòd vellet traduci ad pietatem & verum Dei cultum, & ad Christum adduci per baptismum. Ille autem eum adducit ad Eliam, sanctæ resurrectionis sanctissimum presbyterum: qui cum supinis, vt dicitur, manibus iuuenem accepisset, de eo refert ad Modestum, qui sedi præerat Apostolicæ: & sic diuinum baptismum assequitur, & venerandæ crucis verè pulcher fructus ostenditur, & Anastasius nomine transmutato appellatur, sumpta denominatione à reuocatione & ad meliora mutatione à priori infidelitate & præstigijs. Vnà autem cum eo baptizatur quoque quidam alius, qui erat eiusdem etiam patriæ & regionis, cuius Anastasius: qui fuit eius quoque socius in ferendo pro Christo martyrio, & eandem est Edessæ coronas consecutus.

Cum autem mansisset Anastasius octoginta dies apud presbyterum, quibus non licet egredi eos, qui modò fuere illuminati, rogauit eum diuinus Elias, quidnam de se deinceps velit. Ille autem rogauit, vt habitum consequeretur monasticum. Cum verò ad hoc quoque annuisset presbyter, (iam enim veluti ex quadam pellucida veste, & ex decore habitu & statu ostendebatur nobilitas animæ, & quali virtute futurus esset Anastasius: & ideò ipse facilè cessit eius precibus) venit cum eo post diuini mysterij celebrationem ad monasterium sancti Anastasij, vt eius quoque fieret mansionis particeps, cuius futurus erat virtutis socius, sicut etiam nominis. Atque monasterium qui-

Heraclius inuadit Persas.

Picturam sacrarum antiquitas.

Anastasius baptizatur.

Fit monachus.

Εἰς ἱεροσόλυμα

quidem ad quartum lapidem erat remotum à sancta ciuitate: ei autem præerat Iustinus, vir & alioquò clarus, & boni spiritus varijs donis ornatus. Quem cum simul cum multis quoque alijs rogasset presbyter, in monasterium admissus est Anastasius, anno decimo imperij Heraclij illius egregij & fidelis. Tradit verò Iustinus Anastasium vni ex suis discipulis, viro valde prudenti & virtutis amanti. Qui cum eum & Græcas docuisset literas & psalterium, eiusque institutionem animaduertisset iam rectè se habere ad vitam monasticam, tonsis statim eius capillis, & in eo factis omnibus, quæ lex postulat, eum habitu induit monastico, & ex habitu hoc facit Anastasium, quod prius reerat & moribus: vel potiùs moribus conuenientem & cognatum tradit habitum, & in eum deinceps erat affectus, vt in filium è suis genitum visceribus. Adeò pulchra res est virtus, vt quæ cum alijs & virtutis studiosos in amore coniungere, & tantam possit generare benevolentiam, quantam nulla omninò alia cognatio.

DE S. ANASTASIO MARTYRE PERSA. 531

Ex illo tempore apud monasterium vitam cum conuentu egit Anastasius. Porro autem ei quoque fuerunt diuersa credita ministeria: nec erat solum in eis vtilissimus, sed etiam in actione virtutis diligentissimus. Nam cum & culturæ & horti ministerio sua daret operam, & rectè se gereret in labore manuum, à fratrum synaxi nunquam aberat, & ante alios sacrorum mysteriorum celebrationi intererat. In diuinarum autem scripturarum lectione, & maximè vitæ sanctorum Patrum, totus erat affixus, & aures, vt dicitur, arripiebat ad audiendum, eratque mente vigilans, & omnia memoria colligebat: vt etiam si quid diceretur, quod ingenij eius captum superaret, non negligeret, neque lucrum per socordiam amitteret: sed potiùs accederet ad fratres, qui eum doctrina superabant, & qui possent talia explanare, & lubenter cum eo inquirere, & sic meditando venari, quidquid eum latebat. Cum autem apud se legeret victorias insignium Martyrum, trophæa & certamina, libros aspergebat lachrymis, significans suam in patiendò consensum, seque cum eis molestia affici & zeli esse socium: & beatos quidem sanctos pronunciauit propter finem: mirabatur verò eorum tolerantiam, Deinde id, quod erat ei ab initio congenitum, desiderium martyrij & zelum ardentiorum efficiebat, vt qui accenderetur sua cum prioribus conuersatione, & orabat, vt ipse quoque tales pro Christo subiret perpersiones. Quocirca nulli rei alteri libivacandum esse censebat, nisi soli eorum lectioni. Cum ergò septem annos in monasterio transegisset Anastasius, videre eius in virtute augmentum non ferens pater inuidia, sed tantum & tam constantem ardentemque eius imperum & studium volens omni ratione retardare, ei paternam doctrinam reuocauit in memoriam, & fœtida illa verba præstigiatorum, & eiusmodi insultibus eius animæ turrim conabatur labefactare. Is autem illius non ignorans insidias, aduersus eum supernum inuocat auxilium: turrem fortitudinis, vt dicam cum diuino Dauide, à facie inimici. Deinde etiam cum calidis lachrymis magistro significat maligni iniuriam & petulantiam. Ille verò cum ex eo, quod esset passus, posset etiam turò docere, vbi pulcherrima ei dedisset monita, & deinde etiam sudisset preces in toto conuentu fratrum, & rogasset pro discipulo, liberauit eum à graui illa impulsione.

Fit autem aliad quoque dignum, quod mandetur memoriæ & scriptioni. Nocturno dormienti Anastasio in somnis ei tale quid apparet. Videbatur montem quendam excelsum ascendisse, ad eum autem accessisse quispiam porrigens vini poculum, auro ornatum & gemmis, & dixisse: Accipe, bibe. cumque id accepisset, statim bibisse. Potus autem eius animæ latenter instillauit dulcedinem, adeò vt vel in somnis intelligeret Anastasius, somnum significare desideratum à se finem martyrij. E somno itaque protinus excitatus, alacris & lætus venit ad ecclesiam, vt qui ea, quæ sperabantur, haberet in manibus. Iam enim vocabat tempus congregationem pro dicendis hymnis nocturnis, & celebrando venerabili festo Christi resurrectionis, erat enim dies Dominicus, primus omnium & maximus. Cum sic ergò venisset ad congregationem, & suum accepisset magistrum, & solus cum ipso esset ingressus in id, quod dicitur Diaconicum, præcidit ad eius pedes, profusus eos lachrymis irrigans, & eum rogans in contritione cordis, vt pro ipso communem omnium rogarer Dominum, vt qui esset propediem ad illum recessurus: Deinde etiam ea loquitur, quæ dici solent ab excuntibus & ijs, qui peregrè proficiscuntur: Scio, dicens, sancte pater, quòd pro me misero labores sustinisti, & quòd sæpe & in multis molestia affeci tua in me paterna & amantia visce-

Tonderur & induit habitum monasticum.

Vita eius in monasterio.

In festis parturitur dæmonis tentationes.

Psal. 60.

Visio eius.

Festum resurrectionis Dominice.



ra, & quod per te lucem mei viderunt oculi, lucem veram, lucem agnitionis, & à gra-  
uissimis liberatus sum tenebris. Quocirca nè cesses, qui es fidelis seruus, clementem  
ac benignum perpetuò pro me orare Dominum.

Ad hæc ille respondens: Quid hoc autem est, inquit, & vndenàm hoc euaserit ma-  
nifestum, quod sis in præsentia postremum à nobis discessum suscepturus? Ille verò re-  
fert ei somnum cum quammaxima potest affectione, & affirmat se omninò haud ita  
multò post moriturum, siue hac communi & omnibus æquali morte, siue aliqua alia,  
& alio modo, moriturum autem omninò. Nesciebat enim, quonã modo aperiret ar-  
canum, quod scilicet martyrij desiderium eius animo inhæssisset, ad quod ille refere-  
bat somnia. Verebatur enim, nè fortè ab eo corripere, & sic refrigesceret ardor ei-  
us animi, & à tantis opibus & thesauro excideret. Tùc ergò Anastasius, cum eum præ-  
ceptor eius multis & pijs monitis esset consolatus, matutinas Psalmodias Deo reddidit

*Psalmodia  
matutinæ.*

cum fratribus. Deindè etiam cum sacrum celebraretur mysterium, diuinis commu-  
nicat sacramentis: & cum vnà cum fratribus communis mensæ fuisset particeps, som-  
numque parùm vidisset & surrexisset, quoniam nesciebat quemadmodum posset ex-  
tinguere egregium illum amorem decertandi propter Christum, sed ab eo cor eius  
vehementer accenderetur, clam egreditur monasterio, nihil secum ferens præter ea,  
quibus necessariò opus habebat ad tegumentum corporis.

*Templum  
Deiparæ  
virginis: &  
S. Euphe-  
mie.*

Et primùm quidem cum venisset Diospolim, & deindè etiam in montem, qui dici-  
tur Charizim, orationis gratia & adorationis: & deindè etiam ad cætera, quæ illic  
sunt, loca veneranda accessisset, & peruenisset vsque ad Cæsaream Palestinæ, in tem-  
plo Deiparæ virginis duobus diebus moratur: & exindè eum rursus excipit templum  
omni ex parte laudandæ Euphemie, veluti quodam viæ duce vtentem clanculùm, qui  
planè eius dirigebat gressus ad martyrium. Nam cum accederet, vt diximus, ad tem-  
plum illius semper laudandæ Euphemie, videt quosdam Persarum magos occupatos  
in quibusdã præstigijs: zeloque protinùs concitatur eius animus. Sciebat enim, quàm  
ea res esset impia & scelerata, eò quod ipse quoque in ea improba arte esset veritatus.  
Quenam, inquit, tanta caligo vestris offusa est oculis, vt ne ea quidem adspiciatis, quæ  
ante vestros pedes sita sunt, quemadmodum in vniuersum scilicet est deceptio, quæ  
vestram leuitatem ludificatur & facilitatem, & eorum, quos vos rursus ad eundè vo-  
bis cum corripitis interitum? Hanc illi admirati in dicendo libertatem & audaciam, ro-  
gârunt quisnam esset, & quid eum impulisset, vt hæc diceret. Ille autè: Fui ego quoque,  
inquit, aliquando vobis similis, & eodem falsus errore, & eisdem dedi operam præsti-  
gijs. Hæc audacter dixit, cum nihil eum puderet suæ, quam ab incunte ætate acceperat,  
impieratis & fordium vitæ prioris: sed potius gloriaretur, quod in fidem esset trans-  
latus, & sacro esset baptismo ablutus. Deindè proluxa cœpit vti oratione, rem esse exe-  
crandam arguens, & quàm esset insigniter absurda, aperiens, & sic paulatim seipsum  
eis exemplum adducens, & similiter eos inuitans ad meliorem mutationem. Illi autem  
non solum ad hæc fuere sordis similes, sed eum etiam vehementer rogârunt, nè tam  
impudenter, quæ sunt apud Persas præclara, contemneret, & in vulgus irridenda pro-  
poneret. Exindè ille verè egregius & desiderabilis Anastasius festinabat ad delectabile  
& iucundum martyrij hospitium.

*Caballarij  
apud Per-  
sas.*

Cum non longè autem à se remotum eum quidam vidissent ex ijs, qui dicuntur à  
Persis. Caballarij, sedentes apud Derbas, sicut etiam consueuerunt: (Hoc autem est  
prætorium eius, qui apud ipsos dicitur Sellarius) Certè hic est delator, dixerunt inter  
se sermone Persico. Ille verò cum verbum sensisset, & linguam non ignorasset, vt qui  
ipse quoque esset Persa, & in eadem voce, qua illi, eruditus, eos toruè & acriter intu-  
ens, Non sum delator, inquit. Sunt hæc, inquit, nugæ & ineptiæ: sed potius seruus Je-  
su Christi, & vobis quidem melior: siquidem ego quoque fui aliquando, sicut vos, &  
in Caballariorum numerum fui relatus. Hæc cum illi audissent, & è cathedra statim  
exilijissent, eum detinuerunt. Deindè cum Sellario quoque fuisset annūciatum, egre-  
ditur etiam illo ex Prætorio: & cum, quisnam is esset, interrogasset, & vndenàm ve-  
niret, & quæ ad ipsum pertinebant, diligenter examinasset, dat seruandum Anastasium  
in custodia tutissima. In qua iam tres dies inclusus, neque cibum, neque potum,  
neque aliquid aliud ab eis omninò accipere sustinuit: sed sic omninò ieiunus deten-  
tus est in custodia, vt qui futurorum pro CHRISTO periculorum aleretur sola  
expecta-

*Anastasio  
detinetur  
à Persis.*

expectatione. Cum autem iam redijisset Marzabanas ex peregrinatione, (neque enim  
tunc erat Cæsareæ) & de Anastasio significasset Sellarius, vincus statim adducitur mar-  
tyr in prætorium. Interim verò dum Marzabanas erat in aliquibus alijs curis occu-  
patus, agnoscit aliquis ex pijs Anastasium, qui eum in venerando templo Deiparæ ad-  
spexerat. Cum ergò sic eum agnouisset in prætorio, & eum interrogasset, quam de  
causa illic adesset, eius scopum & institutum laudans, & eum eo nomine beatum pro-  
nuncians, eius promptum & alacrem animum magis confirmat in rebus grauibus &  
asperis, vt neque propter Christum timeret vincula, nec tormenta, nec mortem: sed  
Marzabanas responderet strenuè & iuueniliter. Certè etiam cum fuit ad Tyrannum in-  
troducus, nec genu quidem flexit, vt semper mos est Persis adorationem reddere  
maioribus: sed generosum, & qui in seruitutem redigi non poterat, animum per ex-  
terna significabat.

*Templum  
Deiparæ.*

*Sistitur  
Marzabano.*

Cum ergò fixis oculis cum satis esset intuitus Marzabanas, partim quidem, vt con-  
stanti adpectu ei terrorem incuteret, partim autem, vt eum consideraret diligentis-  
sime, rogauit eum quisnam esset & cuius. Ille verò, Verus sum Christianus, respondit.  
Quod si velis etiam scire, cuius sim, Sum quidem Persa genere, ex regione Razech, vi-  
co autem Rafnuni: qui ipse quoque, fui aliquando Caballarius, & in rebus magicis ex-  
ercitatus: cumque sic esset minister tenebrarum, potui, vt vides, transire ad lucem è te-  
nebris, & discere veritatem. Marzabanas autem cum nodum fecisset periculum, quàm  
esset generosus athleta: sed putaret rem esse facilem & expeditam, cum à sua traduce-  
re sententia, cœpit illius mentem non secus ac parui alicuius pueri paruis tentare  
promissionibus, ille verè parui & abiecti animi: Desiste, dicens, ab hoc errore ad pa-  
triam religionem. Si enim sic feceris, dabo tibi equos & nummos, & multa alia bo-  
na. Martyr autem cælum intuens, Absit, inquit, rex Christe, vt beatam tuam fallam  
confessionem. Propter quæ eum tanquam volens pudore afficere Marzabanas, Quid  
autem, Placet ne tibi, inquit, hoc habitu indui, quo nunc es indutus? Ille verò, Non  
minoris, respondit, eum facio, quàm tu hanc tuam dignitatem. Quãobrem ille ira com-  
morus, Certè tu, inquit, vteris cohabitare dæmone, neque aliud per teipsum loqueris,  
quàm quod ipse tibi suggererit. Ad ea martyr: Quando erã, inquit, in errore, malè ho-  
norans impietatem, aut potius ab illa affectus ignominia, tunc grauis dæmon mecum  
cohabitabat. Nunc habeo ipsum Christum cohabitantem, qui tuos expellit dæmo-  
nes. Cum autem adiecisset Marzabanas, Quid ergò, Non times, inquit, nè hæc ad re-  
gem referantur, ille verò te acerbè cruci affigat? Quomodo, inquit, hominem timu-  
erim, qui est patibilis & in quem cadit interitus? Nam & si corpus superauerit, capi ta-  
men non potest anima, & ei non possunt omninò parari insidie.

*ius cons-  
tans vox.*

Hæc ergò non ferens Marzabanas, iubet ferreis collaribus collum & alterum ex pe-  
dibus subiectum, & ductum ad ergastulum, illic lapides cogi ferre grauissimos. Quod  
quidem cum eius iussu factum esset, & ad ferendos lapides semper sanctus manus af-  
ferret, manus sanctas, manus que multum poterant apud Deum, corporeis laboribus  
plura erant, que extrinsecus ei afferebatur. Multi enim ex Persis ad eum accedentes, & ma-  
ximè ex ijs, qui orti erant ex eodem vico, ex quo Anastasius, veluti proprium reputan-  
tes dedecus, quæ in illum fiebant, exprobrationem aduersus proximum, vt eum diui-  
no Dauid dicam, sumebant: Cur hoc fecisti, dicentes? Cur antiquam nobilitatem ge-  
neris affecisti contumelia, effectus Christianus, & tantam nobis inuisti ignominiam,  
propterea in vincula coniectus, & maleficorum damnatus supplicio? quod quidem  
nostri ferre non possunt oculi. Cum his autem grauibus lingue verberibus, manuum  
quoque, beato verbera infligebant, vehementer verberantes, atque barbã vellentes, & eius  
vellimèta lacerantes, & lapides, quos quatuor simul coniuncti ferebant, eos soli Anasta-  
sio ferendos imponebant: adeò vt ipse rursus loqui visus sit cum Dauide: Supra dor-  
sum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. idque cum ne  
ferre quidè per se posset ferrum, quod erat collo & pedi eius impositum: sed sub eodem  
ferro alius quoque, cum Martyre pedem haberet vincitum. Quæ quidè ei neciebant omni-  
nò multiplicem coronam martyrij. Habes, si vis, alios quoque dolores, & occasiones aliarum  
coronarum: hoc ipsum, inquam, quod in conspectu eorum, qui ipsum nouerant, hæc & multa  
alia pbra ab eis pateretur, que iam prius dicta sunt: à quibus adeò māsit nihil affectus,  
vt ea putaret potius encomia, ppter Christum, quàm cor eius ab eis morderetur aliquid.

*Damnatur  
ad saxa fer-  
renda.*

*Psal. 14.*

*Affligitur  
valde à su-  
is.*

*Psal. 123.*

*Egregia ei-  
us patientia.*

Marzabanas ei in natura.

Ille verò contemnit.

Dirè verberatur clauis icibus.

O in signem Christi martyrem.

Floccipendit minas tyranni.

Reducitur in custodia.

Ridet tyrannum.

Marzabanas ergò (redeundum est enim ad orationis consequentiam) ratus fore, ut Martyr aliquid remitteret de magna illa constantia propter eam, quæ intercesserat, afflictionem, cum eum rursus ad se produxisset: Si verè es, inquit, mago patre natus, (hoc enim ipse de teipso significasti) & linguam illorum libris fati exercuisti, nobis quoquè loquere aliquid ex magicis, ut nos quoquè de tua scientia feramus testimonium. Ille autem & os & labra & mentem maculari & pollui existimans, si horum aliquid cuius meminisset: O Seruator, inquit, qui es meus Dominus, & communis omnium opifex, nè mihi des omninò, ut tale quid aut loquar, aut audiam. Quæ cum peruersus veluti quandam laruam regem intentat. Et cur tu, inquit, in eisdem persistis? Ad priorem conuertere religionem. Scias enim fore, ut de te ad regem referatur. Ille autem sciens nihil referre, an ab ipso, an à rege puniretur, quandoquidem am bobus inhumanitas vna est & sæuitia: Fac, inquit, quod vis. Fortè enim iam scripsisti, & responsum accepisti. Is verò existimans se ipsum ita esse perterriturum, Ego quidem, inquit, nihil de eo adhuc scripsi, sed iam, ut vides, scribere aggredior. Hoc Martyri nullam omninò attulit curam aut sollicitudinè. Quomodo enim, cum potius gauderet se pari propter Christum, & plagas quidem remunerationes, damnatum autem putaret remissionem, & eorum, qui castigabant ipsum, misericordiam? Quid autem oportebat eum talem regem curare, qui ad Christum solum adspiciebat, & eum verum esse regem & Deum crediderat? Ille ergò, sicut dixi, nihil ambigès, Qualescunq; inquit, volueris, & quomodocunq; de me scribe literas. Christianus enim ego: & rursus fateor, sum Christianus.

Quamobrem cum Dux spem abiicisset omnium, quæ possent illum periuadere, ad vim rursus reuertitur, iubetque humi extensum Martyrem tandiù verberari, donec profiteretur facere, quod iuberetur. Ille autem quod iubebatur quidem; æquo animo & lubenti suscepit: solummodò licetorum manibus, ut ab illis extenderetur, teneri non sustinuit. Sinite me, dicens: Non opus habeo vilo, qui me teneat. Nam hoc ipsum, Patii scilicet propter Christum, nequaquam est inuoluntarium: sed quod ego non minus, quam aquam ætate sitio, & quod magis, quam vllas voluptates & delicias amplector. Cum ergò pronus humi cecidisset, & ipse seipsum sensim extendisset, tam crebris & tam continentibus verberabatur clauis icibus, quam imber deorsum cadit: cum ab inimicis solam illam petijisset gratiam, ut exeret venerandam monachorum amidi, & nudis verberaretur carnibus. Nè is, inquit, vnà cum meis membris probro afficiatur. Sic ille non solam vitæ ex Deo institutionem, sed etiam eius signa omni honore afficiebat. Sed ille quidem diù tam crudeliter torquebatur, cum nec ab vilo omninò teneretur, nec premeretur, & non se transferre aut omninò mouere prohiberetur: sed ipse seipsum validè teneret & immobiliter, non vi manuum, sed animi, & naturæ necessitatem vincens necessitate liberi arbitrij, & acres corporis dolores acri vincens Dei desiderio, & præsentis molestias consolans spe futurorum.

Cum aduersus hæc stultus ille Dux nihil sapientiùs posset excogitare, quod tantè fortitudini opponeret & tolerantia, ei rursus quoquè regem intentabat & rogabat, ut persuaderetur athleta. Nam de te, inquit, ipsi regi significabo, perindè ac si vni puero vrè terrorem afferret, ut dicitur. Ille autem eadem quæ priùs, respondit, & quod eius animo placeret, iussit facere. Quocirca ille quoquè rursus rogabat similiter. Deindè dicens, Non times regem? Quamobrem, inquit Martyr, & quid eiusmodi sum ab eo passurus? An non, inquit, ipse quoquè homo est, in quem idem interitus cadit & mors eadem? Quemnam ergò me oportet magis timere, cum ne qui æquè atquè ego interit: an eum, qui semper est, & qui caelum & terram, & quæcunque sub aspectum cadunt & percipiuntur intelligentia, ad hoc vt essent, produxit? Cum ergò vidisset Dux rursus inutilem fuisse suum conatum, cum in constantia pro pietate nulli cederet Anastasius, rursus athletam transmittit in custodiam. Quomodo autem solet quis, quod vult, facile expectare, post aliquot dies rursus sanctum educit è carcere, adhuc aliqua ei spe blandiente: & acceptis, inquit, magicis sacrificia, nè te stultè hac luce priues. Martyr autem, Quibus, inquit, me iubet dijs sacrificare? Ille verò, Igni, inquit, & Soli, & Lunæ. Ergò etiam montibus, inquit Martyr, & collibus, & pecoribus, & omniferuituti hominum, quibus imperare iussi sumus ab opifice, non autem eis potius parere, vt vos vultis: non tanquam propter nos factis vtentes, sed perindè ac si nos propter

per ea produci essemus, ita ea honorantes, & deos turpiter nominantes. Cum his verbis Martyr Ducem obstupescisset, rursus abductus est in carcerem hoc pretextu, quasi decesset quod responderet, damnatus ad carcerem. Abductus est ergò, & decore confessionis glorians, & vinculis propter Christum.

Cum autè de eo rescuisset is, cui in monasterio fuerat credita eius animæ cura: qualem, inquam, productus ad Præsidentem sepe ostendisset confessionem, & quemadmodum ipse constituisset omnia pati pro pietate, ipse quoquè cum alio coetu monachorum repletus est lætitia: ipse etiam putabat se esse vnà cum Anastasio, & in membris illius decerare: & cum non posset opem ferre sua præsentia, opem ferebat precibus & atrimento. Et partim quidem Deum vehementissimè rogabat cum tota fraternitate, vt pulchre per martyrium ei perficeretur stadium: Partim autem duobus quoquè missis fratribus, promptum & alacrem eius animum magis auxit. Interea verò dum Martyr custodiebatur in carcere, diuinis verbis & sententijs se oblectabat assidue, & neque noctis ad Deum hymnos, neque grauium illorum vinculorum & reliquæ afflictionis labores eos interrumpiebant. Quineriam cum quidam iuuenis, qui captus fuerat propter aliquod maleficium, cum Martyre haberet collum & pedem colligatum, nocti surgès sanctus, vt Deo consuetas redderet glorificationes, & ei nollet afferre molestiam, sed vt dormiret & quiesceret curam gereret, collum ad iacentem inclinabat, & pedem illius pedem ad mouebat, nè extensis catenis iniucundum & molestum ei somnū efficeret. Vnà autem nocte aliquando eum psallentem quidam ex ijs, qui erant vincti in custodia, exaudivit, Hebraus quidem religione, isq; valdè insignis: mitis verò ac mansuetus, & valdè bonis moribus. Qui cum beatum illum vidisset interdù quidem vexari portandis lapidibus, noctis autem quietem rursus interrumpi stando & orando, & nihil omninò remittere de sua constantia, neque defessa membra paululum recreare, cogitabat apud se, quisnam hic esset, & quænam ei obrigisset adeò robusta natura, tamq; firma ac valida, laboribusque minimè cedens & inexpugnabilis.

Ille itaq; fixis oculis adspiciens Martyrem matutinos hymnos decantantem, & tota mente ad Deum peregrinantem, & qui vel ante martyrium rapiebatur cum corpore, videt quosdam repente candidatos, & pallio sacra, illa omninò veste, & venerando indumento Pontificum amictos, veluti quandam ex se lucem emittere, lucem visu quidem iucundissimam, ad explicandum autem non facilem, vel potius ad videndum quidem maiorem, quam vt ea humanus possit cõspectus assequi, aut quam vlla quod viderit referre narratio: idq; obscura nocte, cum luna non luceret, sanctum virum in orbè circumdantes. Quos cum angelos esse putasset, sicut erant re vera, paulò post videt etiam martyrem, qui eundem splendorem & similem illis habebat amictum. Deindè etiã quidam adolescens, specie & pulchritudine eximius, suspendium dextera gestans thuribulū, in magna, quæ erat circa ipsum, gloria angelorum, stabat ante martyrem suffumigans. Cum ille ergò hæc videret, & cor haberet percussum nouitate spectaculi, erat quidem perplexus animo, adeò vt eum etiam excitãrit, qui propè dormiebat, (erat autè is Christianus, cui fuerat commissa præfectura Scythopolis) & socium tanti fecerit spectaculi. manus autem nequaquam sequebatur, sed intenta quidem mente & fixis oculis attendebat ijs, quæ videbantur: erat verò corpore immobilis & mutus, siue repentina illa admiratione cum reddente immobilem, siue Deo etiã aliquid aliud dispensante & prouidente sapientiùs & occultius. Cum tamen is, qui erat propinquus, se vix tandè proximè admouisset, (non poterat enim vti pedibus & manibus) conturbatus ille, ex eo causam rogat. Ille autem timore percussus, ei visionè indicans: &, Vides, dicens, vides? non prius verbum absoluerat, quam visio euauerit. Atq; Præsidi quidem, cum ad videndū spectaculum totos defixisset oculos, nihil licebat videre: vinctus autem ille, omnia singularitè ei narrabat cum voluptate & admiratione. Et hæc quidem, nè pia animæ tanto priuentur miraculo. Nobis autè rursus quoquè via procedat oratio martyrij, suam feruens consequentiam.

Postquam enim videns Marzabanas esse planè Martyrem immobilem, & non solum vnã mortem, sed etiam, si fieri posset, plures paratum esse pro pietate alacriter suscipere, ad regem Chosroën de eo retulisset, & quemadmodum esset is tractandus, ab illo didicisset, cum ipsum è carcere accersuisset, eum suo aspectu nõ dignatus, significat per eum qui dicitur Meizoteros, id est, maior: Ecce, inquit, rex tibi imperat, vt quoniam

Exercitia S. martyris in carcere.

Nota martiris virtutem.

Hymni matuti.

Visio angelica.

Visio ca disparet.

Regis fraudulenta iussio.

fieri non potest, vt sis omnino impius, verbo solum abiures Christianismum, & statim solueris à carcere & à vinculis: & decetero siue velis esse Monachus, siue Caballarius, hoc situm erit in tuo arbitrio. Martyr autem rursus respondens, Absit, inquit, o Christe seruator, vt negem tuam pro Trinitate confessionem, neque animo, nec labris. Postquam autem post multas alias Præsidis machinationes, ne sic quidem pulchram illam remitteret constantiam & dicendi libertatem, hanc ei postremam adhibet periclitationem. Hæc cum per Maiorem rursus significasset: Scio, inquit, quod cum te multorum pudeat inuitus, & maxime eorum, qui sunt ex eadem regione & tribu, ea de causa in eorum oculis ne hoc quidem facis leue & expeditum, vt verbo solum tuâ inficeris religionem. Quid enim, inquit, ea ex redetrimenti accipitur, cum cor non simul loquatur? Quoniam vero de iussu regis hæc agitur, quem non licet cuiquam omnino repellere: si, quod est hoc multo leuius, hoc dixeris in meo conspectu & quorundam duorum Sellariorum, liber esto à carcere & supplicijs. Quæ cum ille dixisset, fudit preces Anastasius prioribus similes, dicens: Neque tu me videris, neque vllus alius: non o rex & Deus, ne specie quidem tuum nomen, neque in somnis aut vlllo alio modo negantem.

O linguam subdolum diaboli.

Cum ergo videret Præses, quod aduersus tam fortem & tam excelsum animu nihil per se efficeret, resq; ea & suas vires superaret & modum dignitatis, cum beatum in suis conspectum adduxisset: Ecce iussus sum, inquit, in ferreis vinculis te in Persidem transmittere ad regem. Martyr autem, Ego, inquit, si mihi à te permitteretur, etiam absque vllis vinculis illuc accederem. Quid enim in me opus est vinculis, qui lubenter patior propter Christum, ad quem scilicet mittor? Cum eum ergo tunc quoq; Iudex sic vidisset affectum, & neq; minis cedentem, neq; inescatum blanditijs, planeq; insuperabilem & inexpugnabilem, cum ei & duobus alijs ex pijs iniecisset signaculu, tradit in carcere publicum, vt qui post quintum diem iter essent inituri. Cum interim autem venisset festum venerabile, viuifici, inquam, ligni exaltationis, & ipse admirabilis Anastasius & duo ex fratribus, qui ad eum accesserunt, & qui eandem, quam ille, nota Iudicis acceperant, & quidam alij viri pijs, qui erant in ciuitate, cum totam illam noctem celebrassent precibus & psalmodijs, effecerunt, vt qui erant in carcere, omnium suorum malorum obliuiscerentur: perinde ac si versarentur in domo eorum qui festum celebrarent, non in carcere. Manè vero ad Marzabanã ingressus Comerciarus, vir pius, & qui sciebat miseri animarum affectarum molestia, & consolari in afflictionibus, rogat Præsidem, vt ex carcere soluatur Anastasius, vt ipse possit interesse festo Christianorum.

Nota festi Exaltationis sanctæ crucis.

Cum ille autem hoc concessisset, & venisset martyr in ecclesiam, consolatio, gaudium & lætitia circumfusa fuit pioru animis. Eos enim nuper inuaserat tristitia & moror, propterea quod quæ dici nequeunt, ei infligerentur molestiæ. Multi aut iam erant socordes in pietate, & veniebant in periculum, ne statim caperentur miserabiliter laqueis inimici, cum non esset qui redimeret, nec qui daret salutem, seu erigeret cadentes & victas eorum animas. Cum vero facer Anastasius tunc esset ingressus ecclesiam, tantus eos zelus subijt pro pietate, & vel ex solo eius adpectu sic est cor eorum inflammatum, vt non solum ipsi parati essent ad mortem pro Christo & pietate subeundam, sed eius etiam vincula deofcularentur: & desiderij lachrymas eis instillantes, ei animu adderent laudibus & adhortationibus, eiusq; magis accenderent & inflammaret amorem martyrij. Et hæc quidem aliqui, qui iam erant labefacti tempore & contumelijs, & iam spectabant mutationem, & eius quod est honestum proditorem, non solum viri, sed etiam mulieres. Naturæ enim non est hæc differentia, propterea quod sit communis electio & institutum. Sic tunc fuit populo festum duplex: Vnum quidem dici præstiti: alterum autem aduentus Martyris. Nam postquam sacrum quidem fuit celebratum mysterium, Comerciaro non dimittente, sed Martyrem vehementer urgente & rogante, vt ad illius domum veniret: putabat enim vel solum illius aduentum imperitii posse sanctificationem: partim quidem ille cedens, partim autem coactus, cum duobus monasterij fratribus illuc accedit. Vbi cum se inuicem in conuiuio accepissent & lætificassent, in custodiam lubenter reuertuntur.

Nutantes eius conspectu confirmantur.

Sacrum mysterium, Missæ sacrificium nuncupat.

Cum iam autem dies venisset præstitutus, egreditur à ciuitate Casareæ cum duobus illis viris Christi amantissimis, qui ipsi quoque aliqua de causa fuerat appetiti calunijs: lachrymis, adhortationibus, eiulatibus, gratiarum actionibus, iam rationibusq; & precibus multis eum prosequentibus, non solum ex Persis, qui cum Anastasio scilicet communem

munem habebant patriam & sanguinem, sed etiam ex nostratibus & alienigenis. Communem enim esse orbitatem, illius ducebant separationem: sicut rursus etiam propriu vniquisq; honorem, adijciam autem gloriæ quoque coronã, eius pro pietate constantiam & confessionem. Quocirca vtraque tunc conueniebant: & ciuitati diuisi erant animi duobus animi motibus. Alter autem ex fratribus vnã cum Martyre profectus est in Persidem, & est vnã peregrinatus: quoniam ita iusserat Præfectus, partim quidem, vt ei subministrarentur necessaria, & vt eius consolaretur animu, qui premebatur tanta malorum perpeffione: partim autem, vt cum apud hunc virum præclarum semper adesset, & eius videret omnia, posset illa postea apertè Præfecto narrare & fraternitati, non quæ ab alio audiuisset, sed quæ ipse vidisset, & quorum haberet testes suos oculos. Atq; qui viæ quidem erant continentes vici & ciuitates, per quas ille obiens trãsibat, ita eum venientem excipiebant, & discedentè prosequabantur ac deducebant, & vtrunque cum tanta pietate & reuerentia, vt ipse suspectum habens nimium honorem, nè de ea, quam illinc à Deo expectabat, gloria aliquid detraheret, scripserit Hierapoli ad Præfectum monasterij, vt pro eo Deum rogaret, vt pro his conseruaretur non condemnatus in eo, quod illic est iudicio: & scripserit etiam apud Tigrim fluuium, rogans similiter, vt pro eo oraret, vt inflexibiliter & citra vllum lapsum ab eo martyrij cursus consummaretur.

Vereatur vir sanctus oblatum sibi honorem.

Cum iam autem peruenisset in Persidem, datur in custodiam, sitam in quodam prædio, quod vocatur Betaloe, quæ ad sextum lapidem distat à Discartha, in quo rex versabatur Chosroë. Qui verò cum eo erat frater, in domo Cortacti, qui erat illius Iesdin filius, fuit hospitio acceptus. Et carcer quidem martyrem habuit cum maleficis. Cum autem post aliquot dies de eo fuisset relatũ ad Chosroën, ille misso vno ex magistratibus, eum rogauit quisnam esset, & cuius, & quidnam eum mouisset, vt patriam relinqueret religionem. Is verò per quandam respondet interpretem. Nam ne voce quidem Persicæ volebat vt amplius, vt qui eam abinrãssset linguã vnã cum religione, aut linguæ potius esset infensus propter falsam religionem. Respondet ergo, Quoniam, dicens, vester deorum cultus est manifestũ exitium & error dæmonũ. Quem quidem cum ipse aliquãdo sequeretur, nupèr luce commutauit tenebras, & die noctem, & sole obscurã caliginem, illi Deo medicans, qui est cali & terræ & omnium, quæ videntur & mente percipiuntur, opifex. Cui magistratus: Miser, inquit, Non eum, quem vos Christiani colitis, cruci Iudæi affixere? Quomodo ergo Persicæ religioni Christianorum res prætulisti? Martyr autem, Quod fuerit quidem, inquit, à Iudæis crucifixus, ipse quoque assensior: sed sua sponte, & pro nobis ingratis, & qui sumus beneficij accepti immemores. Eius enim benignitatis & clementiæ est hoc vel maxime admirabile, quod cum esset Deus & Seruator omnium, & opifex huius vniuersi, nõ solum propter nos serui formam accepit, cum de celo descendisset: sed etiam pro nobis crucem volens subijt & mortem, vt nostrum peccatum tolleret, quod ex maligni insidijs & fraudibus insitum erat hominibus. Vos autem inimicum prætulistis, qui stultè illius fraudes in hodiernũ vsque diem sequimini, & Soli sacrificatis, & igni, & lunæ, nullam ne Christi quidem cædis, si non alterius, ducentes rationem.

Ingenua martyris confessio.

Respondens autem Magistratus, Quid tibi, inquit, cum his stultis verbis & superuacaneis? Ecce enim tibi à rege insignes dignitates, & zonæ aureæ, & equi, & quæcunque illustria & gloriosa, sunt parata. Agedum ergo, patriam suscipe religionem. Ad hæc Martyr: Mihi, inquit, o Præses, quæ hic sunt iucunda, valdeq; expetenda & inuidiosa: nomen scilicet, delicia & diuitiæ, & splendor, iam sunt diu abhinc contemptui, vt qui vitã suscepim monasticam, & à sola spe, quam hinc concepi, pendeam. Huius rei etiã antequam loquar, hic venerandus Monachoru habitus, & hic vilis pannus est certus nunciu. Quomodo ergo ea, in quæ omne studium omnemq; meam curã contuli & sollicitudinem, ea nunc habeo contemptui, regis qui est ad tempus, & in quem cadit interitus, indutus promissionibus? Ad quæ cum nõ haberet magistratus quid diceret, reducit ad eum, qui miserat è custodia, ei lingua omnia significans. Qua de causa ille nõ leuiter indignatus, iubet cum suafione vim quoq; adhibere, & verbis etiam miscere supplicia. Sequenti autem die, cum rursus magistratus venisset ad custodiam, ea quæ imperata fuerat, coepit re ipsa exequi, & iussit vt per vim protrusum illinc athletã abduceret: ipse quoq; multas minas intentans, vehementiq; insultu & tumultu se fortem & strenuam illam animam pertex-

Blanditur ei diabolus per suos ad ministros.

Venerandus monachorum habitus.

perterrefacturum existimans. Ille verò nihil effeminatum, nihil quod sit pusilli & abieci animi, & nihil quod sit indignum ijs, quæ præcesserant, præ se ferens, cum illa confueta & iucundissima morum simplicitate, Nè labores, inquit, neque defatigeris domine Præses. Mihi enim, qui sum mei Christi gratia cõfirmatus, non persuadebis vt à pietate deficiam. Fac ergò quæcunque vis, à nullo abstinens.

Cæditur vir  
gis atrociter.

Hanc Anastasij cum prudentia constantiam nulla moderatio excepit aut humanitas: sed vincus, more Persico virgis cædebat crudeliter. Cùm is autem verberaretur, hæc decantabat Magistratus: Cùm maximis regis donis & honoribus persuaderi non sustineris, ad hæc sis deinceps paratus. Sic enim te quotidie verberans, cõsumam plagis. Ille autem cùm eum iuberet rursus, quæ vellet facere, iubet Martyri relaxato à vinculis, cùm extensus esset supinus, lignis medias intercipi tibias, vtraque autem eorũ extrema premere viros aliquot robustos, qui & corporũ magnitudine & ætatis vigore præstarent. Martyr autem cùm sic eius tibias premerentur vique ad ossa, magno & excelso animo & planè philosophico tolerabat. Quod quidem cùm vidisset Magistratus, & cognouisset se ex eo magis augere eius patientiæ & tolerantia constantiam, rursus in tutissimam eum tradit custodiam, vt de eo rursus referret ad regem. Cùm is autem, cui erat commissã cura carceris, Sellarius, esset religione Christianus, & idè eorũ miseretur, qui pro pietate laborabant & eo quod est bonum & honestum, & eis, qui vellet ex Christianis, concederet ingressum, interdum ingrediens sine vlla prohibitione frater monasterij, qui cum martyre soluerat ex Cæsarea, cõsolabatur illam asperam & tetram in carcere habitationẽ, & quos ex plagis senserat dolores, & quas ex vinculis & alia malorum perpeffione acceperat molestias. Multi quoquẽ alij viri pij, cum quibus illius quoquẽ Iesdin filij ad eum ingredientes, ad speciosos eius pedes, & bona apertè euangelizantes, procidebant, & vincula deosculabantur, & rogabant, vt ab eo aliquas consequerentur preces & benedictiones. Cùm is autem hæc omninò minimè admitteret, (Ille enim toto semper animo & mente, humanæ gloriæ, huius, inquam, vanæ & infidæ & fallacis, & quæ nihil habet firmum ac stabile, referebat occasiones) ipsi vinculis cerâ immittentes, quæ ex illis exprimebatur effigiem, tanquàm maximum aliquod remediũ & salutare ad omnem morbum & dolorem soluendum efferebant.

Premuntur  
eius tibias  
horrendum  
in modum.

Contemnit  
inanem glo  
riam.

Non multum temporis intercessit, & rursus veniẽs ille Magistratus in custodiam, an iussis cederet regijs, frustra interrogabat, aut potius quærens occasionem gratificandi animo crudelissimo, qui pœnas cupiebat sumere. Cùm is autem non parùm egrè tulisset interrogationem, & magna contentione & motione capitis id quod sæpè dixerat, nunc quoquẽ respondisset, Scito me Christo & pietati nihil esse prælatum, iubet eum rursus quoquẽ clauis verberari, sicut prius. Cùm verò viri statuum potius quàm virum visi essent verberare, quãtũ licuit cõijcere ex eo, quòd esset eius animus planè inflexibilis, eo quidem relicto in custodia, recedit magistratus, & aliquot interiectis diebus ad eum reuertitur, varias artes & rationes excogitãs: & nunc quidem minis & promissis, nunc autem minis & supplicijs eum reuocans ad negandam pietatem. Cùm autem idem esset Anastasius, & nec his inclinaretur, nec illis deliniretur, prioribus vinculis & plagis est traditus. Deindè cùm fuisset relaxatus à vinculis, ex altera manu suspenditur, cùm lapis grauiissimi ponderis esset alligatus alteri ex pedibus. Cùm eum ergò sic pendentem & sic diuisum duabus horis reliquisset magistratus, videretque robur ac firmitatem minimè dissolui martyri, illum quidem remittit: ad regem autè reuersus, immutabilem eius mentem significat & summam animi fortitudinem. Ipse quoquẽ ei consulit, nè ampliùs periculum faciat in Anastasio, nec permittat vt tanta altitudo & magnitudo imperij ab vnus viri constantia videatur superata.

Iterum ver  
beratur clar  
uis.

Atrox sup  
plicium.

Hinc cùm omnẽ spem superandi martyris rex abiecisset, mittit post decimumquintum diem, & dictum magistratum, & quosdam alios ex subditis, vt nõ solum sanctum, sed multos quoquẽ alios Christianos cum eo interimerent. Illi autem cùm venissent in carcerem, expellunt Christianos captiuos non pauciores, quàm septuaginta, vnã cum martyre: cum quibus erant ij quoquẽ, qui eum Anastasio Cæsaree damnati fuerant ad custodiam, signaculiq; & vinculorum fuerant ei socij: quos cùm eduxissent ex prædio Betuloes, in quo fuerat carcer edificatus, & ad fluium stauissent, eos singulatim diuidentes, & eorum collo funem iniicientes, & miserabiliter ante oculos martyris suffocantes, sancto in vnoquoque submergendo dicebant: Cur vis, sicut vnus ex his, violenter

Multi mar  
tyres suffo  
cantur.

ter tolli de medio, & non potius regi parere, & priorem consequi felicitatem? Ille autem cum his mentem adhibuisset, & in cælum oculos sustulisset, & Deo ingentes egisset gratias, quòd iam pro ipso mortem videret esse subeundam: Deindè ad illos quoquẽ conuersus: Ego, inquit, pro Christi mei charitate, ardentique & vehementi in eum amore, expectabam omne membrum minutatim conscindi, expectãs nouam aliquam & inauditam mortem. Quoniam autem hæc est ea, quam vos mihi minamini, ago tibi gratias soli Deo meo & Seruatori Christo, quòd morte, quæ vsque adeò vacat omni labore & molestia, quam quidem paulopost ipsa quoquẽ attulisset natura, me voluisti emere honorem martyrij. Cùm hæc dixisset, & hæc vltima verba præclare esset locutus, aequali morte sic quoq; est consummatus.

Item S. Anastasius.

Carnifices autem cùm sacrum illud caput amputassent, vt eum esse interfectũ ostenderent, ad regem deferunt, Sellariũ verò, qui præerat custodia carceris, cùm esset Christianus, & sciret martyrum honorare corpora, vellet autè sancti tollere reliquias, & eas separare ab alijs, nè tantum lateret bonum, permixtum cum cæteris corporibus, prohibere carnifices. Cùm filijs autè Iesdin annunciata fuisset viri consummatio, ad quam euntem Martyrem illorum pueri consequebantur, & illi seruibãt, ij pecunia corrumpunt carnificum diligentiam, & vt corpus sibi liceret in loco separato deponere, non paucis emũt pecunijs. Deindè is quoquẽ Monachus, qui cum Martyre excefferat è Cæsarea, & cum decertante ad finem vsq; manserat, cuius etiam sæpè fecimus mentionẽ, cùm & pueros filiorum Iesdin, & quosdam ex ijs, qui illic erãt, Monachis in noctem sequentem assumpsisset, & vt martyris corpus pie & sanctè componeret, venisset, (ò quomodò, ò Christe laudabo miraculorũ tuorum magnitudinem?) inuenit canes alia quidem corpora toto ore exedentes, ab hoc autem solo se abstinens, vt quod non subijceretur ampliùs legibus corporis. Iam enim erat pulchritudinis corona in manu Dei, (Iulianus dixit Esaias) & diadema regni in manu Dei eius. Cùm sustulisset ergò corpus Martyris, & mundis linteis, quæ dedere filij Iesdin pro vltimis corporis exequijs, mundas illas & sanctas inuoluisset reliquias, in Sergij Martyris monasterio, quod ad vnum lapidem distabat à vico, deponit, decimo septimo quidem anno imperij pij Heraclij, vicesimo autem secundo mensis Ianuarij. Is enim fuit dies, qui vidit decessum martyris.

Eius corpus  
canes non  
atingunt.  
Esa, 62.

Sequenti autè die duos ex ijs, qui erant in custodia, licuit audire hæc inter se narrantes. Dicebat enim vnus alteri: Vidisti quemadmodum canes, qui heri venerũt, reliquis quidem corporibus se cupidè implerunt, abstinerunt autè à solo corpore illius monachi: & quemadmodum postquã se alijs exatiãssent, prope illud sedentes, visi sunt potius esse custodes, horis deinceps duabus neque recedentes, neque corpus tangent? Alter autem rursus excipiens orationem, Ego verò, inquit, cùm vespere ex specula in domum reuerterer, videbar mihi videre stellam quandam terram tangentem, iucundum quandam & perspicuum splendorem emittentem. Spectaculi itaque nouitate obstupefactus, quòd scilicet nõ sicut alia, sed humilium & terræ viciniũs resplenderet, vado vt videam, quidnam sit illud quod apparuerat. Cùm autem fui prope illum locum, illam quidem stellam videre non poteram, sed solum corpus monachi, quod iacebat super terram. Hęc cùm narrarent & mirarentur milites, quidam ex Christianis captiujs, qui exercitati erant in lingua Persica, qua tunc illi inter se utebantur, intellexerunt ea, quæ dicebantur. Ex quibus duo quidam relaxati à custodia post interemptum regem Costoẽn, vnã cum multis alijs venerunt in sanctam ciuitatem, quibus quidem martyr cùm vnã cum eis esset in carcere, de sua consummatione, & de eorum liberatione, & de sæui persecutoris, & tyranni potius quàm regis interfectione, verissimè prædixerat, sic apertè dicens: Sciatis fratres mei, me boni quidem Dei gratia crãs esse consummandum: vos autem paucis post diebus liberandos, quãdo rex iniquissimus & scelestissimus fuerit interemptus. Cæterum vobis, cùm Deo omninò regente & ducente in sanctam fueritis reuersi ciuitatem, curæ erit ad Abbatis Anastasij vos cõferre monasterium, & eos nostro nomine salutare, & omnia annunciare patri meo & fratribus. Hæc prædictiones cùm illi non solum audiuisent, sed effectum etiam vidisent consecutas, vltima mandata martyris non neglexere: sed venire ad monasteriũ, pluris quàm ipsum facientes reditum, & itã vt erant fessi ex itinere, cum suo viatico venientes in monasterium, exposuerunt omnia fraternitati.

Stella videtur  
ad corpus  
martyris.

Costoẽs  
rex inter  
emptus.

Honor &  
reuerentia  
suis

Frater autem, cuius sæpè facta est mentio, (ad eum enim ex consequentia nos, ruti-



540  
debetur fa-  
cris reli-  
quijs.

sus reducit oratio) cum corpus martyris pie, & cum eo, quo par est, martyrem honore & reuerentia deposuisset in magni Sergij monasterio: ipse quidem aliquantum tempo- ris ibi est moratus, quoadmodum ad eum, qui misit, & fratres saluus & sine periculo per- ueniret, considerans. Decimo autem die, postquam deposita fuerunt reliquia, eo venit cum exercitu rex alius, non qualis is, qui prius dictus est, persecutor & religioni infestus, & in scelere eximius & plane profligatus: sed valde æquus & mansuetus, pietateque & humanitate illi plane contrarius. Quos cum lubenter vidisset monachus in externa re- gione, tanquam quasdam lucernas in tenebris, à cura de reditu & ægritudinis onere mox respirans, & veluti animi pondere leuatus, ut qui fraternitatem & monasterium se esse propediem visurum speraret, lingua eos Græca alloquitur, ea ratione sui notitiam ape- riens. Illi autem cum nouissent eum esse Christianum, quod quidem rarum est apud Per- sas, (hoc enim & monachorum significabat indumentum & sermo) rogauerunt illum, cur illic moraretur. Cum is verò eis singularem de beato exposuisset Anastasio, illi partim quidem desiderio martyris, partim autem monachi moti misericordia, cum virum in sua accepissent tabernacula, te & q; & mensæ socium eum deinceps fecissent, & vt de- ceret Christianos & martyrum amantes, in eum affectu essent, eduxerunt ipsum per Ar- meniam. Qui cum post annum peruenisset ad monasterium, præfecto & fratribus iucun- dissimum lautumq; & magnificum exhibuit epulum, nempe de S. Anastasio narratio- nem, ut qui etiam attulerit monasticum illius colobium, quo indutus erat in ipsa reso- lutione: nec attulerit solum, sed simul etiam mira quædam narrauerit.

Rari apud  
Persas Chri-  
stiani.

Habitatio  
nasticus pel-  
lit demoni.

Dicebat enim, fuisse quendam fratrem in monasterio, in quo positæ erant reliquie, ætate iuuenem, qui à maligno spiritu detinebatur. Cum autem præfectus à me sepe pe- tijset colobium, & hoc simul atque accepisset, iuuenem induisset, (ò celerem visitatio- nem, ò promptissimum auxilium) statim exiit demonem, ut qui sicut frigus calori, vel luci tenebræ, huic martyris panno facile cessisset: in gloriam Domini nostri Iesu Chri- sti, quem decet omnis honor & adoratio, nunc & in secula seculorum, Amen.

VITA S. BLESILLAE VIDVAE ADOLESCEN-  
TIS ROMANAE, A D. HIERONYMO AD

Paulam scripta.

Tom. 1. epis-  
tola 25.

22. IANVA.  
Ierem. 9.  
Luc. 19.



VIS dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachry- marum, & plorabo, non, ut Hieremias ait, vulneratos popu- li mei: nec ut Iesus, miseriam Hierusalem: sed plorabo san- ctitatem, misericordiam, innocentiam, castitatem plorabo omnes pariter in vnus morte defecisse virtutes? Nò quòd lugenda sit illa, quæ abiit: sed quòd nobis impatientius sit dolendum, qui talem videre desuimus. Quis enim sicis oculis recordetur, viginti annorum adolescentulam tam at- denti fide crucis leuasse vexillum, ut magis amissam virgi- nitatem, quam mariti doleret interitum? Quis sine singul- tibus transeat orandi instantiam, nitorem lingue, memoriæ tenacitatem, acumen ingenij? Si Græcè loquentem audisses, Latinè eam nescire puta- res. Si in Romanum sonu lingua se verterat, nihil omnino peregrini sermo redolebat. Iam verò, quod in Origene quoque illo Græcia tota miratur, in paucis, nò dicam men- sibus, sed diebus, ita Hebrææ lingue vicerat difficultates, ut in discendis canendisq; psal- mis cum matre contenderet. Humilitas vestium non (ut plerisque solet) tumetes ani- mos arguebat, sed cum interiori se mente deiecerat, inter ancillarum virginum cultum dominamq; nihil medium, nisi quòd in eo facilius dignoscatur, quòd neglectius in- cedeat. Vacillabant ægrotatione gressus, & pallentem ac trementem faciem vix col- lum tenuè sustinebat: & tamè aut prophetam, aut Euangelium semper in manibus te- nebat. Lachrymis ora complentur, singultus occupat vocem, & hæretem linguam, vi- scera commota non laxant. Cum sanctum corpusculum febrim ardor excoqueret, & semianime lectulum vallaret circulus propinquorum, hæc in extrema verba mādabat. Orate Dominum Iesum, ut mihi ignoscat, quia implere non potui, quòd volebam. Se- cura

Humilitas  
vestium.

cura esto mi Blesilla: confidimus: probas vera quæ dicimus: Nunquam est sera conuet- sio. Vox hæc primùm dedicata est in latrone: Amen dico tibi, hodiè mecum eris in pa- radiso. Luc. 23.

Postquam autem, sarcina carnis abiecta, ad suam anima reuolauit authorem, & in an- tiquam possessionem diu peregrinata conscendit: ex more parantur exequiæ, & nobili- tum ordine præeunte, aureum feretro velamen obteditur. Videbatur mihi tunc clama- re de celo: Non agnosco vestes, amictus iste non est meus, hic ornatus alienus est.

Sed quid agimus? Matris prohibitori lachrymas, ipsi plangimus. Confiteor affectus meos: totus hic liber fletibus scribitur. Fleuit & Iesus Lazarū, quia amabat illum. Non est optimus consolator, quem proprij vincunt gemitus, cuius visceribus emollitis, fra- tra in lachrymis verba defudant. Testor mi Paula Iesum, quem Blesilla nunc sequitur: restor sanctos angelos, quorum consortio fruitur, eadem me dolorum perpeti tormen- ta, quæ pateris: patrem esse spiritu, nutritium charitate, & interdum dicere: Pereat dies illa, in qua natus sum. Et, Hei mihi mater, ut quid genuisti me virum, qui diceret disci- men omni terræ? Et illud: Iustus es Domine, veruntamen iudicia loquar ad te. Quid est, quòd viæ peccatorum prosperant? Et: Mei quoque penè mori sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia zelanti in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Et dixi: Quo- modo cognouit Deus, & si est scientia in excelsis? Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias. Sed rursus illud occurrit: Si narrauero sic, ecce genera- tionem filiorum tuorum preuaricatus sum.

Iohan. 11.  
Iesum nunc  
sequitur Blesilla, & an-  
gelorum  
consortio  
fruitur.  
Iob 3.  
Ierem. 15. 12.  
Psal. 72.

Non quid & in meam mentem, non hic sepius fluctus illiditur? Quare senes impij, se- culli diuitijs perfrenantur? Quare adolescentia rudis, & sine peccato pueritia, immaturo flore metitur? Quid causæ est, ut sepe bimuli trimulique, & vbera materna lactentes, à demonio corripantur, replentur lepra, morbo regio deuorentur? & contrariò, im- pij, adulteri, homicidæ, sacrilegi, vegeti atque securi de sua sanitate, in Deum blasphemant? Prefertim cum iniustitia patris non redunder ad filium: & anima quæ peccauerit, ipsa moriatur. Aut si manet vetus illa sententia, peccata patrum in filios oportere resti- tui, iniquum sit, longè qui patris innumera delicta in innocentem infantiam repensare. Et dixi: Ergo sine causa iustificauit cor meum, & laui inter innocentes manus meas, & factus sum flagellatus tota die? Sed cum hæc cogitarem, statim didici cum propheta: Et suscepi, ut cognoscerem, hoc labor est in conspectu meo, donè ingrediar sanctuarium Dei, & intelligam in nouissima eorum. Iudicia enim Domini abyssus multa. Et, O pro- fundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & in- uentigabiles viæ eius. Bonus est Deus, & omnia quæ bonus facit, bona sint necesse est.

Ezech. 18.  
Exod. 10.

Psal. 72.

Psal. 35.

Rom. 11.

Psal. 118.

Psal. 96.

2. Cor. 12.

Ibidem.

Sap. 4.

Mariti orbitas irrogatur: plāgo, quod accidit: sed quia sic placet Domino, æquo ani- mo sustinebo. Vnicus raptus est filius: durum quidem, sed tolerabile, quia sustulit ille, quid dederat. Si cæcus fuero, amici me lectio consolabitur. Si auditum quoque sturdæ au- res negauerint, vacabo à vitijs: nihil aliud, nisi Dominum cogitabo. Imminebit super hæc & dura pauperies, frigus, languor & nuditas: extremam expectabo mortem, & bre- uè putabo malum, quod finis melior subsequetur. Consideremus quid ethicus ille psal- mus sonet: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Hoc non potest dicere, nisi il- le, qui ad vniuersa quæ patitur, magnificat Dominum, & suo merito imputans, in ad- uersis de eius clementia gloriatur. Exulta uerūt enim filia Iudæ in omnibus iudicijs Do- mini. Si Iuda confessio interpretatur, confitens autem omnis anima credentis est: neces- se est, ut qui se credere dicit in Christo, in omnibus Christi iudicijs gaudeat. Sanus sum, gratias refero creatori. Languedo, & in hoc laudo Domini voluntarem. Quando enim infirmior, tunc fortis sum, & virtus spiritus in carnis infirmitate perficitur. Paritur & Apostolus aliquid, quod non vult, pro quo ter Dominum deprecatur. Sed dicitur ei: Sufficit tibi gratia mea, quia virtus in infirmitate perficitur, & ad reuelationum humili- andam superbiam, monitor quidam humana imbecillitatis apponitur, in similitudinem triumphantium, quibus in curru retrò comes adhebat, per singulas acclamationes obuiam, dicens: Hominem te esse memento. Cur autem durum sit, quod quædoque pa- tiendum est? Et cur dolemus quenquam mortuum? Ad hoc enim nati sumus, ut manea- mus æterni? Abraham, Moyses, Esaias, Petrus, Iacobus, Iohannes, Paulus electionis vas, & super omnia filius Dei, moritur: & nos indignamur, aliquem exire de corpore, qui ad hoc forsitan raptus est, ne malitiā mutaret intellectu eius? Placita enim erat anima eius

Deo. Propter hoc properavit educere eam de media iniquitate, nè longo vitæ itinere deuijs oberraret anfractibus.

Lugeatur mortuus, sed ille, quem gehenna suscipit, quem tartarus deuorat, in cuius poenam æternus ignis æstuat. Nos, quorum exitum angelorum turba comitatur, quibus obuiam Christus occurrit: grauemur magis, si diutius in tabernaculo isto mortis habitemus. Quia quandiu hic moramur, peregrinamur à Domino. Illa illa nos cupido teneat: Hei mihi, quia peregrinatio mea prolongata est à me, habitauit cum habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea. Si Cedar tenebræ sunt, & mundus iste sunt tenebræ, quia lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non compræhenderunt: faucamus Blesillæ nostræ, quæ de tenebris migravit ad lucem, & inter fidei incipientis ardorem, consummati operis percepit coronam. Ruerat si seculare desiderium: &, quod Deus à suis auertat, delicias vitæ huius cogitantem, mors immatura rapuisset, plangenda erat, & omni lachrymarum fonte ploranda. Nunc verò, cum, propitio Christo, ante quatuor ferme menses, secundo quodammodo proposito se baptismo lauerit, & irà deinceps vixerit, vt calcato mundo, semper monasterium cogitaret, non vereris, nè tibi Saluator dicat: Irascaris Paula, quia tua filia, mea facta est filia? Indignaris de iudicio meo, & rebellibus lachrymis facis iniuriam possidentis? Scis enim, quid de cæteris tuis cogitem?

Cibum tibi denegas, non ieiuniorum studio, sed doloris. Non amo frugalitatem istam, Ieiunia ista aduersarij mei sunt. Nullam animam recipio, quæ, me nolente, separatur à corpore. Tales stulta philosophia habeat martyres, habeat Zenonem, Cleombrotum, vel Catonem. Super nullum requiescit spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & timentem verba mea. Hoc est, quod mihi monasterium promittebas? quod habitu à matronis cæteris separato, tibi quasi religiosior videbaris? Mens ista, quæ plangit, sericarum vestium est. Interciperis & emoreris, & quasi non in meas manus ventura sis, crudelem iudicem fugis. Fugerat quondam & Ionas animosus propheta, sed in profundo maris meus fuit. Si viuentem crederes filiam, nunquam plangeres ad meliora migrasse. Hoc est, quod per Apostolum meum iusseram, nè pro dormientibus in similitudinem gentium tristaremini. Erubescite, ethnica cõparatione superaris. Melior diaboli ancilla, quam mea est. Illa infidelem maritum tranlatum fingit in cælum, tu mecum tuam filiam commorantem, aut non credis, aut non vis.

Sed dicis: Quomodo lugere me prohibes, cum & Iacob Ioseph in sacco fleuerit, congregatisque ad se omnibus propinquis noluerit consolari, dicens: Descendam ad filium meum lugens in infernum? Et Dauid Absalon cooperto capite planxerit, repetens: Fili mi Absalon, Absalon fili mi, quis dabit, vt moriar pro te fili mi Absalon? Moyse quoque & Aaron, cæterisque sanctorum solennis sit lucus exhibitur: Perfacilis ad ista responsio est: luxisse Iacob filium, quem putabat occisum, ad quem & ipse erat ad inferos descendurus, dicens: Descendam ad filium meum lugens in infernum, quia necdum paradisi ianuam Christus effregerat, necdum flammam illam rompheam & vertiginem præsentium Cherubin, sanguis eius extinxerat. Vnde & Abraham, licet in loco refrigerij, tamen apud inferos cum Lazaro fuisse scribitur. Et Dauid iuste fleuisse filium parricidam, qui alium parvulum, postquam vt viueret impetrare non potuit, quia sciebat non peccasse, non fleuit. De Moyse verò & Aaron, quod eis ex veteri more sit planctus exhibitus, non mirandum est, cum & in Actis Apostolorum, iam Euangelio coruscante, Stephano fecerint Hierosolymæ fratres planctum magnum: Et utique planctus magnus, non in plangetium exanimatione, vt tu putas, sed in pompa funeris, & exequiarum frequentia intelligendus sit. Denique de Iacob scriptura sic loquitur: Et ascendit Ioseph sepelire patrem suum, & ascenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis, & seniores domus eius, & seniores omnis terræ Aegypti, & omnis domus Ioseph & fratres eius. Et post paululum: Et ascenderunt cum eo quadrigæ & equites, & facta sunt castra grandia nimis. Ac deinde: Et planxerunt eum planctu magno & forti nimis. Planctus iste solennis, non longas Aegyptijs imperat lachrymas, sed funeris monstrat ornatum. Iuxta quem modum Aaron quoque & Moyse fletos esse, manifestum est.

Nequeo satis scripturæ laudare mysteria, & diuinum sensum, in verbis licet simplicibus, admirari, quid sibi velit, quod Moyse plangitur, & Iesus Naue vir sanctus, sepulchrum refertur, & tamen fletus esse non scribitur. Nempè illud, quod in Moyse, id est, in lege veteri

teri sub peccato Adam omnes tenebantur elogio, & ad inferos descendentes, concenter lachrymæ prosequantur, secundum Apostolum, qui ait: Et regnavit mors Rom. 5. ab Adam vsque ad Moysen, etiam super eos qui non peccauerunt. In Iesu verò, id est, in Euangelio, per quem paradysus est apertus, mortem gaudia prosequuntur, fletusque hostiæ Iudæi, & nudatis pedibus in cinere volutati, sacco incubant. Ac nè quid desit su- Gene. 25. perditioni, ex ritu vanissimo pharisæorum, primum cibum lentis accipiunt, videlicet ostendentes quali edulio primogenita perdiderint. Sed merito, quia in resurrectionem Domini non credentes, Antichristi præparantur aduentui. Nos verò, qui Christum induimus, & facti sumus, iuxta Apostolum, genus regium & sacerdotale, non debemus su- 1. Pet. 2. per mortuos contristari. Et dixit, inquit, Moyses ad Aaron & Eleazar & Ithamar filios Leui. 10. eius, qui relictæ erant: Caput vestrum non denudabitis, & vestimenta vestra non scindetis, nè moriamini, & super omnem synagogam veniat ira. Nolite, inquit, scindere vestimenta vestra, & luctum exhibere gentilem, nè moriamini. Mors nostra, peccatum est: Et, quod forsitan crudele alicui videatur, sed fidei necessarium est, in eodem Leuitico scribitur: quomodo sacerdos magnus ad patrem, matrem fratresque, vel liberos mortuos prohibeat accedere: nè videlicet anima Dei sacrificijs vacans, & tota in illius ministerijs occupata, aliquo impediatur affectu. Nonne alijs verbis id ipsum in Euangelio præcipitur, vt non renunciet domui discipulus? vt mortuo patri non exhibeat sepulchrum? Et de sanctis, inquit, non exiet, & non contaminabitur sanctificatio Dei eius, quia sanctum oleum vntionis à Deo super eum est. Certè postquam credimus in Christum, & oleo vntionis eius accepto, illum portamus in nobis, non debemus exire de templo, id est, de proposito Christiano: non foras egredi, incredulitati videlicet gentilium commisseri, sed esse semper intrinsecus, id est, voluntati Domini ministrare.

Hæc idcirco dicimus, nè ignorantia scripturarum auctoritatem tibi præberet in luctu, & videretis rationabiliter errare. Et adhuc sic loquutus sum, quasi vnam de turbis conuenerim Christianam. Nunc verò cum sciam toti te renunciasse mundo, & abiectionis calcatisque, delicijs seculi, orationi, ieiunijs, lectioni vacare quotidie, cum ad exemplum Abraham cupias exire de terra tua, & de cognatione tua, vt & Chaldejs & Mesopotamia Gene. 12. derelictis, terram repromissionis introcas, cum omnem substantiam, aut pauperibus dilargita sis, aut filijs ante mortem mundo mortua dederis: miror te ea facere, quæ si facerent cætera, reprehensione dignæ viderentur.

Redit tibi in memoriam confabulatio eius, blanditiæ, sermo, consortium, & quod his careas, pati non potes. Ignoscimus matris lachrymis, sed modum querimus in dolore. Si parentem cogito, non reprehendo quod plangis. Si Christianam & monacham, istis nominibus mater excluditur. Recens vulnus est, & tactus iste, quo blandior, nõ tam cutat, quam exasperat. Attamen quod tempore mitigandum est, cur ratione non vincit? Nam & Noemi famem fugiens, in terra Moab & maritum perdidit, & filios. Et Ruth 1. ceteris suorum auxilio esset destituta, Ruth alienigena ab eius latere non recedit. Vide quæ meriti sit deserere præstitisse solatiu. Ex eius semine Christus oritur. Respice Iob, Mat. 1. quanta sustinuit, & videbis te nimium delicatam, illum crectis in cælum oculis, inter Iob. 1. 2. ruitas domus, pœnas vlceris, innumeras orbitates, & ad extremum vxoris insidias, inuitam tenuisse patientiam.

Scio quod responsura sis: hoc illi quasi iusto ad probationem euenisse. Et tu è duobus elige, quod velis: aut sancta es, & probaris: aut peccatrix, & iniuste quereris, minoram sustinens, quam mereris. Quid vetera replicem? Præsentia exempla sectare. Sancta Melania, nostri temporis inter Christianos vera nobilitas, cum qua tibi Dominus, mihiq; Melania virtus, concedat in die sua habere partem, calente adhuc mariti corpusculo, & necdum humato, duos simul perdidit filios. Rem sum dicturus incredibilem, sed, teste Christo, non falsam. Quis illam tunc non putaret more lymphatico, sparsis crinibus, veste conscissa, læcerum pectus inuadere? Lachrymæ gutta non fluxit, stetit immobilis, & ad pedes aduoluta Christi quasi ipsum teneret, arripit. Expeditiùs, inquit, tibi seruitura sum Domine, quia tanto me onere liberasti. Sed forsitan superatur in cæteris. Quinimmo qua illos mente contempserit, in vnico postea filio probat: cui omni, quam habebat, possessione concessa, ingrante iam hyeme, Hierosolymam nauigauit. Parce quæso tibi, parce filia cum Christo iam regnanti, parce saltem Eustochio tuæ, cuius parua adhuc ætas & rudis penè infantia, te magistrante dirigitur. Sæuit nunc diabolus, & quia vnam cernit de tuis

liberis triumphantem, obrutum se esse condolens, querit in remanente victoria, quam in preunte iam perdidit. Grandis in suos pietas, impietas in Deum est. Abraham vnicum filium letus interficit, & tu vnica de pluribus queris coronatam.

Non possum sine gemitu eloqui, quod dicturus sum. Cum de media pompa funeris, te exanimē referrent, hoc inter se populus mustabat: Nonne illud est, quod sepius dicebamus? Dolet filiam ieiunij interfecit, quod non vel de secundo eius matrimonio tenuerit nepotes. Quouique genus detestabile monachorum non vrbe pellitur? non lapidibus obruitur? non precipitatur in fluctus? Matronam miserabilem seduxerunt, quæ quia monacha esse noluerit, hinc probatur, quod nulla gentiliū ita suos vnquam fleuerit filios. Qualem putas ad istas voces Christum habuisse tristitiam? Quomodo exultasse satanam, qui nunc tuam animam eripere festinans, & pij tibi proponens doloris illecebram, dum ante oculos tuos, filia semper imago versatur, cupit matrem simul necare videlicet, & solitudinem sororis inuadere relicta. Non vt terream loquar, sed, vt mihi testis est Dominus, quasi ante tribunal eius assistens, in hæc te verba cōuenio: Detestanda sunt ista lachrymæ, plenæ sacrilegio, incredulitate plenissimæ, quæ non habent modum, quæ vsque ad viciniam mortis accedunt. Vlulas & exclamitas, & quasi quibusdam facibus accensa, quantum in te est, tu semper homicida es. Sed ad talem elementis ingreditur Iesus, & dicit: Quid ploras? Non est mortua puella, sed dormit. Irrident circumstantes. Ista infidelitas Iudæorum est. Te quoque, si ad sepulcrum filia volueris volitari, angelus increpabit: Quid queris viuentem cum mortuis? Quod quia Maria fecerat Magdalene, postquam vocem Domini se clamantis agnouit, ad eius prouoluta pedes, audit: Nè tetigeris me: necdum enim ascendi ad patrem meum: id est, Non mereris tangere resurgentem, quem mortuum existimas in sepulcro.

Quas nunc existimas Blefillam nostram pati cruce, quæ ferre tormenta, quod tibi Christum videat subiratum? Clamat nunc illa lugenti: Si vnquam me amasti mater, si tua vbera suxi, si tuis instituta sum monitis, nè inuideas gloria mea: nec hoc agas, vt à nobis in perpetuum separemur. Putas me esse solam? Habeo pro te Mariam, matrem Domini. Multas hæc video, quas antè nesciebam. O quanto melior est iste comitatus. Habeo Annam, quondam in Euangelio prophetantem: & quod magis gaudeas, tantorum annorum labores, ego in tribus mensibus consequuta sum. Vnam palmam castitatis accepimus. Misereris mei, quia mundum reliqui. At ego vestri sortem doleo, quos adhuc seculi carcer includit, quos quotidie in acie præliantes, nunc ira, nunc auaritia, nunc libido, nunc variorum incentiua vitiorum, pertrahunt ad ruinam. Si vis, vt mater mea sis, cura placere Christo. Non agnosco matrem, meo Domino displicentem. Loquitur illa & alia multa, quæ taceo, & pro te Dominum rogat, mihi que vt de eius mente securus sim, veniam impetrat peccatorum: quod monui, quod hortatus sum, quod inuidiam propinquorum, vt salua esset, excepi. Itaque dum spiritus hos artus regit, dum vitæ huius fruimur commeatu, spondeo, promitto, polliceor, illam mea lingua resonabit, illi mei dedicabuntur labores, illi meum sudabit ingenium. Nulla erit pagina, quæ non Blefillam sonet: quocunquè sermonis nostri monumenta peruenerint, illa cum meis opusculis peregrinabitur: hanc in mea mente defixam legent virgines, viduæ,

monachi, sacerdotes. Breuis vitæ spatium æterna memoria compensabit. quæ cum Christo viuit in cælis, in hominum quoque ore victura est. Transibit & præsens ætas, sequentur secula post futura, quæ sine amore, sine inuidia iudicabunt. Inter Paulæ Eustochijque nomen media ponetur: nunquam in meis moritura est libris: audiet me semper loquentem, cum sorore, cum matre.

Verba ipsa nostrorum hæreticorum contra Monachos.

Matth. 9. Luc. 24. Iohan. 20.

Luc. 2. Blefilla rogat Dñm, matre, & veni peccatorum impetrat Hicronymo.

Blefilla cum Christo viuit in cælis.

VITA S. EPIPHANII TICINENSIS EPISCOPI  
PL. EDITA AB ILLIUS SVCCESORE B. EVODIO  
Episcopo. In exemplari MS. quod secutus sum, videntur quadam deesse.



Itam beati Epiphaniij Ticinensis antistitis narraturus, in uoco spiritum sanctum, testem actuum eius & comitem, vt ipsius auxilio gloriam serenissimæ conscientia, quam eidem cessit, tradam chartis victuris in seculo: vt exemplum præbitura virtutum, nunquam fama moriatur. Igitur vir insignis Epiphanius, cælestis militia tyrocinium sortitus, Ictoris Ecclesiastici suscipit officium signo antè calitatis demonstrato. Nam dum esset in crepundijs laetantis infantia, fulsisset eius cunabula videre quam plurimi, vt futura mentis claritatem lustrans eum & præcedens fulgor ostenderet, secuturumque splendorem in moribus iam tunc typica

luce signaret. Cana consilia in annis puerilibus meditabatur, & vernabat in illo præceteris mater bonorum operum, verecundia. Accipiebat scnes grauitè, iuuenes comiter, & coerebat iam tunc facinorosos audacter. Erat primis subiectus, prioribus sancta iungentibus obsecundans, æqualibus blandus atque officiosus, sequentibus mera charitate communis: nulli se præferens, cum religioso cursu per cælestem tramitem omnibus anteciret. Laudationis amore vacuus, cum quotidie in eo laudanda adolescerent. Cum res gloriæ dignas per horarum momenta cōsummaret, perire fructum gloriæ opinabatur atque mercedem, si prætulissent homines, quod soli Deo exhibebat absconditè.

Ridebant genæ, etiam cum animus moestitudine torpuisset: nitida simul labia commendabant dupliciter mella sermonum, nec non quocunquè vertisset oculos, serenitatem mentis nunciabat ad aspectus. Frons cereæ pulchritudinis & candoris illius, quæ solis passa radios, colorem traxit ab æthere. Nares in tanto naturaliter splendore formata, vt illas nequiret imaginibus corpora representans pictor æmulari. Manus teretes, prolixi digiti, de quibus alienigena aliquid gauderet accipere. Staturæ proceritas decens, quæ eminentiam securæ dignitatis præfiguraret in membris. Erat in eodem sermo ad doctrinam congruus, fabricatus ad blanditias. Ad intercessionem iam tunc arte lepore dulcissimus. Vox sonora, succo virilis eloquentiæ condita: nec tamen agrestis, nec rustica, nec infracta, gradatimque à mascula soliditate deposita. Talis iam ad octauumdecimum ætatis suæ peruenit annum, in quo in secundo à Leuitis numero dedicatus, senum cœtibus peradiunctus est. Stupere quamplurimi, sed externi, qui mores illius cum ætatis immaturitate iungebant. Seram credebant dignitatem hanc redditam esse, qui nouerant.

At ille venerabilis Crispinus episcopus, fauoris nescius, pertinaci tenens districtione censuram, & quem nunquam nisi bona conscientia duxit ad gratiam, sic eum mulcebat sensibus, vt morderet obrutum: & sub specie frontis rigida, clandestinum circa discipulum nutrebat affectum. Pascebatur alumni optabili conuersatione pater, & in omnibus eius actibus oculos amoenabat. In quo tamen ille subdiaconi ordine nihil amplius, quam biennio commoratus, meritorum suorum saltibus euectus exiliuit. Nec se diu intra angustias modici honoris anima est diues passa refrenari. Festinabat ad Leuiticam dignitatem conscientia, quam nunquam vota præsumpserant: exigebat conuersationem, quod desideria penitus ignorabant. Turbatur suscepti honoris tyrocinio homo, qui iam ducem poterat implere Christianum. Singulorum pro pudore inclinabat ad aspectus, quem vniuersa ciuitas quasi salutis signum aliquod attendebat. Interea supradictus antistes omnem Ecclesiasticæ conuersationis substantiam & diuitias pauperum suorum in eius potestate committit, volens ante episcopatum cognoscere, qualem futuris temporibus præpararet episcopum. At ille quotidianis profectibus, etiam cupidissimi in orationem genitoris vota transcendebat. Erat enim genitor eius, cum per euangelium conceptum verbi cælestis semine, foeta aluus effuderat. De pudicitia iuuenis mei quid loquar? In eo domum suam constituerat castitas, & continentia radices fixerat in profundis. Virum se esse, nisi per patientiæ laboris, ignorabat. Carnem habere, nisi cum

moribus. Zz 3

motiturum se meminerat, nesciebat. Vtebatur lectioe pro requie, librorum venerabilium pro blandimentis instrumeta suscipiens: & ne crederetur tramitem verborum celeritate transuolasse, pingebat actibus suis paginam, quam legisset. Si propheta fuisset in manibus, prophetantem videres amisso codice lectorem. Si testamenti veteris recensuisset volumina, Moyfi dignus amulator incedebat taliter, ac si illi Israëlitica per desertum agmina sequerentur. Si Apostolicorum lac verborum, & mel Dominicæ passionis, feneritatem legis condiens, scriptura index reuelasset, cōtinuò ex ore ipsius dulciora fauis verba fluxerunt. Postremò quod libri docuissent, vita signabatur.

Domum taliter regebat Ecclesiæ, vt nec profusione immoderata commissam pecuniam exhaurirer, nec odia sordium pietate cōtraheret. Intercessionum etiam tunc certamina preludabat. Nam vbicunque pro remedijs miserorum episcopi mittebatur imperio, tanta exigebat beneficium arte supplicandi, vt sentirent sibi in causis profuisse quàm plurimi, ipsum, per seipsum non venisse. Augebatur circa eum per singulos dies popularis affectus, & magnis successibus cumulabatur amor, qui ex iudicio descendebat. Desiderabatur in eo sacerdotiū, cum nemo nutritoris eius optaret interitum. Postquam tamē inualida senectus, & semper de infirmitatibus querula, venerabilem virum Crispinum pōtificem occupauit, istius sustentabatur manibus, in huius nitens erigebatur amplexus, cuius ministerio quicquid oprasset fieri, ante iussione videbat impletum. Presentiunt enim bonæ mentes eorū desideria, quibus cum integritate famulantur.

Aliquantis verò diebus emensis, morbo regio perfusus, lucem seculi nostri superna habitatione commutauit. Extemplò istorum bonorum omnium in istum cōsensu adducitur, magnus ilicò in tota vrbe concursus: rapitur à lamentatione funebri in gaudiū populi consecrandus antistes. Tantùm magis surgebat in eo dilectio cūctorum, quantum in multitudine magna solus erat, qui se vocitaret indignū. Exultat mundus de tam sanctæ ordinationis insignibus. Extraneorum habitatores vrbium tanto se tripudio laetabant, quasi ipsi propriè profuturum, insula sacerdotalis exciperet. Exacto ergo dedicationis suæ tempore, conuocatisq; vniuersis presbyteris ac ministris, talibus eos instruxit ac cōfortauit alloquijs: **Quauis me, fratres charissimi, inter primordia immatura titubantem, iudicij vestri & susceptæ dignitatis oppresserit pondus, memini tamen, quàm magna vestra gratia debeam, cui maxima contulistis: & licet vobis parendi magis quàm iubendi habuerim voluntatē, mutauit tamen per officium personam, seruiendi animum non omisi. Estote pacifici, estote vnanimes, onus meū mecum diuidite. Fit enim ad portandum facilis sarcina, quam multorū colla sufferat. Meam vobis cōmunionem seruandā cum omni humilitate polliceor, neq; futurū esse quenquam, qui me nisi cum Deo meo possit offendere. Et ne iniuriosum putetis, qui grandæuos & presbyteros de continētia & integritate seruada puer appellat: cōuersatio, nō anni, aut adolescentiam aperit, aut senectū. Speculamini meæ cōuersationis itinera: & si indignū aliquid cognoscitis, coërcete. Nemo ecclesiæ principem admonere timeat, si probat errantem. His ita didicis, conticuit. Surrexerūt omnes, & cōsona quique, ex meditatione pristina, sub momentanea tamen voce, dixerūt: Ave pōtifex singularis: optimū te tua testatur alloquia. Crescis sanctis meritis apud conscientiam nostram, & aperiris luce operū supra quàm porrigebatur opinio. Quibus breuiter perstrictis, suscepto omnes munere discesserunt.**

Mox per vniuersum mundum sanctam illius conuersationem illa, quæ licet in gloriosis tardior solet esse, fama non tacuit, sed ad aures Recimeris, qui tunc secundus ab Anthemio principe habitus, Rempublicam gubernabat, detulit. Nam Imperatore Romæ posito, seminarium iecit scandali illa quæ dominantes sequestrat, inuidia, & par dignitas, causa discedit: Et lis ipsa, circumstantium cōsilio nutriebatur. Nutabat status periclitantis Italia, & affligebatur ipsis discriminibus grauius, dum expectabat futura discrimina. **Quid plura? Mulcetur Recimer, & velle se reparare concordiam, permotus multorum fletibus, pollicetur. Sed quis, ait, potissimū huius legationis pondus accipiet? Tunc omnes vno ore responderūt: Nobis est persona, nupèr ad sacerdotium Ticinensis vrbs adscita, cui est vultus vitæ similis, quem venerari possit quicumque, si est catholicus & Romanus: amare certè, si videre mereatur, & Græculus. Jam si ad sermonem eius veniamus, nunquàm sic diras aspides verborum digitis, incantator Thesallus violentis poterit euocare carminibus, quomodo ille effectum petitionis suæ etiam à negaturis extorquet. Pendet in arbitrio eius, cum loqui cœperit, sententia audientis.**

Tunc

Populi erga eum studiū &amp; amor.

Inuitus fit episcopus.

Oratio eius ad Clerum.

Vide Nice. Hist. Eccle. lib. 15, ca. 11.

Tunc Patritius Recimer ita respondit: Detulit ad me hunc hominem fama glorio-  
sim, & in hoc admirationi magis mihi est, quòd omnes habeat laudatores. Ite ergo, &  
rogate hominē Dei, vt ambulet: iungite etiam meas preces. Egressi de concilio, statim  
Ticinum petunt, causam narrant, fufis, vt istum laborem susciperet, B. Epiphanius ro-  
gatur lachrymis. Qui ne extenuaret beneficium, si filios diuina supplicatione torque-  
ret, antecessit desideria postulantium. Quos tamen taliter allocutus est: **Quauis tan-  
tæ rei necessitas probatissimæ personæ pondus inquirat, & titubet sub graui sacce por-  
tor immaturus: affectum tamen, quem debeo, patriæ non negabo. Quibus breuiter  
narratis, quomodo erat loquendi parcus, ad Recimerem patritium perrexit: A quo si-  
mil visus & electus est.**

Mandato igitur sibi legationis ordine, Romam petijt: perfertur ad principem An-  
themium, studio legationis episcopum venisse Liguriæ hominem, quem nullus possit  
etiam diues eloquio, sufficienter exponere. Dicit Anthemius: Tales dirigit, qui suppli-  
catione expugnent, quos ille lacessit iniurijs. Perducite tamen hominem: qui si possi-  
bilia precatur, admittam: si difficilia, supplicabo, ne excusationem meam grauetur ac-  
cipere. Dubito tamen, an Recimer apud me, quod poscit, obtineat: quem scio in con-  
ditionibus proponendis, rationis terminum non tenere. Sed veniat directus antistes,  
& laudatam iam pridem præsentet effigiem. At venerabilis & seculis omnibus proba-  
tus pontifex, posteaquam introgressus est, tali narratione incipiens, ianuā oris referat:  
Summa cælestis Domini, venerande princeps, est ordinatione dispositum, vt cui  
tantæ Reip. cura mandabatur, per catholicæ fidei dogma Deum & authorem & ama-  
torem pietatis agnosceret, per quem bellorum furorem pacis armis cōfringunt, & cal-  
cans colla superbiæ, concordia superat, quod fortitudo non præualet. Sic nanque Da-  
uid prædicabilem parcendi magis inimico animus reddidit, quàm intentio vindicandi.  
Sic perfecti seculorum reges & domini, supplicantibus indulgere cælesti arte didice-  
runt. Supernæ nanque dominationis instar possidet, qui imperium suum pietate subli-  
mat. Hoc itaque Italia nostra freta iudicio, vel Recimer patritius, paruitatem meam  
oratum direxit, indubitanter conijciens, quòd pacem Romanus Deo munus tribuat,  
quam precatur & Barbarus. Erit enim vestris propriè profuturus triumphus annalibus,  
si sine sanguine viceritis. Simul nescio, quæ species fortior possit esse bellorum, quàm  
dimicare contra iracundiam, & fortissimi Getæ pudorem onerare beneficijs. Grauius  
enim percellitur, si postulata impetret, quem puduit hætenus supplicare. Cogitate,  
quia bene causæ suæ ordinem dirigit, qui pacem prius obrulerit. Hætenus admirandus  
pontifex profecutus, loquendi finem fecit.

Tunc princeps erigens oculos, ita orsus est: **Quauis inexplicabilis mihi, sancte anti-  
stes, aduersus Recimerem causa doloris sit, & nihil profuerit eum fuisse donatum maxi-  
mis à nobis beneficijs, quem etiam (quod non sine pudore & regni & sanguinis nostri di-  
cendum est) in familiæ stemma copulauimus, dum indullimus amore Reipublicæ, quod  
videretur ad nostrorum odiū pertinere: Nesciuimus parcere sanguini nostro, dum ser-  
uamus alienum. Benè tamen apud nos compertum est, perire Imperatori laudem suæ  
virtutis, qui pro aliorum cautela non metuit. Sed vt tuæ venerationi ad liquidum co-  
natus illius aperiamus, quotiès à nobis maioribus donis cumulatus est, totiès grauior  
inimicus apparuit. Postremò etiam, vbi nocere non potuit, nocendi tamen fomenta  
suggerit. Huic nos pacem dabimus, hunc intestinum sub indumento amicitiarum ini-  
micum sustinebimus, quem ad fœdus concordia nec affinitatis vincula tenuerunt?  
Grandis cautio est, aduersarij animum cognouisse. Postremò, si solitæ calliditatis astu-  
tia etiā te fefellerit, certamenq; iam vulneratus assumat, me tamen statimq; Reipubli-  
cæ tuis committo & commendo manibus, & gratiam, quam supplicanti & profuso per  
se Recimeri negare disposuerā, per te primus exhibeo. Quis tibi enim excusare præsu-  
mat beneficium postulanti, cui oportuerat ante preces offerri? Hæc Imperator.**

At venerabilis sacerdos, Gratiæ, inquit, omnipotenti Deo, qui pacem suam princi-  
pimenti inseruit, quem ad instar superni dominatūs vicarium potestatis suæ voluit es-  
se mortalibus. Quibus breuiter narratis, discessit, festinans ad Liguriam reuertit, quoni-  
am resurrectionis Dominicæ tempus instabat, per quod maceratis ieiuniorum cruce  
corporibus, carne frigida, spiritus hilaris recalesceret, dum à redemptore nostro, mori-  
endo mors vincitur, & fidelis speci cibis anima saginatur.

Suscipit le-  
gationem  
ad Impera-  
torem.Oratio ad  
Anthemiū.

1. Reg. 24.

Accusatur  
grauiter Re-  
cimer.Imperator  
ei ignoscit.



Inuisit loca sacra.

De Tholosanis partibus aliquando regrediens, singula sanctorum habitationum loca visitabat, vnde singulos vitae flosculos decerpit ex omnibus, quos in se boni generis fomes insereret, & ad maturitatis tempus grauida pomis caelestibus arbor adduceret. Crescente laudum cumulo, in eo humilitas pariter sentiebat augmentum. Igitur dum talibus se disciplinis & laboribus Christi & Dei nostri operarius exerceret, ecce ille quietis nescius, & scelerum parrator inimicus, magna dolorum incrementa cogitatinat, & inquit, quibus virum integerrimum passionibus lacefferet. In eiusdem anni periculo, summa demonum turba de obsessis coeperunt clamare corporibus, flagris se & cruciatibus nimis vt fugerent, sacerdote Epiphano imperante, compelli. Quos ille, modica cum fletu oratione profusa, ad extrema terrarum confinia transmittibat, ac diuersis vocibus ciulantes, meritorum suorum vrgebat imperio. Sed cum talia iugiter per Christi gratiam faceret, nihil sibi de praesumptionum statibus assuebat. Tollit enim illis boni meriti potentiam, quibus supercilium fiducia benignitatis attulerit.

Profligat daemones.

Felicitate migrat a vita.

Corpus ex anime mire splendet.

Anima eius praepotens nunc apud Deum.

Sed quid frustra gestio singulorum species laborum eius vel formas eloqui, dum quod non explicat possibilitas, praesumit affectus, datque terminum latiora opinantibus sermonis angustia? Cum autem beatissimus cerneret pontifex, sarcina carnis abiecta, maturius se ad purum aetheris euolare fulgorem, laeto animo ac vultu sereno, hymnis & canticis resonans, ad sedem suam caelestis anima remeabat. Illud itaque silentio praeterire non debeo, quod eius sanctae reliquiae vsque in diem tertium, quo cum summa veneratione reconditae dinoscuntur, tanto lumine ac decore vestitae cunctorum visae sunt oculis, vt splendorem vitae vultus signaret defuncti, & depositam gloriam iam tunc percepisse gloriosum vas crederetur, in quo verè fuit thesaurus magni regis inclusus. Quae fuerunt ibi flumina lachrymarum, qui planctus, silebo, ne post anno sa curricula, nouellum dolorem scriptor incutiam. Sed quae iam temperemus a luctibus, contra quam tristitia resoluamus frontem. Excelsa cum Deo possidet, cuius obitum moeremus in terris. Intellego, quod nunquam ad silentem flens benè veniat consolator. Haec sancto patri & doctori peritissimo, idoneus affectu, non scientia impendi, vt aliquos de conuersatione eius flosculos relegerem, vt est longum iter agentibus in vsu positum, qui non omnes obuios consalutant. Tu mihi anima praepotens apud redemptorem tribue, vt pectore liber, & cura vacuus, munda tibi, sicut debentur, praeconia mundus exoluam. Haec enis Euodius.

CERTAMEN SANCTI PATRIS NOSTRI CLEMENTIS ANCYRANI EPISCOPI ET MARTYRIS, auctore Simeone Metaphraste.

IANVAR, 21.

Patria Clementis.

Parentes.



OST ducentessimum & quinquagesimum annum Domini nostri Iesu Christi, anno duodecimo Valeriani Imperatoris, Consulibus ipso Valeriano & Luciano, ille verè magnus & admirabilis Clemens, Ancyrae Galatarum provinciae, tanquam egregius aliquis palmes, multis boni spiritus botris erat omni ex parte plenus. Ea enim cum ipsum tulisset, & multis etiam alijs ciuitatibus misisset praclarum exemplar martyrij, ipsa quoque collegit pulchros fructus consummationis. Erat autem genere insignis, ex nobili quidem & alto deductus sanguine. Erat enim ei pater & mater, haec quidem ex ambobus parentibus claris & fidelibus: ille autem in religione a Sophia fidei valde dissidens, & gentili deditus stultitiae. Nam cum eam haberet vitae sociam & habitationis, multa semper dicens & faciens, conabatur eam facere sociam religionis. Ea autem cum animi magnitudinem maritum superaret, hoc maiori studio contendebat, vt si qua ratione fieri posset, eum deduceret ad veram pietatem. Sed ille quidem dormiens in profundis erroris tenebris, erat sua sponte malus, & recusabat adspicere magnam lucem veritatis. Quocirca sic quoque miser duplici morte moritur, nempe carnis & animae: Solus autem vxori filius, hic Clemens admirabilis, ex ipso relinquitur, adhuc infans, & quem mater suis tenebat vlnis, & eius alebatur vberc.

Cum

Cum sic ergo esset mater marito vidua, labaretque adhuc spes eius de puero, ei tantam dabat operam, & ei tam diligenter attendebat, vt ei esset omnia, & pater, & paedagogus, & mater. Nam primum quidem cum studiosè alebat, & ea faciebat, quae par est matri filio. Cum autem iam ad eam peruenisset aetatem, in qua sunt pueri capaces disciplinarum, ei rectam pietatis rationem rectè sapiens suggessit, vt quae eum rectè Clementem nominauerit, vel potius propheticè, & vt fini conueniebat. Sciebat enim fructum multarum animarum, etiam si multi reges, veluti quidam non boni agricolae, eum sepe multis rotonderint supplicijs, vt deinceps procedens declarabit oratio. Cum irà se haberet Clemens, & à matre beneuola tam pulchrè aleretur atque educaretur, propinquum illa sentiens decessum, puerum benignè & amanter complexa, qui duodecimum nondum annum compleuerat, non magis eum suarum facultatum, quam thesauri, qui est in caelis, haeredem conabatur facere, haec cum suauissimis ei mandans amplexibus:

Clemens Matris more ad ritum ad orationem.

Fili mi, fili charissime, fili, qui prius, quam tuum videres patrem, vidisti orbitatem Dei autem patris opibus es locupletatus, & orbitate vsus es ad felicitatem: ego quidem te produxi corpore, Christus autem regnerat per spiritum. Cognosce tuum patrem, vide ne eius filij denominatio sit tibi falsè imposita. Serui soli Christo, in Christum tuam colloca fiduciam. Is verè est immortalitas, is salus, is qui de caelo descendit propter nos, & nos quoque vnà secum in altum extulit, & filios suos effecit, & deos. Qui ergo huic pareat Domino, superabit quaecunq; sunt difficilia, non solum, qui simulacra honorant, Tyrannos & Reges deprimens & deiciens, sed eos etiam, qui ab ipsis honorantur, daemones pudore afficiens, eorumque ducem & Praesidem diabolium. Deinde inter loquendum oculos suffusa lachrymis, & diuina contemplatione impleta à gratia, ea etiam, quae erant euentura Clementi, persequitur vel maximè propheticè: &, Rogo te, dicebat, fili charissime, rogo te, vt mihi des vnam gratiam pro omnibus. Quoniam enim instat tempus difficile, & vehementer spirat impietatis persecutio: es autem ipse quoque, vt noster dicit Dominus, ad reges propter ipsum Praesidesque ducendus, hunc mihi honorem concede fili, vt pro ipso stes fortis & strenuus, & mihi firmam ac stabilitam conferes confessionem: & confido in Christo meo, o membrum meum, confido, quod citò in tuo quoque capite florebit corona martyrij.

Matth. 10. Hortatur eum ad constantiam.

Para ergo te ipsum, & ad magni animi virtutem tuam incita animam, ne te imparatum offendant certamina. Non enim aduersus hostes contemnendos, neque de rebus leuibus est decertatio. Sed sunt aduersarij quidem ipse malignus, illiusque ministri & satellites: agitur autem de vita aeterna & honore, aut rursus de dedecore, quod nunquam terminatur & supplicio. Aut ergo te bona adhortentur, aut graui deterreant. Turpe est, o fili, milites quidem pro seruo & mortali rege lubenter mortem oppetere, nos verò non hoc velle similiter subire pro rege immortali. Quamquam ipsi quidem ab eo nihil accipiunt, quod respondeat meritis tantae beneuolentiae. Quod enim donum tanti est momenti, quanti vita? aut quisnam post mortem est sensus eorum, quae donantur? Sed si mortuus fueris pro Christo communi omnium Domino, pro vita, quae est ad tempus, habebis immortalem: pro delicijs & gloria & quae semper fluunt diuitijs, aeterna fruèris beatitudine. Quid verò, etsi nunc non moriamur? non paulò post omnino moriemur, & omnibus commune reddemus debitum? Et alioqui quae propter Christum mors suscipitur, ne mors quidem iure existimabitur. Semper enim meliore spe futurorum, eius sensus admittitur.

Merces martyrum.

Ante omnia autem, o fili, illa sunt consideranda, quemadmodum ipse effector vniuersae creaturae naturae, & nostri generis opifex, propter nos homo factus est: & cum in terram venisset, conuersatus est cum hominibus. Cur non dico id, quod est maximum, quod pro nobis quoque, ingratissimis famulis, Dominus morte est condemnatus, consputus, colaphis pulsatus, & postremò mortuus? Et haec omnia ipse passus est propter nos & nostram salutem, vt peccati solueretur tyrannis, vt prior tolleretur condemnatio, vt caeli portae nobis rursus aperirentur. Quomodo ergo non erimus venia indigni, o fili, si ipse quidem pro nobis, qui grauisissima perpetravimus, isque cum sit Dominus, talia passus sit: nos autem ne pauca quidem propter illum sustineamus? Haec, o fili, considera, & nihil te separet à charitate Christi, non minae Praesidum, non tormenta ac supplicia, non

Cur passus & Christus.

non metus regum, qui sunt ad tempus, quorum ira citò decedit cum supercilio, & ignis extinguitur, & ensis rubigine obducitur: sed potius te consolentur bona, quæ sunt parata Martyribus, & calum ipsam, quod est tibi propositum præmium martyrij.

Hæc quotidie mater ei suggerebat, vt quæ eius, qui verè est sapientia, spiritum haberet per se loquentem, cum pueriam esset canus prudentia etiam ante ætatem, & profundiore opus haberet admonitione. In fine autem hæc quoque adiecit: Hæc mihi tuæ matri redde, ô fili, pro tuæ nutritione: hæc sit mihi merces meorum in te pariendo doctorum, ô fili iucundissime, vt ego quoque mater, ex Pauli sententia, salua siam per liberorum procreationem, & in membris filij glorificer. Ecce enim, ô fili, ego quidem iam recedo, (senferat enim se morientem, virtute gratiæ) & hæc lux sensibilis mihi manè non illucescet. Tu verò mea in Christo lux & vita, & te rogo mea viscera, nè ea spe fallar, quam de te concepisti. Vna mulier Hebræa aliquando septem produxit Martyres, & ipsa in illorum septem decertauit corporibus. Tu autem vel solus mihi sufficies ad gloriam, & beata ego inter matres, quod per te ero insignis. Ecce vado ante te, ô fili, & deinceps quidem corpore separor hodie à tuis suauissimis oculis: animam autem meam, postquam decessero, existima ô fili, à tua semper pendere, cū qua confidenter Christi adorabo tribunal, tuis glorians laboribus, de tuis propter ipsum notis ac stigmatibus me magnificè circumspiciens, & magnificorum illorum præmiorum & lætitiarum futura particeps.

Hæc mater dicebat filio, & simul omnia illius membra deosculabatur. Felix ego, rursus dicens, quod membra Martyris deosculor, membra offerenda Christo sacrificium. Sic ergo eum amplectens, & quam suauissimè differens, verè beata quiete requieuit, cum spiritum quidem Deo, corpus autem dulcissimis filij manibus commendasset. Ille autem, vt qui in beneuolam matrè fuisset semper pius filius, illud quidem sepelit splendide & magnificè. Ipse verò vitam suscipit monasticam, hoc statim primum matris concedens mandatis, vt à mundo propter Christum discederet, qui postea propter illum à vita quoque erat discessurus. Atque Clementi quidem sic matre orbat (Deum enim habebat patrem) ille ei rursus aliam inducit matrem, quæ nec nomine, nec moribus quidquam differebat à priore: ipsa quidem & genere insignis & diues, quæ ipsa quoque similiter vocabatur Sophia, & noctū & interdū semper versabatur in orationibus. Cū esset autem, si vlla alia, filiorum amantissima, carebat omnino filijs. Diuina verò prouidentia, quæ res eorum ex alto administrabat, nec ferens teneram Clementis ætatem esse à matre desertam, & rursus volens explere Sophiæ desiderium, Clementem sapienter ad ipsam adducens, vt adoptet efficit. Cū re vera autem esset sapiens Sophia, in ea quæ est ex Deo sapientia, ipsa eum instituebat, & perinde ac ipsa eum peperisset, in Clementem erat affecta, & summam curam eius gerebat. Neque verò Clemens minus, quam par erat in matrem, amorem in eam ostendebat: sed puram quidem ac synceram in eam reuerentiam seruabat & desiderium. Præceptoribus autem plurimum quoque fructus mox reddidit, sicut bona quædam terra & pinguis, quæ nequaquam agricolam propter paucitatem molestia afficit: sed per eorum, quæ nascuntur, multitudinem prouocat potius ad alia deiicienda semina: ea quidem, quæ habebat, communia proponens ijs, qui egebant, ex æqualibus, suæ autem linguæ eos instituens sapientia, & eos ad agnitionem deducens veritatis.

Cum itaque aliquando fames inuassisset Galatiam, & omnibus similiter hominibus & pecoribus afferret exitium, ipse tollens infantes gentiliū, quicumque relicti fuerant orbat parentibus, & quicumque rursus propter paupertatem in viam proiecti fuerant, & amictu quo corpus tegerent & alimento egebant necessario, alebat, vestiebat, instituebat, & quod his erat longè maius, ad Deum adducebat: ea quidem, quæ ad corpus pertinebant, ex fidelis Sophiæ pecunijs lætus suppeditans: quæ autem ad doctrinam pietatis, & morum ornamentum, & animæ utilitatem, à domo ipse proferens ex sapientia spiritus. Quos quidem, cum & apud ipsum viuerent, & ab ipso rectè componerentur, & cum eo recti & salis & assidui essent sermonis participes, & illius doctrina indies irrigarentur, paulatim virtuti affluefecit, & procedente tempore excitatus est eorum animus, vt cum ipso admirabili Clemente decertarent. Quocirca non solum multos habebat filios, sed eos bonos & benè educatos, Sophia, quæ prius carebat filijs, velut quandam ciuitatem ex his construens adolescentibus, Deo vndique circumdatam, qui

1. Tim. 2.

Prædicat  
obitum suum  
mater eius.  
2. Mac. 7.

Obitus matris.

Clemens fit  
monachus.Adoptatur  
à Sophia,  
optima matrona.Eius præ-  
clara facinora.

quæ est matris longè tutissimus. Clementi autem cum alijs virtutis laboribus, legumina quoque solum erant alimentum. Ab animatis enim omnino abstinebat, illorum trium semper memor puerorum: quorum corpora cum acuisset ieiuniū, effecit vt expugnari quidem non possent ab igne vitiorum, neque fundi flamma fornacis sensilis.

Sedenim oportebat lucernam imponi candelabro, & videri ciuitatem, quæ est posita supra montem, & Clementem, qui resplendebat tanta luce virtutis, nancisci sacerdotium, vt sic quoque pluribus fieret via salutis. Propterea & Dei è superis suffragio, & communi sententia omnium, qui erant in Galatia, primum quidem sacer præco sacri atrij, deinde etiam paulò post diaconus creatur & presbyter. Cū duo autem deinde anni præerissent, ad Episcopalem quoque sedem prouehitur, alius inter sacerdotes hic quoque exortus Daniel, vt qui etiam si esset iuuenis, omnem tamen sacerdotis senectutem virtute superasset, & ostendisset senectutem non esse huiusmodi, vt rerum bonarum omnino certos efficiat possessores: sed nonnunquam etiam rectè institutam iuuentutem, esse virtutis non contemnendam custodem. nam vicissimum quidem annum iam attigerat. Cū autem ei esset mandatus magistratus, maiorem curam gerebat orphanorum, eos primum sacras docens scripturas, & deinde etiam diuino eos dignans baptismo, & ad eos, quos par erat, gradus, non omnes, sed dignos referens. Hinc factum est, vt ex locis vicinis omnes confluèrent, suos filios ad ipsum ex toto animo adducentes. Quos quidem tanquam germanos suos filios suscipiens, similiter educabat atque instituebat. Sed sunt hi quidem primi re vera fructus virtutis boni Clementis, & talia præmia sacerdotij.

Deinceps autem ei finem incipiunt accipere matris prædictiones, & contexi diuina corona martyrij, est autem à nobis oratio ducenda paulò altius. Cū Diocletianus Romanum suscepisset imperium, & in eo primum annum ageret, noua quidem generatorem minæ fuerant intentata, & mittebantur literæ per omnem terram, quæ parebat Romanis, quæ magistratibus & præsidibus vicarijsq; & proconsulibus aduersus pios supplicia & cædes iniustas significabant, & ijs, qui in ijs fuissent negligentes, æquale minabantur periculum: ijs autem, qui diligenter fuissent executi, opes pollicebantur, dona, & esse inter primos amicos Imperatoris: & eum honore omnes esse superaturum, qui in his rebus fuerit studio superior. Qui ergo in vrbebibus & regionibus erant impij Præfides, ex obsequio in Principem ducentes suæ fomitem insaniam, in hoc consentiebant, vt eos, qui in pietate vivebant, conscinderent, & ita omnes delerent & de medio tollerent, vt eorum, qui timebant Dominum, nullus euaderet. Itaque ad Domitianum quoque, qui Vicarij gerebat magistratum, & versabatur in partibus Galatiæ, referunt de hoc magno & admirabili Clemente, quod cum infantium magnam abstraxisset multitudinem, ad Christum qui dicitur, adduceret, & magnorum deorum cultum, quantum posset, prohiberet: per suaderet autem multis illi animum adhibere, & viuum solum eum Deum prædicare.

Hæc simul ac audiisset Domitianus, eum iubet adduci. Qui cum paulò post ante eum constitisset, eum blandis & insidiosis verbis ad se attrahere conabatur. Quæ videntur, dicens, nequaquam conueniunt & congruunt ijs, quæ de te allata sunt, accusationibus. Vultus enim & species liberalis, morumque mansuetudo & moderatio, mihi omnino videntur prudentis & ingenui animi. Quæ autem de te dicta sunt ab alijs, sunt puerilis potius inscitia, pusillique animi & planè illiberalis. Res verò ipsa id indicabit. ex te enim vera discemus facilius, si pauca quædam dederis verba tuæ prudentiæ. Martyr autem, Nostra, inquit, prudentia & intelligentia est Christus, qui est verè sapientia, qui Dei est Patris filius & verbum: cuius verbo producta sunt omnia, à quo ipsum quoque dicere & sapere nos habemus. Respondens autem Vicarius, Me, inquit, per deos affecisti molestia, cum has præter omnem spem statim ab initio nugæ dicere ceperis. Sed si mihi credas, has longas nugas multum valere iubens, veni & dijs sacrificia propitius: eorum quidem, qui eos contemnunt & inficiantur, supplicia: eorum autem rursus, qui venerantur & colunt, honores reputans. Eorum verò, qui dicuntur, nos tibi sumus exemplum, qui per ipsos ad hunc peruenimus magistratum, & beneficij gratias eis referimus, honorando eos, qui ipsos colunt, & supplicijs afficiendo eos, qui nolunt parere.

Cū

Eius victus.

Dan. 3.

Diaconus  
& presbyter  
ordinatur.Anno ætatis  
vicissimè  
fit episcopus:  
sed id facti  
Canonis iam  
non sunt.Sancitiam  
Diocletiani.Sistitur in  
dici Clementis.

Constantia  
martyris.

Cum ad hæc ille risisset, vt est consentaneum, quoddonorum, quibus afficeretur, & turpium meminisset honorum, & promptum eius animi studium videretur his dissoluere: Sed nos quidem, inquit, o Præses, sentimus his contraria, & damnum quidem vestra dona: honorem autem, ignominiam: & magistratum esse putamus seruitutem: contumelias verò rursus, supplicia, & minas, voluptatē & delicias: & quod est his maius, cum Deo coniunctionem. Hęc cum tu scias, nec promissis & honoribus, neque rursus minis & supplicijs, existimes te posse nos abducere à pietate. Hęc paulatim mouebant animum Domitiano, & sanctum ac rursus intuens, Ego te, inquit, omninò feci arrogantem, cum me in te tam leniter gesserim. Non est autem mirum, si cum tu perpetuò vitam agas cum pueris, non absumilem eis sensum habeas. Cæterum nisi & quos placaris sacrificijs, & hinc nostrā lucrifeceris benevolentiam, scias poenam mortis esse tibi subeundam, eamque, non quæ breuiter & citò afferatur, vt tu fortassis existimaueris: sed multis prius & varijs affecto supplicijs. Deinde etiam esse grauissimum sustinendum modum mortis, vt & ipse malus male abolearis, & tuo exemplo castigos multorum arrogantiam.

Blanditiæ  
iudicis mu-  
tantur in  
minas.

Matth. 11.

Admirabilis verò Clemens, Quoniam mihi, inquit, pueros obijcis, Ego, inquit, tui pueris eam indere prudentiam, quam ignorant qui sunt apud vos viri, & ex his ipsis qui sunt seniores & sapientiores. Nam quæ est verè Dei sapientia, seipsam abscondit à sapientibus & prudentibus, & reuelat videlicet infantibus. Glorior autem & prædico me offerre sacrificia, sed Deo meo rationabilia: non, vt ipsi, torretes sanguinis, fumosque & nidores, quibus eos, qui sunt apud vos, deos colitis vel maximè præter rationem. Quòd si meū sanguinem pro ipso sacrificauero, ita mihi quoque aderit, si non ex equo, at aliqua ex parte Domino meo vicem rependere. Etenim me Christe rex ipse tuo precioso redemisti sanguine.

Dirè cruci-  
atur mar-  
tyr.Fert patiens  
illimè.Lictores li-  
ctoribus  
succedunt.Vide atro-  
citatem.Lingua ver-  
sura serpen-  
tis antiqui.

Hęc cum Martyr cum magna dixisset fiducia, abiecta persona præses, quam olim in ipsum parturiebat insaniam, eam produxit in medium: & cum sublimem super lignum statim athletam sustulissent qui aderant, quòd is irā iussisset, eius latera laniabant, & acclamabant, nè iussa contemneret Imperatoris. Profundi itaque fulci secabantur in illius carnibus, & earum magna pars auferbatur, & forma internerum aperiebatur viscerum, vt ne hominum quidem oculis esset tolerandum spectaculum. Ille autem non est animo commotus, non mutauit formam, non vocem, non verbum emisit miserabile, non gemitum eius, qui dolore cruciatur: sed perinde veli esset securior ijs, qui aderant & contemplantur, & minùs sentiret, quam ipsi qui cædebant, magno animo agebat gratias Deo agonothetæ. Cum verò in eius supplicio multum temporis confunderetur, & remissæ quidem essent manus lictoribus, Martyr autem eundem fortem & generosum ostenderet animum, volens Præses dissoluere fortis eius animi robur, Noli, inquit, o tu existimare fore, vt tu me superes fortitudine: sed etsi longum tempus effecerit, vt eorum, qui cædunt, dexteræ sint parùm defessæ, at ego rursus eorum loco alios ponam recentes, qui non prius te cessabunt cadere, quam nuda carnibus ossa tua reliquerint. Statimque lictores ex successione rursus Martyrem circumstantes, ei quoque similia faciebant prioribus, donè eis quoque similiter manus imbecillæ fuerunt & defessæ.

Ille ergò stultus Præses, partim quidem admiratus Martyris constantiam: partim autem pudore affectus propter lictorum imbecillitatem, iussit eum deponi de ligno. Ille verò talis erat, qualem nec oculi lictorum adspicere, neque manus sustinebant tangere. erat enim omninò nudatus carnibus, eisque tanquam veste erat exutus: solum autem propterea, quòd essent ossa fixa, homo esse videbatur: quæ ipsa quoque erant illi ta sanguine, quoddam nouum & alienum spectaculum: & quod vel ex se possit efficere, vt caligent oculi. Quocirca cum ille desperasset se posse ei vim asferre & castigare, vt potè quòd ei visum esset inutile, persuasione rursus apud eum utebatur & lenitate. & duæ tibi, aiebat, o Clemens, fuere causæ tantorum malorum, inuidia & contentio: sed ad te quidem à fortuna peruenit inuidia, quæ tibi omninò inuidens, non sinit res tibi succedere ex sententia. A natura autem est tibi contentio, ea enim te ad intempestiuam rursus litem incitans, prohibet quo minùs nobis pareas: & idèd in mala te coniecit extrema: magnis autem priuauit muneribus, quæ eras consecuturus, si voluisses cedere iussui Imperatoris: vel potiùs tibi quoque fortuna iniecit contentionem, volens tibi omni

omni ex parte aduersari, & tua semper labefactare. Sed vel breue aliquod momentum temporis parce misero corpori, & noli, dum in re vana vis ostendere egregiam animi constantiam, immaturam mortem & violentam subire.

Ad hæc Clemens admirabilis, alias illius nugas ne minimùm quidem curans, hoc ei solum respondit: Quæ mihi à te mors est asserenda, o Iudex, & corpori interitus vacuitatem, & animæ efficit immortalitatem. Et hoc, inquit Vicarius, omninò est vestræ stultitiæ, id quod est bonum, vsque adeò ignorare & negligere, vt & dulcem hanc lucem, benignumque; & lætum illud astrum, nempe solem, quæ ad fruendum & nos oblectandos diu nobis concesserunt, spe alicuius alterius incertæ vitæ amittatis. Etenim si rursus in eadem permanere inobedientia, acceperis quidem aliquam breuem à tormentis dilationem, nè tam vehementibus supplicijs tibi corpus defatigaretur: sed hæc remissio erit tibi paulò post causa maiorum malorum, & cum te paruo tempore colligeris, magnis rursus & varijs tradèris supplicijs: quorum, vt mihi videtur, anima quoque & corpore excedens, sensum habebit acerrimum. Martyr autem, Solis, inquit, minis, vt videretur, & nudis verbis polliceris mihi te impleturum ea, quæ desidero. Cæterum cum scias, quænam sit mihi sententia, noli vsque ad verba solum sistere, sed tibi ad opus perducantur omnia, & à nulla re abstineas, quæ sit aspera & difficilis.

Vox mar-  
tyre digna.

Tunc ferus ille & immitis ab ira consucta abripitur, & cum dixisset, Planè contentiosum animal est homo iste, genas & os iubet ei verberari. Nam quoniam, inquit, hæc sola pars corporis remansit minimè affecta supplicio, dicendi vitur libertate. Pariatur ergò hæc quoque similiter atque aliæ partes corporis: Statimque ex lictoribus, qui erant quidem paulò humaniores, alij quidem cum solis manibus verberabant: alij autem etiam sustinebant, vt qui lacerationibus iam esset dissolutus, & ad terram distiueret. Quotquot verò audaciores erant & crudeliores, lapidibus quoque in eum utebantur, & ijs illud veridicum Martyris os pulsabant. Martyr autem, Magno, inquit, me honore affecti, o Tyranne, magno, inquam, affecti honore, non supplicio. Quomodò enim non est honor seruo, dignum haberi, qui eadem perpetiatur quæ Dominus, & primi illi passionis socij & martyres? Colaphis quoque cæsus est vultus mei Domini, & lapidibus fuit interemptus Stephanus. Hęc quoque mihi nunc magnum decus & ornamentum affert. Leuat mihi laborem passionis imitatio. Sedat mihi dolorem ijs qui sunt me præstantiores, in honore equalitas. Hęc dicebat, & ad suum agonothetam frequenter tollens oculos, vehementi studio agebat gratias.

Os & genas  
eius verber-  
antur.Matth. 26.  
Ado. 7.

Domitianus autem cum omninò animum despondisset, eum rursus mittit in custodiam. Cum verò putaret eum non posse amplius vti pedibus ad ingrediendum, quòd prioribus supplicijs esset corpus confectum, iubet eum vtrinque portari: sed qui omnes qui concidunt, confirmat, afflictosque & depressos erigit, non sinit eum opus habere manu, quæ eius gressum fulciret, sed eos repellens, qui accedebant ex gentilibus, & illud sensim acclamans, Oleum peccatorum non impinguet caput meum, ipsis pedibus ipse illam viam peregit. quem cum sic abeuntem animaduertisset Vicarius, fortitudinem valde est admiratus, & conuersus ad eos, qui circumstant, Papæ, inquit, magnam tolerantiam. Talibus vrinque militibus opus esset Imperatoribus, vt essent quouis periculo superiores, & tam constantem animum & tam magnos spiritus conferuarent in rebus asperis. Cæterum hic non sistitur amplius ad meum tribunal: ipsum autem ad Imperatorem mittam Diocletianum. Ille enim solus eum superauerit. Dixit, & cum statim significasset literis, quomodò se res haberent, iussit eum quamprimùm duci Romam. Cum fuisset ergò Martyr extra ciuitatem, vnà cum corde manibus in cælum sublati, Domine Deus, inquit, qui omnia facis & procuras pro vniuerso genere hominum, & multas nobis munis vias salutis: hanc tuam ciuitatem, & animas eorum, qui in ipsa crediderunt, conserua, nè implicentur laqueo diaboli, & Tyrannorum capiantur inuidijs. Porro autem nè nos quoque perpetuò esse sinas alienos ab ea, quæ nos tulit: sed qui Iacob conuertisti in domum patris sui, & eum à manu Esau liberasti: qui etiam ossa Ioseph vnà cum populo ex Aegypto extulisti, & ea patrijs restituiisti sepulcris, tuæ quoque placeat voluntati me reducere, & quæ me genuit & aluit, & ad hanc vsque vitam produxit patriæ, tanquam aliquod rursus reddere debitum. Hęc cum à Deo precibus contendisset, viam confecit alacriter.

Psal. 140.

Mittitur  
Romam.Gen. 36.  
Exod. 13.

Postquam autem Romam peruenerunt, vbi tunc quoque versabatur Diocletianus, & qui

Sistitur Di-  
ocletiano.

& qui missi fuerant, ei reddunt literas, & Clementem admirabilem, cum ille iussisset, adducunt in medium. Cum vero adstitisset, tunc videns Diocletianus iucundum eius alacremque & generosum adspexit, primum quidem celans, quid in animo haberet, apud se admirabatur, an illa omnia sustinuisset, quae ei significabant literae. Deinde eum etiam fixis intuens oculis, & totum considerans, Tu es, inquit, celebris ille Clemens, cuius magnus est nomen propter fortem & generosum animum? Sed oporteret omnino hunc tuum generosum & magnum animum, habere aliquam piam & iustam causam, sed non hanc impiam & iniquam, & hoc ipsum manifestum animae & carnis exitium. Nunc enim quo est maior, eo est deterior, & nos magis ad iram provocat, deos incitat ad vindictam. Verumenimvero tu animo ad contraria mutato, hunc firmum & constantem animum ostende pro pietate in deos, ut sic quoque potius dignas consequaris remunerationes. Illi enim, ut arbitror, tui propter hunc fortem & excelsum animum miserri, propterea effecerunt, ut tot & tantis resisteres supplicijs, nec permiserunt, ut tu iam diu male perires & praeripereris, agnitionem & mutationem omnino expectantes. Haec dixit, & pro oculis sancti statim proponit, illinc quidem aurum & argentum, & literas imperatorias, quae Patriciorum illi dabant honorem. Deinde etiam aliorum magistratuum & dignitatum insignia: & praeterea vestes floridas & magnificas, & alia quaecumque rerum pulchrarum cupidos evocant oculos: illinc autem rursus instrumenta tormentorum, manus ferreas, grabatos, & ipsos quoque ferreos, rotasque & pedines, craticulas, lebetes, obeliscos, sartagine, & graues catenas, & aliam magnam instrumentorum multitudinem, specie quidem diversorum, spectaculo vero terribilium, experientiam autem habentium ipso quoque spectaculo grauiorem. Deinde Martyrem suaviter intuens, & manu ostendens pecunias: His te, inquit, remuneramur, si pius in deos, & in nos sanctus extiteris.

Blanditur ei tyrannus.

Nota artes diaboli: aut terret, ut frangat: aut blanditur, ut illiciat.

Praeclara martyris oratio.

1. Cor. 2.

Ille autem, cum sanctus ab eis oculos auertisset, & ea veluti subsannasset, & propter ea, quae dicta fuerant, grauiter ingemisset, Vobis, inquit, pereant ipsi vobiscum dii: tunc acriter & toruere fortiter intuens Clementem, & simul conuertens oculos ad genera tormentorum, Vides, inquit, haec sunt eorum, qui non parent, & sunt impij. Martyr autem, Si vestra, inquit, poenae sunt, sicut existimas, terribiles, & ad experiendum intolerabiles, sicut rursus dona splendida & magnifica & digna, quae beata iudicentur: quanam esse existimas ea, quae caelestis sunt & solius Dei: quanam immortalia quidem supplicia & dolores inexorabiles? quales autem ignis flunios, qui ne solo quidem sunt ad spectu tolerabiles? quanam vero rursus bona sunt consecuturi, qui eum dilexerint? Scriptum est enim: Talia, ut nec mente possint comprehendere, nec oculis adspici, aut quae ex his percipitur omnino voluptas conijci. Nam quae sunt quidem praesentia, hoc argentum & aurum, sunt solum puluis & lutum, vilis & infrugifera materia, quae turpiter quidem ex terra nascitur: turpius autem in eam, quae videtur, speciem perferum & ignem transfertur, latronibus subiecta & furibus: & si non his, at diminutioni saltem & rubigini, ut quae consumatur atque diffuat. Vestes autem purpureae & splendidae, fila sunt vermium, & inuenta barbarorum hominum. Quamobrem si ea nos reddunt honoratos, vestra quidem sententia homo est verme vilior. Quod si oportet etiam homines propter haec habere in admiratione, multo magis admirarer eos, qui haec fabricantur, quam eos, qui propter ex his confecta indumenta gloriantur, & se magnifice circumspiciunt. Nam illi quidem artis solertia transformant naturam ad id, quod est melius, & sensum decipiunt, & ornatum amantibus oculis suaves escas proponunt. Hi autem induri sibi placent, & se magnifice circumspiciunt, de sui animi leuitate ferentes testimonium: & cum oporteret eos pudere sui erroris, illi potius intumescunt, & tollunt supercilia, honorati aliorum operibus, si modo ea omnino honorem vocare oporteat. Sed vestra quidem sunt talia, & eo modo se habent. Quae autem a bono Deo nostra sunt bona, contra se habent. Voluptatem enim habent immortalem, splendorem vero perpetuum. Neque enim timent eam, quae est ex tempore, mutationem. Non suspectam habent conuersionem, senium ignorant, sed semper florent, in aequali decore permanentia, stabiliaque perpetuo & immobilia.

Ad haec Diocletianus: Mihi videtur, inquit, recte quidem dicere, o Clemens, sed male admodum sentire. Nam lingua quidem praefers immortalitatem, in mortali autem semper spem tuam collocas: Vestrum, inquam, Christum, quem dicunt a Iudaeis mala passum

passum esse innumerabilia, & tandem mortem in cruce sustinuisse. Nostri vero dii sunt & semper immortales, & nihil graue nec molestum sustinent. Respondens autem Martyr, De ipsorum, inquit, immortalitate & doloris vacuitate, propemodum vera dicis, o Imperator. Quomodo enim morientur, qui ne omnino quidem vixerunt? aut quomodo dolorem senserint, qui ipso quoque sensu plane carent? Sed & si dolorem non sentiunt, sunt tamen subiecti innumerabilibus plagis & contumelijs. Nam qui facti quidem sunt ex lapidibus, & a manu, quae sculpsit, plagas acceperunt, & ferro sunt leuigati ac politi: & sic cum magno, sed inani labore, formae humanae simulacra & statuae facti sunt. Quibus autem rursus aurum est materia, siue aes, siue argentum, ij quoque fusi igne vehementissimo, similiter atque alij consistunt omnino sensus expertes: qui tantum abest, ut opem ferant alij, ut ne ipsi quidem possint facere, quod minus haec omnino patiantur. Nequaquam ergo moriuntur, quoniam nec omnino quidem, ut prius dixi, vixerunt: diffiuunt autem & conteruntur, quomodo quod sint, a tempore: ita etiam, quod non sint, accipientes. Non ergo nostra quoque sunt huiusmodi, sed ipse verus Dominus & opifex omnium, Deus meus, qui est & expers temporis, & immortalis, propter me quoque fit homo postea, ut ego siam propter illum deus, volensque cruci affigitur & sepelitur, & tertio die resurgit, & rursus in caelum ascendit unde descenderat: cum nos vna quoque fecisset resurgere, & ad priorem reduxisset principatum, a quo male excidimus propter inobedientiam.

In falsos deos.

Propter haec Imperator ad iram concitatur, & verbis victus, conuertitur ad supplicia, nesciens stultus, se per illa magis esse vincendum. si quidem apertum est indicium, victum esse eum, qui punit, quod is, qui punitur, nihil omnino cedat supplicijs. Iubet ergo rotam alligari Martyrem, & rotam quidem verti magno impetu, Martyrem autem vigis verberari crudelissimis. Statimque Martyr fuerat alligatus: rota vero vertebatur celeriter: Martyr autem, quando erat quidem in rota sublimi, tradebatur ijs, qui verberabant: Quando vero rota eum sub se ferebat, corpus eius acerbè confindebatur, & ossa coterentur. Cumque sic laceraretur, Domine mi Iesu Christe, dicebat, veni ad opem mihi ferendam, & leua me hoc pondere supplicij: quoniam circumdederunt me dolores mortis, pericula inferni inuenerunt me. Respice ad me, & miserere mei, & ex necessitatibus meis erue me. Adis mihi, ut aliquando etiam paralytico, ad gloriam tuam, ad confessionem tui nominis, ad dedecus & ignominiam inimicorum, ad maiorum propter te perpersionum tolerantiam.

Immanissimè supplicium.

Haec cum dixisset sanctus, statim & rota a motu, & qui verberabant, cessauerunt a plagis afferendis: & Martyr quidem simul ab omnibus, & a rota, & a vinculis illis sponte solutus fuerat, & restitutus in priorem sanitatem: Lictores autem subijt membrorum dissolutio, & multi ex Romanis, qui ad tale spectaculum concurrerant, sanis euaserunt animis, & magnus est Deus Christianorum, magna voce exclamauerunt. Magnus vero Clemens, qui erat verè Christi palmes, cum veluti pulchros quosdam fructus sua membra Deo obtulisset, Ago tibi gratias, dicebat, o Deus, quod volueris me in hac maxima & frequentissima ciuitate pati pro filio tuo vnigenito, qui ipse quoque passus fuit pro nobis, & precium nostrae captiuitatis & seruitutis suum effudit sanguinem. Deinde subiixit etiam seriem sanctorum, qui Romae erant. Quem Petrus, inquit, docuit colere, & Paulus praedicaui, & qui erat eiusdem, cuius ego, nominis Clemens ille sapiens, adorandum esse decreuit: & diuinus deinceps Onesimus est confessus. Propter quem ipsi quoque passi, liberè loquendi potestate apud eos valent plurimum, & adorantur a fidelibus, haud ita multo post autem adorabuntur etiam a fidelibus Imperatoribus. Hoc autem dixit, praedicans mox delendam impietatem.

Mira via precum sancti martyris.

Adorare, pro honore & venerari.

Haec Diocletiani animi acris inflammauerunt, iussit autem stylis ferreis illud praeclearum Martyris os contundiac confringi. Quo factum est, ut dentes quidem mox labefaetarentur: maxilla vero contererentur. Vox tamen non reprimebatur, neque illi prolixè loquendi libertati vel minima dabatur remissio: sed etiam licitoribus ut siceret, iubentibus, ipse idem erat, & ne parum quidem remittebat: sed contra etiam voce verbebat maior, non secus ac statua quaedam aenea, quae ista vehementius, maiorem edit sonitum. Quamobrem cum ipse quoque Imperator esset defatigatus, vinculis & quae ex eis oritur afflictione & miseria toti Martyri imposita, tradit eum in custodiam. Multitudo autem eorum, qui rotam miraculo crediderant, viri, & quae unque erant prudentia

Os martyri contunditur.

Vide miraculum.



Multi ab eo in carcere baptizantur.

præditæ mulieres, inita inter se conventionem, carcerem ingressi sunt. Deinde tangentes illius pedes, valdè acriter rogârunt, vt diuinum baprisimum consequerentur. Cum itaq; precibus tam vehementibus ipse quoquè alacerrimè annuisset, rem statim est aggressus. Cum itaq; in carcere esset aquæ copia, & ipse quas oportet preces profert, & ceteris ipsis pueris omnes sacro dignatur baptifmate. Media autem nocte eis diuina quædam apparet visio: nempe lux quædam, quæ neque verbis exprimi potest, & quam humanus non admittit ad spectus, totum simul tanquàm fulgur illustrat carcerem. In media vero luce erat vir quidam ad spectu valdè alacer, splendida autem veste indutus, qui ipse quoq; erat lux totus quantus, pennis insignis densissimis. Is cum ad Clementem accessisset admirabilem, ei in manus tradit panem & calicem. Deinde ille quidem euauit: eos autem ipsa quoquè vox deficit, vt qui spectaculo admirabili essent obstupescerent. Sanctissimus autem Clemens cum statim coniecisset ea esse signa Dominici corporis & sanguinis, ea & valdè pie suscepit, & cum preces dixisset consuetas, ea communicatis, qui iam erant baptizati.

Signa dicit panem & calicem, quia nondum erant consecrata.

Cum ergo complures ad eum vndiquè accederent, & carcerem facerent ecclesiam, & multitudini Christianorum fieret accessio, custodes carceris hæc renunciant Imperatori. Ille autem & eos iubet noctu compræhendi, & nisi pietatem abnegauerint, omnes citra vllam interimi misericordiam. Illi verò compræhensi iussu Imperatoris, inuenti sunt non ignari eius, quod erat bonum & vrile, eligendi: sed ab hac, quæ est ad tempus, vita maluerunt recedere, quàm à Christo deficere, qui nos formauit, & dilexit, & mortuus est pro nobis. Quamobrem ante ciuitatem, tanquàm sacras quasdam hostias, seipfos & filios offerunt Domino, cum nullus tunc remanere sustinisset præter vnum, cuius quidem erat animus aliquanto iuuenilior. Non enim remanserat, vt certamen effugeret, sed vt cum maioribus potiùs malis colluctaretur, eaq; ei essent coronarum maiorum occasio. Is erat admirabilis Agathangelus, de quo etiam deinceps dicetur apertius. Diocletianus autem cum paulo post esset magni Clementis recordatus, cum rursus producit: & primum quidem, tanquàm abductus poenitentia, priorem illam abiecisset insaniam, ipsum & laudibus sensim aggrediebatur, & ea ratione conabatur potiùs superare generosum illum & excelsum animum. Deinde cum vidisset rem sibi esse cum homine cordato, & qui non magis posset animi fortitudine malorum ferre impetus, quàm prudentia blandis verbis & disertis non succumbere: abiecta statim persona & ficta illa mansuetudine, repente apparuit id, quod erat: & rursus aliquod nouum excogitauit supplicium, quodam Amphione, qui inter suos primum locum obtinebat, ad hoc maximè incitante. Erat autem hoc supplicium, vt sic & à tanta multitudine distenderetur Martyr, vt ipsæ quoquè membrorum dissoluerentur compages, lictores autem quatuor circumstantes, excicatis bouum neruis eum diu crudeliter verberarent.

Multi occiduntur.

Agathangelus.

Dirus cruciatus.

Martyris fortitudo.

Ferreis discerpitur vngulis.

Postquam verò ille quoq; fortiter huic restitit supplicio, & perindè ac si alius pateretur, ipse impatibilis mansit & immobilis: Scio, inquit Diocletianus, ô Clemens, te esse animo valdè contentioso, corpus autem illi posse inseruire. Sed ipse ne sic quidem rursus cedat, sed etiam ferreis te aggrediar vngulis. es enim tu fortè ferreus & torpidus, & nullo ferè sensu præditus: vt videam an te fortè his excitauerim, quem somnus tam profundus inuasit. Martyr autem, Rectè quidem, ait, dixisti ô Imperator. Dormio enim velut quendam dulcem somnum, me meo Christo ad labores pro eo suscipiendos futurorum spe sopiente: rursus verò efficiente, vt sim sobrius & vigilans, quando eum predicare oportet, & liberè loqui pro eius confessione. Hæc ille dixit, & Imperator quidem statim iubet lictores desistere à verberibus: sublimem autem eum in lignum tollere, & sic eum ferreis carpere vngulis, donè ei carnes omninò consumptæ essent, sanguis autem exinanitus, & sola ossa relinquerentur. Cum itaque rursus lictores ad id magnam adhiberent diligentiam, vt qui etiam ab occulto licitore atque adeò carnifice ad ea incitarentur, Martyr quidem primum seipsum attendens, deinde etiam ad tyrannum adspiciens, Non est, inquit, meum corpus id quod adest, quo ego quidem sum indutus, tu autem id nunc ô Imperator laceras. Neq; enim omninò dolore afficior, quomodo me oporteret, dum laceror: sed quod mihi quidem datum fuerat à natura, paulatim præcedentibus priùs consumptum est supplicijs, & nec parua quidem eius pars mihi est relicta: carne autem, quæ nunc ad ossa mea accurrit, & membrorum continet compagem,

gem, veluti quodam indumeto meo me Christus induit, propter quem priori me exui, & que nunc erasa, me rursus induet alia. Neque enim lutum defuerit figulo.

Cum is ergo hæc & his plura dixisset, cessauit: Diocletianus autem iussit ei ignis faces adhiberi. Ei autem illa quoq; erant voluptati, vt quæ essent tanquàm lux, quæ vim ignis non haberet. Obstupuit de cæterò Imperator: & conuersus ad eos, qui circumstantes erant: Ego multos quidem punij, inquit, ex miseris Christianis, & multos etiam morte affeci: sed nondum vidi virum tam magno & excelso animo præditum, sed neque cuiusquam corpus adeò validum & robustum, & cui mortem afferre esset difficilium. Eum ergo transmittam Nicomediam, Maximiano, vt est verisimile, prodigium futurum incredibile. Neq; enim existimo eum vnquam incidisse in virum tam firmi & tam constantis animi. Hæc cum mirabundus dixisset ijs, qui aderant, decernit vt Clemens vinculus trans mare mitteretur Nicomediam, examinandus à Maximiano, de eo scribens, & quæ priùs à Domitiano, & quæ à se rursus passus sit, quæ opinionem & humanam omnem naturam superant: & hoc præterea significans, quòd si eum quidem, quod est planè desperandum, vincere & in aliam potuerit traducere sententiam, cum rursus remittat, rem illi gratam futuram, vt argumentum illius maximæ prudentiæ & ingenij solertiæ. Sin minus, cum tradat bestijs, vel etiam acerbis alijs supplicijs ei vitam adimant: nè si amplius, inquit, sit superstes, & Christianos & Græcos magnis afficiat incommodis, hos quidem corrumpens & attrahens: Christianos autem efficiens difficiles ad transiuendum, eos que muniens & confirmans.

Etiam tyrannus miratur eius constantiam.

Roma ergo sanctus est eductus, multis quidem eum deducentibus, multis autem laehrymis quoquè prosequentibus, quibus consolabantur suam ab eo separationem. Quis enim oratione persequi potuerit ea, quæ tunc dicebant quidem fideles, & quæ multis propter ipsum fecerint? Nam alij quidem pedes tangebant, & manus amplectebantur: alij verò collum complectentes deosculabantur, & propter separationem amaras effundebant lachrymas. Alij se eius sanguine inungebant, vulnera contrectabant, à vestibus auelli non poterant: Vir præclarus & fortis, strenuus decertator, qui ferro, dicentes, est validior. Qui ipsum autem abducebant, fracti steribus, & ipsi quoquè affecti animis, constituerunt diu, cedentes animorum perturbationi & spectaculo miserabili. Cum verò iam tempus vocaret, vt martyr nauem ascenderet, vi & vix tandem auullis ab ijs, qui ipsum continebant, & tanquàm membrum commune abruptus ab omnibus, ciuitati ea, quæ par erat, & sibi precatus, nauem ascendit, & cepit nauigare. Sed quid sapiens gubernator vniuersorum Deus in naue suo prouidet consilio?

Magnopiorum dolore abiit Roma.

Is qui priùs solus martyrium effugerat ex ijs, qui sub Clemente crediderant in carcere, de quo paulò antè sumus nos esse dicuros polliciti, cum esset Romanus quidem genere, Agathangelus autem nomine, hic vnà nauigat cum martyre. Cum enim peruenisset ad nauem, in qua erat Roma enauigaturus, & cum nautis pauca esset locutus, eis facile persuadet, cumque sensim conscendisset, in aliqua eius parte delitescere. Deus autem fuit, qui & nauem ostendit Agathangelo, & effecit vt essent ei nauæ faciles, & citò fuerint ab eo persuasi. Postquam autem iam martyr quoquè adfuit ipse cum militibus, & nauem sunt ingressi, & distabant à terra circa ducenta stadia, videns Agathangelus milites quidem & inter se & circa nauem esse occupatos, solum verò sacrum Clementem seorsum Deum orare, à nemine visus nec animaduersus prope eum accedit: cumq; eius pedes præhendisset, ei in memoriam reuocati eius, quæ in custodia facta est, confessionis & dati baptifmatis. Deinde etiam narrat, quomodo è cæde effugerit, & quemadmodum priùs sciuerit nauigiũ, & quemadmodum sit ingressus, & quemadmodum in ea delituerit. Martyr autem (quomodo enim par est cum fuisse affectum, cum agnouit Agathangelum? erat enim primus ex ijs, qui tunc ab eo fuere baptizati) salutabat, amplectebatur, benignè eum alloquebatur, apertè præ se ferebat, se viscera habere resecta gaudio. Deinde etiam cepit precari vehementius, partim quidem gratias agens pro Agathangelo, & verba que animi letitiam significabant offerens: partim autem Deum quoquè inuocans, vt illi ferret auxilium, & rogans, vt is esset sibi socius confessionis: Ago tibi gratias, Domine Iesu Christe, dicens, qui mihi es sola & vnica consolatio & auxilium, quòd me neque in terra, neque in mari relinquis à tuo desertum auxilio, sed me per totam viam defenderis & deduxeris, & meum labore defessum animũ recreaueris eo, quem scis modo, eius consolator effectus. Ecce enim nunc quoq;

Agathangelus cum martyre proreproficiscitur.

in mari in Agathangelo bono meo fratre mihi es cognitus, qui vel mihi ex ipso nomi-  
ne tuum spondet auxilium, vt qui Agathangelus, id est, bonorum nuncius, & sit & dica-  
tur. Sed ei quoque concede o rex Christe, vt ad finem tuam deducat voluntate, & glo-  
rifica ipsum tua confessione, vt tu quoque rursus in ipso glorificeris.

Noctū  
diuq; pre-  
cantur mar-  
tyres.

Ille ergo cum Agathangelo sic diu noctuq; precabatur, cibum quidem non sumens,  
nam ne minium quidem eis cibi vsquam aderat, vt cuius Clemens nullam curā ges-  
sisset omnino: viuum autem panem in corde & viuum illam aquam habentes, quibus  
obscure alebantur & potabantur. Diuturnæ ergo illorum, vt videbatur, inedia miseri  
milites, motique animo, benigneq; & humane in eos affecti, eos cibis volebant imperiti.

Cibum acci-  
piunt cęlitus.

Illi autem laudabant quidem bonum militum animum, cibum verò non accipiebant,  
dicentes se eum desuper à Deo accipere. Quod autem illi dicebant, Deus effectum red-  
didit, & circa primam noctis custodiam, cęleste alimentum iustis suppeditabatur, &  
pane angelorum nutriebantur homines. Multi verò dies consumpti sunt ab eis in na-  
uigando: & cum Rhodum appulissent, alij quidem omnes è nauì descenderunt ad que-  
rendum comœtum: eis autem, qui relictì fuerant pro custodia sanctorum, instab-  
ant ipsi vehementer rogantes & orantes, vt liceret eis accedere ad ecclesiam Christi-  
anorum, & esse tunc eorum participes sacramentorum. Atque tunc quidem dies  
celebrabatur Dominicus, & quicumque erant in insula Christiani, pauci autem erant,  
ad templum concurrebant. Ex his verò cum quidam accuratè didicisset, quomodo se  
haberent res sanctorum, Antistiti Rhodi omnia significat. Episcopo nomen erat Pho-  
tinus. Ille autem nihil amplius cunctatus, cum statim accepisset multos ex ijs, qui ade-  
rant, Christianis, venit ad litus, ad quod appulerat nauis, in qua erant sancti, & custo-  
des vehementer orauit, vt martyres soluerentur à vinculis, & eis permitteretur venire  
in ecclesiam.

Photinus  
Episcopus  
Rhodi.

Cum illi autem cessissent precibus, cum multis hymnis, quibus Deo aguntur gratie,  
in ecclesiam deducuntur martyres, & consequenter sacro libro proposito, admirabili-  
ter & præter opinionem declarauit vox Euangeliorum illa, quæ & tempus decebant,  
& sanctis conueniebant. Quamnam autem ea sunt? Nolite timere eos, qui corpus occi-  
dunt, animam autem non possunt occidere. Hoc veluti quandam diuinam dulcedinem  
sanctorum instillauit animis, oculosque simul & manus statim ad cęlos tollentes, præ  
gaudio orabant lachrymantes. Aedificatio autem in fide fuit res ea ijs, qui aderant,  
omnesq; eos intuentes, ipsi quoque aperte emittebant lachrymas. Deinde pius ille &  
Dei amans Episcopus rogabat Clementem sanctissimum, vt sanctæ oblationis perage-  
ret mysteria. Quæ quidem cum de more ab eo peragerentur, & omnes in contritione  
cordis, veluti nuda & aperta anima, eis attenderent, vident multi ex ijs, qui aderant, qui-  
cunq; scilicet erant digni talia intueri, stupendum o Domine & mirabile spectaculum,  
lucis quidem carbonem maximum, in intemerata & mystica mensa propositum, can-  
didatorum autem multitudinem in aère superuolantem. Atq; illi quidem cum visionem  
ferre non potuissent, & humi pronos seipsos deiecerunt, iacebant, vt qui eum, qui ex  
ijs procedebat, splendorem contra non possent omnino adspicere. Cum autem fama  
breui totam peruassisset ciuitatem, multi etiam ex infidelibus publicè concurrebant:  
& maximè quicumq; aliquos ex filijs, cognatis vel domesticis habebant laborantes ali-  
quibus morbis immedicabilibus, frequentes concurrebant, secum ægrotos adducen-  
tes: & alios quidem ad pedes martyrum projicientes, alios autem ad beatarum manu-  
um contactum adducentes, eos statim videbant à morbis expurgatos. Multorum quo-  
que gentiliū curatae sunt animæ, & sanationis ipsorum miraculo deducti sunt ad ve-  
ritatem.

Matth. 10.

Clemens  
Missa sa-  
crificium  
offerit.

Visionem  
mirabi-  
bilis.

Multi ægri  
sanantur.

Hæc milites obstupescerunt, & cum viderent ciuitatis magnum in Clementem de-  
siderium, & timerent deinde, nè in eos aliquid innouaretur, & martyr ex eorum ma-  
nibus effugeret, ei vincula rursus immittunt, & ad nauem abducunt, illi malè faciendi  
sumentes occasionem ex insigni eius virtute. Precessit autem Agathangelus, & primus  
nauem ascendit, vt qui esset primus viam initurus martyrii. Cum eis itaque ventus  
successisset secundus, Aegeum mare transmittunt: & cum appulissent Nicomediam,  
deducuntur statim ad Maximianum. Ille autem cum accepisset literas Imperatoris,  
& multa quidem etiam ex ipsis didicisset, ea verò vidisset congruere literis, nempe ad-  
spectum, qui quam profitebatur virtutem conseruaret, faciem liberalem, morum liber-  
tatem.

S. Clemens  
venit Nico-  
mediam.

ratem, nihil seruile, humile & abiectum, neq; quod facile posset in aliam traduci senten-  
tiam. Hæc cum vidisset Maximianus, vt qui in iudicandis illis multum valeret, sibi statim  
interdicit eius examinationem, & quasdam bellicas causas occupationes, præfecto  
Agrippino committit Clementis cognitionem. Ille verò cum eum statim sissi curasset,  
hoc ante alia interrogat, an ipse esset ille Clemens, qui vulgò ita iactabatur. Cum is au-  
tem se esse respondisset, & Christi seruum præterea adiecisset, ira motus Agrippinus, ius-  
sit militibus, vt ei in facie colaphum impingerent, dicentes, se seruum Imperatorum,  
non autem Christi, vocaret. Martyr autem, Vtinam, inquit, & domini & Imperato-  
res vestri, vocati essent Christi serui, & aliæ quoque omnes gentes eis seruirent & pa-  
rèrent: & non eis potius improbè imperaret impietas, & stultè nos vincere conten-  
derent.

Sistitur præ-  
sidi Agrip-  
pino.

Hæc cum veluti flamma quædam incidissent in animum Agrippini, magis accende-  
runt fornacem insanæ, & Clementi quidem nihil respondit, vt qui ostenderet conce-  
pram in eum iram esse maiorem, quam vt minis eam significaret. Ad Agathangelum au-  
tem adspiciens, Tu verò quis es? inquit. Neque enim contineris in literis Diocletiani. Ille  
autem cum visum suum diuisisset, & simul in cęlum & ad Clementem sustulisset ocu-  
los, (vtrunque enim ad se venturum sperabat auxilium) Ego quoque, inquit, sum Chri-  
stianus, per seruum Christi Clementem hanc beatam nactus appellationem. Tunc Agrip-  
pinus iubet Clementem quidem in altum sublatum cędi ac mutilari: Agathangelum  
autem bonum neruis à lictoribus crudelissimè verberari. Quoniam verò magnus Cle-  
mens eiusmodi tormentum tam magno & excelso animo ferebat, & tantum aberat, vt  
plagarum vel modicam vllam duceret rationem, vt pro se & pro Agathangelo assidue  
oraret: Præfectus hæc parua esse arbitratus, & quæ animum non attingerent, in quo hoc  
adeò fixum & firmum infederat, nè ad contrariam traduceretur sententiam, vtrunque  
quidem relaxauit à castigatione, & tradidit in custodiam: sequenti autem die iubet thea-  
trum parari & bestias, & numero multas, & genere diuersas, & crudelitate insignes. At-  
que sancti quidem relictì in carcere, vehementius & intensius vigilantes, vacabant ora-  
tioni: Angeli autem ad eos desuper aduolantes, præparabant & confirmabant ad mar-  
tyrium. Quicumque verò alij propter alias etiam causas habitabant in carcere, cum eo-  
rum intensam vidissent orationem, & deinde etiam sensissent aduentum angelorum, &  
illa admirabili obstupescati essent consolatione, diuino quodam ardore eorum incita-  
tis animis, præcidunt ad pedes sanctorum, & rogant vt ipsi quoq; veniant ad Christi co-  
gnitionem, & nè reputentur indigni, qui illum consiteantur. Illi autem cum eis ad me-  
diam vsq; noctem differentes, suadentes, admonentes, docentes, non prius desisterunt,  
quam eos in vera fide instituerint, & diuino baptismo obsignauerint. Deinde cum ma-  
gnus Clemens sola oratione eis carceris totam aperuisset ianuam, illos quidem lætus  
lætos dimisit: ipse autem solus cum Agathangelo mansit in custodia.

Cruciantur  
martyres.

Ducuntur  
in carcerem.

Oratione  
parefacit  
vinctis car-  
cerem.

Hoc Agrippinum valdè magno ciēt furore, & cum eos deduxisset in theatrum, &  
ipse prius more leonis in sanctos rugisset, deinde in eos quoque leones & multas alias  
bestias iubet immitti. Illi autem immitti, nihil quidem mali sanctis omnino faciebant:  
sed blandis potius & benignis eos intuebantur oculis, & nunc quidem eorum pedes hi-  
lariter lingebant: nunc autem in eos etiam placidè insiliebant, non dissimiliter facientes  
ijs, quæ canes sæpè faciunt suis dominis, qui post longum tempus redeunt. Atq; sanctis  
quidem bestia nihil mali faciebant: Agrippini verò animum valdè percellerant, qui erat  
de tota re mirandum in modum perplexus & animi dubius, & vt dicitur, ea aggredere-  
tur, quæ non possent effici: quanquam erroris tenebræ vsque adeò crassæ eum detine-  
bant, vt nec, cum ea quidem vidisset, intelligeret, & nec bestiarum saltem reueretur il-  
lam supra naturam naturæ mutationem. Sanctis autem ea res fuit causa Deum glorifi-  
candi, & orantes dicebant: Gloria tibi Christe, quod feræ quoque sint nos admirabiliter  
& præter opinionem reueritæ, & confirmasti quæ dicta sunt per tuum Danielem pro-  
phetam. Ecce enim & leones & multæ immanes feræ in nos sunt immisæ, sed tu omni-  
nò fuisti nobiscum, qui es etiam Deus Danielis.

Dan. 6, 14.

Deinde verè agrestis Agrippinus, cum nihil, vt prius diximus, esset mutatus: sed ei-  
us, quod admirabiliter fecissent bestia & præter opinionem, earum mansuetudinem  
dixisset esse causam, iubet subulas valdè candentes, eis per medios vtriusque manus di-  
gitos, ad ipsas vsq; vlnas infligi. Atque illæ quidem, vt ille iusserat, athletis adactæ, thea-  
trum.

Acerbissi-  
mi crucia-  
tus eis ad-  
hibentur.

Item alij acriores.

Populus iacet lapides in-tyrannū.

Nora tyrāni atrocitate.

○ miram Christi potentiam.

Miracula sunt.

tro acerbum præbuere spectaculum, vt multi ne liberè quidē intueri possent, sed propter tristitiam eius, quod cernebatur, humanis & clementibus conuenerent oculis esse. Cū primū enim ferrum carnes attigisset, illæ quidem veluti quendā primū grauem sibilum emisere: deinde purpurea quædam pinguedo illinc descendēs cum sanguine, videbatur vim ignis extinguere, nidoreque & fumo implebat aërem. Atque illi quidem, qui aderant, eius quod fiebat agrè ferentes acerbitatem, & animi perturbatiōnem apertè ostendebant, & vt viri dimitterentur, clamabant. Agrippinus autem magis accensus, & propter furorem impositis, iubet alias subulas & ipsas quoque vehementer accensas sub eorum axillis vsq; ad humeros transfigi: quod quidem eis quod magis auxit dolorem, & eis sensum longè immisit acriorem. Populus itaque non ferens tam inhumanum spectaculum, sed partim quidem grauitè ferens magistratū scuitiam: partim autem iudicans admirabile id, quod factum fuerat, quemadmodū Martyres tantis resisterint insultibus, & nō vnā cum eis protinūs quoque animas miserunt, iecerunt quidem vndique lapides in Magistratum: magnus autem est Deus Christianorum, voce quā potuerunt clarissima clamauerunt. Cū magnus itaque, vt est consentaneum, exortus esset tumultus, & præfectus suæ salutis fuga consulisset, liberè & securè Martyres in montem Pyramin ascendērūt, in quo & sacrificia fiebant à gentilibus, & deorum apud eos insignium occultabantur simulacra.

Sed ne sic quidem irasci desijt Agrippinus: sed cū per suos satellites eos multos dies diligenter quæsisset, vix tandē inuenit sanctos: & cū sequenti die iussisset per precōnem conuenire in montem omnes, qui erant initiati dijs & demonibus, ipse quoque in eo præfideret in alto tribunali: & cū sanctos in medium produxisset, Cur, inquit, vestri prestigijs & incantationibus in populo seditionem excitastis: vt manus autem in nos tollerent, & ad deos negandos & maledictis insectandos procederent, persuasistis? Martyres verò, A nobis quidem, dixerunt, ò præfecte, nihil factum est, quo moueretur & ad seditionem, concitaretur populus: sed vel nobis silentibus verus eis ex ipsa veritate cognitus est Dominus, & eum magna, vt ipse nōsti, voce viuum solum Deū prædicauerunt. Tu autem si aliquid rursus nobis velis propter ipsum inferre supplicium, infer nos differens, potest enim is ab eo quoque nos liberare, & à vestris manibus eripere. Sic à Martyrum anima & sententia turpiter victus Agrippinus, corpora saltem studebat superare: cumque eos extendisset in petra, quæ erat super verticem montis, & crassissimis lignis ossa eorum confregisset, & carnes, proh dolor, conscidisset, deinde iniecit in saccos, & eis maximis alligatis lapidibus, per latera montis deiecit vehementissimè. Atq; eorum quidem, qui aderant, nullus erat cui non esset persuasum, statim morturos martyres, illo vehemētissimo impetu discerptos & distractos. Illi autem cū ferrentur tam celeriter, ne ad extremum quidem montis lateris confiterentur: sed cum ab ipso quoque litore decidissent, dilapsi sunt in profundum maris.

Illic itaq; stabant ex pijs aliquot ad Martyrum venandas reliquias, vt si ex eis aliquid à mari eijceretur, id tollerent. Cū illic ergò satis diū permāsisset, videt saccos è profundo redditos, & sensim aquis supernatantes. Cū ergò nauem ascendissent, & prope saccos fuissent, viuentes (ò tua Christe rex potentia) Martyres suscipiunt, ne paruum quidem illarum plagarum vestigium adhuc in se habentes. Media autem nocte magna quoque lux sanctos è cælo circumfulsit, & angeli apertè manus eis præbuere: & cū in terram eduxissent, eos cælesti alimento impertiērunt, & malis assiduis deiectam eorum virtutem recreārunt. Deinde cū sic sancti in mediā accessissent ciuitatem, & alijs sanctis Dei narrabant magnalia, & ipsi manus in cælos extollentes, ei gratias egerunt vehementius. Eorum autem in ciuitatem aduentus accessio in transitu, fuerūt duo quidam cæci, stantes in quadam porticu, & alius, cui erant manus torpescētæ, & alius rursus, cui corpus laborabat paralyti, qui ex beatarum illarum manuum solo contactu, sine labore & mercede inuenerunt curationem. Multi quoque alij, qui varijs morbis laborabant, cū ad eum confluisent, eandem quam illi fidem afferentes, eandem quoque consecuti fuere curationem.

Cū ergò hæc quoque didicisset præfectus, & ipsa cognouisset experientia, se non modò nihil proficere, dum puniret martyres, sed suam potius lædere religionem, vt qui multos videret ex gentilibus, ijs quæ præter opinionem ab ipsis fiebant miraculis, transfugere ad pietatem, non audeat quidem ipse ampliùs certamen suscipere, sed de eis

eis ad Maximianum refert Imperatorem, qui procū à Nicomedia cum toto versabatur exercitu: cumque alia singularim retulisset, & quod orti quidem essent in regione Galatarum, patria autem Ancyranorum, cum eas accepisset Maximianus, & legisset ea quæ continebantur, eum veretur rursus examinare, hoc prætextu rem volens euitare. Nam cū eos Ancyræ esse ortos literæ significarent, illuc sanctos ad quendam Ducem transmittit, nomine Curcium, dicens: Aequum est, vt quæ genuit, eos & habeat, & alar, & puniat. Tantum solertia & sapientia & excogitandi facilitate valet Dei providentia, & in rebus dubijs exitum tam facile inuenit, & Clemens, qui tantum terræ & maris oblerat, & tandiū fuerat peregrinatus, in charissimam & iucundissimam, sicut optabat, patriam reuertitur: Quam cum læto & alacri animo esset ingressus, Gloria tibi Domine Iesu Christe Deus, dicebat, quod meas preces exaudiēris, patriæque & meorum Maiorum sepulcris me cum pulchra reddideris accessione, cum socio, inquam, certaminis Agathangelo: vt vbi natus sum, illic etiam decedam. Deinde ad Curcium præfidentem in quodam loco, qui vocabatur Cryptos, id est, occultus, vbi etiam parua quædam edificata fuerat ecclesia, viri sistuntur egregij. Ille autem conans eos inducere, & ad se pellicere ingenij acumine & solertia, eos ita est allocutus statim in principio:

Cū accuratè, ò viri, de vobis didicim, & quantū terræ obieritis; & quot & quantā subieritis pericula, & quot mortis genera vobis intentata effugeritis, ipse quoque animo afficior, & vel eorum sola frangor auditione, & efficior vobis quodammodo socius calamitatum: & idè illa magistratū deposita seueritate, tam benignè vobiscum & placidè colloquor. Vidēris enim mihi omnino, ò Clemens maxime & admirabilis, eò quod ex hac præstantissima natus sis ciuitate, in eaque creueris & doctus sis & educatus, ea de causa ne pius quidem in deos in alia videri voluisse ciuitate, nisi prius in tuam redijisses patriam, pro alia, vt videtur, remuneratione hoc illi referuans. Sunt ergò nunc à te ciuitati & nobis agendæ gratiæ. Te autem consequatur præclarus quoque Agathangelus. Nolite ergò differre, sed dijs de more sacrificate. Sancti verò, Quomodo, dixerunt, fueris nobis socius afflictionum, quibus sunt voluptati afflictiones? Lætatur enim his perpeffionibus, & eò magis, quod non talia pati, perpeffionem esse ducimus & calamitatem: sicut etiam perpetuam rursus beatitudinem, si in præfenti Christi fide & in hac consummationem confessione. Quod si oportet nos esse inter nos socios calamitatum, oportet nos vestrorum potius malorum misereri, qui verum Deum ignorantes, nullo sensu præditis, proh dolor, simulacris & furdis miserè estis dediti.

His grauitè efferatus Curcius, Quoniam, inquit, vt videtur, malarum estis partium, & vt videtur, lætamini dum cruciamini, ego quæ sunt vobis cordi, præbebo liberaliter & magnificè. Cū itaque statim ferrum vehementer accendisset, vt etiam ignis scintillas vnde quæquam emitteret, cum subijcit axillis magni Clemētis: & deinde cū lateribus vlnas fortiter alligasset, vt dolorem sentiret acerbiorum, lignū magnitudine ei æquale figit in terram: & Clemētem quidē iubet rectum in eo alligari: Cū Agathangelum autem sublimem sustulisset, & lictores circa eum omni ex parte statulisset, eorum latera & tibias simul cædebat. Interim autem eos veluti subsannans, interrogabat an sentirent supplicia. Cui magnus Clemens illud Pauli in tempore respondit: Quantum externus homo noster corrumpitur, dicens, tantum internus renouatur. Dux itaque summam illius tolerantiam contendens rursus summis superare supplicijs, ferream quoque galeam, cū eam quantum potuisset accendisset, ferens posuit supra caput martyris: & statim fumus quidem mittebatur per os, per nares, per aures. Cū ille autem profundè ingemisset, & Deum inuocasset, O aqua, inquit, viua, imber nostræ salutis, ipse, inquit, tuum instilla mihi rorem. Nos quidem prius ex aqua eduxisti, & nunc ex igne educ in refrigerium. Hęc dixit, & paulatim frigida euasit illa machina, & defessi sunt, qui ipsum cædebat Agathangelum. Quod quidem cū Dux vidisset, eum inuasit timor & admiratio: & statim iussit sanctos abduci in carcerem, inopiam cōsilij tegens prætextu misericordiæ.

Sapiens autem Sophia, quæ, vt diximus, eius erat & mater & institutrix, & bono Clementi effecta erat omnia, cū post longum tempus eum vidisset sic redijisse cum ornatu confessionis & splendida stola martyrij, & rursus in patria euasisse clariorem accessione periculorum, habebat cor plenum lætitiæ, & sperabat se mox visuram coronas, quæ desuper mitterentur. Noctū autem veniens in carcerem, complexa Clementem,

Sistitur Curcio duci.

Vide sibi los tartarei serpens.

Martyrum constantia.

Noua supplicia, eaq; horrenda.

2. Cor. 4.

○ immanitatem.

tem, & præ gaudio in eum emittens lachrymas, os, manus, lachrymas, & omnia denique illius membra germanè & suaviter deosculabatur. Deindè quomodò illinc nauigaerit, quibusnam traditus fuerit, & quænam interim sustinuerit, & quemadmodùm tanto tempore decertauerit, & quisnam sit, qui cum eo sub hoc duce decertauit, & cum eorursus est inclusus, singula apertè interrogauit. Postquam verò magnus Clemens singularitè omnia, quomodò se haberent, exposuit, cum eorum absterfisset sanguinem, & mundis linteis mundâset vulnera, eis apponit alimenta, quibus sciebat Clememem nutrirî ab ineunte ætate. Cùm interim autem cõsiderâset Curicius, quòd nihil ab eo posset eiusmodi excogitari ad supplicium, vt viroꝝ tantam superaret tolerantiam, Vicario cuidam, cui tunc Amesenorũ data erat administratio: erat autem ei nomen Domitius, de eis mandat cognitionem. Cùm verò ad eum deducerentur martyres, quæ filiorum aut Martyrum potius amore tenebatur, ab eis abesse non potuit, sed prompto & alacri animo sequebatur cum ijs, qui ab ea alebatur, pueris: quos quidem, vt priùs diximus, ei Clemens adsciuerat.

Cùm autem ad Maximianum statim esset relatum de pueris, iubet, vt si voluerint quidem discedere à Clemente, eis permittat domum redire. Sin verò ab eo non facillè recedant, vt eos morti dedat. Cùm hæc ergò in pueros lata esset sententia, eos apprehendentes milites, conabantur eos per vim auellere à Martyre. Cùm ab eo autem disiungi nõ sustineret, ipsos se humi dejicientes, & ambabus manibus pedes illius amplectentes, non priùs dimiserunt, quàm vnusquisque eorũ ense vitæ sinem acceperit, cùm cõstantiam & prudentiam supra ætatem ostendissent, & apertè monstrâssent, perfectum hoc donum descendisse de supèr à patre luminum, boni animi & instituti munificentissimam remunerationem. Atque locus quidem, cui pueroꝝ corpora sorte obrigerunt, appellabatur campus. Pia autem Sophia, propter summam suam in eos benevolentiam, gerebat etiam curam mortuorum corporum, hæc se dignum esse existimabat, si ea humi videret iacentia: sed vel inuita à magno Clemente disiuncta est & diuino Agathangelò, cùm eis priùs vale fecisset, & dixisset quòd si Deus daret, ad eos rursus rediret. Quamobrem cùm illa pueroꝝ corpora manibus sanctis sanctè humo texisset, illa quidem læta domum est reuersa.

Martyres verò cùm ad Amesenorum peruenissent ciuitatem, & genua in terram aliquandiu inclinant, & cùm vt Deus eis rursus adesset ad auxilium, cum calidis inuocâssent lachrymis, à militibus adducuntur ad Domitium. Sed ille cùm esset occupatus in examinandis alijs Christianis, eos in diem sequentem referuat certis tribunalibus & supplicijs, dicens non esse honestum, vt de eis cognitionem alijs adiungeret. Ad eum ergò adducuntur die sequenti cum generoso & excelso animo, & qui erat expertus omnis timoris: qui tantum abest, vt si quid graue paterentur, cederent & pietatem proderent, vt etiam ipsum iudicem magnus Clemens conatus sit in suam traducere sententiam, docens de bonis futuris & de vita immortalis, quæ expectant, qui pati propter Christum constituerunt, propter quem nos quoquè, præsentia, dicebat supplicia lubenter sustinemus: & adhuc his plures afficiens admonitiones, & eius aures implens doctrina iucundissima, adeò vt ipse quoquè Agathangelus repletus voluptate, prociuderit ad eius pedes, & cùm illinc deindè surrexisset, eum sit complexus, & suauè illud os ardentèr deosculatus. Sed Domitius, vt est in prouerbio, erat asinus ad lyram in audiendò: & nec pauca quidem intelligebat ex eis, quæ ab eo dicta fuerant, sed cùm ab errore totus detineretur, arma capit contra Martyres, existimans fore, vt eos à pietate traduceret. Certè & eos à se inuicem separat, vt etiam sic in eos incidere imbecilliores, & singulos seorsum ducit ad examinationem. Sed totum euenit contrarium. Nam cùm disiuncti essent corpore, erant omninò colligati spiritu, & reuerentes eas, quæ erant inter se inuicem factæ conuentiones & confessionem, sic seipsos effecerunt magis generosi & magis excelsi animi, eam, quæ erat à se inuicem, incitationem à se contendens vterque accipere.

Impius ergò ille iudex, cùm eos ab initio punire statuisset, cisterna quadam calce impleta, sanctos in ipsa defodit. Deindè cùm propè statuisset milites, iussit vt eos diligenter seruant: nè fortè, inquit, Christiani eos nõ etiam suffurentur. Et hæc quidem ille stultus, & verè stulta aggreffiens, vt nouit Deus. Quomodò enim fornax, quæ olim tres suscepit pueros, nullo eos dolore nec vlla affecit molestia, & vt dicam cum diuina scriptura,

Sophiæ matronæ humanitas.

Pueri alii quor nec captur.

Martyres ad Amesenorũ urbẽ ducuntur.

Mira S. Clementis virtus.

Merguntur martyres in calcem.

Dan. 3.

mirra, ne vnum quidem eorum pilum læsit: ita etiam in his factum est. Nam cùm hora secunda iacti essent in calcem, toto die (erat autem parasceue) steterunt nullo malo affecti, Deum laudantes: vesperè verò & lux eis de supèr emicuit, & per totam noctem eos circumfulsit. Miraculum autem fructus quoquè est cõsecutus. Duo enim ex militibus, quibus erat eorum demandata custodia, hunc splendorem mirati & hanc alacritatem, & lubenter in calcem insiluerunt, & Christianos se esse confessi sunt. Cùm verò iam disesapperet, eos esse mortuos existimans Vicarius, qui erat impietate mortuus, iubet eorum corpora eijci è cisterna. Et cùm accessissent ij, quibus erat eorũ commissa custodia, vident eos, & milites qui ad eos transfugerant, nihil quidem graue sustinuisse: sed habere diuinam quandam gratiam in suo vultu efflorescentem, & è facie dulcem quandam radium emittere. Cùm eos ergò è cisterna extraxissent, de militibus Vicario renunciant, (erant autem eorum nomina Phengon & Eucarpus) & illo iubente protinùs fuere crucifixi, clara quoquè ipsi luce confessionis habentes oculos illuminatos, & iam remunerationum fruentes proccmij.

Clemens verò & Agathangelus adhuc currebant in stadio martyrij: Vicarius autem studebat eis quoquè vitam præsentem adimere, vt qui nec videret eos persuaderi bonorum promissionibus, nec omninò malorum cedere insultibus, plures adhuc & præclariores volens eis coronas contexi. Dehinc certè Vicarius iussit duo lora excindi ex tergis vnus cuiusque: deindè autem ipsos quoque verberari virgis toto corpore vehementissimè. Illi verò, cùm etiam eis carnes conscinderentur, & ossa contererentur, fortiter tamen & constanter sustinebant præsentia, tanquàm ad impatibilem iam traducti naturam, & nullam sentientes necessitatem corporis. Præclarus autem Clemens tales quoquè voces ad Deum loquebatur, dicens: Domine Iesu Christe, qui quicquid spirat, è luto proprijs fabricatus es manibus, & homini neruus & ossa & aliam cõstruxisti figuram: qui etiam nos sepe contritos confirmasti, & concidentes stabilijsti, affictosque & prostratos erexisti, ipse ossa quoquè nostra nunc contrita erige, & tua imple exultatione. Ipse enim es ò rex inuicte, qui in nobis hoc certamen decertas: vt per nostram imbecillitatem tua apertius ostèdatur potentia. Quomodò enim hoc corpus, in quod cadit interitus, tales vicerit perpeffiones? Ità magnus Clemens cum Deo loquebatur. Vicarius autem videns eos superare præsentia, ad alium modum processit supplicij: & cùm duos ferreos candefecisset grabatos, facit vt in altero eorũ alter recumbat. Cùm verò multum ignis inferius subtraxisset, oleum & ignem & picem & sulfur infundit. Cùm multus ergò, vt est consentaneum, fumus & flamma sublati essent in magnã partem aëris, ij quidem, qui circumfitebãt, quinetiam ipse quoquè cum eis magistratus, id quod erat rei & naturæ consequens, credebant omnes sanctos esse mortuos. Significabat autem iam licitoribus quoquè Vicarius, vt rogo extincto, corpora sanctorum iacerent in fluminem. Eos verò inuaserat quidam dulcis somnus & inexplicabilis. In somno autem visio quoquè accedebat. Visio verò erat ipse agnotheta Christus, qui cum exercitu angelorum apparuit, & dixit: Nolite timere, ego enim sum vobiscum. Illi ergò cùm ab hoc diuino somno essent expergefati, communicabant sibi inuicem visionem, tanquàm in herba molli & odorifera, non in media autem flamma, iacentes.

Cùm eos verò Domitius vidisset ita admirabiliter & præter opinionem ignem superauisset, nec sciret deinceps quidnam eis faceret, remittit eos ad Maximianũ, qui tunc ex Tarso reuertebatur Ancyram. Cùm sancti ergò sub militibus cum multis quoquè alijs Christianis essent iter ingressi, quoniam & vitæ longitudine defessa erant corpora, & alioqui via, qua erant transituri, erat admodum deserta & planè aquæ expertis, sitis eos vtebat vehementissimè. Ea cùm viderent grauiter premi eos, qui vnã iter ingrediebantur, & mox esse defecturos, ad preces cum genibus ipsum cor quoquè inclinantes, Domine Iesu Christe Deus noster, dicebant, qui etiam priùs aquas maris, tanquàm murum firmas effecisti & stables, & aquam rursus eduxisti è petra, ipse nũc quoquè super nos respice, respice, inquã, Rex, valde enim ardet nostra anima, & currimus in siti æstus in loco, qui est sine aquis. Te autem volente, omninò & terra aqua, & rursus aqua restat. Hæc & dicebant, & calidæ lachrymæ eis fluebant ex oculis. Cùm itaque orâssent, & protinùs in cælum suspexissent, purum quoddam & perspicuum fluentum ex illa arida & inculta terra emittitur. Ex quo cùm bibissent, eam quæ eos premebat sitim sedârunt.

Duo milites credi, & crucifiguntur.

Nota truceulentũ tyrannum.

Candentes grabati eos excipiunt.

Christus eis apparet.

Miraculum.

Exod. 14. & 17.

Miraculũ.

Cùm



Cum huius autem rei fama etiam ad eos, qui procul erant remoti, pervenisset, ad ipsos confluebant qui circuncirca habitabant, & magna hominum multitudo, qui multis & varijs morbis vexabantur, ad eos adducebatur. Manuum autem solus contactus fuit unicuique morbi medicamentum. Beatissimus ergo Clemens (ad ipsum enim solum rursus reuertitur oratio) propter Christum pati adeo sitiebat, ut nec vitam solum tempus oraret minui supplicij, sed eius septa extendi perpetuo, Domine, dicens, quies solus rex seculorum, ne me abdukeris in dimidio dierum meorum, his quotidianis defessum periculis: sed praebeas mihi peccatori per totam meam vitam omnia pati pro tuo nomine & tua confessione, & vel ipsa tibi membra sacrificare, ut ea rursus accipiam cum maiori splendore. Haec simul ac precatus est, visus est sibi vocem audire ex alto, dicentem: Quae petisti Clemens, ea nunc tibi data sunt. Te fortiter gere, & tuas vires confirma, & certaminis cursum constanter confice. Vniuersum enim quod tibi restat vite tempus, cum ijs, quae certando iam a te sunt peracta, numerabitur ad viginti & octo annos martyrij. Sic ergo egregius Clemens, cum in caelo accepisset certum pignus martyrij, ad Ancyranoorum civitatem rursus confidenter procedebat vna cum Agathangelo. Qui eos autem abducebant milites, audientes Imperatorem adhuc versari Tarhis oppido Ciliciae, illuc ad eum sanctos ducunt. Ille autem cum eos statim sibi curasset, & id quod re vera erat celasset, simulata benignitate, humane & placide eos primum conabatur inducere:

Nota parienti desiderium.

Idem habet Nicephor. Eccl. Histo. lib. 7. ca. 14.

Fallacia fallax.

Martyrum inuicta fortitudo.

Psal. 2.

Isa dantur in fornace, sed nihil ledantur.

Mihi videmini, dicens, o viri, propterea in hodiernum usque diem non induxistis in animum, ut omnino cederetis, sed in eos potius, ad quos mihi estis, immorigeri fuisse & contentiosi, ut ad nos usque veniretis, & non prius in alicuius alterius, quam in ipsius Imperatoris oculis mutaremini. Scit enim saepe praesentia Imperatoris animum quoque transmutare, & id quod est valde inimicum, pro uocare ad beneuolentiam. Ecce ergo nostro ad spectu dignati estis in praesentia, propediem autem digni quoque nostra censerebimini beneuolentia, si prius deos ut seruatores & communes hominum curatores colueritis. Praeclari autem viri, praecclare admodum respondentes: Quod ad tuam quidem potentiam, dixerunt, deducti sumus, o Imperator, ipsi quoque laetamur: sed ut qui pro tuo tribunali supplicio propter Christum, non aliquo aut alio honore, digni sumus censendi. Sic enim cum magna fiducia sistemur ad illius terribile, & quod corruptum minimè potest, tribunal: quam ut consequaris, te quoque rogamus o Imperator. Ipse enim est, per quem & reges verè regnant, & tyranni in terra dominatum obtinent. Ipse enim est, qui & destruit omnem gentem, & Romanorum extollit imperium, & adhuc magis extollet, & per ipsam omnibus dominabitur gentibus. Quod quidem Propheta quoque appellat virgam ferream, Dedi tibi, dicens, gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam fines terrae. Pales eos in virga ferrea. Porro autem Imperatores quoque, qui vos sequuntur, excitabit pios & veri Dei cultores. Nam hoc quoque prius elocutus est spiritus.

His ergo vehementius commotus Maximianus, Quosnam, inquit, o vos, qui violenta estis morte perituri, legistis libros fatidicos, qui haec fabulantur? Illi autem, Non fatidicos, sed propheticos potius, dixerunt, o Imperator, in quibus utique hoc quoque scriptum est: Exurgere faciet Deus in diebus nouissimis reges pios. Maximianus verò, dum ij haec dicerent, interrumpens orationem, Quid verò, inquit, Non nos ij sumus, qui in deos tanta pietate vrimur, ut eos quoque qui eis non parent, ut nunc vos, malis afficiamus grauissimis? Quamobrem magnus Clemens, silente Agathangelo, Sed o Imperator, inquit, si fuisset quidem aliqua mutatio impietatis, ex quo illud praedictum est propheticum, ea quae a te dicta sunt, aliquam haberent rationem. Cum autem cultus simulacrorum in hodiernum usque diem abundet in orbe terrarum, clarum est, futurum omnino aliud tempus piorum Imperatorum. Cum ex his ira, quae cohiberi non poterat, esset incitatus Maximianus, loqui quidem desijt: fornax verò, Chaldaeorum fornace longe maior, sanctis fuit accensa. Sed eos quoque in ipsam iniectos, diuina rore perfudit gratia: sicut illic pueros, sic hic conseruans Martyres. Atque totam quidem noctem & diem eos fornax tenuit: illinc verò audiebatur quidam sonus festum celebrantium, suaueque olens & dulcis fumus ex eo sursum emittebatur.

Haec significantur Maximiano. Ille autem, cum iam flamma extabuisset, accedens, videt sanctos in caelatos, o miraculum, cum flamma ne vel solum quidem eorum pilum

laniasset: sed manus quidem haberent in caelum extensas, labra verò mouerent ad glorificationem. Quos cum curasset statim ad suum tribunal sistendos, Vel in hoc, inquit, mihi saltem gratificemini, ut significetis quibusnam incantationibus igni vim adimitis. Illi autem, Non incantationibus, dixerunt, o Imperator, sed sola eius, qui dixit, promissione: Etiam si per ignem transeas, flamma non te comburet. Haec ergo rursus mordabant & male habebant Imperatorem, & eos iussit trahi publice, & conuelli a licitoribus, & extrema perpeti. Sed haec quoque illi male cesserunt. Nam tunc quoque multi ex infidelibus, videntes spiritus, qui non poterant redigi in seruitutem, & animum, qui deijci & deprimi non poterat, planeque fiducia spirabat & libertatem, & hoc quod est maximum, homines qui acerbè trahebantur & conuellebantur, & quid non graue patiebantur, & non solum non cedebant, sed euaferant quodammodo robustiores & vegetiores, & pleni erant fiducia, & superabant ipsum Imperatorem. Haec videntes, & patriam abiurabant religionem, & eis se adiungebant, & ei, qui ab ipsis praedicabatur, Christo.

Esa. 43.

Multi credunt in Christum.

4. annis sunt in carcere martyres.

Cum itaque consilij inopia esset plane ex omni parte implicatus Maximianus, Martyres ita ut erant vincos tradit in custodiam, cum eos damnasset quatuor annos habitare carcerem: si forte, inquit, quod intercedit tempus, sit eorum soluturum constantiam, promptique & alacris animi heberaturum vehementiam. Sed ea contra atque sperabat enenerunt. Bono enim & tranquillo animo fuerunt interea, & cum iam tempus adesset praefinitum, perinde ac si fuissent inclusi heri & nudius tertius, acrem & vehementer seruabant zelum ad confessionem. Desiderium enim in Christum, & spes futurorum, efficiant ut habitarent carcerem non secus, ac magnificas aedes & palatium. Maximianus ergo cum haec quoque didicisset, ipse quidem recusat amplius suscipere aduersus eos certamina: deliberabat autem, ad quem eos de cetero transmitteret, praetextu quidem, quod propter insignem impietatem ne Imperatoris quidem essent digni tribunali: Vera autem causa erat, quod cum eos inuenisset omnibus eos inducendi rationibus superiores, & neque induci bonorum promissionibus, neque flecti malorum insultibus, verebatur adhuc deprimere gloriam & aliquid de magnitudine de trahere existimans.

Ei autem sic deliberanti, aderant multi quoque alij simul magistratus & praesides, qui ex multis conuenerant prouincijs. Inter quos erat etiam sacerdos, qui erat quidem principatu insignis, sed erat longe impietate insignior, & multos Christianos multis saepe & varijs subiecerat supplicijs. Ei mandata Maximianus cognitionem de martyribus. Cum autem persuadendi magna vi esset praeditus, & ad alliciendas hominum mentes artifex egregius, & alioqui studeat ostendere, eos qui ipsum praecesserant, non ex Martyrum animi magnitudine, sed ex sua potius simplicitate illis praebuisse victoriam, sedes in tribunali effecit, ut vitillij egregij coram se sisterentur, & variè cum eis decertare est aggressus: modo quidem lenitate & pecunie promissione: modo verò acerbitate & minis rerum malaram: nunc blanditijs, nunc indignatione, & partim quidem asperarum rerum experientia, partim autem ijs, quae praecesserant, adhibendo medicinam tanquam ex poenitentia. Ceterum cum primum fecit ut sisterentur Martyres, Adeste, inquit, ad sacerdotem, quem nullus, inquit, effugit ex Christianis, qui Pontum habitant & Galatiam: sed multos quidem persuasos honoribus affeci & muneribus, & dijs, quod quidem est maximum, reconciliaui & effeci familiaris: multos verò ex ijs, qui non paruèrunt, ferro & igne consumpsi, & morti tradidi acerbissimae. Cui quidem vos quoque parentes, sacrificate, ut pro portione tot malorum, quae tot annos patimini, vos bonis fruamini.

Impijssimus sacerdoti demonum traduntur.

Ad haec dixerunt sancti: Qui nos pro meritis est remuneraturus & honoraturus, est Christus, qui dona habet tam excellentia, ut ne condigne quidem sint huius seculi passionum ad gloriam, quae est in nobis ab ipso reuelanda. Propter quae sacerdos quoque, fecit similiter ijs, qui praecesserant, & eos iussit cedi in humeris, donec eis ipsa ossa aperirentur. Cum autem Martyribus praesentia viderentur esse leuia, spina quoque similiter cedebatur, donec a praesentibus oculis visa est ossium compositio, & tota dimensa est composito vertebrarum. Sacerdos ergo tam miserè & tam miserabiliter victus est a Martyrum fortitudine. Quocirca quae illos pati erat verisimile, ipse potius sustinebat. Nam ij quidem, cum ille iussisset, suis pedibus redierunt in carcerem: Ille autem cum ex pudore & egritudine quod vinceretur, linqueretur animo, & multis portaretur manibus, turpiter recessit a Tyrannico tribunali.

Rom. 8.

Rursus crudelissime caduntur.

En quanti  
olim fiebat  
sanctorum  
reliquia.

Interim autem dum sancti irent in carcerem, carnes quae eis decidebant cum sanguine, effecerunt ut fideles vndiq; ad eas colligendas concurrerent, tanquam ad quandam thesaurum bonorum. Quas quidem statim cum ipso puluere tollentes sitientibus manibus, credebant se quam benedictionem attrahere & gratiam. Postquam vero sacerdos omni metu intentato, adhibitaq; omni experientia, callidisq; commentis artificijsq; & praefigijs, nihil potuit efficere, sed ut dicitur, in caelum est iaculatus, & haec rescivit Maximianus, & risum profudit in sacerdotem: Hic est sacerdos, inquit, qui decantatur ab omnibus. Maximus ergo quidam, qui ipse quoque erat Dux, cum esset apud Maximianum, & audiret quae dicebantur, impletur quodam animi zelo aduersus sanctos, & Rogo, inquit, o Imperator, tuam potentiam, ut ij viri mihi quoque tradantur in manus. In maximis enim dijs habeo fiduciam, quod vel eis persuadabo, ut murent omnino sententiam, vel eis male vitam adimam. Quamobrem cum annuisset Maximianus, octauo ipse suscipit Martyres, & nouum quid in ipsos machinatur, ut qui interiecto aliquo temporis interuallo cum ipsis colloqueretur, & se sanctis verum & amicum dare fingeret consilium. Nam eos quidem primum alloquitur, amice sermocinans, & quae iucunda & grata essent, cum eis disserens. Deinceps vero aliquot rursus diebus interiectis, eos ad sermonem conferendum vocabat, eosq; admonere & eis consulere, non autem eis omnino vim afferre, neque eos cogere videbatur.

Octauo carnis  
nisi mar-  
tyres tra-  
duntur.

Cum vero sic multum temporis intercessisset, fraus Maximi aperte arguebatur, & aperiebatur causa illius fraudulenta & simulara amicitiae. Nam cum sanctos aduocasset, Saluere, inquit, o homines, quos similiter amant dii immortales, & ambos habent loco germanorum filiorum. Saepè enim mihi & responsa dederunt, & in somnis apparuerunt, ita in vos reprimentes, nulla quidem omnino alia de causa, nisi quod expectat vestram sponte futuram mutationem, quae quidem paulo post aderit, ut mihi certe praeterita nocte magnus inter deos aperuit Dionysius, ut qui nobis mandauerit, dicens: Adduc viros. Ecce ergo & ara est parata, & parata sunt sacrificia: accedite, & sacrificato eorum beneuolentiae. Ad haec sancti respondentes: Falsum, o Iudex, aperte dixisti & minime probabiliter. Nam quae interdum tibi dii loquantur, ea omnino non est quoque. Quisnam enim adest tibi Dionysius? Is enim est duplex, ut videmus: aut quem nomenas ex his immortalem? aneum ne, an lapideum? Nam si eum dicis, qui constat ex lapide, videbis paulo post hunc tibi deum immortalem vel contraclum, vel iniectum in adificium, vel exustum & in calcem transmutatum. Quod si tecum differuit aeneus, is quoque cito pulchre fundetur in vasa, quae deseruiunt ministerijs, quomodo vnumquodque eorum vltus exegerit. Cum haec sancti respondissent, & cognouisset Maximus nihil sibi aliud profuisse omnino simulationem illam & fictionem, quam quod a suis dijs labem & maculam inuenerit, personam deinceps exuens, aperte ostendit Maximum, & id quod erat, protinus apparuit.

Iridit eum  
martyres.

Alia adhi-  
berur acer-  
bissima sup-  
plicia.

Iubet itaq; obeliscos in extremo acutos, vnus pedis magnitudine, supernè habentes cuspides, defigi in terram, & beatum Clementem supinum acubus impositum, crassissimis lignis verberari vehementissimè: Agathangelo autem in caput infundi plumbum igne liquefactum. Cum ergo iustus effectum celeriter accepisset, magnanimus quidem Clemens, & in pectore supernè caedebatur, & eius terga infernè obeliscis transfigebantur. Sed ne sic quidem anima huic sancto discedebat à corpore. Verax enim erat, qui fuerat pollicitus, tormenta eum non esse superatura, nec villo supplicio vitam esse finiturum. Agathangelus vero ipse quoque similiter admirabilem ostendit fortitudinem. Maximus, itaque hoc praeter opinionem miraculo obstupescit cum ijs, qui circumstant, prope modum ne poterant quidem credere suis oculis, adeo inopinatum, & quod erat praeter rationem, videntibus miraculum per pectus, cor & totum deinceps corpus, acuto ferro transfixum hominem, & praeterea supernè quoque vehementer verberatum, non statim emisisse animam, sed viuum adhuc esse & superstitem, & vi illi intolerabili sanamente resistere. Vix ergo tandem eum detrahit ab obeliscis, non secus ac vestem vndique dilaceratam, & solo sermone persuadentem, se non esse mortuum. Martyr ergo ad Maximum protinus aspiciens, Modò, inquit, cognouistis, quem admodum non solum nostrum corpus aduersus vos decertat, sed Deum habet, qui per ipsum logè vestras superat insidias, qui etiam non finit animam euolare è corpore, eam cohibens & continens arcano quodam consilio, & quae dici non potest, prouidentia.

Cum

Cum animum ergo omnino despondisset tyrannus, & nulla spe amplius teneretur, factum quidem Clementem, qui adhuc portabatur, cum Agathangelo includit in carcere: refert autem ipse quoque singula Maximiano, quoniam aduersus Martyres excogitauerit, & quemadmodum inuenerit eos nec blanditijs vinci posse, nec tormentis, atque adeo ipsam quoque ab eis superari naturam. Maximianus vero cum similiter atque ipse, nullam posset excogitare rationem, nedum viros persuadendi egregios, sed nec eos quidem interimendi, iubet eos relinqui in carcere, nec vllam eorum omnino curam gerere, donec ipsi naturalem mortem sustinuisent. Viri autem impij, cum eorum tam manifestam accepissent experientiam, (o amentiam, o crudelitatem) ne sic quidem poterant quiescere, sed etiam expectabant fore, ut sic vincerent. Certè Aphrodisius quoque nonus lucam aduersus ipsos suscipit, genere quidem Persa, qui multa tormentorum genera sepe excogitaret aduersus Christianos. Erat autem hoc signum euidentis, Maximianum eorum magnam habere rationem, & hoc sciebant omnes, quod qui eos potuisset persuadere, ei esset rem facturus gratissimam, & pro eo maximam accepturus remunerationem. Hic ergo cum forte fuisset apud Maximianum, quo tempore de sanctis ei renunciabatur, petit in eos sibi dari potestatem, etiam si, ut est in prouerbio, exuerit Sicyonium. Cum autem petisset & accepisset, domi statim apponit lautam & magnificam coenam, & eos inuitat ad conuiuium, ut eis labores sustinendo defessis, res iucundas praebendo gratificaretur, & eorum ad se animum leniter alliceret. Cum vero, quae eis coaluerat, & grata erat, magis amplecterentur abstinentiam, & adijcerent, Nos pane caelesti vescimur, quem qui comederit, non amplius esuriet, sed viuet in aeternum: illic enim est bonis coena parata: contumeliam esse ratus Aphrodisius, & in eos commotus vehementius, illos quidem tradit in custodia, dicens: Vestra ergo coena erit mors cum dolore, quam quidem ego cras vobis apponam magnificam.

Abducitur  
rursus in  
carcerem.

Nonus eis  
accedit ty-  
rannus.

Iohan. 6.

Vide sup-  
plicium.

Iubet autè postridie afferri duos lapides molares: Vtrumque vero eorum collo vtriusque alligari, & sic eos lapidibus vndiq; appetitos, trahi per mediam ciuitatem, ijs, qui trahebant, hoc eis acclamantibus: Dijs parate & Imperatoribus. Qui aliquid decernit praeter nostram patriam religionem, sit obnoxius talibus supplicijs. Sed hoc quidem totum faciebat Aphrodisius, ut vel ingentes frangeret eorum spiritus, & efficeret, ut cederent, se tam turpiter traduci non ferentes: vel in eos incitaret ciuitatem, & communiter concurrentes omnes, ipsos interimerent. Sed qui quae sunt profunda & occulta aperit, id enertit, quod is callide cogitauerat. Nam & Martyres, gloriantes potius, quam pudore affecti, circumducebantur, ciuitasque confluens ad spectaculum, & videns quam alacres & laeti propter Christum obirent, & quam post tot & tanta supplicia valida essent eis corpora, maximas illas plagas cito repellentia: eos veluti impatientes existimantes & immortales, illi quoque verum Deum confitebantur, & leti accedebant ad pietatem. Cum sic ergo longè fuisset inferior Aphrodisius, haec Maximiano quoque significantur. Ille autem cum spem omnem abiiecisset mutationis, ut potè quod fieri non posset, ut à sua sententia traducerentur Martyres, maximè cum ex eo plures ad eorum traherentur pietatem, ad perpetuum eos condemnat carcerem, ut cum custodia, à qua nullo tempore egredi liceret, extabuisent, sic è vita excederent, Deo hoc eis prouidete, ut oratio Clementis eum, quem ipse precatus fuerat, finem acciperet, & essent eis maiores martyrij remunerationes.

Ethnici  
multi fidè  
amplectuntur.

Damnatur  
martyres  
ad perpetuum  
carcerem.

Cum longo ergo tempore sic morari essent in custodia, multi alij ex pijs, qui martyrium post eos inchoauerant, acceperunt ante ipsos consummationem. Qui autè Clementis & Agathangeli, preclarorum athletarum pietatis, erant à Maximiano carceris constituti custodes, defessi diuturna illa carceris custodia, vix tandem accedunt ad Maximum, qui tunc susceperat imperium, & rogant eum quid iubeat de ijs, quos multis annis tenent vincitos, qui Christianae sunt religionis, qui difficiliter moriuntur, vel sunt potius immortales. Sic enim nominabant beatos, propterea quod mala sustinuisent, quae ferre non potest humana natura. Maximinus autè, cum prius suos deos multis insectatus fuisset maledictis, quod non potuissent praesentem illis vitam adimere: deinde etià quae fuisset de ciuitate, in qua nati & ex qua profecti fuerant, & cuiusnam essent generis, cum eos & Galatas esse intellexisset, & ex ciuitate Ancyra, ad Lucium eos mittit praesidem. Is enim tunc ei praerat. Ità cognoscitur Dominus iudicia faciens, qui Martyres quoque post tot & tanta pericula, ei rursus, quae eos tulerat, ijs quibus ipse nouit modis,

Maximinus  
proscindit  
deos suos.

Bbb 2 resti.

*Noua cruciamenta.*

reflituit. Illi ergò cum Tarsis egressi essent, alacri pede confecerunt viam, quæ fert in patriam. Cum primùm autem viderunt Ancyram, sistuntur coram Præsede Lucio. Ille verò cum nec eis quidem priùs loquendi fecisset potestatem, tunc eos quidem validè includit in ligno, lapide vtrique alligato, ita vt nec ipsi quidem possent omninò moueri, nec crura extendere.

*Egregium Agathæge- li responsum.*

Sequenti autem die accersito Agathangelo, Scio, inquit, quòd non propter improbitatem, sed propter animi facilitatem, & morum simplicitatem, deceptus es à tuo familiarium Clemente. Quocirca vidèris multis habere innatum nimium contendendi studiū. Non est autem mirum, si mala cōsuetudo, quæ veluti morbus quidam tempore callum obduxit, mutauerit sententiam. Nam gutta quoquè aquæ assidue distillans, petra quocumque se sit cauare, vt dicitur. Sed hanc tuam ad morem gerendum facilitatem nobis quocumque aliquando concede Agathangele, longè vtiliorem & iustiorē, & conuenienter tuo nomini, sis nobis bonus nuncius, nuncians conuersionem propriam & poenitentiam. Ad hæc Agathangelus, Mihi, inquit, hanc constantiam nec animi fecit facilitas, nec improbitas. Sed quòd non improbitas quidem, ipse priùs es confessus. Quòd autè rursus nec quibuslibet facile paream, hinc est apertū. Quomodò enim tam multis resistissem Præsibus, atque adeò ipsi etiā Imperatori, qui cum me & cum Clemente & seorsum rursus accepissent, nullam non adhibere machinā, sed & promissis inescare, & minis perterrere, & supplicijs conati sunt in aliam traducere sententiam. Neque ergò facilitatē, neque improbitatem, sed sapientiam potiùs & animi fortitudinem hæc nomines: Sapientiam quidem, qua ijs quæ intereunt & citò fluunt, præferimus ea quæ stant & manent: falsosq; vestros deos & adulterinos auersantes, solum vnum Deum & verum attendimus. Fortitudinem autem, per quam cum tam multis pro Christo colluctamur periculis, & veluti quendam somnum in ortem contemnimus. Neque est ergò Clemens, qui mihi persuadet: sed Christus multò priùs, qui me vocauit per Clementem. Neque deceptus sum, sed potiùs discessi ab errore: à quo, rogo, vt vos quoquè recedatis, vt qui vobis quoquè, si vultis, sim nuncius veritatis.

*Agathæge- lus dixit as- fligitur.*

Hæc cum dixisset Agathangelus, omni de eo ipse concepta Præsides frustratus, & ferreas fibulas valdè accensas in illius aures iniicit, & faces copiosum ignem alètes vtriusq; admouet lateribus. Cum acris itaque dolor hinc ex auribus intrinsecus versaret cerebrum, fumusq; & tenebræ id implerent, fortiter id ferebat Martyr, Christum costēs, & cum solum vocans in auxilium, & clamans: Domine Iesu Christe, nē me priuaueris beato illo fructu bonorum immortalium: sed des mihi patientiam & tolerantiam, & cum dignatus me fueris perficere cursum tuę confessionis, cum tuo famulo Clemente me connumerēs, & cum omnibus, qui pro glorioso tuo nomine decertarunt, quoniā defecit virtus mea: anima autē mea in te sperauit. Hæc ille quidē est precatus, Deus autē ex alto hæc perfecit. & cum videret Præsides nihil sibi succedere ex sententiā, sed athletam potiùs effici clariorem, abduco illo in locū, qui Cryptos, id est, abditus, appellatur, ense beatum caput amputat, quinto mensis Nouembris. Atque Martyr quidem, cum recessisset ab ijs, quæ sunt ad tempus, & à laboribus liberatus fuisset & tormentis, fuit in caelis, & qui staret cum angelis, & cū superis choros duceret, dignus fuit habitus, cum certasset sub Imperatoribus quidem Diocletiano & Maximiano, sub Magistratibus autē, Agrippino, Curcio, Domitio, Sacerdote, Maximo, Aphrodisio & Lucio. Pia autem illa & Martyrum amantissima Sophia, materno amore in Agathangelū quoquè accensa propter magnum Clementem, postquam vidit eum, vt optabat, consummatum, & ab ijs, quas pro ipso gerebat, curis est exoluta, & cum magna voluptate tollens illud corpus martyricum, & componens, in loco consummationis, in quodam sepulcro profundissimo, in ingressu templi quod illic est, deposuit.

*Vide iudicium sanguinarium.*

Præclarus autem Christi athleta Clemens, cum sui in certamine socij Agathangelū intellexisset consummationem, ipse quoquè voluptate, quæ minimè potest explicari, repletus, in carcere ita vt erat pronus humi extensus (prohibebat enim, nē surgeret, lignum quod habebat in pedibus, & lapis alligatus corpori) emittebat, vt par est, ad Deū voces, quibus agebat gratias. Sed neque in eum euaserat Præsides negligentior, sed præter vincula, & quam perpetiebatur ex illis miseriam, iubebat centum & quinquaginta plagas ei in vultu & in capite infligi quotidie. Sic ergò quotidie ex eo fluebant riuus sanguinis, vt ipse quoquè lapis, qui erat ei alligatus, & totus subiectus locus fieret purpureus.

reus. Noctu autem rursus adueniente, & lux circa ipsum veluti eluxit, & angeli adstiterunt, & eius liberalis consecuta est curatio. Cum ipse ergò & lapidem & vincula & no-  
urnas illas plagas ferret fortiter iam longo tempore, Christianis quidem iam erant festa aduentura, Seruatoris nostri Iesu Christi Theophania: Pia autē & Dei amans Sophia, quæ vehementi quidē pietatis zelo semper mouebatur, & alioqui ardentiori tunc  
phania. feruebat spiritu, audebat præclarum aggredi facinus & magni animi. Cum famulorū accepisset multitudinem, & puerorum, qui ab ea alebatur, masculos & foeminas, ingredi-  
tur carcerē, & cum vinculis soluissent Martyrem, educunt e carcere. Deindè verò cum Sophia eum veste induisset candida, & superhumerali ei imposuisset, & ei in manus tradidisset Euangelium, eum multis lampadibus & suffitibus circumseptum deducebat ad ecclesiam. Cum ipsa autem vestem quoquè induisset candidam, & internam propter  
egregium Clementem ostenderet animi lætitiā, ei in sinistra parte manū subijciebat, quæ eum sustineret, & ad ingrediendum ferret opem Martyri.

Adhuc autem erant in itinere, cum Clemens, vt qui iam sensisset, Dominum eum ad se vocantem, in cælum sublata dextera, (altera enim tenebat Euangelium) orauit & pro sua secundum spiritum matre Sophia, & orauit etiam pro clero & vniuerso grege, & petijt ijs, qui ipsum inuocarent, postquam hinc excessisset, & eum alioqui honorarent & colerent, Domini defensionem & salutem, & quidquid ad eorum petitionem tributum, futurum esset eis vtile: & sic postremo orans, cum Martyrum amante Sophia, & ijs qui eum deducebant, ingreditur ecclesiam. Atque illi quidem cum clauibus & v-  
clibus fores munissent, (timebant enim, nē aliqui ex impijs in eos irruerent) tota nocte canebant. Postquam autem dies aduenit salutaris, iucundè & suauiter illucescens eorum, qui digni erant, animis, cum præclare admodum Martyr sacrum celebrasset mi-  
nisterium, & intemerato & incruento eos, qui aderant, impertisset sacrificio, eis sua-  
uis Christi palmes, Clemens, inquam, eis instillauit dulce vinum doctrinæ. Cum autem  
videret perturbatos & timore affectos, vt qui suspicarentur fore aliquam infidelium in-  
curtionem, confirmauit eorum spiritus, & cum quæ futura erant, corū subiecisset ocu-  
lis, Bono, inquit, sitis animo fratres, non peribit vnus ex vobis. Duo autem quidam, &  
ego tertius cum eis postremo à vobis excedemus. Deindè extinguetur quidem, quæ  
nit in Christianos, rabies: orietur verò pax in imperio Romanorum, omnisque ciuitas  
& regio implebitur Christi cognitione, & aperietur quidē omnis ades sacra, clauden-  
tur autem templa gentilium, & fugient, qui in eis adorant, & eo, quo nunc vos, ipsi ti-  
more afficiuntur. Hoc autem tempus propè est, & quidam ex vobis videbunt euersos  
persecutores.

*Incructum Missæ sacri- ficiū.*

*Prophetia S. Clementis.*

Hæc cum ille tam apertè differeret ijs, qui aderant, Christi & Martyrum amanti-  
sima Sophia, maximo gaudio & lætitiā propter Clementem in corde plena, conuocabat vi-  
duas & orphanos, panemq; & cibum & vinum eis abundè suppeditabat, & pro viribus  
eos complectebatur. Atque hæc quidem duodecim deinceps dies facta sunt, & eos, qui  
accedebant, conuiuio liberaliter accepit Sophia, festosq; dies celebrabat & hilariter  
transigebant, & Clementis aduentum honorabant. Cum autem iam dies adesset præsti-  
tutus (erat verò dies Dominicus) à præfenti vita athletam euocans, ille quidem diuinū  
celebrat sacrificium. Postquam autem perfecta fuerant, quæ consueuerant, & partici-  
pes fuerunt fideles viuifici corporis & sanguinis, diuinis adhuc donis in sacra mēsa pro-  
positis, & ad ea Martyre collum habēte inclinatum, quidam ex Magistratibus, Alexan-  
der nomine, impetu repente facto cum militibus, iubet vni ex suis amputare sacrū ca-  
put Clementis. Deindè etiam intemeratam oblationem (ō tuam Christe rex patientiā)  
deiecerunt in terram, & profanis pedibus profani conculcârunt. Atque sic quidē ma-  
gnus ille Clemens sacrificans, acceptum pro aliquo alio sacrificium ipse Deo offertur.  
Eorum autem qui aderant multitudo, alij quidem recesserunt lachrymantes: duo verò  
soli ex Leuitis, qui etiam intemerato ministrabāt sacrificio, vnus quidem Christopho-  
tus, alter autem Chariton nomine, vt ipse priùs significauit beatus, ad diuinam quidem  
eius mensam beatum ipsi quoquè finem acceperunt.

*Caput S. Clementis ad aram amputatur.*

Fidelis autem Sophia, quæ magno Clemēti fuit ex Deo mater & nutrix & institutrix, cum in aula tutissima haberet filium repositum, & qui ad supernas transierat coronas, & immobilium illorum bonorum remunerationes, sollicitudinem omnem soluens & mœcerorem, & lucernarum accendit multitudinem, multa que perpeffum & quod multa  
Bbb 3 vicerat

Præclara eius cum lucernis sepultura.

Orat Sophia Sanctos, ut pro ipsa precantur.

Nota longissimum certamen.

vicerat certamina, sui amiciissimi mortui tollens corpus, mundis vestibus & linteis involuit, & in ipso templo, quod est in loco, qui dicitur Cryptos, præclarum præclare deponit: vbi etiam prius deposuerat Agathangelum, ut vni sepulcro crederentur corpora, quorum animas idem cæli suscepit tabernaculum. Prope eos autem, illos etiam sepelet Diaconos, qui cum magno Clemente conserauerant, quo in loco eorum quoque parua ædificata est edicula. Deinde cum Clementis affedisset sepulcro, hæc præclara humanitateq; & affectione plena verba eloquebatur: Ego quidem vos, o fili, in Crypto, id est, in abdito, deposui: sed vos omnino Christus in aperto deducet in requiem, propter quem tot & tanta vestra sponte pati delegistis, & vobis dignam ædem excitabit, & vestra corpora in ea reponentur. Porro autem me quoque iam ad vos vocat senectus, que propterea in hodiernum usque diem est conseruata, ut vobis communem omnino congeram puluerem, quos ne longum quidem tempus martyrij a se inuicem separauit, & me ipsam vobis pulchrum bustum præbeam. Sed orate pro me, o charissimi, quæ sum mater, & nutritrix, & supplex, ut possim sicut hinc, ita etiam illic quoque esse prope vos, & apud Dominum possim quoque parua aliquam habere fiduciam. Atque illa quidem hæc apud sepulcrum loquebatur, & sensim vna cum voce etiam effluebant lachrymæ.

Præclarus autem Christi athleta Clemens (nam cum ijs, quæ dicta sunt, pauca quedam adiecero, finiam orationem) perpetuo quidem decertauit sub Imperatoribus Diocletiano & Maximiano: sub magistratibus autem ac presidibus Domitiano, Agrippino, Curcio, Domitio, Sacerdote, Maximo, Aphrodisio, Lucio & Alexandro. Finijt verò certamen 23. Ianuarij, adeo ut totum tempus martyrij ei fuerit viginti & octo anni. Quod quidem nos oportet tenere memoria, ut à nostra excitemur socordia, & hæc tam proluxa reuereamur certamina, qui nec paruum aliquod momentum temporis aliquid molesti propter Christum tolerare sustinemus: & sic nos comparemus, & tantam suscipiamus confidentiam, ut propter ipsum, si opus fuerit, omnia patiamur, ut ipsi voluntatis subeamus martyrium, & apud Deum fiduciam cum illis consequamur: quam derunt nobis omnibus consequi gratia & clementia Domini nostri Iesu Christi, cum quo patri simul cum sancto spiritu gloria, potentia, honor & adoratio, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

VITA SANCTI PATRIS NOSTRI IOHANNIS ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI, QUI DICTVS est Eleemon, id est, Misericors aut Eleemosynarius: auctore Simeone Metaphraste, qui videtur illam vitam, quam Leontius episcopus Neapoleos conscripsit, longè meliori ordine digessisse.

IANVA. 23.

Patria S. Iohannis.

Parentes.

Ducit vxorem.



Onorum virorum scriptis mādare adiones, & memoriam eorum tradere posteris, conciliat magnam vitæ utilitatem. Quendam enim zeli stimulum immittit animis piorum, eorum quæ ab eis rectè gesta sunt, narratio, & ad similia facienda adhortatur. Quarum vna est ea quoque vita, quæ nunc nobis est proposita ad narrandum, boni, inquam, Iohannis, cuius actioni nomen est conueniens. Vocatur enim Eleemon, id est, Misericors, propter magnā suam ad hoc propensionem & summam bonitatem. Quem tulit quidem insula Cyprus, & aluit tanquam plantam aliquam florentem & comatam virtutibus: clara autem Alexandria eum sortita est Pontificem & Patronum ciuitatis. Ei pater quidem erat illustris, nomine Epiphanius. Cui etiam virtutis præstantia effecit, ut ei committeretur illius insulæ rectorio. Mater autem honesta, & quæ tali marito conueniebat, ut quæ resplenderet corporis & animæ pulchritudine. Iohanni cum tales obtigissent parentes, non affecit genus suum decore: sed studuit potius id ornare, adeo ut arbor ex fructu fieret manifesta, & non ipse ex illis ornamentum acciperet, sed illi potius gloriarentur filio, cum cognoscerentur esse patres talis filij.

Cum autem rectè educatus peruenisset ad mensuram ætatis, vel inuitus à parentibus vxori iungitur matrimonio: cum qua habitare cum, ut parentibus obediret, admisset, auer-

auerfatus est coniunctionem, temperantiam & continentiam amplexus etiam in matrimonio. Sed magna soceri importunitas coegit magnum Iohannem cedere naturæ legibus. Ex quo efficitur quidem pater liberorum: Patrem autem vocari, citò ei est ablatum, immatura morte ei præreptis filijs. Postquam autem cum ramis radicem quoque simul excidit communis hostis generis, & abstulit ei vitæ sociam, propter omniam quidem agit gratias grata & memor anima Deo, qui dederat & abstulerat: eam autem rem efficit materiam virtutis, & cum illorum priuationem reputasset esse curarum depositionem, Deo perpetuo ita assidebat, ut diuelli non posset, & ad Christi portam assidue pulsanti, ei aperiuntur viscera diuinæ benignitatis. Itaque ipse quoque illa imitans pro viribus, aperit viscera & portas omnes & manum indigentibus, non misericordiam gattas aliquas parce præbens, sed emittens imbres benignitatis, & ambabus manibus opes effundens inopibus.

Hinc enadit omnibus manifestus, non priuatis solum & principibus, sed etiam ipsi Imperatori. Heraclius autem tunc sceptrum tenebat Romanorum. Quamobrem cum ciuitas Alexandrina tunc esset orbata Patriarcha, ad hunc virum toto contendit desiderio, & rogat Imperatorem, ne ipsa à scopo suo excideret, sed ab eo Pontifice pasceretur eorum ecclesia. Et ille quidem magnum illum accersit protinus, & omnibus modis conatur ei persuadere, ut ad sedem ascendat. Ille autem strenuè resistit, dicens se timere rei magnitudinem, nec se posse tantam sustinere dignitatem. Cum verò Nicetas dignitate Patricius, qui tunc multum poterat apud Imperatorem, & beato Iohanni erat frater spiritu, & vinculis amicitie erat ei optimè coniunctus, & alioqui rectè sciebat virtutem eius incomparabilem, & nouerat illum, si vllus esset alius, ea sede esse dignum, vehementer instaret Imperatori, dicens ne cum remitteret, sed vel inuitum ad sedem eueheret: vrgens Imperator maiore impetu & spiritu, persuadet Iohanni, ut suscipiat Pontificatum, ut qui reputauerit non sine Dei numine fuisse tantam Alexandrini populi commotionem & Imperatoris contentionem. Fit itaque sedis Marci successor, tempore quidem nescio quotus post illum, sed non multum remotus à vita illius & virtute: quomodo etiam possunt ostendere, quæ statim post susceptam rectorionem, rectè ab illo gesta sunt. Postquam enim ascendit sedem, hoc ante alia omnia contendit, ut renouaret Marci prædicationem, & fidem patrum qui præcesserant, & hæreticorum, quæ enata fuerant, zizania euelleret radicitus. Nam cum Petrus Cnaphæus blasphemam quandam in diuinitatem additionem hymno ter sancto ausus esset inferere, & ei, quod est, Sanctus immortalis, adieciisset, Qui crucifixus est propter nos: diuinus ille vir, hac blasphemiam sublata, impatibilem & immortalem diuinitatem suo dogmate asseruit, & gregem ita sentire docuit.

Cum autem inuenisset septem sola Orthodoxorum oratoria, ea efficit decies plura, ut qui ea septuaginta constituerit. Deinde omne confert studium, ut qui capti fuerant omne genus hæresibus, conuerterentur ad pietatem: fuitque zelus eius vehementissimus in ordinationibus, ut eæ quidem puræ essent à lucris & muneribus: nulla autem earum fieret citra examinationem. Præterea autem maximam adhibebat diligentiam in defendendis ijs, quibus fiebat iniuria, & ne iudices gratificando personis ius proderent, sed iustitiæ trutinam ponderarent iudicia, & nec ad gratiam adspicerent, nec ad odium. Quod autem erat ei maximum & maximè proprium, erat misericordia in pauperes, & in curandis indigentibus insatiabilis & procliuitas, quæ non poterat compri-mi: & nihil omnino parcere pecunijs, adeo ut etiam sæpè ad fundum ipsum perueniret. Cum itaque præter alia sua beneficia, extruxisset Xenodochia & Nosocomia & Ptochotrophia, eis frumentum attribuit quotidianum: tantæque hæc erant ei curæ, ut etiam pauperibus foeminis, quibus ad pariendum non erant habitacula, neque aliquid eorum, quæ sunt apta ad earum curationem, septem domos attribuerit in diuersis locis ciuitatis, effeceritque, ut in eis essent lecti & stragula & suppeditatio alimentorum, qua reficeretur indigentia parientium. Præter hæc pauperibus quoque Clericis prouidebat, & vnicuique eorum pecuniæ præbebantur annuæ. Non eis autem solis, sed etiam Episcopis, quibus sumptus minimè suppetebant ad vitum.

Sed quid hæc ad magnum mare eius liberalis voluntatis, & vastum illud pelagus benignitatis? Erat enim alter Nilus copioso fluente eleemosynæ, non solum, ut ille, rigans Aegyptum, sed ipsam vniuersam, ut semel dicam, terram circumfluens. Quis enim

Mors liberorum & coniugis.

Summa eius liberalitas.

Recusat pontificatum Alexandrinum.

Fit Alexandrinus episcopus.

Mirè auget sacras aedæ.

Summa in pauperes misericordia.



Liberalitas  
eximia in  
omnes.

Pfal. 144.

Multū auri  
& frumēti  
mittit Hi-  
erofoly mā  
ā Perfis va-  
statam.

Pauperes  
vocat do-  
minos su-  
os, eosque  
describi iu-  
bet singu-  
larim.

Sententia  
memorabi-  
lis.

Matth. 7.

Titus is  
fuit.

ex ijs, qui vndique aduentabāt, victu indigens, si ad ipsum accessisset, tristi vultu & va-  
cuis reuersus est manibus, & non est benignitatem abundē consecutus? Immo verò  
cuiam ex ijs, qui egestate laborabant, vbi cūquē terrarum eum esse accepisset, non  
ea praeiuit, quā ad vsum sufficerent? Nam cū tunc Persae populati essent vniuersam  
Syriam, qui eorum manus potuerant effugere, & laici, tam ij qui magistratum gere-  
bant, quā priuati, & Clerici cum Episcopis, confugiunt Alexandriam. Quibus omni-  
bus diues ille & minimē angustus conuiuator quotidie suppeditabat, quae erāt ad vsum  
necessaria, non ad indigentium adspiciens multitudinem, vt aliquid faceret, quod es-  
set sordidi & illiberalis animi: sed ad eum, qui aperit manum, & omne animal implet  
benedictione. Cū autem Rasmisus, dux exercitus Chosroē, vastasset & depopula-  
tus esset veneranda loca Hierosolymorū, postquam hoc audiuit ille homo Dei, & quod  
omnia sancta fuissent igni tradita, deslet quidem non secūs atque Hieremias, id quod  
factum fuerat: non haec tūc autem constitit eius commiseratio, sed mittit etiam Cre-  
sippum quendam, virum pium, tradens ei multum auri, frumentumque & alia alimenta  
& indumenta, & ad ea vehenda iumenta plurima: tum vt adspiceret vastitatem, tum  
etiam, vt eos qui remanserant ex captiuitate, faris per ea, quae dicta fuerunt, recrearet.  
Præterea autem Theodorum quoque Amathuntis Episcopum, & Anastasium præfe-  
ctum magni mōtis Antonij, & Gregorium Episcopum Rinocurorum, emittit ad eos  
recipiendos, qui abducti fuerant in captiuitatem, vim auri præbens propē innumera-  
bilem.

Quemadmodū autem hoc quispiam mandārit silentio, & non potius misericor-  
dum auri per ipsum fuerit gratificatus, vt quod magis significet, quā is in ele-  
mosyna longē diligentissimus fuerit & vehementissimus? Nam cū primū eius fi-  
dei creditus fuisset pontificatus, ijs accersitis, qui res ecclesiae dispensabant, ijs etiam  
simul audientibus, qui erant à secrete, Non est, inquit, iustum ō fratres & in minist-  
rio socij, vllius alterius rei curam gerere prius, quā Christi. Euntes itaque per totam  
ciuitatem, singularem describite meos dominos. Cū autem illi, postquam hoc dixis-  
set, dubitarent, & quoniam essent Patriarchae domini, interrogarent: Quos vos, dixit  
ille, pauperes & mendicos soletis appellare, eos ego dominos meos & adiutores no-  
mino. Nam ij soli mihi possunt opem ferre, vt à Christi regno nō excidam. Postquam  
autem citò factum fuerat quod iusserat, intellexit omnes, qui numerati fuerant, effi-  
cere septem millia & quingētos, & iussit vnicuique eorum dari sumptum diurnū. Post  
hæc suum conuertit studium ad hoc, vt iustis ponderibus & mensuris vrerentur, qui  
vendebant in ciuitate. Quod quidem pulchrè fecit vir iustus publicè præscriptis edi-  
ctis. Porro verò hoc quoque ab illo factum est, quo magnam curam gerebat eorum,  
quibus fiebat iniuria. Nam cū accepisset multos ad eum accessuros, & de ijs, quae il-  
lis factae fuerant, iniurijs supplicaturos, ab ijs qui ipsum sequebantur, arceri, quid fa-  
cit? Duobus hebdomadē constitutis diebus, quarto, inquam, die & die parasceues, se-  
dens in templi porticibus, se cui libet volenti præbebat adeūdum, nonnullos ex ijs, qui  
erant virtute insignes, habens secum consideres. Quibus sæpè dictabat illud, dignum  
quod scriptis & memoriæ mandetur: Si nobis, dicens, qui sumus homines, licet omni-  
nō ad Deum accedere absq; vllō intercessore, & de quibus volumus eum rogare: quo-  
modò non ipsi quoque nostris cōseruis portas aperuerimus absque vllō impedinen-  
to? & non cui libet, cui est opus, benignam aurem præbuerimus? Scimus enim, qua  
mensi fuerimus mensura, eadem nos esse mensuram vicissim accepturos.

Cū autem, vt consueuerat, aliquando præsedisset & nullus accessisset, surgens ve-  
spere, recessit tristis & lachrymans. Nullo verò audente rogare causam cur esset tri-  
stis, diuinus, qui aderat, Sophronius: Quid est, inquit, ō vir diuine, quod te affecit mo-  
lestia, & animi agritudine bonam tuam impleuit animam? Ille autem miti & leni vo-  
ce, Hodie, inquit, miserandus Iohannes non ab aliquo vllam accepit mercedem, neq;  
vllum vel minimum piaculum potuit offerre Christo pro multis & magnis suis deli-  
ctis, quomodò neque aliās vnquam. Quid hoc illo minus, nisi etiā maius dixeris, quod  
dicunt esse cuiusdam Imperatoris Romanorum, qui dixit: Hodie non regnauimus,  
quoniam neminem affecimus beneficio? Cū itaq; sacrosanctus intellexisset Sophro-  
nius, quid sibi vellent, quod ab eo dictum fuerat, Te potius, inquit, lætari oporteret, &  
non tristitia affici, ō beatissime domine, quod tibi commissum gregem feceris viuere  
in

in tanta pace, vt nullus de re aliqua cum vicino habeat controuersiam: sed tanquam  
angelus aliqui, absque vlla lite & contentione homines viuant in terra. Cū autem ve-  
niū esse, quod dixerat, inuenisset vir mitissimus, statim fuit traductus ad animi lætiti-  
am, & pro eo, Deo egit gratias. Hoc dicunt etiam esse imitatum, qui Heraclio in im-  
perio successit, Constantinum, qui etiam huius diuini viri fuit filius secundum spi-  
ritum.

Sed quae sunt proposita, persequatur oratio, & tradat auribus ea, quae sunt auditu  
digna & vtilissima. Tunc autem, cū ad beatum Iohannem accessissent ij, quibus fu-  
erat commissa distributio eleemosynae, & tale quid annunciassent, quod scilicet puellae  
quaedam bene ornatae, & quae collo gestabant monilia, ipsae quoque conueniūt, vt sint  
participes eorum, quae dantur pauperibus, & petiissent, an eis quoque præbere oport-  
teat, mitissimus Iohannes toruē in eos intuens, Si humilis quidem & abiecti Iohannis,  
vel potius ipsius Christi ministri esse vultis & distributores, parate diuino eius iussui,  
qui iubet dare cuius petenti. Sin autem dicitis vos esse alicuius alterius, qui imperat  
vt examinatis vitam & statum mendicantium, sciatis quod neque Christus ipse, neq;  
humilis Iohannes opus habet curiosis ministris. Nam si nostra quidem essent, quae dan-  
tur, & ea à nobis illara essent in mundum, fortasse aliqua danda esset venia ei, qui  
parce eis vreretur. Si autem Dei sunt omnia quae sunt, eius omninō iussum in ijs, quae  
sunt eius, seruare oportet. Sin autem vos subijt timor ex incredulitate, nē fortē multi-  
tudo impensarum superet redditus ecclesiasticos, ego ne tantillum quidem sustinebo  
esse socius vestrae modicae fidei. Persuasum enim habeo, quod etiam si cōtingeret vni-  
uersum mundum venire simul Alexandriam, egentem beneficentia, hos Dei thesau-  
ros nequaquam in angustum redegerit.

Postquam autem eorum incredulitate admonitionibus curata, eos emisit, ijs, qui  
considebant, munificum eius animum stupentibus, talem retulit narrationem, dicens:  
Mihī, cū essem XV. annos natus, & versarer in Cypro, quadam nocte puella quaedam  
apparet in somnis eximia pulchritudine, & quae verbis non potest exprimi. erat autem  
splendidè vestita, & oleagina corona erat ei caput redimitum. Cū verò prope me ste-  
tisset, & manu latus pupugisset, me territum è somno excitat, statimque non amplius  
somnia, sed re vera aderat id, quod apparebat. Rogauī autem eam, quænam esset &  
vnde veniret, & quomodò ausa esset accedere ad me dormientem. Illa autem subri-  
denti & læto vultu me hilariter & placidè intuens: Sum, inquit, prima ex filiabus ma-  
gno regis. Si tu me tibi amicum paraueris, potero te ei efficere familiarem. Nulli enim  
maior est apud eum, quā mihi, fiducia: quoniam ei, vt è caelo descenderet in terram,  
& carnem acciperet humanā, ego persuasi. Hæc dixit, & statim recessit. Ego verò cū  
ad me rediissem, & id quod visum fuerat, mente versarem, iudicabam eam esse miseri-  
cordiam. Propter eam enim & Deus in terram venire, & hominibus similis conspici nō  
est designatus. Statim ergo surgens, inui solus ad ecclesiam: manē enim iam illucesce-  
bat: & sic obuiam viro pauperi, qui erat nudus & valde affligebatur frigore. Ei cū  
me exuissem ea veste, qua eram indutus, trado, apud medicos: Sciam, an sit verum &  
non deceptio id, quod à me est visum: & prius, quā venissem in ecclesiam, ad me ac-  
cedens vir quidam candidatus, tradit mihi auri centum nummos alligatos. Hæc acci-  
pe, dicens, ō amice. Ego autem etli eos lubenter accepissem, ductus sum poenitentia,  
& quamprimū conuersus, cogitabam id reddere ei, qui dederat, vt qui non indige-  
rem. Is autem qui dederat, protinūs euanuerat. Tunc intellexi visionē non esse phan-  
tasiam, sed apertam visionem. Ab illo tempore cū aliquid aliud præbuissem, Vide-  
am, dicebam, an conuenienter promissioni sit mihi Christus centuplum redditurus.  
Cū autē milliēs sic faciens, ipsis factis rem ita esse essem expertus, dixi apud me, Cef-  
sa. Quousque tentabis eum, qui non potest tentari? Cū ego, inquit, tam euidentia ac-  
cepissem argumenta, isti, inquit, qui sunt sordidi & illiberales, venterunt vt me arripe-  
rent, & efficerent socium suae infidelitatis, & me vocarent ad immisericordiam.

Huius maximam benignitatem cū considerasset quidam aduena, cogitauit eum  
tentare, qui erat superior omni tentatione. Cū se ergo pannis induisset, accedit ad  
eum euntem ad visendos eos, qui erant in Nofocomio, (Solebat enim hoc bis & ter  
facere in hebdomada) & verbis lugubribus, Miserere mei, inquit, domine, qui sum  
captiuus. Ille autem iubet distributori dare ei sex nummos. Ille verò ijs acceptis & mu-  
tato

Nota hanc  
responsio-  
nem.  
Luc. 6.

Fiducia eis  
in Deū.

Visio eius.

Misericor-  
dia quantū  
posse apud  
Deum.

Vide Dei  
benignita-  
tem in mi-  
sericordes.

Aduena  
quidā ten-  
tat eius ani-  
mum.

tato habitu, per aliam viam accedit rursus similiter rogans. Beatus autem ei rursus iubet dari sex nummos. Ad magnum autem virum accedens is, qui dabat, illi in aurem significat eum esse, qui paulo ante alios sex acceperat. Cum vero simulans tertio rursus venisset ad accipiendum, distributor innuit Patriarchæ, eundem esse rursus significans. Ille autem illud præclarum rursus dicit & facit, ut qui dixerit: Da ei duodecim nummos. Num ille ipse est Dominus meus, qui me tentat. Sed hæc quidem sic. Oratio autem vult etiam alia plurima tractare, significantia qualis esset vir ille summus circa benignitatem.

Mercator quidam possidens nauem propriam, cum ei infelicissimè cessisset mercatura, graui premebatur inopia. Et ergo, cum accessisset & petiisset aliquid auxilij, beatus iubet dari quinque libras auri. Quas quidem cum accepisset, & ea quibus opus habebat esset mercatus, nauigauit. Postquam autem fuit circa Pharon, vi vectorum vexatus, amittit quidem ea, quæ uehebat: nauigium verò solum seruat vacuum. Accedit ergo rursus ad Patriarcham, simul quidem Tragice desens id quod acciderat, & eum ad maiorem vocans commiserationem. Ille autem cum audisset, hortatur quidem ne animum despondeat, aperte autem subiungit, dicens: Nisi ijs, quæ tibi reliquæ erant ex iniquitate, ecclesiæ quoque pecunias coniunxisses, non hoc tibi contigisset. Rursus ergo iubet ei dari decem libras auri, iubens, ne eas iniiceret cum alijs. Quamprimum ergo nauigauit mercator, accidit ut & pateretur priori grauius naufragium, ut qui cum naue onus simul amiserit. Cum ergo in extremam cecidisset desperationem, & victus esset animi ægritudine, & nec tantillum quidem posset cohibere motum animi, & iam manum sibi esset allaturus: deinde cum quod factum erat, rursus resciuisset Patriarcha, cum accersit. Ille autem accessit veste disrupta, coma euulsa, & caput habens conspersum cinere, habitu miserabilis, miserabilior autem grauitate calamitatis, & multis lachrymis lachrymas oculorum attrahens. Quem etiam hic magnus cum vidisset, Propitius, inquit, sit tibi Deus. Cur propter pusillum & abiectum animum iratus affectus? Confido in Deo meo, quod decarerò tibi nauis nullum patietur naufragium. Sed scias hoc tibi nulla alia de causa accidisse, nisi quod hæc nauis non iuste, non honestè, à te esset acquisita.

Hæc cum dixisset, iussit ei dari vnam ex nauibus ecclesiæ, impletam viginti millibus modiorum frumenti. Quæ quidem accepta, nauigauit ex Alexandria: & vento vsus secundo, cum seipsum tradidisset ei, qui ferebat, ducebatur nihil sciens vbinam esset. Nam cum viginti dies & totidem noctes nauis sic curreret, neque ipse, neque vllus alius ex ijs, qui erant in naue, nec ex astris, nec ex regionis indicijs, vbinam essent poterat discernere, nisi quod soli gubernatori apparebat Patriarcha, cum eo clauū dirigens. Cum autem præterisset vice simus dies, perueniunt ad insulas Britannicas. Quem in locum cum appulissent, inueniunt famem crudelissimam, famem quæ homines illius regionis miserè conficiebat. Cum autem eorum principem conuenissent, & ab eis cognitum esset, quod frumentum afferrent, magna animi alacritate impleta est tota ciuitas, & eos cum magna accepit lætitia, non sine Dei numine eos aduenisse reputas. Cum autem insulares totum frumentum emisissent, pro dimidio quidem aurum præbentes, pro reliquo autem stannum, (ita enim inter vtrosque conuenerat) & mercator iam rediret, sit res quædam, quæ digna est, si vlla alia, quæ memoriæ quidem & scriptis mandetur: admittere autem & credere, nisi fidelissimis auribus, nequaquam est facile.

Cum enim iam Decapolim peruenissent nauigantes, Nauclerus de naue descendens, cum in quendam incidisset amicū & familiarem arte aurificem, datis ei quinquaginta libris è stanno, quod acceperat, pro eo accepit precium. Ille autem, cum id vellet igne probare, ut sciret quodnam esset, inuenit argentum probum & purissimum. Arbitratus itaque Nauclerum id magis facere, ut tentaret, quam quod verū esse putaret, accedens eum probris est insectatus, dicens: Quid hoc à te factum est? An non sufficit tempus ad fidem faciendam vsque in hodiernum diem, quod sine dolo versamur in contractibus? Tu autem nunc, utpotè tentans, argentum deposuisti pro stanno. Protinus ergo eo, quod dixerat, obstupefactus Nauclerus, Nihil, inquit, per ipsam o amice veritatem, nihil fecimus ut tentarem us: sed scio me tibi stannum aperte præbuisse. Si autem Patriarchæ precibus mutatum est in argentum, non est hoc nouum & alienum. Ille enim hæc potest, qui aquam in vinum, & rursus aliquando id mutauit in

Stannū mutatur in argentum.

Iohan. 2. Exod. 7.

Nota quod ait de pecunijs ecclesiæ.

Obserua rem mirabilem.

En Dei prouidentiam.

sanguinem. Ut autem vel hinc possis credere, ascende in nauem, & totum discere cuiusmodi sit naturæ. Ille verò ingressus, aperte inuenit ipsum, sicut erat, argētum purissimum. Nauclerus autem cum omnia statim ab initio vsque ad finem exposuisset, ad gloriam Dei & laudem Patriarchæ, qui fuit ei gratificatus, omnes euocauit auditores. Sed perendum est ad sequentem narrationem.

Ad magnum, aliquando euntem ad ecclesiam, accedit quidam nobilis, cui fures quas habebat facultates diriperant, & qui sic erat ad extremam redactus paupertatem, cuius miseratus, quæ tam breui tempore acciderat, inopiæ, iussit ei dari quindecim libras auri. Ille autem, qui iussus fuerat dare, partim quidem cédens inobediētiæ, partim autem suggestioni eorum, qui administrabant res ecclesiæ, tanquam non essent multa reliqua, utpotè quod nesciret magnus Iohannes thesaurū recondere, præbuit quinque solas ei qui rogauerat. Beato autem Iohanni ex ecclesia egredienti, mulier quædam vidua admodum diues, ei tradit chartam, in qua scriptum erat donū quingentarum librarum. Quam cum legisset, intellexit ex ea, quæ in ipso habitabat, gratia, id quod non fuerat factum prout iusserat, de diminutione, inquam, quindecim librarum auri. Cum eos ergo, qui id fecerāt, accersiuisset, de eo examinauit. Cum ij autem de re gesta mentiri conarentur, & non solum in re prius, sed etiam mendaces existere in sermone, eo ipso qui rogauerat accersito, cum resciuisset eum accepisse solas quinque libras auri, ostendens illis chartam mulieris, à vobis, inquit, Dominus est expectaturus alias mille. Si enim vos quindecim libras, ut à nobis statutum fuerat, ei qui rogauerat præbuissetis, mille & quingentas Deo præbuisset mulier. Ut autem factis fides fiat eius, quod vobis est incredibile, accersite mihi, inquit, hæc piam mulierem. Cum ea autem accessisset, & aurū promissum attulisset: Dic mihi, inquit Patriarcha, an tantum pecuniæ statuisse Deo offerre ab initio. Illa verò cum sensisset, illum non latuisse id, quod seorsum ab ea factum fuerat, magno metu correpta, vniuersum arcanum enunciauit, dicens: Reuera, domine, mille & quingentas libras scripseram in charta tibi data. Paucis autem post diebus cum eam euoluissim, inueni mille nescio quomodo sua sponte deletas. Hinc iudicauit Deo omnino non placere, ut plures quingentis libris offerrem. Hæc illis, qui audiuerant, magnum metum iniecerunt: & accidentes simul ad pedes magni Iohannis, perierunt ut sibi remitteretur peccatum inobediētiæ. Illi autem Christi amanti viduæ multam à Deo precatus benedictionem, dimisit beatus Iohannes, ut abiret in pace.

Huic munifico animo & manu inuidens malignus dæmon, suggerit Patricio Nicetas, quem ei fuisse amicū & familiarem prius diximus, ut quiddam sua virtute indignum cogitaret & diceret. Accedens itaque ad beatum, Manus, inquit, Imperatoris eget multis pecunijs, ut quas ad necessarios vsus reipublicæ quotidie cōsumat. Nam ipse quoque vides, in quantas angustias redacta sit res publica. Oportet ergo, ut quæ temerè & ad nihil, quod oportet, à te consumuntur, deferantur ad ararium publicum. Ille autem nihil propterea conturbatus, Non est, inquit, iustum, ut quæ regi cælesti sunt consecrata, prodantur regi terreno. Est hoc enim planè sacrilegium, & non paruum in Deum peccatum. Sin autem tibi visum est sic facere, ecce quæcunque sunt ecclesiæ, ea accipe, & fac ut volueris, si quidem te nulla ratio ab hac abducit sententiā. mea enim voluntate ne obolum quidem dimittam eorum, quæ sunt reposita. Nihil ergo, nescio quo modo, ex eo repressus vir ille admirabilis, vocat eos qui sequebantur, & statim iubet tollere pecunias, nihil aliud relinquens Patriarchæ, nisi solas centum libras auri. Interim autem dum descendebant ij, qui eas portabant, occurrunt quibusdam ascendentibus ad Patriarcham, qui mellis amphoras afferebant ad eum, in quarum nonnullis inscriptum quidem erat, Primarium: in alijs autem, Fumo carens. Postquam ergo hæc vidit Patricius, & agnouit inscriptionem, significauit Patriarchæ, ut ad ipsum mittatur vna ex amphoris. Cum is autem, cuius fidei hæc commissa fuerant, eorum, ut mos est, fecisset periculum, & deinde intellexisset, quod in eis factum erat miraculum, & beato Iohanni significasset, quod sunt omnia auri plena, illico vnum mittit ad Patricium, quod inscriptum erat, Mel primarium. Ad eum autem mittit etiam literas, quarum hæc erat vis: Dominus qui dixit, Non te dimittam, nec te derelinquam: ipse proijs, quas tua celsitudo nunc abstulit, pecunijs redidit alias. Id autem tibi declarabit quæ nunc ad te missa fuit amphora, quæ est vna

Item res admiranda.

Pœna inobediētiæ.

Nicetas patricius non rectè mouetur.

Patriarcha ei respondet.

Mel in aurum mutatum.

Heb. 13. Ios. 1.

ex

ex ijs. Scias ergò, quòd Deum, qui spiritum & alimētum omnibus suppeditat, homo, in quem cadit interitus, nequaquam poterit in angustum redigere. Porro autē præcepit etiā ijs, qui ferebant amphoram, vt eis præsentibus aperiretur in conspectu Patricij, & ei renunciarent, quòd aliæ omnes, quas vidit, ità se habent, & sic sunt auro plenæ.

Agnoscit erratum suum Nicetas.

Cum eum ergò inuenissent conuiuantem, ei tradunt epistolam, ostendentes etiā amphoram. Quam quidem postquam vidit, Irascitur mihi omninò dominus meus, inquit: neque enim vnam mihi solam misisset. Qui autem portabant, quomodò fuerat eis imperatum, cum in eius conspectu aperuissent amphoram, & pecunias effudissent, annunciabant fuisse reliquas auro similiter repletas. Cum verò perlegens epistolam, inuenisset quòd homo Deum non potest in angustum redigere, ad se postea reuersus & timore repletus, (eorum enim, quæ non rectè facta sunt, poenitentia citò mouetur generosa, virtutis amans, anima) Viuit Deus, exclamauit: Nec humilis Nicetas sustinebit tentare eum in angustum redigere. Cum statim itaq; surrexisset, & quascunque ex ecclesia sustulerat pecunias, rursus sumpisset, & ipsam quæ missa fuerat amphoram, quinetiam è suo libras trecentas addidisset, ascendit ad Patriarcham, veniam petens inconsiderati consilij. Ille autem eum lubenter excipiens, neque ei exprobrauit, neque aliquid locutus est, quod ei afferret molestiam: sed verbis potius animum consolantibus & spiritualibus admonitionibus confirmatum amandauit. Ab eo autem tempore tanto fuerunt inter se coniuncti vinculo amicitia, vt etiam Patriarcha fuerit eius filiorum susceptor. Vt autem non solum per vberiore laxamque & solutam viuendi rationem cognosceretur animus eius incomparabilis, & bona spes eius in Deum fidei: sed etiam per angustiorē, quàm esset probatus, esset euidentis: (Clarum est enim, quòd sunt vtraque periculosa, nempe & res secundæ, quæ enervant & emolliunt, à Dei que recordatione eiciunt: & res aduersæ rursus, quæ in arctum cogunt, pusillumque & abiectum animum efficiunt) propterea prouidit Deus, vt is cadat in egestatem. Quoniam modo autem id prouisum sit, dicam:

Virtus Patriarchæ in penuria.

Cum magna multitudo eorum, qui manum Persicam effugerant, confugisset Alexandria, & esset magna alimenti penuria, maximè quòd nec illo tempore Nilus ascendisset, vt consueuerat, & pecuniæ ecclesiæ essent consumptæ, coactus est ille magnus mille libras auri mutuas accipere ab aliquibus. Cum autem eas quoque consumpsisset, agitabatur magna solitudine, & Dei orabat benignitatem, vt in rebus dubijs aliquam viam excogitaret. Sed etiam si ad tantam redactus fuisset inopia, non fuit tamen victus à calamitate, non diuinas leges & sacras constitutiones affectit dedecore, nec intermisit commissum sibi gregem accuratè regere. Itaque cum quidam Clericus ex ijs, qui secundas nuptias contraxerant, abundans diuitijs, vellent consequi gradum Diaconatus, rescuisset autem has Patriarchæ angustias, & arripisset tempus tanquam opportunum, si pecunijs leuata inopia assequeretur id, quod desiderabat, chartam tradidit beato Iohanni, quæ sic habebat: Cum accepissem angustias, in quas redacta est munifica dextera mei domini, non existimaui oportere me quidem degere in delicijs & rerum abundantia, dominum autem meum redactum esse in angustias. Sunt apud me frumenti quidem multa millia, auri autem centum libræ & quinquaginta: eas velim per te dare Christo, si tantum iudicatus fuero dignus eius diaconatu per sanctam tuam ordinationem. Inuentum enim est alicubi quid dictum fuisse apud Apostolum, ex necessitate legis quoque fieri translationem.

Bigami ad maiores ordines non promouendi.

Eum ergò seorsum accersit Patriarcha, non volens multis presentibus eum afficere dedecore, & dicit ei: Tua quidem oblatio, ô fili, est magna, & huic tempori necessaria. Sed est vitiosa, & propter hoc ipsum non admittenda. Non ignoras enim, quòd oves, quæ ex lege offerebantur, si non essent vitij expertes, etiam si essent magnæ, non poterant admitti ad sacrificium. Qua de causa nec munera Cain Deo fuerunt accepta. Illud autem, Ex necessitate etiam fieri legis translationem, hoc ab Apostolo dictum esse scimus de lege veteri. Quid enim tibi videtur, quod situm est apud fratrem Domini Iacobum? Sic autem habet: Qui totam legem impleuerit, in vno autem lapsus sit, esse omnium reum. Fratres autem nostros pauperes, etiam si nos versetur in inopia, at qui aluit Deus vsque in hodiernum diem, ipse eorum quoque deceterò curam geret, si modò nos eius madata seruemus immobilia. Quid est enim quod facere non possit?

Leui, 22. Gen. 4. Heb. 7.

Iacob. 2.

aut quid sit difficile ei, qui quinque panes in deserto aliquando multiplicauit, si decem modios, qui sunt in meo horreo, benedixerit, eos in magnam augere multitudinem? Quamobrem tibi, ô fili, conueniet id, quòd Simoni dictum est in Actis: Non est tibi pars, neque fors in hac parte. Nondum ille dimissus domum re infecta redierat, cum magno Iohanni significatur duas naues ecclesiæ in portum appulisse, ferentes ex Sicilia multa frumenti millia. Quod quidem cum ille audiisset, procidens in genua, Deo egit gratias, dicens: Qui te quaerunt, Domine, & seruant tua mandata, non minuentur tibi omni bono. Quamobrem magnifico sanctissimum nomen tuum, quòd non permiseris seruo tuo, vt tuam gratiam venundaret pecunia. Sed sic quidem in angustijs dilatatus vitinclyrus, non pro vsu rerum necessariarum prodidit accuratam regulæ obseruationem.

Act. 8.

Psal. 33.

Oportet autem dicere etiam indicium magnæ, quam habuit, tolerantia, & narrare, quàm se perfecte gereret in hoc præcepto. Duos quosdam ex suis Clericis, qui inter se inuicem fuerant debacchati, vir admirandus subiecerat segregationi. Quorum vnus quidem poenam lubenter subierat: alter autem eum eam inuenisset tanquam pretextum suæ socordia, precum quidem & congregationum nullam omninò curam gerebat, vacabat autem omninò suis cupiditatibus. Deinde minabatur etiam, se magni illius viri summam illam & sanctissimam simplicitatem calliditate aliqua circumuenturum. Dicunt verò aliqui, hunc quoque eum esse, qui Nicetæ Patricio suggesterat, vt pecunias tollerent ecclesiæ, dum existimaret se ea ratione Patriarcham affecturum molestia. Cum ergò hoc magnus cognouisset Patriarcha, timens nè forte is à diabolo consumeretur, cum erat vocaturus & dignaturus commiseratione: meliore autem prouidentia mandatur obliuioni id, quod animo cogitabat, vt suprema eius humilitas fieret euidentis maiori commiseratione. Nam cum adesset dierum omnium precipuus, ipse autem adstaret in tribunali, & incruentum offerret sacrificium, ea ipsa hora, in qua sacrum velum auferetur à sanctis donis, recordatus eius, qui odium in eum conceperat, & memor præcepti Dominici, quod iuberet quidem dimittere donum ante altare, procedere autem prius ad fratris reconciliationem, & tunc donum offerre: significat diacono, vt connexam resumat petitionem, & sapè dicat, donde ipse redierit. Ipse autem ventrem pratexens, egressus est ab altari, & mittit magnâ celeritate, ad se vocans illum Clericum: qui quidem mox aderat: Sanctus verò procidit ad eius pedes, nihil omninò auersans oculos eorum, qui aderant, veniam postulans. Deinde ille, qui prius fuerat insipiens, videns hoc sacrosanctum caput proiectum ad suos pedes, fuit statim fractus animo, timens ignem de caelo, & quæ illinc mittuntur fulmina. Ipse quoque pronus cadens, petijt ab eo veniam. Beatus autem Iohannes, Deus ambobus, inquit, ignoscat fili mi. Deinde eum quoque è secum assumit, & cum gaudio & cum quâta dicit non potest voluptate aram ingressus, tunc ausus est Deo dicere cum fiducia: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Abhinc ergò fuit hic Clericus admodò modestus & moderatus, vt visus sit dignus, qui ordinaretur Presbyter. Sed hoc quidem, sicut diximus, est indicium magnæ illius tolerantia & moderationis.

Incructum Milla sacrificium.

Math. 5.

Nota summam huius militatem.

Aliud autem narrabo, quod est non multum dissimile ei quod præcessit. Est angelorum, ait quidam ex Patribus, nequaquam depugnare, sed esse in pace perpetua: demonum autem irreuocabiles per totam vitam exercere inimicitias: hominum verò sapientum breuiter quidem fortassis irasci, citò autem & paulo post currere ad reconciliationes. Cum ergò huic magno Iohanni accidisset, vt non nihil esset ira percitus aduersus eum, cuius sapè mentionem fecimus, Patricium: illo quidem defendente rem iniustam lucrum causâ, non patiente autem Iohanne propter zelum ex Presbyteris ei significat, dicens: Sol iam est in occasu, ô vir maximè venerande. Ille autem hoc verbo tanquam stimulo aliquo compunctus animo, statim surrexit & venit ad sanctum. Quem cum ille libens excepisset, & esset amplexus, Crede mihi, inquit, nisi fuisset mihi exploratum, quòd te molestia affecissem, fortè nihil dubitans aut pensi habens, ipse ad tuam venissem magnificentiam. Quid enim, si communis quoque noster Dominus non est indignatus obire ciuitates & vicos, vtilitatis gratia & curationis? Omnibus autem qui aderant admirantibus summam moderationem, dixit ei Patricius: Non amplius capiunt aures meæ, inquit, ô domine, delationes eorum, qui criminantur. Cui dixit sapiens

Angelorum & demonum discrimen.

Non temere fides habenda delationibus.

piens Magister: Persuasum tibi sit, inquit, ô fili fidelissime, quod si simpliciter & absque examinatione esse mus aures præbituri omnibus, pararemus non bis examen decies mille peccatorum: & maxime nunc in hoc tempore, quando refrixit omnibus charitas: Scio enim ego, quod propterea quod credideram aliquibus, quibus obrigerat rectio ciuitatis, & eorum verbis solum essem inductus, nonnullos cum minime oporteret, sepe affecerim molestia. Quo factum est, ut non paucorum me decæterò subierit penitentia. Quamobrem cum semel & bis & sæpè incidissem in fraudem eorum, qui criminantur, decæterò apud me constitui, non amplius aliquid pronunciare in aliquem, priusquam audissem ius vtriusque partis: & ijs, qui facta ad me deferebant, sum minatus, quod si deinceps fuissent deprehensi inanes aliquas nugas ad meas aures deferre per calumniam, easdem daturi essent pœnas, quas qui est reuerà calumniator. Ab illo itaque tempore excisa fuit omnis calumnia sycophantarum. Quamobrem tuam quoque rogo magnificentiam, nè tam simpliciter & tam facile admittas malignorum hominum calumnias, sed eas prius diligenter examines. Neque enim hinc mala nascuntur mediocria: sed & bonorum publicationes, & verbera, & cædes sæpè per mendacium multi innocentes subièrunt, & ab ijs propemodum est euersa vniuersa vita hominum. Has admonitiones cum tanquam à Deo accepisset Patricius, pollicitus est se eas esse perpetuò seruaturum.

Aliud addatur ijs, quæ dicta sunt, quod satis potest exprimere eius mansuetudinem atque patientiam. Magni Iohannis consobrinus erat, nomine Georgius. Is contumelia affectus ab aliquo caupone ciuitatis: vehementer fuerat morsus, & id ferebat grauissimè. Id enim faciebat & magnum, quod erat inter eos, discrimen, nempe & eius cum magno affinitas, & nimis sordes & humilitas eius, qui fecerat iniuriam. Accedit ergò seorsum ad beatum Iohannem adolescens, lachrymis & dolore cordis, quod agebatur, deplorans iniuriam. Cum sic eum vidisset victum ab omni perturbatione Patriarcha, volens eum demulcere & veluti recreare, & Ausus est, inquit, omnino os aduersus te aperire, & omnino contumelia afficere aliquis eum, qui est mihi charissimus: Benedictus Dominus, rem in ipso faciam, ut admiretur omnis Alexandria. Postquam autem vidit eum propter id, quod dixerat, paululum remississe de animi egritudine: Fili, inquit, mihi iucundissime, si te vera vis meæ paruitatis esse & nominari consobrinus, para te ipsum non solum aduersus contumelias, sed etiam si sit amplius aliquid dicendum, etiam aduersus ipsa flagra. Vera enim nobilitas non ex sanguine & carne, sed ex virtute animæ accipit formam & characterem. Statim ergò accessit principe cauponum, ei denunciat, nè consuetum deinceps vesligal acciperet ab eo, qui suum consobrinum affecerat contumelia, aut aliquid ex ijs, quæ ab eo de more dabantur ecclesie. Propter quæ admirati omnes incomparabilem illius patientiam, intellexerunt omnes hoc esse supplicium, quod erat miratura tota Alexandria.

Sed fortè in ijs quidem, qui ad ipsum pertinebant, tam diligenter cauebat, nè memor esset acceptæ iniuriæ: alios autem negligebat in rebus huiusmodi. Nequaquam. Cum enim rescuisset quendam ex Diaconis, nomine Damianum, odio habere propinquum, ut qui recordaretur acceptæ iniuriæ, denunciavit Archidiacono, ut in tempore participationis sacramentorum ei ostenderet eum, qui memor erat iniuriæ. Cum ergò cognouisset, eum manu accipiens, Vade, dicit ei, & fratri primum reconciliare, ut vult præceptum, & tunc sumes sacramenta Christi, qui non est memor acceptæ iniuriæ. Ille autem pudore affectus, presentibus omnibus promisit se hoc esse facturum, & tunc eum impertit sanctificatis. Deinceps ergò inuasit timor non solum Clericos, sed etiam laicos, & cauebant nè vllum odio haberent, & essent acceptæ iniuriæ memores, timentes nè multis presentibus sic pudore afficerentur. Sed tam accurata quidem & exacta fuit eius vita, tam quod ad ipsum attinebat, quam quod ad eos, qui ab illo pasciebantur. Præter alia autem bona, in sacrarum quoque scripturarum cognitione summe laborauerat & plurimum erat meditatus, non sine voluptate & studio acerrimo. Licebat ergò videre quotidie in congressione, quæ fiebat in secreto, eum nihil ferè aliud loquentem aut querentem, quam narrationes Patrum, qui erant magni nominis, & problemata dogmatica & quæstiones ad scripturam pertinentes. Hæc autè maxime propterea, quod tunc abundabat multitudo hæreticorum, ad quos euerrendos adficiuerat eos, qui illis temporibus erant excellentissimi, Iohannem, inquam, & Sophroni-

Vera nobilitas.

Nota incredibilem patientiam & benignitatem.

Matth. 5.

Eius studium & eruditio.

phronium. Porro autem ei quoque erat studio conseruare confessum, nulli detracti-  
oni affinem, & nullo vano sermone. Quod si quis ex ijs, qui confidebant, tale quid proposuisset, ille ingeniosè & aptè id repellebat, iniiciens bonam aliquam quæstionem & animæ vtilem. Si is autem esset crassus & plebeius, & qui non recedebat ab ijs, quæ sunt consueta, presentem quidem non malè tractabat, nec se iracundè & asperè in eum gerebat, præcipiebat verò, nè eum sinerent amplius esse è consilio, ut per eum vnum fierent alij cautiore & diligentiores.

Ut autem mortis memoriam suæ cogitationi profundè imprimeret, & eam perpetuò haberet presentem & ante oculos, quid facit? Iubet sibi extrui monumentum: ei autem finem non imponi, sed semiperfectum sic relinqui: Deinde eos, qui præfati erant operi, cum esset festum aliquod insignè, accedentes in conspectu omnium, qui confidebant, apertè dicere: Monumentum tuum in hodiernum vsque diem est imperfectum, domine. Iube ergò, ut id finem accipiat. Incertum est enim, qua hora sur ingrediat, nempe mors. Sed quis illius victus tenuitatem, & quæ erat circa vestem & stratum vilitatem & mediocritatem, rectè enunciauerit? Cum alijs enim ne hanc quidem neglexit virtutem, adeò ut vulgus & eos qui sunt contempti, in his ne superaret quidem. Quidam certè ex habitatoribus ciuitatis, qui erat ei familiarior, cum rescuisset quomodò res se haberet, cilicium emptum triginta sex nummis mittit ad beatum, plurimum rogans nè id recusaret, sed se eo indueret. Hoc ergò cum & propter viri fidelitatem, præcuncte contentionem & ardorem facere voluisset, non cessauit tamen tota nocte lamentari, ut postremò exposuerunt, qui ei affidebant. Quis, dicens, nõ condemnarit me miserum Iohannem, si mihi quidem liceat tegi tegumento triginta & sex nummorum, fratres autem mei, pro dolor, secundum Christum, sub dio perpetuò degant concreti frigore, & nec minimum quidem & vilissimum pannum habent? quorum plurimi quidem ventre vacuo & incoenati recumbunt, & vel ipsas, heu mihi, quæ à mensa mea cadunt, micæ cupiunt, sicut pauper Lazarus. Heu heu quam multi nunc hospites & peregrini ad hanc venerunt ciuitatem, qui non habent vbi caput reclinent, esurientesque & sitientes iacent in medio foro. Ego autem me delicatè omne genus explens bonis, præter alias delicias hoc quoque nunc sumptuoso induor tegumento. Quid ergò illo die expecto me auditurum? Quid aliud, quam, Recepisti bona tua in vita tua, pauperes autem mala: & propterea ipsi quidem nunc accipiunt consolationem, tu autem cruciaris pro meritis? Sed benedictus Deus, non amplius eo tegetur humilis Iohannes, sed eius precio induentur pauperes.

Cum primum itaque illuxisset, mittit cilicium in forum venundandum, quod cum vidisset, qui obrulerat, rursus emit & ad eum adfert. Ille autem accipit quidem, rursus verò mittit ad forum. Cum autem bis & sæpè hoc factum esset, magnus Iohannes significat ei qui offerbat: Videamus, dicens, quis ex nobis prius defatigabitur: ego quidem ipsum vendens, tu autem emens, & offerens, erat enim valdè diues. Quamobrem dedita opera volebat magnus Iohannes ex eo lucrifacere, ut illius bona ad pauperes affluerent. Dicebat autem etiam tale quid, quod si quis ab his delicatis & diuitibus, & maxime ijs, qui sunt immisericordes, possit arte aliqua & ratione ad ipsas vsque auferre tunicas, ut benefaceret indigentibus, ab eo, quod decet, minime aberraret. Sic enim res duas efficiet pulcherrimas: vnam quidem, quod illorum animis salutè conciliabit: alteram autem, quod ex rebus alienis non paruam neque leuem sibi parabit mercedem. In testimonium autem eius, quod dicebat, adducebat etiam id, quod magnus fecit Epiphanius, qui effecit, ut pecunie Iohannis Episcopi Hierosolymitani pia quadam via & ratione distribuere pauperibus. Addebat verò aliud quoque, quod à fidei quodam & amante veritatis dicebat se audiuisse Cypri, qui sic narrabat, ea que dicebat, iureiurando confirmans.

Cum essem in Aphrica, habitabam apud quendam publicanum, valdè quidem diuitem, sed admodum immisericordem, & pauperem, quod attinet ad misericordiã. Cum autem accidisset, ut tempore hyberno sol luceret calidius, pauperes simul congregationalore fruebantur. Ut solet autem in his euenire, domos enumerabãt: illas quidem, quæ erant misericordum & sua communicantium, beantes: eas autem, quæ possidebantur à parcis & nihil elargientibus, miseris dicentes & execrantes, cum quibus, inquit, etiam meum connumerarunt dominum. Sic itaque inuicem rogabant, an aliquis vnquam

Detractio- nes & ociosos sermones non fert.

Mortis perpetuò me mor.

Leontius habet, lecti operimentum. Itaque locus hic mihi mendosus videtur.

Luc. 16.

Mira contentio liberalitatis in scriptum & diuitem quendam.

Exemplum memorabile Petri Publicani.



vnquam illinc fuisset eleemosynæ particeps. Cum verò nullus esset ex omnibus, qui affirmaret se accepisse, vnus ex illis: Sed quid, inquit, mihi dabitis, si ego hodie recedens illinc, consecutus fuero misericordiam? Cum autem de ea re pacta conuenta inter se fecissent, pauper cum fuisset ex aduerso vestibuli publicani, inuenit ipsa hora pistorem trahentem mulum pane onustum, ipsumque venientem per viam, quæ tendit ad aedes. Cum itaque pauperem ex aduerso stantem vidisset Publicanus, & solo tristi habitu pro-uocantem eum ad misericordiam: neque enim vel solam vocem audebat emittere, nè virum iritaret alienum à misericordia: sic quoque furore percitus, vno pane arrepto, & eo vsus tanquam lapide, iacit in pauperem. Quem ille protinus accepit, & abiens ostendit alijs, affirmans quod accepisset ab ipsis manibus publicani.

Visio pu-  
blicani.

Nòdum duo dies præterierat, & publicanus morbo correptus mortifero, cum mentis subijisset ecstasim, videbat à se exigì rationem suarum actionum. Deinde videbatur etiam adesse trutina, vtraque discernens: in cuius sinistra quidem lance videbat nigros congregatos, & multa eius turpia facta in lance deponentes. In dextera autem, viros quidem candidatos & forma terribiles assistentes: nihil verò boni inuenientes, quod contrà possent in lance collocare, esseque mœstos & tristes, & dicentes: Nihil habemus aliud, quod opponamus, nisi panem illum, quæ duobus antè diebus, & nec ipsum quidem spontè, dedit cuidam pauperi. Cum in altera itaque lance eum imposuissent, fecerunt trutinam ex vtraque parte ex æquo propendentem. Tunc illi Publicano dicunt viri candidati: Recedens adde huic pani, & operare. Nam illi, quos vides, nigri sunt te accepturi. Cum statim itaque experrectus esset, & ad se redijisset, agnouit vera esse, quæ visa fuerant. Nam quæcunque ab incute ætate ab eo facta fuerant, & quorum iam erat oblitus, videbat illos æthiopes utique congregantes, & in lancem imponentes. Quamobrem sæpè obstupescens, Papa dicebat, quanta est virtus eleemosynæ? Si enim vnus panis, isque per iram pauperij proiectus, tantum potuit: à quam multis malis se poterit liberare, qui hilariter bonis suis impertitur pauperes? Aded ergo munificè vsus est eleemosyna, & tam abundè ambabus, vt dici solet, effudit manibus, in ventres pauperum infundens: vt postquam omnia profudisset, ne suo quidem parceret corpori, sed eo quoque alceret pauperes, vedita libertate, vt paulò post clariùs ostendemus.

Vis eleemo-  
synæ.

Mutatur in  
virum lon-  
gè aliū pu-  
blicanus.

Ei enim eunti in telonium, occurrit nauta nudus ex naufragio. Quem quidem cum vidisset, veste statim se exuens, quæ erat delicata & sumptuosa, ei donat, multum precatus, vt ea perpetuò indueretur. Ille autem partim quidem erubescens vti veste magnifica, partim verò aliarum quoque rerum egenus, in foro exponit vt videretur. Cum autem reuertens Publicanus, eam vidit pendentem, magno fuit affectus dolore, & erat tristis, reputans quod non ei licuisset relinquere pauperi aliquod monumentum suæ misericordiae. Hæc cum cogitaret, ei obrepit somnus. In somnis autem ad eum accedit vir quidam insignis, sole specie alacrior: crucem quidem habens in capite, indutus autem veste, quam ipse dederat nautæ. Qui cum propè accessisset, Cur, inquit, charè Petre (hoc enim erat nomen Publicano) angeris & cruciaris? Ille autem perinde ac si nōset, quisnam esset qui loquebatur, Quoniã, inquit, Domine, quæ tu nobis abundè præbes, ea nonnullis sæpè impertientes, non videmus eos rectè vti ijs, quæ data sunt, propter turpe lucrum. Ille nondum implerat orationem, & qui apparuerat ostendens ei vestem, Agnoscis ne hanc, inquit? Cum is autem affirmasset, ille rursus: Ecce, inquit, ex quo tu mihi eam præbuiisti, ea perpetuò induor.

Videt Chri-  
stum.

Obserua  
Christi bo-  
nitatem.

Postquam autem eum dimisit somnus, hæc mente agitans, Benedictus Dominus, aiebat: Si Christus videtur esse vnus ex indigentibus, non desistam, donec ipse quoque sim vnus ex ijs minimis. Statim ergo vocato Procuratore domus, qui fuerat ab ipso emptus: Volo, inquit, tibi credere quoddam arcanum, quod si enunciaueris, aut nisi effectum reddideris, quod volo, procùl recedes à meo conspectu, & vendèris in barbara regione. Hæc cum dixisset, decem libras auri ei tradit, quæ erant ei soluendæ ob negotiationem. Deinde, Me quoque, inquit, assume ad hanc negotiationem. (Hoc est enim arcanum) & cum me abduxeris ad partes sanctæ ciuitatis, illic me vende Christi-ano alicui tanquam mancipium. Quod autem ad te ex eo redibit precium, quantum-  
cunque fuerit, detur pauperibus. Cum, postquam diù insitisset, vix tandem ei persuasisset, venit cum eo Hierosolyma: Quo in loco cum in quædam amicum, qui erat quidam arte aurifex, incidisset Procurator, (erat autem ei nomen Zoilus, qui propter ali-

quem casum redactus erat ad inopiam) Seruus est, inquit, mihi valde bonus: quem si me audiens emeris, nihil erit impedimento, quo minùs ad pristinam redeas felicitatem. Est enim non solum bonis moribus, sed etiam in fundendo auro summè exercitatus. fuerat enim Petrus huic quoque arti summè deditus. Ille autem statim in medium adducens paupertatem, cum qua conflictabatur, dicebat se non posse eum emere. Sed tamen ille verbis amici persuasus, & auro accepto scœnori, emit zelo feruentem Petrum triginta nummis. Quos cum accepisset Procurator, iuit Constantinopolim.

Petrus sua  
sponte ven-  
ditur 30.  
nummis.

Seruit au-  
riferi.

Iob 42.

Multa pa-  
titur.

Licebat ergo videre eum, qui propter Christum volutariam susceperat seruitutem, diligentissimè domino suo inseruientem in omnibus, quæ ad vsum domus pertinebant, ieiunijsque vacantem & vigilijs: quæ faciebant, vt res domini incrementum acciperent, & vt benedicerentur eius vltima, sicut Iob, magis quam priora. Qui etiam summam eius virtutem venerans, cogitabat eum manumittere, etiam si ille id minimè admiserit, volens potius in seruitute propter Christum perpeti, quam cum libertate quiescere. Sed quis dicere omninò potuerit eas, quæ ei à maligno inferebantur, afflictiones? Quicunque enim erant è familia, tanquam emotæ mentis quempiam reputantes, aliquando quidem eum irridebant: aliquando autem alapas infligebant, & non desistebant ei omnibus modis adferre molestiam. Quotiescunque autem contigisset eum, contumelijs à conferuis affectum, dormire cum animi ægitudine, toties ei assistebat in somnis, qui in Aphrica ab eo visus fuerat, ferēsque eius vestem, & precium triginta aureos habens in manibus, Nè sis tristis, aiebat, frater Petre. Ego enim etiam tunc accepi precium, sicut priùs vestem.

Intercessit aliquantū temporis, & quidam, qui erant eiusdem cuius Petrus regionis, arte aurifices, voti causa & adorationis, peruenerunt ad loca veneranda. Quos dominus eius, vt qui essent eiusdem artis, domum duetos accepit omni benignitate. Petrus autem cum eis ministraret, & viros agnouisset, seipsum celabat pro viribus, & omnibus modis conabatur latere. Illi verò tanquam per figuram corporis eum indagantes, agnouerunt. Et primùm quidem inter se susurrabant: dubitationem enim eis afferebat similitudo. Postquam autem illum ipsum esse aperit agnouerunt, cōmuniter eum statim alloquentes, qui eos inuitauerat, Quid tibi vult, dixerunt, quod vir talis tibi ministrat, qui est vnus quidem ordinis senatorij, splendore autem nulli est secundus? Is enim, quincū nobis seruit in mensa, est Petrus Publicanus, de quo Imperator quidem magnum accipit dolorem, magnum autem Senatus quoque, vt qui euauerit. Eos hæc verba dicentes cum audijisset Petrus, statim humi quidem iacit discum, quem habebat in manibus: cursu autem descendit ad vestibulum, in quo adstabat quidam adolescens ab ortu surdus & mutus, qui nutu poterat claudere & aperire. Cui Petrus, Tibi dico, inquit, qui es surdus & mutus, In nomine Christi Dei nostri, audi me, & aperit. Ille autem, Sicut iubes, respondit: & statim aperuit. Ille verò currens, protinus est egressus. Deinde ascendens ianitor latus, narrauit quod in ipsum fecerat miraculum. Dicebat enim se vidisse flammam ignis, procedentem ex ore magni Petri, ad aures eius peruasisse. Quæ, inquit, cum me totum circumfulsisset, repente fecit audire & loqui. Hæc cum narraret is, qui priùs erat surdus & mutus, subiit omnes stupor & admiratio, & statim quam maxima potuerunt celeritate, aggressi sunt eum persequi. Cum vbique autem scrutati essent, non potuerunt eum, quem quærebant, comprehendere. Quamobrem eos magna subiit poenitentia, & deplorabant quod non magis animum attendissent: quo factum erat, vt Dei hominem tantis afficerent contumelijs, verberantes & insultantes, & ipsum quotidie irridentes.

Peregrina-  
tio religio-  
nis ergo.

Petrus far-  
nat surdum  
& mutum.

Tales erant misericordis & clementis Iohannis animæ benignæ & humanæ narrationes. Maxima enim ex parte, quæcunque incitabant ad commiserationem & amorem in pauperes, ea volebat dicere & audire. Assiduè quidem certè inuestigabat vitam eorum Patrum, qui fuerunt celebrati propter eleemosynam, & in hoc per totam vitam magnum ponebat studiū, vt qui vellet eadem via, qua illi, ingredi. Cum itaque aliquando incidisset in vitam diuini Scrapionis Sidonij, non cessabat virum illum admirari & res illius narrare, quemadmodum cum aliquando in egentem incidisset pauperem, se pallio exiit, & ei dedit. Deinde cum obuiam factus esset alteri argenti, similiter ei præbuit tunicam: & decæterò sedit nudus, vltis solum tenens Euangelium. Deinde ab aliquo interrogatus, quisnam eum nudasset, Hoc, inquit: ostendens Euangelium. Cum

Scrapion  
Sidonius in  
pauperes li-  
beralissi-  
mus.

Matth. 19.

Cum verò eo quoque vedito, pro eo acceptum precium distribuisset pauperibus, cuiusdam discipulo, qui eum rogauit, Vbi est, pater, paruorum Euangelium? Crede mihi, inquit, fili, parens ei qui dixit, Vnde quæ habes, & da pauperibus: ne ipsi quidem libro, in quo hoc scriptum erat, statui parcere. Addatur hoc quoque ijs, quæ dicta sunt, afferens auditoribus non mediocrem vtilitatem.

Quidam monachus illo tempore puellam ducens speciosam, obibat ciuitatem. cum autem quidam ex Ecclesia eum vidissent ad multorum offensionem eam circumagentem, introducunt ad beatum Iohannem. Ille autem verbis illorum inductus, vt qui existimasset eos zelo diuino illum admonuisse, ipsum & puellam iubet vehementer cedi, deinde eos in diuersis custodijs includi. Cum autem factum esset quod iusserat, & eos accepissent custodiæ, & nox iam aduentasset, Monachus ei apparet in somnis, ostendens tergum notatum vibicibus & stigmatibus, ei dicens simpliciter & placidè: Quid verò hæc tibi placent domine? Crede, nunc quidem certè semel deceptus es, vt homo. A somno autem excitatus, accersit illic Monachum, educens eum è custodia, præ plagis vix valentem ingredi. Deinde cum in eius vultum coniecisset oculos, agnouit eum esse, qui fuerat ab eo visus. Cumque veller scire, an tam multas accepisset plagas, quam multas habens in somnis apparuerat, iubet eum linteo succinctum aperire dorsum.

Nota hinc, quàm cauèda sint remercera iudicia.

Cum diuina autem prouidentia fuisset linteum solutum, apertæ fuerunt partes occultæ, & conspectus est monachus propemodum exectus & mancus virilibus, etiam si propter florem ætatis non fuisset prius immunis à suspitione. Statim ergo eos qui illos detulerant, è suis gradibus deturbatos, tres annos arceat à communione. Pio verò monacho se, vt par erat, excusauit, & rogauit, vt ei condonaret peccatum admissum per ignorantiam. Sed hoc solum dixit se non laudare, quòd nullo adhibito custode obiret ciuitates, cum esset monachus, & videretur ad eum inuenis, & traheret secum foemina, & esset multis causa offensionis. Ille verò cum ea, qua per erat, reuerentia & modestia, Benedictus Dominus, inquit: Domine, non mentior, Non multis ante diebus cum essem Gazæ, & illinc festinarem ad adorandum sanctos Cyrum & Iohannem, hæc puella mihi vesperè fit obuiam, & ad meos pedes procidit, rogans vt mecum iter ingrederetur, eò quòd veller esse Christiana. erat enim Hebræa. Ego autem Dei veritus iudicium, qui dixit, nè ex pusillis aliquid despiceremus, obediens admissam viam comitè, maxime confidens, quòd cum essent mihi membra ita affecta, non esset facile inimico struere in me tentationem. Cum illuc autem venissem, & vota reddidissem, feci eam catechismo instrui & baptizari, & deceterò eam circumduco in simplicitate cordis, & mendicans eam alo, studens, si possim, eam collocare in aliquo monasterio virginum. Hæc cum audisset ille beatus, Papæ, inquit, quàm multi sunt occulti serui Dei, etiam si sint nobis ignoti? Cum autem monachum donaret centum nummis, ille non accepit, dicens: Monachus si habet fidem, non indiget pecunijs. Sin autè omnino amat, est omnino fide defectus. Hæc cum dixisset & adorasset, recessit.

Matth. 18.

Quàm magnum autem studium poneret beatus, vt mortis meminisset, & quòd plurimi faceret, efficere nè eius recordatio deleretur, dictum quidem est prius, dicitur autem nunc quoque. Nam cum lethalis morbus aliquando inuasisset ciuitatè, maximè illi erat curæ accedere ad ægrotorum visitationem, & eorum qui decedebant, sepulturam. Sæpè autem etiam assidebat ijs, qui emittebant animam, & eorum oculos suis tegebat manibus. Iubebat synaxes quoque celebrare pro ijs, qui dormierant, afferens & affirmans defunctis multum prodesse, quæ pro eis sunt, cõmemorationes & sacraministeria. Ad fidem autem faciendam eorum, quæ dicebantur, tale quid etiam narrabat, quòd factum fuerat non ita multò antè. Dicebat enim, quòd à Persis quidam abductus captiuus, in custodia, quæ appellatur Lethæ, asseruabatur vinctus. Lex autè erat apud Persas, vt qui coniecti erant in eam custodiam, nunquam reuocarentur: & ea ratione consentaneum est eam fuisse vocatam Lethen, id est, obliuionem. Illinc autè cum quidam potuissent aufugere, & in Cyprum venire, affirmarunt parentibus adolescentis, eum esse mortuū in custodia. Illi verò tres quotannis synaxes celebrabant, tanquam eo mortuo. Quatuor anni præterierant, cum filius illinc aufugiens, redit domū. Quem cum parentes non tanquam qui fugisset è custodia, sed tanquam qui surrexisset è mortuis, cum magno stupore adspexissent, & fuissent ineffabili voluptate repleti, & alia faciebant & dicebant, quæ anima, quæ talem vidisset, faceret & diceret: & quemadmodum

Nota de ijs, quæ sunt pro defunctis.

dum ei tanquam iam mortuo fecerant iusta, quæ sunt mortuis, & cum eum docuissent, quinam essent ij dies, nempe dies sanctorum Theophaniorum, & dies salutaris Paschæ, & dies sanctæ Pentecostes. Hæc cum ille audiuisset, & in memoriam reuocasset, parentibus affirmabat, quòd his ipsis diebus relaxabatur à vinculis aduētū cuiusdam, qui gestabat lampadem, & fruebatur omni securitate: diebus autem sequentibus tenebatur vinculis, sicut prius.

Simile exemplum habes apud D. Gregorium Papam Homil. 37. in Euang.

Talibus vtens factis & narrationibus, fuit multis occasio salutis. Propterea plurimi quoque imitantes illa, quæ fiebant tempore Apostolorum, & vendentes ea quæ habebant, eorum precium afferentes, deponebat in eius manibus, volentes id ab ipso distribui pauperibus. Cum quibus vnus quispiam accedens, auri septem libras cum dimidia obtulit, affirmans nihil amplius auri apud se remansisse. Perebat autem ab eo, vt duas gratias acciperet: nempe vt & seruarietur quidem eius filius illius precibus: referretur verò nauis absque vilo periculo, quæ quidem emissa fuerat in Aphricam. Cum aut post præces triginta dies præterissent, moritur quidem filius: tertio verò die post eius mortem, nauis quæ redibat ex Aphrica, cum fuisset ex aduerso Phari, in graue incidit naufragium, ad eò vt vniuersum quidem onus perierit: sola autem nauis fuerit salua cum vectoribus. Cum autem prius audito nuncio de filio, adhuc vigente animi perturbatione, accessit de naue tristitia, id eum plane obruit. Quod quidem postquam cognouisset Patriarcha, id nihilo minorem ei attulit animi agritudinem. Deum itaque, rogauit, vt inuisibiliter eius animam attingeret, & increparet tempestatem animi agritudinis, & transmutaret in tranquillitatem. In somnis itaque nocte sequenti illi apparet vir, figura & lineamentis similis Patriarchæ, ei dicens: Cur ita victus es à tristitia propter ea, quæ acciderunt? Num tu me rogasti, vt hæc precibus à Deo postularè, nempe vt & tuus saluus esset filius? & ecce eius gratia est saluus, vt qui à vitæ malis dimissus sit illeus. Si enim vixisset longius, non bonus, sed improbus erat euasurus, & indignus eo, qui creauerat. Quod ad nauem autem attinet, nihil dubites, quòd nisi Deus fuisset exoratus à nostra mediocritate, erat cum ipsis viris in profundū transmittenda, & præter onus, fratrem quoque & alios amisisset. Non oportet ergo esse tristem, sed propter hoc ipsum ferenda sunt potius, quæ accidunt, grato animo. Nihil enim eorum, quæ fiunt, sit sine Dei iudicio, etiam si sint nobis ignota multa ex illius iudicijs. Postquam ergo eum dimisit somnus, sensit cor suum satis magnam accepisse consolationem. Statimque profectus, procidit ad beati viri pedes, magnas ei agens gratias, & quam viderat noctū narrans visionem. Ille autem suasit, vt non ipsi, sed Deo, qui omnia dispensat ad vtilitatem, acceptam ferat gratiam.

Act. 4.

Gravis tentatio.

Sed quemadmodum non eos solum, qui Christo offerrebant, & vt dicit diuinus Apostolus, in benedictione seminabant, ille benedictione dignos duxit & accipiendos: sed eos etiam, qui in ipsam erant parci & illiberales, prudenti ratione studuerit inducere ad eleemosynam, declarant quidem etiam multa alia: declarabit autem etiam, quòd factū est in Troilum Episcopum. Eum enim, cum esset auarissimus & parcissimus, statuit traducere ad amorem eleemosynæ hoc modo: In Ptochotrophium, quod ipse construxerat, vt solebat, vadens, assumit etiam Troilum. Cuius comitem cum cognouisset habere in sinu triginta libras auri: Sunt, inquit, à te hodiè curandi, sanctissime Troile, nostri in Christo fratres. Ille autem tanquam eo sermone pudore motus, & volens non exillimari tenax & sordidus, sed potius simplex & liberalis, iubet ei, cui creditæ fuerat pecunie, vnicuique eorum, qui illic erant, pauperum, præbere vnum nummum. Cum verò totum aurum iam fuisset consumptū, & aduentitius ille & non ex affectione ardor ad eleemosynam fuisset refrigeratus, grauis dolor & magna poenitentia incescit inuoluntariū benefactorem. Domum itaque, reuersus, inopinato horrore & febre correptus, decumbat in lecto. Cum esset autem iam hora prandij, eum ad conuiuium inuitat Patriarcha. Qui cum accepisset quæadmodum se haberet, & causam morbi non ignoraret, non sustinuit eum quidem despiciere sic vexari & pati, se autem inire conuiuium: sed statim surgens, ad ipsum venit, & dicit subridens: Nè putes, o comminister, me tibi verè dixisse, vt è domo tua largireris fratribus secundum Deum: sed quoniam tunc aurum non habebat ad manum comes meus, accepi à te mutuo. Nunc verò adsum, triginta, inquit, libras ad te afferens, quas etiā saluas reddo tuæ virtuti. Postquam ergo solum vidit aurum in manibus Patriarchæ, horrorem vicit, mala febris discessit, vires ei redierunt, &

Curat auarum quen-dam epi-scopum.

Dira pestis, auaritia.

visus est habens vultum alacrem & viuidum : vt hinc fieret manifestum, quòd omninò redditum, morbum soluit, hoc etiam primum ablatum, cum vocauit, quòd non esset.

Cum aurum ergò in illius manus dedisset Patriarcha, postulabat vt literis ei mercede cederet. Ille autem lubenter sua manu conscribit syngropham, quæ sic habebat: Deus misericordiæ & clementiæ, ipsam mercedem redde Iohanni, meo domino & Patriarchæ Alexandriæ, triginta auri librarum, quæ à me fuerunt distributæ pauperibus. Ego enim mea accepi. Patriarcha ergò accepto chirographo, illum quoquè simul accipit, mensè futurum participem. Quem, cum comedisset, dormientem volens Deus excitare à gra. ui somno auaritiæ, & efficere vt sciret quanta fuerit priuatus remuneratione, & diice. ret benignitatem, ei immittit quodammodò ecstasim, & videbatur sibi videre domum

Visio Troi. li Episcopi.

quandam pulcherrimam & splendidissimam, & cui elegantia & magnitudine nulla poterat conferri. Supra vestibulum autem inscriptus erat titulus aureis literis: Mansio & requies æterna Troili Episcopi. Postquam verò his lectis est latus, existimās domum

Nota præmia bonorum operū.

sibi datam fuisse ab Imperatore, accedit vir quidam insignis, & qui videbatur esse vnus ex senatu, habitu similis Cubiculario, habens quosdam alios ante se ambulantes. Qui postquam appropinquauit vestibulo, adspiciens ad fores, iubet quam primum deijci titulum: pro illo autem poni alium, quem, inquit, iubet Dominus orbis terra. Statim autem fuit positus, hanc habens inscriptionē: Mansio & requies æterna Iohannis Archiepiscopi Alexandrini, empta triginta libris auri. E somno itaque surgens, obstupescens, exposuit Patriarchæ visionē, & ipse suum vitium animaduertit, & mores mutauit, & facere eleemosynam ardentem est aggressus, & pro eo, quòd erat prius parcus & tenax, ad dandum manum habuit promptissimam.

Iob 1.

Sed Deus, qui permisit Iobi dissipari & exinaniri diuitias ad eius virtutis faciendum periculum, permittit etiā similia accidere huic beato Patriarchæ. Erant enim tredecim naues eius ecclesiæ, quæ quidem onerata: cum essent in mari Adriatico, incidit omnes simul in naufragium, peritq; vniuersum onus, quod erat ter mille & trecentarū librarum auri. Ij ergò, quibus fuerant commissa naues, adducenres has inanes, appellant in portum Alexandriæ: ipsi autem confugerunt in templum. Quod quidem cum cognouisset Patriarcha, Deo quidem propter hoc quoquè agit gratias: ad illos verò mittit literas remissionis, ea sola, quæ Iob dixit, dicens: Dominus dedit, fratres, Dominus abstulit. Egredimini ergò, pro hoc nullum timentes periculum. Dominus enim erit sollicitus de crastino. Cum autem multi ex ciuibus venirent ad eum consolandū, prior ipse eis dixit: Non oportet vos, o fratres, tristitia affici propter periculum nauis, cuius ipse solus sum causa. Nisi enim magnos & elatos sumpsissem spiritus propter alienorum largitionem, immò verò Dei ipsius, hoc nequaquam accidisset. Volēs itaq; Deus meū tumorem comprimere, permittit hanc accidere mihi calamitatem. Est enim Eleemosyna sepe causa superbiæ ei, qui non aduertit. Paupertas autem, sicut scriptum est, virtū reddit humilem. Ego sum igitur causa duorum malorum: Vnius quidem, quòd mercede eleemosynæ priuatus sum propter vanam gloriam: Alterius verò, quòd propter eam procurauit amissionem tantarum pecuniarum: & nunc ad me attraho vniuersum iudicium animarum, quæ rediguntur ad angustias. Sed Deus, etiam si non propter me, sed tamen propter curam, quam gerit eorum qui indigent, suppeditabit ea, quæ sunt ad vsum necessaria. Illud enim, Non te dimittam, neque te relinquam, ab eo dictum est. fidelis autem est, qui promissit. Sic ij, qui venerant ad sanctum consolandum, ipsi sunt potiùs ab illo dimissi accepta consolatione.

Insignis patientia in maximis damnis.

Ileb. 13. Iof. 1.

Non multum temporis præterierat, & Deus nouo Iobo duplicat facultates, eratque in egenos liberalior & munificentior quam prius, non in egenos solum abundantiam, sed in eos etiam, quibus fiebat iniuria, ostendens commiserationem. Cum enim iret aliquando ad diuinos martyres Cyrum & Ioannem precaturus, accessit ad eum quædam

Nota humanitatem erga pauperulam.

pauperula, dicens se fuisse à genero graui iniuria affectam, & se eius indigere auxilio. Cum ij autem, qui erant eius viæ comites, consulerent vt dum rediret, viseret & consideraret, quæ ad eam pertinent, Misericors ille non sustinuit, dicens: Sed quomodo Deus attendet meas preces, si ego differo eius supplicationem? Quis autem fideiusserit, fore vt viuam vsque in diem crastinum, & non, si ante eam moriar, futurum me apud Deum in excusabilem propter eius supplicationem? Hęc cum dixisset, minimè recessit à loco, donèc mulieri iustum reddidisset iudicium. Hic ergò, qui summā curam gerebat indigentium,

quod cum audiisset de filio viri misericordis, quòd cum pater eius decessisset, is magna laboraret inopia, propterea quòd pater eius quidquid habebat, lubenter concessisset in pauperes: eum autem soli Dei parenti commendasset Mariæ, cuius tempe assidebat noctū & interdiū: accessit quendam iuris peritum, & clanculum iubet, vt veteri charta conscribat testamentum cuiusdam viri, nomine Theopempti, dicens id ostendere, me & patrem huius pueri esse veros & germanos huius cōsobrinos: & ostendat pueri exemplum testamenti, vt certior factus de ea, quæ illi mecum intercedit, cognitione, nihil formidet, sed audacter ad meam veniam humilitatem. Facta sunt autem omnia, sicut ei visum fuerat, & cum adolescente venit ad Patriarchā Iuris peritus. Scribitur ostenditur testamentum. Constatetur magnus ille, magnus ille cognationem, amplexitur adolescentem tanquam germani consobrini filium germanissimū. Dat ei pecunias, possessiones, alias multas facultates, cōiungit eum matrimonio cuidam illustri femina Alexandriæ, & breuè eum reddidit ex obscuro nobilem, ex abiecto insignem, ex paupere diuitem: studens ostendere esse verissimum diuitem illum verbum, quod dicit se non vidisse iustum derelictum, neque semen eius querens panem.

Itē erga inopem adolescentem.

Psal. 36.

Alius autem quidam senex Monachus, qui vitam agebat perfectam, nomine Vitalis, volens magni Iohannis facere periculum, num præter alia, quæ habebat bona, ne esset quidem facilis ad condemnandum, cum quietem & silentium ageret in monasterio magni Seridonis, venit Alexandriam. Quòd cum venisset, exercet vitæ genus, quod apud homines quidem est valde probrosum & obnoxium vituperationi, & quod multis afferre potest offensionē: Deo autem erat valde gratū. Ingressus enim ciuitatem senex, iam sexaginta annos natus & amplius, suum in id conferebat studium, vt describeret omnes meretrices, quæ erant in prostibulis. Porrò autem incipit etiam seruire mercede, pado inito, se quotidie duodecim obolos accepturum, quorū vno lupinos quidem emens, eos comedeat post occasum solis: reliquos autem vna nocte dabat, vadens ad vnam ex meretricibus, dicens: Hęc accipe, & conserva te mihi hac nocte impollutam. Quod cum faceret, stabat tota nocte in angulo habitaculi illius mulieris, genu flectens, & linguam palamis exercens assidue, & supplices manus pro ea ad illum tendens. Manè autem exiens, eam adigebat iurciurando, se nemini id esse indicaturam. Vnam itaque ex ijs, que ausa fuerat contempit habere iusiurandum & aperire arcana, facit senex precibus possideri à demone, ad eò vt nulla deinceps ausa fuerit eius vitā enunciare. Ipse autem volens effugere gloriam ex hominibus, & animas educere à peccatis, quando erat apud aliquem mercenarius, accipiens quod datum fuerat, cum esset abiturus, fingebat apud se dicere omnibus audientibus: Abeamus iam infelix senex. Scis enim, quòd illa te expectat: illam significans, ad quam erat diuersurus. Ad eos autem, qui irridebant & eum probro ac maledictis impetebāt, se excusans tanquam pro mala, quæ fiebat re vera, actione: Quid verò? An non ego quoquè sum ex ijs, qui carnem gestant, & cedunt eius legibus? An solis prohibitum est monachis manere extra corporis voluptates? nō sunt ipsi quoquè participes naturalium affectionum, similiter atque alij? Deinde quibundam consulentibus & dicentibus, Vnam saltem tibi accipe, mutato vestitu, & nō sis tam multis offensionibus, vt neque Deus per te blasphemetur, neque monachorū precibus habitus probro afficiatur, & omnium iudicium in tuum caput attrahatur. Multis hac ei dicentibus, ille se simulans irasci & ægrè ferre, Sed non ego, inquit, vos audiā: dicebat cum magno clamore: Quid mea refert, si vos, vt dicitis, offendimini? Discedit à me. Quid rei mecum est vobis? Ex vestro, inquit, consilio cum femina coniungar matrimonio, & me iniiciā in curas innumerabiles, & de victu sollicitudines. Cessate me ludificari & criminari. Non estis enim meū iudices: res meæ sunt mihi curæ. Est enim alius, qui est iudicaturus orbem terræ, qui etiam reddet vnicuique secundum opus suum.

Historia memorabilis Vitalis monachi.

Notam miram.

Monachorum habitū preciosum dicunt.

Multi ergò hęc verba audientes cum acerbitate & vociferatione, alij quidem cessabant reprehendere, eius impudentiam timentes & audaciam: alij verò conabatur eum apud sanctum criminari. Sed ille, vt qui à Deo didicerat, quali virtute esset senex, minime attendebat ea, quæ dicebantur ab ipsis, vt qui ante oculos semper descriptum haberet illud excisi monachi. Suadebat autem omninò vitare accusationes, quæ fiebant aduersus monachos, præclarum illud verbum Imperatoris Constantini in ore habens, qui in Nicæna Synodo libellos accusationum datos aduersus aliquos episcopos nō admittens, sed dicens: Si in Episcopum aut monachum fornicantem incidisset, sustulisset meam chla.

Constantini Imperatoris dictum memorabile.

chlamydem, & ei imposuiffem, vt à nullo oculo videretur: vt qui rectè sciret, quòd delicta talium virorum, si multis fiant manifesta, non solum efficiunt vt contemnuntur, quæ sunt honore digna & reuerentia: sed etiam magnum præbent incitamentum & occasi- onem ad vitium. Sed sic quidem magnus ille repellebat calumnias, quæ intentabantur aduersus magnum senem. Ille autem non cessabat ab hac operatione: sed etiam si pro- bro & dedecore à multis afficeretur, ipse vnum solum spectabat, nempe salutem anima- rum. Ijs verò, qui aduersus eum linguam mouebant, peccati sui precabatur veniã. Quòd autem hoc studium non fuit ei infrugiferum & inutile, sed multis attulit salutem, hinc est manifestum. Videntes enim mulieres eius per noctem stationem, & linguam diuina perpetuò canentem, & pro earum mutatione & vt seruarentur, assiduam precationem, desistentes à malis actionibus, gerebant curam temperantiæ: & alia quidem legitima coniungebantur matrimonio: aliæ autem sic manebant, desistentes à flagitiosis actio- nibus: alia verò mundo perfecte renunciantes, vitam eligebant monasticam. Nemo- tem cognouit occultam eius ex Deo vitam, quandiu fuit in vita superstes: nec quem- modum simulando nequitiam, à malis moribus traduxit malas mulieres.

Meretrices se recipiunt ad bonam frugem.

Obitus S. Vitalis.

Cæditur à dæmone is qui percussit talem.

Proditur eius sancti- simum stu- dium.

Miracula ad sepulcrum eius.

Quamobrem cum aliquando egrederetur ex habitaculo eius, quæ primò locum- nebat inter meretrices, ei occurrit quidam libidinosus, propter hoc ipsum ingrediens vt data pecunia, expleret libidinem: & sancto impingit colaphum: Quousque, dicit, o Christi illufor, non desistes à malis actionibus? Ad hæc homo ille admirabilis, Miles, inquit, est tibi incutiendus colaphus, vt tota ferè Alexandria ad tuos clamores congre- getur. Non multum intercessit temporis, & vir ille diuinus migravit ad Dominum, cui- esset in parua quadam cella, quam construxerat in loco, quæ dicitur porta Solis: in qua quoddam paruum habens oratoriu, faciebat in ea multas synaxes. Quo in loco congre- gabatur etiam multitudo impudicarum mulieru, quæ consequebantur ab eo curatio- nem, adedò vt qui vitam agebant libidinosam & voluptariam, & irascerentur & sic- censerent, vt cui propter rem malam scilicet inuiderent, dicentes: Quomodo fieri po- tuit, vt hic impostor tam multas ad se attraxerit? Cum dormisset ergò, sicut dictu est, & nemo sensisset, accedit repente quidam deformis Aethiops ad viru libidinosum, qui ei colaphum impegerat, & eius genis incutit grauem & validum colaphu, adedò vt eius sonus ad maximum vsque spatium fuerit exauditus. Qui deinde ei dixit: Accipe hunc colaphum, quem ad te misit monachus Vitalis, sicut prædixit. Protinus ergò miser vo- lutabatur correptus à dæmone, & ad ipsum fuit congregata tota ferè Alexandria, sicut ille vir iustus prædixerat. Cum itaque vix tandem post multum tempus ad se redisset, rumpit vestes, & surgens, cursu contendit ad sancti domunculam: Miserere me, cla- mans, ferue Dei Vitalis, qui in Deum & in te multum peccaui. Omnibus ergò viden- tibus, qui aderant, postquam domui senis appropinquauit, ipsum iaciens & discerpens demonium dimisit.

Cum ergò hæc vidissent, ingressi domunculam, inuenerunt sanctum, qui genu flexerat, & Deo per precationem animam commendatam emiserat. Deinde humi adspici- entes, vident scripturam, quæ sic habebat: Viri Alexandrini, nolite aliquid iudicare ante tempus, donec venerit Dominus. Confitebatur itaque omnibus presentibus is, qui liberatus fuerat à dæmone, mala quæ sancto fecerat, & quæ audiuit propheticè ab eo di- cta, quæ etiam passus est. Fuerunt ergò hæc statim renunciata Patriarchæ, & ipse cum simul venisset cum toto clero, vbi legit eam, quæ erat humi, scripturam, paulopost di- xit: Si fuiffem indutus verbis eorum, qui calumniabantur, fuiffet mihi incussus ille co- laphus. Tunc etiam congregatur vniuersum agmen meretricum ad iusta faciendã ve- nerando corpori. Quæ quidem eum efferebant cum aromatibus & lampadibus, valde deflentes priuationem eius doctrinæ, à qua ad eas magna manabat vtilitas. & tunc ex- ponebant eius vitam, ijs, quæ dicebantur, fidem omnibus modis facientes, quòd nõ ob aliquod malum ad eas ingrediebatur, & nec visus sit vlli earum ne manum quidem ad- mouisse, aut ad latus omninò accubuisse. Ad eos autem, qui illarum reprehendebant silentium, & dicebant eas fuiffe multis causam offensionis, illius præceptum adduce- bant ad sui excusationem: & quæ à dæmone inflata fuerat, plagam ad disciplinam ei, quæ non obedierat. Ipse autem, qui colaphum dederat & contra acceperat, nunquam intermisit, cum dæmon eum reliquisset, beati sepulcro assidere, quòd effectus est the- saurus multorum miraculorum, & illius commemoratione de more cum psalmis per- agere.

agere. Deinde paucis post annis reponitur in monasterio monachi Seridonis: & cum illi fuiffet tradita beati Vitalis cella propter magnam in ipsum fidem, illic vitam quietam in silentio transegit perpetuò, donec peruenit ad finem vitæ presentis. Præterea autem Patriarcha quoque magnas Deo agebat gratias, quòd non permisisset, vt aliquid dice- ret aut cogitaret indignum beata illa & gloriosa anima. Alioquin autem multi quoque ex ijs, qui habitabant Alexandriam, meliores euaserunt, qui propensi erant ad conde- mnandum, & hanc malam didicerant consuetudinem. Sed talis quidem erat vir ille san- dus, & res eius hoc modo se habebant.

Sufficeret autem id quoque, quòd est dicendum, ad testandum quàm esset tardus vir ille admirabilis ad condemnationem. Quidam iuuenis impudicus ciuitatem obiens Alexandriam, cum virginem quandam ex ijs, quæ vitam amplexæ erant monasticam, à via recta abduxisset, & deinde eam suæ libidinis & intemperantiæ fecisset delicias, paulo- post cum ea au fugit Byzantium. Quòd quidem cum resciuiffet vir diuinus, magno do- lore est affectus, & vt dicitur, omnem mouebat lapidẽ, studens eos à lapsu reuocare. Ali- quanto autem tempore interiecto, accidit vt cum apud quosdam ex clero narraret & beatus quandam narrationem, quæ poterat eorum animæ afferre vtilitatẽ, illius quo- quẽ iuuenis, qui hæc recentia fecerat, fieret mentio: quem qui tunc aderant, protinus condemnabant & abdicabant, tanquam vno ore omnes dicentes, eum non solum duas, vt apparebat, perdidisse animas, sed etiam multas alias, quibus hoc malum erat exem- plar propositum. Eorum itaque magnus ille nimis facilem reprehendens condemna- tionem, Nolite, inquit, o filij, nolite esse lingua tam prompti ad detrahendum proximo. Nam sic quidem futurum est, vt vos omninò in duo mala incidatis: Vnum quidẽ, trans- gredientes præceptum illius, qui iubet non iudicare ante tempus. Alterum autem, quòd ignorantes quòd hucusquẽ factu est, vos magna facilitate constitutis iudices. Est enim omninò incertum, an hucusquẽ per maneant in peccato: an mutati sint ad correctionẽ. Ego enim, inquit, aliquando legens vitam cuiusdam magni ex Patribus, incidi in talem narrationem plenam vtilitate. Sic autem habebat:

Iuuenis im- pudicus se- ducit sancti monialem.

1. Cor. 4.

Exemplum notabile, nõ facile iudicemus. Luc. 7.

In Tyrum ciuitatem venerant duo monachi, aliquo fungentes ministerio. Alterum verò eorum, cum venisset in quendam locum, quædam meretrix, cui nomen erat Por- phyria, sequebatur clamans: Venerãde Pater, serua me, sicut olim Iesus Christus merce- tricem. Ille autem humanarum rerum nihil reputans, ea manu accepta, multis videnti- bus, egreditur per mediam ciuitatem. Manauit itaque fama in omnes partes, quòd ille monachus in vxorem accepisset Porphyriam. Cum ipso autem obiens meretrix vrbes & vicos, incidit in infantem humi iacentem. Quem quidem cum benignè sustulisset vt aleret, secum eum portabat. Cum aliquo autem tempore venissent Tyrii in eum locu, vbi versabantur, & meretricem vidissent in vlnis tenere infantem, veluti irridentes, & egregium hunc virum ludificantes, Re vera, ei dicebant, à seopo non aberrãlli, Pulcher enim tibi filius natus est ex monacho. Qui etiam Tyrum reuersi, eam rem vbiquẽ disse- minarunt, quòd ea ex monacho peperisset filium, qui illius expressam conseruauit estli- giem. Itã ferè sunt homines prompti ad credendum suspitionibus, & maximè, qui sunt mali & flagitiosi, & à se habent acceptam credendi occasionem. Statim enim tanquam è propinquo seipsos testes accipientes, alios accusant facile: simul quidem se volen- tes explere delicijs talium cogitationum & verborum, & cupientes esse alios similiter improbos: & sic studentes vitare plagas, quæ inferuntur eis à conscientia. Monachus autem cum totondisset Porphyriam, & ei monasticum imposuiffet habitum, vocat eam Pelagiam, & concedit ei, vt in monasterio virginum agat silentium. Cum verò præ- sciuiffet diem sui decessus, illa quoque accepta, redit Tyrum. Eam autem puer quo- quẽ sequebatur, iam septem annos natus. Ad omnes verò peruenit fama eoru aduen- tis, quòd scilicet reuertitur Porphyria cum monacho suo cõiuge. Deinde cum egro- tasset monachus, & ad mortem iam spectaret, plurimi ad eum accesserunt ex habitato- ribus, eius visitandi gratia. In quorum conspectu cum iussisset afferri thuribulum ple- num candentibus carbonibus, accipit eos carbones, & infundit in sinum, & omnibus au- dientibus, Benedictus, inquit, Dominus, qui olim rubum seruauit incombustum, is mi- hi fuerit testis fidelis, quòd quo modò meas vestes nõ attigit hæc, quæ est in igne, vrendi- vis, itã nec ego attigi mulierem toto tempore vitæ meæ. His auditis, omnes obstupe- runt, Deo dantes gloriã, qui eos, qui ipsum in occulto colunt, scit aperte glorificare. Hæc cum

In suspicio- nes qui sint maximè propensi.

Meretrix fit monacha.

Exod. 3.



cum fecisset & dixisset monachus, in manus Dei deponit animam. Propterea vobis omnibus suadeo, o filij spirituales, sicut etiam prius dixi, non esse promptos ad condemnationem. Contingit enim nonnunquam, ut eius quidem, qui est fornicatus, aut aliquid aliud deliquit, peccatum aperte factum sciamus: in occulto autem factam ignoremus poenitentiam. Oportet autem Dominicam quoque timere vocem, quae dicit: In quo iudicio iudicatis, iudicabimini.

Matth. 7.

Miro exemplo corrigi populum.

Neque verò suadebat solum cauere hoc delictum: sed eorum etiam, qui diuina praecipra negligunt, volens corrigere socordiam, tale quid fecit, dignum quod maderet memoriae. Cum enim cognouisset multos negligetiores, post lectionem diuinorum Evangeliorum exire ex ecclesia, & vanis ac ociosis vacare sermonibus, solenni quodam die, relicto sacrificio, ipse quoque è templo egreditur, & sedet cum vniuersa multitudine. Omnibus autem hoc stupentibus, Non oportet, inquit, admirari. Vbi enim sunt oues, illic omninò oportet esse pastorem. Nam cum propter vos & vestram vtilitatem soleamus synaxes celebrare, si vos autem foris versemini, cõtingit inutiliter à nobis capilaborem, statui cum egredientibus vobis simul egredi, & rursus ingredi cum ingredientibus. Hoc multos correxit, & à mala abduxit consuetudine. Non illos verò solos studuit corrigere, qui extra congregationem ociosis vacabant sermonibus: sed eos etiam, qui citra rationem intus inter se conferebant sermones: & maximè eos, qui erant è suggestu. Si quando autem vidisset quempiam post vnam & alteram admonitionem nequam posse corrigi, eum statim eiciebat, apud eos vocem vniuersam Dominicam, Dominum Dei oportere esse domum orationis. Cõtrà autem eorum, qui in diuinas congregationes erant studiosiores, illi accepta erat pietas, eosque & laudabat, & ad gradus prouehabat. Quod quidem apertius indicabit id, quod iam est dicendum.

Esa. 56. Matth. 21.

Duo Clerici eius ecclesiae, artem exercentes incidendi corium, erant inter se vicini. Quorum vnus quidem mulieri coniunctus matrimonio, habensque filios, & patrem & matrem cum ipso habitantes, quos quidem alebat omnes suis manibus, non negligebat tamen diuinas congregationes. Alter autem, etsi erat solus, & artis peritior, & in operando diligentior, ne sibi quidem soli parare poterat, quae erant ad vsum necessaria. Eitaque, qui erat eiusdem artis, inuidens, & non amplius ferre valens quam animo conceperat inuidiam, eum aliquando solum offendens: Adiuuro te, inquit, per Deum, nè me celes, sed hoc mihi aperias, qui sit, quòd tu sis semper quidem diues, idque cum sis in operando negligens: mihi autem, qui sum diligens & laboriosus, contrà accidit, ut iam redactus sim ad extremam paupertatem. Ille autem volens eum reddere diligentior, qui erat negligens in aduendis congregationibus, quae sunt sacrorum causa: Mihi quoque, inquit, o frater, res erat redacta ad maximas angustias. Ex quo autem mihi persuasi diuinis vacare congregationibus, nonnunquam eò vadens, aurum in via inuenio, quo factum est, ut mihi sint congregatae omnes, quas vides, copiae. Sed si me audias, ipse quoque me euntem sequere, & hinc non vulgarem habebis consolationem. Pareat dictis, & ad singulas diuinas synaxes cum ipso ventitans, sentiebat domui suae factam à Deo benedictionem, & bono consultori agebat gratias. Ille autem scena mox aperta, manifestò dicit socio, se nunquam aurum in via inuenisse: sed volens, inquit, te excitare, ut venires ad diuinas congregationes, finxi hanc auri inuentionem. Hoc cum peruenisset ad aures beatissimi Patriarchae, & eius bonum commendat propositum, & cum ordinat Presbyterum.

More Orientalis ecclesiae hinc clericum coniugatum ordinat presbyterum.

Matth. 10.

Hic reuera bonus pastor, diuinus, inquam, Patriarcha, credens principi pastorum Christo, qui iubet, si persecuti fuerint ex vna ciuitate, fugere in aliam: cum esset Alexandria tradenda manibus Persarum, diuina prouidentia illinc quidem recedit, migrat autem in suam patriam Cyprum, suum ei corpus largiturus, ut quae eum aluerat. Praesciuerat enim iam appropinquare decesum. Is itaque, cuius saepe mentionem fecimus, Patricius Nicetas, accepta occasione ex eo, quòd Persae irruerant, obsecrat virum diuinum, ut veniat vsque ad regiam ciuitatem, precibus & benedictione impertiturus Imperatori. Ille autem cum sciret, qualis esset fides viri clarissimi, annuit quidem petitioni. Cum ambo autem naue ueherentur, & iam essent in medio mari, incidunt in grauem tempestatem. Cum verò nauis tam vehementer quateretur fluctibus, & mox esset mittenda in profundum, visus est nocte illa, qua fuerat excitata tempestatas, Patricius in somnis videre Patriarcham cum pauperibus, aliquando quidem per totam nauem circumcursantem:

tem: aliquando autem cum ipsis manus extendentem, & è caelis petentem auxilium. Cum autem iam in Rhodum infulam peruenissent, ille ipse Patriarcha cum à se discessisset, reuera videt & non in somnis, splendidum virum Eunucho similem, aureum sceptrum habentem in manibus, & ad eum accedentem dicere: Vocat te rex regum. Statim ergo accessit Parritio, cum dixisset qualè habuisset visionem: Tu quidem, inquit, o vir splendidissime, studuisti nos deducere ad eum, qui regnat in terra: Qui autem caelum & terram & omnia sua tenet ditione, prior ad se accessit. Ille verò hoc dicto tristitia affectus, & dolore repletus, non potuit quidem eum retinere. Sed cum venerabilium eius precum fructum iucundè accepisset, quam potuit officiosissime eum dimittit in Cyprum.

Viso Patriarchae.

Cum autem in suam ciuitatem peruenisset Amathuntem, iussit Scribis ut scriberent testamentum, quod sic habebat: Iohannes humilis quidem seruus seruorum Dei, propter autem mihi impostam Pontificatus dignitatem, gratia Christi liber, Ago tibi gratias Domine Deus meus, quòd me dignum censueris, qui tua tibi offerrem: & quòd ex mundi bonis nihil aliud sit mihi reliquum, nisi tertia pars nummi: quam ipsam iubeo quoque dari pauperibus, qui sunt mihi fratres in Christo. Quando enim Dei permissione creatus fui Episcopus Alexandriae, inueni in meo Episcopatu circiter octo millia librarum auri: ex oblatione autem piorum collegi denis millibus plures his pecunias. Quas cum cognoscerem esse Christi, Christo etiam dare volui, cui nunc quoque trado animam. Cum hoc testamentum sui fecisset ille magnus homo Dei, deposuit spiritum in manus Dei uiuentis. In eius autem sepultura fit miraculum, quod nulli cedit ex ijs, quae vnquam facta sunt mirabilia. Nam cum esset deponendus in aede oratoria admirabilium operum effectoris Tychonis, in quadam capsula, in qua erant condita duo corpora Episcoporum, videre licebat haec mortua corpora veluti animata, tribuere cultum beato corpori. Nam à se inuicem seiuncta, id medium accipiunt. Et hoc quidem, quod euenit in eius sepultura, visum est multorum oculis: alterum autem eo non minus, procedens declarabit oratio.

Testamentum eius.

Mors misericordissimi viri.

Insigne miraculum.

Quaedam enim mulier, orta in oppidulo, quod tulerat Patriarcham, postquam rescivit eum iam esse migraturum ad Dominum, magni & grauis peccati sibi conscia, accurrat ad beatum: & calidis lacrymis profusis, eius pedes tangens, petebat illius peccati absolutionem. Ille autem, si credis, inquit, meis precibus te esse ab hoc peccato absolvendam, oportet omninò te id prius confiteri. Cum autem dixisset se non posse id labris proferre, iussit id scriptis significare. Cum verò videret eam id agere ferre, iubet ut ipsa id scribat, & suo ipsius sigillo muniat, & sic ei tradat schedulam. Cum sic ergo factum esset, & in eius manus tradita fuisset ob signata schedula, rogabat mulier eum obrestans, ut nihil eorum, quae inerant, veniret ad cuiusquam cognitionem. Quinque dies abhinc praeterierant: & magnus ille excedens è vita, migravit ad iustorum tabernacula, cum nihil de ea re cuiquam dixisset omninò. Cum autem mulier, diuina quadam forte prouidentia, non aduisset illo die, quo excessit è vita, ea accedens ad sepulturam, & dubitans ne forte quae eius fidei commissa fuerat schedula, neglecta & in episcopatu relicta deprehenderetur ab omnibus, dolore affecta, à se propemodum discesserat: sed cum fide ardentissima se rursus collegisset, quam maxima potuit celeritate venit ad illius capsam, & tanquam eo viuo, clamabat: Quid hoc fecisti, o vir diuine, mihi peccatrici, ut nunc afficiar ab omnibus probro & dedecore? Quod enim ne tibi quidem potui aperire propter lapsum insignem, hoc erit omnibus manifestum. Vtinam ne cogitasset quidem te de hac re conuenire. Existimans enim per te poenas futuras effugere, & hoc non sum affecuta: & quod ex eo oritur, dedecus mihi conciliaui. Sedenim non recedam à tuo sepulcro, neque omninò hinc surgam, nisi de ijs, quae petiui, me feceris certior. Persuasum enim habeo te non esse mortuum, sed in Deo viuere, & te apud eum posse, quae vis, facere.

Confessio peccatorum.

Nota hanc scemine confessionem.

Haec dicens, & alia his similia, tribus diebus & totidem noctibus venerandae eius capite affedit, & (o Dei miracula) vltima nocte egreditur è capsula vir ille admirabilis simul cum ijs, qui cum eo iacebant, Episcopis: (cuiusmodi enim erat id, quod apparebat) & ei dixit: Quousque o mulier, clamans, es ijs qui hinc sunt, molesta? Nostra enim vestimenta iam tuae humectantur lacrymae, fluentes instar fluij. Cum haec dixisset, tradit ei schedulam sicut erat ab illa ob signatam. Deinde, Agnoscisne hanc, dixit, o mulier? Accipe ergo, & eam soluens, vide Dei opera admirabilia. Cum illa autem surrexisset, & ad se

D d d

redijset,

redijisset, videt quidem rursus sanctos suam capsam ingressos, habens verò schedulam in manibus, illæso manente signaculo. Quod quidem cum soluisset, priorem quidem scripturam inuenit deletam, alienam autem videt positam subscriptionem, quæ sic habebat: Propter Iohannem seruum meum deletum est tuum magnum peccatum. Declarabit autem id quoque, quod de eo dicendum est, quanta esset viri virtus, & quantum beatitudinem ex ea sit affectus.

Nam vir quidam, nomine Sabinus, temperanter admodum & è virtute viuens, monasticam & à negocijs remotam vitam exercens Alexandriæ, hora, qua beatus decessit Iohannes, putabat existens in ecstasi se eum videre egressum ex Episcopatu cum vniuerso clero, habentem in manu lampadem, & iter ad regem ingredientem, viro quodam splendidissimo, habitu cubiculario, eum accersente: & puella quadam speciosissima, vt diceret etiam ipsum solem ei primas partes cedere in pulchritudine, cui erat caput oleæ corona redimitum: & aliquando quidem eum præcedente, aliquando autem manum quoque tangente, & simul incedente. Cum autem diem adnotasset, qui viderat, (Erat verò memoria Menæ magni martyris) tunc autem venissent quidam à Cypro, ab ipsis accepit, quod illo ipso die, quo hæc visa sunt, inclytus Iohannes excessit ex hoc mundo.

Vir quidam alius Alexandrinus, qui erat ipse quoque ex ijs, qui sunt pietate insignes, vidit ea ipsa nocte examen pauperum & multitudinem orphanorum & viduarum, quæ numero non poterat comprehendere, habentem in manibus ramos oliuarum, & præcedentem Patriarcham, eumtem ad synaxim. Sufficiunt hæc testimonia maximæ magni Iohannis ad Deum fidutiæ. Quod autem est maximum, & caret omni dubitatione: celebrabantur anniuersaria magni & admirabilium operum effectoris Tychonis. Deinde cum perageretur de more hymnodia, & simul esset congregata populi multitudo, Deus admirabilium, volens apertum reddere, quantum fuerit apud eum gloriam consecutus is, qui fuerat eius benignitatis, quoad eius fieri poterat, æmulator, Iohannes, inquam, qui cognomen accepit à misericordia: voluit vt ex eius diuinis reliquijs copiosa scaturirent vnguenta, emittentia suaueolentem odorem curationum. Quibus fruentes qui in ea inciderant, communiter Deum, qui sic eos qui ipsum glorificant, longe amplius glorificat, gratis labris glorificauerunt. Cui nos quoque oportet quam conuenit offerre glorificationem, glorificantes patrem & filium & spiritum sanctum, vnam in tribus diuinitatem & potentiam, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Corpus sanctissimi viri adhuc incorruptum, Turcarum tyrannus dono misit Matthiæ Hungarorum regi, asseruaturque honorificè in sacello regio Castri Budensis, multis illic miraculis coruscans, vt testatur F. Pelbartus de Themescuar in Sermonibus de Sanctis.

VITA S. HILDEPHONSI, TOLETANÆ VRBIS EPISCOPI, AVTHORE IULIANO POMERIO, EIVSDEM vrbis pontifice. Habetur etiam in Tomis Aloysij, sed mutila, imperfecta, atque mendis scatens.

IANVAR. 23.

Ab infantia castus vixit.



Isidori episcopi fit discipulus.

Hildephonsus memoria sui temporis clarus, & irriguis eloquentiæ floribus exornatus, seculo ætatis nostræ nobilissimus Toletanæ ciuitatis adscitus in cathedra præsul, post sanctum Eugenium in sacerdotium consecratur, vir tanta laude dignissimus, quanta & virtutum gratia numerosus. Qui ab ipsis cunabulis eunuchus permanens, magni in se Domino habitaculū præparauit: Qui non manubrio materiali, sed diuino secatus est gladio. Nec ingenio ferramentorum resecauit libidinem, sed munere celesti meruit sanctitatem. Quiq; mellissuas dapes de paradiso Dei capiens, & per totam Hesperiam dispergens, in ediam nostram ingenti eloquio satiauit. Non impar meritis Isidori, de cuius fonte adhuc clientulus purissimos latices bibit. Nam directus à sancto Eugenio, venerabili Toletanæ sedis Episcopo, ad supradictum doctorem Isidorum Hispalensem archiepiscopum, cum sibi iam sciolus videretur, adeò ab eo tentus & climatus est, & vt ferunt, aliquo ferro constructus, vt, si

vt, si quid scientiæ deerat, plenius instrueretur. Tandem ergo optimè informatus, ad prædagogum suum dominum Eugenium remeans, non post multos dies diaconij officium adeptus est. Hic igitur sub rudimentis infantie adhuc degens, diuino tactus spiritu, monachorum vitam delectatus, contemptis parentum rerumque affectibus, Agaliense cœnobium petijt, monachumque se in eo multis annis decenter exhibuit. Cœnobium quoque virginum in Deibrensi villa cœstruxit, ac proprijs opibus ditauit. Rector deinde vel Abbas effectus Agaliensis cœnobij, monachorum mores exercuit, rem discretè, vitamque seruauit. Vbi statim in officio clarens, duas Missas in laudem beatorum Cosmæ & Damiani martyrum, quas in festiuitate eorum psallerent, miro modulationis modo composuit: Quæ Missæ infra annum tenentur notatæ. Deinde post multum tempus, decedente sancto Eugenio, regali violentia Toletum deducitur, atq; ibidem pontifex subrogatur. Cuius statim virtus enucleata in sede Romulea refulsit, & veluti facula ignea ardens, omnem Hesperiam perlustrauit. Cuius doctrina vsque hodie fulget Ecclesia, vt sol & luna. Cuius memoria in benedictionem odoris, & compositione incensæ habetur.

Fuit denique timoris Dei instantia plenus, religione comptus, compunctione probus, incessu grauis, honestate laudabilis, patientia singularis, secreti tacitus, sapientia summus, differendi ingenio clarus, eloquendi facultate præcipuus, linguæ flumine copiosus: tantoque eloquij decore est celebris habitus, vt disputationum eius profunda oratio dum porrectè dirigitur, non homo, sed Deus per hominem eloqui assatum crederetur. Scripsit sanè quamplurimos libros, luculentiori sermone potissimos, quos idem in tot partibus censuit diuidendos: id est, librum prosæpie imbecillitatis propriæ, librum de virginitate beatæ Mariæ contra tres hæreticos, Opusculum proprietate personarum patris & filij & spiritus sancti, Opusculum annotationum actionis diuinæ, Opusculum annotationum in sacramentis, librum in cognitione baptismi vnum, libri epistoliarum, Missarum, hymnorum atque Sermonum. Scripsit & alia multa, quæ varijs occupationibus impeditus, alia cœpta, alia semiplena reliquit.

Hic igitur dono afflatus superno, reliquias sanctæ ac Deo dicatæ virginis & confessoris Leochadiæ, adueniente rege in sedem suam regiam ob festiuitatem, omnibus adstantibus præsentauit. Nam ante tumulum virginis orante Hildephonso in genua prostrato, tumulus, in quo sanctum corpus eius humatum est, exiliuit, & operculum, quod vix triginta iuuenes mouere possent, angelicis manibus eleuatum: velum, quod sanctæ virginis membra tegebat, consurrexit, tanquam illud ipsa viuens foras submitteret, & veluti manibus hominum extensum eleuaretur, atque conspectui eius virgo pulcherrima procederet, clamantibus episcopis, principibus, presbyteris, diaconibus, clero ac populo: Deo gratias in cælo, Deo gratias in terris. Ipse verò manibus completens oblatum, talia promebat vota, vociferans cum populo, & dicens: Deo gratias. Clerus verò vehementer psallebat Alleluia, & canticum, quod ipse dominus archiepiscopus composuerat in laudem eius, Speciosa facta es, alleluia. Sic clero & populo reboante, clamabat episcopus, inter voces populi veluti mugiens, vt aliquod incisorium illi deferrent, vnde quod manibus tenebat præcideretur, & nemo illi occurrebat: quia populus vastis vocibus insistebat. Nam & sancta virgo quod spontè obtulerat, regrahebatur. Sed & rex \* Recesfendus, qui aderat, cultrum modicum, quem in theca tenebat, episcopo cum lachrymis offerebat, & collo submisso supplices manus à throno suo extendens, deprecabatur, vt episcopus non haberet indignum. Quem ille apprehendens, quod manu laua iam modicum tenebat, dextera præcidit, & cultrum ipsam simul cum ipsis reliquijs in thecis argenteis collocauit, indignum iudicans, vt qui sancta præciderat, polluta vltra tangeret.

Alia adhuc miracula spiritus sanctus per eum peregit: quæ quia longum est omnia recensere, ex multis pauca aggrediamur. Superueniente namque die sanctæ & semper virginis Mariæ, ante tres dies litaniae peregit, & Missam, quæ in eius laudem caneretur, composuit. At vbi ventum est ad eius sanctam solennitatem, quæ est Assumptio, tam regem quam populum ad hanc gratiam sollicitabat. Nam seruus Dei Hildephonsus, maiorè ad hoc munere fretus, dum dominæ suæ, Deo præfule, seruiens, orans eius solennitatem susciperet, & in laudem ipsius Dei genitricis summo cordis affectu harmonica modulatione composita carmina aptaret, & libellum virginitatis, more synonymo

Fit diaconus.

Monachatum profectur.

Creatur Abbas.

Cogitur esse episcopus.

Eius virtutes.

Item scripta.

Reliquiæ S. Leochadiæ diuinitus declaratur.

\* Recesfendus. \* Recesfendus.

mo testimonijs veteris ac noui testamenti plenum, comptē edidisset, & digna facundia ac magnificētia iam præfatæ dominæ suæ festum exornasset: Dumq; ante horas matutinas solito more ad obsequia Deo peragenda consurgeret, vt vigilias suo Domino consecraret, diacono vel subdiacono atq; clerico ante eum cum faculis præcedentibus, subito ostium aperientes, & ecclesiam intuentes splendore caelesti micantē, deficientes ad lumen, quod ferre non valuerunt, aufugientesq; cū tremore, faculas quas manibus tenebant, reliquerunt, & vestigia, per quæ venerant, repentes, propē mortui reuersi sunt ad fodales. Sollicitē verò omnis cōgregatio requirebat, quid de Dei seruo ageretur cum angelicis choris, quos tam subito expauerant custodes, vt terga ad ostium dantes, itā aufugerent. At ille benè sibi conscius, ante altare beatæ semper virginis procedens, reperit in cathedra ipsam dominam sedentem, vbi erat solitus sedere & populum salutare: Et eleuatis oculis, vidit in circuitu eius omnem absidem repletam virginum choris, quæ de canticis David modulata suauitate aliquid cantabant. Adspiciensque in eam ipse sibi benè conscius & Deo charissimus, talem nostræ dominæ ad se loquentis vocem audiuit: Propera in occursum serue Dei redissime, & accipe de manu mea munusculum, quod tibi de thesauro filij mei attuli. Sic enim tibi opus est, vt benedictione tegminis, quæ tibi data est, in meo tantum die vtaris. Et quia oculos fidei fixos in meo semper seruitio tenens mansisti, & laudem meam diffusa in labijs tuis gratia, dulciter in cordibus fidelium depinxisti: & vestimentis ecclesiæ iam in hac vita ornatus eris, & in futuro in prompurijs meis cum alijs seruis filij mei lætaberis. Et his dictis, vnâ cum virginibus & luce, quæ venerat, ab oculis eius remeauit. Remansit verò Dei seruus intantum securus de adipiscenda gloria, quantum præcius de promissa sibi victoriæ palma. Vestis quoque, quam detulerat Dei mater, seruat in Tolerana ecclesia, miræque subtilitatis, mirique candoris. Cathedram autem episcopalem, in qua dignata est residere Dei mater, nullus postea sedere præsumpsit episcopus, nisi dominus Sigibertus, qui statim sedem ipsam perdens, exilio relegatus est. Nouem itaque annis & duobus ferè mensibus vir Dei Hildefontus clarus extitit meritis, & retentione pontificalis regiminis. Expleto autem xvij. prædicti regis Recessundi anno, die x. Calend. Februarij domicilio carnis exiit, atque in ecclesia B. Leo chadij honorificè tumulatur. Non defuerunt ei promissa à regina cæli, beata gaudia: quinimod ea suffragante, felix eius anima ad cæli perlata est palatia, vbi filium virginis contuetur in sua gloria, Amen.

Viso admiranda.

Vestem ei mirificam donat virgo Maria.

**MARTYRIVM SANCTI BABYLAE EPISCOPI ET MARTYRIS, AVTHORE D. IOANNE CHRYSO.**

*stomo contra Gentiles: omisiss quibusdam ob vitandam nimiam prolixitatem. Interpres est Germanus Brixius Altisiodorensis, Canonicus Parisiensis.*

Habetur to mo 3, operum eius dē.

IANVAR. 24



Vōd vetera ea, quæ nos auditu accepimus, non minore fide digna sint, quam quæ præsentia sunt, & quæ ipsi videmus, id certè omnes fateantur, nisi si qui fortè stupidi ac delirantes fuerint. Verum vt victoriam etiam vel ex superioribus facultatibus reportemus, volo & memoriæ nostræ nouum quoddam atq; inopinatum facinus proferre. Enimvero nē tumultuemini, si miraculum ætate nostra factum dicturum me pollicitus, tamen à veteri historia narrationis exordij contextere aggredior. neque enim intra vetera illa tantum subsistam, neque ego vetera sum huc allaturus, ea à rerum nouarum argumento discrepant: sic enim vtraque inter sese coherent, vt non possis illorum consequentiam alteram ab altera separare. Id quod auditis rebus probè iudicabit.

Numeri anus is fr it.

Fuit Imperator quidam Maiorum nostrorum temporibus, qui qualis alioqui fuerit, dicere non habeo: verum vbi scelus ab eodem magna audacia atq; improbitate factū audi-

audieritis, & reliquam morum illius crudelitatem perspectā habebitis. Quodnam ergo piaculum id fuit? Visum fuerat genti cuidam, cum hoc Imperatore bello decertanti, bellum tandem componere, sic, vt neq; alteros affligerent, neq; ipsi vicissim ab alteris posthac affligerentur: quin potius molestijs, periculis, omni denique timore defungerentur, ac partis cōtenti, nihil quicquam præterea requirerent: præstare enim, timore procul depulso, mediocribus frui, quàm plura appetentes vbiquē timere, trepidare, atq; adeo malis vltro citroque datis & acceptis vitam transigere. Itaque cū constitutum illis esset, bello prorsus deposito, quietam ac minimè sollicitam vitam viuere, visum est commodum, hoc firma aliqua pacto ac stabilibus terminis vinculum confirmare. Tum foedere facto, dato atque accepto iureiurādo, & regi præterea suo suadere conantur, vt suo ille filio (puer autem is admodum erat) pro certo pacis pignore deposito, præstaret, tum vt qui prius hostes erant, bono in reliquum tempus animo essent: tum animi ac consilij sui testimonio prodito indicaret, se, quam pacē cum illis faceret, eam citra dolum omnem facere. Quæ oratione rex adductus, filium dedit, vt ipse quidem opinabatur, amicis ac socijs: vt verò rei exitus probauit, beluæ omnium beluarum crudelissimæ. Amicitij enim ac foederis lege regium illum puerulum cū accepisset, statim omnia simul conculcauit ac subuertit, iniurandum, pacta, pudorem eum, qui homini ab homine, religionem, quæ Deo debetur, misericordiam, quam à nobis ætas illa impetrare solet: ac neq; iuuentus feram illam flexit, neq; sanè, quæ huiusmodi sceleribus comes esse solet, vltio agreste illud peccus terruit, neq; patris filium deponentis verba eiusdem animum subière: ea, inquam, quæ ille filium in manum tradens fortasse mandarat, dum postulat, vt illius curam quàm diligentissimè Imperator suscipere, patrem etiam illum filio suo appellans, dum obsecrat, vt quasi ipse genitor foret, sic illum enutrire atque erudiret, perficeretque, vt maiorum suorum nobilitate dignus ille olim euaderet: denique dum idem pater inter hæc verba media filij dextram homicidæ detrahebat, ac multis etiam cum lachrymis congressum soluit: horum omnium iniquatissimus ille nihil quicquam secum reputas, quin potius omnibus illis vnâ ex animo excusis, eadem illam cædium omnium sceleratissimam patrat.

Imperato- ris crudelitas & perfidia.

Cædes valdè inmanis contra pacta conuenta.

Hoc enim flagitium, filij etiam proprii cæde grauius est, cuius rei testimonium à vobis mutuabor, qui vtiq; non sic, opinor, indoluissestis, (si modò ex animi mei affectibus & vestrorum item affectuum coniecturam facere oportet) si illum audissetis propriū filium occidisse. Tum enim vnâ cum communibus legibus & naturæ etiam leges subuerti visæ fuissent. Hic autem plurima simul concurrerunt, quæ numero ipso naturæ necessitudine validiora esse possunt. Quoties enim mihi ante oculos obuertatur adolescens ille prorsus innocens, idem à patre deditus, idem à Maiorum suorum regia auulsi, idem domesticas delicias, gloriam, honorem cū extorri vita, hoc nomine commutans, vt posset impurus Imperator pactis cum hoste foederibus fidere: idem postea ab illo miserè confectus, & splendore domus paternæ per eadem foedera priuatus, denique ab eodem iugulatus: nimirum secū pugnans me subit affectus, liquefacto simul atq; exstante intus animo, quorum affectuū alterum mihi ira, alterum moestitia parit. Nam dum mecum reputo scelestum illū armatē sese, gladium intentantem, pueri collum apprehendentem, qua dextra depositum receperat, hac eadem gladium in illud impellentem, disrumpor, atq; adeo ira suffocor. Rursus dum intueor iuuenem illum timentem, trementem, ploratus extremos plorantem, patrem in clamantem, hunc ipsum istarum rerum authorem fuisse testantem, eadem non ei, qui gladium in guttur mergeret, sed ei, qui se genuisset, acceptam referentem, neq; fugam adornare, neque sibi auxilio esse valentem, sed quod vnū superest, frustra de proprio parente expostulantem, denique plagam receptantem, palpitantem, calcibus pavementum ferientem, terram sanguineis riuis inquinantem, ipsa mihi intus viscera discerpūt, ipsa mihi cogitatio obtenebratur, ac mihi ob oculos moestitiæ caligo quædam offunditur. At verò non perinde belluinum illud Imperatoris peccus affectum videas: quin potius quasi vel agnum, vel vitulum immolaturus, sic ad scelestam illam cædem animatus fertur.

Mira rei gratia repræsentatio.

Et puer quidem plaga accepta exanimis iacebat: at percussor admissio sceleri patrocinabatur, posteriori facinore prius illud obscurare laborans. Existimaturus es fortasse, me de sepultura loqui velle, deque Imperatoris impietate, qui à se occiso ne tantillum quidem terræ impertiuerit. Ego verò aliud quoddam facinus, eo quod à me iam

Nefarie  
di adiungi  
euringens  
impuden  
ria & teme  
ritas.

dictum est longè atrocius, indicaturus sum. Nam manus illas impias tam innocenti sanguine ubi conspurcauit atque consccleravit, nouamque illam tragœdiam peregit, quasi nullo prorsùs à se scelere factò, effrons, & ipsis etiam faxis durior, ad Dei optimi maximi templum festinabundus accurrit. Miraturi forsasè sunt nonnulli, cur factum est, vt qui tam sauum patrâset facinus, diuina statim plaga percussus non fuerit, aut quo pacto priùs, quàm introisset, in illum Deus non continuò fulmen cœlitùs contorserit, ità vt eiusdem os impudens cœlesti igne mox conflagraret. At ego, si quibus huiusmodi cogitatio in animum descenderit, laudo quidem illos & admiror excalescenscæ istius causa: tamen huic meæ de illis tum laudationi, tum admirationi, nonnihil certè adhuc deesse dico. Etenim iusta quidem illos indignatio subit, tum ob peremptum iniuria puerù, tum ob diuinas leges tanta cum petulantia atque contumelia violatas: sed ijdem tamen iræ impotètia exstutantes, rem ipsam totam non perpendunt. Iustitię enim lege hac, alia quædam lex longè sublimior in cœlis lata est. Lex verò ea quę tandem esse potest? Ijs qui peccatum aliquod commiserunt, pœnam non cuestigiò Deum irrogare, sed tempus delinquenti concedere, ac veluti præscriptũ diem statuere, intra quem peccatũ quum deposuerit, pœnitentię beneficio par tandem ijs euadat, qui nullum prorsùs peccatum admiserunt. Id quod & tunc Deus in miseris ac perditis illius causa declarauit: sed nullus tamen propterea subsequeretur profectus. in emendatus enim persistebat. At Deus, quo est in humanum genus amore, hoc etiam cum prouidisset, ne sic quidem illum despexit, neque partes ipse suas intermisit: sed & laborantem inuisit, adhibitis etiam ijs remedijs, quæ salutem afferre possent. cæterum tantum abusu, vt porrectum ille medicamentum admitteret, vt vel medicum ad se hoc nomine missum trucidauerit. Medicamentum porrò ac medicinæ item ratio, huiusmodi erat:

Babylas re  
git ecclesiã  
Antioche  
nam,

Fortè fortuna per quod tempus crudelis ac miseranda, quam dixi, fabula licentiosè ageretur, magnus quidam atque admirabilis vir (si modò viri nomine designare illum fas est) nostri huius gregis curam gerebat: Babylas huic nomen erat. Is igitur per eos dies Christi ecclesiam hanc à spiritus gratia sibi concreditam quum haberet, Eliam atq; huius æmulum Iohannem, non dico præterijt, nè inuidioso admodum verbo vtar, sed vsque adeò est assequutus, vt ne tantillum quidem illorum generosorum pectorum libertati concesserit. Neque enim paucarum ciuitatum tetracham, neque gentis vnius regem, sed eum, qui imperio suo plurimam totius orbis partem contineret, ipsum, ipsum hunc (inquam) homicidam, de quo nobis est sermo, eundem multarum gentium, multarum ciuitatum, immensi item exercitus dominum, eundem, quoquò te veritas, tum ab imperij amplitudine, tum à morum ferocitate terribilem, quasi vile quoddam ac nullius precij mancipium, sic à Dei templo exegit, tanta adeò cum constantia atq; animi præsentia, cum quanta pastor scabiosam ac morbidam ouem ab ouili excludit, dum prohibet, nè laborantis ouis morbus ad reliquum quoquè gregem contagione serpat. Et hæc quidem fecit Babylas, re ipsa seruatoris nostri verbum cõfirmans: Solum illum videlicet seruum esse, qui peccatum facit, vt sexcentas etiam coronas capite gestet, vt omnibus, qui super terram sunt, hominibus imperare videatur: qui autem culpa nullius sibi conscius est, vt in subditorum classe censeatur, hunc vel regibus omnibus regalio rem præstantioremque esse. Ergò ipsum Imperatorem statim is, qui illius imperio parebat, rexit, & ei, qui omnium dominator erat, subditus iura dedit, atque adeò aduersus eum damnationis calculum tulit.

Imperator  
è templo  
eijcit.

Iohan. 8.

Mira hypo  
typosi.

Tu verò quisquis es, qui hæc audis, noli, quod dictum est, leuiter transnittere. Nam auditus facti huius nuncijs, extitisse ex subditis, qui Imperatorem à templi vestibulo exegerit, per se abundè satis est ad commouendos ac perterrefaciendos auditorum animos: qui si vis miraculum totum exactè pernoſcere, nè verbum ipsum nudum species, sed ponito tibi ante oculos, hinc satellites hastatos, hinc milites scutatos, hinc tribunos, hinc exercitus duces, hinc permultos in aula regia educatos, hinc eos, quibus ciuitatum administratio credita esset, hinc præeuntium, hinc sequentium factum, hinc assecularum seipſos vrgentium turbam, denique vniuersum Imperatoris famulitium: secundum hæc ipsum Imperatorem in medio illo comitatu multo cum fastu ingredientem, eundemque vestium, purpuræ, lapillorum hæc illac conspersorum, in dextra, in militaris vestis commissura, in capitis diademate refulgentium sumptu sibi placentem: ac ne hoc quidem loci cœptæ semel à te imaginis istius faciem finias, quin eandem

eandem proferas ad Dei vsque seruum illum, beatum, inquam, Babylam, eiusdemque humilem habitum, vulgarem vestem, animam contritam, sensum ab omni temeritate alienum: atque his demum coloribus vtrunque cum depinxeris, & alterum alteri opposueris, tum certè facti huius miraculum bellè perspicies. Immodè verò ne sic quidem ad exactè comprehendes. Babylæ enim fidutiam nullius planè sermo, nullius oculorum acies representare queat, sed solùm illius experimentum atque vsus, cuius generosi animi præsentiam solus is possit rectè animo concipere, qui potuerit ad id fidutię fastidium pertingere. Quomodò enim senex ille accessit? quomodò prætoriam cohortem dissipauit? quomodò labia diduxit? quomodò verba fecit? quomodò increpuit? quomodò dexteram in pectus impactam firmavit? pectus, inquam, ira turgens, ac cede feruens? quomodò homicidam exegit? nihil illum eorum, quæ agerentur, deterruit, nihil de sententia deduxit.

Constantia  
Babylæ.

Exclamare hic libet: O animum imperterritum, mentemque excelsam: ò cœleste pectus, & constantiam angelicam. Quasi enim depictam in pariete videret vniuersam illam speciem, sic omnia intrepidè generosus ille vir peregit. Etenim illum sacra cruci dièrant literæ, mundi huius res omnes non nisi vmbra esse ac somnium, & si quid his vanitas. Propterea Babylam nihil ea omnia terruere, immodè verò magis animauere. illo rum enim, quæ coram cõtuebatur, ad pectus, eius cogitationem traducebat ad supremum illum regem, sedentem super Cherubin, abyssos contuentem, ad thronum illum gloriosum & excelsum, ad exercitum illum cœlestem, ad angelorum myriadas, ad chilias archangelorum, ad suggestum terribilem, ad tribunal incorruptum, ad flumen ignis, ad iudicem ipsum. Propterea certè se ipse totum à terra in cœlum transferens, quasi iudici ipsi adisteret, ipsumque audiret iubentem, vt scelestum atque inquinatum illum à sacrosancto grege expelleret, sic eiecit, & à reliquo armæto separauit, nihil prorsùs respiciens eorum omnium, quæ videbat, quæque terrificæ alijs videntur: quin potius illo viriliter atque admodum generosè expellendo, diuinis legibus vim ac tyrannidem patientibus, opem tulit. Atqui quanta Babylas erga ceteros fiducia vsus sit, hinc constare potest. Quemnam enim ex alijs metueret, qui aduersus ipsummet Imperatorẽ tantam sibi potestatem fumeret?

Sententia  
memora  
bilis.

Dan. 3.

Equidem vir ille qualis fuerit, coniectura quodammodò assequor, seu, vt veriùs dicam, de eo sic mihi ipse persuasi, vt nihil quicquam, vel in gratiam, vel in odium vnquam vel faceret, vel diceret: sed generoso semper ac forti animo contra timorem, contra item adulationem, quæ timore impotentior est, contra id genus alia (cuiusmodi multa inter homines accidunt) sese opponeret, nec vnquam ne tantillum quidem rectum adulteraret iudicium. Si enim auctus, dentium risus, pedis ingressus, hominis naturam argunt: multò quidem magis tot ac tanta illius egregia facta omnibus nobis fidem facere possint, quantam ille in reliqua vita virtutem amplexatus fuerit.

Integritas  
S. Babylæ.

Ecccl. 19.

Neque enim nobis ille ob fidutiam modò, qua præditus erat, admirabilis esse debet: verum ob id quoquè, quod eam fidutiam ad hoc vsque loci perduxerit, simul ob id, quod eam vterius non promouerit. Talis est enim Christi sapientia, quæ permittit, nè quid minus, nè quid item plus iusto decertes: sed vt omnia intra modum efficias. Atqui Babylæ licebat, si voluisset, vterius progredi: ei enim, qui vitæ curam semel abiecerat, (prorsùs enim non accessisset, nisi se ipse huiusmodi cogitatione armauisset) omnia liberè agere licebat, & Imperatorem conuicijs adspargere, & diadema capite detrahere, & pugnis os contundere: nam & dextram in pectus iam impeggerat, sed tamen ab his omnibus abstinuit: animam enim habebat sale spiritali conditam, quæ res præstabat, vt nihil temerè, nihil stultè, sed omnia recto rationis iudicio ac stato ordine exequeretur: non quemadmodum gentilium sapientes, qui nunquam intra modum, sed vbiquè (vt ita dicam) aut maiorem, aut minorem, quam decet, orationis libertatem vsurpant, idque vt nusquam fortitudinis, vbiquè affectuum ratione carentiũ opinionem sibi concilient: in ijs, quæ assequi non possent, metus atque ignauiæ: in quibus excessissent, insolentiæ ac vanitatis apud omnes conuicti. At non sic Babylas noster, qui quod ipsi in mentem venerat, id non inconsultò aggressus est, sed nihil non accuratè perpendens, & animi sui cogitationes diuinis legibus conformans, ità demum ad opus eas eduxit. Eapropter sectionem ipsam neque per summa tantum inflixit, vt nè maior membri affecti pars incurata relinqueretur: neque altiore quam deceret, vt nè super-

Immoderatio  
philosophorum.



uacanea plaga, quod sanum esset, offenderet: sed plaga prius ad morbum attemperata, medicinam quam optimam adhibuit. Equidem hinc illum pronunciaré auferre, ira, pusillanimitate, arrogantia, ambitione, odio, timore, adulatione prorsus vacauisse: quod si & maius quiddam atque admirabilius fatendum est, non tam certè mirum mihi videtur, eundem aduersus imperatoriam insaniam tanta fiducia constituisse, quam vidisse atque intellexisse, quatenus hoc ipsum facere oporteret, nec quicquam præterea vel fecisse vel dixisse. Et quidem quod postremum hoc longè illo admirabilius sit, multos utique inuenias illius compotes euasisse, ab hoc tamen superato. Vocis enim libertatem utcunque usurpare possunt & ex plebeijs permulti: at illa eadem decenter uti tempore consentaneo, congrua tum mensura, tum prudentia adhibita, magni admodum animi & admirabilis fuerit. Quando & in beatum illum David magna cum licentia ac contumelia inuectus est Semei, quem & sanguinarium virum appellauit, verum hanc ego nunquam dixerim fiduciam ac libertatem, sed linguæ potius intemperantiam, mentis temeritatem, contumaciam, dementia, atque id genus quodlibet vitium. Conuenit enim, arbitrator, ut qui alios reprehensurus est, is animum suum quam longissimè ab omni temeritate ac contumacia asserat, quamque usurpare agendi vehementiam, eam ex verborum atque rerum natura tantum demonstrat. Etenim medicum vel putrida membra secare, vel intumescencia comprimeré opus est, non ira prius animum suum complentes, ita demum ad curandum accedunt: sed tum maxime decenti in statu animi cogitationem continere adlaborant, ut ne arti ipsi turbati animi motus officiat. Quod si corpus curaturo tanta animi sedatione opus est: quo, obsecro, animarum medicum loco habebimus? quantam ab eo sapientiam exigemus? Certè longè maiorem, atque adeo tantam, quantam bonus ille martyr præstitit. Nobis enim quosdam quasi terminos & regulas præscribit, per quas videlicet & in reliquis facta proportione nobis ipsi modum desumamus: sic miserum illum à sacrosanctis claustris summoit.

Ac factum quidem hoc videri potest vnum modò esse egregiæ virtutis opus: verum tamen si quis id perpendat, ac tanquam explicans vndique diligenter speculetur, inueniet & alterum, & tertium item emolumentum inde simul enasci, magnumque inibi vtilitatis thesaurum recondi. Si quidem vnus tantum is fuit, quem à templo expulit Babylas: at multi extiterunt, qui lucrum inde reportarunt. Quotquot enim erant, qui fidem suam Christo nondum obstrinxissent, (de ijs loquor, qui tyranni huius imperio parebant: id autem imperium bonam totius orbis partem occuparat) ij certè omnes obstupèrè, admirati sunt: inde edocti, quantam seruis suis libertatem Christus impertierit, deriserunt suam ipsorum illiberalem & abiectam seruitutem, perspexerunt quantum inter se discrepent Christianorum nobilitas, & gentilium probrum. Qui enim apud illos templorum administrationem suscepèrè, ij reges suos colunt plusquam dominos, plusquam idola etiam ipsa quæ adorant, regumque metu statuis ipsis assident, ita ut maligni illi demones, honorem omnè sibi impensum, Imperatoribus solis acceptum referant. Itaque vbi contingit Imperatorem aliquem creari, qui cum illorum religione non consentiat, mox ibidem, si quis in idolorum templa fuerit ingressus, passim aranearum telas parietibus circumfusas videbit, & tanto situ idoli statuam obductam, ut neque natus, neque oculus, neque alia quæuis totius oris pars appareat. Ex altaribus autem, aliorum reliquias solùm superesse, maiore parte iam collapsa: alia interim tam alta vndique herba circumdari, ut qui altaria ea esse nescit, sterquilini aceruum aliquem esse putet. Cuius rei causa hæc est: Illis olim licebat quæcunque vellent suffurari, & per statuarum cultum ventri indulgere: nunc verò quamobrem sese miseri discruciauerint? Accubantes enim, ac se ipsi conficientes, ab illis tamen nullam prorsus expectant retributionem: sunt enim ligna tantum ac lapides: verum honore eo, quem Imperatores statuis iisdem exhibent, adducuntur illi ad huiusmodi cultum simulandum, qui certè tollitur, dum Imperatores sapiunt, Dei optimi maximi filium adorantes. At non ea est rerum nostrarum conditio, sed planè contraria. Quum enim in Imperatorum thronum conscendit, qui nobiscum in fide ac diuinitatis opinione consentit, hæc segriores efficiuntur Christianorum res: tantum abest, ut illæ per humanos honores erectæ consistant. Rursus cum impius aliquis Imperator regnat, qui nos vndique vrget, qui nos infinitis malis exercet, tum eadem precium accipiunt atque inclarescunt, tum præmi-

Vocis libertate ut vendum.

2. Reg. 16.

Sacerdotes ethnicorum colant reges suos.

Res Christianorum persecutionibus inclarescunt.

rum ac triumphorum tempus, tum coronarum, præconiorum ac virtutis omnis ostentanda facultas.

Quod si quis dixerit, superesse etiam nunc ciuitates, eandem quam olim superstitionem circa idolorum insaniam præ se ferentes, is primùm admodum paucas numerabit. Veruntamen ne hac quidem ratione officiet instituto à me sermone. Eadem enim suppositio adhuc manet. nam pro Imperatore, ciuitatis administratores habent parem secum idolis honorem deferentes. Atque huius cultus causæ hæc existunt, crapula, comestiones tum diurnæ, tum nocturnæ, tibiæ & tympana, & quod liberum est, turpia iocunditates. Causæ idolorum. quidem cum omni oris impudentia proferre, turpiora autem facitare, liberum item præ ingluuie distumpi, præ ebrietate debacchari, & in probrosissimam insaniam dilabere. Id genus indecetes sumptus continent adhuc & fouent intercedentem illum errorem. Nam qui opulentiores inter illos sunt, in ordinem parasitorum cogunt eos, qui ob ignauiam fame pereunt, quos ipsos tanquam canes ad mensas suas enutriunt, eorumque impudentes ventres iniquarum cœnarum reliquijs differciunt, iisdem pro animi arbitrio abutentes. At nos, qui in vniuersum mores vestros iniquos, ac prorsus ratione carentes abominamur, qui ob propriam segnitiam atque ignauiam esurire coguntur, eos non pascimus: quin potius suadèdo hortamur, ut & sibi, & ceteris opera sua victum sufficiant: qui verò mutilo sunt corpore, ijs permittimus modò victum necessarium ab ijs, quibus facultates suppetunt, mendicare. At comestiones, ebrietates, & reliqua omnia infamia, ac turpitudine à cœtu nostro exacta explosaque est: pro quibus introducta sunt quæcunque graua, quæcunque casta, quæcunque iusta, quæcunque sunt probata, si qua virtus, si qua laus. Nam cetera illa, quæ Græci iactabundè efferrunt, philosophis suis attribuentes, facillè commonstrarunt vanam gloriam, temeritatem, & puerilis cogitationis opera esse. Neque enim temerè apud nos dolio quis accepto se ipse inclusit, neque vili ac lacerato panno obiectus, sic per forum ingressus est. Ea enim admirabilia quidem esse videntur, laboreque multo ac summa ærumna plena: sed indigna tamen sunt, quæ laudem mereantur. Est autem diaboli astutia, sibi seruientes laboribus eiusmodi addicere, vnde qui decepti ab illo fuerint, tum diuellantur, tum ridiculi omnibus appareant. Labor enim is, ex quo nullum lucrum manat, nullam prorsus laudem meretur. Etenim existunt etiam hodiè perditii quidam homines, nullis non flagitijs pleni, qui multò maiora iactant, quam philosophus ille. Alij enim acutos clauos comedunt, alij calceos mandunt & deglutiant, alij ad alia his longè flagitiosiora malè consulti se conferunt: opera porro huiusmodi multò sunt admirabiliora, quam vel dolium illud, vel panni illi viles ac laceri: sed ea tamè minimè probamus, sicuti neque illa: quinimò & istos, & omnes item, qui similibus præstigijs mirabiles sunt, æquè ac philosophum eundem damnantes deploramus.

Dices, Magnam verò philosophus orationis libertatem apud regem præ se tulit. Videmus ergò, quæ sit egregia illa libertas, num etiam ea dolij præstigijs vanior sit, quæ nam igitur illa? Proficiscenti cum exercitu aduersus Persas Macedoni, eidemque philosophum magna instantia hortanti, diceret, si qua re indigeret: nulla, ille inquit, nisi quod regem rogauit, sibi à sole nè obstaret. acciderat enim tum iam, ut philosophus à solis radijs calefieret. Hic non vos ipsos pudore suffunderis? non oculos, frontemque contegetis? non hinc facessentes, terra vos obruetis, ob ea ipsa vobis placentes, ob quæ pudore suffundi oportebat? Quanto enim præstiterat, veste aliqua sumpta, eaque crassiuscula, ad opus aliquod se traducere, neque non à rege quidpiam, quod vsui foret, petere, quam læcero indutum pallio sedentem ad solis radios calefieri, paruorum lætentiumque puerorum more, quos nutrices lotos atque inunctos ibi collocant, vbi tum philosophus idem sedebat, infelicis anicule gratiam flagitans? At admiranda fortassis ea est orationis libertas: immò verò & hac quoque nihil certè prodigiosius. Bonum enim vnum oportet publica vtilitate facta sua omnia metiri, & aliorum vitam emendatiorem reddere. Postulare verò, ut nè sibi à sole obstetur, quamnam id ciniratem, quamnam domum, quemnam virum, quamnam mulierem conseruauit?

Agè verò num quoddam lucrum vocis huius libertas peperit? nam lucrum à libera martyris nostri voce natum, iam ipsi demonstrauius, idque vltèrius progressi aperitius detegemus. Tum enim Babylas iniuriam Imperatorem, quatenus sacerdoti fas est, puniuit: principum altos spiritus compressit: diuinis legibus, dum violarentur, opem tulit:

Causæ idolorum.

Eph. 4.

Philip. 4.

Labor Philosophorum inanis.

Nota infamiam.

Diogenes perstringit Alexandri Magnam dicit.

tulit: supplicium pro iniuste occiso exegit, suppliciorum omnium grauissimum, ijs quidem certè, qui mente sana sunt. Meministis quidem omnino, cum de cæde ipsa verba facerè, quemadmodum vestrum, qui audiebatis, vnusquisq; intra se afficeretur atq; inflammaretur, percussoremque ipsum in manum capere desideraret, neque non precaretur alicundè apparère, qui eadem vlcisceretur. Hoc ipsum igitur beatus ille præstitit: pœnam enim sumpsit, tum se dignâ, tum idoneam quæ illum conuerteret, si modo stupidus admodum non fuisset: nequaquam postulando, vt sibi ad solis radios calefcenti abscederet rex, neu à sole obstaret: quin potius impudenter in templi septa ingredientem, atque omnia confundentem, quasi canem quendam aut seruum improbum, à Domini sui aula excludendo. Vides nunc me non iacta bundè, non temerè paulò antè dixisse, philosophorum vestrorum miracula à Babyla puerilis sensûs opera reddita fuisse? At temperans, inquis, fuit, continentèque vitam egit Sinopenfis ille, vt qui etiâ legitimas nuptias non sustinuerit. Sed adde, obsecro, temperantiæ ac continentie illius modum. Tu verò nequaquam addes, quin libentius temperantiæ laudes illi detraxeris, cum temperantiæ eius modum prodideris. adeò certè ille infamis, ac magno dedecore plenus. Percurrerem hoc loco & ceterorû nugas, stultum ac vanum studium, denique turpitudinem. Vbi enim, quæso, vile, à seminis humani gustu non temperare? Id quod faciebat Stagiritès. Quale commodum, cum matribus ac sororibus misceri? quod quidem philosophus Stoæ præfectus lege sanxit. Percurrerem etiam Academiæ principem, illiusque discipulum: item & eos, de quibus maior est admiratio, his quos nominari obsceniores fuisse demonstrare, obscœnum quoque puerorum amorem ab illis in honestatis ac philosophiæ parte annumeratum, omni re detecta allegoria denudare, nisi tum nobis ad alia properantibus oratio longior hac ratione fieret, tum omnium illorum risus, vno à nobis detecto, satis superque redargueretur. Vbi enim is, qui aucterem philosophiæ partem sequi visus est, quique ceteros & linguæ libertate, & vitæ continentia excelluit, adeò turpis, adeò ineptus, adeò immoderatus fuisse demonstratus est, (nam & humanis vesci carnibus indifferens esse dixit) quorsum attinet & de reliquis digne verba facere, præsertim vbi qui studij ac vitæ instituti excellètia cæteris illustrior fuit, omnibus tam ridiculus, tam puerilis, tam delirus apparuit? Iraque eò nostra redeat, vnde aberrauit, oratio.

Ergò Babylas sic, vt dictum est, tum eos, qui nondum Christi fidem receperant, compescuit: tum eos, qui iam receperant, religiosiores etiam nunc reddidit, non priuatos homines modò, sed & milites, & militum duces, & præfectos: planum faciens, ipsum etiam regem, cumque, qui summus fuerit, apud Christianos nuda tantummodò esse nomina, ac dum vel pœna irroganda, vel honos deferendus fuerit, quisquis etiam diadema gesserit, huc vel infamis quibusque adæquari. Ad hæc eorum certè ora obturauit, qui impudentia quadam abutentes, affirmare vellent, quam Christiani libertatem Apostolis tribuimus, eam non nisi fictam quandam à nobis iactantiam esse: re quidem commonstrans, olim etiam eiusmodi viros probabiliter extitisse, dum eorum potestatem signorum præstatio maiorem efficeret. Existit & hinc tertium quoddam rarè virtutis facinus atque exemplum. Futurorum enim posthac & sacerdotum & regum animos, horum quidem demisit, illorum autem extulit: planum faciens, terræ, & eorum, quæ in terra sunt, curam ac præfecturam verius residere penès sacerdotem, quam penès eum, qui paludamento ornatus, ac purpura indutus est: necnon oportere de potestatis huius amplitudine sacerdotem nihil detrahere, sed hominem potius exuere, quam auctoritatem huic principatui supernè à Deo attributam deponere. Proinde qui sic è vita decesserit, vel mortuus nemini non prodesse poterit: at qui ordinis huiusmodi defertor fuerit, non solum nemini mortuus vsui est, sed viuientium quoque, quibus præest, quam plurimos segniores mollioresque reddit, exteris ipse interim & vituperabilis & ridiculus. Idem etiam cum è viuis decesserit, multo cum dedecore ac merore ad Christi tribunal sistetur, vnde ipsi postea trahentes, in fornacem ardentem abducunt potestates eæ, quibus id negocij demandatum est. Quamobrem sapientis verbum nos monet, Ne personam adsumperis contra tuam ipsius animam. Quod si dissimulare tutum non est, dum homini ab homine iniuria infertur: quo tandem supplicio dignus non erit, qui siluerit ac neglexerit, intuitus diuinas leges iniuriæ accipere?

Philosophos taxat, eorumque nefandas turpitudines.

Obserua quam hic potestatem tribuat episcopis.

Eccl. 42.

Quinetiam & aliud item non minus ijs, quæ dixi, bonum nos Babylas docuit, quòd videlicet vnumque oportet suo officio fungi, etiamsi indè nullum lucrum ad alios dimanet. Neque enim ipsi ad Imperatoris quidem emolumentum, libertas profuit: nihil tamen secius suas omnes partes atque officium omnibus numeris impleuit, quam interim qui morbo laborabat, propria contumacia atque vecordia artificis penitiam offenderit, medicamento à vulnere magna cum animi indignatione amoto. Quasi enim abundè satis ad impietatem non esset, homicidium patrâsse, & fronte perfrecta in Dei templum insilisse: sic homicidio priori & alterum adiecit homicidium, & quasi simul studeret posterioribus sceleribus priora vincere, nec tamen præcedentium indignitatem subsequentiū excellentia obscurare: (ea est enim diaboli insania, vt quæ contraria ac sibi inuicem pugnantia sunt, adstruat moliatque) sic vtrique homicidio exitium id largitus est, vt mutua quædam inter se congruentiam haberent. Et erat profecto pueri cædes prior posteriori miserabilior, Babylæ autem cædes posteriori priori scelestior. Anima enim, quæ peccati gustum semel fecerit, tumque nullius doloris aut penitentia stimulis rægitur, magnū certè auctarium morbo adijcere solet. At quem admodum vsu venit, vt scintilla ignis, si fortè immensam materiam corripuerit, statim obuiam quanq; exurat, nec antè tamen subsistat, quam quod reliquum est, id omne depascatur, quantoque plura comprehenderit flamma, tanto magis robur ad alia consumenda concipiat, sitque tum, vt comprehensorum à flamma lignorum cogeris lignis ijs, quæ mox flamma comprehensura est, quasi insidias struat, flamma eadem sese semper lignorum comprehensorum auxilio contra ea, quæ intacta adhuc manent, armanter: sic & peccati natura, vbi animi cogitationem aliquam adorta est, nec quisquam est, qui malum restinguat, procedens vterius, grauior certè ac magis indomita efficitur: propterea sepe fit, vt quæ posteriora sint peccata, prioribus grauiora sint, anima semper posteriorum peccatorum accessione ad maiorem contumaciam ac despicientiam sese promouente, & per hæc ipsa suam quidem vim eneuante, peccati autem robur alente: qua vtiq; ratione complures videas in omne peccatorum genus imprudentes prolapsos, quòd flammam in initio exorientem non restrinxerint: sic & infelix ille Imperator peccatis suis prioribus, posteriora grauiora adiecit. Vbi enim iuuenem illum extinxit, euectio ab illius cæde ad inferendam templo iniuriam irruit: rursus ab hac iniuria, tanquam iter semel coeptum persequens, ad contumaciam temeritatemque suam, sacerdotio contumelia afficiendo se accinxit, vincumque ferro Babylam, atque in carcerem coniectum, ita tum excruciebat, ab eodem beneficij pœnas exigens, cumque ob quæ officia admirari potius, coronaque insignire, ac plusquam etiam parentes proprios vereri conueniebat, ob ea ipsa cogebat maleficorum hominum vincula, vinculorum calamitates, miserias, arumnas sustinere. Ità, quod modò dixi, peccatum vbi initium cepit, nec est, qui id vterius progredi impediatur, cohiberi postea ac frenari haud facile potest, equorum insanientium ritu, qui cum freno ab ore dissecto, necnon sessore ab armis excusso atque resupinato, neutiquam tolerabiles occurrentibus euaserint, nemine illos inhiante, immoderato quodam impetu hæc illac se ipsi præcipites ferunt. Quo fit, vt salutis nostræ inimicus huiusmodi animas ad insaniam impellat, quò eas medicorum præsentia atque auxilio destitutas depræhendens, concidat, & infinitis malis exerceat. Etenim qui corpore laborant, donèc medicos ad se adire patiuntur, in magnam certè salutis spem ingrediuntur: vbi verò mente capti calcitrant, ac se morbo liberare volentes mordent, tum denique morbo incurabili laborant, idque non ob morbi ingenium, sed quòd ab ijs destituti sunt, qui insaniam illam sanare possint. In quam insaniam & tyrannus iste sese coniecit. Nam medicum nactus, hunc, vulnus adhuc dum secaret, statim expulit, & à domo quam potuit longissimè exegit.

Hic poterat Herodis fabulam, non iam auribus tantum haurire, sed & coram maiori sanè cum petulantia atque immodestia spectare: quoniam quidem & maiori certè cum ostentatione atque apparatu diabolus rursus ipsam fabulam in vitæ huius theatrum agendam introduxit, pro tetrarcha regem substituens, pro vna causa duplex argumentum, idque longè illo inquinatius præbens: vt non numero tantum, sed & ipsa rerum natura, hæc tragœdia clarior multò atque illustrior euaserit. Non enim hic, sicut illic nuptijs iniuria afferebatur, neque ex illegitimo coitu, sed ex scelestiori puerilis cædis inquinamento, ex tyrannide crudelissima, ex legis transgressione, non in vxorem,

Insania diaboli.

Elegans similitudo.

Peccato in ipsis iniuriis restitendū.

Babylas vincitur in carcere.

Numeria. ni facinus cum Herodis dis cõfertur

Quin-

vxorem, sed in ipsam sanctimoniam præstira, historia huius telam diabolus contexit. Coniectus ergo in carcerem Babylas, gaudebat quidem de vinculis, dolebat autem de eius exitio, à quo victus fuerat. neque enim pater, neque pater, quum ille ex filij, hic ex discipuli flagitio aut calamitate celebriores fiunt, celebritatis huius voluptatem mœrorum vacantem capiunt. Propterea & beatus Paulus Corinthios alloquens; dicebat: Precamur autem, vt mali nihil committatis, non quo nos probati videamur, sed vt vos bonum faciatis, nos autem tanquam reprobis simus. Eadem igitur ratione, & admirabili viro Babylæ discipuli salus desideratior erat, quam expectata ex carcere merces: cui quidem gratius certè accidere nihil potuisset, quam si per discipulum respiscerem huiusmodi laudibus priuari ipsum contigisset, seu, vt verius dicam, si discipulus prorsus in istam mortu perueritatem dilapsus non fuisset. Nolunt enim sancti corollas sibi alienis ex malis contexi: quod si ab alienis malis nolunt, multò minùs ab ijs malis, quæ ipsorum domesticis ac familiaribus obueniunt. Quo nomine & beatus David victoria parta, ac triumpho iam actò, iugebat & lachrymabatur, quod ad calamitatem, quam ex filio receperat, & hæc item accessisset: qui exeuntibus ad confictum militibus multa tyranni nomine mandabat, eosque qui ad illius eadem properabant, hæc oratione cohibebat: Parcite puero Absalon, quem ipsum & in prælio prostratum iugebat, non sine fletibus lachrymisque amaris inimicum reuocans. Quod si naturalis pater tam propenso est erga liberos suos affectu, certè multò magis id de spiritali patre fatendum est. Parentibus enim spiritalibus liberorum suorum maior cura est, quam naturalibus, Paulò ità attestante: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offendiculum patitur, & ego non vror?*

Sed hoc quidem æqualitatem nobis repræsentat, quanquam certè vix patres in hæc ipsam vocem erumpant. Veruntamen demus & illos hucusquæ affectu accedere posse: nos enim spirituales patres maiora etiam præstare ostendimus. At hoc ipsum vnde? Ab iisdem iterum visceribus, & à legislatoris Mosis verbis. Ille verò quid dicit? Si remittis eis peccatum, remitte: sin minùs, & meipsum ex libro, quem scripsisti, dele. Nullus sanè est pater, cui alioquì bonis infinitis perfrui liberum sit, qui tamen malit vna cum liberis suis pœnis affligi. At Apostolus, vt qui in gratiæ statu versatus fuerat, paterni huius affectus intentionem addidit, propter Christum. Non enim Mosis exemplo cum illis pœnas dare malebat, sed vt alijs benè esset, sibi ipsi excidium imprecabatur, quum diceret: Optârim anathema esse à Christo pro cognatis meis fratribus secundum carnem. tanta certè misericordia, atq; affectu olim sanctorum animi abundabant. Vnde & Babylæ nostri viscera magis excruciantur, quod Imperatoris exitium magis ac magis inualefcere intueretur. Neque enim solùm templi causa stomachatus, sed beneuolentia quadam erga Imperatorem adductus id fecit, quod illum fecisse diximus. Etenim hæc dum diuina sacra, contumelia afficeret, illis quidem detrimenti nihil afferebat: quin potius semetipsum infinitis malis implicabat. quapropter pater filij amore tactus, illum intuitus illata sacris contumelia furore percitum præcipitem ferri, immoderatum illum impetum cohibere conatus est, eundem à se obiurgatum quasi effrenem equum retrò inhibere properans.

At non sustinuit infelix ille: quin potius morso freno prorsus obstitens, seque & furori, & insaniam, rationis gyro relicto, dedens, in extremi exitij voraginem coniecit, Babylam è carcere eductum, iubens victum ad mortis supplicium abduci. Atque hæc quæ fierent, ijs, quæ cernerentur, minimè respondebant. Qui enim victus videbatur, omnibus simul vinculis solutus erat, tam ferreis, quam alijs item grauioribus: (curas hæc intelligo ac labores, cæteraque mala omnia, quæ nos hæc in mortali vita circumsistunt) contrà, qui solutus ferro & adamante videbatur, alijs quibusdam compedibus longè grauioribus victus erat, peccatorum scilicet catenis irretitus. Sanctus igitur Babylas morti se propinquum dum videret, corpus suum vna cum ferreis illis catenis sepeliendum mandauit, planum faciens, quæ ignominiosa videntur, ea quotiès propter Christum fiunt, honorifica esse ac splendida, eumque qui ea patitur, non solùm non dissimulare, sed inde sibi placere oportere: hæc quidem in parte beatorum Paulum imitatus, qui sursùm ac deorsùm stigmata, vincula, catenam versabat, ob ea ipsa gloriabundus, ac sibi placens, quorum alios puderet. Quod autem alios puderet, id ille nobis ea defensione declarauit, qua ad Agrippam vsus est. Nam Agrippæ dicenti, Parùm abest Paule, quin

me Christianum efficias: respondit Paulus, Vtinàm vel paruo, vel multo tempore, non solùm tu, sed & qui hæc circumstant omnes, Christiani fierent, exceptis hæc vinculis, quæ vincula nõ vtiquæ adiecisset, nisi res ea ignominiosa vulgò visa fuisset. Sancti enim Dominum verè quum amarent, afflictiones pro illo magna cum alacritate suscipiebant, per quas etiam clariores euadebant. vnde & hic idem ait: Gaudeo in afflictionibus meis. Lucas autem & de reliquo Apostolorum cœtu eadem hæc testatur: Post multa, inquit, flagella recedebant gaudentes, quod digni habiti essent pro Christi nomine ignominia notari. Igitur vt nè quis gentilium existimaret, certamina ac dedecora vi ac necessitate à nostris sustineri, ipsa certaminum symbola iubet Babylas vna cum cadauere suo inhumari, ostendens sibi illa pergrata & peramica esse, pro ea quidem charitate, qua totus in Christum appensus erat. Et extant etiam nunc cum Babylæ cineribus compedes, ecclesiarum præfectos omnes commonefacientes, vt vinciri, vt iugulari, vt quiduis pati oporteat, certè omnia prompto atque alacri animo, ac magna item cum voluptate sustinenda, vt concreditæ nobis libertatis ne leuissimam quidem partem prodamus aut contaminemus. Et quidem beatus ille in eo splendore atque honore mortem cum vita commutauit.

Enimverò existimaturus est fortassè quispiam hoc loci orationi nos nostræ finem imposituros: neque enim vita hæc finita, laudatorum operum aut virtutis ostentandæ occasiones suppetere, quæmadmodum neq; athletic post ipsum certaminum tempus exactum, corollas contexi conueniret. Verùm ea quidem est gentilium non ab re opinio, quorum spes vltra hæc mortalem vitam haudquaquam prorogatur. At nos quibus vitæ huius exitus, illustrioris vitæ alterius initium est, ab hac suspitione atque opinione longè absumus, quæ sanè opinionem rectam esse, apertius à nobis alibi commōstrabitur. Interim & quæ virtutis eximia opera post Babylæ generosi martyris obitum obuenerè, talia sunt, quæ magnam orationi nostræ fidè facere possint. Posteaquam enim pro veritate tuenda ad mortem vsque decertauit, & ad proprii sanguinis effusionem vsque contra peccatum depugnans restitit, atque vt nè ordinem eum, quem à magno rege acceperat, desereret, ipsam etiam animam deseruit, nullo non generoso atque egregio bellatore illustrius occumbens, animam quidem ipsius cælum habuit, corpus autem (quo tanquam ministro ad virtutis opera præstanda vsus fuerat) terra, sic vt creatura ipsa athletam diuiserit.

At qui poterat Babylas vel exemplo Enoch transferri, vel Eliæ modo rapi, vt qui vtriusque æmulator fuerat: At Deus, qua est in humanum genus benignitate, inter alias, quas infinitas nobis salutis nostræ occasiones dedit, & hæc quoque, viam nobis à se muniam esse voluit, idoneum ad virtutè capeffendam stimulum, relicto scilicet interim apud nos sanctorum reliquijs. Nam post sermonis facultatem, ipsa certè sanctorum sepulcra proximam locum obtinent ad animas hominum, in ipsos sanctos intuentium, ad virtutum earundem æmulationem excitandas. Ac sicubi quis huiusmodi conditorijs adstat, suum statim sensum ab hac, quæ dico, vi correptum animaduertit, capfulæ enim ad spectus in animam inuadens, ipsam percillit, & exuscitat, ac perindè afficit, quasi qui illic mortuus iacet, preces simul fundat, præfensque adesse cernatur: deindè fit, vt qui sic affectum sentit, mira alacritate gestiens, aliusque prorsus quodammodo effectus, ita ex eo loco decedat. Qui quis porro animum aduertere volet ad eos, qui mortuos luctu prosequuntur, probè indè edocebitur, imaginationem de mortuis conceptam, solere ex ipsis locis in animos insinuare: qui vbi mortuorum sepulcris adstiterunt, protinùs quasi sibi idem sepultos coram stantes cõtueantur, sic eosdem in ipso statim vestibulo inclamant: plerique autem intolerabili dolore vexati, reliquum vitæ tempus ad demortuorum monumenta habitare sibi in animum induxerunt. Id quod nequaquam fecissent, nisi à locorum ad spectu consolationem aliquam cepissent. Et quid hæc de locis ac sepulcris verba facio? quum & sepè vestis sola mortuorum visa, & verbum vnum in mentem influens, animum nostrum excitet, & memoriam interlabentem reficit: quibus de causis ipsas nobis sanctorum reliquias Deus reliquit.

Porro autem quod hæc dicam non temerariæ cuiusdam iactantiæ causa, sed quod id ipsum emolumentum nostri gratia factum fuerit, abundè orationi nostræ fidem faciunt, tum quæ quotidiana à martyribus miracula eduntur, magna affatim ad illa hominum multitudinem affluente: tum illis, nihilo inferiora Babylæ præclara post ipsius obitum vir-

2. Cor. 13.

2. Reg. 18. &amp; 19.

2. Cor. 11.

Exod. 32.

Rom. 9.

Cruciatur S. Babylas in pietate Cæsaris.

Iubetur in terfici.

Iubet fecit sepeliri carenas ferreas.

Act. 26.

Rom. 5. Coloss. 1. Act. 5.

Anima Babylæ est in cælo.

Gen. 5. 4. Reg. 2.

Sanctorum reliquias, stimulus ad virtutem.

Transfe-  
runtur reli-  
quia S. Ba-  
bylae à Gal-  
lo Caesare,

Fabula de  
Daphne,

Quam mi-  
ra de sancti  
episcopi &  
martyris  
corpore re-  
fert Chry-  
sostomus?

Psalm. 2.  
1. Cor. 10.

tutis egregiae specimina. Vbi enim ita, vt mandauit, sepultus fuit, & tam longum tem-  
poris interuallum ab eius sepultura intercessit, vt non nisi ossa ac cinis in feretro supe-  
rarent: placuit Imperatori vni ex ijs, qui postea imperarunt, Deo ipsius animum ad id  
impellente, capsulam in suburbium istud Daphnen abduci. Quum enim Deus vidisset  
locum illum adolescentium intemperantia, quadam quasi tyrannide obsessum, in peri-  
culum venire, nè prorsus ab ijs desereretur, qui grauiores essent, quique in honestate  
ac modestia vitam degere in animo haberent, loci incommodum ac noxam miseratus,  
misit qui contumeliam vindicaret. Etenim ipse Daphnes locus pulcher atque amo-  
nus vt esset, Deus fecit, simul aquarum copia ac pulchritudine, simul terrae ingenio, si-  
mul caeli atque aëris temperie, non quidem vti solum inde oblectamentum ac leuamen-  
tum captaremus, sed vti his de rebus se optimum opificem laudaremus. Saluis autem  
nostrae hostis (cuius ea est natura, vt Dei muneribus in opus contrarium semper abuta-  
tur) locum eundem cum occupasset, qua corruptorum iuuenum turba, qua malorum  
spirituum habitaculis, affinxit praeerea & infamem quandam fabulam, per quam sub-  
urbij decor omnis ac gratia demoni accepta ferebatur. Fabula porrò sic habet:

Daphnen aiunt adhuc puellam, Ladonis fluij filiam, (antiquis enim mosis rece-  
ptus fuerat, vt & fluij gignerent, & quae à fluij genita essent, in res postea sensu ca-  
rentes mutarentur, & pleraque id genus prodigiosa effingerentur) Daphnen, inquam,  
puellam, forma admodum praestantem fuisse voluit: quam cum vidisset Apollo, illius  
statim amore deflagrauit. Haec verò deum cursu se capere cupientem fugiens, in sub-  
urbium istud cum peruenisset, ibidem substitit: mater porrò vim patienti filiae opem  
ferre volens, aperto gremio virginem statim excepit, ac pro puella eiusdem nominis  
plantulam reddidit. Hic perditus amator, amoribus suis fraudatus, arborem circun-  
plexus, tum plantam, tum locum sibi vendicauit, propriumque fecit. In quo postea  
quum assiduus commoraretur, eum praeter alijs omnibus diligere atque amare cepit:  
postremò qui tum rex erat, Apollini templum & aram extrui iussit, quò posset demon  
suam insaniam per eum locum consolari. Et haec quidem vetus fabula, at incommo-  
dum à fabula exortum, non iam fabula fuit. Posteaquam enim iuuenes permulti im-  
pudici illuc accedentes, suburbij pulchritudinem contaminarunt, ibidem in comesta-  
tionibus atque ebrietatibus victitantes, volens diabolus malum hoc magis ac magis  
gliscere, fabulam eam, quam recitauit, confinxit, daemone loci eius incolam esse di-  
uulgans, vt eiusmodi historia maius illis impudicitiae atque impietatis incendium  
fieret.

Ad tanta porrò isthac mala tollenda, inuenit Imperator sapientissimum id remedium:  
Sanctum Babylae martyris corpus eum in locum si transferretur, existi maui perinde fore,  
ac si medicus ad laborantes mitteretur. Sin iter id, quod ab vrbe ad suburbium ferret,  
authoritatis regiae mandato impediret atque interdiceret, iudicauit madatum id omni-  
bus vulgò visum iri tyrannicum quoddam, agreste, ac crudele factum. Quòd si manda-  
to adderet, vt qui honesti ac moderati essent, ijs suburbij adeundi potestas fieret: qui ve-  
rò incontinentes atque intemperantes, ab eo arcerentur: mandatum perplexum ac  
difficile fore censuit, vtpote per quod prauidere quotidianas censuras in dijudican-  
da vniuscuiusque vita necessarias. Itaque martyris praesentiam malorum horum omni-  
um finem ac remedium fore existimaui, quem quidem idoneum intelligebat, qui tum  
daemone potentiam antiquaret, tum iuuenum luxum emendaret: qua vti que spe ne-  
quaquam falsus est. Nam vbi quis Daphnae appropinquat, viso statim martyris monu-  
mento, vel ab ipso suburbij vestibulo, compefcitur atque emendatur, more adolescen-  
tis alicuius in conuiuio accumbentis, ac paedagogum adstantem contuentis, eundemque  
vultus significatione iuuentem, vt decenti ordine seruato bibat, edat, loquatur, rideat,  
cauens necubi modum supergressus, suam ipse existimationem dehonestet. Porrò ab  
eiusdem monumenti adspectu, tum ab ea, quam de beato martyre concepit, imaginati-  
one factus ille religiosior, ad capsulam ipsam continuo accurrit: ad quam cum primò  
peruenit, maiorem animo trepidationem recipit: mox abiecto omni contemptu tan-  
quam volatilis effectus, ita ab eo se loco domum recipit. Idem etiam eos, qui ab vrbe in  
suburbium ascendunt, de via excipiens, huiusmodi cum temperantia relegat ad Da-  
phnes laxamentum, tantum non vocem illam in clamans: Exultate Domino in tremo-  
re. & Apostolicum illud adiiciens, Siue comeditis, siue bibitis, siue aliud quoduis faci-  
tis,

tis, ad Dei gloriam omnia facite. Qui idem si incidat in nonnullos delicijs delibutos,  
ex suburbio ad vrbem se recipientes, (si quibus fortè vsu venerit, vt quadam quasi ani-  
mi socordia frenum abijciant, atque in crapulam, in absurdas aliquas delicias praecipiti-  
tes ferantur) hos ebrios in suum diuersorium excipiens, non permittit ebrietatis noxam  
gestantes, domum abire, quinimò timore incusso refrenans, ad eandem reducit so-  
brietatem, qua praediti erant, antequam ebrietate maderent. Etenim quasi tenuis que-  
dam aura eos, qui in martyris aede fuerint, vndique circumspirans afflat, non ea quidem  
sensibilis, nec quae ad augendam corporis vim faciat: sed quae in ipsum tantum animum  
obrepit, eundemque vndique decenter compefcens, ac terrestrem omnem sarcinam  
circumcidens reficiat, atque ingrauescentem iam & fractum agiliorem reddat. Et qui-  
dem Daphnes forma ac pulchritudo segniores ad se ipsa euocat: at martyr quodam  
quasi in piscatu confidens, & ad se introgressis insidias parans, eos retinet, ac veluti ad  
normam quandam prius compositos dimittit, & ita dimittit, vt amata in posterum pu-  
dicè ac citra omnem incontinentiam sint vsuri. Dum enim ex hominibus alij socordia  
adducti, alij mundanis solitudinibus impediti, sanctorum martyrum monumenta in-  
uisere negligunt, perfecit Deus, vt hocce irretirentur modo, & talem ipsi fructum cura-  
tionis animae caperent: ac perinde sit, vt si quis agrotò medicamenta salutifera admit-  
tere nolenti, medicamentum dulci quodam condimento oblitum prepararet. Qui igitur  
inibi tandem curantur, eò perueniunt, vt iam non deliciae solum, sed & visendi sancti  
desiderium suburbij adeundi occasionem multis afferat: siue, vt veriùs dicam, qui ho-  
nestioris vitae sunt, hoc vno nomine illuc ventitant: qui infirmiores illis sunt, vtroque  
nomine: qui verò infirmissimi, non alio, quam deliciarum captandarum nomine: post-  
eaquam aurem illuc peruenierunt, eos aduocans ad se se martyr, suis ipsius epulis splen-  
dide exceptos, forti que armatura praemuneros, non patitur in malum aliquod prolabi.  
Eret perinde mirum, eo in loco mollem aliquem ac socordem respiscere, & tanquam  
in media infania sanum caput attollere, vt si quis in medios ignes coniectus, ab igni de-  
tinenti nihil accipiat. circunvallata enim rationis arce ab inuentute, ab effrenata au-  
dacia, à vino, à saturitate, molestius etiam, quam à flamma ipsa, beati Babylae ros in spe-  
stantium animam ex obrutu ipso influens, flammam ipsam sopit, incendium sistit, ac  
magnam certè animi religionem instillat. Atque in eum, quem dixi, modum Babylas in-  
temperantiae tyrannidem subuertit.

At quo idem modo & daemone potestatem extinxit? Primò quidem tum daemo-  
nis inibi habitantis obsidionem, tum fabulae noxam ijs ipsis, quas dixi, rebus ineffica-  
cem reddidit: deinde & daemone ipsum exegit. Verum antequam ad exactiōnis mo-  
dum veniam, illud vos annotare postulo, Babylam non statim vbi aduenit, daemone  
eiecit, sed manentem cum ocio sum, inertem, agendis que rebus ineptum reddidisse.  
Illi enim os ita obstruxit, vt vel lapidibus ipsis magis mutus redderetur. Et quidem ma-  
nentem inibi daemone superauisse, non minus fuit, quam si eundem de loco exegisse-  
ret, quum qui loci illius accolis omnibus fucum prius faceret, ne extincti quidem Ba-  
bylae cineres contueri sustineret. Ea est enim sanctorum potestas, vt illorum supersti-  
tum daemones ne vmbrae quidem aut vestes ferre possint, vita autem sanctorum &  
loculos quoque reformident. Itaque si quis quae ab Apostolis facta fuisse praedicantur,  
fidem non habet, is tandem memoriae huius miracula intuitus ab impudentia sua de-  
sista. Nam qui de omnibus olim gentilibus victoriam reportabat, à martyre tanquam  
ab herò inerepitis, suppressa voce latrare desijt. Ac primò quidem videbatur mu-  
tus esse, quòd sacrificiorum & aliorum id genus cultuum particeps minime fieret. Da-  
monum enim mores ij sunt, vt dum mortales nidore, fumo, sanguine eos inuitant &  
allectant, tanquam canes cruoris auidi & helluones, ebibendi aborbendique eius cau-  
sa praesto adsint: rursus dum nemo est, qui ea offerat, quasi fame quadam percant. Qui-  
bus certè sacrificia dum fiunt, ac foeda dum celebrantur mysteria, (quae ipsa nihil cer-  
tè aliud sunt, quam amores quidam obsceni, quam puerorum contumeliae, quam ad-  
ulteria, quam domorum subuersiones, vt nihil hic agam de inhumanis caedum gene-  
ribus, deque nefarijs illorum coenis) quibus, inquam, foeda dum celebrantur myste-  
ria, statim aduolant & delectantur, etiam si malefici, etiam si praestigiatōres, etiam si pe-  
stes hominum sint, qui mysteria eadem peragant. Imò verò, vt veriùs dicam, non ali-  
os planè habent, quam quos depinxi, sacrorum suorum aduulsiros. Qui enim tem-  
perans,

Ecc 2 perans,

Deus vt in-  
uict ad vi-  
senda San-  
ctorum mo-  
numenta,

Babylas de-  
monis po-  
testatem ex-  
tinxit praes-  
entia reli-  
quiarum  
suarum.

Vestes &  
loculi san-  
ctorum dae-  
monibus  
formidabi-  
les.



perans, modestus, castus est, is nec comestationem admittet, nec temulentiā, nec dictu fœdum aliquod verbum ipse proferet, nec alteri cuiquam id genus fœditatibus inferuienti aures suas accommodabit : quanquā oportebat, si quam illi humanā virtutis curam gererent, si quam felicitatis affectuum suorum rationem haberent, nihil potius requirere, quā vitam optimam, quā mores rectè emendatos, prætermiſſis illis indecoris dapibus, quibus tamen (quādo nihil habent antiquius hominum exitio) magno opere delectantur, iisdem colli se profitētes, quibus tum nostra mortalium vita subvertitur, tum honestas omnis radicibus diuellitur.

Apollo obmutescit, martyris vim non ferens.

Primum igitur videbatur hic dæmon hac, quam dixi, ratione obmutescere. Post autem conuictus fuit, violenta necessitate præpeditus id facere. metus enim, quo quasi indito in os freno cogebatur, impedimento illi fuit, quod minus solita contra homines impostura abuteretur. Vnde hoc liquet? Sed nē tumultu emini. Id enim commonstrabo, atque ita commonstrabo, vt ne illis quidem, quibus maximæ curæ semper fuit impudenter omnia asseuerare, in posterum ea impudentia abuti liceat, quotiēs sermo inciderit, vel de veterum illorum dæmonum, vel de istius dæmonis infirmitate. Neq; enim mihi coniecturis opus est, neque id attinet planum facere probabilibus quibusdam rationibus, sed ipsum dæmonis hac de re testimonium adhibebimus. Ipse enim letalem vobis plagam infixit, vestramque omnem fiduciam ac libertatem concidit. At vos nē illi succenseatis: neque enim prudens, sed à maiore quadam potestate coactus, tyrannidem ipse suam deleuit. Id verò qua tandem ratione factum est?

Templū Iulianū Constantiani Cæsaris creat.

Mortuo eo Imperatore, qui Babylæ corpus in suburbium transtulerat, huius fratrem ad imperij administrationem perduxit is idem, qui illum Imperatorem fecerat, atque hic sine diademate imperium accipit. hætenus enim demortui quoque fratris potestas præscripta erat. Idem hic Imperator, quum impostor ac scelestus esset, primum propter eum, à quo principatum acceperat, Christianum se esse simulauit: deinde eo vita defuncto, abiecta statim persona, fronte perfrita, quam antea superstitionem intris celauerat, hanc in medium productam nemini non manifestam fecit, diuulgato per vniuersum terrarum orbem mandato, vt idolorum templa instaurarentur, ara excitarentur, pristini dæmonibus honores redderentur, magni item illis prouentus varijs ex locis suppeterent. Quo ex mandato magi continuo, incantatores, augures, haruspices, menagyræ, hoc est, menstrui viatores, seu præcones, denique omniaria imposturæ artifices, vndique ab vniuerso orbe confluxerunt. Hic cernere quidem licebat regiam ipsam infamibus, abiectis ac profugis hominibus refertam. Nam quot quot vquam fame tabescerent, quot quot ob veneficia ac maleficia conuicti, quot quot publicæ custodiæ additi, atque ad metalli opus detrusi, denique quot quot sordidarum artium artifices vix inde vitare possent, quum se ipsi derepentē sacerdotibus esse profiterentur, mirum est quanto in honore, quanto in precio habiti omnes fuerint. Hic Imperator duces ipsos, ac militum præfectos contemnere, assis vnus non æstimare: contra, mares meritorios, & meretrices è fornicibus suis excitatas, vnâ secum per totam urbem, per angiportus omnes circumducere, quum interim regius quidem equus, omnesque prætoriani ponē multo interuallo sequerentur, lenones autem & meretriculæ anteambulorum loco, & vniuersus meritoriorum adolescentum chorus regem medium stipantes, per forum inambularent, sermones eos proferentes, atque cachinnos attollentes, quos par erat eiusmodi farina homines attollere: quæ ipsa certe non nescimus talia, tamque absurda fuisse, vt posteris fide maiora futura sint. neque enim priuatorum quisquam, eorum ve qui humile pudendumque viuendi genus instituerint, velit tam turpis, tamque indecens publicè videri.

Impudētia eius & turpido.

Sed ad eos sanè, qui adhuc vita sunt superstiti, oratione nulla opus est. qui enim adfuere, & ea dum fierent spectare, hi & quæ hic à me dicuntur, nunc exaudiunt. Propterea enim superstitibus etiam nunc testibus hæc scribo, vt nē quis vetera recensentem me, inter eos, qui rei ignari sint, magna licentia mentiri existimet. Ex ijs enim, qui ea viderunt, superant adhuc & senes & iuuenes, quos omnes obsecro & obtestor, si quid à me historię adiectum fuerit, in medium prodeant, meque redarguant. Sed scilicet tantum abest, vt me de meo adiecisse quicquam sint redarguturi, vt deprehensuri etiam sint, multa certe à me prætermiſſa. Neque enim fieri potuit, vt oratione turpitudinis illius immensam magnitudinem repræsentarem: posteris verò, qui credituri

si isthæc non sunt, vnum id dictum esse velim, dæmonem vestrum, quem Venerem appellatis, nequaquam pudere id genus administris vti. Itaque mirum nemini esse debet, si miser ille, qui prorsus dæmonum ludibrio sese addixerat, ea minimè dissimulare, propter quæ diijs, quos coleret, magnopere sibi placent. Iam verò quis enumerauerit necromantias? quis puerorum cædes? nam victimæ illæ, à quibus homines ante Christi aduentum non abstinēbant, post eius apparitionem repressæ, deintegrò renouabantur, non iam quidem in propatulo: nam tametsi Imperator esset, ac licētiōse omnia ageret, tamen tanta erat rerum earum impietas, vt ea imperatoris etiam licentiæ magnitudinem superaret: victimæ, inquam, illæ deintegrò tamen renouabantur.

Icēm necromantia & puerorum cædes.

Daphnen itaque idem hic Imperator, grauitatem ore præferens, conscendit, multis quidem cum donarijs ac sacrificijs, manante etiam sanguinis torrente, quem maceratum pecudum cædes effecerat. Tum à dæmone magna instātia oraculum poscit, postulat sibi ille ijs de rebus responsum vt daret, quas animo agitabat. Ibi strenuus ille scilicet, qui pelagique modum, & numerum qui nouit arenæ, qui mutum capit, & surdum qui intelligit idem, vt de se ipse profiteretur, bellè admodum cauit, ne in eum sermonem deueniret, vt apertè testaretur, per sanctum Babylam ac vicinorum virtutem obstratum sibi esse os, ac propterea loqui nequaquam posse: nimirum veritus, nē cultoribus suis ridiculus fieret. Ceterum cum idem adumbrare vellet virium suarum à Babylæ denotarum conditionem, eum taciturnitatis titulum aperuit, per quem ridiculus magis reddebatur, quā si prorsus tacuisset. Tacens enim, imbecillitatem tantummodò suam detexisset: nunc verò & imbecillitatem, & turpitudinem, & impudentiam declarauit, studens ea adumbrare, quæ adumbrari minimè queunt. Quis enim color hic esse potest? Daphnes, inquit, locus cadaueribus scaret, id quod oraculum arcet. Et quanto præstabat, pessime dæmon, martyris virtutem non dissimulare, quā titulum tam impudentem prætereret? & hæc quidem dæmon.

Iulianus cōsulit Apollinem.

Imperator autem mente alienata cum esset, perindè vt in scena ludens, fabulamque agens, cœstigiò ad beatum Babylam fertur. Quanquā ò nequam, ac nequissime, nisi vobis ipsi vltro mutuo verba daretis, inq; aliorum exitium colluderetis: quam tandem ob causam, tu quidem suppressis nominibus, atque in genere de cadaueribus loqueris, tu verò, quasi certi alicuius cadaueris nomen exaudisses, alijs intactis, Babylæ vnus cadauer mouendum tibi sumis? Oportebat enim iuxta dæmonis sententiam conditoria ea omnia, quæ in Daphne essent, effodere, & terriculum à deorum adpectu quā longissime abducere. At non de omnibus, inquis, mortuis verba dæmon fecit. Cur igitur id non apertè professus est? nempe tibi imposturæ fabulam agentis, ænigma istud reliquit. Equidem cadauera, inquit, tibi dico, vt nē palam fiat, me victum esse. nam & alioqui reformido Babylam nominatim designare: at tu intelligito, quod à me dictum est, atque vnum pro omnibus martyrem amouero. Ille enim est, per quem muri effimur. Tantæ certè dementiæ dæmon cultores suos à se damnatos esse voluit, vt tam apertam imposturam capere nequirent. nam vt mente alienata atque insana omnes essent, tamen ne sic quidem ignorare debebant, quòd victum sese dæmon fateretur: tam ea res manifesta, tam aperta futura erat. Nam si hominum cadauera inquinatum quiddam (quod tu esse vis) & execrabile sunt, multò magis brutorum cadauera, ac tanto certè magis, quanto brutorum genus humano genere contemptibilius est. Multorum verò canum, simiarum, asinorum ossa proximè templum defossa sunt, quæ potius mouenda fuerant, nisi fortè censes homines simijs esse viliores.

Verfusia maligni dæmonis.

Vbi nunc sunt, qui solem, bellum Dei opificium, & ad nostrum ministerium creatum, contumelia afficiunt, & dæmoni astrum attribuunt, & hunc illum esse affirmant? Sol enim, in tanta etiam cadauerum in terra iacentium copia, per vniuersum orbem diffunditur, nec vilo loco neque radios, neque radiorum suorum efficaciam propter ipsas locorum inquinaciones contrahit. At deus vester impuram hominum vitam, imposturas, cædes non modò non auersatur, aut odit, sed diligit, amplexatur, amat, corpora autem nostra deuicit: quanquā peccati genus tale esse solet, vt vel apud ipsos auctores in summam etiam reprehensionem veniat: corpus autem mortuum, & quod minimè mouetur, omni reprehensione ac criminatione vacat. Sed scilicet istud est verum deorum institutum, vt abominentur, quæ abominanda nequaquam sunt: colant iisdem & approbent, quæ omni odio & auersatione digna sunt. Et bonus quidem

Dæmonum mores.

vir, quisquis est, neque à sano aliquo consilio, vel dando, vel capiendò, neque ab opere necessarìo faciendò per mortuum corpus prohibebitur: immò si animo sano est, vel ad ipsa sepulcra inhabitans, & temperantiam, & iustitiam, & omnem denique virtutem præstabit: prætereaque artifex suæ quisque artis opera absque villo impedimento facturus est, ijsque, qui ipsum rogauerint, præbiturus, non solum cadaueribus propinquus assidens, sed etiam si ipsa mortuorum monumenta extruere opus sit, & pictor, & lator, & faber tam lignarius quàm ferrarius, denique omnes suæ ipsorum opera confecerunt: vnus autem omnium Apollo per cadauera impediri se ait, quò minùs futura prospiciat. Atqui & apud nos magni & admirabiles viri extiterunt, qui res futuras quadringentis ac mille etiam antè annis quàm euenirent, prædixerunt: quod dum facerent, nullam prorsùs harum excusationum, vel quæstionum, vel causati sunt: neque mortuorum sepulcra perfringi, neque eos qui intra ea iacerent abijci, neque nouum & impudentem effodiendorum cadauerum modum excogitari iusserunt. At tamen ex eis nonnulli, impijs ac scelestis gentibus vicini cum habitarent, vel in medijs ipsis barbaris, quorum omnia conspurcata ac polluta erant, verè futura vaticinati sunt, neque illis ad vaticinationem aliorum obsuit conspurcatio. Quid ita? quòd quæ illi dicebant, ea reuera per diuinæ virtutis opus dicebant. Dæmon autem, cum prorsùs in eo diuina vis nulla esset, de futuris nihil habuit, quod Imperatori prædiceret. Ceterum nè hæreat, perplexusque esse videatur, cogitur verisimilia quædam & ridicula simulare. Quamobrem enim, quæ ro ex te, superiore tempore nunquam tale quiddam elocutus est? quandoquidem tum velamen hoc prætereundum poterat, suum cultum ab hominibus intermissum esse: hæc autem idem excusatione sibi adempta, ad cadauera confugit, anxius animi quorsum euauderet. Nam à decore ipse suo recedere nolebat. Verùm ipsi vos illum coëgissis, qui cultus excusationem ei ademitis, neque locum illi fecistis ad sacrificiorum penuriam confugiendi.

Dæmon futura prædicere non potest.

Julianus iubeat transferri reliquias S. Babylæ.

Fallacia & ambigua responsa Apollinis.

Hæc igitur vbi audiuit fabulæ istius actor Imperator, iubet statim capsulam deturbari, quo omnibus dæmonem victum esse innotesceret. Etenim si dixisset ille, Per sanctum Babylam loqui impediatur, sed hunc tamen nè loco suo moueatis, nève illius capsulam vterius conturbetis: nimirum ea res dæmonis modò cultoribus innotuisset: illos enim puduisset factum id ad alios deferre. Nunc verò, quasi ipsius infirmitatem traducere adlaboraret Imperator, sic nihil non fieri coëgit, quo ne volenti quidem factum adumbrare licebat. Neque enim iam simulatio salua & integra esse potest, propterea quòd non alius mortuus, sed solus Babylas illinc translatus est: nec solum qui urbem, & suburbium, & agros item incolebant, sed qui remotissimè etiam habitabant, in rem præsentem cum venirent, capsulamque non amplius illic esse viderent, quæ sita causa statim edocebantur, dæmonem ab Imperatore rogatum vaticinari, respondisse, id se præstare non posse, nisi beato Babyla prius à se procùl amoto. Quanquam, ô perdidicula dæmon, licebat tibi ad alias confugere excusationes, cuiusmodi multis identidem veteris, infinita semper rebus in dubijs artificiosè excogitans, aliàs Lydorum regi promittens magni imperij perditionem, Alym fluvium transgresso, hunc ipsum tamen regem postea super accensam pyram positum commonstrans: aliàs in Salamine hac eadem arte usus, quum tu perdidicula illam addidisses coniunctionem. Nam quòd dixisti, Muliebria pignora perdes, simile fuit illi, quòd Lydorum regi dixeras: quòd autem adiecisti, Vsqum vel Cerere sparsa, coëunte vel vsquam: maiore id certè risu dignum fuit, ac prorsùs simile ijs, quæ à circulatoribus in triuijs vulgò iactantur. At tibi ne istud quidem facere placuit. Licebat & tibi sermonem tuum obsecrare velare: (nam & hoc tibi artificium solenne esse solet) at enim insitissent omnes iterum, non intellectu vocis solutionem querentes. Tibi etiam licebat ad astra confugere. id enim tute persæpe nullo rubore, nullo pudore facis: neque enim tibi res est cum viris mente præditis, sed cum pecudibus, atque adeò cum longè crassioribus, quàm sunt pecudes ipsæ. Non erant utique, qui tum te consulebant, Græcis sapientiores, ancipitia responsa tua audire solitis, ab errore tamen sese non eximentibus. At mendacium intellexissent? Te igitur oportuit vni tuo sacerdoti veritatem aperire, qui quòd victus esses, melius, quàm tute, multo adumbrare nõset. Nunc verò quis te miser adducit, vt te in tam manifestam impudentiam obruderet? Sed tu fortasè peccasti nihil: Imperator verò perperam fabulæ subseruiuit. In genere enim cum de cadaueribus audisset, ad Babylam solum adiens,

re ille coarguit, & imposturam denudauit. Sed ne ille quidem volens id fecit: neque enim vnus eiusdemque erat, tot ac tanta tibi donaria honoris gratia offerre, & temet ipsum infamare. Verùm omnium simul oculis martyris virtus tenebras offudit, neque passa est illos ea intelligere, quæ fierent: quæ omnia fiebant quidem quasi contra Christianos: risus autem non in eos qui ea paterentur, sed in eos qui ea facerent, totus vertebatur: quòd ipsum vsu venire videmus, quum qui furore correpti sunt, in ipsos etiam parietes calcitrantes, & fanda ac nefanda in præsentem conuicia iactantes, sibi ipsi videntur proximos bellè vlcersi, quum factis talibus non illos, sed se ipsos dedecorent. Id quòd & tum certè euenerat. Trahebatur enim capsula per totam viam, reuertebatur autem martyr athletæ alicuius exemplo, coronam alteram in suam urbem ferens, in qua & priorem coronam reportarat. Quamobrem si quis est fortè, qui mortuorum resurrectionem neget, quum videat martyris nostri facta illustriora post obitum esse, in posterum erubescat: qui martyr strenui alicuius bellatoris more trophæis trophæa coniunxit, magnis maiora, & mirabilibus mirabiliora. Tum enim certamen illi cum Imperatore solo fuerat: nunc cum Imperatore pariter ac dæmone. Tum Imperatorem à sacro templi ambitu exegerat: nunc ex omnibus Daphnes locis pestilentissimum humani generis hostem expulit, non manum admouens, quemadmodum & prius fecerat, sed virtute inuisibilem inuisibilem virtutem debellans.

Martyris virtus.

Ac viuens quidem liberam orationem non tulit homicida: mortui autem cineres, neque Imperator, neque dæmon sustinuit, quo dæmone authore Imperator hæc agebat. Nam quòd Babylas amobus istis posterioribus maiorem incusserit timorem, quàm antea incussisset priori illi Imperatori, indè certè aperte liquet. prior enim ille Babylam captum, eundemque in vincula coniectum interfecit: posteriores autem isti Babylam solum translulere. Cur enim capsulam in mare demergi, neque dæmon iussit, neque posterior hic Imperator voluit? cur non attriuit & exussit? cur non in vastam aliquam solitudinem deferri eam mandauit? Nam si capiaculum & scelus fuisset, si eam abominans, ac non potius reformidans, illinc dimouisset, non intra urbem piaculum deducere, quin potius in montes quospiam, in saltus transferre oportuit. Sed scilicet perditio huic Imperatori æquè atque Apollini Babylæ virtus, & quam cum Deo haberet fiducia cognita erat: ob id formidabat, si hoc fecisset, nè fulmen diuinum, nè ve aliquem alium morbum in se ipse prouocaret, multa enim habebat Christi virtutis, tum in ijs, qui ante se regnauerant, tum in ijs, qui vnà secum imperium administrabant, spectata argumenta. Nam ex superioribus Imperatoribus ij, qui similia attemptauerant, multis ijsque intolerabilibus calamitatibus acceptis, foeda ac miserabili morte interierant, ita vt cuiusdã, dum adhuc viueret, spontè ex oculis pupillæ exilierint: Maximus hic fuit: alius autem furore, alius alia id genus calamitate vexatus, mortem cum vita commutauit. Ceterum ex ijs, qui tum cum ipso erant, patruus, quum licentiosus in saniam suam contra nos prodidisset, ausus impuris manibus sacra vasa contingere, hoc etiam scelere non contentus, sed contumelia vlterius progressus, (vasis enim ijs inuersis, & super pavementum collocatis atque extensis, ita super ea descendit) euestigio illegitimæ huiusce sessionis pœnas luit. Illius enim verenda corrupta, vermiculos generauerunt, ita vt morbum diuinitus illatum constaret: ad quem curandum medici aues pingues, easque peregrinas interfeciebant, quibus ad putrefacta membra admotis vermiculos euocabant: illi verò loco quum non mouerentur, mordicis putridis partibus inhærebant, atque illum ita demùm multis diebus absumptum, perdiderrunt. Alius porro regij ararij præfectus, antequàm aule regie limen transcenderet, de repente medius crepuit, & ipse id genus impietatis cuiusdam pœnas luens. Hæc sanè, & his item plura (neque enim omnia enumerare temporis huius est) animo iustrans impius Imperator, verebatur temeritatem suam vlterius promouere. Me porro hæc non ex me enunciare ex eis constabit, quæ ab illo postea edita sunt. Interim historiae nostræ tenorem persequamur, quid exindè euenit recensentes, hoc enim demùm mirum admodum est, non modò Dei maximi virtutem, sed & inenarrabilem benignitatem patesciens.

Mortui sancti cineres nec Imperator, nec dæmon sustinuit.

Juliani, qui fuit apostatae patris, (secundum alios auctores) in sacra vasa contumelia & pœna.

Babylas intra sacrum templi septum erat, intra quòd & prius fuerat, antequàm Daphnen translatus fuisset. At malignus dæmon statim edoctus est, frustra sibi fraudis suæ artificia conficta, sedque non iam certamen habere cum mortuo, sed cum eo qui vi-

Apollo diuinitus in cinerem redigitur, ad preces S. Babylæ.

ueret, qui efficax esset, qui que non se modò, sed omnes quoque demones fortitudine superaret. Is enim Deum precatus, ignem in templum vt calidus demitteret, totum illius tectum exussit, ipsoque idolo ad extremos vsque pedes deleto, eodemque in cinerem ac puluerem redacto, ab omnibus parietibus, qui ipsi integri adhuc stant, abstinuit. Ac si quis nunc illò accesserit, nunquam vti que dixerit factum id, ignis opus esse. Neque enim incendium id, non ex composito factum, neque ex materia inanimata, sed tanquam manu quadam ignem circumagente, atque indicante, à quibus abstineret, quæ porro absumere oporteret, tanta certè concinnitate, tanto artificio ipsum templum detectum est, nec ad simile quidem ijs, quæ casu ac temerè incendio conflagrâsse videmus: verum ijs, quæ parietum ambitum integrum cum habent, tecto tamen carent. Cætera enim omnia, & columnarum item omnes, tam ex quæ templi culmen, quæ quæ vestibulum sustinebant, adhuc extant, præter vnam, quæ ad posteriorem templi partem stabat: & hæc tamen non temerè perfracta est, sed ea de causa, quam postea dicetur fumus.

Hoc incendium vbi accidit, statim demonis sacerdos in carcerem rapitur, incendij authorem indicare coactus. Qui vbi non habuit quem accusaret, intortis cubitis, multis flagris vapulauit, in sublime raptus, ac latera vndique cæsus: quanquam ne sic quidem ex eo quicquam didicere: rei que huius euentus similis erat illi, qui in Christi resurrectione accidit. Tum enim dispositi fuere milites, qui corpus Iesu custodirent, ne qua possent eius discipuli furto illud auferre. cæterum is fuit rei ipsius euentus, vt nulla vel impudens species ijs relicta fuerit, qui resurrectionis eius fidem cleuare ac calumniari vellent. Atque hic distrahebatur miser sacerdos, quo testificaretur factum id non diuina ira, sed humano maleficio accidisse. Is tamen contortus ac foedè laceratus, quum neminem haberet, quem proderet, ignem è celo delapsum testatus est, vt maluculis atque impudentibus nullus iam calumnie locus relictus fuerit.

Sed quod nos paulò antè dicere volentes, in alium locum reieccimus, id ipsi hinc tempestiuè dicemus. Quidnam verò id esse potest? Certè martyr noster Babylas Imperatorem eoque terruit, vt furore ille suo supercederet. Neque enim ipsum quidem sacerdotem, eumque quem tanto antè honore prosequeretur, tot malis tecti exusti causa affecti, & immaniùs quam fera crudelis dilaniavit, (à cuius etiam vorandis carnibus forsalsè non temperasset, nisi res ea detestanda, omnibusque abominabilis visa fuisset) Babylam autem, per quem demon os suum obstruxerat, rursus in urbem ea de causa transtulit, vt maior illi honos ab omnibus haberetur. Etenim idem Imperator si minus prius, hoc est, quo tempore victum se esse demon fassus est, at certè post ipsum incendium omnia subuertisset ac perdidisset, capsulam exussisset, vtrumque item monumentum, tunc quod Daphnæ, rum quod in vrbe erat, nisi metus in eo quam ira maior fuisset, ac nihil cuius mæstitiæ timor imperasset. Solenne enim permultis esse videmus, quum eos ira ac dolor corripuerit, etiam si affectu eorum authores non nanciscantur, in obuios quoque ac suspectos iram effundere. Non procul autem ab hac suspicione Babylas erat. Nam simul vt in urbem peruenit, statim ignis in templum inuasit. Sed, quod dixi, affectus cum affectu pugnabat, & iræ metus imperabat. Mihi enim hinc cogita, qualis esse poterat bonus ille Imperator in suburbium ascendens, hinc martyris monumentum stans intuitus, hinc templum exustum, idolum deletum, donaria absumpta, & liberalitatis suæ ac pompæ satanicæ memoriam omnem de medio sublata. Nam vt concedamus futurum fuisse, vt illum hæc cernentem neque ira, neque mæstitia subire posset, ipsum certè dedecus ac risum permultum ferrè minimè potuisset: quin potius sacras impurasque manus in sancti Babylæ sacellum intendisset, nisi illum ea, quam antè dixi, causa prohibuisset. Neque enim parui momenti ea res esse videbatur, per quam videlicet præcisâ ademptaque erat omnis gentilium fidutiâ & libertas, lætitiâ omnis extincta, ac tanta incertis nebula illorum animis offusa, quanta certè offundi potuisset, si deorum simul omnium templa diruta disturbataque fuissent.

Cæterum tempus iam appetere puto, vt ostendamus tum cur iram suam non in Imperatorem, sed in demonem conuertit: tum cur factum est, vt ignis totum templum non absumpserit, sed templi tecto statim dissipato correptum simulacrum improbarit, atque refutaret. neque enim ea temerè, neque sine causa contigerunt, sed ab ea Dei benignitate, qua errantes homines tucri solet, facta fuere. Qui enim res omnes, etiam ante-

Cur in solium idoli cælestis vltio conuersa sit.

Timet impius apostata cælestem vindictam.

Matth. 28.

antequam enascantur, nouit, is & hoc item vnà cum alijs nouerat, futurum, vt si fulmen contra Imperatorem contorsisset, qui præsentem rem spectassent, temporario quodam timore percellerentur: altero autem & tertio vertente anno, rei eius memoria deperiret, multique miraculo fidem minimè haberent: sin autem templum flamma correptum fuisset, fore, vt ea res quouis buccinatore clatius non ijs modò, qui tum superstiterant, sed & posteris quoque omnibus Dei iram enunciaret: vt ijs quoque, qui impudentes esse, ac factum id occultare vellent, omnis calumniandi ansa esset prærepta. Quisquis enim in rem præsentem venit, quasi nupèr contigerit incendium, sic animo afficitur, idemque horrore quodam percussus, cælum contuitus, statim Dei optimi maximi, incendij eius authoris, gloriam ac virtutem laudibus effert. Vt enim si quis primarij cuiusdam latronis perfracta supernè spelunca ac latibulo, vinculum illum extraxerit, tunc eiusdem suppellectile omnia ablata, locum illum feris ac monedulis receptaculum esse fuerit, postea quisquis latibulum huiusmodi fuerit ingressus, simul vt locorum deuastationes ac direptiones contemplatus fuerit, statim secum animo concipit ac reputat, qualis fuerit, qui locum illum prius inhabitaret: ita & hic vsu venit. Procul enim columnas quis intuitus, postea vbi accessit, ac templi limen supergressus est, effingit sibi demonis abominationem, fraudè, insidias, ac Dei iram atque fortitudinem admiratus, ita demum de loco eo decedit, sic quæ prius domus erroris & blasphemie fuerat, nunc diuinæ gloriæ hymnis decantandæ argumentum est: tam ingeniosus, tamque indutius est Deus noster.

Atque hæc quidem nec opinata non nunc primùm, sed iam indè à superioribus seculis magno ille miraculo edere solet. Omnia porro recensere, temporis huius non est: commemorabimus tamen factum quoddam huius perquam simile. Prælio olim in Palestina à ludæis contra alienigenas quosdam facto, victoria potiti hostes, captam Dei ateam, tanquam exuuias & opimum quoddam spoliolum suo cuidam idolo (huic nomen erat Dagon) donarij loco consecrârunt: ea porro in idoli eius templum perlata, statim idoli statua delapsa in caput, iacebat. Vbi autem diuinæ virtutis robur hac ruina illi minime agnoscentes, idolum de integro excitatum in sede sua collocârunt, postridiè sub auroræ tempus eò quum accessissent, viderunt non iam collapsum idolum, sed prorsus diffractum. Huius enim manus ab humeris auulsæ vnà cum pedibus ad templi limen exillierant, reliqua idoli parte, & ea quoque diuulsa, aliò dispersa. Et Sodomorum item tellus, vt parua magnis conferamus, hac ratione vnà cum ipsis incolis incendio absumpta, sterilis facta est, vt non solum qui id temporis superstites essent, sed & posteris item omnes locorum vastitate admoniti, continentiores viuerent. Si enim ad homines solos supplicium peruassisset, futurum erat, vt factum id postea ab alijs minimè crederetur: propterea locus ipse plagam accepit, qui tempore prorogari potest, qui que & frequentia omnia secula admonet, lege cautum esse, vt qui similia commiserint peccata, ij similes poenas lauant, etiam si in præsentia id non fiat: id quod & in templi huius incendio accidisse videmus. Ecce enim iam vicissimus ex eo annus agitur, nec tamen ædificij ab igne relicti pars vlla deleta est: sed quæ partes flammæ euaserunt, ea solidè ac firmiter stant, suntque etiam nunc sic validæ, vt vel ad centenos, ducentenosque, & multò item plures annos durare possint. Id verò quàm mirum videri debet, si ex columnis nulla prorsus ab altera auulsa ad solum deciderit? Columnarum enim earum, quæ ad posteriorem templi partem erant, vna tantum tum perfracta: nec ea quidem corruit, sed à sua sede mota, ad murum dum caderet inclinata, sic mansit. Cuius quidem columnæ partes sunt duæ: quarum altera à basi ad sectionem obliquè muro incubuit, altera à sectione eadem ad capitulum supina constitit, & ea ab inferiori parte suffulta. Quanquam autem & venti vehementes loco illi sæpè incubuere, & terræmotibus crebris tellus fuit coccussa, ignis tamen reliquæ inconcussæ manserunt, quæ ipsæ firmiter stant, propemodum clamitantes, sese ad posterorum emendationem asseruatas esse.

Et quidem quòd templum ipsum totum non conflagraret, hanc dicere possis causam esse: quòd autem Imperator fulmine percussus non fuerit, aliam si quaeris, causam reperies, ex eodem bonitatis & benignitatis Dei fonte manantem. Propterea enim Deus ignem ab Imperatoris capite defendit, eundemque in templi tectum ei acutus est, vt alieno ille malo eductus, poenam sibi reseruatam effugeret poenitentia compunctus, & errore liberatus. Illi enim hoc neque solum, neque primum virtutis suæ signum Christus

Simile.

1. Reg. 4. & 5.

Dagon idolum corruic illata arca in templu.

Gen. 19.

Nora de hac columna.

Sæpè diuinitus vtrius.

si pifcere, admonitus Iulianus.

stus dedit, sed & alia item multa, hoc ipso non inferiora. Nam & patruus eius, & que flor ararius, sic, ut dixi, vterque vitam finientes, pretereà & fames in urbem statim vna cum ipso inuadens, & aquarum penuria nunquam ante visa, quam ab eo sacrificia in ipsis fontibus facta fuissent, & multa pretereà alia, tum ea quæ in ipsius castris, tum ea quæ in urbibus euenerunt, huiusmodi certè fuere, ut vel saxeam animam flectere possent, non ob id quidem, quod permulta essent, neque ob id, quod omnia pariter ederentur, ac de incèps & post ipsa statim scelera perpetrata, ut quondam Aegyptiorum regis tempore: sed quod, quæ edebantur miracula, per sese talia erant, ut ad eorum, qui ea cerne rent, emendationem aliud alio non egeret, verum illorum vnum quodq; hoc ipsum per se prestare possit. Nam ut cetera pretermittam, quem tandem, qui idem non admo dum stupidus esset, non perterrefecisset editum ad veteris templi Hierosolymitani fundamenta miraculum? id porro cuiusmodi fuit?

Iulianus excicare vult templi Hierosolymitanum.

Tyrannus cum videret per omnes Imperij sui fines Christi fidem diffusam, eandemq; ad Persas vsque, aliosque remotiores Barbaros, atque adeo vltra etiam illos peruasit, se, breuiter omnem eam, quam sol radijs suis lustrat, regionem occupare, cruciabaturo animo atque angebatur, apparabatque sese ad gerendum contra Christianorum conuentus bellum: infelix, ut qui ignoraret se contra stimulum calces. Ac primum quidem Hierosolymitanum templum, Christi virtute solo æquatum, excitare conabatur, & Iudaorum res, quanquam Græcus homo, procurabat, virtutis Christi periculum inde facere volens. Hic vocatis ad se Iudeis quibusdam, ijsq; sacrificare iussis, (nam & illorum Maiores dicebat hunc religionis ritum obseruare solitos) vbi Iudæi iidem eò confugerunt, ut dicerent, fas sibi nequaquam esse, id, templo collapso, extra veterem metropolim facere, iuber illos pecunia de regali thesauro sumpta, suppeditatisque ijs omnibus quæ ad opus necessaria forent, abire, templum instaurare, & ad pristinam sacrorum consuetudinem redire. Tum illi dementes planè, à matrisque vtero errantes, atque ad canos vsque eruditione indigentes discesserunt, Imperatoris mandato parituri. At simul ut edificaturi fossitiam humum euacuare coeperunt, statim è fundamentis ignis exiit, quo omnes pariter absumpti fuere. Quæ res Imperatori ut renuntiata fuit, neque vltèrius insaniam suam promouere conatus est, (metu enim detinebatur) neque tamè demonum errore (quorum tyrannide prorsus premebatur) liberari voluit. Ac tum quidem supersedebatur.

Nota miraculum.

Iulianus inuider Christiani martyrij gloriam.

Ceterum non ita multo post tempore ad id genus leuitatis redijt, templum quidem non iam edificare audens, aliunde autem paruulis prælijs ac velitationibus nos petens, aperto enim Marte nos adoriri tum differebat, primum atq; præcipue, quod persuasus planè esset, frustra se id tentaturum: deinde, quod nullam nobis ansam relinquere volebat, per quam martyrij corona redimiri possemus. Ferre enim haudquaquam poterat, idque illi quauis calamitate indignius erat, si quis in medium productus, pro veritate vel ad mortem vsque tormenta sustineret: vsque adeo ex animo inimicitias se nostras suscepisse declarabat. nouerat enim, nouerat (inquam) aperte, futurum, ut si ipse attemptasset, omnes pro Christi nomine suas animas proderent. Proinde uaser & callidus cum esset, quos intelligebat ob peccatum aliquod Christianorum conuentum principibus penas dedisse, & à præfectura quæ gererent amotos, eos omnes liberos esse fuit, hoc modo pessimis quibusque licentiam largiens, Ecclesiæ leges subuertens, denique omnes inter se committens. fore enim sperabat, ut postea minori negotio debellarentur, si prius bello inter se conflictati fuissent. Quinctiam quendam (huic Stephano nomen erat) tum ob doctrinam peruersitatem, tum ob vitæ improbitatem ab Ecclesiastico principatu amotum, iubet de integro magisterij sedem occupare: atque adeo Christianum nomen tunc ut extingueretur, quoad eius poterat, elaborabat, Galilæos pro Christianis nos in edictis suis tum ipse appellans, tum principes, ut idem facerent, adhortans.

Iulianus vult Christianorum nomen extingui.

Inter media autem ea signa, quæ per famem atque siccitatem euenisse recensui, à sua ipse impudentia ac duritia minimè desistebat. Idem contra Persas bellum suscepturus, tanto cum fastu cum descendisset, ut si omnem Barbarorum gentem delecturus esset, identidem nobis comminabatur, quum diceret omnes se, post suum à Persis reditum, funditus perditurum. hoc enim bellum sibi esse Persico gratius, atq; adeo oportere minore illo confecto, tum demum ad hoc, quod maius foret, descendere. & hæc quidem nobis

nobis annunciabatur, qui illi à consilijs erant. Aestuans porro ira aduersum nos, ad maiorem quotidie insaniam sublatus, in eadem nunquam sententia persistebat, sed priore illo consilio posito, rursus nobis persequutionem minabatur. Ceterum cum illum Deus inhiibere, atque intumescens sedare vellet, edidit rursus signum hoc in Daphne, signi in templum immisso. Hic verò ne sic quidem furore suo superedit, quin potius summa depopulandi nostri cupiditate quum disumperetur, ne ad id quidem tempus, quod minitatus fuerat, sibi temperauit: sed Euphratem traiecturus, militum suorum animos probabat, ac paucos quosdam adulatione quum corrupisset, quos suæ voluntati repugnantem inuenit, nequaquam exauthorauit, veritus si eos à reliquorum cœtu segregasset, nè copias suas contra Persas debiliores redderet.

Quis nobis hæc quæ subsequuta sunt enarrabit? quæ quidem ijs multò terribiliora sunt, quæ tum in eremo, tum in mari, tum in Aegypto acciderunt, quo tempore Pharo ille sensu carens plectebatur, & qui cum eo erant omnes submergebantur. Quemadmodum enim tum, posteaquam Aegyptius ob nullum calamitatis genus concedere, ac melior fieri voluit, illum tandem Deus vna cum suo exercitu perdidit: sic & nunc posteaquam ad omnia Dei miracula Imperator hic impudenter cõstitit, nihil fructus inde percipere volens, animumq; in emendatum ad omnia afferens, hunc ipsum Deus idem extremis malis inuoluit, ut quoniam aliorum calamitatibus edoctus ad frugem bonæ redire non sustinuit, eius supplicij meliores alij euaderent. Qui enim plures militum myriadas secum duxerat, quam vllus vnquam ante ipsum Imperator, qui que Persidem omnem per incursum enim, ac sine puluere, quod aiunt, capturum se sperauerat, huic sic infelicitè ac miserabiliter res successit, ut sceminarum potius, ac puerulorum, quam virorum exercitum illum secum habuisse dicas. Primum enim imprudentia sua in tantam illos necessitatem adegit, ut equinis carnibus vescerentur, ac partim fame, partim siti absumpti perirent. Quasi enim in Persarum gratiam copias ageret, neque illos capere, quin potius suos illis proderet studeret, sic eos in locorum difficultates quasdam concludit, ac tantum non victos hosti tradidit.

Exod. 14.

Infelicitè bellum gerit aduersus Persas.

Enimverò calamitatum earum genus omne nullus possit, ne ex ijs quidem, qui illas viderunt expertique sunt, recensere: ita omnem modum superarunt. Sed ut summa tum dicamus, illo turpiter ac miserabiliter mortuo, (alij enim illum volunt à lixa quodam rerum indignitatem non ferente, percussum interiisse: alij autem, ne vidisse quidem se, à quo interfectus sit, sed fuisse tantummodò percussum dicunt, rogasse que vt in Ciliciam, inibi sepeliendus, portaretur, vbi etiam nunc iacet) illo, inquam, tam turpiter mortuo, quum viderent milites in extremo sese vitæ periculo constitutos, cum hostibus pepigerunt: quibus cum iureiurando recepissent, abscessuros se à loco locorum omnium tutissimo, eodemque regionis nostræ tanquam muro quodam inexpugnabili, Barbaros humanos erga se nacti, ita euaserunt, atque è multis pauci reuerterunt, & ipsi affectis admodum corporibus, erubescens ob foedera cum hostibus pacta, coacti verò illis per iusiurandum paternis bonis cedere. Hæc videre erat spectaculum qualibet captiuitate miserabilius. Nam urbis illius ciues, à quibus gratiam aliquam expectabatur, quod suos omnes intus muri instar in portu collocarant, pro omnibus semper ad omnia pericula obiecti, ab ijs hostilia omnia passi sunt, proprijs domibus atq; agris relictis, solum vertete coacti, & à Maiorum suorum possessionibus auulsi. & quidem eam iniuriam à suis acceperunt: hunc nos fructum ab egregij istius Imperatoris operibus percipimus.

Iuliani obitus horrendus.

Exercitus eius pacem ab hostibus impetrat.

Hæc porro temerè à nobis dicta non sunt, sed vt satisfactum ijs esset, qui quærent, cur non antea Deus de Imperatore penas sumpsit. Illum enim rabie percitum saepenumero reprimere voluit, nè impetu vltèrius procederet, & alienorum malorum exemplo emendare: verum vbi restitit, extremis illum malis obiecit, iustam quidem peccatorum eius retributionem in magnum illum iudicij diem reiiciens, præsentem autem pena superiores excitans & castigans. Talis est enim Dei lenitas, ut qui eadem non reuoluntur, eos grauiore poena afficiat: quæ quemadmodum respicientibus utilis, ita & obstinatis ac periuicacibus maioris supplicij occasio esse solet.

Quod si dixeris, Quid nonne præquiderat Deus fore, ut tyrannus hic nunquam emendaretur? huic ita respondebimus: Præuiderat quidem, sed tamen ob id, quod malitiam nostram prospiciat, officium ille suum non intermittit: quin potius etiam si eius non

Cur toleret Deus malum? admit.



admittamus admonitionem, clementiam tamen in nos suam præstat: qui si postea in grauiora etiam nos peccata impingimus, id certe non iam eo auctore euenit, qui non propterea lenis longanimisq; est, vt pereamus, sed vt feruemur potius: verum nobis auctoribus sit, qui in illius immensam tolerantiam iniurij sumus. Sic autem & infinitam suam in nos benignitatem ostendit. quotiens enim recusamus ab eius proluxa lenitate adiuuari, tum ille in aliorum usum eam vertit, nusquam non clementiam erga nos suam simul & prouidentiam solertiamque prodens. Id quod tum præstitum est.

Virtus martyrum, & in vita, & post obitum.

Et tyrannus quidem in hunc, quem dixi, modum è viuis decessit: Rabiei autem eius, ac beati Babylæ virtutis argumenta extant, & templum & martyrij monumentum, illud desolatum, hoc eandem, quam prius, efficaciam retinens. Cuius capsula non vltra refertur, Deo rem sic dispensante, quò postea testatiora sint præclara Babylæ eiusdem facinora. Quisquis enim eò aliunde accedit martyrem requirens, hunc vbi ab eo loco abesse videt, statim causam sciscitatur, neque prius de loco decedit, quam omnem eam historiam perdoctus fuerit. sic & dum ad Daphnes locum accedit, & rursus ab eodem dum decedit, fructum maximum percipit. Ea est martyrum virtus & viuendum & mortuorum, & ad loca illa vel illa adeuntium, & rursus ab eisdem aliò migrantium. Etenim ab initio ad finem vsque Babylæ nostri præclara facinora continua quasi serie copulata fuere.

Rem, quæso, animo lustra: Dei leges ab iniuria vindicauit, pro occiso pœnas sumpsit: qua ex re planum fecit, quanto inter se intervallo sacerdotium & regnum distant: mundi fastum omnem soluit, vitæ huius opinionem conculcavit: reges docuit, nihil vltra modum, ipsis à Deo datum, potestatem promouere: sacerdotibus planum fecit, vt principatui huic præesse oporteat. Atque hæc quidem, & his item longè plura, etiamnum viuens præstitit. Vbi autem hinc emigravit, dæmonis robur eneruauit, gentilium imposturam coarguit, vaticinij deliramenta dextexit, personam eius contriuit, simulationem omnibus denudauit ac patefecit, cum qui in ea dominari videretur, obmutescere cogens, ac magna vehementia opprimens. Hodie quoque templi parietes recti stant, omnibus quasi prædicantes, quæ dæmonis impudentiam, risum, imbecillitatem: quæ martyris coronas, victoriam, virtutem. Ea sanè est sanctorum fortitudo tam in expugnabilis & terrificæ, tum regibus, tum dæmonibus, tum ipsi etiã dæmonum principi.

Habetur Tomo tertio operum eiusdem.

PASSIO SANCTORVM IVENTINI ET  
MAXIMI MARTYRVM, A D. IOHANNE  
*Chrysostomo conscripta.*

25. IANVAR.



Erant beatus Babylas cum tribus pueris nos hinc congregabat: hodie verò par sanctorum militum, in acie exercitum Christi ostendit. Heri quadriga martyrum, hodie biga se ostendit. Impar eorum est ætas, sed par fides. Varia certamina, sed eadem fortitudo. Illi tempore superiores, isti recentiores. Et cum tantus thesaurus sit Ecclesiæ, nouas & veteres habentis margaritas: sed vna omnium est gratia. Eorum flos neque languescit, neque defluit tempore. Nescit vetustatis rubiginem splendoris istius natura. Temporis accessione opes quæ ad corpora spectant, facile intereunt, vestimenta absumuntur, domus destruntur, & aurum rubiginem consumitur: & in summa, omnium sensibilibus facultatum natura tempore tandem aboletur & intercidit. At non sic se res habet in spiritualibus thesauris, de martyribus, inquam, qui semper in eodem manent vigore, semper in eodem iuuentutis flore sunt, semper suæ gloriæ fulgorem emittunt & radios. Quod scientes, non aliter p̄sicos, aliter recentiores colitis sanctos, sed eadem alacritate omnes.

Colere sanctos alacriter.

Non enim exploratis tempus, sed exquiritis animi fortitudinem, fidem, zelum feruidum, & eas virtutes, quas præ se ferunt sancti, ob quorum honorem hodie conuenimus. Hi enim tanto amore Dei flagrabant, vt etiam extra persecutionis tempus, martyrij corona redimti fuerint, absq; pugna triumphum retulerint, absque prælio victoria potiti sint, absque theatri certamine brauium rapuerint. Et quomodo hoc? Ego dicam: sed forte me rem paulò altius enarrantem.

Iulianus apostata dicit,

Erat rex quidem etiam nostro æuo, omnes, qui se præcesserunt, impietate vincens, de quo

de quo & heri à me dictum. Qui cum videret res nostras martyrum morte clariores fieri, & ea causa non solum viros, sed & teneros pueros, virginesq; nondum nubiles, & in summa, ex omni sexu & ætate quosdam pro religione ad mortem proflire, cruciabantur & dolebat. Ceterum mouere bellum manifestè nolebat. Omnes enim, dicebat, ad martyrium, quasi ad alucarium apes, volabunt. Hæc autem non à semetipso habebat, sed à progenitoribus suis didicerat. Etenim & illi, vt potè tyranni, Ecclesiã infestauerunt, & populi quoque in nos insurrexerunt, quæ adhuc parua religionis scintilla esset: eam tamè non expugnauerunt, neque confrègerunt, sed ipsi potius contrafacti sunt. Augebatur quod scintilla hæc, ferebaturque in sublime, & omnem vndique orbem inuadebat. Cum occiderentur, adurerentur, suspendèrentur, præcipitarentur, bestiis obijcerentur fideles: carbones sicut lutum calcabant, mare & fluctus sicut pratrum intuebantur, ad gladium sicut ad diademam & coronam currebant: omniaque tormentorum genera ita contemebant, vt ea non solum generosè & fortiter ferret, sed & alacriter & volupè. Enimvero sicut plantæ rigatæ magis crescunt, ita & fides nostra oppugnata magis floret: & seditione agitata, incrementa maiora sumit. Neque horti aquis irrigati ita germinant & fecundi sunt, vt ecclesiæ, si martyrum irrigentur sanguine.

Hæc omnia atq; plura cum rex ille sciret, meticulo sior erat, quam vt manifestè cum nostris confingeret. Non, inquit, triumphos & victorias & coronas mutuo parabimus, sed quid facit? Vide, oro, malignitatē. Medicos & milites & oratores omnes, vel à professionibus suis discedere, vel fidem suam abiturare iuber. Excitauitq; in hunc modum contra nostros bellum, tela eminens mittens, vt si à fide desisterent, ridiculè vincerentur, vt potè qui fidem opibus non præferrent: si generosè perseverarent, & vincerent, neq; sic egregia foret victoria, neq; insignis triumphus. Nihil enim magnum, artem vel professionem pro pietate contemnere. Neque is scuitiq; eius finis erat. Nam ad hæc, si quis superioribus annis, cum adhuc pij reges rerum potirentur, vel altaria demolitus fuisset, vel templa suffodisset, vel oblationes diripuisset, vel aliud tale quiddam egisset, rapietur ad tribunal, & occidebatur, etiam insons, & duntaxat delatus. Fingebatur quoque & alias varias causas, ita vt pie viuentium nemo non lugeret. Agebat autem hæc, vt obscuraretur contemptaq; esset martyrij corona, & nihilominus cædes & strages fierent. Nihil tamen arte hac proficiebat. Nam qui ita affligebantur, non ad illius calculum & malignitatem spectabant, sed ad incorruptum indicem, à quo & cælestem coronam accepturos sese confidebant.

Verfuita Iuliani apostata,

Interea cum hæc ita sese haberent, & bellum quidem rex parturiret aduersus nostros, cessaret autem, veritus nè vinceretur: accidit vt milites quoddam conuiuium haberent, in quo & martyres, quos hodie colimus, erant. Ceterum, vt conuiuiorum mos est, cum varijs sermones hinc inde dicerentur, alijque alia tractarent, martyres nostri mala sui scul inter se deplorabant, longè feliciora fuisse superiora afferentes, dicebantque & inter se, & ad sodales: Quem iuuaret vltra viuere, vel spirare, vel solem intueri, sacris legibus ita conculcatis, pietate ita violata, creaturarum omnium Domino ita contempto? Omnia nidore plena sunt & fumo, omnia sacrificijs immundis referta. Proh, neque purum aërem spirare possumus. Dicta hæc nè perfunctoriè transeas, sed considera, quando ea locuti sunt, & quanta pietate. Nam si in militari symposio, vbi regnat ebrietas & intemperantia, vbi certatur de prodigalitate, vbi agon est stuporis & insipientiæ, sic ingemiscebant & lugebant: quales erant domi, cum soli inter se agerent? Quales erant in precibus & ieiunijs, qui deliciarum tempore, tam humiliati, & tam apostolica præ se ferebant pectora? Gaudebant alij, hi verò lugebant: impiè agebant alij, hi verò zelo vrebantur. Sanè ipsi ob fratrum valetudinem suam sanitatem non sentiebant. Sic dolebant & lacrymabantur in malis, quæ tunc fiebant, quasi vniuerso mūdo tutores dati essent. Neque clandestinum fuit, talia eos dixisse. Nam ex sodalibus & conuiuis adulator & irritor quidam, obsequium regi facturus, omnia vt dicta erant, detulit. Rex accepta occasione iam diu quæsitæ, causatus est ex verbis illis affectatam tyrannidem, vt ita martyrij corona priuaret. Et iussit confiscatis facultatibus eorum omnibus, nudos eos in carcerem conijci. Illi autem gaudebant & exultabant, dicentes: Quid nobis diuitijs, preciosaque veste opus? Si & indusium intimum, nempe caro, propter Christum exuendum est, non obluetabimur, sed spontè concedemus. Et ocyus dicto scripti sunt libelli indices, confiscataque omnia. Porro vt homines in patriam migraturi, substantiam omnem

Conquerunt milites inter se de pietate profugata.

Apostata illos propterea persequitur.

in pecuniam commutatam præmittit: ita & illis accidit. Quonia enim in celos transferti, inimicis ipsis negotium agentibus, & in hoc ministrantibus, opes suas ante se miserunt. Non enim illa tantum opes, quas eleemosynæ nomine dispendimus, transferuntur in celum, sed etiam quascunque nobis hostes fidei piorumque persecutores rapiunt, alibi thesauri erunt. Est enim hoc non minus, quam illud. De hoc audi, quid Paulus dicat: Et rapinam, inquit, facultatum vestrarum cum gaudio tulistis, scientes vos habere meliorem substantiam, & manentem in caelis.

Heb. 10.

Multi ad eos in carcerem adveniunt.

Vt autem ingressi sunt in carcerem, confluit ad eos omnis ciuitas, tamen si multis terroribus, minis, & periculis interdictum erat, ne quis vel eos accederet, vel eis loqueretur, vel quouis modo communicaret. Atqui timor Dei efficiebat, vt non curarentur ea principis mandata. Vnde multi ob consuetudinem, quam cum martyribus habebant, facti sunt & ipsi martyres. Multi enim, contempta presenti vita, frequenter eos visitando, sacras apud eos vigilias continuis psalmis perficiebant. Erant familiaritates illarum spiritualis eruditionis atque consolationis plenae. Et clausa quidem tunc est ecclesia, carcer autem ecclesia factus est. Neque hi solum, qui eos visebant, sed & qui intus cum eis tenebantur, meram sapientiam & virtutem à patientia & fide eorum disciebant.

Rex vt hæc audiuit, valde stomachatus est: cupiens tamē eos supplantare, & ab alicritate sua destituere, avaros quosdam homines & impostores subornauit, qui si quando priuatum colloquium sese offerret, eos accederet: non vt à rege missi, sed quasi singulari compassione & proprio consilio id agentes, & adhortarentur, vt à religione desistant, & ad impietatem transeant. Dicebant enim: Sic non solum imminens periculum effugietis, sed maiore dignitate honestati, maiorem quoque principatū adepturi estis, regis ira feliciter placata. Nonne vidistis & alios vestri ordinis id ipsum fecisse? Quibus

Constantia martyrum.

illi responderunt: Atqui nos hac potissimum ratione viriliter stabimus, & pro illorum ruina nosmetipsos in sacrificia offeremus. Benignus & misericors nobis Dominus est, solet etiam vno accepto sacrificio, toti orbi conciliari. At sicut olim tres pueri dixerunt: Non est in tempore hoc princeps, & propheta, & dux, neque sacrificium, neque incensum, neque holocaustum, neque locus primitiarum coram te, vt possimus inuenire misericordiam: sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur, quasi in holocaustis arietum & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium. Ita & illi videntes altaria subuersa, clausas ecclesias, sacerdotes fugatos, fideles omnes in exiliū actos, studebant vt pro omnibus offerrentur Domino, relictisque militaribus signis, angelicis sese choris adiungerent. Quocirca & dicebant: Quid? Etiam si nunc non morimur, moriendum tamen omnino est non multo post hæc. Satius igitur fuerit mori pro rege angelorum, quam pro rege tam impio. Hic etsi moriatur quis pro rege, nihil accipiet à rege sua dignum fortitudine. Et quid posset defuncto præstare, si vel maxime veller? Atqui eis se penumerò ne sepultura quidem contingit, & non raro à canibus deuorantur. Quod si pro rege angelorum mortui fuerimus, certi sumus, nos accepturos corpus multo gloriosius, maiori gloria conspicui erimus, longè maiora nobis erunt laborum præmia. Proinde arripiamus arma spiritualia: nõ opus iaculis & sagittis, sufficit pro omnibus lingua. Sunt enim & sanctorum ora pharetræ, è quibus diabolico capiti continui & crebri ictus inferuntur.

Tyranni fraudulētia.

Nunciata sunt & hæc atque similia regi, qui nec sic destitit, sed illecebrarum escis iterum atque iterum illos tentauit. Ita autem mandauit, quod si cederent victi, sub omnium oculis producerentur: sin fortes perseuerarent, vt perduellionis rei educerentur & occiderentur, neque vlla Christianæ professionis, ob quam tenebantur, mentio fieret. At qui reuelat profunda & abdita, non permisit vt machinationes illarum occultarum manerent, & ignota insidiarum. Nam quemadmodum olim mulier Aegyptia Iosephum in lecto apprehendens, licet speraret factum suum clam fore omnibus hominibus, non fuit tamen occulta, vel oculo illi soporis nescio, vel posteritati. Quippe quod absque arbitrio illa Iosepho dixit, id nunc toto vbique mundo canitur. Ita & ea, quæ per subornatos illos consiliarios dolosus rex agebat, sperans occulta fore, nequaquam manserunt occulta. Didicerunt enim posteri omnes & insidias dolosas, & triumphantium victorias. Denique cum multo tempore exacto alacritatem eorum non solum non frangeret multitudo dierum, sed potius studium & ardorem excitaret, æmulatoresque multos faceret, iussit tandem media nocte in barathrum eos abduci. Ducebantur itaque in densas

Plectuntur capite martyres.

tene.

tenebras luminaria, & decollabantur. Cæterum capita detruncata tunc diabolo magis terribilia erant, quam cum adhuc vocem darent: Sicut & caput Iohannis non tantum terrebatur cum loqueretur, quantum cum in disco mutum afferretur. Habet enim & sanctorum sanguis suam vocem, quæ non per aures auditur, sed occidentium conscientia inuadit & perstringit.

Matth. 14.

Post beatam autem illam cædem, quidam etiam cum salutis periculo, athletas illos optimos rapuerunt, etiam ipsi viui martyres, vt illorum reliquias curarent decenter. Nam quanuis non occidebantur, optabant tamen mori potius, quam vt corpora illa relinquerent inhumata: ita ad venationem eorum festinabant. Dicunt qui tunc affuere, & quibus corpora illa recens occisa videre datum fuit, quod iacentibus simul illis in sepulcro, talis quedam ex eorum oculis & vultu gratia resplicuerit, qualem in Stephano Iudeis responfuro fuisse Lucas dicit. Neque vllus est, qui non pio quodam horrore illis adhaerit: adeo adspetus ille afficiebat omnes. Quin & omnes clamabant in laudem eorum, id quod à Dauide dictum: In vita sua non sunt separati, & in morte non sunt diuisi. Pariter enim confessi sunt, pariter carcerem inhabitauerunt, pariter in barathrum abducti sunt, pariter capite mulctati sunt: & vnus vtriusque corpora tumulus tenet. Et vnū quoque tabernaculum in caelis eos excipiet, quando in maiorem peruenturi sunt gloriam, nempe immutandi.

Nota miraculum.

Act. 6.

2. Reg. 1.

Illos non indignum fuerit, & columnas, & scopulos, & turres, & candelabra, & taurorum simul appellare. Nam Ecclesiam sicut columnæ sustinent, sicut turres muniunt, & sicut scopuli omnes vndarum assultus repulerunt, multam interim ipsi seruantes tranquillitatem, sicut luminaria tenebras impietatis discusserunt: & sicut tauri, anima promptitudineque eadem, suaue Christi iugum traxere. Idcirco sæpè eos intuisimus, tumulos adornemus, magnaque fide reliquias eorum contingamus, vt inde benedictionem aliquam assequamur. Etenim sicut milites vulnera, in prælijs sibi inflata, regi monstrantes, fidenter loquuntur: ita & illi in manibus abscisa capita gestantes, & in medium adferentes, quæcunque voluerint apud regem calorum impetrare possunt. Proinde magna fide promptitudineque huc veniamus, quod & visis sanctorum monumentis, & consideratis eorum præmijis, inde varios thesauros vndiquaque colligamus: & per presentem vitam ita iuxta voluntatem Dei transeamus, vt in portum æternitatis cum multis mercibus ingrediamur, fruituri regno calorum in Christo Iesu Domino nostro, cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

Nota quæ à tanto viro dicuntur de his S. martyribus &amp; eorum reliquijs.

### VITA SANCTAE EVSEBIAE, QVAE COGNOMINATA EST HOSPITA, VEL EXTERNA, AVTHORE Simeone Metaphraсте.



Nona & aliena vita illius verè admirabilis Hospitæ seu Externæ, habet quidem breuissimam, & quam fieri potest maximè succinctam narrationem, alienam verò, & inprimis honestam. Quanuis autem sit adeo succincta, in certaminibus tamen & laboribus, & ijs, quæ rationem habent utilitatis, omnes ferè aut certè permultos superauit. Hæc enim mulier beatissima, magnique & maximè virilis animi, erat genere clarissima, si patria & parentes respiciantur. Nam hi quidem fuerunt illustres, non opibus solum & gloria, sed etiam pietate: illa autem fuit omnium ciuitatum clarissima & maximi nominis, nempe Roma antiqua. Nam cum ea ex eiusmodi parentibus nata esset prima & sola, genere quoque dignam habuit educationem, probè & ex virtute educa, & Christianè instituta, & quæ Deo gratam egit vitam.

Genus eius &amp; patria.

Cum autem iam esset nubilus, petitur à quodam ex ciuibus, qui ipse quoque erat clarus, & genere simul & diuitijs sponse conueniebat. Atque puellæ quidem parces, cum in nulla desponsationem possent reprehendere, sed sciret esse dignam & congruentem alterius cum altero coniunctionem, assensu sunt affinitati, & adspexerunt ad matrimonium, diesque fuit præstitutus, & iam parata erant omnia. Hospita autem illa, quæ

Quidam eam cupit habere spōsam.

erat magni & excelsi animi, & se dignam censebat præstantioribus, & ad aliū sponsum intruebatur immortalē: cum audiret verba fieri de his nuprijs, in quas cadit interitus, putabat esse nugas: & nec, ut eis assentiretur, omnino inducebat in animū, & nec erat villo modo affecta muliebriter. Ab illo verò solo sponso eius pendebat animus, eiusque amore & præcordia & cor valde sauciabatur, & ad ipsum rotum conuertebat animū. **Meditatur fugam.** Quamobrem statuit se clanculū subducere, parentibusque & domo relictis, se fugæ committere. Hoc autem versans in animo, alios quidem celauit: quas verò sciebat ex ancillis esse magna in se beneuolentia, & alioquē in multis suū magnam dedisse experientiam, quod non ut ancillarum, neque ad eū vt foeminarū, earum facile caperetur & expugnaretur animus: eas cum accersisset & iureiurando adegisset, eis aperte totam rem enunciat, quidnam consilij cepisset, & quemadmodum omnino constituisset effugere matrimonium. Deinde adiecit, quod si vellent, eas huius boni instituti assumeret socias. Hæc ergo dixit, & simul ea, quæ obstare videbantur, sapienter expurgauit, dicens, Nè de ea cogitarent aliquid, tanquam de iuuenula & thalamo educata, neque vererentur, nè eam sui poeniteret instituti, & nè ex eo non solum sibi, sed eis quoque afferret periculum: sed bono sint animo, & certo credant, quod & si vis omnis ingruerit, si ens, ignis & bestia, & si aliquid aliud ex ijs, quæ sunt aspera & molesta, inuasit, non eam ab hoc dimouebit proposito. Cum sic dixisset, eæ quoque parent prompto & alacri animo, & assentiuntur eidem instituto: & hoc quoque ausæ sunt adijcere magno & excelso animo, quod si tale quid ex ijs, quæ nolent, contigerit, se malle cum ea mori, quam si ab ea separentur, vt i rebus secundis.

Cum sic inter se essent assensæ, & pulchrè coniunctæ animis, tres autem eæ erant apud dominam, iam erant inter se & honore æquales, & seruæ, & moribus similes, parimente vtentes & pari studio, communiter subiectæ vni Domino, & ei vnita: & tempus quærentes opportunum, quo se expedire possent fugæ committere, & quæ non obseruaretur. Sed neque illos dies interiectiones statuerunt oportere in socordia & ocio transigere: sed se potius afflictioni dēdere & laboribus, se veluti prius exercentes & assuetos virtutis sudoribus. Earum verò domina & princeps huius pulcherrimi consilij, beata illa, inquam, Hospita, vt quæ sibi prius fugæ complanaret semitam, & hoc ageret, vt esset absque vlla offensione, vniuersum mundum muliebrem, qui erat tam in veste quam in auro & argento, inscientibus parentibus, per illas ancillas ferebat ad pauperes. Cum autem & hæc illi rectè haberent, & iam tempus adesset nuptiarū, tunc modum fugæ eis quoque suggestit Hospita. Mutatis certè vestibus, & vt oportebat eas, quæ erant virili animo, vestibus indute virilibus, ita clanculū egressæ sunt extra fores: simul silentes & gaudentes, vel potius ipsæ lachrymæ erant voluptatis & lætitiæ. Egressæ sunt ergo, Tu sis nobiscum, diceres, o fili Dei, & significa nobis viam, qua sumus ingressuræ, ad te enim totam mentem & animam sustulimus. Eis autem ingredientibus, beata illa rursus coepit eas admonere: Nihil o sorores, (sic enim sum vos deinceps vocatura) nihil, inquam, ex terrenis rebus vos ad se conuertat, nec pulcherrimi consilij vos vlla subeat poenitentia. Hac enim via non inuenerit aliquis quicquam beatius. Nam siue spectamus præsentia, sumus remore ab omnibus turbis & negocijs: siue velimus considerare futura, neque mens, neque oratio potest ea bona comprehendere, quæ eos manent, qui hanc vitam elegerint. Cum eæ hæc verba audirent in itinere, accēdebantur animis, & ea spe, quæ est ex Deo, magis confirmabantur.

Cum autem fuissent prope mare, paratum inueniunt nauigium, & iam enaui gaturū, cum nec id quidem eis sine Dei numine accidisset. Quod cum ascendissent, & vêtum secundum noctem essent, breui perueniunt Alexandriam. Deinde cum illinc soluisent, veniunt rursus in Coinsulam. Omnia enim faciebant ad hoc, vt laterent, & vt quaestata, minimè agnoscerentur. Quinetiam eis alioquē placuit à via hinc quiescere, & corpora & animos recreare, vt potè quod & apta esset insula ad quietem præbendam, & multum conferret ad hoc, vt non possent deprehendi. Postquam ergo fuere in tuto, muliebrè rursus habitum suscipiunt. Deinde cum habitaculum in separato quodam loco mercede conduxissent, illic studiosè diuinæ vacabant philosophiæ. Hoc autem præcipuè magno studio contendebat Hospita, vt nulli esset manifesta, nec ipsa, nec eius vitæ institutio, sed omnino ignota hominibus, sic Deo magis esset cognita. Nam & famam alioquē verebatur, & dubitabat nè sui parentes eam valde quærerēt. Sciebat enim non esse

Respuit nuptias.

Meditatur fugam.

Ancillæ alii quot ei se adiungunt.

Res suas pauperibus elargitur.

Capessit fugam.

Venit cum suis Alexandriam, inde in Coinsulam.

Studet soli Deo esse nota.

rem quæ negligatur, nec quæ facile ferri possit, charissimæ filie amissionem amantibus parentibus, sed cuius inuentionem vel anima lubenter commutarent. Et idèò quotidie præcipiebat ancillis, vt diligenter cauerent, nè cui arcânū aperirent: & si quis, inquit, de meo nomine interroget, dicite me non Eusebiam, sicut te vera vocor, vocari, sed Hospitam. Sum enim, vt videtis, hospita. Sicq; fiet, vt & vos sitis puræ à mendacio, & vos ipsas conseruetis ignotas. Et hæc quidem illis dixit.

Cum autem studeret inuenire aliquem, qui eis præceset ad salutem, non aliàs eum, nisi à Deo voluit inuenire. Inclinat is itaq; vnà cum corde genibus, orabat lachrymans: Deus qui vbi quæ ades, dicens, & nos sic vides errantes, nè nos despexeris, nè nos reliqueris, propter quem parentibus & domo relictis, peregrè versari delegimus: sed tibi placeat, seruatore aliquid & tutum via ducem, & non errantem, ad nos mittere, sicut olim Teclæ Paulum: & cuius sequentes vestigia, possimus nos miseræ & abiectæ tuam viam ingredi. Ea hæc orante, eis inuentum est illud Oseæ, nempe, Sicut matutinū paratus Deus, noctem dissoluens rerum difficiliū. Protinus enim visus est eis homo quidam, ascendens è portu, canis capillis, formam præ se ferens monasticā, ad specu præclaro, & vt dixerit quispiam, omni ex parte angelicus. \* Et cum vidisset virgo Christi, & spiritali gaudio est repleta, & currens præhendit pedes: in eos quidè fundens lachrymas: petens autem, vt non eas omnino despiceret: sed desiderantibus salutem attenderet, & non intermitteret docere, ad monere, in eam viam, quæ ducit ad Christum, deducere, & vt semel dicam, externis omnia effici.

Cum autem vidisset monachus sic affectam virginem, & quænam essent interrogauit protinus, & quemadmodum sic errarent in insula. Postquam autem intellexit esse quidem eas genere Romanas, externas verò & errantes propter Christum, & quod procedere & videri ab aliquibus ex ijs, qui hinc sunt, & turpe est, & non est omnino ferendū. Atqui, inquit, vos quoque volo cadē de me existimare. Nam ipse quoque sum hospes, & huius loci omnino ignarus, vt qui è sacris locis modò enaui gauerim. Postquam enim illic sui gratia orationis, ad meam nunc descendo patriam. Eum itaque interrogauit beata, cuiusnam esset ciuitatis, & quanam esset dignitate præditus. Existimabat enim eum esse episcopum, quantum conijcere poterat ex habitu. Ille autem, Patria quidem, inquit, mihi est Caria: ciuitas verò, Mylasa. est autem mihi talis vestimentorum habitus, quod sim Presbyter, & paruo cuidam gregi præsum, magni, inquam, ex Christi discipulis Andree, nomen autē mihi est (nam hoc quoque voles fortasse scire) Paulus. Eam verò, cum hoc nomen, Paulus, audisset, cepit non parua admiratio, quod cum orasset talem sibi dari magistrum, qualis Teclæ apparuisset Paulus, preces Deus celerrimè, vel potius ante preces eam exaudisset, vt illud dicamus Davidicum, In cordis præparatione: & hic qui erat ei appariturus Paulus, non solum rei, sed etiam nominis futurus erat socius. Cum lachrymis ergo impleret oculos, Deo quidem magnam gratiarum actionem, Paulo autem obtulit supplicationem, vt esset ei pater secundum spiritum, & tota penderet ab eius cura & prouidentia. Ille verò, Si hic quidem, inquit, sitis, nō potero vobis amplius prodese, vt qui ipse quoque sim hospes, & in vos in trāsitu inciderim: & maxime cum nec possim quidè amplius expectare. Oportet enim, inquit, nos reuerti, gregem nostrum visitaturos. Vos autem, si völetis, abeuntes nos sequemini. Sic enim ipse quoque pro viribus curæ vestram gerendæ non deero.

Cum eæ autē id, quod dixerat, lubenter accepissent, & se eum esse secuturas significassent, ijs acceptis, soluit in Mylasam ciuitatē, datq; eis habitacula ad quietē accommodata prope templum: quo in loco domum quoque oratoriam excitat Hospita Stephaniano protomartyri. Intra breue autem tempus construit etiam monasterium virginū, id quoque sacre Pauli curæ committēs. Toto verò tempore eius vitæ nemo cognouit, quænam esset, nec cuius, & propter quam nā causam à suis recessisset, & quomodo vocaretur: sed dicebat omnibus, se vocari Hospitā: & dicebat hoc sibi esse nomē propriū, & dicendo persuadebat. Porro autem beatus quoque Paulus dicens interrogantibus se adduxisse illas ex Coinsula, nec incredibilia nec falsa videbatur dicere. Quocirca earū quoque monasteriū dicebatur esse Coorum, sequente scilicet nomine multorum opinionem, & ea quæ fama iam stabantur. Cum autem Cyrillus, cui fuerat commissus ciuitatis episcopatus, tunc è vita excessisset, communi ciuitatis suffragio decernitur, vt in Cyrilli sede Paulus succedat: quod quidem & statim finem accepit, & is fuit ordinatus.

Osee 6. Presbyter quidam diuinitus ad eam mittitur. \* Eum cum

Psal. 91.

Aedem &amp; monasteriū construit Eusebia.

Fit diaconiffa.

Iam verò is creatus Mylaffenus Antiftes, Hospitæ quoque perfuadet, vt ad ſacrum gradum aſcendat, & eam ordinat Diaconiffam. Quæ quidem, poſtquam fuit eius fidei mandatus honor Diaconatus, quem merebatur quidem, inuita tamen accepit: dici non poteſt, quantis corpus tradiderit laboribus, & maximè quod erat aſuetū delicijs & lautitijs omnibus, quandam verè nouam & alienam vitam ſectata & planè externam, & veluti materiæ expertem & incorpoream: adeò vt auſteram eius vitam vel procùl horrent damones, & nec auderent ad eam omninò accedere. Quæ quidem cum ſepè quidem ſolueret intenſam & aſperam exercitationem, non intra duorum aut trium dierū ſpatium comedebat. Quando autem ad certamina accuratè & exactè aggrediebatur, etiam ad ſeptem vſque dies permanebat ieiuna, pugnans cum naturæ legibus propter legem ſpiritus. Quinetiam cum ſic quoque vix tandem accederet ad cibum capiendū, & ad corpus propter vinculū intueretur, à vino quidem & oleo, & ab oleribus & leguminibus, & à quolibet, vt ſemel dicā, quo igni admoto vtimur, omninò abſtinebat. Porro autem nullum quoque fructum omninò guſtabat, ſed ſolo pane ſatisfaciebat neceſſitati naturæ: & nec eum adeò leuiter & citra laborem admittebat, ſed eum lachrymis irrigabat, & thuribuli cinere adſpergebat, vt nec ipſum quidem veſci, quod communiter laborioſis ſolet eſſe mediocriſ conſolatio, ei eſſet citra laborem, & liberum à mali perſeſſione.

Pſalm. 101.

Pſalm. 126.

Fuit autem Hospitæ hic ſe nutriendi modus per totam ſuam vitam, adeò vt ipſa eum diuino Dauide cinerem tanquam panem comederet, & potū cum fletu miſceret. Hæc autem faciens, & ſic panem doloris comedens (vt rursus dicam, quæ diuinus David) etiam ſi alias ex fororibus, eas tamen duas, quæ ei aſſidebant, & fugæ fuerant ſociæ, latere non potuit, clam enim adſpiciebant, quæ ab ea fiebant, ita vt ipſe videntes, nō viderentur: immò verò non ſolum videbant, ſed etiam eam pro viribus ſtudebant imitari. Cum autem tam parè & non niſi neceſſitate compulſa aleretur, non formaliſe ſomno aliter utebatur, & ſic vim conſolabatur corporis, idq; multa laborans inedia & veluti concidens, ſuſtentabat & recreabat? Nequaquam. Sed tam toleranter quidem ieiunabat, vt vel hoc ſolum ſufficeret ad diſſoluendū robur corporis, etſi nihil eſſet aliud, quod eam affligeret. Plus autem vigilabat, quam ieiunabat, & ſic carnem aſſigebat, tota manu ferens opem ſpiritu. Id verò ex hoc eſt euident, quòd eum ſe, vt ſolebat, dederet orationi, ſole iam occidente, non priùs quam venirent ſorores ad cantanda matutina cantica, ſoluebat orationem: ſed nonnunquam deprehendebatur ab eis tollēs manus. Aliquando autem cum veſperè humi inclināſſet genua, tota nox eam ſic tenebat iacentem & deſentem, & Deum vehementer orantem: & quod eſt omnium maximè admirandum, cum illa ſic ſe in vita exerceret, tanta erat eius humilitas, vt nullus ex ijs, qui ſe gerunt improbiſſimè, poſſent ea, qua ipſa erat, eſſe moderationem.

Mirabiles vigilæ.

Nota matutina cãtica.

Eius humilitas.

Virtutes.

Vestis.

Et vt alia omitram, quæ aſſerrent moleſtiam propter multitudinem, ea quidè certè, quæ ſunt eius maximè propria & longè apertiſſima indicia, tradam pijs animis, nempe inſignem manſuetudinem, & quòd à nemine vnquam viſa ſit irata: charitatè, quæ ſorores ſummo complectebatur amore, & earum curam gerebat: inanis gloriæ magnum odium, indumentorū, quæ vel idiorè conueniret, vilitatè, & cui nullius aquare poſſet, frugalitatem. Tales enim erant egregiè illius virginis veſtes, quales vel ex ijs, qui in foro mendicant, dedignatus eſſet aliquis videri geſtare: cordis ſummam tranquillitatè & ſerenitatem, quæ ad profundum vſque adeo proceſſerat, & eam acceperat qualitatè, vt ex externo habitu eſſet euident. Poſtremò id, quod erat præferendum ceteris, quòd eſſet ſemper cogitabunda & attentata, & planè eiufmodi, vt non gaudio diſſunderetur. Ex quo hoc conſequebatur, vt nunquam viderentur eius oculi inanes lachrymis: ſed ſemper parturirent aliquid, non ſecus à fontes, ex quibus aqua ſemper ſcaturit.

Dies feſtus B. Ephraim epiſcopi Mylaſſen.

Porro autè cum ea eſſet à vita exceſſura, erat quidem dies feſtus beati Ephraim, non quem aluit Syria, ſed qui erat ciuitati notus & familiaris: qui, inquam, præclarè rexerat ad vicū Leucen. Illic enim erat & templum, & diuini Ephraim erant ſacræ reſpoſitæ reliquiæ, & feſtum celebrabatur ſplendidè. Illa verò, cum ad ſe omnes ſorores accerſiſſet, his verbis apud eas coepit vti, quæ magnam habebar moderationem, & vnà cum moderatione coniunctum amorem in ſorores: Domine meę, dicens, & ſorores, ego quidem magnā, quam meę geſſiſtis, curam rectè ſcio, & quemadmodum cum eſſem externa & errans, meam

meam ſuſcepſiſtis imbecillitatem, & intra veſtra viſcera poſueritis: meque benignè vobis effeciſtis familiarum. Sed nunc mihi vobis eſt opus, valdè, inquam, eſt opus, vt nec cum receſſero, me mandetis obliuioni: ſed multò magis amorè augeatis, & meę memoriam in veſtris ſanctis animis deſcriptam & impreſſam conſeruetis: & quando ad Deum accederis, & ſanctas manus ad ipſum tolletis, meæ quoque humilis & abiecta, & quid aliud, niſi veſtræ ancillæ? ſitis memores. Sic ego ero viua & immortalis, & poſt ſinem ſi vilis eſt ſenſus, valdè lætabor. Nunc enim quantum poſſum videre, mihi finis imminet, & quædam premit moleſtia, & inexplicabilis metus cor meum agitat, nē ſint mihi impedimento multa mea peccata, & arceant ab ea, quæ ad Deum tendit, via: ſed inueniam ſacras veſtras preces bonas duces, & hanc mihi viam reddentes facilem & expeditam. Porro autem illud quoque meum non parum conturbat animum, quòd & à Paulo abſum communi noſtro patre, qui precatus eſſet pro meo deceſſu, & effeciſſet, vt non bona ſpe deſecta illuc proficiſcerer. Sed vos id ei cum venerit dicite, & pro nobis vehementer orate, nē me obliuiſcatur Hospitæ, quam ipſe conuenienter Chriſti dicto collegit, & ipſa hanc viam deduxit.

Hæc cum ea diceret, omnibus lachrymæ profluebant ex oculis, & dolore, qui dici non poteſt, earū cruciabatur animum, & graui mœrore affligebantur: & vt potè communi & filiarum amantiſſima matre recedente, in orbem circunſiſtentes, deſebant orbitatem: multò autem magis duas ancillas, quas & fugæ & vitæ, quæ in externa regione acta eſt, habuit ſocias, attigit motus animi. Cum itaque multus, vt par eſt, fletus luctusque & tumultus eſſet excitatus, ei quoq; earum miſerenti calidæ decidebant lachrymæ. Cæterum & ipſa cito ad ſe redijt, & illas eſt exhortata, vt relictis fletibus, ſcipſas componerent, & hoc potiùs conſiderarent, nē in fine ipſæ eſſent dignæ, quæ deſteantur. Oportet enim, inquit, vos prudentes imitari virgines, & accendere lampades, & hoc curate, vt in veſtris vaſis accipiatis oleum. Porro autem diuinorum quoq; verborum meminit, quòd non tardat Dominus. Veniet enim dies Domini ſicut fur. Cum verò poſt admonitionem lugere magis pergerent, & lecto hærent valdè miſerabiliter, & nec minimū quidem ab eo diſcedere ſuſtinerent, ipſa cum & manus & oculos ad cælum ſuſtulſſet, & oculorum lachrymis internam animi ſignificāſſet affectionem: Deus, inquit, qui in hodiernū vſque diem omnia mihi fuiſti benigniſſimè pater & mater & nutritrix & patria, ſolum & iucundum mei hospitæ ſolatium, ipſe quoque Domine dignare me manè ſuſcipere in ſupernam patriam, tuam ciuitatem Ieruſalem. Memento autem harum quoque omnium, quæ mihi ſecundum ſpiritum coniunctæ ſunt vt ſorores, & conſerua eas ſuperiores omnibus maligni dæmonis inſidijs. Harum quoq; duarum mihi præcipuè conſeruarum memento tu, qui bonus es, & quomodò in hac, quæ eſt ad tempus, vita, & fugæ, & laborum, & aliorum, quæ in externa regione feruntur, malorum ſuere ſociæ, & à me perpetuò manſere inſeparabiles: ita vt nos quoque illic ſimus inſeparabiles, & beata tua vita fruamur concede.

Hæc cum precata eſſet, rogauit ſorores, vt eam parum dimitterent. Quod quidem cum factum eſſet, & ille eſſet egreſſa, è lecto deſcendit Hospita, & venit ad oratorium. Deindè incluſa, cum genu flexiſſet in terram, intensè orabat, duabus ancillis extrinſecus eam contemplantibus. Cum ea ergò diutiſſimè produceret orationem, vident repente lætam & claram lucem domum circunfulſiſſe: & cum ſuaucem, qui dici non poteſt, ſenſiſſent odorem, cui nulla poſſunt conferri, quæ ſunt in terra, aromata, ſtatim fores aperiant: & cum ſimul irruiſſent, (ò diuinam prouidentiam) inueniunt Hospitam feliciter obdormiſſe, & ad quem deſiderabat Chriſtum eſſe proſectam hora ſexta diei ſabbati. Egreſſæ ergò cum ſtentes & vociferantes ſorores conuocāſſent, eam circunſtabant, & omnes ſimul plangebant. Deus autem volens deſupèr oſtendere, cuiuſmodi lux celabatur in occaſu huius vitæ, maximo ſigno eam honorat poſt mortem. Cum enim eam iam reliquiſſet anima meridie, eſſetque aër ſerenus, & ſol reſplenderet clariſſimè in cælo apparet veluti quædam corona, quæ ſtellis circulum circunſcribebat: in medio autem coronæ cernitur crux, quæ ipſa quoq; erat ſtellis lucidis figurata. Cum ergò miraculum ſic eualiſſet manifeſtum omnibus, epiſcopus Paulus, qui in Leuce viuo adhuc agebat, cum hoc præter ſpem ſpectaculum ſuis acciperet oculis, diuino ſpiritu motus, ijs qui congregati erant, dixit: Domina hospita dormijt, & hoc eſt eius ſignum coronæ & crucis.

Fff 4

Poſtquam



Illustratur  
vrbes san-  
ctorum reli-  
quijs.

Adoravit,  
pro, vene-  
ratus est.

Res admir-  
abilis.

Multi agra-  
curatur tan-  
ctu lecti ei-  
us.

Lintea, re-  
liquijs eius  
imposita,  
sanat mor-  
bos.

Postquam autem ab eo fuit peractum sacri mysterij ministerium, magno studio il-  
linc recedit: vna verò cum eo iuit reliquus quoque, populus. Deinde cum ingressi essent  
ciuitatem, vident Episcopum nihil esse omnino falsum sua predictione, sed eadem ho-  
ra Hospitam a rebus mundanis verè fuisse externam, qua illud signum apparuit, & hic  
vir diuino spiritu afflatus, de eo est hæc locutus. Cum toto ergo populo concurrebant  
omnes viri & mulieres, cum magna vociferatione & admiratione dicentes: Gloria ti-  
bi Christe, gloria, qui noluisti talem thesaurum latere in terra. Gloria tibi omnium opi-  
fex, quòd paruum nostram & in hodiernum vsque diem obscuram ciuitatem, tam il-  
lustrem reddideris, & dedisti, vt possit de tali gloriari thesauro. Et sic quidem omnes  
communitè, multò autem magis multitudo mulierum, quæ simul quidem motæ &  
calore naturæ, & quòd eam, quæ erat eiusdem sexûs, viderent adèd admirabilem, non  
potentes se continere, magno impetu accedunt ad Pontificem: Nè nos, dicentes, ce-  
laueris laudem nostræ ciuitatis, margaritam nè infoderis, hanc communitè deduca-  
mus: lucernam feramus publicè. Videant omnes non esse reiiciendas foeminas, vt  
quæ non sint infames. Videant cuius regis sumus ancillæ: Videant gentiles, videant  
Iudæi, & vultus suos tegant præ pudore: cognoscant quisnam sit ab eis crucifixus, &  
plangent. Atque sic quidem foemina.

Episcopus autem cum ad lectum accessisset, & cum quanta dici potest reuerentia  
ceruicem inclinasset, corpus adoravit. Quinetiam sacerdotum reliquus chorus & vni-  
uersus clerus eundem iacenti exhibebant honorem. Sicque lectum ferentes, multis co-  
mitantibus lampadibus & sua uolentibus aromatis, per mediam duxerunt ciuita-  
tem. Illarum verò stellarum corona, & que cum ea erat crux, cum lectus quidem se-  
rebat, ipsa quoque sequebatur: cum stabat autem, stans quoque apertè cerneba-  
tur: & propemodum lectum ostendens, & loquens quòd illa sit propter ipsum, & eod-  
ce & stet, & moueatur. Fama verò miraculi citò peruenit ad externos, omnesque pro-  
tinus id visuri concurrebant: vt ciuitas esset propemodum nimis angusta ciuitati. Cum  
totam ergò illam noctem sic vigilasset, (erat autem dies Dominicus) cernebant sic  
quoque multas fieri curationes. Quicumque enim vel morbo diuturno erat detentus,  
vel immedicabili aliqua affectione, non multis opus habebat laboribus, non pecuni-  
js, non tempore & mora: sed satis erat solummodò ad lectum accedere & tangere:  
eratque contactus prorinùs liberatio à quolibet, quod premebat.

Cum autem iam dies illuxisset, & esset hora tertia, ubi peruenerunt ad locum, qui  
vocatur quidem Sycinium: situs verò est ad partem Australem ciuitatis, quo quidem  
in loco mandarat Hospita vt sepeliretur: eam sepeliunt, vt quæ lege quidem mortis hu-  
mili sit condita, virtutis autem ratione ubique prædicetur. Cernebatur autem rursus  
& circulus & crux facere similia, nempe & ingredi cum lecto: & cum staret, consistere:  
simul ac verò is fuit terra absconsus, ipse quoque latuisse, & non apparuisse amplius.  
Cum eam ergò sic deposuissent, & vt par erat vnxisent, lintea, quæ erant imposita re-  
liquijs, eiusmodi esse duxerunt, vt pro eis depugnarent. Episcopus scilicet & ij qui ad-  
erant: & cum veluti quandam hereditatem ea inter se diuisissent, à morbis & affecti-  
onibus & à quolibet alio, quod egrè esset, liberationem per illa se habere credebant.  
neque spe falsi fuere. Quinetiam locus quoque erat plenus curationum, cui obtigit, vt  
sacrum eius corpus conderet, thesaurum qui exinaniri non potest & consumi. Non  
multum intercessit temporis, & fideles eius ancillæ, aut Dei potius gratæ seruæ, è vita  
excedunt, & ad pedes Domine sepeliuntur, ex veritate magis ostendi volentes, quam  
ex eo, quod erat humilitatis legibus dispensatum: & vt per propinquitatem simul cer-  
neretur amor & beneuolentia, & seruitus rursus & subiectio per ordinem.

Ex quibus cum quæ primò erat mortua, de sua fuga nihil aperuisset, quoniam se-  
cunda quoque erat paulopost moritura, sorores eam sacramento quammaximè hor-  
rendo adiurantes, efficiunt vt nihil celet ex ijs, quæ facta fuerant, & statim omnia ve-  
rè narravit: Vndenam venerit sancta, & quibusnam claris orta sit parentibus, & qua-  
nam ei fuerit causa erroris & fugæ, nempe Dei amor inexpugnabilis, propter quem  
& maximos labores & immodicam sustinuerunt afflictionem: & quodnam esset eius  
nomen proprium, nempe Eusebia, ita enim nominabatur à diuino baptisate. Im-  
posito autem nomine, maluit illa vocari Hospita, propter quòd à rebus mundanis esset  
planè hospes & aliena: & etiam vt magis lateret, cui latere gratum erat.

Paucis

Paucis verò post diebus beatissimus quoque Paulus emigrat gloriosè, qui fuit re-  
vera bonus pastor, suamque vitam post mortem comprobauit miraculis, & cum alijs  
eo quoque diues est Mylassa ciuitas. Templum verò Andree Apostoli eius corpus tan-  
quam sacrum suscipit. Sunt verò nunc ij Mylassa ornamentum, turres quæ rumpi ne-  
queunt, thesauri sine sumptu, & bonorum omnium suppeditatores: In gloriam patris  
& filij & sancti spiritus, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Nota de  
reliquijs.

VITA S. PRAEIECTI, ARVERNORVM EPI-  
SCOPI ET MARTYRIS, ET SOCIORVM EIVS,  
per F. Laurentium Surium reddita aliquot locis

Paraphrasticòs.



BEATVS Præictus claris apud Aruernos ortus natali-  
bus, parentes habuit Gondolenum atq; Elidiam: & qui-  
dem cum necdum in lucem esset editus, caelesti reuelati-  
one indicatum est, quis quandoque futurus esset. Cum  
enim materno adhuc gestaretur vtero, eiusmodi visio ge-  
nitrici eius oblata est. Videre namque sibi visa est infantem  
per ipsius latus egredi, vnde, instar sanguinis rubentis,  
baptisate ablutum. Eam rem mater ad quendam Dei ser-  
uum retulit, à quo hoc tulit responsi, puerum ex ipsa na-  
sciturum, magnum quandoque in hoc seculo futurum,  
& cum palma martyrij ex hac vita decessurum. Deinde  
natus est puer sanè elegans, & infantiae annis præteritis,

IANVAR. 25.

Visio eius  
matri obla-  
ta.

apud Iciodorenses scholæ traditus est, vt literis in illa ætate tenera imbueretur. Nec de-  
erat puero gratia caelestis, cuius beneficio præ cæteris condiscipulis non cõtemnendos  
faciebat in literis progressus. Vt autem viderunt parentes eius & literis & canandi pe-  
ritia cum instructum, Genesio archidiacono, qui postea factus est Aruernorum episcopo,  
cum commendarunt: qui cum animaduerteret præclaro illum ingenio & specta-  
ta indole præditum, atque studio accuratiori educatum, primò illius fidei tradidit pe-  
cuniam, vnde pauperes sustentabantur. Postea verò maiori accedente eruditione, non  
raro etiam suis cum volebat cõsultationibus interesse. Sed quia in aliena felicitate ple-  
rumque lividis dolent oculi, putantque improbi ipsis decedere, quicquid alijs accedit,  
Clerici quidam Præicti prosperis successibus miserè discruciat, arte quadam id effi-  
cere conati sunt, vt pudore afficeretur. Itaque cum adhuc puer esset, Martinum can-  
torem incitant, vt eius cadendi quandam occasionem caperet. Lubet ille, vt puer can-  
tum reddat, quem vix breui temporis spatio illum audierat præcipientem. Sentiens au-  
tem probus & innocens puer struclas sibi tendiculas, mentem refert ad Dominum Ie-  
sum, diuinam illius implorat opem, simul etiam Iuliani martyris suffragia ambiens ani-  
mo pio ac religioso. Ibi tum sancti spiritus adspirante gratia, ea facilitate cantum me-  
moriter reddidit, vt eam canendi haud vulgarem peritiam non nisi diuinitus illi pue-  
ro præstitam omnes perspicuè intelligerent: sicque factum est, vt inuidentia rei noui-  
tate obstupefacta, in admirationem verteretur. Sed hæc illius, nullo dubitante, sunt do-  
na & opera, qui armentarium sycomoros vellicantem, prophetica gratia perfudit.

Traditur  
scholæ.

Indè Gene-  
sio Archie-  
diacono.

Pateur  
umulos.

Amos 7.

Præicti  
virtutes.

Porro autem cum bonis polleret moribus, ab eo, quem iam diximus, antistite Icio-  
dorensibus præfectus est. Itaque licebat videre eum castitatis studio conspicuum, cha-  
ritate eximium, incumbentem precibus, ieiunijs deditum, scripturis lectitandis in-  
tentum. Ipsis autem sanctæ Quadragesimæ diebus hominum secularium declina-  
bat commercia, & cum domesticis fidei duntaxat, victus parsimonia, humilitati & ele-  
mosynarum largitati vacabat. Vt autem die quodam multi ad eum elemosynæ pe-  
tendæ causa pauperes accesserunt, didicitque vir sanctus ex ministro suo, non nisi du-  
os nummos aureos ipsi superesse: ad se crumenam apportari iubet, Iesumque in-  
tra se tacitis pulsans precibus, mox se sensit non frustra illius benignitatem implorasse.  
Nam intra crumenam paucissimi illi nummi caelesti benedictione vsque adèd au-  
cti sunt, vt toti ad fores consistenti pauperum cateruæ sufficerent. Et quid mirum ad  
preces

Miraculū.

preces fidelis serui illum creasse in sacculo pecuniam, qui sua virtute extendit caelos, manumque aperit, & implet omne animal benedictione?

*Psal. 144.*

Aderant quandoque illi conuiuia à carnibus abstinentes. Ibi verò ille non nihil cepit esse anxius, quòd piscem, quem illis apponeret, non haberet. Fortè autem accidit, vt aqua ad ministerium decesser. Abijt puer cum situla ad fontè, & cum hauriret aqua, prater omnem expectationem simul piscem hausisse se sensit. Eum verò adfert Praeictus, abundè hospitibus illis suffecturum. Erat hoc quoque illius munus, qui annis quadraginta populum Israëliticum manna caeli pavit in deserto.

*Exo. 16.*

Iam Paschalis solennitas agebatur, & Praeictus Aruernos properat ad episcopum. Die autem quodam in superiori domus loco conuiuium instruxerat, cui etiam ab illo inuitati intererant multi laici & nobiles: è quibus tres nolebant vesci carnibus. Et quia semper grauis est pranis mentibus vita bonorum, coeperunt illos irridere viri seculares, probra etiam & conuicia iactare. Admonentur interim à sancto viro, vt quos venerari potius deberent, eos desinant indignis modis exagitare & carpere. Illis verò se nihil corrigentibus, subito pavimentum cum irrisoribus deorsum ruit, & solus Praeictus cum illis poenitentibus ad mensam relictus est. Ita temeritas cito poenas dedit, & pudescit irrisores, ad suas domos abiére.

*Poenā irrisorū deatū quorūdam abstinentiam à carnibus.*

Hoc ferè tempore Praeictus Diaconus ordinatus est: eratque cantus egregie peritus, sapientia affluens, multa sanctitate clarus & illustris, omni que prudentia ornatus. Et quia non poterat Ecclesiae lucerna abscondi sub modio, posita super candelabrum, suae lucis radios praclare diffudit. Nam certamina egregiorū martyrum Cassij, Victorini, Antoliani, & Austremonij, caeterorumque sanctorū, qui apud Aruernorum urbem, vt suam in Christum fidem & amorem testarentur, sanguinem suum libentibus animis profuderunt, luculento conscripsit stylo. Ostendit sanè optasse se participem fieri calicis illius, quem ipsi biberant, qui tam accuratè illorum res gestas scripto voluit comprehendere.

*Eius quaedam scripta.*

*Praeicitur monasterio Candidi nensi.*

Aliquanto deinde euoluto tempore, Felix, qui tum Aruernorū erat Episcopus, Candidinensis coenobij praefecturam Praeicto demandauit. Ibi vir sanctus non negligenter attentus fuit ad disciplinam monasticam, & tam animarum lucra, quam aedificiorum structuras in melius prouehendas curauit. Erat verò paries domus cuiusdam quadraginta pedum altitudine: qui cum instauratione haberet opus, vir Dei res necessarias parauit, artificesque conduxit: qui cum iam in machina starent, repente ab ipsis fundamentis vetus ille paries collabatur, vnumque ex operarijs ita sua mole oppressit, vt inter rudera nusquam illius quicquam conspiceretur. Ea res virum Dei valde anxium habuit. Itaque coram Christo magnam lachrymarum effudit vim: deinde iubet amoueri lapidum congeriem, vt posset vel quassatum cadauer sepulturae. Ecce autem dissectis lapidibus & ruderibus, homo ille adedò inuentus est sanus, & incolomis, acsi procul ab illa parietis ruina abfuisset. Sed id miraculi satis superque declarabat Praeicti virtutem, & quàm grata essent Deo eius opera.

*Praeclarum miraculū.*

Porrò Felice Pontifice vita functo, cum maxima pars Cleri populi que in Praeictum propensis esset animis, cuperentque illum habere antistitem, Archidiaconus eius ciuitatis Giroaldus, mala cupiditate incensus, contempto clero, laicorum quorundam vili consilio, ad cathedram illam largitione sibi aditum parauit: sed non nisi diebus quadraginta tam malè parta perfruitus dignitate, vitam vnà cum cathedra perdidit. Post hoc exemplum deterere eos, qui per fas & nefas ad honores & dignitates aspirant.

*Genesius renuit pontificatum.*

Rursus igitur Aruerni de eligendo praesule tractant, virumque in clytum & senatorij ordinis Genesium pastorem sibi deposcunt. At ille non minus prudens animo, quàm opibus potens, noluit temerè cum honoris gradum appetere, sed coram omnibus illo se indignum ingenuè confessus est: hortatur autem ciues, vt Praeictum sibi à rege Pontificem petant. Ità ille sapienter à suis humeris eam sarcinam auertit. Populo verò eius consilij obtemperante, omniumque fauore in Praeictum propendente, immò verò Spiritu sancto moderante & agente, communibus suffragijs Praeictus electus est, accedente etiam regis consensu & decreto. Cumque in eo officio & functione sublimi, postquam consecratus erat, angelica fulgeret conuersatione, gratias agebat DEO plebs deuota, quòd talem haberet ecclesia sacerdotem. Erat enim multiplex in illo gratia, magna morum suauitas, vultus hilaris, illustres oculi, sermo blandus,

*Creantur episcopus Praeictus.*

blandus, virginea corporis integritas, forma praclara, cutis candida, statura elegans, & omnium bonorum multa congeries. Quendam autem virum religiosum, Euodium nomine, sibi adsciuit socium, cuius opera multorum animos sacris cōcionibus ad appetenda caelestia inflammavit.

Coepit interea vir Dei Praeictus illum, quem supra diximus, Genesium adhortari, quandoquidem nullas haberet proles, vt Ecclesiam Dei sibi filiorum loco adoptaret. Cessit tandem vir nobilis benè monenti, atque in ipsius oppidi suburbio monasterium construxit, in quo ex monastica regula praescripto sacrae virgines Deo seruirent: reliquas verò amplissimas facultates suas post obitum diuersis est ecclesijs elargitus. Videbas tum, beatissime Praeicte, camelum transire per foramen acus, & hominem locupletè propemodum vim caelo inferre, & violentia quadam illud rapere. Exoneratur diues propter eum, qui ruit peccata mundi, gazarum & praediorum sarcinis, & per te alterum nobis Zachaeum representat: immò fortassis etiam illo non paulò existit sublimior factis, multa laude & praedicatione dignis. Ille vidit quidem Christum oculis carnis, quem tua doctrina & huius & aliorum oculis interioribus visendum exhibuit. Ille munus obtulit Christo, quem coram intuebatur: Genesius verò & si eum per fidem noverat, per te tamen & timere & amare eum melius spiritu didicit, eumque rerum suarum heredem ex asse instituit.

*Genesius suas facultates largitur ecclesijs.*

*Luc. 19.*

Aedificauit etiam vir Dei aliud virginum coenobium in Aruernorum territorio: nam antea quidem in ea regione nulla fuerant virginum monasteria constituta. Nofocomium quoque è suis facultatibus condidit: medicos egregios illi adhibuit, voluitque viginti morbosos homines illic semper foueri, quibus sanitati redditis, totidem aequè morbis affecti succederent, quibus curandis medicorum opera inferuiret: sed ad alia veniamus.

*Transfere vult sanctorum reliquias.*

Illatate, qua in Christi cultores tyrannorum crudelitas grassata est, integram legionem virorum fidelium vnà cum coniugibus ac liberis cruentus carnifex extinxit. Hoc sacras reliquias vir Domini Praeictus per certa loca voluit transferre: sed temporum perturbatione & propinqua morte, quam impij homines illi erant illaturi, praepeditus, quod coeperat, perfecte exequi non potuit, sed partim etiam suo successori exequendum reliquit. Porrò cum vnus ex his martyribus corpus transferre cuperet, solito more nocturnis celebratis vigilijs, rastro humum fodere coepit. Superuenit autem pauper quidam, qui iam annis quindecim aduersa laborabat valetudine, meritisque sanctorum integra se sensit sanitate donatum. Credimus autem hac in virtute etiam S. Praeictum quandam obtinere, & quia martyres venerans, eorum semper optabat fieri particeps, cum illis per Dominum huius quoque miraculi habere consortium. Neque id immeritò, quandoquidem etiam in fundendo sanguine illis sociandus erat.

*Paschae solennitas.*

Aderat Paschae solennis dies, & quidam ex ministris vas argenteum suffuratus est, quod eius fidei creditum erat. Id vbi ad viri Dei notitiam perductum est, lateretque huius sceleris author, nocte proxima in preces incubuit, moxque illi diuinitus & furtum & fur indicatur. Manè verò cum inquireretur in ministros, & singuli à se eius admissi facinoris suspicionem amolirentur, vir Domini ad locum caelitum ipsi monstratum quosdam misit, repertumque argentum est. Itaque furem illum cum multa mansuetudine clementer castigauit, nè similia deinceps attentare ausus esset. Ità ergò vir sanctus in peccatore suo discretionis & patientie virtutem seruans, & prodendo vitium, sanauit reum: & illi parcendo, à misericordiae legibus non recessit. Habes hic eiusdem spiritus manifestum argumentum, qui olim Eliseo ostendit avari discipuli audax & improbum facinus, tamen si corpore procul ab illo abesset.

*4. Reg. 5.*

Inciderat quandoque negocium, cuius causa aduendus esset viro Dei Childericus rex. In ipso autem itinere peruenit ad locum, qui Claroangus dicitur, in Morago, vbi milites Christi studio beatae paupertatis monasticam degebant vitam: à quibus cum esset hilariter acceptus, patrem monasterij Amarinum inuenit febre vexatum acerrimè, ità vt nec pedibus ingredi, nec quicquam alimenti praeter solam aquam posset admittere. Ibi vir Dei ad solita se recepit arma pietatis, crucisque signum in agro tum edens, mox pulsa febre, incolumem illum reddidit. Surrexit itaque Amarinus laetus, & noctem insequentem psalmis & hymnis exegerunt. Deinde vbi ad palatium regis

*Is est Childericus 2. regnauit circa annu Domini 668.*

\* alijs Be-  
lechildi,

regis Præictus peruenit, clementer ab illo susceptus est, & ab eius optimatibus summo honore & veneratione affectus: impetrauitque à rege quæcunque petijt & voluit. Postea verò regi & reginæ, dignæ Christi famulæ \*Blitildi, itemque regni proceribus valedicens, ad Aruernos redire maturauit.

Amarinus  
necatur.

Audiens autem vir Domini Amarinus, cuius paulò antè meminimus, pontificem Præictum ad sua incolumem reuertisse, ad illum inuitante charitate Aruernos profectus est. Fuit hoc quodam diuinæ prouidentie consilio ita dispensatum, vt qui magno inter se amore deuincti, magna erant beneuolentia coniuncti, pariter etiam martyrij coronam perciperent. Cùm autem aliquanto tempore sanctè & religiosè inter se conuersati essent, malignus dæmon antiquæ inuidiæ stimulis percitus, suos administratos in eos concitat. In ijs erat vir quidam primarius Agritius nomine, qui suis persuasionebus Aruernorum proceres in sanctorum virorum necem inflammauit. Erant autem pariter Præictus & Amarinus in loco quodam, quem Volonicum appellant. Ibi in eos simul irruunt homines nefarij cum multo fremitu & clāgore tubarū. Cùmque id audire cœpissent viri Dei, in terram prostrati, ad excipiendam mortem æquis animis sese præpararunt: at ministri eorum repentino timore perterriti, quotquot euadere poterunt, fugæ præsidia captarunt: demptis duobus solis, qui sancto Præicto constanter adhæserunt. Et alij quidem omnes, quos illa perditorum hominum fax inuenit, ab illis nudi dimissi sunt: porrò Amarinus foràs volebat egredi, & oratione illorū lenire furorem. Id vbi sensit vir Domini Præictus, eum compefcuit, dicens: Noli, pater charissime, præparatam differre coronam: quam si modò nō obtinueris, nunquam fortassis postea consequeris. His auditis, ille mutata sententia substitit, & duobus scarijs intrò ingredientibus, primus ab eis interfectus est. Et illi quidem sanguinarij homines se Præictum trucidasse putabant, iamque rursus ad suos socios volebant egredi: at sanctus Præictus ex loco illo, vbi orationi incumbabat, his vocibus eoscompellat: Ecce hic est, quem quæritis: facite, quod optatis.

Præictus  
in pectore  
fauciatur.  
Act. 7.

Tum verò vnus ex illis, natione Saxo, Radebertus nomine, sanctum virum gladio percussit in pectore. At ille rosæ sui sanguinis vnda perfusus, Dominū attentius precabatur: Nè statuas eis, inquiens, Domine hoc peccatum, quia nesciunt quid faciūt: præclarè sanè in illo supremo vitæ articulo illum imitatus, qui pro suis lapidatoribus Christum orauit: cuius sanè passionis, atque in ipsa morte eximie charitatis tūc egregiè memor erat, non dubitans ilicò calum sibi patefactum iri, si beatissimo protomartyri Stephano se possēt conformare. O insignem patiētiae & fortitudinis virtutem, quæ sanctorum animis multam in Christo parit lætitiā & iucunditatem. Currebat mente beatus martyr & pontifex noster per florigeros sacri Euangelij cāpos, quando corpus & animam pro vitæ, quæ Christus est, tradebat. Eo autem sic, vt diximus, orate, cruentus latro gladium in caput eius vibrans, cerebrum excussit. Ità illa sancta anima, corporeis iam expedita vinculis, Christo remunerante, inter sanctorum angelorum agmina læta migravit ad cælos, cum beatis martyribus felicissimè coronata: Impleta est eius marris visio, cuius in ipso historie initio fecimus mentionem.

Cerebrum  
ei cum vitæ  
excuitur.

Haud procul aberant, cùm hæc cædes fieret, senatores duo, Bodo & Placidus, qui in sancti viri necem consenserant. Ij deimprovisò tres vident micare stellas supra domū illam, in qua sanctorum corpora iacebant, è quibus vna cæteras claritate anteibat. Animaduertentes autem illi, Dei benignitate id eis videre donatum esse, tum ad sanctorū declarandam gloriam, tum ad ipsorum tanto scelere obstricta pectora ad pœnitentiā excitanda, magno correpti timore & terrore, dolere cœperunt, quòdin tam nefarium facinus consensissent. Satellites autem illi, qui sanctos viros peremerant, eorum corpora inhumata reliquerunt. Porrò scelestus ille Radebertus, qui sanctum Episcopum trucidauit, viuens à vermibus consumptus est, indignamque vitam digna morte finit. Aduenerunt autem paulò post multi presbyteri, sanctorumque corpora auferentes, summo cum honore & ingenti studio tumularunt: putà sanctum Præictum Episcopum, Amarinum Abbatem, & vnum ex ministris Præicti Elidium. Vt verò ostenderet Deus, quàm preciosa in ipsius conspectu fuerit mors sanctorum eius, ad illorum sacras reliquias permulta sunt edita miracula. Cæcis amissa reddebantur lumina, claudorum reformabantur gressus, contra cæcis redibat membrorum vsus, leprosi foetidissimam scabiem cum nativo corporum colore se commutasse gaudebant, captiuorum soluc-

Miracula  
ad sanctorū  
reliquias.

soluebantur vincula, fugabantur ab obsessis corporibus spiritus immundi. Quod vbi ad noticiam Auiti Episcopi peruenit, in eo loco, vbi sancti erant perempti, monasterium extruxit, templum ædificauit, eique monasterio Godonem præfecit Abbatem.

In eo loco, qui Riomaus dicitur, quidam acerrimè febre cruciatur. Is ergò votū fecit, si sanctorum ope & intercessione ab eo morbo liberaretur, de sua substantia suis se humeris ad iam dictam ecclesiam munus apportaturum. Vbi ergò habuit meliusculè, & quod vouerat, etiam complere vellet, præ difficultate ferendi oneris ad montis radicem lassus substitit: cumque anxius timere cœpisset, nè fortè mendax inueniretur, quosdam conspicatur aduentare pauperes, quibus impartiebatur vinum, quod in vasculo ferebat: sicque resumptis viribus, ad sanctorum martyrum limina properauit, ingrediensque intrò, vasculum iam inane ad templi fores deposuit. Rursus autè è templo egressus, Christi operante gratia, vas illud vino plenum inuenit. Itaque per merita sanctorum martyrum triplex hic miraculum Christus effecit: Reddita sunt vires languido, pauperum turba refecta est, vinumque ex voto reddendum, & auctum & susceptum est ab illo.

Quidam ex illis, qui authores fuerant necis sanctorum, Vrsio nomine, venationis causa egressus, de equo corruit, fractoque brachio dextero, etiam cætera membra sibi sensit debilitata. Adhibebantur medici, immò & incantatores: sed eorum omnia opera frustra insumpta est. Redijt ergò ille ad se, & suum facinus agnoscens, communicato cum vxore consilio, mittit eam ad sancti Præicti sepulcrum, vt ipsi veniam precaretur, & de oleo, vnde illic lampas perpetuò ardet, quippiam reportaret, vt debilia membra illo perungerentur. Quæ cùm ita ordine completa essent, dicto citius membrum suum pristino restituta vigori. Id ille vt vidit, vas argenteum pòdere librarum decem misit ad ornamentum loci illius. Postquam autem isthuc ad alios quoque perlatum est, qui eius sceleris erant participes, ad pœnitentiæ remedia confugerunt, atque aurum & argentum benè multum ad sanctorum martyrum sepulcra transmisere.

Erat in Aruernorum regione locus quidam, quem antiquitùs Verfetonem appellant. Ibi diuina maiestas non paucas dignata est virtutes edere, idque ad lectulum illum, in quo solitus erat vir Dei Præictus se ad capiendum somnum reponere. Accessit autem ad eum locus etiam Vrsio antè dictus, præcepitque ministro, vt aliquantulum olei in lampadem ecclesie infunderet. Totius olei pondus duas libras non excedebat. Paret verò minister, adfert vasculum cum oleo: & ecce Domino benedicente in tantam vbertatem excreuit oleum, vt non modò omnibus templi eius lampadibus implendis sufficeret, sed etiam apportatum sit ad alteram basilicam, quam Vrsio in S. Præicti honorem construxerat, & triginta Lampades indè còpletæ sint. At nec sic oleum exhaustum est, sed ex eo, quod supererat, ad alia quoque sanctorum loca transfusum est, abundeque suffecit. Hæc quidem ex prioribus S. Præicti miraculis excerpta, hic commemorasse sufficiat, vt nec prolixitas fastidioso lectori nauscam pariat, & ad laudandum Christum in sancto martyre incitetur deuotio populorum. Ipsum autem CHRISTVM Dominum oro, (itā ferè loquitur author huius historie) vt mihi det veniam, quòd multa præterij, dum tenui sensu vix pauca annotaui. Perseuerat autem hodieque ostensa per martyrem virtus altissimi, nec in sola Aruernorum ditione, sed etiam vbicunque illius sacre afferuntur reliquie, multuaria præstantur beneficia perentibus, Christi operante virtute, cui cum patre & sancto spiritu est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Ggg

VITA

**VITA S. POPPONIS ABBATIS STABVLENSIS,**  
 SCRIPTA AB EVERHELMO ABBATE ALTI-  
 montensi. De hoc S. Poppone vide præclarum testimonium Abbatis Spanbei-  
 mensis in Chronico Hirsaugiensis monasterij, itemque lib. 3. de Vir-  
 ris illustribus ordinis S. Benedicti : quibus locis ait eius festum  
 agi 8. Calendas Februarij. Sunt tamen alij, qui putent  
 eum necdum relatum in Sanctos. Stylum ali-  
 quot locis modicè correxit F. Lau-  
 rentius Surius.

PROLOGVS AVTHORIS.

Maiores præstanda obedientia.



**A**POSTOLICIS, atque etiam monasticis sanctionibus omnibus iam seculis fama & celebritate sua promulgatis, constat, quòd nemo suorum præcepta Maiorum vel tacito murmurantis animi nutu neglectui habere debeat: sed mox ad iubentis imperium, pronæ mentis intuitu parere: & licet cum detrimento sui pudoris sit, eum tamen ad iniuncta sibi, obedientiæ bonum debere. Talis ergo sanctionis occasione & ego conuentus, immò eorum, quæ monasticæ professionis sunt, nomine non merito contentus, qui vobis, mi venerabilis pater Euerhelme, iubenti parere ex obedientiæ debito habueram, multò magis vobis petenti ex charitatis debito annuere debueram. Iussionem certè, qua plurimum in me potestis, & cui ego, vt vestræ feruor sanctitatis, obtemperare debui, exclusistis, meaq; exiguitati petitionem pro imperio misistis, & vt beati viri Popponis gesta, nostris diebus iustitiâ & fide latè diuulgati, scriberem humiliter coëgistis. Et quomodò vestram humilitatem, qua in me, vt prædictum est, pro iussione vsus fuistis, laudabo, inscitiamque meam pro negotio, tam humiliter iniuncto mihi à vobis, excusabo? In vtramlibet quippe partem primis agendi conatibus deficio: quia neque vos humilitatis nomine laudare sufficio: neque me quomodò pro fragilitate mea in iniuncto mihi opere excusare possim, inuenio. Seruato tamen propensius æquitatis tenore, sic ratio vtrinq; mediè temperata procedat, vt nec vobis quicquam à me, quod absit, denegetur, neque tamen ruïnâ in tam arduo ac difficili opere fragilitas mea patiat: hocque fiat labore, de quo dicitur, Labor improbus omnia vincit: & voluntate bona, qua Deo nihil vnquam ditius offerri contigit. Per has etenim geminas res, laborem videlicet & voluntatem bonam, omnia volenti & currenti fiunt facilia, quæcunque ex immanitate sui videntur difficilia. Sed quia, vt scriptum est, Neque volentis aut currentis, sed Dei est miserantis: voluntati ac cursui meo Dei miseratio ex vestris precibus admisceatur: vt qui dar verbum euangelizantibus virtute multa, det nobis etiam verbum in virtute sua, ad beati patris Popponis virtutes enarrandas. Proindè hæc lecturis summo operè dicendum, nè cum scriptis apocryphis libellum hunc æstiment relinquendum: sed verè, licet nouum, fidedignis authenticisque scriptis interferendum, cum penè nihil in eo sit, quod non experientia fidelium, Deo in tanto viro operante, visu didicerit, atque exindè eorum, quæ viderant, fidem nobis præstiterint.

Labor & bona voluntas. Rom. 9.

Psal. 67.

VITA

CAPVT I.



**B**EATVS Poppo in diebus nostris Deo & seculis in omni virtute commendatissimus, atque vt alter Nathanaël, verè Israëlita & sine dolo probatissimus, Liffrogugij partibus ab Christianis & ingenuis parentibus editus est hanc temporalem in lucem, ex infusione sancti spiritus in ipsis crepundijs iam factus iucundus. Natus est verò Tizekino patre atque Adalunif illustrissima matre, septimo conceptionis suæ mense, præter solita nascentium tempora, potius hac luce. Vnde etiam pro vita eiusdem pueri parentes ipsius diffidentia cogitationibus agitantur, ac tam intempestiua & fragili infantia timentes sollicitantur, præsertim cum ab ipsis, vt primogenitus, tenerè diligeretur, & obtinendi eius similem, si illum amisissent, vix aliqua spes haberetur. Venit proindè ex consilio, vt credo, altissimi in mentem cuidam matronæ, eiusdem videlicet pueri auia, vt in lana suauissima sagacitandit foueretur industria, quoadusquè teneræ infantia prima valuisset ponere vestigia. Factumque est, vt idem puer in tempestiui ortus periculum euaderet, parentibusq; suis gaudium & exultatio fieret. Contigit interea patrem eius, viribus & audacia nulli commilitonum suorum secundum, in bello Hasbaniensi occubuisse, eundemque septimana natiuitatis suæ quinta pupillum cum vidua matre solatio suo destituisse. Et quanquam maturius quam oportuit paterna amitteret solatia, diuina tamen non est fraudatus clementia, vt verè, si valuisset & nôset, cantico illo humiliter gloriari haberet, quo dicitur: Pater meus dereliquit me, Dominus autem assumpsit me. Genitrici verò eius, in testimonium veræ castitatis, perseverantia, vt euangelicæ illi Annæ, laudabilis placuit viduitatis: quæ qualiter laudabilibus ex gestis odorem virtutum sibi adsciuerit, in sequentibus lector animaduerrere poterit, vbi nos suo in loco pauca, quæ de ipsa facta sunt, differre nouerit. Ad vitam autem beati viri, quem res nunc obtulit, respectum habeamus, & quæ de ipso sunt, ordine prosequente videamus. Hic nanque ex temporum successibus, adolescentiæ paulatim crescens processibus, inaniter studuit curis secularibus armari, tum in eis cum ceteris commilitonibus suis appetitu vanæ gloriæ versari. In quibus dum ad tempus, vt sese res militaris tunc habuit, plurimum ingenio & audacia valeret, postremò tamen periculum & præcipitium pluribus indè detrimento fore videret, eum quem in ingressu mundi posuerat, retrahere pedem voluit, sed militaris negocij occasione prohibete, non omnino, quod conatus est, valuit. Fecit tamè pro voti sui satisfactione quod potuit, atque à rapinis importunis opportunè respicit, tandemq; à desiderio acquisitionis nõ iusta, illo diuinitus in se exhausto, abstinuit. Qui processu tēporis semper in dies se melior fiens, consensuque virtutis ac piæ industriæ proficiens, licet adhuc in tonsus sub laicali habitu atque militari tyronem se ostenderet, & sub Theodorico, tunc temporis viro illustrissimo, militiæ arma prætenderet: sub cingulo tamen militiæ armaturam sacerdotalis religionis inducibat, monachalisque deuotionis insignia opere exhibebat: vt per omnia futuram speciem pastorem suis præsignare in gestis crederetur, sacerdosq; in templo Domini iam futurus præpararetur. Ecclesiarum verò Dei limina sollicitis precum suarum frequentabat accessibus, & diuinarum scripturarum pabula in secretis suæ mentis ruminabat recessibus: illud nimirum præcauens, nè semen verbi Dei in agro cordis vitiorum spinis suffocaretur, sed fructu centuplicato in patientia augmentaretur.

IANVAR. 25. Ioan. 1.

Eius parentes. Nascitur mense septimo à conceptu.

Pater eius moritur.

Psal. 26.

Luc. 2.

Dat semel litia.

In ipsa militia monachicam præsert deuo-tionem.

Matt. 13.

CAPVT II.

**C**ontigit etiam eum tyrocinijs sui diebus, ex inspiratione diuina excitatū, Dominici sepulcri loca cum pij testimonij viris Rotberto & Lauso ire visitatum: qui pari consensu sibi in idipsum respondebant: iter, quod Hierosolymam respicit, Deo ducente, conficiebant. Illis nanque diebus, quia humana cum confusione sceleris sui promiscua nihil pensi aut moderationis habebant, atque homines peccatis exigentibus offendiculum iræ Dei sibi præ oculis ponebant, summa paganorum violentia & infestatio viam eandem claudēbant: neu quis Dominicum

Adit sepulcrum Domini periculoso tempore.



adiret sepulcrum, vi qua poterant, arcebat: & secundum illud Esaiamum, dissipatae sunt viae, cessauit transiens per semitam. Hic tamen cum praescriptis viris eandem viam aggredi, & non praeter spem martyrij labores & pericula vitae suae ausus est ingredi. Sed quantis tam ipse, quam qui secum itineris socij erant, periculis penè vsque ad interuentionem subiacerint, qualiterque multimodae plage, naufragia, paganorum etiam contumeliae modum in ipsis excesserint, explicare quis poterit? Sed patietia, quae Iob in multis periclitatum sustinuit, his constantiae robur fideique murum inexpugnabilem circumposuit, ut etiam non condignas crederent passiones huius temporis ad superuenturam gloriam in ipsis reuelandam. Deo tamen ducente, eademque patientia indissociabiliter à dextris & à sinistris comitante, loca itineris, quae Dominicum sepulcrum respiciebant, cum gaudio non modico, ut praedictum est, conficiebant. Vbi voti sui post desideria inexplebilia compotes effecti, optionisque suae fatietate preces vel suspiria fundendo contenti, paschalis, immò caelestis iubarum lumine, ad idem Dominicum sepulcrum quotannis descendente, iucundantur, atque amore seu stupore in ipso infatigabiliter excitantur, atque eis secundum illud sapientis, non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis benè vixisse laudabile fuit. Interea beatus Poppo quibusdam de sepulcro Domini sumptis reliquijs, itinere, quo venerat, cum saepe memoratis repedabat viris, & ad locum Hagiospater dictum, quem nos, Ad Sanctos Patres, dicere possumus, peruenit, ubi perfectionis tempore sancti à persequentium se facie declinauerant, & in caernis petrarum & speluncis montium fecerant, occultoque Dei iudicio agente, ipsorum corporum suorum gestibus, eademque in carne, qua tunc temporis fuerant, immobiles vsque in praesens cernuntur à praetereuntibus. Qui beato viro sui itineris comitibus tam spectaculo quam reuerentia fati habitu, orationibusque ipsorum, ut sibi misererentur, humiliter sunt admoniti. Ex quorum reliquijs cum fide non modica praedictus vir Dei Poppo portionem aliquam sibi tulit, eamque interim secum & cum viris supra memoratis Rotberto Laufoq; domum reulit, atque in oratorio sanctae Mariae, in villa Dunfa sito, perpetuo seruandam condonauit. Praedictus autem Rotbertus in coenobio, Vafloy seu Beloacus vocitato, monasticè conuersationis habitum sumpsit sub venerando abbate Richardo, omnibus penè seculis iustitiae & probitatis suae nomine iam celebrato. Sed & Lausus verè sub laicali habitu monachum se praetendebat, subque eodem proposito auum suum sine tonsura clericali, sed non praeter vitam clericalem, conficiebat, atque Gandavi in Ecclesia sancti Iohannis, quam ipse construxerat, locum sibi funereae quietis delegerat. Et ut interim super his, quorum vitam sola Dei scientia melius colligit, taceamus, ad beati viri Popponis, quam scribere coepimus, stylo prosequente redeamus.

## CAPVT III.

**P**OST proluxa peregrinationis laborem non multum temporis intercesserat, cum ecce ei diuina gratia, ut secundò peregrinaretur, atque ut limina Apostolorum Petri & Pauli, tam animi quam corporis inuideret praesentia, inspirauit. Qua inspiratione multo animè quior factus, effectumque desiderij sui, quod dilatione creuerat, tandem nactus, cum Theodorico nobilissimo, sub quo eum militasse iam supra scripsimus, viam est aggressus, atque ad limina Apostolorum Petri & Pauli, diu multumque desiderata, peruenit. Vbi & voti sui fatietatem, quae fastidium non nouerat, adeptus, & ijs, ad quae venerat, ritè peractis, redijt. Contigit interea, ut occasione diuertendi ad sanctum Theodoricum tunc applicaret, isque, quem antè diximus, Theodoricus vir nobilissimus, sub quo militie se dederat, languore in dies crescente, deficeret, cui etiam de vita iam periclitanti phrenesis, prout temporis accessus habuit, accesserat. Quem beatus vir Poppo per aliquot dies apud eiusdem loci fratres detinuit, atque ipsum non sanae mentis incommodo liberari obtinuit, hocque orationibus suis, sanctique meritis Theodorici concurrentibus meruit. Memoratus vero Theodoricus pro indulta sibi sanae mentis, qua diu caruerat, sospitate, in magnas gratiarum laudes subita prorupit hilaritate, filiumque vicino temporis articulo, Deo donante, sibi nasciturum, Deo sanctoque Theodorico se è vestigio vouit daturum. Quod & contigit re ipsa postmodum ita fieri. Nam filium, quem diuina annuente prouidentia acceperat, sancto Theodorico sibi que cognominem fecit, eumque ubi uouit, donatione solenniter facta reddidit. Postquam vero beatus Poppo, ut in sequenti-

Lausus ex  
truxit eccle  
siam S. Ioh  
hannis Gan  
davi.

Inuifit li  
mina SS.  
Apostolo  
rum.

bus luce claris constabit, abbas in coenobio Stabulensi venerando Abbati Bertranno successit, amore eiusdem Theodorici ductus, cum ad se accessit, & apud se in omni doctrina & scientia nutriuit, donec virum perfectum & Ecclesiae Dei idoneum per omnia efficeret, postremò verò etiam successorem sibi in regimine monasterij S. Maximini apud Treuiros expeperet. Sed quia rationis occasio se ad praesens ingessit, hoc tantum de venerando abbate Theodorico, beato viro Popponi in regimine succedenti, breuiter intercessit: latius suo in loco de reliquis percurrendum, vel qualiter ab eo educatus, vel successor factus, aliàs laxius agendum est. Nunc verò operæ precium hic inserere gesta censuimus, vicinum in beato viro locum habentia, ab his, quae proposuimus, scilicet mundi huius principem qualiter cum copijs suis eluserit, & ad monasticæ professionis propositum adspirauerit.

## CAPVT IIII.

**I**LLIS itaque diebus Balduino Marchiso summum in fascibus comitatum agente, Flandriarumque populis iustis cum legibus imperante, beatus Poppo tam apud eundem principem, quam optimatum suorum primos plurimum amicitia ualuit, ut potè qui religioe, iustitia & fide magnificè clareret. Cōtigit etiam inter alios Frumoldum quendam eiusdem principis lateri loco penè proximo adhærere, primisque regni negocijs apprimè consultò incumbere: qui in loco Sithin nominato habitatione morabatur, cuius amicitia praeter ceteris amplius singulariusque beatus Poppo tenebatur. Tantus etenim eis omnium rerum inuicem erat consensus, ut idem Frumoldus filiam suam, quae sibi praeter ceteris, quas habebat, praestantior videbatur, eidem viro Dei stabili adiungere connubio moliretur, quibusdam etiam sui iuris rebus ad id opere praescribere saragens, eumque quasi generum sibi futurum in sua adscisci expeperet. Cuius votis vir Dei assensum ad tempus praebuit: sed postea infusione sancti spiritus reuocatus, ut id fieret secum, renuit. Denique pertæsus repentè nuptiarum, ut potè iam tacto eius corde intus diuina inspiratione, per aliquot dies dissimulauit connubium sub incerta responsione. Sed nè ex toto ab incepto resiliat, timebat id amico fideli fore offenculo, eò maxime, quòd de coniunctione filiae uterque iam per arrham firmauerat consilium. Indè imminente nuptiarum tempore, utrobique haesitans pendebat animus in dubio, ad quam partem se verreret, saluo utrorumque consilio. Tandem statuit, ut in Sithin ad Frumoldum, secundum quod diuina prouidentia disponebat, iter dirigeret, quatenus, ut constitutum erat, familiaris viri gener fieret. Sed ut id quietè ageret absque rumore, respiciens quasi non inglorius uti copijs vel apparatu plurimo, viam illam aggressus est sub intempesta noctis silentio. Nec mora, in eundo per noctis medium lux caelitus emissa, resplenduit super eum equo insidentem, quae foris pariter & intus eorum illuminauit hominem. Qua de re inopinata tremefactus, circumfert obtutus non sine admiratione, & videt lanceam, quam gerebat, in modum faculae nimio fulgore radiantem, quasi inflammata ardere cuspide. Intelligens ergo vir altioris ingenij, respicere se hoc genus prodigij, acclamat viae suae comitibus, nequaquam vltra iam se progredi: Necesse est, inquit, commilitones mei, alia intentione aliaque via incedere: opportunum video, finem vitij cum cupiditatibus his imponere, & quòd diuinitati placet, toto conatu intendere. Post haec proiectis armis militarijs, induitur Dei armatura, & mutata mente ad meliora, meliori via redijt ad propria. Nec mora intercessit, sed statim euestigio ad sanctum Theodoricum, de quo antè scripsimus, ut se monachum profiteretur, conuolauit. Cui Gilbertum quendam, sagacis ingenij virum, obuiam mox venire contigit, qui domini Gerardi Cameracensis Episcopi carne & spiritu germanus erat, quique quondam eidem beato viro Popponi, ibidem vnà cum praedicto domino suo Theodorico diuertenti, notus factus, proque sanctitate ipsius & vita laudabili summopere est admatatus. Nam & ipse pridem à seculi aetibus nudus euasit, ibidemque sub monachali tunica se Laicum mutauit, tamque officio quam nomine monachus iam diu esse didicit. Hic venerabili viro Popponi & ipse nihilominus venerabilis, obuius, ut diximus, venit, atque psalterium, quod ei plurimum vsitatum erat, iam in septuagesimum nonum psalmum percucurrerat, manusque sancti spiritus gratia cor tactus in ipsum iniecit, ac versum in praedicto Psalmo antepenultimum, sic se habentem, adiecit: Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, &

Bertrannus  
Abbas Sta  
bulensis.

Multis pol  
ler amici  
tia apud  
magnates  
Poppo.

Lux enim  
caelitus il  
lustrat in  
tus & foris.

Gerardus  
Camerac  
ensis epis  
copus.

super filium hominis, quem confirmasti tibi. Sed quia non facile ei ex diuturna ab inuicem absentia ut eum agnosceret, suppetebat, quem tamen olim mente & corpore plane cognouerat, primum ab eo quis esset vel ad quid venisset, didicit, deinde & Non discedimus, inquit, a te: viuificabis nos, & cetera in ordinem sese habentia. Tunc laudabilibus ipsius congaudens votis, totisque in ipsum animi intendens medullis, Verè, inquit, te frater Deus ad quod venisti misit, qui te totum hoc pietatis sue oraculo inuissit. Et super predicti versus expositione ipsum satis edocens, animæ quietemque exinde pro voto monastico, quo ducebatur, efficiens, causas voti ipsius abbati ceterisque fratribus intimauit, & quod verè eum Deus ad hoc misisset, indicijs euidentibus declarauit. Quid igitur? Perenti ei abbas vnà cum fratribus ingressum annuit, & per singula, ut monastica docet norma, probatū sine macula inuenit: Deinde, ut paruulum Iesus, innocentia & mansuetudine plenum, in medium statuit, monasticique vigoris habitum imposuit. Verè enim eum paruulum quodammodo dixerim, quem sine dolo ex gestoribus ipsius attestacione fenerim: quilibet ætate & sapientia indiès fuerit proeetus, malitia tamen, ut ait Apostolus, paruulus fuit. Et ut eum verè prioribus ante legem & sub lege comparem patribus, de terra & de cognatione sua cum Abraham, Deo inspirante & iubente, transiuit, & cum Elia & Iohanne à mundi illecebris solitarius esse quæsiuit: Quem, secundum Psalmistam, Deus in abscondito faciei suæ à perturbatione hominum abscondit, & ad hoc totum spiritu sancto inspirauit, ut omnibus sui iuris relictis, mundo euaderet nudus, pro his in terra sanctorum duplicia possessurus, & ex promissione euangelica centuplum cum vita, quæ finem nescit, habiturus. Cœpit interim à predicto Gilberto, Marriiacensium postea abbate, literis strenuè erudiri, & in omnibus, quæ monasticæ institutionis sunt, ad plenum informari: ita ut in breui cunctis, quæ scientiæ expedièrant, percursis, fastigium monasticæ attingeret perfectiōnis. Neque mirum, si spiritu sancto, ut verè credimus, donante id valuit, qui omnes ad descendendum moras semper ignorauit.

## CAPVT V.

**S** Vb sæpè memorato autem piæ recordationis Gilberto, tunc temporis monasterij existente portario, beato Popponi pro recipiendis in xenodochio pauperibus cura ab eiusdem loci abbate est mandata, & ut satis fideli domus Dei œconomus siue dispensator sollicitudo commissæ. In qua administratione liberalitatem cum hospitalitate tenuit, atque verè cum beato Iob dicere potuit: foris nō mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Et item: Si comēdi buccellam meam solus, & non comēdit pupillus ex ea. Quadam verò die inter ceteros ab ipso in xenodochium introducendos simul & alendos, leprosus quidam aduenit, qui pro deformitate sui vix cum aliquibus confortij vestigia vlla inuenit. Quem vir Dei nihil omninò horruit, sed cum reliquis introductum, quàm potuit officiosè accurauit & aluit: postremò verò nocturnis iam tenebris irumpentibus, apud se detinuit. Sed veritus eum nocturnis frigoribus, utpotè vestimenti indigum, arctius constringendum, primum sollicitus secum cogitat, quid super his esset agendum: deinde verò ex humilitatis consulto viam, qua pauperi miseretur, inuenit. Nam coopertorio, quo ipsemet in stratis recumbens uti solebat, pauperem simul & leprosum, nihil pro deformitate ipsius refugiēs, ut alter Martinus tegebat. Sed hæc humilitas compassioni permixta, non inanis aut irrita in conspectu Dei habita est: quia eam salus in leproso, & magnificentia in beato viro secuta est. Vestimēto certè illo præfatus leprosus coopertus, primum sudoris guttas emisit, & cœstigiò omni lepra fugata, sanitas eum repentina inuissit, atque manè sancto viro ad eum venienti sanus apparuit, proque duplici pietatis bono sibi præstito gratiarum vota reddidit. Qui venerabili viro stuporem & timorem iniecit: stuporem videlicet, quod vestimēto suo salutem in paupere Deus fecit: timorem, nè pro hoc facto ipse palam fieret, & ad ruinam sui fauor eum popularis pasceret. Precibus tamen admissis, ut sine publicatione sui discederet, hortatur, Deoque, non sibi, pro hoc facto gratias ageret, humiliter precatur. Postmodum verò eodem in stratis suis coopertorio vsus est, neque ob id, quod leprosum eo operuerat, ipse tegi dedignatus est. Sed virum Dei Gilbertum res gesta non latuit, se tamē scire ad tempus dissimulauit, eumque pro vestimento ipsius, pauperi simul & leproso præstito, conuenit, cur suum, & non aliud præstiterit, dissimulando, ut diximus, redarguit. Ille verò

Psal. 79.

Monastici  
cōplectitur  
institutum,  
posthabitis  
nuptijs.  
Matth. 18.

1. Cor. 14.

Gen. 12.  
3. Reg. 19.  
Luc. 1.

Psal. 30.

Matth. 19.

Iob 31.

Ibidem.

Charitas  
eius erga le-  
prosum.Nota mira-  
culum.

verò humili prostratus, ab eo pro re gesta secreti causas implorauit, sacramentisque maximè se publicaret exorauit: imitans certè Dominum, qui humilitate & compassionē leprosum, quem lex tangere vetuerat, terigit & mundauit, cui ipse tamen eiusdem facti manifestationem interdixit. Ecce quantum humilitas beati viri meruit, quæ prius in vestimentis quàm in ipso, palam fieri habuit. Neque enim non credendum, quantum in se remedij habeat, qui in vestimentis suis tantum meritis exigentibus valebat. Proinde nemo Deum sanctorum suorum vestimentis salutem efficere posse dubitet, quem ex vestimentorum suorum simbrijs mulierem sanguinis profluuiō laborantem sanasse liquiddò patet. Hoc autem factum, qui à predicto Gilberto coram didicerant, mihi scribenti, Deum testor, intimaerunt, nè cui hoc temporibus nostris fieri incredibile videatur, quod laudabilem personarum testimonio per beatum Popponem factum fuisse probatur.

## CAPVT VI.

**S** Vb sequenti nanque tempore sanctæ recordationis virum abbatem Richardum ad sanctum contigit Theodicum venire, atque piam viri Dei conuersationem sibi relatum innotescere. Qui in eum dilectionis sue oculos mox conuertit, & ut facile amorum meritis sibi respondentibus fieri potuit, totus in eum sancti spiritus agente exarsit. Vnde & eum secum abducere voluit, atque in hoc totius consilij viribus incubuit. Et primum viri Dei animum super hac re inquisit: Deinde verò apud abbatem ipsius preces adhibuit. Quas quidem diu multumque idem abbas humiliter refugiens, abnuuit: postremò tamen ipsis defatigatus assensum, licet serò, præbuit. Ex cuius consensu & decreto vir Dei corpore, non mente, inde discessit, atque Viridunum cum predicto venerabili Richardo abbate ire perrexit. Vbi ante omnia, & super omnia, ab eodē abbate pro obediētia seu patientia ipsius comprobanda est exhibitus, & in omnibus obediens, fidelis, patiens ex seruitutis penso inuentus, interimque inter ceteros adoptionis suæ filios dilectione apprimè est habitus, ita ut sublimiori, quàm fuerat, loco eum promoveret, tum quædam ex primis suarum rerum negocijs administrare iuberet. Quæ quidem tam honestè, quàm strenuè curauit, & in dies melioribus semper auspicijs amplius augmentauit.

## CAPVT VII.

**I** Nterea matrem suam, de qua iam supra etiam diximus, marito iamdiu, non virtutibus, viduatam reuissit, & ut seculo secum abstraheret, cogitatus sui cōsilia primum præmisit. Sed quia ipsa, ut erat in cunctis virtutum consilij tantum semper assensuens, quantum in singulis sine cessatione idonea, filium suum super persuasione tam amabili laudauit, & ad cœnobiticæ vitæ callem cum eo migravit, omnibus sui iuris tam liberis quàm mancipijs hæreditariisque cœpitibus redditibus posthabitis. Quam quique liberorum simul & seruorum, sicut vnicę matris ac domine solatio destituti, vsque adeò clamoribus lamentisque; inconsolabilibus sunt persecuti, ut etiam plerique eorum medios penè se, Scaldem fluuium transuadare simulantes, humectarent, si quo fortè pacto eam compassione compunctam, ad se reuocarent. Sed quia nemo mittens manum in aratrum, & adspiciens retrò, aptus est regno Dei, ex similibus & ipsa viā ad Deum, quam filio ducete sibi sensit aperiri, non ut vxor Lor obtutibus retrò deflexis, cœpit experiri: Deo tamen eos, quibus timuit, rata fide commisit: ac deinde cum filio suo desiderij sui habenas in incepto itinere laxauit. Quæ in Eluonense monasterium, ad sanctum scilicet Amandum, vnà cum filio peruecta, ibidem desiderij sui ex cœlestis visionis oraculo securitatem est adeptæ. Nam ante beati Cyrici Lipsanas eadem in vigilijs precibusque pernoctante, atque post paululum ex diutina sui defatigatione semivigilante, quia eam superna respexerit exauditiō, huiusmodi ad se diuinitus perlata patefecit visio. Noua rerum certè facie complures Christi sacerdotes in consistorijs debatos vidit, quos in modum coronę diuina ostensio altrinsecus positos spectaculo sibi dedit: inter quos etiam beatus Amandus, utpotè eiusdem loci primus, præ ceteris promotus honestiusque residere videbatur, atque ad sententiam ipsius, sicut eum eo loci tunc decebat, omnium intuitus suspendebatur. Sed & beatum Cyricum serico gemmisque totum videbat nitere, elegantisque pueri vultus præ se ferre, tum cum singulis sacerdotum sermonem conscrere, proque se ibidem in medio prostrata preces fundere.

Vide humi-  
litate sancti  
viri.  
Matth. 8.

Matth. 9.

Mittitur ad  
Viridunense  
monasteriūMatrem suam  
ad vitæ  
cœnobiticæ  
perducit.

Luc. 9.

Genes. 19.

Lipsanas,  
id est, reli-  
quias.Visto ma-  
tris eius.

Cui sanctus Amandus vnà cum pari confidentium sibi consensu, Eia, inquit, bonae indolis puer, tuum est pietatis dextram cum precibus etiam huic vidue porrigere, quae ante sacrosanctas lipsanas tibi continuas non desinit preces offerre. Qua auctoritate venerabilem puerum Cyricum certiore factum, ad se appropinquasse, rotamque se quasi de terra vbi iacuerat prostrata, vidit leuasse. Atque huiusmodi visio hic finem suum habuit, ipsaque beati Popponis mater mox expergefata, ad se redijt. Quae hanc quidem visionem filio retulit, cum quo etiam ipsa super eadem visionis fide animae quieti facta, Viridunum se contulit, veloque pie conuersationis ex consilio beati viri sibi imposito, iustitia & moribus iam coenobialis vitae arrisit proposito. In quo cum erga humani generis hostem iam diu virtute sua multimoda bellum conferente didicisset contendere, & velur contra vitiorum torrentem brachia tendere, apud sanctum Vitonem succedente etiam tempore solitaria esse coepit, ibique reclusa, cursum vitae, diabolo cum viri suarum copijs triumphato, in pace peregit. Neque enim dubium erit, hanc post conuersionem apud Deum efficiendi, quae poposcerit locum inuenisse, quam etiam ante conuersionis suae tempus praestitit id potuisse, vt lucernam extinctam, precibus & non manibus reaccenderet: quod etiam miraculi esset indicio eam similia posse, si occasio ratio expeteret. Hec de conuersione & vita matris beati viri dicta sufficiant: quae de ipso sunt, me interim ex relatione Maiorum scriptorem inueniant.

Degit solitaria mater eius.

CAPVT VIII.

**E**Xhinc sepe memoratum abbatem Richardum Balduinus Marchisus apud sanctum Vedastum, Folrado a regimine deiecto, subrogauit, quia animum eius ad hoc consilij tam eiusdem viri sanctitas, quam principum regni sui collatio fuerat. Auctoritate vero praefati principis idem Richardus abbas administratione operis sibi iniuncti suscepit, virumque Dei Popponem, quia rerum gerendarum copia se offerebat, secundum a se eo loci praefecit. Et non tantum suo, sed etiam omnium fratrum consensu fauente id effecerat: quippe quorum mens venerabilis viri Popponis virtutum conscia iam fuerat, & in eum amoris sui intuitum charitate non ficta conuertebat. Venerabiles praeterea inter eos extiterunt viri, quorum dilectione singulari praeteris amplius beatus Poppo fruebatur, dominus scilicet Fredericus, qui Gozelonem ducem carne germanum habens, venerandum abbatem Richardum ibidem comitatus fuerat: Liuinus quoque, qui se laicum eo loci sub monachali proposito mutauerat, succedenti vero tempore, fauore praefati abbatis Richardi poscente, ipsi in regimine successerat. Et quomodo anima Ionathae animae Dauid colligata fuit, ita & affectus horum pia dilectionis vinculis adiuuicem colligari visus est. Vnde & eum a sepe memorato abbate Richardo secundum praefati contigit, in quem tam laudabilium virorum vnà cum cunctis ipsius loci fratribus dilectio ferebatur. Sed in administrandis eiusdem loci necessarijs magna tunc extitit difficultas, vt potest vbi plurima ex parte stipendiorum monasterij deerat facultas, militesque praefati loci res pro beneficio possiderent ipsis indulgas. Vnde & eadem causa beato Popponi, licet pro viribus honeste agenti, moerorem primo iniecit, quem prudenti, quo plurimum valuit, consilio a se mox disiecit. Nam annuente praedicto Marchiso, res monasterij a militibus callide prudenterque repetiuit, atque vt eiusdem loci fratribus permanerent, publicis archiuis stabilijuit. Pro quo etiam insidiarum fomitem ab eisdem militibus sibi comparauit, tantamque inimicitiarum vim apud eos, a quibus res iniuste possessas distraxerat, contraxit, vt viarum septa circumquaque occuparent, tum etiam ad perimendum eum insidias aptarent. Sed vt scriptum est, inuanum quaesierunt animam eius: quia per arma iustitiae a dextris & a sinistris vallatus, omnes iniquae coniurationis rupit conatus, mediisque per ipsos incedens, & fraudum copiam elusit, & periculum Deo ducente euasit. Ille nimirum, qui per medium pharisaeorum transiens, oculos eorundem a notitia sui clausit, atque passurus, nominis sui catena retrò eos prostratos ligauit, ad suspendendum etiam serui sui periculum, omnem insidiantium illi ab eo deflexit intuitum.

Novi Popponi munus demandatur.

1. Reg. 18.

Archius, pro diploma & instrumentis posuit. Psalm. 62.

Luc. 4.

Iohann. 26.

Henricus Romanorum Imperator.

CAPVT IX.

**E**Rat interea viro Dei iter ad Henricum, tam pium quam magnum Romani potentatus Imperatorem, primum post Orthonem iuniorem ex principum regni consulto successorem. Nam & Batuam, e vicino Rheno flumini adiacentem, appli-

applicuit, vbi quaedam sancto Vedasto redituum suorum possessio fuit, quam etiam ex administratione praepositurae beato viro, dum res posebat, officiosum se praebuit. Nam sanguinitate familiaritateque beato viro, dum res posebat, officiosum se praebuit. Nam praecognito aduentu ad se viri Dei, quaeque suis, vt venturum decebat hospitem, madaat apparari, tum in capturam piscium retia studiosè laxari. Sed circa id operis diu instantes, laboris difficultas elusit, vacuosque ad dominum a litore remisit. Omni vero capiendorum piscium spe abiecta, sanctitas beati Popponis, memorato illustri viro iam dudum cognita, mox ipsi licet absens sua inspirauit consilia. Nam eo pacto idem paterfamilias iterum eadem mitti mandat retia, vt si beato Popponi sanctitatis suae villa cum Deo esset gratia, votum suum in capiendis piscibus subita sequeretur efficacia. Quid igitur? Laxantur retia in capturam, non minus piscium retibus Petri habitura. Nam tantam piscium multitudinem mox collegerunt, quantam ante capturam nullatenus futuram sperauerunt, vt in argumentum & fidem sanctitatis beati viri, nec numero nec modo possent aestimari. Et ecce beato Popponi apud illustrem, quem diximus, virum diuerrenti, quantum apud Deum meruerit, ille ordine explicauit. Et primum captura piscium suos edocuit frustratos fuisse: deinde vero in nomine ipsius retia misisse, sicque ramos, vt sibi praeculis tunc erant, cepisse. Pro collato ergo sibi diuinae pietatis beneficio, conditori rerum gratias egit, reliquumque itineris, quod ad Imperatorem, vt diximus, sibi fuit, post alteram cum amico suo vere dilectionis communionem persecutus est. Ab illo vero tam magnificentia quam honorificentia regia est susceptus, vt potest qui primum amicitiae locum inter ceteros iam apud eum fuerat adeptus: cuius etiam sanctitatis humilitatem mansuetudinemque Imperatoris in amorem suum ita accendit, vt etiam reuerentia dictante, magis parere quasi ad iussa ab eo visus fuerit, quam rogata ab alio implere voluerit. Contigit etiam ludis histrionum imperiales tunc fores occupari, atque eo spectaculi genere regem cum suis delectari. Vrsus etiam nudus quidam membra melle perunctus exhibetur, illo plurimum pro periculo sui timere, ne forte ab ipsidem vrsus ad ossa sua, melle consumpto, perueniretur. Porro rex eiusdem spectaculi amore in oculis suis captus tenebatur, vt male prouidus pro periculo viri parum esset sollicitus. Vnde de super tam iniqua in Christianum illusionem regem beatus Poppo redarguit, eumque ab hoc spectaculo suis cum optimatibus mox compefcuit: tum etiam a periculo vrsorum virum liberauit, & ne id vltra fieret, arguendo & obsecrando obtinuit. Henricus enim Imperator tam obsecrationi quam correptioni eius humiliter paruit: & quae honorifice ad se venientem susceperat, honorifice etiam a se digredientem dimisit. Qui qua venerat, Atrebatum vsque redijt, sanctaeque recordationis abbatem Richardum de imperiali erga se humanitate satis edocuit.

Iohan. 21.

Capiuntur non sine grandi miraculo piscis.

S. Poppo reprehendit Imperatorem.

CAPVT X.

**A**liquantis deinde euolutis diebus, in quibus plurimum pro monasterij ipsius elaborauit rebus, quia eodem ex loco iam recedere debuerat, diuinae visionis oraculo ante didicit. Nam casula, quae quasi gratuitae viriditatis elegantiam cernebatur imitari, totum se sicut in agendis Misarum solennijs vidit ornari, sicque demum inclinato capite coram altari sancti Vedasti assistere, illum ex sexagesimo septimo Psalmo versiculum, fratrum sibi respondente conuentu, ter repetere: Benedictus Dominus die quotidie, prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. Quem postquam, vt diximus, ter repetiuit, oratorium euectigio exiuit, atque hic visio huiusmodi finem suum dedit. Neque enim hoc ociosum aut ab re fuit, quod hoc vestis sacerdotalis vigore beati viri discessio praecoccupari meruit, qui aeternae viriditatis fructu suis in actibus non caruit. Non multo post vero effectum suum visio talis inuenit, atque a venerabili Richardo abbate iussus, inde abijt, & Viridunum, pristinum conuersionis suae locum, redijt. Vbi pro comprobanda, post summam praepositurae administrationem, ipsius patientia, onus infimarum rerum monasterij item ab abbate ei iniungitur obedientia, ne pro sui dudum praeceteris promotione, spiritu elationis forte exagitaretur, sicque a pristinis virtutum suarum gradibus deiceretur. Sed memor illius, quod dicitur. Quanto magnus es, humilia te in omnibus: & humilitatem in promotioribus monasterij rebus sibi collatis tenuit, eandemque in infimis, & in quibus quidam iniuriae locus videbatur esse, non perdidit: quia nec in prosperis inflari, nec in aduersis nouerat deijci.

Psalm. 67.

Eius probatur patientia & humilitas. Eccle. 3.

Gemi.

Ioel 2.  
Prouerb. 19.

Promouetur ad sublimiora.

Geminas proinde opere recoluit sententias, quibus dicitur: Ascendet factor eius, qui magnificat opera sua: & Doctrina viri per patientiam noscitur: quia vnam earum ex humilitate timebat, alteram vero ex patientia appetebat. Et quia omne subiectionis onus humilitate & patientia preueniebat, atque pro superanda ipsius obedientia nihil laboris sufficere Abbas videbat, eum proximo a se loco non incōsultè promouebat, tum etiam in administrandis primis monasterialium rerum causis secundum stare iubebat: Abbatiam insuper sancti Mauritij, Vuaploi dictam, cum omnibus eiusdē loci appendicibus ei delegauit, utque ibi in agendis, quæ fieri oporteret, esset sedulus, eum admodum curauit. Qua suscepta, quia eam, quam situs loci iucunditate sua commendabilem reddebat, in officinis monasterijq; breuissimis claustris vilescere inuenit, funditū monasterium cum adiacentibus illi receptaculis euersum, maiori quàm fuerat elegantia instaurauit, atque pristino nomine mutato, ex honestate suū Beloacum denominari voluit. Atque eo quidem vocabulo iam ad presens circumquaque est inuulgatum, nec illo, euolutis ad nos vsque diebus, constat esse priuatum.

CAPVT XI.

Lupus pastorē rapit.

Pastor à lupoprefocatus, à S. Poppone vitæ redditur.

**H**enrico interea, quem supra memorauimus, Imperatore apud Argentinam ciuitatem super regni statu agente, proque illo consilij optimatum suorum priuatum & publicè incumbente, & hunc beatorum virum iter ad ipsum quadam contigit occasione denuò arripere, sicque ad Elisgangium vnà cum suis applicare. Cumque quodam in loco, quem grata commendabat amoenitas, pro sumendis cibis diuertisset, iamque cibis coram positis refedisset, ecce lupum, humanū tunc sitientem sanguinem, è syluarum latebris impetu vidit prorumpere, atque pastorem, e regione greges pascentem, violenter per colli nuda arripere, atque ad loca, nequitię suę desiderijs opportuna, per abrupta locorū pertrahere. Spiritu ergo tam stuporis quàm mœroris vir Domini cor tactus, & ut semper visceribus misericordiarū totus fuerat plenus: Ecce, inquit, ð Deus, hominem, quem ad imaginem & similitudinem tuam fecisti, lupis prædam esse sivist? Proinde suos, ut misero iam penè absumpto opem tandem ferrent conuocat, precibusque nomen Domini ipse interim inuocat, protectans lupum prædā illam antè esse amissurum, quàm se quicquam cibi aut potūs gustaturum. Sed quia palustrium locorum prohibente interstitio, non facilis suorum ad ereptionem illius suffocati erat accessio, via in gyrum arrepta, palustria illa loca circumeunt, vbi ex vestigijs effluentis sanguinis, hominem nulla vitæ indicia de se dantè inueniunt, nec vsquam locorum lupum perspiciunt. Mox omni spe super vita ipsius abiecta, equo impositum in beati viri adducunt præsentiam. Qui de Dei misericordia nihil pro eodem distulit, apud seipsum collocat, Deumque pro sospirate ipsius tacito mentis nutu inuocat. Benedictio nis suæ eum remedio interim fouet, paulatimque eum exindè mouet: deindè surgendi vires ex sanctificatione tam manuum suarum, quàm precum obtinet, ita ut cum viro Dei cibum caperet, tum ulterius de vita sua iam præsumeret. Nullique dubiū, ipsum precibus sancti viri ad vitam seruatum, ex cuius benedictione mensæque communionem hi, qui adfuerè, videre curatum. Postquam verò conualuit, cicatricum suarum spectaculo eos, qui eum viderent, permouit: à quorum etiam fide nos id ipsum didicimus, posterisque in argumentum sanctitatis viri Dei commendamus.

CAPVT XII.

S. Heribertus Colonicus episcopus.

**C**ontigit verò Stabulensis cœnobij abbatē Bertrannum debitū mortis persolvere, atque alteri succedendi sibi locū relinquere. Vnde & Henrico Imperatori beatū Popponē subrogare animo sedit: quod ut fieret, Richardū abbatem tunc secū in consilijs agentem humiliter conuenit, cui tamen omninò sui consilia animi non patefecit: quia Popponem sibi ab eo tantū dari postulauit, sed qua ratione postularet, indicare noluit. Venerabili autē Richardo abbate imperiali primū petitioni diū multumque renitente, causasq; permultas, ob quas se tali viro carere non posse dicebat, exponente, sanctum Heribertum, Agrippinæ Colonie episcopū, præfatus Imperator euocauit, eoque sibi adiuncto, apud prædictum abbatem preces adhuc repetere curauit: postremò verò obedientię sententiã ex regia authoritate in eum dictauit. Quam nē spreuisse videretur, subiectione, non voluntate, suscepit, & ut ei beatus Poppo in manus cederet, licet inuitus, annuit. Cui Stabulensis regiminis pedū mox porrexit, utque

Poppo-

S. Poppo fit Abbas Stabulensi.

Patitur graues infestationes.

Exod. 3.

Fit Abbas S. Maximiani.

Venenum S. Popponi porrigitur.

Sap. 2. Nihil eum lædit venenum.

Popponi pro successionis indicio deferret, indixit: adiuncto illi ad id negocij Vuldobone Leodiensium episcopo, sanctitate & fide ad quęcunque strenuè & piè peragenda illusterrimo. Qui ex edicto regio sibi iussa pergunt implere, memoratumque Dei virum Popponem apud sanctū Remaclum in regimine promouere. Qui promorus, quibusdā loco loci, quorum moribus conuenire non poterat, displicere benè agendo cœpit. Vnde tam ipsi, quàm eis, qui secum eò venerant, fratribus inimicitarum vis ingens accreuit, & tum manifestis odijs insidijsque, interdum clandestinis ira laicorum ad hoc coniuratorum defauit, ut quadam die monasterij claustra ab eis impetu dato irrumperentur, euaginatissque gladijs Christi greges per Dominica septa persequerentur. Sed, mirum dictū, qui gladijs in se vibratis cædi videbantur, iactibus non humano, sed diuino clypeo elusis, non lædebantur: sicut & ille à Moyse rubus ardere videbatur, qui tamen vstionis molestia nulla afficiebatur. Tanti verò fama mali vbi beato viro Popponi, Malmundarij tunc demoranti, innotuit, eum spiritu contritionis & mœroris pro tam execrabili rerum facie induit: præsertim cum ex nunciatis sibi plures suorum acceperit occubuisse, atque exindè his, qui superstitēs fuerant, metum de reliquo accreuisse. Duo præterea secum militia secularis fuere viri, à quibus etiam quod factum fuerat, contigit sciri, quorum vnus Adalberti, alterque Bosonis vocabula sunt sortiti. Qui summa cum velocitate eò, vbi in tyrones Christi phalanx illa grassata fuerat, ire pergunt, Deiq; non sua administrante virtute, omnem illam multitudinem soli expellunt, capiunt & sternunt, atque omnis pro voto res illis fuit, quorum manibus, beati viri id impetrantibus meritis, ille pugnavit, qui non saluat in millibus, aut curruum & armorum multitudine, sed per vnum mille, & per duos decem valet fugare millia. Diuina deindè actum est animaduersione, ut nullus, emenso iam anno, superstes, ex illa iniquorum cōiuratione cerneretur: sicque omnis erga virum Dei offensio in gratiam redijt, amorq; omnium pari in eum consensu prodijt.

CAPVT XIII.

**B**lennium iam effluerat, Herichoniq; Treuirensium abbati apud sanctum Maximinum, præfatu iubente Imperatore, successit: vbi in eum similis, immò grauior quorundam cum insidiandi copijs inuidia processit, eorum videlicet, qui à monasticis regularibusque obseruationibus per abrupta deflexerant. Cumque sibi sub eo illicita iam non licere, & assueta locum apud se non posse habere conspicerent, de eius morte plura machinantur, & quod palam non poterant, quibusdā præstigijs suarum insidijs operantur: Atque, nefas dictū, sacrosancta Misæ solennia violando, suis occupant diuinationibus, & quas preces credebant, in immunditia & sanguine manuum suarum execrandis admiscunt incantationibus, ponentes, secundum illud propheta, tenebras lucem, & lucem tenebras. Neque hæc eis adfomitem malorum suorum tantum sufficere: sed apponentes adhuc peccare, peccatum super peccatum adiecere, tamque execrabili quàm inuidia eousque perducuntur exagitatione, ut in apponendis beato viro cibis & potibus, venenorum suorum vterentur admixtione. Sed inuidia diaboli, per quā mors primum subintroiuit in mundum, nulla morte per nequitia suæ ministros Dei læsit ministrum: licet per iniquorum manus demon beato viro sapiens porrexit, ipseque toties gustare non refugit. Ille enim, in cuius oculis hic beatus Poppo obturauit aures suas, nē audiret sanguinem, & clausit oculos suos, nē videret malum: istius etiam à veneni læsione clausit viscera, ut in extinguenda domūs suæ lucerna omnis iniquorum frustraretur industria. Nec ad hoc scelus coniuratis pro seruo suo Dei vindicta defuit, quorum nec vnus eo anno, velut grege in vnum mortis locum facto, superfuit: ut profectò constaret, in viscera eorum per os beati viri venena illa transisse, atque argumentum malitiæ suæ cæteris ex hoc reliquisse. Quibus tamen, ad inferendam mortem, venenum quidem corporale inefficax fuit, sed in conspectu æterni iudicis, malitiæ suæ venenum ad interitum ipsius fuit. Vnde etiam hi, qui sanioris consilij occasione superstitēs fuerant, timorē cum amore in eum concepere, sicque ob sanctitatem suam intimè à subiectis amari, & ex nuperrima in insidiantes ei diuina vindicta cœpit timeri. Sed & ipse dilectionis non fide seruato tenore, studuit magis prodesse quàm præesse, ita ut in omni patientia & doctrina quosque foueret: postremò verò plures illorū in pastores ecclesiarum Dei promoueret.

CA.



Laborat  
aduersa va-  
letudine.

**A**liquanti interea temporis diebus emensis, aegritudinibus coepit fatigari im-  
mensis: vnde etiam lecto decubuit, atque vitæ suæ desperationem cum me-  
rore suis incussit. Mirè enim, vt diximus, intima in eum cunctorum feruebat  
dilectio: ideoque eos de ipso, pro cuius amissione sibi timebant, intolerabilis  
habuit afflictio. Inter quos quidam Ernestus, ex laico verè tam nomine quam officio  
monachus olim factus, cum cæteris, immò præ cæteris pro aegritudine beati viri dolore  
cordis intrinsecus tunc tactus, nocturnis vigilijs precibusque, quibus plurimum ex mo-  
re insudare solebat, tunc pro eadè etiam sancti viri aduersa valetudine fortè detergen-  
da, plus solito incumberebat. Et primùm coram Domino, quod tantum talemque, ab ipso  
meruerit patrem, laudes dicebat: dehinc mæroris timorisque sui stimulos coram ipso  
ponebat, quibus talem in detrimentum gregis Dominici amittere timebat, nec vllam  
spem recuperandi similem habebat. Quo in hac spiritus sui contritione pernoctante,  
precibusque coram Domino animi sui affectum commedante, vox ad eum diuino cer-  
tè oraculo perlatur, quæ pro mærore ipsius soluendo in hæc verba distinguitur: Pop-  
poni hæc non ad mortem est infirmitas, cui ad augmentum virtutis suæ in bis denos an-  
nos viuendi adhuc superest spatium. Cuius quidem vocis oraculum eidem pro nouita-  
re sui stuporem iniecit, atque omnem mæroris ab eo deter sit caliginè: ita vt qui prius  
inter spem & metum pro amissione sibi dilecti patris spiritualis, dubius iactabatur, iam  
tanto securior non se eum amissurum fieri inciperet, quanto amittere eum magis an-  
xiè antè timebat. Mirum enim in modum qui ter quinos Ezechiaæ agrotati addidit an-  
nos, huic beato viro bis denos etiam superaddidit annos: illi quidem pro his, quæ co-  
ram se fuderat, lamentis: isti verò, quia pro eo ille vsus sit lachrymis, qui ex eo, quod  
antea pastorem talem non habuerit, post amissionem ipsius similem sibi futurum non  
sperauerit. Et verè vtrorunque sanctitas hoc obtinuit: quia quod hic Ernestus de pa-  
tre spirituali audire meruit, ille quidem de se, si pro se rogaret, audire similiter ex me-  
rito potuit. Sed quia cum Martino nec mori timuit, nec viuere recusauit, hoc alter pro  
eo obtinuit, quod ipse, vt diximus, ex merito inuenire potuit. Ex diuino itaque oraculo  
res effectum inuenit, beatusque Poppo mox conualescens, in excubijs gregis Domini  
viginti postea annos impleuit.

Vox cæli  
tius auditur,  
de vitæ eius  
prorogatio-  
ne.

4. Reg. 25.

## CAPVT XV.

Conradus  
succedit S.  
Henrico  
Imperatori

**A**ccidit interea, Henricum Imperatorem, cuius sæpè iam meminimus, viuendi  
finem facere, Conradumque, tam nobilitate quam armis egregiè commen-  
dabilem, in regno habere successorem. Sed quæ nunquam extinguitur, sitis  
habendi tunc amplius inter principes regni dissidiorum occasionem peperit.  
Beatus autem Poppo, verè euangelicæ pacis filius, Dei virtute comitatus, illos in pacis  
redigere gratiam diu multumque laborauit, tandemque desiderij sui satietatem inue-  
nit, omnesque in vnum pacis locum sua mediante sanctitate reuocauit. Sed & ipse ani-  
mum regis nupèr ordinati, de quo nihil adhuc certi statuerat, prudèria & sanctitate ad  
amorem sui pertraxit: ita vt dilectio ab Henrico in se quondam declarata non deperi-  
ret, cum similem, immò maiorem, in successore ipsius inueniret. Et quia ante complu-  
res annos Romani imperij cum Francis discordia non minima extitit, ipse inter vtrosque  
pacis gratiam labore & industria sua reformauit. Conradumque atque Henricum reges  
in consensum reuocauit: quorum vnus, id est, Conradus Romanorum siue Orientalium,  
alter verò, id est, Henricus Occidentalium populis Francorum imperauit. Erat enim ei  
cum vtrisque par locus obtinendi, quæ poscebat, vt potè qui plurimum amicitia apud  
eos valeret. ideoque discordia, quæ inter eos quasi quoddam senium longum duxerat,  
ipso mediante in nihilum redacta est. Vnde & inuidendi sibi occasionem quibusdā tri-  
buit, quia solus id efficere valuit, quod vt fieret, multi iam olim consequi nulla ratione  
potuerunt.

Pax inter  
Conradum  
Imper. &  
Henricum  
Gallorum  
regem.

## CAPVT XVI.

Subrefugit  
Episcopatu  
Argentini-  
ensem.

**A**rgentinæ interea ciuitatis episcopatum, regis Conradi iussione ipsi destina-  
tum, tam callidè quam humiliter declinauit: quia occasionem declinandi regi  
hanc opposuit, videlicet se clericum dicens filium, canonicisque sanctionibus  
huiusmodi fieri obnoxium, si pontificij temerè præsumeret officium. At pro  
excu-

excusationis huius fictione aliquantum tunc rex erubuit, & quasi synodali præscripto  
conuentus, super hoc ad præsens conticuit. Sed non multò post ab Ermengarde, no-  
bilissimi Principis Godfridi filia, didicit, quoniam beatus Poppo non clerici, vt ipse  
regiæ maiestati finxisset, sed laici, ingenuitate & militia egregij, filius fuerit. Vnde eti-  
am postea beatum virum conuenit, proque excusatione iussioni suæ callidè obiecta re-  
darguit. Sed ille, vt quem Deus humilitate & subiectione totum perfuderat, regiam il-  
lam obiurgationem humiliter amouit, affirmans se ad id negocij minùs idoneum exi-  
stere, qui se in administrandis, quæ ipsi tunc incumberebant, curis pastoralibus non vide-  
bat sufficere. Cuius humilitas quia cæterarum virtutum eius argumentum regi fuit,  
totius consilij viribus idem mox rex eò incubuit, quatenus eas regni sui abbatias illum  
administrare iuberet, quas aliquando pastoribus destitui videret. Quod & factum est.  
Nam quascunq; rectoribus viduas percipere potuit, vt ei mox conferret, dilatio nul-  
la prohibuit: licet ipse ab eis pro humilitate aliquantum se subduxerit, atq; erga iussi-  
onem impossibilitatis excusationibus vsus fuerit. Et primò Lintburg, in Vosago situm, <sup>Lintburg</sup>  
quod hæreditaria forte sibi iam olim in manus venerat, probabilius cum ad stipulatio- <sup>tradit Im-</sup>  
ne testium beato viro delegauit, & pro fruendo inibi in honore sancti Iohannis Euan- <sup>perator</sup>  
gelistæ cœnobio preces intendit. Qui ex regalium precum edicto, eundem locum, fe- <sup>Poppo.</sup>  
rarum iam tunc cubile, multo cum labore excolens, feruorumque Dei habitacula non  
vilia extruens, Christi iugum leue sub monastica institutione ipsis iniecit, atque Iohan-  
nem nepotem suum tam illi loco, quam apud sanctum Maximinum Treuirensibus præ-  
fecit. In quam plurimis proinde monastici instituti cœnobijs, à præfato iussus regis, pri-  
mus successit, rectoresque singulos singulis præfecit: apud Herosfeldiam quidem Ruo-  
donem, \* Pathalabornensem postea antistitem: ad S. Gallum, versùs Alpium iuga, <sup>for. & Pader-</sup>  
Northertum, & in Vuirzenburg Volmarum: Hasternaco quoque Humbertum, vita <sup>bornensem</sup>  
& moribus præclarum. In his itaq; tam consilij quam impensarum administratione re-  
giminis statum firmavit: tum in singulis omnia, & in omnibus singula, vt oportuit &  
deciuit, augmentauit. Suarum præterea precum interuentu, Heribrandus in Cella S.  
Gilleni, Euerhelmus quoque in Altomonte rector coepit haberi. Apud Brunuillarium  
verò, quod ab Ezzone, palatij administrante comitatum suscepit, Ellonem, omnibus  
eiusdem loci habitaculis à fundamento extructis, præfecit: atque in Bosenthors, quod  
largiente sibi Adalberto comite in manus venerat, similiter sub Conone, quæ rectorè  
illuc subrogauerat, monachorum gregem aggregauit. Sed & apud Traiectum, quod  
Phrisiam respicit, ab Adalbaldo, eiusdem ciuitatis episcopo, cœnobium S. Pauli regen-  
dum suscepit, ibiq; Herigerum tam prodesse quam præesse præcepit: illoque humanis re-  
bus exempto, duos in regimine viros vicissim sibi succedere iussit. Non multò post  
verò memoratus antistes Adalboldus hortatu beati viri, ad monastica instituta adspira-  
uit, omnemque illi in pastoralibus pontificij sui administrationem commendauit, quam  
tamen ex præscripto B. Popponis iterum recepit, & in ea, quoad vixit, sub monastico  
habitu permansit. In Niuirario præterea Theodoricum, & Meti apud S. Vincentium  
præfecit Heribertum: in Vualciodoro quoque nihilominus Lambertum: quæ quidem  
monastici vigoris cœnobia per Theodoricum Metensium antistitem diuina ei indul-  
sit gratia. Apud S. Eucharium etiam Treuiris, Bertulfum in regimine promouendo ro-  
borauit, quod ei gratia regendi Treuirensium archipræsul Poppo donauit.

## CAPVT XVII.

**I**ohanne igitur, nepote beati viri, ab eodem apud S. Maximinum, vt præfati sumus,  
in regimine iam promotus, ipsoque ab oneris sui pondere paululum releuato, Sta-  
bulans ire perrexit, vbi se prius in excolendis institutionibus monasticis arctius fixe-  
rat. Qui in ipso monasterij introitu à quodam Iohanne, nomine, non opere, mona-  
cho, cõspectus, cõuicijs & blasphemijs ab illo incredibilibus est proscissus, ita vt mor-  
tuum potius eò inferri optaret, quam viuus eius ad spectibus præsentaretur. Qui nequi-  
tæ suæ consensum cum blasphemantibus iungens pharisaïs, de quibus voce veritatis  
dicitur, Si patrem familiars Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? non  
semel os in virum Dei conuiciando laxauit, sapiusque mortem ei imprecando, super-  
bie verba iterauit. Sed quia beati viri mortem cum vitæ eius fastidio optauit, ipse mor-  
tem sibi non multò post ea improbitate comparauit. Nam vt ficus illa in euangelio ex  
sententia Domini quondam aruit: ita & hic ex vindicta Dei, serui sui iniurias vlciscen-

Math. 10.

Math. 21.

Hhh tis,

Vitio diuina in conuiciatorem S. Popponis. tis, totus mox arefcendo palluit, atq; eo ipfo blafphemiarum in virum Dei momento, cum mors inopinata inuafit, atq; ad vltimum vsque vitæ suæ punctum dolor horrendus occupauit, donèc morte peflima ipfe nihilominus de medio fieret, atq; deinceps conuiciandi alios finem faceret.

CAPVT XVIII.

**A**Lio quoquẽ tempore post vespertinã fynaxim in cella degebat, fermonemq; cum aliquot fratribus, apud illum tunc fimiliter agentibus, non ab re trahebatur: cum vni eorum, Adalberoni nomine, vt fuperius cellæ ofium clauderet, mandauit, eidemq; pro nofturnarum horrore tenebrarum fapius refugienti, inftare non ceffauit. Ille verò, qui inobedientiæ vitium femel atque iterum admifit, tandem compulfus, ad fibi iuffa tam tepidè quàm trepidè abijt, atque eò, quò ire iuffus fuerat, folus peruenit. Quem quia viro Dei non mox parère per inobedientiæ ftimulos fpiritus malignus fuafit, cum eueftigio ipfe inuafit, ita vt inconditæ vocis ftridorẽ quo fque vndecunquẽ ciceret, tamq; fubito non fanæ mentis fuæ ftipaculo eos, qui conuenerant, permoueret. Ligatus ergò, in oratorium adducitur, atq; in medio coram deponitur, vbi à fratribus orationi inftantiùs pro eo infiftitur, atque etiam in fpiritum illum pefilentem exorcifmus adhibetur. Neq; verò beatorum Popponem caufa rerum geftarum latuit, quæ ex prædicti fratris inobedientia ei auotuit. Qui mox fuma cum grauitate ad fratrem illum non fanæ mentis deuenit, alapamq; tantum, vt alter Benedictus, in faciem illi dedit, fpiritusq; malignum fine mora eiecit, Nullique dubium fit cum prece non præmiifa hoc potuiiffe, cum, beato Gregorio in Dialogis fuis affeuerante, fanctorum quiq; figna aliquando ex prece, aliquando peragant ex poteflate. Et hi, quibus fecundum Iohannem dedit Deus poteflatem filios Dei fieri, quid mirum, fi per eos figna ex poteflate valeant fieri, qui ex poteflate Dei funt filij? Nam & Petrus Tabitham orando fufcitauit; Ananiam verò & Sapphiram increpando in mortem ftatuit: quia vitam, quam illi ex prece contulit, iftis mentientibus ex poteflate abftulit. His in argumentum huius figni fic fe habentibus, cætera, quæ de viro Dei funt, delectamentum porro præftent legentibus.

CAPVT XIX.

**I**Nterea tam Malmundarienfium, quàm Stabulenfium locorum renouationi operam dedit, in qua affectus fui effectum, Deo opitulante, tandem inuenit: Et apud Malmudarium quidem cryptam, vt facilè cernere eft, è fundamentis extruxit: Stabulaus verò, quia omnes cū monafterio officinas pro paruitate fuã vilefcere vidit, funditus eas euerfum ire cœpit, atque in habitaculis amplioris fitus extruendis plurimum impenfarum abfumpfit. Sed quia his humani generis hoftris more folito inuidebat, fraudum fuarum laqueos adnectebat, fi fortè virum Dei in cœpto opere præoccuparet, immò per eorum, qui eidem tunc operi infudabant, offenfam retardaret. Nam Hubaldo cuidam, cuius ingenio & labore id opus fatis proceffit, præcipitium à cancellis fuggeffit, ita vt toto corpore collideretur, omnifq; virium fpec, præter folum fufpirare, iam in eo defideraretur. Cuius cafu vir Dei comperto, tam pro eo, quàm pro operis deftitutione admodum doluit: fed tamen in hoc folitæ medendi vires ex fanctitate & virtute ipfius ei minimè defuere. In fua nanque femotiùs eum transferri iuffit atq; locari, & ex proprijs, ficut eum oportuerat, in cunctis accurari. Proindè ipfemet quiddam cibi & potus sibi illati, benedictione etiam addita, illi dirigit, eumq; miri dictu, faluti mox refituit. Vndè & diabolicae fraudis fubitò machinamenta elufit, omnemq; cum collifione memorati Hubaldi mœrorem deterfit: ita vt qui vitæ fuæ diffidentiam incuffit cernentibus, iam fuis omninò ad opus priftinum refumptis viribus iucundum ftipaculum econtrariò & gaudium ingereret videntibus. Iamq; opus illud in altum proceffit, omnemq; tam longè quàm latè locum eregionè refpexit, atque cooperante feptemplici fpiritus fancti gratia, omnis per feptennium illius ftuctura confummata eft. Neque enim id fore vir Dei crediderat. In augmentum quoquẽ decoris, plura ornamentorum pondera addidit. Nam calicem miræ magnitudinis, auro gemmisq; egregiè donauit fabrefactum, & in corona auri argentiq; non modicum expendit apparatus: hisq; complura per beatum virum dona adiuncta, addidit ornatum. Et vt hæc breuiter fcripto compræhendamus, quæcunq; in tabula, cappis, pallijs reliquofq; ornamentis

Pœna inobediens monachi.

Alapa eiecit demonẽ S. Poppo.

Iohan. 1.

Actor. 9. Actor. 5.

Sanat hominẽ prope mortuum.

Stabulense monasteriũ egregiè inftaurat.

amento eo loci aut funt aut fuerant, confilio & opera beati Popponis illic effe cœperunt. Marmoreas proindè columnas ad id fimiliter opus, diuina reuera prouifione, sibi inuenit, vbi nulli vnquam eius natura loci marmor inuenire dedit. Et verè ipfo am olim iaciente fundamentum, incepti quondam operis Deus fuperædificauit prouentum, vt cum Apoftolo litera & fpiritu illud dicere poffet: Secundum gratiam, quæ data eft mihi, vt fapiens architectus fundamentum pofui: alius autem fuperædificat. Quis, inquam, fuperædificat, nifi ille, quo non ædificante, in uanum laborat qui ædificat? Tam egregiè præterea, quàm ftrenuè eiufdem ecclefiæ ftuctura perficitur, proque confecratione illius in honorem fancti Petri, fanctique Remacli, in omne confilium à fancto viro descenditur. Vndè & ad id negocij Hermannum, Agrippinæ Coloniae archiepifcopum, Nizonemq; Leodiensem euocauit, quibus epifcopos abbatesq; complures eiufdem rei occafio vnã fociauit: tum vt honeftiùs hoc commendaretur, imperialem Henrici maieftatem inuitauit, cui post Conradum patrem fucceffio iufta imperium adfpirauit. Præfinitus certè dies iam aderat, qui ad eandem domum Domini confecrandam & chrifmandam Nonis Iunij illuxit, vbi non modica cum memoratis viris turba confluerat. Quantos autem impenfarum donorumq; vfus tam imperiali præfentia, quàm reliquis optimatum tunc exhibuerit, quis fcribendo facilè explicare poterit? Sed & à præfato Henrico fui iuris in Amblauia cefpitem, qui in duodecim fere manfos extendebatur, teftamenti legalibus ad eiufdem loci vfus adftipulabatur: ac deindè eundem encaniorum diem ex concursu populi vltteriùs celebrem decreuit. Vndè etiam vsq; in præfens vndecunq; à populis ad præfcriptum diem accurrendi mos inoleuit. Malmundarium in fupèr, quod præfato loco tam attinere quàm adiacere fempèr habuit, vt firmiùs ad eundem locum refpiceret, fcripti imperialis fententia ftatuit, confirmatis etiam his, quæcunq; ad eum locum iuffè videbantur pertinere, nè quis iniuffè appetendi ea facultatem deinceps poffet habere. Sed & beatus Poppo, vt Malmundarienfes profeflionis fuæ fponfionem apud Stabulaus agerent, perpetua lege ratum ftabiliuit: atque exindè in omnes fucceffores ipforum, huiufmodi fententia manauit. Confecrata autem & chrifmata eft præfata ecclefiã in honorem principis apoftolorum Petri, fanctorumq; confefforum Martini & Remacli, anno Domini millefimo quadragefimo, indictione octaua, Henrici quoquẽ Imperatoris anno fecundo.

CAPVT XX.

**T**empore, quo beatus Poppo Iohanni cœnobium S. Maximini regendum commiffit, contigit illum quædam in vifione fuper eiufdem regiminis receptione difcere. Vox nanque ad eum oraculo, vt verè conftat, diuino aduenit, quæ eam certè fententiam illi audire dedit, quæ ad Petrum olim à Chrifto prolata pafionem ipfius ita prænunciauit. Cùm efferes, inquit, iunior, cingebas te & ambulabas vbi volebas: dum autem fenueris, extendes manus tuas, & alius te ducet, quò tu non vis. Diuinitus hoc editum oraculum mox intellexit, atque prophetiæ oculis aliter id de fe, aliter de Petro fignificatum confpexit. Sermonem interea fuper Iohannis fepè memorati regimine ad fratres habuit, & de venturis, tam in fe quàm in illo, verba tanquam de præteritis contexit. Hoc tamen fæpiùs inculcando docebat, quòd eundem Iohannem mortis occafus iam è propinquo refpiciebat. Res itaq; post modicũ, vt vir Dei indicarat, effectum inuenit, viuendiq; finem, eodè nimirum anno, ipfe dedit. Quo de medio factò, quia cæleftis in fe oraculi fententiã pro humilitate aliquantum declinare contendebat, in regimine Bernardum quendã fuccedere iuffit. Qui fimiliter annis vix duobus emenfis, rebus humanis eximitur, nihilq; exindè quàm metus cum ftupore relinquitur. Ante proximam tamen fui exitus horam in fratribus circumftantibus talem protulit fententiam, nullum, excepto Dei viro Poppone, promouendum in regimine, nè fimiliter & illum primo fucceffionis vel promotionis fuæ aditu perire contingat. Tandem, nè diuinum vllo modo refponfum euacuaretur, beatus Poppo idem cœnobium S. Maximini imperiali maieftate repeterẽ iubetur. Sicque quod fruflrà declinare contendebat, licèt inuitus, tunc fubijt, atque, vt in vifione acceperat, manus fuas ad pafioralia extenfas præbuit, eoq; ab alio ductus eft, quò ipfe noluit. Sed Lintburg, cui fimiliter prædictus, dũ aduixit, Iohannes præerat, Gumbertus, profefione & loco fancti viri monachus, regendum fufceperat: fed quòd temerè, eodem beato viro non contenti

1. Cor. 5.

Pfal. 126.

Solemnis confecratio ecclefiæ Stabulensis.

Vifio S. Popponis.

S. Poppo cogitur natus præfente monasterio S. Maximini.

Godestenus solitarius.

sentiente Poppone, non suum praesumpserat, cum vita etiam sua non multo post amiserat, ita ut visceribus paulatim digestis, diutina eum huiusmodi ad mortem usque pestis pertraheret. Post quem Hagano, nihil simile veritus, subintravit, quem similiter grauis ad mortem casus impulit. Godestenum interea, cuius vita solitaria sanctitate & fama late iam percubuit, a solitario & quodammodo eremitico proposito succedendi amor rapuit, ita ut reclusionis suae claustra effringeret, solusque quasi ex sanctitate sua, quod priores non poterant, ipse impune se facturum praesumeret. Sed quia cupiditatis suae se stimulis non sensit exagitari, quem fama usque adeo hominibus reddiderat venerabilem, in grauem mortis viam ex hoc incurrit, quod velut suis ex meritis praesumere audeat. Nam tendens in altum, cadit ab alto: quia quadam die in vallium ima a montis vertice casum dedit, mortisque occasionem inde inuenit. Sicque, omnes, qui aduersus B. Popponem tam supplantationis quam concupiscentiae fraudibus utebantur, in vnum mortis locum colligebantur, paulatimque coenobij illius status deperijt, & usque in praesens imopiae suae vestigia ostentare non desinit.

CAPVT XXI.

Mulier merite capta, facta natur aqua, qua manus abluir S. Poppo.

Residens ergo vir Dei Poppo Stabulaus, ubi stabilis laus a fidelibus perpetuo concinitur, ut hostias & laudes cum elemosynarum fructibus Deo persolueret, contigit quandam mulierem sensu perdito per montes & valles, campos, & sylvas errando & dilacerando semetipsam, ad locum ignoranter deuere supradictum. Hospitio alioquin vel municipio nullatenus teneri poterat, sed casu locum cum tunc memoratum subiit, & usque ad secretarium viri Dei peruenit. Hora tunc erat, qua vir Dei Missarum solennia expleuerat, cum ministri aquam ad abluendas manus vel os porrigerent. Quod videns illa infelix mulier, eandem aquam, in piscinam de more proiciendam, petijt sibi dari hauriendam. Qua accepta, mentis insaniam non est ulterius passa. Monstrauit Deus in hoc facto, quanti meriti apud se extiterit sanctus iste. Quamuis enim dispar sanctitas beati Benedicti patris monachorum fuerit, tamen in hoc opere imitator eius claruit: quia sicut ad illius specum mulier sanata redijt per ipsius merita, ita ad istius cellam per aquam abluionis manuum vel oris eius, redijt & hac curata.

CAPVT XXII.

Stephanus quidam vir illustri, familiaritate beato viro coniunctus, deposito circulo militiae, in coenobium supradictum beato viro se obtulit, ac monachum sponndit. Qui quidem senio iam fessus, diem expectabat supremum. Visitatus ergo a fratribus, dixit se velle mori, sed absque licentia patris non posse. Qui cum esset aduocatus, benedictionem & viaticum ab eo promeruit: sicque discessum est. Vir Dei ad cellam, vnde digressus erat, redijt, & Stephanus viam vniuersae carnis ingressus est. Quis non miretur tanti patris auctoritatem, & fidem discipuli morientis? Antiquorum patrum gesta, per hunc sanctum renouari videmus.

CAPVT XXIII.

Obitum suum S. Poppo praedicit.

Atrebatensium quoque rector Iohannes hac de luce subtrahitur, sanctitatisque beati Popponis mentio Balduino Marchiso pro successione ingeritur. Qui super hoc per internuncios diu multumque laborauit, & licet tarde, sancti viri ad id consensum impetrauit. Licentia tamen imperialis, quam in hoc idem Marchisus restare adhuc videbat, non statim id fieri sinebat: praesertim cum multa tunc temporis esset dissensio, orientaliumque atque suorum valida inter se contentio. Eadem tamen a rege licentia B. Popponi permittitur, atque ita Atrebatum usque aduehitur. Et primum a Nannete ciuitate cum Vuazone episcopo Leodium deuenit, qui spiritualis causa amoris semper animo eius sedit, quem etiam Leodio olim inuidia pulsus ipse suscepit, & apud se sedulo fouit: tum etiam aliquantis sibi succedentibus diebus, illud vnde exulauerat, renouauit, consilioque & fauore postmodum ad pontificium promouit. His vero inter eundem sermo de caelestibus exoritur, animusque ad superna pariter suspenditur: cum ecce beatus Poppo cursu ante praerepto, Eia, inquit, iam nunc te praeco: aliud velle licet agens, aliud, vero prophetiae spiritu super obitu suo iam imminente significare volens. Susceptis interim a praefato antistite his, quibus se tunc ad praesens opus habere videbat, Atrebatum usque, ut praediximus, peruenit. Vbi pari omnium affectu egregie suscipi meruit, utpote cuius sanctitas olim ipsis fati explorata fuit. Singuli deinde dilectioni illius sese accommodant, & quod cuique, usque ad id temporis suum fuerat, coram illo

illo ponitur, ut verè Apostolica inter eos tempora cernerentur, dum res quaeque ab illis, quibus cor vnum & anima vna erat, ante pedes Apostolorum ponebantur. His itaque magis prodesse quam praesse coepit, & administrandis vtiliter & honestè eorum rebus, Emmelinum virum prudentem praefecit, qui praedicti antistitis Vuazonis carne germanus, sanctique viri cooperator, & ut vulgo dicitur, dextera manus fuit. His absolutis, ad beati viri de hac vita exitum styllum vertamus.

CAPVT XXIII.

Prasciens itaque beatus Poppo discessus sui ex hac carne horam haud procul abesse, iter, quod Stabulaus spectat, perrexit intendere: ut locus ille, qui ipsum archius sub monastica habuisset institutione, in sua ei ex hac luce migratione non deesset. Discedens vero inde, charitatis vestigia suis reliquit, singulisque per tricenos dies singulos dari Biberes praecipit: quod quidem charitatis edictum per totidem dies apud eos inoleuit. Precibus itaque licentiam Marchisi super hoc obtinuit, sicque reuersionis suae viam ingredi coepit. Praefatus tamen Marchisus Martianas coenobium tutelae ipsius delegauit, & ut in ipso regressione suae articulo singula accuraret, mandauit. Quod quidem oneris magis inuitus, quam spontaneus subiit, locumque illum tam visitatum quam accuratum adijt. Vbi honestè & cum multa grauitate monachorum illi occurrit processio, quae indicio videntibus fuit, quanta sanctitatis eius in illis esset dilectio. Coepit interea cunctis singula, quae vsui forent, prouidere, & ut angelicus ille dispensator, necessaria sine typho praebere. Sed quia multimoda rerum occasio aliud eum trahebatur, nec se solum ad omnia sufficere videbat, in administrandis his Balduinum, Atrebatensium postea abbatem, secundum a se promouit. Et iam ultimo exitus eius tempore imminente, ipsoque in cella paululum sopori indulgente, somnia phantasticis, immo diabolicis, impressa illusionibus patitur, daemoneque quasi propè adstantem sibi videre videtur: qui minas viro Dei intentans, illo de loco eum citius migraturum adiecit. Cui vir Dei, Deus, inquit, cuius nutu huius loci in me processit administratio, & quando vult & quomodo vult, me hinc iubebit abscedere. Et mox daemone, impetu dato, ipsum visus est inuadere, grauemque per visum molestiam inijcere. Vnde & phantastica illusionem constrictus, versus illum ex centesimo viceesimo tertio psalmo subinferendo exclamauit, Adiutorium nostrum in nomine Domini: eoque clamoris sono tam ipse, quam qui coram illo obdormierant, expergefati, euigilant: lucernamque, quae ante illum eo quidem noctis tempore lucere solebat, vir Dei extinctam conspexit, hocque inimicum effecisse, euidenti praeterita visionis indicio intellexit. Nec mirum esse debet, haec in virum Dei per somnia daemone valuisse, quem nec per somnia aut aenigmata, sed facie ad faciem ipsum verum Deum verumque hominem scimus tentando petijisse, tum de loco ad locum pro nequitiae suae voto duxisse. Ipse est etenim, qui humani generis calcaneo insidias tendit, & cum sanctis importuna suae malitiae bella intendit: nunc his visibilem quodammodo se praefrens, nunc illis phantastico somniorum horrore se ingerens. De quo etiam somniorum genere illud scriptum legimus: Multos errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis. Et licet paululum a proposito degredimur, tamen id quod propositae rei occasione ingestum est, loquimur. Sciendumque est, secundum plerosque, sex: secundum alios, quinque somniorum modos inueniri. Et sex quidem, non ab re hic interserimus, quae ventris plenitudine, inanitate, illusionem, cogitatione simul & illusionem, reuelationem, cogitatione simul & reuelationem eueniunt. Sed duo, quae prima posuimus, experimento noscuntur: reliqua vero quatuor, attestante beato Gregorio, in diuinae scripturae paginis inueniuntur. Et quidem beatum hunc virum Dei Popponem illusionem constabat tentatum, quem tamen ab eius laesione pro illius sanctitate, Deo illi opulante, vere conseruatum credimus. Qui vero praefatorum distinctiones somniorum in quinque tantum modos nosse desiderant, Macrobius in somnium Scipionis legant: nihil diuersum inter utrosque reperturi, si intimè eorum significatio inspiciatur. Sed his occasione, ut diximus, rei propositae interfertis, reliquum de beato viro dicere pergamus, quem Deus a negotio perambulante in tenebris, & ab incurfu daemoniaco defensionibus protegit assiduus. Signo interea crucis facto, seruitutisque diuinae penso, cui reliquum noctis impendebat, absoluto, valida febrium vi coepit fatigari, atque inexhaustis doloribus

Petit extre-  
mam vni-  
onem.

Implorat  
sanctorum  
preces.

1. Tim. 6.

Oratio eius  
ad Deum.

Feliciter  
migrat e  
corpore.

Catalogus  
virtutum  
eius.

\*for. casula.

Pfal. 41.

iam ad vltima vitæ perurgeti. Vndè & dominum Euerhelmum Altimontensem abba-  
tem, qui secutus eum illuc vsq; fuerat, ceteris vnà cum fratribus euocans, resolutionis  
sua diem imminere prædixit: deindè ad visitationem vntionemq; sui præfatam abbatè  
nihilominus admonuit. Adiecit insuper eidem, ad pristinum professionis suæ locū Sta-  
bulaus se post mortem ab eo deferendum, corpusq; suum à læsione alienum, illic dor-  
mitionis suæ locum obtenturum: singulas etiam diuertendi mansiones sibi mortuo  
præuidens, quas, si adiuuaret, ipse vtique ad simile hospitadi opus esset electurus. Exple-  
tis deindè pro se omnibus, cilicium, quod sibi sterni fecit, nudis pedibus adijt, terramq;  
ram corpore quàm pectore prono deosculans, se supinum collocavit: tum responsori-  
um circumstantibus iniungendo, hoc duntaxat modo inchoauit: Subuenite sancti Dei,  
occurrite angeli Domini: quod quidem iniunctum circumstantium caterua fratru ex-  
cepit, atq; in finem vsq; cum subiuncta etiam Litania perfecit. Post cuius expletionem  
ipse mirum in modum ad se rediens, rursùm refedit, initiumq; loquendi ita insuper de-  
dit: Noueritis certè fratres, quædam in agendis per me rebus restare, Deumq; loquen-  
di adhuc vobis spatium mihi præstare. Nec ab re hæc ad se rediens dixit, quia quæ oportu-  
nit fieri, minusq; adhuc impleuerat, dicendo & agendo postmodum effectui mancipa-  
uit. Et primùm de erogandis, quæ sibi eatenus fuerant, rebus consultans, quasdam eccle-  
sias Dei in augmentum misit, quasdam verò amicis pauperibusq; Christi in monimen-  
tum suū disperfit: itaq; omnem inimico auaritiæ suspicionem ipse præcidit, illud Apo-  
stolicum recolens: Nihil in mundum hunc intulimus: sed nec auferre quid possumus.  
Theodorico interea, quem ipse olim, vt præfati sumus, in omni doctrina nutrierat,  
adire suos quantocyus iubebat, vtq; imperialem præsentiam illum suis verbis compellant  
accedere, atq; in regendo S. Maximini cœnobio pastoralementem curam subire. Cui  
cum adstantes dicerent, Quid super Stabulaus decernitis agendum? nihil, inquit, aliud  
mihi vobis super hoc dicendū, quàm quod soli Deo illud velim esse commendatū. Hoc,  
vt dixi, soli certè Deo committo, nec alium, quàm ipse prouiderit, rectorem admittit.  
Sacerdotali demum auctoritate & stolâ criminum veniam fratribus impendit, oratio-  
nisq; verba extensis manibus hunc in modū deprompsit: Da Deus immensè, ineffabilis  
& magne, vt si verè conuersus sum, hoc eiusmodi iudiciū habeam, quatenus in S. Pauli  
conuersione, quæ hac quidè nocte instat, è carne transcam: quod vt fieret, semper opta-  
ui, semper te Deum rogavi. Et hæc dicens, se cilicio recolligi præcepit, vltimumq; lo-  
quendi finem dedit: cum ecce mediæ noctis articulo mirum in modum manus leuaret,  
atque extremum eo, quo poscebat, tempore matutinali expleto officio, spiritum Deo  
reddidit. Conclamatum subito est à circumstantibus: Ecce, ô beate Poppo, hæc hora  
sanctitatis tuæ iudicio est omnibus: ecce quantum bonitatis tuæ gratia meruit, in sa-  
pientia sua Deus mundo innotuit. Nec facile erat quenquam sibi à lachrymis tunc tem-  
perare, cum tam feliciter ad eum, cui semper vixerat, meruit hinc egredi: feliciter, in-  
quam, migravit, qui feliciter semper auspicijs virtutes in se augmentauit. Quas quidè,  
nè quasi negligentia præterire videamur, in argumentum tam egregij exitus eius dice-  
re, prout vires suppetunt, aggrediamur. Erat enim ei compunctio cordis ex infusione  
sancti spiritus affluens, cuius etiam conuersionis suæ tempore intantum erat appetens,  
vt cum quosdam fratrum in lachrymas excitari videret, seque similia non posse doleret,  
sumpto lapide, pectus eo contunderet, vt hoc fortè modo vel modica compunctio-  
nis stilla sibi afflueret. Cuius desiderij sui compos post modicum effectus, tantam compun-  
ctionis à Deo gratiam est adeptus, vt illud, vbi sæpè genu vel millies flexo, die & nocte  
orationi incumbere, omne lachrymis inundaret pavementum. In celebratione pro-  
indè Missarum \* casubulam, qua induebatur, lachrymis humectabatur, interq; pranden-  
dum magis lectione quàm comestione pasci amabat: & verè pro lachrymis, quas inde  
funderet solebat, cum Psalmista dicere poterat: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die  
ac nocte. Quid verò de corporis sui dicam afflictione, deq; carnis interitu & contritione?  
Quam intantum ieiunij flagellisq; atterebat, vt quicquid vitiosum illa aduersus spiri-  
tum cõcupisceret, ipse flagellis, propria sibi manu clam illatis, extergeret: & pro hoc in  
seipsum vindictam exerceret. Balnearum verò vsus illi rarus fuit in infirmitate, qua affli-  
dè laborabat: nunquam verò extra infirmitatem, postq; conuersionem illas admisit,  
tum etiã à sagine cibarijs omninò abstinuit. Nec sola ad carnis macerationem huius-  
modi abstinentia illi sufficere visa est, sed insuper ad crucifigendum se mundo, peregrina-  
tio.

nationis sibi cruce adiecit, sæpè limina adies Apostolorū, sæpè etiam atq; vstitiùs ex-  
cubias ceterorum frequentans sanctorum. Nec dici potest, quantum omne suum iudi-  
cium discretione temperauerit, quantum iusta illud miseratione honestauerit: & reue-  
rã cum beato Iob oculis cæco & pes claudo erat, causamq; pupilli & pauperis, vt su-  
am, immò magis accurabat: atque excepto, quod quotidianis eos alebat sumptibus, Iob 29.  
trecentos singulis calendis Christi pauperes plenè reficiebat. Destinabat etiam plura  
tam auri quàm argenti donaria eremiticam solitariamq; vitam ducentibus, quam-  
plurimisq; à regimine deiectis consulendo rectoribus, suis opibus & eos releuauit, &  
ad pristinū regiminis locum reuocauit. Et vt omnes probitatis eius virtutes compen-  
dio referantur, & ex relatione antiquorum fidem legentibus faciant, erat fide firmus, Alius vir.  
spe longanimis, charitate non fictus, compassione singulis proximus, & ad omne opus, tutus eius ca-  
talogus.  
bonum mente & vultu semper promptissimus: arguebatq; subiectos clementer, to-  
lerabat patienter, & si quem pro quouis crimine vellet corripere, in se priùs descendens,  
hoc velut suum plangebat, secundum illud Apostoli: Si præoccupatus fuerit homo in  
aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, confide- Galat. 6.  
rans seipsum, nè & tu tenteris. Et vt vigiliarum orationumq; eius prætereat instantia,  
(licet enim præterire communia) in carne verè angelum vixit, dum semper in cæ-  
lestibus, vbi angeli faciem vident patris, animum fixit. Et pro hoc cuique fidelium mira-  
cula & quæ diximus, & quæ dicenda sunt, ad fidem faciendam sufficiant, proque sancti-  
tate ipsius, totius diffidentia caligine exclusa, satisfaciant. Obijt sanè octauo Calendas  
Februarij, anno incarnati Verbi millesimo quadragesimo octauo, indictione prima, æta-  
tis suæ anno septuagesimo, imperij verò Henrici anno decimo.

CAPVT XXV.

Sacerdotalibus porrò infulis, vt sacris ad stare altaribus solebat, vestitur: vbi ex sa-  
cro corpore eius gratissimæ suauitatis fragrantia sentitur: quæque olim viuenti Odor sua-  
in virtutibus amplius flagrat, & nunc in carne ipsius redolere nõ cessauit. Al-  
ba etiam casubula sanctum illud corpus fratres curabant vestire, cuius anima uissimus ex  
defuncti  
corpore.  
felicis in cælestibus inter amictos stolis albis primam meruit stolam inuenire. Orato-  
rio deindè exponitur, nox illa cum precibus vsque ad lucis ortum pro eo transigitur,  
cum ecce apparatis his, quæ ad transferendum eum prouiderant, clam è patria ipsius  
limine exierunt. Et in eisdem certè hospitandi locis manendo, quæ ab illo viuente  
didicerant, Leodium vsque deuenerunt, præmissoque nuncio, beati viri aduentum  
Vuzoni, eiusdem ciuitatis antistiti, intimaucrunt. At ille viuum eum tunc venire læ-  
tus primùm æstimauit: sed cum ei, vt se res de morte ipsius habuit, nuncius perorauit,  
clamoribus & lamentis inconsolabiliter se affligere, & quod talem amisisset virum,  
incredibiliter dolere cœpit. Postquam verò lamenta, non dolor, aliquantulum con-  
quiescere, eiusmodi fama, quæ omne Leodium iam impleuit, auctoritate etiam ponti-  
ficali hoc vniuersis eiusdem ciuitatis cœnobijs edictum peperit, vt cum crucibus, lam-  
padibus atque thymiamaterijs illud sacrum corpus exciperent, eaque, quæ talem Dei de-  
ceret feruum, honorificentia prosequeretur. Quod quidem, permixtis sibi cunctis, cum  
deuotione simul & dolore contigit fieri, nec fuit, quem compunctio cordis pro huius-  
cemodi rebus intrinsecus non tetigerit. Et nos quidem, qui de eo hæc scribimus, ipsi  
similiter toti in funere sumus: quanto magis hi, qui eius tunc exequijs interfuerunt,  
dolorem pro amissione tanti talisque viri pertulere? Sed si idè est dolendum, quod  
eum, quem charum habuimus, amisimus: multò magis certè gaudendum, quod in cæ-  
lesti eum mansionem intercessorem pro nobis præmisimus. Pauperibus præterea Chri-  
sti memoratus antistes pro sancto viro clemosynarum stipem dispendit, & ad Stabu-  
laus vsque cum ceteris exequias illas venerabiles prosequutus est. Nec difficultas iti-  
neris aut temporis incedentes vel modicè defatigauit, præsertim cum brumalis rigor  
omnem superficiem terræ tunc occuparet: Dei proculdubio virtute ibidem operante,  
seruicque sui translationi inuisibiliter fauente. Tandem ad Stabulaus, vt diximus, perue-  
nitur, omnisque loci illius tam laicorum quàm monachorum turba doloribus euulsi-  
busque afficitur, ita vt psallentium voces, euulsi quidem clamor exuperaret, &  
in parulis etiam gemitum affectus exprimeret. Sepulcrum mox post Missarum solen-  
nia illi in medio cryptæ, vbi ipse viuus elegerat, aperitur, atque ibidem id officij non sine  
Hhh 4 ange-

Alius vir.  
tutus eius ca-  
talogus.

Galat. 6.

Matth. 18.

Odor sua-  
uissimus ex  
defuncti  
corpore.

Honorificè  
admodum  
corpus eius  
Leodij ex-  
cipitur.

In mona-  
sterij Sta-  
bulense ius  
fertur.



angelica præsentia peragitur. Nam memorato antistiti, cui facile suis pro meritis hoc cernere fuit, visio angelica inter exequias illas apparuit, qui adstantem ipsi ministrum, vtrum idem videret, sepius repetens interrogauit. Sed quod ille pro meritis, vt præfatus sumus, videre meruit, non nostrum iudicare est, cur nemo id videre potuit: nisi forte, quod nulli circumstantium ad prædictam visionem sanctitas sua suffecerit, vel quod nemini, excepto ipso præfule, reuelare Dei gratia voluerit. Et iam sextus circa insepulti corporis funus dies abfcesserat, nec tamen pristina in illo fragrantia defecit: vt certè testantur illi, qui adfuere, quod velut pulueris pigmentarij suauitatem in ipso persenserint. Quosdam verò literas exhortatorias, à venerando abbate Richardo olim de charitate ipsi scriptas, vnà cum calice pectori eius superposito: quarum etiam literarum exemplar in eodem monasterio posteris reliquerunt, vt ex eo amborum consensus & dilectio perspiciatur, quidque charitatis gratia valeat, à legentibus ibi inueniatur. Hæc nos quidem de obitu translationeque beati viri dixisse sufficiat, de cuius virtutibus & miraculis fides apud lectorem non vacillet, præsertim cum testibus, qui ea oculata fide didicerunt, confirmantur, certiusque his scriptis roborentur. Ceterum cur ad sepulcrum eius miracula crebrius non fiant, nemo miretur, nec propter hoc ea, quæ verè de eo diximus, vocet in dubium, cum ipse adhuc in carne viuus, plerisque fratrum audientibus, attestatus fuerit, quod nunquam delectatus sit miracula facere, nec vnquam hanc gratiam sibi dari à Deo expetere præsumperit. Et quanquam pro humilitate fauorem erga se populi in vita timuit, non tamen miraculorum gratia mortuus caruit: quia post mortem nequibat latere, cui ante mortem hoc Deus inspirauit, vt velleret latere. Paucæ tamen à pluribus hæc inferam, gloriamque Dei in sancto suo, non sine legentium admiratione commemorabo.

## CAPVT XXVI.

**H**erimannus, eiusdem monasterij monachus simul & ianitor, tribus ferme post beati viri depositionem mensibus elapsis, infirmitate correptus, ad vltima vitæ suæ peruenit, loquendi que finem in agone suspensus fecit, ita vt nec respirare villo modo videretur, nihilque aliud in eo, quam ipsa mors conspici putaretur. Qui miro quodam modo post duarum ferè horarum spatium ad se redijt, & quod ad iudicium raptus fuerit, fratribus sibi adstantibus retulit, singulisque criminum suorum maculis in confessione deterfis, pro vno tantum conuentus fuerit, quod contra beati Popponis statuta admiserit. Aiebat nanque: Noueritis me de singulis criminibus confessionem fecisse, vnum tantum obliuioni reliquisse: quia agrum pascualem, quem beatus Poppo cuidam crediderat, mea olim auferre superbia non dubitauit. Pro quo & ego ad iudicium raptus, temeritatisque erga virum Dei sum incusatus, tandemque eiusdem sancti viri intercessione huc remeare, crimenque illud tam precibus vestris, quam confessione permissus sum expiare. Fratribus verò multa de præfato viro Dei rogantibus, id de ipso testatus est, se eum honestate & reuerentia commendabilem inter celestis aula primores vidisse, ibique intercessione ipsius redeundi copiam accepisse, eumque rursus videndi spem sibi de reliquo accreuisse, si tamen preces ipsorum pro se ad Deum præmitterentur, atque ita contra ipsius statutum temerè à se commissa expurgarentur. Deinde adiecit, neminem in virum Dei impunè quid posse admittere, quemadmodum ipsius exemplo posset facile doceri. Mox pro eo fratres orationi instant, quodque contra viri Dei statutum deliquerat, precibus expiare contendunt: cum ecce sine mora vltimum efflauit spiritum, vt profectò intelligi daretur, ipsum ideò in carnem accepisse redeundi facultatem, vt quod in virum Dei deliquerat, hæc detergeretur, verumque de eo, quod dixerat, indicium relinqueretur. Letare ergò Stabulensium ecclesia, letare, inquam, ex tanti viri præsentia: quia vt Turonica ciuitas in Martino suo mirabiliter gloriatur, ita etiam in Poppone tuo status tuus magnificatur: dum & ille mortuum viuus suscitauit, & iste monachum, ad iudicium extra se raptum, mortuus ad vitam reuocauit. Magnum quidem est, mortuum suscitare: magnum etiam est, hominem ad iudicium raptum, ad se reuocare: cum neutrum nisi à sanctis fieri valeat, qui præsentia Dei mirifice perfruuntur. Et verè in hoc patet, beatum Popponem post mortem etiam viuere, curamque suorum apud Deum semper gerere.

## CAPVT XXVII.

Alio

**A**lio quoque tempore puer quidam Gozo, idemque monachus viri Dei, scholari adhuc disciplinae subiectus, valida corporis infirmitate correptus est. Qui se mox visitari petijt & vngi, psalmisque & precibus Deo commendari. Quod cum ageretur, illique à fratribus in prece & infirmitatis eius visitatione adfaretur, exclamauit subito, demonum phalangem, Aeneæ & Turni aliorumque, ex Virgilio viorum vultus imitari, seque ab eis, qui sibi in discendo plurimum in usu fuerant, usque ad animam infestari. Fratribus verò, vt sibi crucis signum imprimeret, hortantibus, seque non posse, illo respondente, mox dominum abbatem Popponem adesse exclamat, eumque fratribus ignorantibus quem significasset, inclinato capite salutat. Quem cum adstantium fratrum caterua quid videret inquireret, aut quemnam saluaret, Num, inquit, dominum abbatem Popponem in medio vestri non cernitis, & ad eius præsentiam omnem demonum phalangem effugisse non conspicitis? Adiecit proinde, se eorum manibus, præfato succurrente abbate, creptum, securitatisque remedia de eis porro adeptum. Quo ista persequente, doloreque simul cum tremore in ipso conquiescente, spiritum vltimum exhalauit, & iam verum quam manifestum eorum, quæ dixerat, indicium ostentauit, ita vt cum beato Poppone verè indè migrasse crederetur, & in eo erga omnes fratres beati viri similis sollicitudo intelligeretur. Cuius quidem pueri corpus à coetaneis socijs fauore pariter & dolore circumdatum, & ante scholam, licet quibusdam inuitis, est sepultum: pro quo etiam gemitus ipsorum tanto fuit intolerabilior, quanto erga eum affectus omnium in vita ipsius extiterat propensior.

## CAPVT XXVIII.

**E**odem tempore extitit quidam magister carpentariorū vel latomorum, Thietmarus nomine, qui viro Dei Popponi valde charus habebatur propter peritiam artis suæ, nam illi Deus inspirauerat, quemadmodum Beseleel, opus perficere in domo Domini secundum voluntatem viri Dei, monstrante id videntibus præsentis basilicæ structura mirabili. Hic synaxi vespertina expleta, venit ad quosdam fratres in claustrum cum non parua, vt prosequemur, tristitia: & ecce præsens sedebat nepos sancti viri Euerhelmus Altimontensis abbas. Qui percontari cœpit, quid causæ haberet. Respondit se priuatum esse beneficio, quod sibi iure perpetuo concesserat homo Dei Poppo. Et ille, Non est, inquit, mortuus dominus tuus Poppo, sed verè viuit: pergequantocyus ad ipsum, & narra ei si quid habes. Credidit homo sermoni, quem audiuit, & præpeti cursu ad sepulcrum viri Dei peruenit, ibique, amarissimè, quæ sequuntur, clamitando, super corpus sanctum se prostrauit: Heu mi pater & domine, vt quid me diutius sinis viuere in hac conualle plorationis? Confessor te per omnipotentem, cui in hac vita fideliter seruisti, ne me permittas in hac miserabili vita octo diebus viuere. Vt ergò se exauditum credidit, surrexit, domum redijt, in lectum se proiecit, vaticinium petijt & accepit, & sicut à sancto viro petierat, ante octauum diem de hac luce substractus est.

## CAPVT XXIX.

**P**raterea plurima sanitarum beneficia per eum Dominus operatur: Febricitantes, demoniaci, alijque languidi ad sepulcrum eius, Deo cooperante, curantur. Vnum tamen præclarum, quod omnibus penè notum est, in medium proferam, vt ex hoc fides credentium incalescat. Aeger quidam diu vexatus hydropico morbo, adductus est ab occidentali plaga, & in basilica sancti & apostolici viri Remacii, mirabilium factoris, & in præsentia corporis eius est collocatus. Qui per septimanam ibidem diu cupitam salutem præstolans, tandem fessus sopore deprimitur. Et ecce videt sibi sanctissimū ac Deo dilectū Remaclum adstare, nimio splendore radiantem, & hæc sibi dicentē: Surge, & ad sepulcrum abbatis Popponis, quod est in hac crypta, propera: per eum enim tibi salus proueniet. Expergefactus eger, surrexit, & vtcunq; potuit, illuc peruenit, seque toto corpore super illius prosternens mausoleum, deuotissimè implorabat eius interuentu Dei adiutorium: cum subito virus omne, quod per membra ac vitalia diffundebatur, conglomeratum, vt quondam atractu S. Martini, immò Deo suum glorificante famulum, quam grandisque meriti apud ipsum esset ostendente, more torrentis magno vomitu per gutturis prorupit meatum. Statimque homo incolumis surrexit, qui penè desperatus aduenerat: & gratias agens Deo in sanctis eius confessoribus, letus ad propria repedauit. Quis non stupeat euentu huius inusitati

mira-

Visio angelica.

Timet manus apud aulos.

Visio de S. Popponem.

Viuat sancti apud Deum.

Puer videt S. Popponem ipsi apparere in extremis.

Exod. 31.

Nota petitionem, &amp; celerè impetrationem.

Hydropicus ad S. Popponis locum curatur.

miraculi, mandans illud stylo memoriaeque in profectum posteritatis, vt magnificetur Dominus, qui illum dignatus est per seruum suum curare: Idem p̄fatus athleta Dei, dum in terris hominem gessit, multa cum deuotione & studio Christo sanctissimoque eis p̄fati Rema clo seruiuit: vnde & ciuis esse sanctorum domesticusque Dei hoc facto declarari meruit. O felix Stabulaus, tanti pontificis Rema cli membra continens, cui ad tutelam loci ipsius adiunctus est famulus Dei Poppo, scurum inexpugnabile contra omnes inimici insidias. Non enim accidentale nomen tibi, sed essentiali adhe-

fit stabilis laus, abiecto vulgari illo, ab ignorantia profecto, Stabulaus: quia tibi stabilis laus perpetuo non extinguetur, sicut luminaria cereorum brumali tempore flantibus ventis sub diuo non quibant extingui, quando susceptum est corpus beati Popponis à fratribus p̄fati loci.

Cerei non extinguunt veteris flantibus, ad corpus S. Popponis.

CAPVT XXX.

**E**GO igitur Euerhelmus, Altimontensis abbas, hunc libellum, positus in cenobio Blandiniensi, scribendo summatim perstrinxi, non vt omnia, quae de beato viro dicenda erant, illo comprehendere. Quem dum deferre ad locum supra memoratum disposuissem, socios itineris mei assumpsi, Onulfum monachum, qui in p̄fati uncula huius libelli scriptus est, & Odulfum capellanum comitis Lambertii. Qui cum in via de vita & spe futurorum sedulo colloqueremur, frequenter etiam hunc libellum Odulfus reuoluebat mecum, beatum beatificans virum, qui sic p̄sentis seculi euasisset naufragium. Quid plura? Tandem peruenimus Leodium, vbi tunc temporis sancti Lamberti martyris recolebatur martyrium. Post Missarum solennia inde digredientes, vt ad viri Dei properaremus tumulum, Onulfus, Odulfi consilio deceptus, recusat coeptum iter peragere mecum, nescio quid de viri sancti meritis proferens ad alterum. Atant ergo ambo: iter perage tuum: nos vero in sancti Trudonis cenobio tuum praestolabimur reditum. Ad haec ego, eorum fidem infirmam considerans, aio, eos propediem dolituros. Et inde progressus, ad beati viri tumulum perueni, vnus tantum contentus consortio pueri. Extrahens ergo libellum, de eius gestis editum, non sine contritione cordis super sepulturam pijsimi patris deposui. In crastinum vero ad comites mei itineris rediens, eos tristes moestosque nimium reperi. Nam alter percussus equi sui damno grauiter dolebat: Odulfus autem lurida peste multatus, grauius gemit. Quem cum intuerer, primo exoratus ille, heu me, ait, domine, cur tecum coeptum iter distuli peragere? Ecce nunc morbo dysenteriae, immo diuina percussus virtute pecco. Quem blandè leniterque consolans, hortatus sum monasticum suscipere habitum. Post haec abijt, & ille non longè post obiit, exemplum suae preuaricationis relinquens posteris, ne p̄sumant detrudere virtutibus viri Dei Popponis.

Vltio diuina in obsecratorem S. Popponis.

GESTA QVAEDAM ET ILLVSTRE MARTYRIUM B. POLYCARPI, SMYRNENSIS EPISCOPI,

ex lib. 4. cap. 13. & 14. Historiae Ecclesiasticae Eusebij Pamphili, interprete Iohanne Christophorsono, apud Anglos quondam Cicestrensi Episcopo.

LIB. 4. CAP. 13.

**I**mporibus modo demonstratis, dum Anicetus Romanae Ecclesiae praerat, Polycarpum, cui adhuc suppeditabat vita, Romam aduentasse, & cum Aniceto in congressum colloquiumque de controuersia, quae fuit de die Paschae celebrando suscepta, venisse commemorat Irenaeus. Aliam item historiam de Polycarpo idem scriptor tradit, quam ex tertio eius libro contra haereses petitam, his, quae de eo tradita sunt, necessariò putamus adiungendam, quae ita se habet: Polycarpus non solum ab Apostolis institutus, & cum multis, qui Christum oculis conspicati sunt, familiariter versatus, sed etiam ab eisdem in Asiam delegatus est, quò Smyrnenis ecclesiae episcopatum capesseret: quem quidem nos ineunte aetate vidimus. Nam diu

26. IANVAR.



Lib. 3. cap. 3.

Irenaeus vidit Polycarpum.

vitam propagauit, & planè grandis fuit: qui summa cum admiratione & celebritate martyrium perpeffus, cessit è vita, eaque perpetuo docuit, quae ab Apostolis didicisset, quae ecclesia tradidit, quae denique sola vera sunt. Atque ista testimonio confirmant, tam omnes ecclesiae Asiaticae: tum episcopi, qui haec tenens successerunt Polycarpo: qui profecto testis veritatis fuit multò fidelior constantiorque, quam Valentinus, Marcion, & totum reliquum genus eorum, qui tot & tam pestiferas in Ecclesiam errorum sedas inuexerunt.

Qui tandem, Aniceto Romanae Ecclesiae episcopatum gerente, Romam aduentans, complures ab errore haereticorum, quos diximus, auocauit, & ad Ecclesiam veramque religionem traduxit, palamque praedicauit, se ab Apostolis accepisse hanc vnam & solam veritatem, quae est ab Ecclesia tradita. Sunt etiam, qui ab eo audierint, Iohannem Domini discipulum, cum Ephesi ad balnea se conferret, intusque videret Cerinthum haereticum, se mox è balneo illorum proripuisse, & eos, qui vnà erant, hoc modo esse hortatum: Fugiamus oculis, nè balneum, in quo est Cerinthus veritatis aduersarius, extemplo corruat. Idem Polycarpus Marcioni in eius conspectum venienti, dicentiq; roganti, Nosce nos, amabo: respondit, Noui equidem primogenitum Satanæ. Talem enim tu Apostoli, tum illorum discipuli adhibuerunt cautionem, vt ne sermonem quidem cum aliquo illorum, qui veritatem fallaciter suis commentis adulterare nitebantur, aliquando conferre vellent: sicut Paulus admonet, Haereticum hominem post vnam & alteram admonitionem denita, sciens quòd talis cersus est, & peccat proprio iudicio condemnatus. Est etià epistola Polycarpi ad Philippenses scripta accuratissime, ex qua expressam fidei illius notam & veritatis praedicationem hi, quibus libitum sit, quid; suae salutis rationem ducant, possunt manifestè perspicere. Haec tenens Irenaeus. Polycarpus quidem in ea epistola, quam diximus ad Philippenses scriptam, quaeq; adhuc extat, quibusdam prioris epistolae diui Petri testimonijs vtitur.

Polycarpus venit Romam.

Iohannes apostolus & Cerinthus.

Nota hanc responsionem.

Tit. 3.

Cap. 14.

Antonino, cognomento Pio, cum vigesimum secundum annum imperij sui concessisset, M. Aurelius Verus, eius filius, qui & Antoninus dictus est, cum Lucio fratre successerit. Eodem tempore Polycarpus, cum Asia maximis persecutionum procellis turbaretur, martyrio supremum vitae diem egit. Cuius quidem vitae exitum, literarum monumentis adhuc conferuatum, in hac nostra historia memoriae proderet cum primis necessarium arbitror. Est autem epistola ex persona ecclesiae Smyrnenis, cui praesuit Polycarpus, ecclesijs Ponti scripta, quae ea, quae ad eius martyrium spectant, perspicue docet his verbis: Ecclesia Dei, quae Smyrnam incolit, ecclesiae, quae est Philomelij, & alijs omnibus sanctis & catholicis ecclesijs, quae vbique gentium sunt, misericordia, pax, & charitas Dei patris & Domini nostri Iesu Christi affatim impleatur. Scripsimus vobis, fratres, quae videbantur pertinere, cum ad alios martyres, tum ad beatum Polycarpum: qui quidem persecutionis flammam, contra Ecclesiam incensam, sanguine suo copiose per martyrium effuso penitus restinxit. Istis deinceps, antequam in martyrij Polycarpi explicationem ingrediuntur, ea, quae spectant ad ceteros martyres, ordine narrant, & qualem quamque celsam erectamque animorum firmitatem ad dolorum morsus tolerandos ostenderint, scite describunt.

Epistola Smyrnenis ecclesiae de martyrio S. Polycarpi.

Constantia martyrum.

Nam, vt epistola loquitur, qui vndique circumsistebat, cum coram cerneret illos partim flagris ad intimas vsque venas & arterias dilaceratos, sic vt iam viscera aliaque oculiura membra, intimis corporis recessibus abdita, oculis omnium subijcerentur: partim buccinorum testis, è mari deportatis, & lapillis quibusdam praecutis substratis afflicto, & per quodque suppliciorum ac tormentorum genus rapratos, & bestijs denique immanibus ad dilaniandum traditos: cum coram, in qua, cernerent illos haec omnia tam toleranter sustinuisse, incredibili propè admiratione obstupuerunt. Inter quos Germanicum quendam, qui diuina gratia roboratus, imbecillitatem animi naturaliter infirmum, quae efficit vt corporis mortem vehementer extimescamus, erexit recreauitque, propter eximiam & singularem eius constantiam, facile primas tulisse memorant. Nam cum proconsul illi persuadere conaretur, proponeret aetatem, & magnoperè flagigaret, vt cum iam adolescens esset, & in ipso aetatis flore constitutus, suijplius misericordiam caperet: eum illa minimè curasse, sed abiecta cunctatione, feram parato animo attraxisse ad se, & propè vi in corporis sui laniatum impulisse, quò celerius ab hac iniusta & impia vita liberaretur. Verum, quanquam vnuerfa multitudo tum diuini & caelestis

Germanici fortitudo.

lestis huius martyris fortitudinem & constantiam, propter egregiam & generosam mortem, magnoperè admirabatur, tum excellam vniuersi generis Christianorum virtutem vehementer suspiciebat: tamen subito vnà omnes hoc pacto coepisse cõclama- re: Tolle impios, Quærat Polycarpus.

Quinti apo- stasia.

Quinetiam cum permagna turba istis populi clamoribus de Christianis conquiren- dis facta esset, Phrygem quendam, nomine Quintum, qui nupèr è Phrygia aduentau- rat, simul ac immanes feras & terribiles præterea cruciatus perspexerat, molli & fracto animo attonitum obtupuisse, & tandem, salute prodita, manus præ ignauia dedisse. Declarat quidem eadem, quam modò citauimus, epistola, illum non prudenti animi prouisione & consilio adductum, sed temerè & quasi repentino vento incitatum, cum alijs ad tribunal iudicis ruisse: qui simulatquè deprehensus tenebatur, illustre & euides omnibus exemplum proposuisse, nè inconsideratè & imprudenter huiusmodi rebus se aliquando obijcerent. Sed isto modo de illorum martyrum exitu à nobis expositum sit, Polycarpus autem, qui maximam omnibus admirationè suâ excitabat, primùm vt ista de martyribus audiuerat, pacato & tranquillo animo perstitisse, & vultu omnemque mentis statum, constantem & immobilem conseruasse. Et quanuis in animo haberet, il- lic in ciuitate manere, tamen familiaribus perentibus obsecrãtibuscque, vt se indè sub- duceret, demùm morem gessisse, ad villam non longè ab vrbe distantem progressum esse, ibique cum paucis amicorum commoratum, & dies noctesque nihil aliud mol- tum, quàm preces obnixè & instanter ad Dominum fundere: quibus quidem suppler efflagitabat, (hoc enim erat illi semper in more positum) vt pax tranquilla concedere- tur ecclesijs. Ac triduo antè, quàm prahendebatur, cum in precibus attentè positus, somno oppressus esset, nocturnè in visione secundùm quietem vidisse dicitur cernical flam- ma accensum, derepentè consumi conficique: Qua quidem re è somno excitatum, sta- tim visum suum ijs, qui aderãt, exposuisse, & quod futurum erat, mente ferè prælagien- tem, apertè suis prædixisse, necessarijs se flammaram incendijs corpori circumiectis vi- tam pro Christo profundere oportere.

Polycarpi eximia vir- tus.

Visio Po- lycarpi.

Tandem igitur cum illi, qui eum omni cura & diligentia conquirebãt, instarent, ite- rum incredibili studio & amore erga fratres compulsus, in aliam villam se transtulisse ferunt: quò quidem non longo tempore post, qui illum insequerantur, restã peruenif- se, duosque illius loci pueros comprehendisse, atque alterius illorum indicio, vbi verberibus eum ceciderãt, ad Polycarpi diuersorium accessisse. Qui sub crepusculum aduen- tantes, certiores fiebant, eum in superiori conclau assidere. Ex quo loco licet perfaci- lè in aliam domum se recipere potuisset, noluisse tamen, sed dixisse: Fiat voluntas Do- mini. Quem, vt illos adesse intelligebat, refert epistola descendisse per gradus, & cum illis adeò sereno ac placido vultu collocutũ esse, vt qui virum antea ignorãssent, cum oculos in canam eius & ingrauescentem atatem, in venerandam quoque & constan- tem vultus moderationem coniecissent, viderentur sibi rem permiram videre, roga- rentq; ab se ipsi mutuo, Tantane, quæso, festinatio in tali sene præhendendo suscipi de- buisset? Istum aut, abiecta cunctatione, primùm mensam illis a dũtum apponi iussisse: deinde orãsse, vt cibum largè & affatim sumerent, vnamq; horam, qua orationi vaca- ret, postulãsse. Qua ei concessa, surrexisset, & gratia Domini cumulatè repletum, adeò ardentè precatum esse, vt qui præstò illum audirent orantem, admiratione propè ob- stupefcerent, compluresque illorum tam spectatum, tamque eximia & diuina virtute præditum senem, morte affici vehementer condolefcerent.

Nota ver- sutiã di- aboli. Idem mar- tyris con- stantiam.

Post ista, reliqua illius historia est ad verbum in eadem epistola hoc modo explicata: Vt primùm finem precandi fecerat, & memoria repetierãt omnia, quæcunque illi in- vita aliquando contigissent, siue magna illa fuissent, siue exigua: siue gloriosa, siue in- gloria, & totam denique Ecclesiam catholicam, per vniuersum orbem dispersam, pre- cibus Deo commendauerat, cum iam hora abeundi instaret, satellites eum asino im- positum, versùs urbem die festo magni sabbati deduxere. Herodes, qui præfectus pacis dicebatur, & pater illius Nicetes, illi obuiam prodire: qui vbi illũ ad se in rhedam trans- tulerant, propter eum assidentes, ei persuadere conati sunt ad hunc modum: Quid ma- li est istud, dicere, (domine Cæsar) & illic sacrificare, & sic tandem saluum euadere & in- columem? Polycarpus primò nullum dedit responsum: sed illis magis instantibus, sic tandem locutus est: Non facturus sum aliquando, quod mihi consulitis. Isti igitur spe il- lius

lius in suam sententiam pertrahendi deiecti, contumeliosa verba in eum iaciunt, & tanta cum celeritate de curru præcipitant, vt indè delapsus, tibiam magnoperè lace- raret, læderetque. At ille de ea re minimè laborans, quasi nihil mali fuisset perpeffus, libenti animo à satellitibus duãtatis, satis incitato gradu ad stadium proficiscitur. Polycarpo igitur in stadium ingredienti, vox è cælo demissa, dixit: Fortis esto Polycarpe, & excello animo rem gere. Eum, à quo esset vox profecta, vidit nemo: vocem autè multi è nostris audierunt: sed propter tumultum in stadio concitatum, multitudo omninò eam audire non potuit. Illo igitur ad iudicem deducto, simulatquè intellectum erat Polycarpum fuisse comprehensum, ingens tumultus cie batur.

Præcipitat de curru.

Ex quo proconsul, vbi accessit, sciscitatus est: Tunc es Polycarpus? Polycarpus se eundem esse fatebatur. Tum suadere proconsul, vt Christum negaret, sic locutus: Reue- rere ætatem tuam, & alia his similia, quæ ab eiusmodi viris dici solent. Inra per Cæsar's fortunam. Respice: dic, Tolle impios. Polycarpus graui & constanti vultu in vniuer- sam multitudinem, quæ erat in stadio, intuens, & manum versùs eos intendens, cum ge- mitu oculis in cælum sublatis, dixit: Tolle impios. Præsidi, cum amplius instaret dice- retque, iurato, conuicij's Christum afficito, & te dimittam: respondit Polycarpus: Octo- ginta sex annos illi iam inseruiui, & nullo me hæc tunc affecit incommodo: quomodò igitur regem meum, qui me ad hoc vsque tempus seruaerit incolumem, contumelio- sis verbis possum afficere? Proconsule denuò vrgente ac dicente, Inra per Cæsar's for- tunam: Polycarpus, si, inquit, ad inanem ostentationem requiris, vt per Cæsar's fortu- nam iurem, (sic enim vocas) & me qui sim, ignorare præ te fers, sic, vt liberè & ingenuè loquar, accipito: Christianus sum. Quòd si placet Christiani professionem cognosce- re, da mihi diem, & audies. Tum proconsul, Istud, inquit, persuadee populo. Tibi equi- dem, inquit Polycarpus, rationem & sententiam meam (magistratibus enim & pote- statibus à Deo constitutis, eum honorem, qui nostrorum animorum saluti, nostræque religioni nihil afferat detrimenti, pro dignitate tribuere docemur) impertire non gra- uabor: sed illos non satis dignos existimo, quibus de fide nostra per responsum satisfa- ciam. Et proconsul, Bestias, inquit, habeo in promptu: istis te obijciam laniandum, nisi te mature pœnituerit. Accerse, inquit, nam nobis rata ac decreta stat sententia, & multum ab eo absumus, vt aliquando animo mutato, nos meliorum pœniteat, quò de- teriora sequamur. A sania & crudelitate ad æquitatem & modestiam traduci, est sanè pulchra mutatio.

Sistitur ad tribunal.

Præclarum responsum.

Ad quem rursùs proconsul: Te, inquit, ardentibus flammaram incendijs domitum & mansuetum reddam, si bestiarum laniatus contemnas, & non respicias ocyus. Tum Polycarpus, Ignem, inquit, mihi minitaris, qui ad tempus exardescit ille quidem, sed paulò post penitus extinguitur. Verùm ignem illum futuri iudicij, ad perpetuum impi- orum supplicium & cruciatum reseruat, omninò ignoras. Sed quid cunctaris? Profer bestias, aut aliud quod lubet. Ista & alia complura locutus, tanto vultus decore & gratia imbutus est, tantaq; animi fidentia & alacritate expletus, vt his, quæ ei essent tam mi- naciter obiectata, non modò non conturbatus succuberet, sed contrã certè illum ipsum proconsulem admirabili sua constantia & grauitate prorsùs obstupefaceret. Procon- sul præconem mittit, qui in medio stadio istud ter prædicaret: Polycarpus professus est se Christianum esse. Quæ vox cum esset à præcone emissa, vniuersa tum gentium, tum Iudæorum multitudo, qui Smyrnam incolebant, animi impetu & bile effrenata exarde- scens, alta voce clamare: Iste est Asiæ doctor, iste Christianorum pater, iste nostrorum decorum euersor, iste denique est, qui adeò multos perdocuit, vt neque dijs sacrificent, neque eos adorent. Quæ cum essent locuti, vociferari & rogare Philippum munera- rium, vt leonem, qui Polycarpum discerneret, emitteret. Hic verò respondere, non esse ei integrum, quoniam iam ferarum certamina confecta erant. Tunc illis visum est, vno consensu clamando instare, vt Polycarpus viuus in rogam conijceretur. Ità enim fa- ctum oportuerat, vt visio, quæ de cervicali illi apparuisset, compleretur. Quod quidem cum ardens videret, Deum precatus paululum, ad fideles tandem, qui cum eo erant, se conuertit, & mente prophetico more futura prælagiens, dixit, me viuum oportet cre- mari. Ista igitur erant cum tanta celeritate suscepta, vt dicto penè citiùs propterea geri viderentur, quòd cum frequens hominum turba & ex officinis & ex balneis ligna sar- mentaque acturum coaceruabat, tum maximè Iudæi ad hoc facinus (sic enim illorum

Mira vultus ei gratia inter minas.

Clamor gen- tium & Iudæo- rum con- tra Poly- carpum.

mos in eiusmodi negotio erat) operam propenso animo conferebant.

Honestissi-  
ma Polycarpi  
vita.

Oratio S.  
Polycarpi.

Verum ubi rogi extructus & paratus erat, Polycarpus soluto cingulo & omnibus vestibus exutis, calceos etiam sibi extrahere coepit: quod quidem antea non aliquando facere consueverat, propterea quod singuli fideles magno studio inter se contende-  
bant, quis primum ei in eo munere inseruiens, corpus illius posset contrectare. Nam in toto ætatis curriculo, etiam ante canitiem, propter vitam honeste actam probeque moratam, magno per se colebatur. Paulò post igitur instrumenta, quibus in rogo firmè teneretur, apparatus, corpori illius circumijciuntur. Et cum illum clavis vellent affigere, dixit: Sinite me hoc modo. Nam qui mihi patientiam ad ignis flammam sustinendas pro sua clementia largitur, largietur etiam, ut sine commissuris clavorum, quibus me affigere statuitis, constans absque vlla corporis commotione rogo adhaerescam. Idcirco illum non clavis, sed vinculis solum colligauerunt. Qui manibus à tergo circumplexis constrictisque, tanquam aries insignis, ex immenso grege delectus, ut holocaustum gratum acceptumque fieret Deo omnipotenti, sic locutus est: Pater dilecti & benedicti filij tui Iesu Christi, per quem tuam cognitionem accepimus: Deus angelorum & potestatum, Deus totius creaturæ & iustorum cuiusque generis, qui viuunt in conspectu tuo: gratias tibi ago, quod me huius diei & horæ celebritate donasti, in qua cum in martyrum numero, tum in calice passionis Christi tui, tormentorum participes sum, in resurrectionem vitæ æternæ, tam animam quam corporis, per immortalem Spiritum sancti virtutem: inter quos, quæso, martyres hodiè in conspectu tuo pro hostia pingui & accepta admittar, sicut præparasti, præsignificasti, & iam tandem compleuisti, qui verus Deus es, & omnis mendacij expers. Ac propterea præ cæteris omnibus te laudo, te benedico, te glorifico per Iesum Christum dilectum filium tuum, pontificem æternum, per quem tibi cum eo in spiritu sancto gloria nunc & in futura secula seculorum, Amen.

Insigne mi-  
raculum.

Hanc vocem, Amen, ubi emiserat, & orandi finem fecerat, carnifices, quibus ignis extruendi cura imponebatur, rogi incendunt. Qui ubi ardentem flammam effuderat, miraculum ingens illis, quibus idem videre à Deo concessum fuit, quique ad ea, quæ gerebantur, cæteris fidelibus verè in posterum narranda, erant reseruari, visum est. Ignis enim fornicis speciem gerens, tanquam velum nauigij, ventorum fluctibus turgescens, corpus martyris vndique obuallat. Ille in medio constitit, non tanquam caro exusta, sed tanquam aurum & argentum, in camino ignis ardore probatum. Quin etiam tantum & tam fragrantem odorem inde hauriebamus, ut idem velut ex thure odorifero, aut alio quouis precioso aromate effluas videretur. Ad extremum igitur, cum nefarii & impij homines eius corpus ab igne minime posse consumi viderent, carnifici mandata dederunt, ut propius ad rogi progressus, illum ense stricto confoderet. Qua re confecta, tanta cruoris copia effluxit, ut ignem prorsus exstingueret, & vniuersa multitudo quæreret secum magna cum admiratione, vtrum tantum esset discriminis inter infideles & electos: ex quorum numero iste Polycarpus vnus erat, vir nostris temporibus omnium facile præstantissimus, catholice Smyrnenensis ecclesie episcopus, doctor apostolicus, & propheta pius. Nam quodcumque verbum ex eius ore exibat, idem vel iam expletum erat, vel postea pro certo explendum. Inuidus igitur, odiosus & iustorum hominum generi semper infestus diabolus, cum martyrij eius amplitudinem, cumque incorruptam & integram usque à teneris vnguiculis viuendi rationem immortalitatis corona remuneratam, eumque ipsum propterea stabili & certo præmio vitæ æternæ donatum cerne-  
ret, omni cura & cogitatione eò incubuit, nè corpus eius à nobis inde auferretur: idque adeo, cum permulti è nostris per magna cupiditate ducerentur & huius rei efficiendæ, & sancte illibateque carnis perfruendæ.

Nota quam  
cupiat Chri-  
stiani eius  
habere reli-  
quias.

Nam certi homines Nicere, patrem Herodis, Dalce fratrem, submonebant, ut præ-  
dem exoraret, nè corpus eius cuiquam daret, nè Christiani, inquit, crucifixo illo de-  
relieto, hunc venerari incipiant. Atque hæc Iudeis submonebantibus, obnixèque instan-  
tibus, aggressi sunt. Iudei autem nos, quibus in animo erat illum ex igne eximere, accu-  
rate obseruabant. At illud quidem miseri penitus ignorabant, nimirum nos non ali-  
quando in animum posse inducere, ut vel Christum deseramus, qui pro salute omnium,  
qui in toto mundo salui sint futuri, crucis tormenta perpassus sit: vel alium quempiam  
aliquando colamus ut Deum. Illum enim, qui verè Dei filius est, adoramus: Martyres  
autem,


autem, ut discipulos & imitatores Domini, propter incredibilem eorum beneuolenti-  
am, quam in proprium regem & magistrum declarauerunt, merito amplexamur, quo-  
rum noscum in pietate discipulos, tum confortes in gloria fore optamus. Centurio  
autem cum videret Iudeos instare contentius, corpus martyris in medio poni, & vt  
gentium mos fert, igne comburi iubet. Sic nos postea ossa eius potiora, lapillis precio-  
lis auroque puriora ex cineribus selecta eo loco reposuimus, qui illis erat decorus con-  
sentaneusque. Vbi sanè nobis in vnum aliquando coactis, Dominus præstabit, ut cele-  
brem eius martyrij diem instar natalis festi cum exultatione & gaudio, quantum fieri  
potest, maximo recolamus: idque cum ad martyrum memoriam, qui antea tale certa-  
men confecerunt: tum ad eorum excitationem, mentisque ad talem constantiam præ-  
parationem, qui postea Christum eo genere mortis ingenue confessuri sunt. Ista de bea-  
to Polycarpo, qui Smyrnæ martyrium obiuit, cum alijs duodecim ex Philadelphia pro-  
fectis, qui idem genus mortis lubentes pertulerunt, literis mandata sunt. Qui solus  
præ cæteris multò maxima nominis celebritate apud omnes floruit, usque adeo, ut ipsis  
gentibus ubique locorum frequens in ore & sermone versetur. Talem quidem exitum  
res ab admirabili & apostolico Polycarpo gesta, tandem consecutæ sunt. Cuius histo-  
riam in ea, quam declarauimus, epistola fratres ecclesie Smyrnenensis accuratè nar-  
rârunt.

Ossa eius re-  
uerentè re-  
ponuntur.

Celebris ei-  
us martyrij  
dies.

### VITA SANCTI PATRIS NOSTRI IO- HANNIS ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPO- litani, qui dictus est Chrysostomus, id est, Os aureum:

Simeone Metaphrasæ auctore.



Mnium quidem eorum, qui se ex Deo gessere, vita est pijs  
vtilissima: ut quæ sit non solum exemplar & forma, sed eti-  
am adhortatio ad virtutem. Immittit enim stimulum bonæ  
æmulationis, & accendit piam animam ad imitationem. Romano  
Vita autem patris nostri Chrysostomi, est auditu quidem  
alijs iucundior, ad imitandum autem salutaris & utilis.  
Nam ille quidem vir non solum habebat linguam condu-  
cibilem ijs, qui audiebant: sed etiam vitam, multò magis  
vtilem ijs, qui eam imitantur. Immo verò, si verum dicere  
oporteat, quomodo illam in dicendo habebat inimitabi-  
lem: ita etiam hanc, quam in agendo nemo potest assequi.

Verum enim verò res illius sunt omnino narrandæ & imitandæ pro viribus. Nam picto-  
ribus quoque non sunt despicienda pulcherrima exemplaria, quatenus non habent fa-  
cilem imitationem: sed quod sperent fore, ut si ea tandem assecuti fuerint, clari & insi-  
gnes reddantur: id imitatores excitat ad æmulationem. Mihi autem oratio media qua-  
dam via est ingressura, ut nec quæcumque ab eo facta sunt, persequatur: neque præter-  
mittat ea, quæ sunt præcipua. Nam illud quidem ferè est eiusmodi, ut fieri non possit: hoc  
verò non est vtile. Sed illa quidem dicat, quæ dicta, auditoribus plurimum afferent vtili-  
tatis: prætermittat autem, damni plurimum: alia verò relinquat alijs.

Hic ergo verus homo Dei, & germanus, si vllus alius, post eum, qui erat eiusdem no-  
minis præco penitentia, qui lingua simul & voce & ore & in omnibus aureus, immò  
verò longè auro preciosior, genus quidem ducebat ex Antiochia: Antiochia, inquam, Patria  
quæ sita est in Coele Syria. Cum tam claram autem haberet patriam, nec parentes qui-  
dem habuit minus nobiles. Fuerunt enim ij quoque suspiciendi, & splendore vitæ pau-  
cis secundi. Erat enim pater Dux exercitus, & qui multis abundabat opibus. Nomen  
autem patri quidem erat Secundus, matri verò Anthusa. Qui primum quidem erant re-  
ligione gentiles, & tenebantur profundis tenebris ignorantia: etiam si postquam eis na-  
tus esset filius, & diuino baptisate regeneratus, fuerunt ij quoque veritatis luce illu-  
minati. Ex his ille ortus, cum esset adhuc puer ætate, nequaquam habuit puerile inge-  
nium. Neque enim faciebat aliquid indecorum, neque erat occupatus in ludicris & iusi-  
bus: sed qualis procedens futura esset planta, ipsa omnino seipsam indicabat. Deinde  
diuinum assequitur baptismum, corpore adhuc valde tenero & molli. Oportebat enim  
cum,



Traditur literis.

Abhorret à fastu.

Dan. 6.

Dan. 3.

Abieci animi, studere fastui.

Iacob. 4. i. Pet. 3.

Pater eius decessit.

Summus est rhetor & philosophus.

eum, cuius vita ad Christum inclinabat, non manere amplius Christi signaculo non signatum. Qui cum baptismo tinxit, fuit Meletius, qui optimè administravit sedem Antiochenā, sede virtutis longè altior. Postea autem eius quoque parentes diuino tradit lauacro. Neque enim par erat, ut cum ad lucē gratiæ accessisset filius, qui ei causa fuerant ut in lucē ederetur, non eiusdem, cuius filius, essent splendoris participes. Deinde Grammatico traditus, ut primas disceret disciplinas, erat fax iniecta in ignem: neque villo omnino opus habebat stimulo, nec aliquo, qui cum esset incitaturus. Quamquam disciplina, & diuturna in vno loco mora, & assidere occupatū, sunt omnino iuuenibus ingrata & iniucunda: quomodo contra saltationes & translationes, cursusque & motiones sunt eis gratissima. Ille autem se totum dedit disciplinis. Cum bono itaque ingenio simul concurrens studium, effecit ut breui plurima disceret.

Cum autem ab ineunte ætate tenuitatem amāisset, & à fastu alienationem, erat superior omnibus blanditijs & rebus superfluis, neque comitum multitudinem secum ducens ad ludum literarium, neque equo vectus, iter ingredi sustinens. Sed nec aliud quidquam delicatum aut splendidum, ut qui esset ex tanta domo, ostentare cōtendens. Itaque cum parentes quidem valdè instarent, & eam rem esse sibi probro ducerent, nec ij soli, sed etiam pædagogus & condiscipuli eadem facerent, & ei exprobrarent, quod esset nimis vilis & abiectus, multum aberat ut ille persuaderetur eorum verbis, & sibi congenitam & gratam repelleret moderationem. Quamobrem cum eum aliquando conuenirent parentes, & causam rogarent, cur eis dedecori esse vellet tam tenuiter viuens, & instar cuiusdam plebeij, ille reuera sapiens, & lingua planè inuictus, ô cur mihi, inquit, frustra vultis exhibere negocium, perinde ac si nos primi vitæ tenuitatem & moderationem statuissemus colere, agrè ferentes? Deinde statim adducebatur in exemplum Daniel & tres pueri. Ex quibus ille quidem, inquit, propter animæ contritionem & spiritus moderationem, ab ore leonum adiri non potuit. Illi autem coniecti in fornacem ignis, tantum abfuit ut ab ipso vincerentur, ut etiam propemodum viderentur ministro igne vtentes, & in inimicos, qui circumstitebant, eum absque villo immitterent impedimento. Alioquin vbi quæ inuenio diuinam scripturam, hanc, quæ apud vos iudices habetur contemptui, humilitatem vbi quæ magnificere, & ut nihil aliud, cōmendare: fastum verò & honoris studiū reprehendere: id quæ pusilli & abiecti animi, quàm excelsi & magni, ducere. Quamobrem non ego ignorante facio hanc mediocritatem: Deum enim didici his delectari, (solet enim simul cum externo habitu afflicti anima) & gratiam quidem præbere humilibus: ijs autem, qui contra se habent, aduersari. Hæc illo dicente, parentes obstupuerunt. Consecuta est autè omnino, quæ à verbis, vel potius quæ à factis procedebat utilitas: aded ut talem eis daret mercedem suam in vitam productionis: & qui ab eis quidè solum acceperat, ut esset: ut benè essent, eis munificè redderet. Vix tandem autem à parentibus persuasus, in hoc eis paret, qui alioquin se in alijs præbebat obedientissimum, ut nequaquam quidem cum pluribus, sed vno ex famulis eum comitante, iret ad ludum literarium.

Non multum interiectum est temporis, & pater quidem excessit à vita præsentis: mater autem, ut quæ præmaturam subiisset viduitatem, & propter puerum adhuc tenere ætatis, vitæ fluctibus agitata, multis & varijs quotidie vexabatur casibus & molestijs, quas eæ solæ aperte sciunt, quæ illas sentiunt. Quorum quidem paruam illa ducens rationem, duo ex omnibus maximè curabat: nempe ut & post sui mariti decessum nullius amore caperetur: poterat enim eius ætas adhuc capi his laqueis: & filiū sic educeret, ut nulla alia ostenderetur mater talis filij. Postquam autè ille didicisset grammaticam & orbem disciplinarum, deinde etiam peruenit ad summum dicendi facultatis atque philosophiæ: ut qui illam quidè quam optimè acceperit à Libanio, cuius erat insignis fama in arte dicendi: hanc autem ab Andragathio diligenter audiuerit. Quid sit Desiderium maioris eruditionis (in pluribus enim bonis assequendis laborabat cupiditate) efficit ut veniat Athenas, & illic simul versans cum præstantissimis Rhetoribus & Philosophis, sic & mentem locupletauit, & linguam summè exercuit, ut nulli facile concederet, ut esset cum eo conferendus. Hinc factum est, ut breui esset insignis, non solum Athenis, sed etiam in vniuersa Græcia: aded ut ipsi quoque præfecto Prætorio res videretur esse digna magno studio, vel solum venire in conspectum Athenarum.

Cum ergo quodam tempore haberet concionem, & eos conuocaret ex Atheniensibus,

us, qui & gloria & dicendi facultate tenebant primas partes, ei curæ fuit, ut sanctū quoque officiosè vocaret & honorificè: statimque missum fuit vehiculum, & alius, qui ad hoc expedire comitatus. Sed ille hæc tanquam superuacanea & inutilia & veluti inane itinere adiuumentum repellens, solus viam est ingressus, suis vtens pedibus. quod quidem si facendum constituit is, qui est sanus, & non propter arrogantiam & vanam gloriam sustinet facere, quæ agroti. Quamobrem magis stupētes eius moderationem, & eam quæ apparebat constitutionem, ducentes esse imaginem animæ, quæ non apparebat, quæ primus Prætorio præfectus & qui cum eo aderant, ei accedenti lubenter assurrexerunt, & eum adspexerunt oculis reuerentia plenis & beneuolentia. Deinde etiam viam dignati sunt, publiceque ornârunt eloquentiæ laudibus & alijs priuilegijs. Fieri autem non poterat, ut toleranter hæc ferret inuidia: nec sine dolore hæc adspicerent inuidorum oculi. Nam cum vanam gloriam summè sibi vendicarent, existimabant illius honorem illorum honori detrahere. Quomodo accidit, ut tunc quoque afficeretur Anthemius, qui non parui quidem fuit nominis propter studium eloquentiæ, gentilis autem erat religione, & alioquin lingua profusus, & volens ei nimium indulgere: qui sancti laudibus non minus morsus, quàm si ipse fuisset summa affectus contumelia, in eum vehementi spiritu inuehebatur, & iniustum vocabat id, quod factum fuerat, & dicebat esse nefarium, hospitem & aduenam primos sic honores consequi: & maximè, aiebat, eum, qui à nobis plurimum differt religione. Propter quæ primum inuidiam agrè ferens Præfectus, Quidnam dixit, fuerit præter rationem, si vir, qui est & tali genere ortus, tantæque doctrina & modestia præditus, fuerat iudicatus à nobis honore dignus, cum etiam præter alia, ipsum honorem fugere, honorem acquirat apud eos, qui sapiunt & rectè sciunt iudicare?

Deinde autem Iohannes quoque placidè eius sermonem excipiens, Non oportebat, inquit, ô Anthemii, eum, qui sibi vendicat philosophiam, ita superari ab honore hominum, & eum persequi tanquam rem magnam & magna contentione appetendam, qui non solum nobis non prodesse, sed etiam plurimum potest ledere, quod attinet ad virtutem. Quid enim fuerit re vera homo ex eo seipso melior? Quod verò dixisti me esse dissimili vobis religione, erubescerem, si viderer tacere, ducens hoc esse pudendum. Ego enim deos neque noui, nec me eos vnquam esse adoraturum, professus fuerim. Absit ut aded desipiam, & sit mihi lingua tam temeraria. Sed vnus mihi Deus est Christus, qui cognoscitur in patre & in spiritu: qui & omnia ab initio produxit ex nihilo, & nunc ineffabili ea virtute continet, & annuos nobis fructus suppeditat, & manum aperiens, omne animal implet benedictione. Sed non Christus, dixit interpellans Anthemius, producit hos fructus annuos, sed elementa mundi suis temporibus produciunt, deorum providentia. Nondum finem acceperat eius sermo, cum à maligno spiritu possessus, & terræ allisus, miserè iacebat rugiens, lachrymarum & timoris simul causa ijs, qui aderant: peruertens quidem oculos, stridens autem dentibus, spumam verò ex ore turpissimè expuens.

Hæc cum adspexisset Præfectus & qui circa illū erāt, eos subijt admiratio & stupor, & erant pleni tumultu. Deinde ad beatum Iohannem accedentes, fiunt ei supplices, & rogant ut velit opem ferre affectioni. Ille autè (Quis enim fuit illo benignior?) ut qui benigni Christi esset imitator, & calamitatis hominis est misertus, & cum pro eo rogasset eum, qui vel solus potest opem ferre, ei qui iacebat, duplicem offert curationem. Nam cum iste liberatus à demone, sensisset in quanto malo esset versans, arbitratus non sufficientem eam esse curationem, causam quoque, propter quam venerat ad tantam calamitatem, rogabat curari, ne eadem ei rursus euenirent. Ille autem (Sciebat enim veri Dei ignorantem, eius esse causam) consuluit, ut prompto & alacri animo quamprimum adiret Pontificem ciuitatis, & rogaret ut in diuinis catechesi ab eo initiaretur: & quò latentium animæ vibicum veniret curatio, & à demonibus, quos colebat, omnino liberaretur, assequeretur lauacrum regenerationis. Paret eius dictis Anthemius, & citò accedit ad ecclesiam: & cum Domino credidisset, baptizatur, & fit multis exemplum, ut credat in Christum. Clarorum enim & magnorum virorum in melius aut deterius mutatio, solet multis esse causa ad idem mutationis. Hinc factum est, ut Athenarum Episcopus, cum adspexisset quantam eius ecclesiæ accessionē fecisset Iohannes ille aureus,

Vide huius militatem.

Præfectus prætorio eum accipit honorificè.

Partitur Anthemium obtrahentem.

Psalm. 144.

Anthemium demoni iussit.

Curatur à Chryso.

Baptizatur.

verbis & monitis crebrò eum sibi insinueret, & vt sibi esset successor, (iam enim erat grauis ætate) procuraret. Aliter aut Dei prouidentia de eo statuerat, in maiori omninò & excelsiori candelabro magnam illam lucem positura.

Monasticã  
vitã applicat  
angelicam.

Cùm verò in Atheniensium doctrina plurimùm profecisset, viscerum maternorum & patriæ rursus est recordatus, & rursus Athenis redijt Antiochiam. Deindè hæc parua esse putans, nempe orationes & conciones, & quæcunque ad superuacaneam pertinent ambitionem, angelicam seu monasticam vitam statuit suscipere, ad hoc consilium & instituti socio vtens Basilio quodam suo familiari, & qui erat vnus animæ & fraterni cum eo spiritus. Non is autem erat ille, qui & patriam & sedem ornauit Cappadocum, vt quidam existimant, decepti à similitudine nominis. Siquidem ad fidem huius rei faciendam, hic ipse sufficit lingua aureus, qui satis illud ostendit in libris de Sacerdotio. Dicit enim eum esse ipsum securum toto tempore, & eandem attingisse disciplinas, & eosdem habuisse præceptores. Quod autem maximè omnium prohibet, non hunc esse magnum illum Basilius, est, quòd ipsum quidem ostendit eiusdem patriæ, fuisseque & genere pares & diuitijs. Quomodo verò statues hæc esse magno & huic maximo communia, quæ sunt maximè diuersa? Siquidem plurimùm inter se differunt Antiochia & Cappadocia. Sunt autem multa quoque alia, per quæ conijci potest, non esse hunc magnum Basilius, sed quendam alium, ortum Antiochia.

Non nihil  
retrahitur à  
vita monastica.

Cæterùm ab hoc instituto tunc sapientem abducunt & ciuitas, & mater multò magis, ad persuadendum efficacia ei temperans lachrymarum medicamenta. Nam ciuitas quidem, tanquam foetum proprium & à se educatum, eum amplectebatur, & eum perpetuò volebat retinere: ea enim valdè mouebatur suauitate eius orationum, quarum maximam partem consumebat in iudicijs, assiduè illuc ventitans, & partem defendens inferiorem, & eum, qui habebatur contemptui, recreans: Mater autem, vt potè mater, magis germanè eum adiens, doloresque partus & lactationem ei in memoriam reuocans, & mala viduitatis, & quæcunque poterant attrahere filium, vt matris misereretur, arcebat à proposito. Sed satius est, vt illi ipsi hanc relinquam narrationem. Neque enim omninò fas est, nec conueniens, vt cum ei liceat sua per se dicere, nos illis relicti, ex nobis ipsi faciamus narrationem. Dicit enim ipse in libris de Sacerdotio, inueniens amicum, qui eum erat abducturus ad id, cuius studio tenebatur. Deindè matrem, quæ hoc rescuerat, miserabiliter accessisse, & id prohibuisse. Sic autem habet:

Lib. 1. ca. 2.

Postquam enim sensit consilium, quod à nobis capiebatur, me dextera accepto, & in domo ei attributa ad sedendum collocato prope lectum, in quo nos pepererat, emittebat fontes lachrymarum, & adiungebat verba lachrymis miserabiliora, sic apud nos lamentans: Mihi, inquit, ò fili, virtute tui patris diù frui nō licuit, cùm Deo ita visum esset. Nam dolores in partu propter te acceptos, mors illius consecuta, tibi quidem orbitatem, mihi autem viduitatē attulit ante tempus, & mala viduitatis, quæ eæ solæ demùm, quæ illa passæ sunt, scire apertè potuerint. Nulla enim oratio potuerit consequi tempestatem illam & fluctus illos, quos subit puella, è domo quidem paterna nupèr egressa, & rerum imperita, & qui cohiberi non potest, repentè luctu oppressa, & necesse habens maiores suscipere sollicitudines, quàm pro ætate & sexu. Oportet enim, vt arbitror, famulorū socordiam animaduertere & corrigere, & maleficia obseruare, cognatorum insidias propulsare, publicanorum iniurias & inhumanitatem in exigendis vestigalibus magno & excelso animo ferre. Quòd si relicto etiam infante decesserit, qui est mortuus, si sit quidem foemina, magnam quidem sic quoque matri præbebit sollicitudinem, à sumptibus tamen & metu liberam. Filius autem eam quotidie implet timoribus innumerabilibus & pluribus sollicitudinibus. Mitto sumptum pecuniarum, quem necesse habet facere, si eum educare cupit liberaliter. Nihil horum tamen mihi persuasit, vt secundum iniret matrimonium, neque alium sponsum introducerem in domum patris tui: sed mansi in tempestate & tumultu, & non effugi ferream fornacem viduitatis, primùm quidem adiuta à superno auxilio: afferebat autem mihi non paruum malorum consolationem, & quòd tuum vultum viderem assiduè, & mortui animatam seruare imaginem, ad illius effigiem accuratè expressam. Propterea cùm esses adhuc infans, & necdum loqui didicisses, quando parentes maximè delectant pueri, mihi magnam præbebas consolationem. Atquæ nec illud mihi potueris obijcere, quòd viduitatem quidem fortiter tulerimus: patrias autem facultates tibi minuerimus propter necessi-

Matris ad  
Chrysof.  
oratio, cum  
à monasti-  
co instituto  
retrahitur.

necessitatem viduitatis: quod quidè scio accidisse multis, qui in orbitatem inciderant. Nam eas quoque vniuersas reliqui integras, & quæ debebant expendi, vt vir bonus & probus euaderes, non cessauit ea ex meis, & quas domo attuli, expendere pecunijs. Nec existimes me hæc tibi nunc dicere exprobrantem. Sed pro ijs omnibus vnã à te peto gratiam, nè me in secundam iniicias viduitatem. Sed expecta meum decessum. Fortasse breui post tempore decedam. Nam spes quidè est, adolescentes esse ad longam venturos senectutem. Nos autem qui consenuimus, nihil aliud quàm mortem expectamus. Quando verò me terræ mandaueris, & cum ossibus patris tui miscueris, longas suscipe peregrinationes, & mare nauiga quodcunque volueris: tunc nullam est prohibitas. Quandiù autem spiramus, sustineas nobiscum habitare: neque Deum offendas, nos temerè in tanta mala conijciens, quæ te nulla affecimus iniuria. Nam si me quidem potes criminari, quòd te attraho in huius vitæ sollicitudines, & cogo te rerum mearum curam gerere: non leges naturæ, non educationem, non familiaritatem, nec aliquid denique aliud reueritus, fuge tanquàm hostes & insidiatos. Si autem omnia facimus, vt magnum tibi paremus oclum, ad hoc, vt hoc vitæ iter ingrediaris, si nihil aliud hoc saltem te nostrum retineat vinculum. Nam & si dicas te amari ab innumerabilibus, nemo tibi præbebit, vt tanta fruaris libertate. Nemo enim est, cui tua bona existimatio sit æquè cura, atquè est mihi,

Matris erga  
eum libera-  
litas.

Hæc refert lingua illa egregia, & quemadmodum Basilius quidem subiit iugum Diaconatus, sperans fore, vt eum haberet eius ordinis socium: Ille autem gradum dubitans suscipere, pulchrè eum promisso impellit, tanquàm ipse quoque iam futurus esset eiusdem particeps. Et tunc quidem recusat ordinationem, viduus à sua in eam reuerentia. Cùm aliquanto autem post tempore vix suscepisset ordinem Lectoris, non libros sacros legebat solummodò, sed etiam spiritu sapientiæ eos interpretabatur, & magna verbi luce & bono euidentiã vt eatur in expositione. Quauis autem tanta esset gratia præditus, & vniuersus populus pendèret ab eius lingua, egrè tamen ferens tumultus, qui erant in ciuitate, & vitans quidquid facit ad ostentationem, vt qui arceretur à desiderio, quod ab initio animo concipiebat, quod erat sub Deo viuere, & ei soli fieri manifestum, tristitia afficiebatur, angebatur animo, plurimi faciebant solitudinē, & tanquàm illic abscondum inuenturus thesaurum, ad eam festinabat. Cùm hoc ergò animo versaret, opportuno tempore obseruato, iubens omnes valere cognatos, amicos, familiares, plausus ciuiles, ostentationes, quinetiam eorum, quibus fiebat iniuria, defensiones: & nec viduitatem matris cogitans, nec sororis curam reputans, quæ iuuenili corpore subierat iugum virginitatis, opusque habebat, vt ei diligenter prouideretur: atque adeò ipsam quoque domum parum curans, relicta ciuitate, relicti omnibus, toto pede ad vitam quietam transiit.

Eccè ordi-  
nem lecto-  
ratus.

Tenetur  
magno soli-  
tudinis de-  
siderio.

Deindè cùm esset ætas adhuc inuenilis, & si esset ei corpus natura malè affectum & valerudinarium, se tradit monasterijs, in quibus vita agebatur accuratior & asperior, quàm in alijs: & cùm totam vestem exuisset cum sapientia carnis, aut, vt veriùs dicam, illam prius exuisset, induit amictum ex pilis contextum, corpus adhuc affligens, & veluti quandam nubem attenuans, & lumini mentis præbens libertatem. Maximum autem ponebat studium in legendis libris diuinarum scripturarum. Quod quidem faciebat tam diligenter, vt vim eorum, quæ in eis insunt, nihilominus in mente imprimeret: deindè manu propria & labore digitorum eas interpretaretur, vt dictum est: & quæ sunt comprehensu difficilia, aperta redderet studiosis: & quam sententiam ipse collegat cum labore, præberet ijs, qui volebant, accipiendam citra vllum laborem. Si ergò proprijs laboribus panem præbere, conciliat mercedem: esurientes animas sic exartare, quantæ fuerit causa remunerationis? Sic ergò diuinas scripturas interpretans, deindè etiam eas exornat eo, quod ad mores pertinet: vt illud quidem esset ad mentis illuminationem, hoc autem ad morum curam gerendam: aut, si manus, illo quidem illustraret solum diuitias spiritus, quæ iacent in profundo: hoc verò etiam apertè deducet, vt eius essemus particeps.

Fit mona-  
chus.

Induit ami-  
ctum ex pi-  
lis contex-  
tum.

In hac grata quiete & silentio componuntur ab eo libri de sacerdotio: in quibus quanta quidem sit dignitas sacerdotij, qualem autem esse oporteat eum, qui hoc est dignatus, accuratè ostendit. Tunc etiam scribit orationem ad quandam illustrem mulierem, quæ paulò antè viderat noctem viduitatis, & magno luctu grauabatur, eam leni-

Libros de  
Sacerdotio  
scribit.  
Item alia.

ter recreans, & ostendens viduitatem non esse rem vilem & abiectam: sed magnam & venerandam esse eius dignitatem, eamque magnis laudibus esse dignam, quæ suam in defunctum integram conseruauit conscientiam, se secundis nuptijs non reddidit infamem, ut quæ beneuolentiam mentita sit in maritum. Deinde etiam de uirginitate scribit alium librum, diuinam eius ostendens pulchritudinem & magnum eius ornamentum. Stagirio quoque scribit pulchras orationes & valde præclaras. Hic vir erat ei valde familiaris: fuerat autem possessus à maligno dæmone, qualia sunt Dei iudicia. Liber uero illum quidem accipit scribendi occasio: per uniuersam autem procedit philosophiam: eum dixeris esse commune documentum virtutis grati animi & tolerantia, ut qui compositus sit tanta in dicendo probabilitate, tam multisque necessarijs Rhetorum argumentis, aut, ut melius dicam, diuinis & spiritalibus gratijs, adeo ut hoc ipsum quod inciderit in dæmonem, existimaretur non esse abominandū nec auerandū, ut quod fuerit argumentum maximæ utilitatis. Tunc etiam compositi sunt ab eo duo libri de compunctione: quorum vnus quidem fuit inscriptus ad Demetrium, alter autem ad Stelechium: eum, qui est studiosus virtutis, accuratissime elaborantes, & acrem stimulum compunctionis pijs immittentes animis. Sed hos quidem scripsit libros, ne caderent illi, ad quos scripti fuerant, neque maligni laqueis pijs implicaretur, sed staret firmiter in bono proficiens. Alium autem scribit ad eum, qui, pro dolor, iam erat lapsus, seu percussus telo peccati: ei uero, qui lapsus erat, nomen fuit Theodorus: ut non conderet, neque desperaret salutem, tanquam benignam manum ei porrigens orationem, & iacentem erigens, & non concedens, ut omnino permaneret in peccato. Sed sic quidem erat eius per libros doctrina, cum uoluptate magnam habens utilitatem.

Libri duo de Compunctione.

Virtutes S. Chrysostrami.

Multo autem magis ex factis adhibuit doctrinam, ut qui perpetuo quidem vacaret orationi, & omnem exercebat virtutē, ad eam futurus alijs tanquam exemplar. Humilitatem uero ita erat amplexus, tanquam in ea alio modo uellet primas partes obtinere in eo, quod nulli alij cederet extremum omnium. Partem quoque dici sibi deputabat ad uisendos ægros, è domo quidem omnia illis præbens pro uiribus: maxime autem consolationem eis afferens oratione, & omnibus modis eis ostendens benignitatem. Quid autem? Modestia quidem, ut diximus, cedebat nemini: in castitate uero aut continentia aut alia uirtute est ex omnibus aliquis, cui cederet? Et quis illum uel adeo non nouit, uel nescit esse uerax, ut ei quod dicitur, assentiatur? Sed sic quidem ille se pulchre gessit in omni uirtute, melius quam ut eum quis posset imitari. Porro autem hæc quoque illi tribuunt tanquam eximia, quod neque ipse unquam iurauerit, postquam aufugit à mundo: neque ulli iusiurandū detulerit, nulli detraxerit, nunquam sit mentitus, nulli sit male precatus, faceta ac scurrilia neque ipse sit locutus, neque alium dicentem sustinuerit. Dicunt autem ipsum quoque mediocrem somnum sumpsisse, cum esset opus: sic autem sumpsisse: Funis ex alto demittebatur, alligatus extremis: cui & manibus & barba ipse innitens, quendam modicum, neque ipsum firmum, sed imbecillum & ementitum somnum gustabat.

\* quod dicitur, ut ei non

Somnū ut cepit.

Cupit nesciri.

Cum sic vitam ageret, ualde quidem studebat latere, & neminem habere, qui esset eius conscius. Nulli enim eorum, qui mala fecerant, ut illi, omnino curæ fuit latere. Hoc autem erat difficile, cum & uirtus sic se habeat natura, ut eum, qui ipsam exercet, soleat facere manifestum: & Deus præterea uelit cultorem suum glorificare. Itaque illum quoque sic in præsentia aperit. Vir quidam genere Syrus, nomine Hefychius, ætate quidem iam prouectus, tempore autem ferè quoque æqualem habebat exercitationē: qui ipse quoque erat vnus ex illis, qui in sacro illo exercebantur monasterio: cuius uestigijs insistere cupiebat magnus ille Iohannes, dum nondum esset uirtute summus. Einocturnas preces Deo offerenti apparet quiddam diuinum & fortius, quam ut id intueri humani possent oculi, quod & ueretur lingua in medium adducere, & quod est auditu inprimis horribile. Sed est adhibendus animus. Etenim non minus metu, quam uoluptate mixta est narratio. Viri quidam ueste candidi, ad spectu terribiles, è caelo quidem uisi sunt ad eum descendere: Iohāni uero lingua aureo, qui ipse quoque noctu precabatur, venire in conspectum. Uisi sunt autem, vnus quidem librum, alter autem clauas habere in manibus. Deinde Iohannes noua illa eorum forma obstupescens, timore fuit correptus, & se simul humi deciecit. Illi autem cum manu apprehendentes, erigunt & me-

Uiso admiraanda.

metu soluunt, & iubent eum esse bono animo. Cum uero rogasset magnus Iohannes, quinam essent, qui cum tanti essent, ad eum uenirent: sed ne timeas, illi dixerunt. Nos enim uenimus ad te, missi à Christo. Sic dixerunt, & statim alter eorum manus porrigens, dicit: Hoc accipe. Id autem erat liber. Ego enim, inquit, sum Iohannes, cui Dei sapientia pectus dimisit & permisit, ut super ipsum recumberem nihil ueritus. Quæ tibi quoque per nos faciet scripturas comprehensu faciles, & deducet ad illius cognitionem. Similiter autem alter quoque manum porrigens: Accipe, dicit, has clauas. Me autem scias esse Petrum, cui ea fuerunt à Deo tradita. Quem nunc quoque crede per me eadem te dignari gratia, adeo ut quæcunque ligaueris aut solueris super terram, ita etiam se habeant in cælis. Ad hæc cum beatus ille erubesceret, & consterneretur animo, & tanta gratia se esse indicaret indignum, diuini illi uiri eum recreant & implent audacia. Deinde cum eum crucis figura obsignassent, & uisi essent eum osculari, reuolarunt in cælos.

Iohan. 13.

Hæc cum uidisset uir ille insignis, diu mansit plenus metu & stupore, adeo ut cum monachi eum uiderent sic affectum, & rogarent quænam esset causa, uix eam aperuerit, indicens eis silentium: & ut hæc celaretur Iohannes, Ne demus enim, inquit, ei occasionem, ut hinc recedat. Illi ergo his, quæ dicta sunt, obstupescens, hinc deinceps futuram eius uitam coniciebant, quod scilicet esset facturus magna & admirabilia. Et facta quidem sunt re uera innumerabilia, Deo glorificante magnum illum in operibus. Nobis autem pauca & paucis sunt narranda pro uiribus.

Vir quidam Antiochenus, illustri genere, uita splendidus & magnificus, morbo quodam magnum sentiebat dolorem in media parte cranij. Tanta autem erat vis morbi & adeo intensa, ut oculus sua sede esset emotus, ut qui uim mali non potuisset resistere: & ita uideretur omnibus res lachrymabilis. Is cum uenisset ad monasterium, in quo debebat magnus Iohannes, multum quidem rogabat: multas autem mittebat uoces ad mouendam misericordiam, petens curationem. Is uero fuit quidem misertus. Quidni enim, cum esset omnium hominum clementissimus? Dixit autem, hæc esse præmia sceleratorum factorum, & in Christum incredulitatis. Si ergo, aiebat, toto animo ad eum accesseris, & deinde prioribus relictis studijs, uitæ rationem aggressus fueris ei gratam & mundam, nihil erit quod obstet, quod minus sequatur curatio eius, quod te cruciat. Cum is autem se fate retur credere, & polliceretur uitam mutare in melius, & illius castissimas manus deoscularetur, & dolenti parti uestem admoeret, non solum fuit caput liberatum à dolore, sed etiam oculus, qui uim ab eo fuerat exturbatus, fuit loco priori restitutus. Satis erat hoc, quod dictum est, ut esset signum euidentis fidei sancti, & ut significaret magnum gratiæ adiumentum, quod à Deo erat statim consecutus.

Curatur laborans ex capite & oculo.

Uult autem oratio alterum quoque adijcere, nihilo minus præcedente, quod nequaquam se patitur mandari silentio. Cuiusmodi enim fuerit id, quod Archelao acciderit, scitis utique, & quodnam in eum factum fuerit miraculum: qui erat quidem Præses Antiochiæ, & obtinebat primas partes in ciuitate: arcano autem casu lepra quadam, quæ in eius fronte effluerat, eum magna afficiebat molestia, ut quæ eum pudore afficeret, & efficeret ut omnium uitaret oculos. Cum itaque multum usus esset medicina, ut quæ posset ei opem ferre, nihil aliud fructus ex ea accepit, quam ut spe blanda illuderetur, donec constitit eam esse fallacem. Cum autem sanctus uix tandem ei uenisset in mentem, & ad eum uenisset feruentiori spiritu, retigit sanctos illos pedes, & morbum ostendit, & petijt ut consequeretur curationem eius, quod illum male habebat. Is autem & misertus calamitatis, ut qui esset clementissimus, & flexus fuit precantis uocibus. Deinde cum eo pactus est, ut à malis declinaret operibus deceret, petens etiam, ut priora peccata corrigeret. Quod quidem cum esset pollicitus, præbuit ei curationem, dicens: In nomine Christi laua te aqua, ubi fratres solent bibere. Quod cum factum esset, fecit similiter atque Siloë, & consecuta est lepræ sanatio adeo purè, ut nec morbi quidem remaneret uestigium. Quanta Archelaum propter hoc incessit lætitia? Quantum perfudit gaudium? Quantas effecit hoc ut Deo ageret gratias? Quid non dico, quod est maius & perfectius? Quanti fuit ei studij causa, ut ad animæ adspiceret curationem? Sancti enim uerbis adeo fuit captus, & adeo studuit reuera exequi id, quod ei promiserat, ut nihil differret, neque rei daret ullam moram temporis: sed ijs, quæ habebat, statim distributis pauperibus, aliorum deinceps esse statueret.

Sanat laborans ex profum. Iohan. 9.

Archelaus amplexatur monasterium.

Item mul- ti nobiles.

Semper no- uis mona- chus cũ vita & habitum mutat.

Morbidam sanat mul- terem.

Leo imma- nissimus.

eret versari in ijs, quæ ad hanc vitam pertinent: & eius sectari somnia, ex ijs stultè illudi- ipse autem veniens ad monasterium, in quo erat illius medicus, voluerit esse in nume- ro illorum, qui illic exercebantur: & sub eo præceptore vitam eligens perfectissimam, illic vsque ad finem studere placere creatori.

Hoc multos ex ijs, qui erant illustres Antiochiæ, excitauit ad similem æmulationem, & adiunxit numero eorum, qui salui fiunt. Similiter enim Deo suas propter egentes de- dicantes facultates, alij quidem relati sunt in numerum huius sancti monasterij, quo- modò etiam aiunt illum Theodorum, qui fuit vnus ex valde illustribus: alij verò venti- rabant ad alia, quæ in ciuitate erant, monasteria. Omnes autem intuebantur ad vitam Iohannis, tanquam vnum exemplar. Nam etsi erant apud singulos, qui vita & ordine præstabant alijs, is tamen erat omnium primus eruditor & magister.

Verumenimuerò vult oratio aliorum quoquè meminisse eius miraculorum, & ea non dari obliuioni, quæ reuera non sunt digna quæ dentur. Nam vir quidam nomine Eucleus, cui inuidia dæmonis excisus erat oculus, statuit vitam suscipere monasticam in eo monasterio, in quo erat sanctus: cumq; accessisset, & habitum mutasset & vitam, magnum Iohannem attrahit ad misericordiam. Audit itaque illum sic ad verbu oran- tem, & magno seruore commiserationis sic animum inflammantem: Deus, ô frater, tibi medebitur, & illuminabit tuos oculos & cordis & corporis. Simul cum hoc dicto concurrat etiam curatio, & illuminatus erat oculus, & eo utebatur similiter atquè alio. Simpliciter & leniter à me narrantur miracula, dum ad orationis adspicio longitudi- nem, & nihil volo fusè ac prolixè persequi. Sed nullo opus est ornamento externo, & ijs quæ ea possunt extollere, sed sufficiet eis sua pulchritudo & magnitudo. Quocirca sunt etiam mihi alia eodem modo narrando.

Mulier quædam, cuius Antiochena, nomine Christina, profluuio sanguinis septem iam annos grauiter laborabat. Cùm ea ergò diu vsa medicis, agnouisset eos vana spe ducere & mora inutili, vehitur à iumentis, & viro sequente, defertur ad hoc sanctum monasterium, & projicitur in vestibulo. Ille aut ad sanctum ingressus, cùm dixisset cau- sam aduentus, à sancto reprehenditur, quòd non fecerit vt erat consentaneum, & quòd ignoraret id, quod erat sibi futurum conducibile. Cùm enim, inquit, eo præterito, qui hæc potest curare, accessisti ad virum, qui est obnoxius iisdem affectionibus, ab eo po- stulans ea, quæ facere non est in eius potestate? Sed tamen hæc dic vxori: Si asperis & perniciosibus his moribus eiectis, te moderatam & benignam ancillis præbueris: & ma- num quidem largam & diuitem pauperibus aperueris, precationemque & continentiam obliuioni non mandaris, animæ curationem citò consequetur curatio corporis. Accipit hæc mulier, & significat se nihil omisuram eorum, quæ iusserat. Postquam au- tem audiuit ille à marito vxoris promissionem: Abite, inquit, iam enim curata fuit à Christo vxor tua. Hoc cùm ipse abiens, reuera ita esse vidisset, statim cum vxore lin- guam quidem mouit ad gratiarum actionem, pedes autem ad iter. Cùm vnum ijs, quæ dicta sunt, adiecerò, aliorum rursus suo tempore faciam mentionem.

Leo magnitudine maximus, & cuius vires sustineri non poterant, & qui erat visu maximè terribilis, & ad inuadendum acerrimus, illo tempore versabatur in locis, quæ sunt circa Alexandriam. Is erat agricolis quidem malus vicinus, viatoribus autem gra- uè spectaculum & occurso formidabile. Magno enim impetu in eos irrumpens, pluri- mos occidebat, & simul in ventrem trans mittebat: eratque ex æquo & damno perni- ciosissimus, & ad eum de medio tollendum difficilimus: & cùm magna & viuida ma- nus eorum, qui propè habitabant, in ipsum inuasisset, agnouit se suo malo hoc esse au- sam. Celerrimè enim in omnes incurrens, alios quidem solo rugitu loco motos, ver- tit in fugam: alios autem ore discerptos exedit: aliorum verò cùm corpus dilacerasset vnguibus, reddidit miserabiles. Quid enim aliud, nisi fauciatos à leone? Hinc quid ac- cidebat? Neglectos quidem agros relinquit ab agricolis: ad loca autem inuia diuertere viatores, propterea quòd bestia sustineri non possèt. Postquam autem iam ad extre- mam redacti dubitationem, vix tandè recordati fuerunt hominis Dei, frequentissima multitudo ad ipsum venientes, narrabant ipsa mala, quibus leo eos affecerat, & ab ipso petebant, vt eos solueret hac calamitate. Ille verò cùm paucam fidem eis prius ex- probraisset, & quòd eis visa esset bestia inexpugnabilis, causatus esset contempnionem diuinorum præceptorum: Vobis quidem, inquit, omnibus est Deus placandus, in tem- plum

plum simul conuenientibus: id autem, quod do vobis, (erat verò crux) ponendum est in ijs locis, per quæ transit leo: & absit quidem omnis metus: sit autem perfecta fides, & haud ita multo post manifesta vobis quoquè erit mei Christi virtus. Cùm hanc illi cruce accepissent, & sicut eis fuerat imperatum fecissent, & die sequenti illuc venis- sent, ô Domine & Deus omnium, & admirabilem operum effector in effabilis, belluâ vident iacentem mortuam ad ipsam basim Crucis. Sed missis in præsentia quidem mi- raculis, transeamus ad orationis seriem.

Cùm ille ergò beatus sic quatuor annos vixisset in hoc monasterio, partim quidem ijs, quæ dicebat, partim autem & magis, ijs quæ faciebat, inducens ad virtutem, euasit clarus & omni ex parte celebratus, omnibusq; & linguis & auribus magnam afferebat voluptatem: alijs quidè dicere, alijs verò ea quæ dicebantur, attendere ex æquo aman- ribus. Cùm hæc illi non modò grata non essent, sed ea etiam agrè ferret, (Non minùs enim, quàm ex Deo viuere, studebat sic viuendo latere, vt antea diximus) rursus con- stituit aufugere, & se oculis hominum subducere. Cùm itaque clanculum aufugisset, & seorsum viuere statuisset, totos duos transegit annos, viuēs solitariè, & soli Deo ap- parens. Non erat ei lucerna, non lectus, non mensa, neque aliquid huiusmodi, quod fa- ciat ad ministerium corporis. Solùm autem erat ei parum panis, quod præbatur ab aliquo ex vicinis: algori verò & æstui, & omnibus iniurijs aeris erat expositus, & cum eis contendebat. Quoniam autem oportebat ipsum quoquè, cùm esset homo, ostendi esse obnoxium naturæ infirmitatibus, quid sit, & quomodò res illius dispensantur, & qualibus sæpè solet Dei sapientia vti occasionibus, alia per alia contexens & varians, fa- cileque & magno artificio dispensans? In imo ventre accipit sensum doloris, & eius re- num soluuntur vires, vt qui fuisset superatus à nimijs frigoribus.

Compulsus ergò ab hac necessitate, vel potius deductus ab eo, quo ducebatur, spi- ritu, vt esset multis causa salutis, ad ecclesiam præter spem venit eius luminare: & cùm omnibus quidem, præcipuè autem magno Meletio, fuisset causa magnæ latitiæ, & ab eo fuisset iucundissimè acceptus & recreatus, deinde etiam ab eo accipit ordinem Diaco- ni. Cùm autem in hoc gradu pulcherrimè, & vt Deo gratum erat, totos quinque annos se gessisset, tam eius orationibus, quas propter summam ingenij copiam habebat ex tempore, quàm ijs, quas per ocium componebat, & meditatione maiori elaborabat au- rea lingua, imbris instar effundens, pulchrè rigabat faciem ecclesiæ. Cùm postea au- tem Meletius venisset ad Episcoporum synodum, quæ congregata fuerat Constanti- nopoli, vt eos quidem deponeret, qui cum spiritu sancto pugnant nò in spiritu Dei: Gregorium autem illum Theologum in sede collocaret: & illic quæ sunt caduca & ad- tempus, permūtasset manentibus: hic verò aureus, simul quidem vitans omnem excel- lentiam, & bonum amplectens silentij & quietis, reuertitur in primum monasterium. Sed cùm illinc rursus recessisset, reuertitur Antiochiam, non migrans temerè, nec sine Dei nomine, vt alius duce vtens sua ratione: sed Deo eum mouente & vocante, modo quodam diuiniore & præstantiori ratione. Magno enim Flauiano, qui Meletio paulò antè in sede successerat, Deo in aurora canenti sacros hymnos, apparens angelus, in monasterium, in quo erat Iohannes, iussit ire quàm citissimè, & eum ducere ad Eccle- siam, & consecrare sacerdotem, futurum ei vas electionis quomodò Paulus, & verbo Actor. 9, comprehensurum vniuersum orbem terræ. Eadem autem hora ad Iohannem quoquè venit similis visio. Nam illi quoquè oranti adstans angelus cum magna gloria & splen- dore, iubet apertè Flauianum sequi ad Ecclesiam, & accipere ordinem Presbyteratus. Ille autem cùm non ignorasset quidem visionem esse diuinam, reuereretur autem alioqui & dubitaret facere, quod ei fuerat imperatum, propter moderationem, dicitur vocem audiuisse diuiniorem: Quæ Deus statuit, quis poterit vitare? Cùm sic respon- sum accepisset beatus, & simul intellexisset esse grati & prudentis famuli, non repu- gnare Domini voluntati, accersit monachos: & cùm eis dixisset se esse abscessurum, affert eis dolorem, qui non potest verbis exprimi. Postquam autem eos verbis satis est consolatus, deinde de eo quoquè, quod erat illis vtile futurum, sollicitus, electis duobus ex omnibus, qui erant & vita & sermone reliquorum omnium præstantissimi, fratrum curam eis committit.

Interim autem, dum hæc fierent, accedens Flauianus, cum maxima voluptate bea- tum allocutus: Diu quidem, inquit, desideravi te conuenire, ô vir sapientissime & in primis

Vide mirā virtutem sē- gni sancti Ge- simæ Cru- cis.

Viuuit soli- tariè.

Eius pau- peras, ab- stinentia & patientia.

Fit diaconus.

Synodus Constanti- nopolitana.

Actor. 9, Angelica visio.



primis venerande: non licuit autem vsque in hodiernum diem, cum vacarem curis ecclesiasticis. Nunc vero cum Deo ita visum sit, ad te venimus charissimam animam. Deinde cum ei etiam diuinam aperuisset visionem, quoniam statuerat magnus Iohannes, sicut diximus, Dei nutui omnino non repugnare, & maxime cum diuina visio per vtrumque fuisset confirmata, rogat illum ipsum Pontificem, ut illo ipso die sacrum peragat mysterium, ut sint omnes participes sanctificationum, & ij, qui fratrum curam susceperunt, consequantur illius benedictionem. Post hæc autem, inquit, quod Deo visum est, sequar ipse quoque prompto & alacri animo. Facta sunt hæc, & cum sequenti die esset abiturus simul cum Pontifice, fit res lachrymabilis pijs animis, si vel solum audiat. Eum circumstans vniversus chorus monachorum, perinde ac si eò, quod ille simul cum eis esset, viuerent, & diuisione simul quoque essent eis auferenda animæ, quid ad mouendam misericordiam non dicebant & faciebant? Quam non vel summam edebant lamentationem? Eum demulcebant, amplectebantur, se membris illius implicabant. Desipere eos faciebat animi perturbatio: existimabant se, cum liceret, vel ipsa esse corpora coniuncturos, reditu sibi interdicebant, fugiebant monasterium, tanquam fieri non posset, ut amplius suis adspiceretur oculis. Cum autem secante oratione, partim quidem magni Iohannis, partim autem Pontificis admonentis, & aliquando etiam acerbius increpantis, sunt ab eo auulsi, alij quidem inuiti redierunt, crebro ad eum se ipsorum conuertentibus oculis, & pedum iter interrumpentibus, quod diuisio esset inuoluntaria: alij cum magno Iohanne iter ingressi sunt, rediã contententes ad ecclesiam. Omnes autem vndique confluebant & currebant, ut ei fierent obuiam. Non minus ad ipsum Antiochia, quam prius ad Baptistam in Iordanem Israel.

Luc. 3.

Cum autem eum ordinaturi essent, ut Deus iusserat, & dies adesset præstitutus, aderat quidem omnis coetus fidelium, & simul etiam aderat vniversus chorus Pontificum. Cum ad aram vero sacram accessissent, & ipse quidem, ut fas exigit, caput Pontifici submisisset: ipsi autem eius manus fuissent impostæ, miraculum quoddam hæc quoque facit Deus, & ostendit eum, qui initiabatur, esse dignum, & ex sua sententia illum dignatum fuisse sacerdotio. Columba enim & colore alba, & specie valde pulchra, templum superius conuolans, ilicò descendit & insidet capiti eius, qui ordinabatur. Superuacaneum esset omnino immorari in interpretandis ijs, quæ sunt manifesta. Cui enim non est manifestum, hoc esse signum sancti spiritus? Cum itaque copiose ad eum affluxisset spiritus sapientiæ, licebat quidem videre frequentiores congregationes, & populum ad eum audiendum conuenientem: eius autem linguam, quæ mouebatur assidue, & orationis fluente inundabat. Quo tempore cum sermonem extolleret altius, quam vtrid vulgi ingenium caperet, mulier quædam, quæ prompto quidem & alacri animo concurrerat, eorum autem, quæ dicebantur, altitudinem assequi non poterat, ne dubitauit quidem eius orationem aperte reprehendere, & eam vocare infrugiferam, propterea quod non adepta esset id, quod desiderabat. Hoc cum ad aures illius peruenisset, efficit ut intellectu faciliorem & apertiorẽ componeret orationem. Tunc autem quidam ex ijs, qui tenebantur amore eloquentiæ, valde delectati melle illius linguæ, considerantes illius orationes esse & vtilis & veras, sensisque diuinis plenas, clarasque & apertas, & cum quanta gratia & quanto dicendi summine, quantoque artificio & quam pulcha compositione proferrentur, alij quidem eum os Dei & Christi: alij autem, quod magis inualuit, eum Chrysostomum vocabant, id est, os aureum.

Multos enim  
rar agros,  
tos,

Matth. 25.

Post hæc Flavianus quidem, arbitrans fore, ut eum post se haberet Antistitem ecclesiæ Antiochenæ, eum ad hoc inducebat, & rerum curam ei volebat tradere. Cum autem turba sollicitudinum, & in eiusmodi rebus distrahi animum, ei minimè esset gratum, id quidem lubenter repulit: soli vero doctrinæ & infirmorum visitationi vacandum esse censuit. Quo quidem factum est, ut Christi, quod omnia potest, nomine, ab infirmitate multos liberauerit. Eum enim rursus insignem voluit reddere spiritus. Satius autem fuerit iterum paucorum meminisse, sicut sum pollicitus. Illi cuiusdam mulieri Antiochiæ nomen erat Euclia. Ei vero erat dilectus filius, qui ardenti febre laborabat, & veniebat in mortis periculum. Quid igitur? Mater imitatur Chananaeam, & non minus, quam filius, suis inflammata visceribus, accedit ad beatum, emittens voces illi similes: & non similiter ut illa in filia, sed in filio miserabiliter rogans, ut conseruaretur misericordiam. Sed oportet animum attendere & considerare, quemadmodum

dum egregio illi viro erat animus animas etiam curare, illasque multo magis, quonia vt male paterentur corpora, has inueniebat causas. Et hoc quidem iam euasit manifestum per ea, quæ præcesserunt: à nobis autem rursus quoque ostendetur. Videntur enim pueri parentes fuisse in vita agenda socordes & negligentes. Cum enim concitate & insanè admodum ferretur mulier ad supplicandum, (habebat enim maximam lamentandi occasionem, ut quæ post quatuor filios iam mortuos, ipsum quoque visura esset mori) ille cum spiritu in eo habitante vidisset ea, quæ latebant, & cognouisset, quod peccata parentum filijs mortem conciliauerant, cum ea publicè accusasset, Hunc quoque, inquit, quintum, nisi eorum, quæ fecistis, vos subièrit poenitentia, videbitis euessigio mortuum & exanimem. Cum autem parentes his auditis veram & sinceram promississent poenitentiam, & quæ facile moueri poterat, animam incitasset ad misericordiam, ille misericordius calamitatis, aquam iubet adferri. Quam cum ter quidem signasset in nomine sanctæ Trinitatis, & ter ea adspersisset illum, qui ægrotabat, sanum & à morbo liberum reddidit ei, quæ genuerat. Atque ij quidem, ut qui vellent referre gratias ei qui curauerat, magna vi aurum sanctum donabant. Cum autem dixisset, se ne minimum quidem velle accipere eorum, quæ dabatur, dicens se nolle Dei donum pecunijs venale proponere: Sed si, inquit illis, vobis curæ sit, manifestum reddere quod Deo verè agitis gratias pro curatione, ostendite esse veram promissionem, & relicta omni improbitate, bona opera exercete. Sic ei, qui vestrus est miserus, referetis gratiam. Sed hoc quidem est huiusmodi. Quod autem nunc est dicendum, nihilo est eo minus & ad animæ utilitatem, & ostendam gratiam, quæ in magno Iohanne habitabat.

Qui illo tempore erat Præses ciuitatis, laborabat morbo dogmatum Marcionis, & fauebat illius sectatoribus: & idèd partim orthodoxæ erat causa malorum innumerabilium. Huius uxorem is, qui arcanè & benignè hæc variat, dimisit laborare morbo torminis intestinorum. Illa autem à malo superata, omnem quidem refellit medicinæ artẽ: omnes vero, qui eadem sentiebant, vocantes ad orationem, non eam melius affecerunt, immò verò deterius, mali tempus ei producèntes vana spe curationis. Vix tandem autem Iohannis gratiæ recordati, cum hoc apud se statuissent, quod si per ipsum fieret à morbo liberatio, simul etiam desisterent à morbo dogmatis, qui est longè grauior. Cum sic sibi persuasissent, in lecto decumbentem adferunt mulierem, & eam statuunt pro foribus templi, desiderantes inuenire Flavianum & beatum vultum Iohannis. Sancti ergo ad eos egrediuntur. Neque enim par esse neque honestum censèbant, ut eis templum pareret, quorum anima non patebat dogmatibus pietatis. Primus autè eis dixit verus ille homo Dei, beata, inquam, illa & sua lingua: Quid vos mouit, ut statueritis venire ad templum Christianorum, qui Christum quidem auerfamini; Marcionem autem plurimi facitis, & habetis in magno honore? Quod quidem planè satis ostendit, quod illius cultores conuocaueritis ad morbi aut alicuius molestiæ liberationem, & quod cum illi precati essent, non asecuti sitis curationem: quod quidem vobis accidit præter expectationem. Discedite ergo ab hoc sacro templo, quoniam nec vos poteritis omnino Christum tentare: nè hoc stultè putetis. Illi autem dicebant se parentum errore esse captos, & vsque in hodiernum diem fuisse superatos à mala consuetudine. Sed per Christum, aiebant, vos rogamus, miseremini poenitentium. Sic enim cum eo, quod corpus reddè afficietis, efficietis etiã, ut sana sit anima. Sciatis enim fore, ut nos nequaquam amplius abstinemus à communionem vestra, quæ est ex vera pietate.

His flexus magnus Iohannes, iussit aquam adferri: cui cum diuinum signaculum iniecerat Pötifex, (sic enim illic ei persuasit) mulieri infudit in Christi nomine. Quod quidem cum factum esset, quæ in lecto decumbebat, statim surrexit sana, & cum marito & ciuibus vna voce vnanimè Christum magnificabant. Deinde etiam ad sanctorum genua procidentem, petierunt veniam prioris ignorantie, & domum redierunt: & cum multas quidem pecunias egenis distribuissent, triginta vero libras auri, partim quidem ad sumptum peregrinorum, partim autem ægrotorum, partim verò egentium Xenodochio tradidissent, & ab illo tempore à Marcionistarum communionem omnino abstinuerunt, insaniam & amentiam res illorum vocantes, Christi sacrosanctæ affidebant ecclesiæ. Cum autem illi omni adhibito studio, & omni, ut dicitur, rudente moto, nihil omnino perfectissent, & desperasset fieri posse, ut ipsi ad eos redirent, præstigiatores & Magum Iohannem appellabant, & pluribus alijs contumelijs ciuitatem obcuntes, cum

K k k

affi-

Eius abitu  
mirè cruci-  
antur mor-  
nachi.Columba  
eius insidet  
capiti, dum  
ordinatur  
presbyter.Aqua ter si-  
gnata asper-  
git febrici-  
tatem pue-  
rum, & eum  
sanat.Etiã olim  
heretici ab  
ingressu Ec-  
clesiarum res  
pellebanturAqua ab  
episcopo  
crucis signo  
signata, san-  
nat intesti-  
norum do-  
lorem.

afficiebant. Ille verò tantum abfuit, vt vel minimum curaret contumelias, vt eis potius similiter atque Dominus gloriaretur. Alioquin autem diuinitus immiffam calamitatem ad eos mox esse venturam ille prædixit. Paucis enim post diebus, cum magnus terremotus fuisset Antiochiæ, ipsa domus, quæ Marcionistarum susceperat congregatio, nem, corruens, & domus quoque plurimæ cum ijs, qui eadem sentiebant, labefacta, perdidit quendam incredibilem eorum multitudinem, & quod est maxime admirabile, & quod aperte ostendebat eam diuinitus immiffam fuisse calamitatem, cum tanta perijisset multitudo eorum, qui malè sentiebant, nullus ex ijs, qui rectè sentiebant, simul cum ijs perijt.

Nota rem memorabilem.

Hoc cum ita factum esset, & pios corroborauit, & correxerit multos ex ijs, qui malè sentiebant: & licebat videre in vniuersa regione ciuitatis, domos quidè oratorias Deo excitari, templa autem simulacrorum, si quod remanserat, dirui funditus & in terrâ deiecti: viros autem, qui philosophiæ curam gerebant & virtutis, magnaque ornatu erant intelligentia & acumine ingenij, à magni huius viri prouidentia emitti ad multorum salutem. Certum autem eius, quod dicimus, testimonium sunt ea, quæ facta sunt in monte Ammano: vbi eos qui habitabant, qui erant impij & immanes, & nihil differabant à bestiarum immanitate, ille ad tantam mansuetudinem deduxit & pietatem, vt à patribus quidem datam neglexerit religionem, rem valde difficilem, & quæ, si vlla res alia, multos vincit absque ratione: prompto autem & alacri animo transfugerint ad lucem veritatis, & nec haec tenens stiterint, sed etiam multi ex ijs pietate vsi munificentius, viri, inquam, & mulieres, illi quidem monachorum, hæc virginum iugum subièrunt. Quæ autem in Casio monte & in templo, quod illic erat, gentium ab illo viro facta sunt, quis est adeò inuidus aut negligens aut deses, vt id sustineat prætermittere? Quo in loco cum tantus error prius esset diffusus, & multitudo quidem assidue veniret innumerabilis, fieret autem immensum animalium sacrificium propter cultum, pro dolor, demonum, perierunt illa omnia & extincta sunt zelo illius magnæ & quæ à Deo mouebatur anima. Neque hæc sunt digna, quæ mandentur silentio, quæ facta sunt in fastigio ciuitatis, in templo Veneris: & quod non solum studuerit, vt id dirueretur: sed etiam vt in colloco viri sancti habitarent, terribiles ijs, qui eò subibant, demonibus: adeò vt illi quidem procul expulsi fuerint, tanquam armis quibusdam terribilibus intentatis, eorum virorum precibus: homines autem, qui circumcirca habitabant, non solum à læsione illorum liberarentur, sed etiam maximam acciperent vtilitatem, cum possent versari cum monachis, qui perfecti erant in Dei timore. Illius mentis & studij etiam est opus, quæ fuit in arce Beli, qui dicitur, profani templi destructio, & ad solum vsque demolitio. Potest etiam quæ circa Seleuciam habitatur regio, gloriari præclaris factis illius viris. Nam & simulacrorum templa illic diruta, & diuinas aedes extructas, & viros virtutis studiosos illic ad habitandum collocatos inuenies. Quis enim zelum singulatim enunciauerit illius apostolicæ & sollicitæ animæ?

Ne ergò in immensum nobis crescat oratio, reliquis omnibus prætermisissis, quæ rectè gesta sunt in hoc presbyteratu, ea procedat ad tempus Episcopatus. Non multum enim intercessit temporis, & Nectarius quidè præsul Constantinopolis, migrat ad Dominum. Protinus autem quærebatur quispiam, qui esset dignus ea sede. Cum alij ergò alij, vt fieri solet in eiusmodi rebus, primas partes tribuerent: (Fit enim in ijs maxima ex parte examinatio, non ex virtute eorum, qui adsciscuntur, sed ex eorum, qui sunt potentes, in eos beneuolentia, quæ vel est pura ac sincera, vel accessit muneribus) opteteret autem sanctum spiritum vincere, & cum præfeci, qui ad hoc ipsam erat ab eo prædestinatus, & superari omnes ab Iohannis virtute & eloquentia, & ei primum locum cedere in ecclesiâ: & alioquin eius fama plenè essent omnes aures, adeò vt etiam boni illius auditione accepisset Imperator: is verò erat Archadius. Cum hæc ita se haberent, tandem cum & qui ecclesiam regebant, & qui rempublicam administrabant, cum Imperatore in vnam conuenissent sententiam, mittuntur literæ ad Flavianum Pontificem Antiochiæ: quæ simul quidem & Nectarij mortem ei significabant: & aureum Iohannem, quod terram & mare continet miraculum, atque adeò ipsum etiam celum tangit, ad ipsum accerserant. Pontificem autem, cum in manus sumpisset epistolam, & eam perlegisset, aiunt tradidisse Iohanni: eum verò, cum legisset, multum quidè ingenuit se propter ea, quæ scripta fuerant: & multas etiam lacrymas emisisse ex oculis propter

Nectarius præsul obiit.

Eius gesta præclara in conuertiendis ethnicis.

Impij multum respiciunt.

contritionem spiritus, dicentem se esse indignum, & qui longè abesset, vt tanta rectionis cura debeat ei committi. Nam parua nauis, aiebat, non est tutum magnum onus imponere. Cum sic diceret, eum consolabatur Flavianus, & aptè erigebat, verbis, pro medicamentis, spargens eius animi ægritudinem. Ciuitas autem postquam sensit hoc damnum, damnum enim non ferendum iudicabat vniuersisque Iohannis priuationem) id agrè & intolenter ferebant. Deinde etiam tanquam violentum aliquid & tyrannicum passum, & alijs cessuri ea, quæ ad ipsos pertinebant, clamabant aduersus eum qui misit: Quid verò, adeone est infelix Constantinopolis, instantes, adeone expers virorum bonorum? Ad tantam ne virtutis inopiam venit vrbs maximè regia? Est ne adeò inops in ijs, quæ sunt principalia, quam oportebat in omnibus superare, vt à nobis opus habeat eo, qui sit illorum præfuturus ecclesiæ? Sed nos nec tam stulti, nec tam negligentes, nec tanto pererimus proditores, vt eis nostro bono tam facile cedamus. Caput prius nobis auferent, quam illum à volentibus nobis sint accepturi. Hæc dicentes, deinde etiam suum consilium confirmant iureiurando, non permittere ijs, qui missi fuerant: sed esse potius paratos ad patiendum, si quid essent facturi.

Cum itaque Episcopus habuisset concionem, & verba fecisset apta ad persuadendum, vt efficeret, ne populus contradiceret, illis ea erant inanis strepitus, & vana aurium molestia. Quid enim dicendo posset persuadere, cum eos lingua esset priuaturus: lingua, quæ tam pulchre quidè canebat, & cuius cantus erat adeò vtilis & salutaris? Quam non audire, damnum est non mediocre, sed vel ad ipsam vsque peruadens animam. Deinde cum qui missi fuerant, pararent vim adferre & trahere Iohannem, ipse ingressus, emissis ijs, qui erant præcipui ciuitatis, rogabat plebem, ne quid noui moliretur, neque res aggredere nimis acriter & inconsideratè, affirmans se non sua sponte se traditurum ijs, qui missi fuerant. Cum sic dixisset, vix magnum repressit eorum impetum. Neque enim se cura omnino liberarunt: sed etiam per vices custodiam adhibebant, ne aliqua in eum fieret proditio. Hæc Imperatori significantur literis, & qui missi fuerant, affirmabant Antiochenorum constantiam se nihil remittere. Ei ergò & ciuibus vehementius accensus fuit amor in Iohannem. Solet enim negligi, quod facile capitur. Quod autem aliquam moram adfert & dilationem, prouocat desiderium. Cum ergò apud se considerasset, quemadmodum posset & id quod desiderabat assequi, nec ideò res esset in vllum ventura periculum, scribit per arcana ad comitem Antiochiæ. Ipse autem cum Iohannem accessisset extra ciuitatem, tanquam de quibusdā rebus necessarijs cum eo communicaturus, eum licet valde reluctante & repugnantè multis, quos habebat paratos, imposuit, & sic nullo omnino animū aduertente, ipsum ijs qui missi fuerant, traditū emittit.

Cum ergò ille verus homo Dei, toto illo confecto itinere, iam esset prope urbem regiam, hoc primum honore afficitur in ingressu voluntate Imperatoris: Quidquid erat clarum & illustre, non solum in ecclesiâ, sed etiam ex magistratibus, sex milliaria processum extra ciuitatem, ridentibus oculis & læto vultu significantes animæ lætitiâ, ei sunt obuiam, & cum splendidissimis afficiunt honoribus. Sic & ijs, à quibus discessit, ardens immisit desiderium illa desiderabilis & maximi faciendâ anima: & ijs, ad quos accessit, maximam attulit voluptatem. Erant autem vtraque multiplicis Dei sapientiæ & benignitatis, quæ omnem intelligentiam vincit & orationem: vt & illius ostenderet virtutem & quam sit amabilis: & efficeret, vt ipse vtrisque mercedem conciliaret. Ambos enim honesti amore teneri fuit cognitum: illos quidem, quod cum dolore dimiserunt: hos autem, quod cum lætitiâ exceperint. Cum verò esset ingressus & intercessisset paruum spatium temporis, adert dies consecrationis: & cum adessent quidè Episcopi prouinciæ, adesset etiam Theophilus Alexandria, qui primus ex alijs festinauit, vt interesset beati Iohannis consecrationi: & esset quidem Februarij dies vicesimus sextus: liceret autem conijcere, quod cum simul lætaretur chorus sanctorum, ne angelus quidem abesset ab hoc diuino festo, qui erat in terra angelus, sacro chrismate consecratur, & in excelso loco ecclesiæ collocatur, qui erat reuera stella lucidissima, & iucundiori luce hominum illustrabat animas: qui & habebat vitam orationi conuenientem, & orationem, quæ decebat talem vitæ puritatem: cui persuadere non minus erat facile, quam cuius alij solummodo dicere. Cuius vox quidem erat lenis, lenis autè congestio: oratio verò, quæ adeò placidè & iucundè sinebat in animam, & tam benignè eam attingebat, vt nullum esset eiusmodi medicamentum corporis, quod cum iuuaret

Vide eximiam tantum viri humanitatem.

Antiocheni nolunt illi à se dimittere.

Callidè extra Antiochiam euocatur.

Metropoli tan adstantibus Episcopis suæ prouinciæ consecrari solet.

plurimum, nihil adferret in vtendo molestia: quomodo illa absque vllomofu maxiam adferebat vtilitatem. Deinde die sequenti ipse Imperator, & quicumque erant in ciuitate honorati & alijs superiores, ad beatum virum accedentes, (hoc enim omnino volebant) eius preces & benedictionem iucundissime sunt consecuti. Deinde ille, iuncta oratione, sic dixit:

**Oratio eius ad Imperatorem.** Cum is laudabilis, qui prius me inuasisset metus, & essem summus imitator Iesu humilitatis, terribilis mihi visa est, & Imperator, terribilis, & maior quam vt me vires ferre possent, insignis dignitas huius pontificatus: quod me etiam reddebat timidum constantem ad eius susceptionem: quod & ad meam intueret abiectionem, & ad magnitudinem eius, quod mea fidei committebatur: **Quo est enim dignitas sublimior, eo magis opus habet ijs, qui sunt excelsi viribus, & qui confidere possunt in ministerio.** Cum autem nos etiam indignos & abiectos, ijs quibus scit rationibus, is cuius iudicia sunt abyssus multa, ad hanc deduxit speculam, & ratione praediti sui gregis Pastorem constituit, rogo o Imperator, per eam spem, quam omnes habemus (neque enim mihi tutum fuerit deinceps silere, neque quod meum est solum spectando, mercenarium esse, & non pastorem) rogo ergo, vt principaliter quidem vos Dei verbis aurem praebentes attentam, super fundamentum fidei, aurum & argentum & lapides preciosos, bonas, inquam, actiones, adificetis. Si qui autem preoccupati fuerunt, aut quod abist, sint preoccupandi humanis delictis, ea sunt poenitentia & studio expurganda. Ad eam sit nobis pulchrum exemplum magnus ille Dauid. Qui cum in peccatum vt homo incidisset, & ab homine fuisset reprehensus, non vt homo solummodo, neque, similiter ac vulgus se gessit gratissima illa anima, neque, contumelia reprehensionem pauperis rex repulit: sed magna moderatione & animi contritione ipsam tulit reprehensionem, & cum se peccasse non esset inficiatus, citius quam fecerat, consecutus fuit remissionem. At qui labi quidem est facile: surgere autem, & in statum priorem restitui, est operosum ac difficile. Adeo erat mitis, adeo moderatus: tam magnum fructum fuit consecutus ex diuina humilitate. Et nos ergo, qui ineffabilibus Dei rationibus adeo ad vos venimus, vt voluntatem eius testificemur, hoc primum verbum a Christo & diuino eius praecursore accipientes, vobis annunciamus & suademus: Poenitentiam agite: prope enim regnum caelorum. Haec autem non dubitabo vobis assidue reuocare in memoriam: vobis autem timendum est, ne, si fueritis contemptores Dei testimoniorum, ab eo rei deprehendami in die visitationis. Nihil enim nostrum, neque ex nostro ventre seu cogitatione annunciabile, sed quae hausimus ex diuino fluente scripturae diuinitus inspiratae. Haec autem, neminem reuerentes, neque, dies, vt hoc dicam diuini Dauidis, timentes, ad vos loquemur. Si vos ergo intelligatis, & aures attentas verbo doctrinae praebatis, vobis quidem ipsis salutis, gaudij vero angelis, qui sunt in caelis, magnae autem meo quoque spiritui causa erit laetitiae. Sin autem mea verba neglexeritis, & doctrinae non patuerint aures cordis vestri, quod abist, molestia quidem afficietur spiritus sanctus: molestia afficietur meus quoque spiritus. Quod autem restat, auditu quidem est molestum, sed tamen est verum, nempe me quidem futurum vobis ad conturbationem, aut, vt apertius dicam, ad condemnationem: vos vero mihi, pro dolor, ad luctum & animae dolorem ineffabilem & immedicabilem.

His laetati Imperator & qui cum eo erant, & testimonio conscientiae credentes, quod quae dicta fuerant, recte se habebant, Deo magnas agebant gratias, quod a tali patre & pastore ei placuisset pasci suam gregem rationis participem. Sancto autem adhuc suavissimam contextente doctrinam, aureaque, ac musica lingua canente pulchre ac modulari, Deo volente ipsum glorificare, vir quidam repente possessus a maligno spiritu, se ipsum intrudit in mediam ecclesiam, spumam ore emittens, & linguam adeo, vt visu esset tetrum, demittens. Omnibus ergo rogantibus sanctam illam animam, vt miseretur calamitatis, & vt oraret pro curatione eius, qui patiebatur, ipse cum cum iussisset propius accedere, & benignè appropinquas vir benignus, manu cum obsignasset, & effatus esset nomen sanctae Trinitatis, malignum demonem iubet egredi. Proinde autem licuit videre, factum consequi orationem, & hominem momento temporis fuisse liberatum a tam graui afflictione. Deinde cum magnus eum fecisset surgere, admonuit vt vacaret ecclesiae, & sanctificatorum diuinae communioni, & operaretur in ieiunijs & orationibus. Si enim, inquit, sic feceris, non te amplius capere poterit inimicus, neque eius curat.

**Signo sanctae crucis & invocatio sanctae Trinitatis dæmoniacum curat.**

iretioris laqueis. Hinc animae incipit curationem, qui hac arte alios longè antecellebat. Melle autem miscens orationem, & mitioribus medicamentis, vt iam antè diximus, siquid aliquando iniecisset amari & pungentis, quod morbi vsus ita postulare, tunc ostendebat quantum esset artis peritus. Nam sic sepe mordens & incidens oratio, & vr̄es ea, quae non apparent, non modo non fit molesta ei, qui egrotat, sed etiam auditu potius iucunda & suavis, auresque delinens & demulcens.

Primum ergo aduersus eos, qui praetextu cognationis mulieres introducebant, acutam & musicam mouet linguam: & ostendit eos longè grauius peccare, quam eos, qui aperte exercent quae sunt flagitiosa: quandoquidem illi quidem soli & per se sunt impudici, & suam corumpunt animam: hi autem, qui in clero versantur, totum corpus corumpunt Ecclesiae, verberantes, vt dicit Paulus, eorum conscientiam, & se praebent. **1. Cor. 8.** res commune monumentum intemperantiae. Sed vel absque his, quantum illi damnum afferant cohabitatione harum, quae introducuntur, mulierum, rectè sciet, qui eam orationem legerit vt oportet. Deinde aduersus iniustam plura habendi cupiditatem, & eos qui grauem manum immittunt alienis, & effundunt in dolia, vt dicitur, inexplebilis, grauius inuehitur: planè maiorem curam gerens eorum, qui faciunt iniuriam, quam eorum, qui patiuntur: quandoquidem illis quidem damnum affertur in aliquo eorum, quae intereunt: ipsi autem, qui faciunt iniuriam, in anima, quae est puniendam immortaliter. Deinceps vitam reprehendit prodigorum, qui in mensis, in edificijs, in tali fastu, & in talibus delicijs gloriantur, & vt vulgò dicitur, seipos melle adspargunt. Nunc accusat superbiam, nunc vanam gloriam insectatur: nunc expellit calumniam, tanquam dignam quae vituperetur. Vaniloquium rursus tollit de medio pro viribus. Periurium adeo prohibet, vt nec solum iurare, etiam si verè, dimiserit absque reprehensione: sed etiam aduersus id multas easque praecelaras habuerit orationes, ita elaboratas, vt mixtae essent vero & probabili: & ita studuerit id de medio auferre, tanquam manifestam in Deum contumeliam, & omnibus ineffabilis & venerandi nominis coinquinationem. **In Homilijs ad populum Antiochenum sunt aliquot tales.**

Quomodo enim praestantissimus & diligentissimus qui sp̄ia agricola, qui vult de virtute seminare orationes, statuit prius oportere excindere radices vitij & semina maligni, & nihil dimittere eorum, quae possent omnino ledere aut offendere. Deinde cum terra sic fuerit complanata & mansuefacta, quod quidem est humanarum animarum, virtutis & philosophiae deponere semina: post haec de elemosyna orationes, tanquam imbres aliquos opportunos effundit in animas hominum: & vsque adeo colit benignitatem, vt multorum quidem dexteram promptam reddiderit & alacrem ad succurrendum pauperibus, quae prius erat parca & illiberalis, ne dicam auida rapiendi aliena: & alios quidem effecerit esse munificos & sua lubenter communicantes, ex pleno, vt dicitur, in inane vtriusque effundentes manibus: alios autem praeferre nihil habere, & cum omnes suas diuitias pauperibus magnificè pieque diuisissent, vitam monasticam & separatam eligere. Ex quo omnia habere alio modo ad eos redijt, vt qui Deo pro omnibus ijs ditati fuerint, a quo dependebat tota spes eorum vitae, & ad quem solum dilexerunt intueri: ex quo factum est, vt eos diuitijs non apponerent, neque omnibus rebus materialibus. Humilitatem autem & moderationem adeo extulit, & tantam eius esse ostendit in humili excellentiam, vt nulla alia virtus possit cum ea conferri: sed ea sit mater & custos aliarum omnium: immò verò sine qua aliae nihil habent, quod sit certum & fide dignum: sed sint, pro dolor, vanus quidam labor & inanis. Temperantiam autem & verè pulchram virginitatem quis sic vel amauit, vel alios, qui sunt honestiores, magnique & excelsi animi, ad eius insignem incitauit pulchritudinem: vt eam prope modum ostenderit esse maiorem & sublimiorem, quam vt ad eam possit humana natura peruenire, & superare ipsam legem: liberalitatisque & magnificentiae potius locum tenere, quam praecipiti? Charitatem verò, quae est omnium virtutum maximè regia, quis illo magis amauit aut laudauit: vt dubitetur maior ne fuerit laudatio, an eius in eam amor? Quis est enim adeo planè lapis aut ferro in corde frigidior, vt audiens eius de illa orationes, non fiat mitis & hilaris, & ad dilectionem proximi exciretur, & non Pauli expressam effigiem putet esse illius animam? Quod si Paulus optauit, vt vel a bonis **Rom. 9.** quae illic sunt, excideret: & aperte ostendit, se hoc magis velle, quam eos, qui sunt ex **2. Cor. 11.** Israel, esse extra partem Christi: & ei cor omnino vrebatur aliorum offensionibus: ipse quoque Iohannes nihilo minus inflammabatur amore in proximum, & fratrum salutis

lutis ardebat desiderio, si illi ipsi est credendum, in morali 24. in Actus Homilia sic di-  
centi :

Eximia eius  
charitas er-  
ga sibi com-  
missos,

Vellem, si fieri posset, vestris oculis ostendere, quam in vos habeo charitatem. Nihil  
est enim mihi vobis iucundius & desiderabilius, ne hæc ipsa quidem lux. Millies enim  
optarem ipse esse cæcus, si per hoc liceret vestras animas cõuertere. Ad eò ipsa luce mi-  
hi est vestra salus iucundior. Quid enim me iuuant solares radij, quando, quæ propter  
vos accipitur, animi ægritudo oculis meis magnas offundit tenebras? Lux enim tunc  
est bona, quando apparet in læritia. Animam enim, quæ mœroris est affecta, videtur etiã  
molestia afficere. Quòd autem non mentiar, absit quidem, vt vnquam faciam periculũ.  
Sed si quando contigerit ex vobis peccare aliquem, accedite ad me dormietem. Si non  
sum similis paralyticis: si non ijs, qui à se discesserunt: & vt dicam cum propheta, Et lu-  
men oculorum meorum, & ipsum non est mecum: & nisi iudicaret qui spiam, me esse  
supra modum ambitiosum & laudis cupidum, videres me quotidie fontes lachrymarũ  
emittentem. Horum autem est mihi conscia domuncula & solitudo. Credite enim mi-  
hi, spem quidem abieci meæ salutis: dum verò vestra defleo, nunquam est mihi oculum  
mea mala deflendi. Ad eò mihi omnia vos estis. Si sensero vos proficere, præ animi ægritudine rursus mea di-  
mitto: vt qui lectus sim vestris bonis, etsi mala habeam innumerabilia: tristis autem  
propter vestra mala, etiam si innumerabilia sint mihi rectè facta. Quenam enim nobis  
est spes, si vos non proficiatis? Quenam autem tristitia, si vos rectè geratis? In altũ ex-  
tolli videor, quando aliquid boni de vobis audiuerõ. Implete gaudium meum: liceat vo-  
bis salutem assequi, me autem propter vos reddere rationem: Vobis dari salutem, me  
verò accusari, quòd meum munus nõ impleuerim. Non enim curo, vt per me salui sitis:  
sed vt solũ salui sitis, quacunque ratione. Hoc solũ in votum cõtuli, quòd vestrum  
profectum desidero, quòd vos amo, quòd vos complector, quòd vos estis mihi omnia, &  
pater, & mater, & fratres, & filij: & si liceret cor nostrum rumpere, & vobis omnibus  
ostẽdere, videretis in magna latitudine intus esse & vxores & filios & maritos. Eiusmo-  
di enim est virtus charitatis, facitque animam vel cælo ipso latiore.

En Pauli  
egregium  
imitatorẽ.

Hæc autem non solũ faciebat in vrbe regia, neque eos solos exercebat ad virtutẽ:  
sed per omnem terram extendebatur, & illi curæ erant omnes ecclesię, eiusq; curę vnus  
finis erant terræ termini. Iohanni enim curæ non erant mensę & epulæ, agrosq; possi-  
dere & crumenas replere, & si quid est aliud, quorũ studio vulgus tenetur: sed hoc erat  
ei cura, quæ extingui non poterat, & ossium tinea, œstrumque, quod eius cor subibat,  
perpetuum eius bellum aduersus hostem nostrum, & vt suis ad nos orationibus, & fre-  
quentibus admonitionibus arceret eius insidias, & insultus prohiberet, & quãtũ qui-  
dem ad ipsum spectaret, nullum sineret ex vocatis, non ex ijs, qui tunc erant, non ex ijs,  
qui postea, excidere à sorte electorum, & esse partis sinistrae. Propter hæc sermones per-  
petuò habebat & docebat, & nunquam cessabat disertã illa & modulata lingua nostras  
incantare animas. Propter eã sunt pulchræ illæ verborum Sirenes, innumerabilem il-  
lud mare bonorum, animarum lautissimæ, quæ consumi minimè possunt, epulæ, panis  
angelorum, mensæ totius orbis. Quòd si ij, qui alimentorum sensibiliũ curam gesserunt,  
quę possunt longo tempore sufficere egentibus, quę appellare solent Gerontocomia,  
ipsi existimant se opus fecisse laude dignum, & itã reputantur ab alijs: qui hoc diutur-  
num & permanẽs nutrimentum, suauissimas, inquam, orationes, assidue suppeditabat,  
vt non solũ cum esset superstes, sed etiam cum sursũ esset translatus, sitientes im-  
pleret animas, & ineuertabilia per ipsos solueret vincula, & à manu tyrãni captiuas libe-  
raret animas, & ijs, qui salui fiebant, magnam adferret accessionem: qui hæc abundẽ  
præbebat & liberaliter & in vniuersum tempus hoc donum extendebat, quamnam po-  
tuerit assequi linguam, quę ei dignam contexit laudationem? Immo verò quamnam  
& quot linguas? Sed tali quidem anima & lingua ne ipse quidem est dignus mundus, vt  
dicam cum diuino Paulo.

Cura eius  
perpetua.

Heb, 11.

Quòd autem non ij soli, qui habitabãt Constantinopolim, illi essent curę, sed omnes  
ferẽ, quos sol intuetur, hinc potes intelligere. Cũ intellexisset Phœniciam simulacris  
adhuc & dẽmonibus & sceleratis templis esse deditam, regiam manum habens adiutri-  
cem, & magnam aliam manum, cui persuaserat, vt in id quod oportebat impenderent,  
secum ducens, execranda quidem illa templa humi euertit: eorum autem loco sacras  
ades

Apud Phœ-  
nices euer-  
tit templa  
gentilium,

ades excitat, & immittit monachos, qui feruentem zelum quodammodò spirabant, &  
fidem tenebant optimè & accuratissimè. Præter eã cum audisset Celtas implicatos ef-  
se laqueis Arrianismi, ille aduersus improbitatem contrã sic machinatur: Presbyteros <sup>Celtas Ar-  
rianizantes</sup> & diaconos, & eos, qui diuinos libros legunt, qui similem quidem & cognatã ha-  
bebant linguam, sana autem erant fide, accipiens, & eos veluti quendam, vt aiunt, ma-  
gnetem ijs, qui se non rectè habebant, admiscens, sic illos quoquẽ comiter attrahit ad  
pietatem. Cũ autem aliud quoquẽ genus Scytharum, qui habitabant ad fluenta Da-  
nubij, accepisset sitire quidem fluentum pietatis, opus verò habere eo, qui esset pota-  
turus, hæc significat Leontio Ancyrae Episcopo: & quoniam ille opus habebat viris ad  
hæc idoneis, cũ tales illinc accepisset, & ad eos, quos diximus, Scythas, veluti qual-  
dam stellas misisset ad occidentales, deducit ad veritatem. Præter hæc cũ Marcionis <sup>Item Scy-  
thas.</sup> hæresim rescisisset serpere in quosdam vicos Orientis, & multos corrumpere, non  
tulit toleranter, neque dilationibus & temporibus protraxit correctionem: sed statim  
simul quidem regia potentia, simul autem sua quoquẽ vsus autoritate, & literis ad  
hoc simul vicinos excitans Episcopos, tãquam morbum pestiferum, qui po-  
terat non mediocriter importare detrimentũ, efficit abesse procul ab ecclesia. Sed quem-  
admodũ ille quidem, sicut diuinus Paulus, erat sollicitus de omnibus ecclesijs, sicut <sup>2. Cor, 11.</sup>  
à nobis mediocriter, itã etiam verè fuit ostensum. Oportet autẽ aliorũ quoq; memi-  
nisse, in quibus ille, lingua eius tacẽte, erat occupatus, & quãnã aggrediebatur opera.

Cũ considerasset impensã ecclesiæ, & inuenisset earum plurimas nequaquam  
consumi in ea, quæ oportebat, eum quidem sistit sumptum, tanquam motum quem-  
piam inconsideratum, & traducit ad vsum verè pium & humanum: & cũ peregrinis  
aedificasset nosocomia, qui Deo appropinquabat, effecit vt illic etiam afflueret, quæ  
sunt necessaria: eis Presbyteros præficiens valdè pios & coniugij expertes, & medi-  
cos quoquẽ probatissimos ad curam gerendam ægrotorum. Erat autem hoc quoquẽ  
eius opus & cura nõ mediocriter, nempe ordo viduarum. Nam cũ eas vidisset vir præ-  
clarus non rectè & ordine, sed prauè se gerere, pulchrè quidem diuidit, non minũs au-  
tem piè dispensat & administrat id, quod ad eas pertinebat. Quacunque enim ex ijs  
erant ætate iuuenes, & id eò propensæ ad voluptates, iubet secundis vti nuptijs: me-  
lius esse arbitratus id, quod est in tuto, humile, quàm sublime, quod non est sine metu.  
Ijs autem, quæ erant vitæ melioris, & ætatis alijs prouectioris, vt quæ non essent natæ  
minũs quàm sexaginta annos, eis suadet vt vacent ieiunijs & precibus: abstineant au-  
tem à lauariis & maximè conuiujs, & à sumptuosissimis vestibus. Habes studiose auditor  
aliud quoquẽ, cuius studio tenebatur, quod non est vile nec mediocre: nempe ad sa-  
crã synaxim aduentum virorum & mulierum. Nam nec hoc quoquẽ relinquit inor-  
dinatum, nec in periculum adductum, nec defectum dispensatione, quæ fit ex ratio-  
ne. Sed hęc quoquẽ pulchrè & tutò distribuit pro viribus: & viros quidem iubet no-  
ctũ simul ventitare & in multitudinẽ, vt voluerint: mulieres verò noctũ quidem ser-  
uare domum: interdũ autem venire prompto & alacri animo. Sic faciens, & in tali-  
bus versans operibus & sollicitudinibus, studebat, sicut Paulus, esse omnibus sine of-  
fensione, & sicut ille omnibus sine sumptu præbebat Euangelium: sic autem ipse quo-  
quẽ nullo ex ijs, quæ erant ecclesiæ, & quibus securè licebat omnibus Episcopis, nul-  
lo modo est vsus, vt qui nunquã adspexerit ad delicias & recreationes. Quomodo enim,  
qui vix solum attingebat nutrimentũ, cõuiuia autẽ & cõpotationes itã fugiebat, sicut  
prius diximus, vt cum nullo vesci induceret in animũ? Quomobrem? Satiũs enim fu-  
erit dicere causã, vi sum est enim hoc multis asperũ & ingratiũ, & affine reprehensionĩ.

Hinc tons-  
at Oriens  
talis Eccle-  
siæ presby-  
teros fuisse  
cælibes.

1. Cor. 10.  
1. Cor. 9.

Primũ quidem, quòd cũ ab ineunte ætate assueuisset ieiunio, idque esset ei vel-  
uti coalitum & visitatum, à vinoq; & quouis alio, quod est vetrici gratum, omninò absti-  
nisset, ad eò vt solo hordei succo viueret, & carne superior, cibi que & potus expers  
propemodũ videretur: cũ ille stomachum hac aspera & quę nihil hilare habebat,  
viuendi ratione valdè corrupisset, & effecisset vt ad nullum aliud sumendũ nutrimen-  
tum esset idoneus, ægrè poterat aliquid admittere ex ijs, quæ alijs sunt grata & stoli-  
da. Et id eò non lubenter aspiciet aliquid, quod esset gratum gutturi & cum volu-  
ptate sumeretur. Atque hæc quidem est vna causã, cur fugeret mensas, & cum alijs nõ  
iniret conuiuia. Deindẽ etiam, quòd cũ apud se iudicasset, quòd si induxisset in ani-  
mũ, vt communiter vesceretur cum ijs, qui vel amicitia antecellunt aut dignitate,

Cur conui-  
uia vitãt.



Orationi  
& doctrinæ  
quàm fuerit  
deditus.

Astor. 6.

Eius præ-  
clara studia  
& exercitia

Provi. 1.

Paulo plu-  
rimùm de-  
lectatur.

Exponit  
Apostoli  
epistolas.

necessè habebit id etiam facere cum alijs. Nam quomodo conseruari poterit, ut nulli sit offensionem, neque cuiquam adferat molestiam? Sicque res ad multos trāsiciens, nō solūm illi futura esset laboriosa & molesta, ut qui non esset versatus in rebus huiusmodi: sed etiam interruptura esset necessariò & ea, quibus ipse vacare consueuerat, orationem, inquam, & meditationem & rerum honestarum doctrinam: quibus adeò erat deditus, ut hoc sæpè paruū negligeret nutrimentum: tantum aberat, ut posset vacare mensis & alijs inutilibus & superuacaneis. Quamobrem satis aprè poterat dicere illud Apostolicum: Non licet nobis, relicto verbo Dei, ministrare mensis. Alioquin autem si visum ei esset hoc facere, necessè erat omninò, ut duorum alterū eueniret: nempe ut aut consueto alimento relicto, cogereur vesci crassioribus & ijs, quibus vescerentur conuiuia: quod quidem non modò ei non conueniebat, sed nec omninò id facere poterat, cum malè, ut diximus, esset ei affectus stomachus: aut si hoc fugeret & tenui victu vteretur, ijs qui conuiuabantur, grauis videretur & molestus: & quid aliud existimaretur, quàm hoc facere superbiq̃ causa & vanæ gloriæ? Sed de his quidem satis: oratio autem deinceps reliqua ordine persequatur.

Maximum ergò in hoc ponebat studium, ut assiduè versaretur in oratione & meditatione, & rerum honestarum doctrina & Dei laudatione. Sed neque communes negligebat congregationes, & ea, quæ tempus habent constitutum, utpotè nocturnam, & matutinam, & quæ fit vesperè, glorificationem. Quinetiam contendeat Iohannes noctū procedens alios præuenire, & templi portas primùm aperire. Hęc autem cuiusmodi? Erat enim egregius Iohannes acutissimus, non solūm ad intelligendas scripturas, quæ à vulgo non possunt compræhendi, & ad dicti conijciendam germanè sententiam ingeniosissimus: & ut dicit Salomon, ad cognoscenda dicta sapientū & enigmata: sed etiam ad id, quod intellexerat, facile interpretandum & illustrandum, & ut dicitur, ad id vel cæco apertè ostendendum, eorum, qui fuerunt ex omni seculo, facundissimus & maximè idoneus. Eius erat quidem magnus amor in omnes, qui cum eo, quod pij fuerunt, ex Deo etiam vitam egérunt: Prophetas, inquam, & Apostolos, & quibus oratio per spiritum promanauit: in eorum certè libris versabatur assiduè, & in eorum verbis maximam capiebat voluptatem. Simile enim, ut aiunt, simili delectatur. Paulo autem præconi totus adhærescebat, & ineffabili quodam desiderio ei erat coniunctus, & vivebat illius sermonibus. Nam apertè multis in locis verborū eius meminit, idque magnas ducit esse delicias & internæ flammæ consolationem. Propter quam causam ille quoque similiter atque ij qui amant insanè, & sunt valdè inflammati, fatetur se ab eo esse superatum, & non posse ab eo diuelli: & alicubi quidem in ipso impetu orationis, cum ille ei venisset in mentem, captus fuit veluti à quibusdam vinculis, & plurimùm cum eo morari magnificat, & non facile potest ab eo discedere. Tam magnus & tam ineffabilis fuit eius amor in Paulum, ut qui sic dicit, verè dicat, hoc Iohanni esse Paulum, quod Paulo fuit Christus: immò verò Iohanni quoque fuit Christus, sicut Paulo. Nam tantus quoque illius propter Christum fuit amor in Paulum.

Cum eius autem epistolas legeret hic magnus Iohannes, & in eam conuenienti meditatione magnum studium poneret, quinetiam quoad eius fieri posset, qualis esset animus Pauli, scire cuperet: cum subiit desiderium earum explicandi intelligentiam, & efficiendi, ut perueniri posset ad eius profundum, quod à multis nondum rectè cognoscebatur. Rem itaque aggressus, & illas ad verbum interpretans, apud se quodammodò dubitabat & differebat. Id autem ex eo oriebatur, quod illum valdè diligere, & ei vellet omninò placere. Id verò, de quo dubitabat, erat, num Paulo gratus esset eius labor: an rectè assequeretur mentem eius, quem diligebat, & num longè à veritate abisset & à scopo. Hoc cum in mente versaret & dubitaret, & Deum valdè rogaret, ut id, de quo dubitabat, ei notum fieret, non diū abfuit solutio. Modus autem qualis? Est enim reuerà Deo dignus & illius sapientia. Sed est attendendum. Habet enim varium quiddam & admirabile. Vir quidam, qui magistratū gesserat & erat mundi splendore insignis, inuido oculo conspectus & per calumniam delatus ad Imperatorem, (ò acerbam inuidiam & inimici improbitatem) à regia simul & honore expellitur. Cum autem vidisset se magna laborare inopia eius, qui esset opem laturus, intelligens se esse infelicem & dominum habere aduersum, & se ideò nemini curæ futurum, quoniam amicos nihil esse dicit tragœdia, si sit infelix quispiam, præterquam beatæ illi animæ, &

& quæ huiusmodi casuum moueri solet misericordia: & nulli alij similiter atque illi, liberè loqui apud Imperatorem, neque largiri mores, nec ipsam dignitatem: petit per aliquem intermedium, venire in beati conspectum. Quod cum rescivisset, noctū permissit ut veniret, utpotè quod interdū non futurum esset tutum alloqui. Iussit autem Dei cultori Proclo, qui erat ad hoc cōstitutus, ut cum venisset, ad eum facilem illi præbeat aditum. Sedenim rursus est attendendum, adferet enim oratio voluptatem simul cum admiratione.

Cum ille venisset & esset portas ingressus, vadit Proclus annūciatum. Cum autem iam accessisset ad cubiculū, in quo labori magnus vacabat Iohānes, & attentus erat interpretationi, ostio statim admouens oculos, & ut licebat per foramen adspiciens, videt Iohannem, qui pergebat quidem scribere, & in eo erat diligenter occupatus, virū autem quendam, capite caluum, qualis est Elisei effigies, cui densa quidem erat promissa barba, super humeros sensim cum beato cōgredi, & cum illo loqui in aurem. Hęc cum vidisset Proclus, existimabat aliquem, se non sentiente, esse ingressum, & ipsum esse, qui cum sancto loquebatur. Cum itaque illi significasset id quod fuerat suspicatus, rogabat ut expectaret. Cum autem multum intercessisset temporis, & is, cuius præsolabatur exitum, nondum adesset, rursus vadit Proclus, eum urgente homine, ut si vidisset cessare colloquium, statim annūciaret. Cum verò ille rursus per foramen adspiciens, vidisset esse attentam & seriam colloquationem, importunum & impudens esse arbitratus interpellare orationem, reuertens dubitabat quisnam esset qui loquebatur, & quoniam modo esset ingressus, cum non fuisset ei prius annūciatum. Cum autem parum substisset, vadit rursus: & cum rursus vidisset tam diligentem & tam seriam colloquationem, lignum verò iam pulsatum vocaret ad congregationem, accedens ad hominem, dixit eum deceterò non posse ipsum conuenire vsq; ad finem matutinæ glorificationis: & protinùs eum emittit, iubens eum redire postridiè. Venit itaque homo ille, & Proclus statim vadit nihil cunctatus, & eadem rursus vidit, nihil cessante illa colloquatione. Propterea ergò nō ausus illū adhuc admonere, reuertitur: tristis tristis verò apprensus, & qui hoc nomine meritò esset accusandus, quod homini, qui in mala talia inciderat, & tam graue tempus erat perpeffus, nō se benignum præbuisset, neque quam poterat opem ferre, ei tulisset: sed alijs potius ad magnum Iohannem præbens aditum, dilationibus eum sic protelaret. Proclo autem asfirmante, nihil esse huiusmodi: sed se non sentiente nec sciente hoc accidisse, cum iam magna pars noctis esset transacta, nequaquam autem minueretur illa colloquatio, lignum rursus pulsatum, plenum dolore & animi ægritudine amandat hominem, non tamen ita, ut futuri reditus spem abijceret. Proclo verò admirari quidem, ut par erat, veniebat in mentem: sed neminem habebat, quem reprehenderet: sed de se potius querebatur, ut qui sua negligentia hoc putaret accidere. Quamobrem apud se omninò constituit, non cibum sumere, nō somno ne minimùm quidem cedere, neque à foribus omninò discedere, donec vel ipse primus homini daret aditum: aut saltem sciret, quisnam is sit, qui præcedentibus diebus clanculūm fuit ingressus.

Cum autem arctis oculis & auribus staret pro foribus, & totum animū adhiberet, hæc quidem erat nox tertia, & homo iam aderat. Statim ergò Proclus ei factus obuiam: Esto, inquit, bono animo: ego enim modò tibi sui custos diligens, neque vllus hucusque ad magnum ingressus fuit: sed tibi primo & soli ad eum erit ingrediendum, & cum per ocium conuenies, quantum voles. Hoc cum dixisset, accedit quāprimū, & cum foramini oculum admouisset, & vidisset similia prioribus: illum quidē os admoventem alteri ex auribus, & tanquam arcanum quodpiam ei communicantem & submurmurantem: hunc autem chartam habentem in manibus, & qui videbatur scriptis mandare ea, quæ dictabantur, intellexit Proclus non sine Dei numine hanc fieri visionem: neque humanum quidpiam esse, quod apparebat, sed rem diuinam & quæ sit supra hominem. Conuersus ergò, homini dixit: Abi, & mane apud te, Deum rogas. Consentaneum enim est eum nolle, ut tu ingrediaris, & te ideò prohiberi. Hoc enim pro certo habeas, nullius omninò ex ijs, qui sunt corporati, sed diuiniore quadam & quæ est supra nos, esse sermocinationem. Habet enim rursus se similiter, sicut duæ præcedentes noctes iam mihi ostenderunt. Et ille quidem sic abiit, graui dolore oppressus, & plenus dubitatione. Cum autem iam esset dies, (neque enim fuit ille bo-

S. Paulus  
ad illi eius  
us epistolas  
interpretā  
ti.

Obserua re  
admiratione  
ne dignā.

nus conturbatum animum sic manere absque consolatione) recordatus sanctus, iubet accerari Proclum, & Vbi est ille, inquit, qui tribus ante diebus ad nos cupiebat accedere? Quod quidem a nobis haud grauatè impetrauit. Ille autem, Ter, inquit, tribus deinceps noctibus accessit, & permanfit vsque ad matutinum. Sed quoniã alius tecum loquebatur, existimauius futurum esse nimiam arrogantiam, si accedentes interrumpere tuam colloctionem. Is autem admiratus, Et quis, inquit, noctu ad nos accesserit, & quis nos conuenerit? Deinde Proclus, Est quidem, inquit, omnino mihi ignotus: qui autem te alloquebatur, inquit, erat huic similis: ostendens Pauli imaginem, quã perpetuò stabat ante Iohannem, & quam solebat assidue intueri: qui etiam videbatur tibi sedenti & scriptioni incumbenti sensim in humeros inclinare, & tecum loqui in aurem. Vt autem ego opinor, erat ille ipse reuera. Cognouit itaque magnus Iohannes se à Deo fuisse exanditum de ijs, quã cupiebat scire, an Paulo grata esset epistolarum expositio: & ideo ostendisse illum ipsum Paulum, qui cum eo versabatur, & ei tanquam discipulo opem ferebat in oratione: immò verò, qui nihil amplius adferebat, nisi quòd ijs, quã dicebantur, solum feruentem porrigebat dexteram.

S. Pauli imaginem semper sibi propositã habet.

Cum sic sibi persuasisset Iohannes, iussit quidẽ Proclum parum recedere. Ille autem inclusus, procidit in genua, & lachrymis plenos habes oculos, Deo magnas egit gratias, quòd soluisset ea, quẽ erant dubia. Deinde iussit Proclo, ne eum negligeret, qui perierat vt eum conuenerit: sed iuberet, vt nocte sequenti accederet. Dicit enim nihil tale amplius ab eo visum iri. Is autem vocatus accessit, & rogauit de ijs, quã erant proposita. Deinde Iohannes nihil differens, (Quomodo enim, qui in talibus erat igni ardore similis?) Imperatori quidem de eo significat: & ille quidem statim cessit: hic autem prompto & alacri animo repletus ex eo, quòd illam diuinam accepisset visionem, & tanquam discipulus in magistro haberet fidutiam, cum quã restabant sacrarum illius epistolarum, ad finem deduxisset & explicasset, dat Ecclesiã diuitias, quã nunquam consumuntur.

Resistit hominem calamitosum in pristinum gradum.

Hac ergò insignis & clara stella Ecclesiã, & doctor accuratus, virtutis accensus zelo pro Ecclesia, & arguens sacerdotes, qui iniquè se gerebant: quin etiam eos, qui non admittebant correctionem, à sacris arcens vestibulis, & non solis verbis castigans, sed etiam canonicis Ecclesiasticis in tempore puniens improbitatem, visus est aliquando grauis, qui erat valde mitis & clemens. Quid enim si mel quoquẽ mordet vulnera, in quibus inest vlcus? Visus est autem ijs, qui erant omnino immedicabiles, & quorũ curatio erat omnino desperata. Nam quis aut curadarum animarum peritior, aut in medicamentis, quã pertinent ad curationem, nempe in oratione & in modis administrationis ac dispensationis, mitior ac benignior, sicut etiam iam antea ostendimus? Ceterum quandiu circa solum quidem clerum consistebat reprehensio, & erat intra ecclesiam, quẽ videbatur, grauitas, non erat nimius dolor, nec in eum erat odium agreste & furiosum, sed remissum & tolerabile, nec procedebat extralabra concepta molestia. Cum autem in multos quoquẽ, qui gerebant magistratus, processisset reprehensio, (Oportebat enim propter splendorem personarum, & quòd & se & alios posset valde ledere, vt non esset remissa improbitas, tanquam impetus aque facilè fluentis, & quã fertur per plana, eam eius verbis tanquam propugnaculis interrumpi: nè si esset absque villo metu & liberè se iactaret, fusè per omnia procederet, & multos induceret ad emulationem propter libertatem eorum, quẽ perpetrabantur.) Cum sic faceret, & studeret, vt ij vitam suam corrigerent, quẽ malè & nequiter se habebat: partim quidem rapina & auaritia, partim autem alijs quoquẽ affectionibus & vitijs maximis, non erat amplius tolerabilis: sed lingua acerbis & mordax, & planè non ferendus non sua natura, (quomodo enim, qui vel melle erat dulcior?) sed ex morbo & malignitate eorum, qui reprehendebantur. Porro autem quẽdam etiam causa opem tulit ijs, qui temerè volebant ei esse inimici.

Veritas odium ei parit.

Eutropius enim, qui tunc preerat cubiculo Imperatoris, volens suo arbitratu iram exercere in quosdam, qui eum quidem offenderant, ad ecclesiam autem confugerant; pro lege habet suam animi perturbationem: & Imperatori persuadet, vt legem ferat, non licere vlli reo confugere ad ecclesiam: aut si confugiant, licere eos securè expellere. Hic ille studens statueret, ignorabat se gladium in seipsum acere, & legem ferre de ve-

venia ei non danda, & portum claudere, quo ipse magis opus erat habiturus, quam diuina enim iustitia, & si magna ex parte soleat differre, sequens leges benignitatis, & quòd quarat poenitentiam: at in hoc quidem certè rectè faciens, eum inuasit euegio. Etenim ille non multo interiecto tempore cum offendisset Imperatorẽ, solum ecclesiam, quã affecerat iniuria, agnouit auxilium, & ad eam confugiens, & tanquam ancoram apprahendens, ab ea querebat salutem, quam ipse stultè seruare prohibuerat. Quis ergò sanã mentis & sciens benignitatis tempus & iustitiã, eum iudicauerit dignum misericordia, qui, vt dicitur, captus erat suis pennis, & bos ex se præbebat flagellum? Nec ergò ille magnus homo Dei, qui & sciebat misericordiam tribuere vbi oportet, & sustinere quando oportet, & differre commiserationem. Sciebat enim eò apertè spectare illud diuini Efaia: In stateris & mensuris sitam esse apud Deum iustitiam.

Malum eò filium consulti pefsimum.

Esa. 29.

Cum is ergò iaceret ad aram, & timore propè esset moriturus, hic vir diuinus zelo motus pro ecclesia, quam omnino videbat fuisse affectam contumelia ab illius legibus, ad id vocante occasione, conscendens suggestum, vt esset omnibus manifestus, eum opportunè arguit, & iussit præclarã suã legis facere periculum. Cur autem hoc faciebat vir sapientissimus? Simul quidem, vt extolleret Dei iustitiam & leges prouidentia, & audacium hominum frangeret arrogantiam, & vt illum in tempore admoneret, quantum hominibus bonum sit clementia. Hæc nõ bonis ratiocinatoribus & qui eius spiritum non nouerant, videbantur extra tempus cecidisse: & importunus, prohi dolor, existimabatur, qui erat mitissimus: & accusabatur sauitia, qui erat omnium humanissimus. Id autem erat omnino humanitas, & pro ea zelus vel opportunissimus, vt cognoscerent, qui erant omnino duri & crudeli animo, se homines, vel ab humana victi infirmitate: & cum in fratrum delictis ignorarint benignitatem, eam disce- rent in suis: & cum dedicissent, quidquid est inhumanum & immisericors, & benigni & misericordes fierent per poenitentiam. Sic ergò paulatim in nonnullorum animis non rectè in eum versabatur odium. Sed de hac re quidem & de exilio, quod omnem supererat iniustitiam, expectate paululum. Nunc autem, quã id præcesserunt, & quã nec sunt quidem præmittenda, mandet auribus oratio.

Zelus eius quidã sine inter-pretantur.

Sanctum virum eo tempore res quãdam afficiebat molestia, & igne zeli implebat eius animam. Etenim permissum erat Arrianis intra ciuitatem habere conciliabulum: quod quidem fuerat multis causa, vt eodem, quo ipsi, laborarent morbo malã opinionis. Opportunum itaque tempus nactus, quando Imperator venit ad sacrum, festo eum ad id vocante: (erat autem dies Epiphaniarum) Dic mihi, inquit, o Imperator, si quis huic pulchrã & preciosã (ostendens coronam, quam habebat in capite) quosdam abiecos & obscuros lapides inseruisset, videretur ne tibi hoc esse tolerandum, & non tanquam vniuersa per illos afficeretur contumelia, agrè tulisses? Cum is autem veritati sermonis annuisset, Quid verò, inquit, non existimas vniuersorum regem irasci, si in pia ciuitate & quã omnino rectè se habet, pars quã malè sentit, sinatur habitare, cum oporteat vel ab ipsis exigere, vt conuertantur: vel si perseuerent, protinùs expellere? Hæc cum audisset Imperator, non distulit, nec est cunctatus: sed primos eorum statim accessit, & ex eis scire voluit, an in animum inducerent à fugienda desistere opinione, minatus exilium & bonorum suorum priuationẽ ijs, qui non parerent. Cum autem vidisset eos esse immedicabiles, minas deduxit ad effectum, & iussit eos expelli à ciuitate. Hoc effecit, vt multi errorẽ dediscerent, se rectã adiungerent opinioni, quòd nolent corporis sustinere afflictionem, animã vitium eiicientes: & quòd laboriosum fugerent exilium, se improbi potius dogmatis laudabili exilio condẽnantes, & vtraquẽ rectè fugientes. Quicumque autem fuerunt omnino incurabiles, ij perpetuo damnati li, exilio, versabantur extra regiam ciuitatem, suã animã morbo se oblectantes, & eum deponere, non autem habere, miserabiliter crubescerent.

Festus dies Epiphaniarum.

Arriani nõ sinitur de gere Constantinopoli.

Deinde cum tempus aliquod effluxisset, ab ijs, qui intra aulam Imperatoris eadem sentiebant, latenter congregati, sic eis paulatim aperta dicendi libertate, atque sunt illi in quibusdam diebus insignibus, in quibus solent coetus conuenire, ipsi quoquẽ ingredi ciuitatem & cogi in porticibus, & liberè quẽdam antiphona ipsi canere cantica, composita conuenienter eorum opinioni: & quod quauis pia auris abhoruerit, paulatim processerunt eò impudentia, vt etiam Orthodoxis psallentibus ex-

Arrianorũ impudẽtia.

pro-

probrarent homouision, & id execrandi in cantico ponerent: Vbi sunt, dicentes, qui tria vnam defendunt esse virtutem? Hæc cum audisset ille magnus, eum pietatis zelus magis incendit. verebatur enim ne malum, sic rursus loquendi libertatem affectum, esset alijs causa exitij. Machinatur itaque virtus contra vitium, & cum ipse antiphona composuisset cantica, & dedisset populis canenda in matutino, effecit vt sic euanescerent inanes voces hæreticorum. Quid deinde consequitur? Fuit accensa hæreticis inuidia & ira agrestis, ex qua lis orta est: ex ea autem pugne, & præter eas plagæ: inde insidiæ, & postremò cædes ex vtrisque, adeò vt vnus quoque ex Eunuchis Imperatricis, nomine Bryson, fauens cantoribus Orthodoxis, in fronte fuerit percussus lapide. Quod quidem cum peruenisset ad aures Imperatoris, vetuit hæreticis, ne amplius hymnos publicè facerent. Satius autem fuerit de antiphonis quoque canticis dicere, quisnam fuerit author eorum inuentionis. Dicunt enim diuinum & martyrem Ignatium hoc tradidisse primùm Antiochenis, nõ domi suæ & à se inuentum, sed diuiniorem quadam visione, vt ille cum Deo magnam habebat familiaritatē, acceptum: vt qui viderit angelos sic inter se contrà psallentes, & hymnum offerentes adorandæ Trinitati.

Antiphonarum vsus antiquissimus.

Eucharisticæ eleuatio in Missa.

Superiora tabulata, in quibus sunt mulieres in ecclesia se paratæ à viris.

Nota miraculum.

Theodore. tus Scythæ fuisse ait.

Gainas Arrianus petiit templi pro suis.

Porro autem ex ijs, quæ de Iohanne traduntur, hoc minimè est præmittendum. Dicitur enim & multorum sermone celebratur, quòd cum diuinum panem conscrans extolleret, totus à Deo afflatus, (Quid autem horum est incredibile in tam sancta anima?) quibusdam signis videbat Dei spiritum ad dona proposita descendere. Cum autem vnus ex ministris, qui ei assistebant, in quandam mulierem ex ijs, quæ desuper solebant despiciere, & tuam omnia peruadentem, & maligne, improbitatem) oculum coniecisset & eam curiosè adspiceret, sic quidem magno Iohanni fuit depulsa visio sancti spiritus. Ille autem non ignorauit, sed ministrum quidè statim mouit à sua statione: ipse verò consueta visione ne sic quidem est frustratus. Deinde futuri quoque curam gerens, iussit velis superiora muniti tabulata. Quomodo autè iustum fuerit hoc quod præterire, quod est quidem vnum ex ijs, quæ de eo dicuntur, præ verò animæ potest esse valdè gratum, & eam accendere ad hymnum creatoris? Sic autem habet:

Vir erat quidam illo tempore, qui ipse quoque idem sentiebat cum Macedonistis, & habebat vxorem, quæ eadem, quam ipse, habebat opinionem. Eum magnus Iohannes sapienter & artificiosè aggressus, sua lingua ceperat & adiunxerat Ecclesiæ fidelium. Deinde ille rursus conabatur persuadere eius vxori, vt eandem teneret sententiam. Mulier autem, vt quæ esset mulier & attēderet magis falsum, quam veritatem, dicebat se quidem eadem sentire quæ maritus, & ea, quæ Orthodoxi similiter atque ille, tenere: cor autem minimè habebat idem loquens, quod lingua: nolens sicut prius cum marito errori, ita veritati postremò cõmunicare. Cum itaq; à quodam ex Paomatomachis panis partem accepisset, eam quidem latenter credit ancillæ fidei: ad fidelium autem sacrum accedit cum marito, præ se ferens se participem fore sanctificationis. Deinde cum panem diuinum accepisset, eum quidem rursus latenter tradit ancillæ: eius verò loco accipit eum, quem habuerat ab hæreticis. Postquam autem eum ori admouit, (ò stupendum miraculū, & quàm aperta & expressa fuit imago mentis eorum, qui dederant) vidit eum mutatum in naturam lapidis. Atque ipsa quidem cum enunciaisset id, quod factum fuerat & credidisset, ipsa quoque fit è numero peccatorum. Lapis autem reponitur in quadam domo ex ijs, quæ sacra seruant.

Aggreditur nunc oratio res Gainæ, quemadmodum se habeant, tradere auribus fidelium: qui erat quidem genere Gallus, nihilominus autem mente quoque barbarus. Cum esset verò Romanis subiectus, & relatus in numerum exercitus, & deinde paulatim progrediens, maiores gradus esset affectus, postremò creatur etiam Dux exercitus Romanorum, tam equestrium, inquam, copiarum quam pedestrium. Is cum acriter defenderet opinionem Arrianorum, ausus est ab Imperatore petere vnū templum ijs, qui erant eiusdem cuius ipse opinionis, ex ijs templis, quæ erant in ciuitate. Archadius ergò protinus, (ille enim tunc tenebat sceptrum Imperij Romanorum) Dei homine accersito, rogabat vt petitio eius exaudiretur, eius virtutem illi reuocans in memoriam, & tacitè significans tyrannidem, quam ipsum videbat affectare: vt sic, aiebat, barbari mansuescat animus. Et sic quidem Imperator. Ille autem lingua planè aureus, statim ostendit se etiam habere aures, quæ linguæ nihil cederent, & quæ possent iudicare, quibusnam orationibus parè oporteat, & quibus non. Statim ergò renouit, di-

mini metus non oblitus & eius, quàm habebat, dignitatis: & dicit se non esse id permissuram, quodcunque acciderit. Quomodo enim sustinuerit, qui non & à mente & à pietate procul discesserit, vt qui ingrediuntur rectum tramitem veritatis, & Christum defendunt esse vnum venerandæ illius Trinitatis, amandentur extra sacra vestibula: ij autem, qui se magnificè iactantem & audacem linguam in eum mouent, ij, inquam (ò profanos pedes) intra domum illius introducantur? Sed si quid eum vereris, ò Imperator, cum tu mihi eum deduxeris in conspectum, omnè curam deponere, ea solùm quæ dicuntur auscultans. Ego enim cum eo differens persuadebo, ne ille velit ea à te petere, quæ non est fas omninò præbere.

Lætatus est his auditis Imperator, & die sequenti, cum simul etiam adesset vir diuinus, accessit quoque Gainas, ipse quidem sicut heri & nudius tertius petens ab Imperatore vnam ex sacris domibus: Iohannes autem dixit, non licere Imperatori audere aliquid in rebus Ecclesiasticis, si velit omninò esse pius. Quid verò, non mihi quoque, inquit barbarus, vna ædes oratoria permittetur ad precandum? Nullum est templum, inquit magnus Iohannes, quod non tibi pateat: nec est quisquam te prohibiturus, si velis orare. Sed sum, inquit, alterius sectæ: & idè volo seorsum cum ea versari in ecclesia. Non est mea petitio reprehendenda, & quæ non iustam habeat occasionē, cum belli pericula quotidie adeam, & reipublicæ vtilitatem vitæ meæ præferam. Sed habes, ò optime, inquit sanctus, laborum non minores remunerationes: siquidem es Dux exercitus, & consularem honorem es affectus. Satius autem fuerit hoc quoque considerare, quàm antea quidem esses obscurus & ignobilis, quantus verò sit nunc tuus splendor & quanta gloria: & quanta quidem esset antea paupertas, quantis autem nunc abundes diuitijs. Hoc te cogitantem, oportet esse beneuolum, & nõ esse ingratum in imperium, quod te sic honorauit, & non ab eo petere quæ non licet. Cum adhuc nihil haberet Gainas, quod aptè responderet, prætulit silentium: vt qui pulchrè re ipsa didicisset, se in virum incidisse, qui non minùs posset versare linguam, quàm ipse gladium. Admiratus est autem Imperator & qui aderant, quòd tam paucis barbaricæ temeritatis refrenata fuisset loquacitas.

Chryso. mus negat.

Nota quod, hic dicit de Imperato. re.

Gainæ os obstruit.

Suscipit legationem ad Gainæ.

Gainas placatur.

Prou. II.

Gainæ interitus.

Cum autem aliquantum effluxisset temporis, Gainas quam iam diu parturiebat tyrannidem, apertè edens in lucem, in Thracia & Macedonia faciebat incurfiones eas populares & prædas ex eis agens. Aduersus quem cum nemo auderet nec bellum fortiter suscipere, nec apud eum fungi legatione, generosa illa anima & diuino metu armata, neque timens priorem illius cum ipso contentionem, neque quidquam eorum, quæ solent animum frangere & perterere, ad eum statuit proficisci: homo in summa quiete educatus, & qui nullum vnquam tale viderat periculum, nec talem perturbacionem. Atque egreditur quidè valdè alacri animo, ipse legatione functurus pro omnibus. Cum verò iam accederet, ambularet autem terram intuens, gestu quidem grati & honesto, incesu verò tardo & tranquillo, manifesta virtutis vestigia in vultu significans, Barbarus hoc adspiciens, non amplius erat barbarus: sed statim & iram remisit, & placidè adspexit, tumore animi ei quodammodò compresso tam moderato & tranquillo spectaculo. Quinetiam cum quoque inuasit timor, recordatum illius dicendi libertatis, & qui perterri minimè potest spiritus, & verborum quæ vires habent ex veritate, & quæ valdè possunt animum sauciare. Propterea ergò ei processit obuiam, & ad pedes procidit: & assumens eius dexteram, imponebat oculis tanquam sanctificationem. Præterea autem filios quoque fecit procidere ante sanctos eius pedes. Deinde cum verba & valdè sua uem audisset admonitionem, facile persuadetur: & sublatis inimicitijs, fit Romanis, sicut prius, foederatus & amicus. Ità sæpenumerò venerandus vultus, & opportunitas & prudentia orationis, quæ vis belli non potuit, facile effecerunt, & visa est plus potuisse oratio, quàm gladius. Sed nunc quidem sic victus à virtute & lingua Iohannis, depositis armis, pacem est amplexus.

Non multò post autem illa valdè dulcia & aurea verba, erant, vt cum diuina scriptura dicam, in aures aureæ in aure porci, & Aethiops quidem non mutauit pellem, & felis crocori oblita, persecuta est ea quæ consueuerat: & ipse quoque priorem complectens improbitatem, rursus cum alijs obibat Thraciam, res nouas molis: donè in Romano exercitum incidit cum alijs seditiosis: & sic malus ille malè perit. Sed res quidem Gainæ sic se habuerunt. & hæc quidem diximus pauca ex multis, quantum satis

fatis fuerit ad significandam eius peruersitatem, & magni illius viri virtutē. Similiter autem pro Ecclesiasticis quoque regulis studium, & quem pro ipsis habebat zelum, singulatim quidem nemo potest explicare. Sed tamen hoc quoque paucis, quoad eius fieri potest, conabimur ostendere, tanquam vniuersam aquam fontis per modicum fluentum. Cum enim Constantinopoli Asiatici Episcopi numero vigintiduo cum hoc magno Pontifice considerent, repente vno sabbatorum Episcopus quidam Valentino-  
polis, nomine Eusebius, ex odio ad illum accedens, porrexit libellos Synodo, qui erant aduersus Antoninum, qui tunc Ephesinam sedem administrabat. Deinde etiam maximo sacramento adigit magnum Christi Pontificem, ea quae data fuerant, non leuiter & in transitu tractaturum: sed ad examinationem quamprimum deducendum, Septem autem capitibus comprehensa erat tota accusatio. Sic autem habebat:

Crimina  
intentata  
Antonino  
episcopo  
Ephesino.

Ad eare  
spondet  
Chryso-  
stomus.

Sacris vasis preciosis transmutatis, eorum materia usum esse ad vasa, quae eius & filij sui fuerunt nuncupata. Marmor rursus accepisse ex aditu baptisterij, & audaciam, nu & mente in balneo suo deposuisse. Columnas, quae longo antea tempore in templum fuerant repositae, in suo collocasse triclinio. Suum filium caedis reum, non diuina nec humana reueritum, cum sua nimia autoritate conferuare adhuc immortuum in Diaconatu. Praedia, inquit, à Basilina, quae erat mater Iuliani abominandi Imperatoris, ecclesiae consecrata vendidisse, & precium sibi vsurpasse. Cum vxori sua sponte prius renunciaisset, cum ea rursus coiuisset, & ex ea filios suscepisset. His omnibus malis accedebat haec eoronis, quod tanquam sit licitum & permissum, auro vendat Episcoporum ordinationes, adeo vt maiores fiant, qui plus praebent pecuniam. Ad haec homo Dei placide admodum & tranquille: Frater, inquit, Eusebi, ijs, quae propter animidolorem sunt, accusationibus maxima ex parte non sunt faciles probationes. Mittamus ergo in scriptis accusare Antoninum, cum doloris causas possimus curare facilius. Cum is autem repente verbis vteretur acrioribus, & impudentissimè affirmaret se nulla animi perturbatione motum, sed veritate omnia accusare, dat beatus Iohannes locum irae, arbitratus inimicitias esse causam accusationis: & cum Paulum Heraclae episcopum (videbatur enim is bene velle Antonino) rogasset, vt inter vtrumque pacè conciliaret, surgens ingressus est in templum. tempus enim vocabat celebrandi diuini mysterij. Sed haec ne minimè quidem placebant Eusebio, neque cessabat ab inimicitijs: sed vehementer inuehebatur in Antoninum, & magno in eum ferebatur impetu. Incertum autem, quomodo fuisse in eum motus, & quoniam animi motu fuisse incitatus. Itaque accedens, alterum magno Iohanni tradit libellum, cuius erat eadem cum priori sententia. Praeterea autem rursus quoque horrendis adigit sacramentis, ipsam etiam adiungens salutem Imperatorum: non hoc quidem Episcopaliter, sed fortasse ciuilitate, ne id praeteriret citra examinationem.

Cum ergo vidisset illius impetum minimè posse cohiberi, & eam rem ad omnium aures iam peruenisse, alios quidem iubet dinina dona offerre, non iudicans esse sanctum, cum aures incubuerint in talium rerum cogitationem, assistere sanctificatis: Ipse autem libello in manus sumpto, egreditur. Deinde tanquam volens Eusebij impetum reprimere, Ne existimes, inquit, postquam lecta fuerint ea, quae sunt in manibus, & tradita auribus omnium, te facile posse effugere eorum probationem. Neque enim nos eum, qui potest probare, arcemus: neque eum, qui non potest, vi trahimus. Cum ille autem acerrimè instaret & vrgeret, vt statim legeretur, praebuit legendum. Cum verò omnia visa essent grauiora, ij ex Episcopis, qui erant atate prouectiores, ab eo, quod eis iudicatum fuerat esse deterrius, (id autem erat venditio ordinationum) statuerunt esse faciendam examinationem. Sic enim dicebat sibi facilem & breuem futuram esse diuinationem. Si enim ostensum fuerit hoc esse verum, superuacaneum fuerit alia examinare. Qui enim sancti spiritus gratiam non est veritus venalem proponere, is vix preciosis vasis aut lapidibus aut praedijs ecclesiae pepercerit. Haec sancto quoque visa sunt. Cum ergo interrogatus is, qui accusabatur, negaret: & qui aurum inimulabatur praebuisse, ipsi quoque se dedisse inficiarentur, sic mansit & producta est questio vsque ad diem iam inclinantem.

Cum ergo, quae mota fuerant, solui aliter non liceret, nisi testes producerentur, quibus praesentibus datum fuit & acceptum, quoniam accusator quidem dicebat esse, sed non adesse, neque in ea versari regione, intuens beatus ad difficultatem inuentionis, &

con

considerans quam arduum futurum esset opus, & quam multorum dierum, productio cessum, (ò Apostolicam illam animam, & quae propter socordia nihil omittebat eorum, quae erant necessaria) statuit ipse venire in Asiam, & ea, quae mouebantur, suae ipsius fidei credidit examinanda: in corpore tam liquefacto & immensis laboribus confecto, tantam afflictionem subire constituens propter negocia ecclesiastica. Antoninus autem cum animaduertisset non rectè ei cessurum Iohannis in Asiam aduentum, (Sciebat enim, quomodo se ipsum planè esse reum, ita illum posse aperte omnia conuincere) persuadet Imperatori, quodam ex magnis viris adiutore ad hoc vsus, cuius agrorum ipse curam susceperat, vt sisteretur Iohanni exitus, praetextu Gainae tyrānidis, quae adhuc conuertebatur: propter quam causam necessariam esse eius praesentiam. Et sic quidem arceatur beatus ille à suo exeundi proposito: sed ne sic quidè defisit à persequatione eorum, quae dicta sunt: sed accito vno ex illis vigintiduoibus Asiaticis Episcopis, qui erant in synodo, & tribus ex ijs, qui erant apud se, Metropolitanis, eos mittit in Asiam, quos iuros de Eusebio, & de eo quem ipse accusabat Antonino: cum hoc aperte dixisset & in actis posuisset, vt qui non ad locum praestitutum intra duos menses peruenisset, cum ijs, quae vterque habebat ad sua confirmanda, esset excommunicatus.

Cum ergo, qui erant iudicaturi, essent in regione, qui iudicio contendebant, priusquam venissent in iudicium, cum inter se dedissent, alter quidem aurum, alter verò iurandum, se effecturum vt bono esset animo, dilatione temporis cogitabant iudices fallere. Nam cum accusatori visum esset tempus producere, & sic eis afferre tedium, maxime cum eis anni tempus posset satis magnam afferre molestiam, (erat enim aetatis calor vehementissimus) dixit se non posse producere testes intra quadraginta dies. Cum sic dixisset, ipse quidem productionem testium nihili faciens, venit Constantinopolim: Iudices autem cum praeter quadraginta, alios non pauciores quam triginta expectassent, neque adesset vllus eorum, quos sperabant, sed res esset fraus manifesta: Eusebium quidem, scribentes ad eos, qui vbiq̄ sunt in Asia Episcopos, denunciant excommunicatum. Ipsi autem post haec ad sanctum reuerti decreuerunt. Quo in loco cum in Eusebium incidissent, accusabant quod pactis conuentis non steterit. Ille verò causatus corporis valetudinem, adhuc pollicebatur se esse testes producturum: ludens ille in ijs, in quibus non est ludendum, & nec manum reueritus, quam graui affecerat iniuria, & quam habebat conscientiam eius improbitatis. Sed interim, prohi dolor, Antoninus excedit ex hac vita: & sic quidem praesens effugit iudicium, quomodo eunquē potuit: futurum autem omnino expectat, & quod non potest circumueniri. Quid post haec est consecutum?

Litterae mittuntur ad sanctum, quae etiam erant preces ex Asia communes, tum omnium Episcoporum, tum etiam Presbyterorum, qui etiam eum rogabant & ei valde supplicabant, ne eum quidem in scriptis parcentes adiurare, quod suam vehementiorem redderent petitionem, vt ad eos veniret, excogitaturus aliquod remedium eorum Ecclesijs, quae & ab ijs, qui partes sequuntur Arrii, & ab ijs, qui plura habendi tenentur cupiditate, pessimè diuexantur. Dei itaque homo & pastor bonus, non corporis imbecillitatem, non viae longitudinem, non hyemis difficultatem, (erat enim tunc eius tempus) non aliquid aliud reputans ac formidans, violenta illa & acerrima propter Christum anima, sed haec omnia parua & nihili ducens pro cura Ecclesiarum, nauem conscendens, tribus diebus venit Apameam. Quo in loco Paulus quoque & Quirinus & Palladius Episcopi eum expectabant, (eos enim statuerat secum ducere in peregrinationem) cum quibus pedibus sine mora iter conficiens, venit Ephesum. Omnes ergo Lydorum & Phrygum, quin etiam Carum Episcopi, non pauciores quam septuaginta, & quicunque ex Asia populo erant insignes, laeti ocyus confluebant, vultum illi videre cupientes, in quo florebat magna virtutis gratia, & linguam audire cupientes, quae pulchre & suauiter infuebat in animas.

Simul autem aderat etiam ille Eusebij accusator Antonini, rogans vt absolueretur à segregatione, & vt admitteretur deinceps ad communionem. Cum episcopi auram contradicerent, dicentes non oportere admittere calumniatorem, ipse dicit se non esse calumniatorem: sed affirmabat se & momento temporis testes esse producturum, & eos qui auro fuerant ordinati. Visum est itaque synodo, etiam si è vita excessisset, qui pecuniam acceperat, satis tamen esse propter eos qui dederant, rem deduci ad examinationem.

LII 2 minati-

Statuit, li-  
cè debilis,  
proficisci  
in Asia ob  
Ecclesiasti-  
ca negocia.

Deus non  
irridetur.

Proficisci-  
tur hinc  
in Asiam.

Eusebius  
petit absol-  
ui ab excō-  
municatio-  
ne.



minationem. Productis itaque actis, quæ iam fuerant composita, sistuntur quidem Episcopi, qui accusabantur: sistuntur autem etiam testes consequenter, quibus notum erat arcanum nefariæ propter pecunias factæ ordinationis. Atque primum quidem perfecta negatio eorum, quæ obijciebantur, & quod res esset aperta calumnia, (ita enim dicebant ijs, qui accusabantur) quæ nihil habebat sani nec firmi ex veritate. Cum autem probationibus eos testes assidue impeterent, eis loca & tempora reuocantes in memoriam, & quantitatem eorum, quæ soluta fuerant: quinque species eorum, quæ data sunt, referrent: Cum hæc ita essent valida, reueriti illi apertam eorum, quæ dicebantur, veritatem: & deinde inenitabilem iudicem pulsantem non ferentes conscientiam, persuadentur & fatentur rem verè ita se habere, subiungentes: Existimauimus tale esse consuetudinem, vt liberaremur, aiebat, à curia, cui eramus obnoxij. Nunc autem si fas quidem sit, vt simus ex ministris Ecclesiæ: Sin minus, aurum saltem, quod soluimus, velitis nobis reddere. Nonnulli enim dicebant id, quod solutum fuerat, esse ex bonis vxorum. Ad hæc magnus ille: Ego, inquit, dabo operam, vt vos à curia liberemini, pro ea re petitione oblata Imperatori, Vobis autem curæ erit omnino, dixit conuersus ad synodum, vt eis conferrentur, ex Antonini scilicet hæredibus, ea quæ ipsi soluerunt. Protinus ergo decretum est, vt aurum quidem illis redderetur: priuarentur autem sacerdotio. Hoc solum eis datum est, vt altare ingressi, participes essent sanctificationum: nè res longè pessima veniret in consuetudinem, vel sacerdotium, quod Dei donum esse dicimus, esset venale pecunijs, & iudicium eius fieret cauponatio.

Simoniaci ordinati, priuantur sacerdotio. 2. Mach. 11.

Cum hæc pluribus diebus canonicè iudicasset, & scripta in acta retulisset, eorum loco constituunt in Ecclesijs viros verbo & vita ornatos. Non hos autem solum, qui erant sex numero, sed alios quoque totidem cum magnus ille inuenisset pecunijs inuasisse in Ecclesijs, eos Ecclesiastica regula deposuit. Erat enim ille cum in ceteris quidem rebus Ecclesiasticis cautus & diligens, tum in ordinationibus diligentissimus & accuratissimus, & diu producens examinationem: adeo vt qui coaptabantur, non solum essent puri, sed auaritia quoque superiores, & vt semel dicam, nulli afines reprehensionum. Cum autem esset adeo diligens & accuratus, adhuc tamen abundantior adhibens cautionem, munit eos, qui ordinabantur, & eis suadebat id, quod rectè dictum est ab Apostolo, vt nemini manus citò imponerent, neque alienis peccatis communicarent. Et hæc quidem ita se habebant.

1. Tim. 5.

Heraclides sic Ephesi Episcopus.

Cum autem Antoninus, vt diximus, è vita excessisset, in eius sedem magnus ille (ea autem erat Ephesus) ordinat Heraclidem, genere quidem Cyprium, suum autem Diaconum. Deinde cum multorum quidem vitam sermone expurgasset, multis verò Nouatianorum ecclesijs, & eorum, qui dicuntur Tēsarescædecaturæ, perstasisset à priori recedere opinione, & transire ad orthodoxam, & alia fecisset plurima & maxime Apostolica, dignaque eius mente & lingua, ad vrbium reginam reuertitur ille aureus, eratque sicut prius orationum cælesti nutrimento nutriens, & confectorum operum curam gerens. Ea autem erant, cura viduarum, defensio orphanorum, eorum, qui erant neglecti & iniurijs facile patebant, auxilium: & quod erat omnium maximum, vitæ deductio ad virtutem & cura animarum, ad quod egregia illa lingua non tanquam minutis roris guttas verba emittens, sed totos fontes aptè & numerosè effundens, populum incitabat. Verumenimvero cum tam pulchrè se haberet ecclesia, & in magna ageret tranquillitate, grauis irruens procella, magnos ei fluctus excitauit. Nā cum ille homo Dei & vitiorum animæ medicus artificiosissimus, & alia quidem studeat magnoperè curare: maxime autem pessimum & illiberalissimum, & aliorum omnium ferè vitiorum causam, nempe auaritiam, & in eam quotidie vehementer inuehere-tur, non æquo animo tulerunt, qui huic vitio seruebant, suam & solius plagam eam rem esse vnusquisque existimans, etiamsi illa non vllam personam priuatim perstringeret, sed communiter & obscurè inferret reprehensionem.

Auaritiam infestat assidue.

Eudoxia Imperatrix ancilla pecuniarum.

Prima autem ex alijs, & prima ex ijs, qui eius amore tenebantur, Eudoxia, quam ex auditu quidem omnes scitis, cum esset (ò dedecus) pecuniæ ancilla, Imperatrix. Sed enim re vera magnas ad feriendum vires habet conscientia, cum etiamsi nullus alius moueat, ipse quidem vnusquisque per se, nõ possimus ferre illius plagas. Hæc ergo tam miserè affecta, communes illas reprehensiones, sui esse solius, vt iam diximus, & non ali-

alicuius alterius, esse existimabat. Accidit autem aliquid eiusmodi, quod ei materiam præbuit vlciscendi eum, qui reprehendebat. Id verò sic habebat: Erat vir quidam Constantinopoli, nomine Theodoricus, dignitate Patricius, diuitijs autem valde abundans. Eius ergo diuitias illa liberalibus oculis non intuens, easque suas facere valde cupiens, quærebat modum, per quem posset assequi quod desiderabat. Cum ea autem dubia esset animi, (ille enim nullam dabat ansam) quid facit? Publicæ quidem eius bona capit consilium: sed cum hoc studeat facere non aperte, significat ei, qui possidebat. Cum cõmuni, inquit, dare possis mutuas pecunias, nè differas, quod propter multas, inquit, causas eis nunc opus habet. Ille autem nõ ad id solum, quod dicebatur, sed ad id etiam, quod prætexebatur, intuens, & intelligens eam velle ipsum priuare bonis, quærebat aliquem, qui susciperet eius defensionem. Is autem quisnam esset alius, nisi homo Dei? Ad quem quidem cum protinus accessisset, eum nequaquam suæ spei pernituit, neque enim eum inuenit solum socium curarum, sed promptissimum etiam curatorem. Ille nanque nihil cunctatus, scribit ad ipsam quomodo oportebat, & quæ scripta fuerant, statuit abstinere & desinere eum afficere molestia.

Chryso-stomus eam reuocat à Theodorici vexatione.

Cum res ergo ei tam leniter processisset, dixit ei sanctus: Si Imperatrix fecisset quod animo agitabat, ipse & bonis esse priuatus, & Deo nullam habuisset gratiam. Cum autem ipse obstiterit ijs, quæ cogitabat, quid est consequens, nisi vt non videamur omnino esse ingrati & immemores accepti beneficij? Cum sic dixisset sanctus, is ita illum cepit, vt omnes diuitias, ijs solis exceptis, quibus ipse & filij viuerent, consecraret pandocheo Ecclesiæ. Hæc cum ad Eudoxiæ venissent notitiam, eius animum vehementer fauciarunt. Cum ex præsentibus certè coniecisset, quod & quæ prius scripta fuerant, è magna cura quæ gerebat Theodorici, ex auaritia potius existerent, quam ex humanitate, & quod vellent fieri dominus pecuniæ, significat sancto quæ in animo habebat: & acri spiritu ei exprobrat, quod accepisset pecunias, dicens: Oportebat te omnino, sicut nos, abstinere ab ijs, quæ pertinebant ad Theodoricum. Eam enim grauitè versabat & conturbabat cupiditas pecuniæ, magnaque ducebatur poenitentia, quod eorum, quæ scripta fuerant, cedens reuerentiæ, tam magnas non esset assecuta diuitias. Cum hæc autem audisset beatus, ei literis significauit ea, quæ par erat eum, qui veritatis curam simul gerit & pietatis. Sic autem habebat ea, quæ ad ipsam scripta sunt.

Literæ eius ad Eudoxiam.

Existimo, ò pia filia, te non ignorare, quod si ipse voluisset habere pecunias, nihil mihi obstisset. Habui enim parentes, qui & multum poterant, & multa possidebant: sed diuitias libens cessi egentibus, existimans eas esse rem non dignam, in quam meam curam conferrem. Quomodo ergo, quas & ipse magno studio deposui, & quas omnibus communiter consulo despiciere, eas nunc non erubui videri concupiscere? Pecunias autem Theodoricus mihi quidem non præbuit, sed nec ipso præbente ipse accepi: Christo verò sceneratus est, eas præbens pauperibus, ille quidem rectè faciens & sibi vtiliter. Illinc enim multiplices habebit remunerationes. Si autem tuus sit scopus hæc Christo auferre, nos quidem nullo damno afficies: nec ideò nos vlla afficies molestia, sed Christum potius, cuius eæ sunt: & illi curæ erit earum ablatio. Hoc Eudoxig existit primum semen concepti in eum odij: hinc paulatim in illum furorem parturij, habens multos quoque, alios, qui iram accendebant, & inimicitijs eius opem ferebāt. Quod autem ille periculi nullam ducebat rationem, & in se iritandi crabrones, & mouendi eos, qui ipsum essent læsuri, in ijs, in quibus aliquid negligere, erat Deum ad iram prouocare, & excidere ab eius beneuolentia, iam est tempus docere: immò verò quomodo ira in eum eruperit ab ijs, qui oderunt reprehendi, & quos auertere est difficile, vt qui lubenter, vt dicitur, se affricant.

Callitrope vidua vexatur à Ducis exercitibus.

Mulier quædam vidua, nomine Callitrope, habitans Alexandriam, defertur ad Pualacium Ducem exercitus, qui tunc quidem Alexandriæ Augustalem administrabat magistratum: pecuniæ verò magno amore tenebatur. Defertur autem, quod illa abundaret pecunijs, & esset valde diues: & ideò quingenti aurei à misera exiguntur: quos non vt quæ posset dare, sed vt quæ magno metu afficeretur, illi dat sitienti, omnibus bonis suis datis pignori, ab ijs, qui habebant mutuata. Cum autem duo anni præterijissent, finemque eius accepisset magistratus, & ageret ipse in vrbe regia, & ab eo exigere ratio suæ administrationis: mulier, quæ inuenerat tempus eam adiuvans, ascendit

Pro. 18.

scendit eueftigid, & accedit ad Imperatorem, in eum qui iniuriã fecerat, vociferans, & iniustam annuncians ablationem. Cum verò causã fuisset commissã Præfecto prætorio, & Imperator iussisset reddi mulieri, quod non fuerat rectè ablatũ: ille siue personas peccatorum acciperet, vt dicit diuina scriptura, siue nõ rectè se gereret manus, neq; liberaliter, malè affectit viduam: & non vindicem, sed aduersariũ potius se præbuit iudicem. Cum ergò ab eo mulier desperasset auxilium, accedit ad Imperatricem: mulier à muliere, quæ malè affecta fuerat, ab ea, quæ poterat opem ferre, se consecuturã esse misericordiam, vt par erat, iudicans. Eudoxia ergò, vt quæ inuenisset venandi occasi-

Eudoxiæ il- liberale factus. Psal. 25.

onem, & mustela, vt dicitur, odorata fuisset pinguedinem, quã primũ accerit eum, qui fecerat iniuriam. Deindè cum quæ viduæ fecisset, ei dixisset, & eum esse iniustũ arguisset, eum quidem multat centum libris auri: triginta sex autem solis numismatibus datis Callitropæ, iussit esse contentam. Hæc auara illa & illiberalis, & auro viuens, & aurum omnia videns, sicut Midas ille in fabulis, aurũ noctũ & interdũ visione apprehendens: cuius in manibus iniquitas, vt dicit beatus Dauid, & dextera plena iniquitatis.

Quid ergò miserabilis illa vidua, & reuera calamitiosissima, quæ talia quidem passa fuerat ab ea, à qua non debebat, vt à qua sperasset potius defensionem? Ipsa ergò cum omnem spem abiecerat, vno vitur refugio, communi illo viduarũ defensore. Cui cum rem renunciasset, & qualia pateretur à teneratoribus, & quod sit vsuris omninò opprimenda. Hæc dicens, & lachrymas, quæ ad persuadendum magnam vim habeant, effundens, euocat ad misericordiam eum, qui ad ipsam erat propensissimus, & qui non minus erat promptus ad eos defendendos, qui passi fuerat iniuriam, quàm Eudoxia ad faciendum. Quamobrè nec ei quidem licebat cunctari: sed protinùs quidem accerit eum, qui læserat: fortiautem & generoso animo ei exprobrat & arguit iniustitiam, & aurum ab eo requirit, non quomodò Eudoxia, suum morbum, nõ autem alienam plagam curans: sed libera & quæ odio malos habet, mente mulierem defendens.

Eudoxia infecta est sancto viro

Cum is autem adduceret multam centum librarum, quibus eum multauerat Imperatrix, & sic non reddendæ rationis quæreret subterfugium, beatus, Pro delictis, inquit, publicis facta est illa exactio. Tu verò non aliter effugies, nisi mulieri quingenta prius numeraueris. Cum primũ autem hoc venisset ad aures Eudoxiæ, illa iurit ad illum magnũ, iubens eum, qui detinebatur, absolui à crimine, vt qui se fati defensionem, vt dicit leonis pellem statim induens: Immo verò non dimittam, inquit, quoniam nec iustum est (ò Dei leges & præcepta) cum ante nostros oculos sit ea, quæ fuit affecta iniuria, eaque mulier externa & vidua, quæ lachrymis operit, ait Malachias, altare Domini, indigens eo, qui sit opem laturus. Quænam autem sunt Deo tantæ curæ, quantæ hæc? Quod si me iubes eum dimittere, at tu redde mulieri debitum ex ijs, quæ illius prætextu abstulisti amplius. Hæc quidem magnus ille.

Malac. 2.

Cum autem illa semel & bis misisset, neque quicquam proficeret, eum ipse minoris faceret homines quàm Deum offendere: & cognouisset rem sibi esse cum homine, qui non cedebat temporibus, minas non formidabat, nec timebat ab vlla excidere ratione, quæ quidem sunt magna ex parte terriculamenta ijs, qui sunt parui & abiecti animi: sed constanti & generoso spiritu fortiter vsque ad mortem resistebat peccato, & magis cauebat malè facere, quàm pati. Cum, inquam, cognouisset eum eiusmodi viro rem esse sibi futuram, ira plena (videbatur enim minime ferendum, vt quæ multos superabat, videretur vno longè inferior: est enim eiusmodi res mulier, nempe leuis, & quæ facillè mouetur, & planè inanis gloriæ ludibriũ) iubet extemplo, & duo quidè Cæturiones, eos sequente quæ sub eis erat manu, quamprimũ mittitur: quibus fuerat imperatũ, statim templum ingredi, & eũ qui detinebatur, vilius eripere. Et sic quidè Eudoxia: ignorabat autè se ea aggredi, quæ fieri nõ poterant, & bellũ aduersus Deum suscipere. Nam cum illi venissent, & iam essent in foribus, & irrupturi essent, (ò diuinum spectaculum, ò rem planè nouam) vident Dei angelũ specie admirabilem, formam terribilem, qui strinxerat rhompheam, & horribiliter arcebat ab ingressu. Hoc illi malum cum vidissent, metu repletæ fuerunt illis animæ, & protinùs nihil amplius facere decreuerunt: sed quamprimũ reuersi ad eam, quæ miserat, stupendũ hoc spectaculũ cum stupore narrarunt. Illa autè stupuit quidè ipsa quoque, cum audisset, & de suo cepto aliquid remisit protinùs. Solet enim, quod metis leuitate celeriter suscipitur, celeritate quoq; simili excidere. Deindè paulopost ad scopũ priorè reuertitur, & frumentio

Vitia mulierum.

Nota rem admirabile

quo-

quodam ad eum missò, (neque enim tam esse negligẽtem sinebat amor pecunie) iussit persuasionem potius aggredi propositum. Magnus autè minime parens eius blanditijs, dixit: Non quòd delecter libris, neq; quòd Imperatrici resistere statuerim, vobis videar esse supra modum contentiosus, non per sacras leges & diuina eorum, qui præcesserunt, dogmata & disciplinas: sed simul quidem iniuria affectam defendens viduam, & quæ omni egebat auxilio, & Imperatricis animã salutẽ procurans, sic videar contradicere.

Cum sanctus talem dedisset responsonem, & ostendisset se nihil esse cessurum, qui autem fecerat iniuriam, vidisset omnem spem esse sibi irritã, & Imperatricis, quam somniabat, opem nihil habere momenti, & esse planè scilicet eum, vt dicitur, auxilium, donum mittens, aurũ ex se soluit mulieri: & sic liberatur ab obligatione. Paulopost aut Eudoxia (quærebat enim faciendi, quæ vellet, libertatem, seu benè seu secus se haberet, & neminem esse, qui contradiceret) mittens ad sanctum, & partim quidè minis, partim autem blanditijs eum aggrediens, suadet vt desinat velle ei resistere, dicens: Sed oporteret te esse contentum ecclesiasticis: ciuilia verò omninò non subire, sed eis cedere Imperatoribus: quomodò ipsi tibi rursus ecclesiasticis: cessare autem contra me conciones habere in ecclesijs. Nam ego quidem hucusquẽ te obseruaui vt patrem, & paternum, vt sciunt omnes, honorem tibi tribui. Tu autem nisi decaterò in nos fueris melior, scias me non esse toleranturam. His magnus Iohannes magna affectus tristitia, (videbat enim cor eius parturire iniustitiam, & laborem improbè concipere, & iniquitatem, vt dicit diuinus Dauid, parere) dixit ijs, qui missi fuerant: Iubet me abscedere à rebus ciuilibus. Tantum autè abest, vt res attingam mundanas & ciuiles, vt sim ab eis tam alienus, quàm ij, qui diũ antè sunt mortui, remoti sunt à rebus, quæ ad victũ pertinent: Sed cum sim Episcopus, & mihi commissã sit cura animarum, apertum scio esse periculum, non arguere iniquitatẽ. Vereor enim, nè de nobis quoquẽ dicatur illud Osè: Celeriter lauerunt sacerdotes viam Domini: si nos, cum iniuste aliquid admittatur, id feramus silentio. Sed cum quoquẽ, qui peccat, iubet rursus diuinus Paulus coram omnibus arguere: vt reliqui, inquit, timorem habeant. Nos autem nihil illam in ecclesijs, neque nominatim, neq; apertè arguimus. Quocirca nobis temerè succentet Imperatrix. Sin autè oratio, quæ inuehitur in eos, qui sunt obnoxij auaritiæ & alijs vitijs, nonnullorum mordet conscientiam, non illi nos, sed seipsos potius meritò reprehendant.

Viduæ læsæ restituitur pecunia.

Psal. 7.

Osee 6.

1. Tim. 5.

Hæc & alia his similia cum audisset ijs, qui missi fuerant, scriptis mandauerunt quæ dicta sunt: & reuersi, dixerunt se nihil efficere, conantes in cælum iaculari, & radere Iconem, & aduersus stimulos calcitrare, nebulasque cedere, & tumulo prædicare: & alia, quæ dicuntur de ijs, quæ non possunt fieri. Ille enim homo est metu superior & minis, & aduersus ipsam quoquẽ mortem erigitur. Vnum solum timet, nempe peccatum, & nõ Deum per ipsum vel modicum offendat. Parua visa sunt hæc Eudoxiæ, acrique & ceteri freni eius auri cupiditati. Quamobrè ab ira & furore non desisteat, sed apud se habitantem magis versabat iram, expectans tempus & occasionem eius, qui ipsam despiciebat, vlciscendi vsq; ad satietatem. Cum ergò rectè se haberet ecclesia, & edificaretur in dies ad pietatem: & reipublica rigaretur quotidie ab eius lingua, & vitam, quæ est ex Deo, suauissimè produceret: etenim cum alijs malis, hæc etiam, quæ erant vsitata & familiaria, incepit contemnere: nempe equorũ cursus & theatra, cœtusq; & orationes, quæ nihil habebant vrile aut necessarium: & quod in ea ponebat studium, conuertit ad currendum ad edes orationis, & ad templa Domini: adeò vt inter se contenderet, quis veniret prior in templum Domini, & in eo versaretur diutius, & maiore perciperet vtilitatem. Hæc quæ adeò pulchrè & piè se habebant, inuidiam magna afficiebat molestia: & idèò vehementem quidem & periculosam aduersus ecclesiam excitat tempestatem: grauem autem & profundam ei offundit noctẽ, magno illo, pro dolor, luminati & sole animarum, procul ab ea amandato & missò in exiliũ. Sed cupitis scire, fat scio, quomam habuerit grauis inuidia, qui celeres pedes ad hoc intulerunt.

Inuidia animi eius fortitudo.

Fructus concionũ eius.

Esa. 30.

Mouit quidem & alios ex episcopis & Clericis, quorum animus erat aptus, vt maligni susciperet femina: Qui fecerunt consiliũ, & non per me: (hæc dicit Esaias, differens in persona Domini) & pacta conuenta, & non per spiritum meum: & nonnullos etiã, qui erant ex ipsa aula Imperatoris. Ne mulieres quidè se ab hoc iniquo cœtu abstinerunt, sed ex quoquẽ maligno fuerunt pars germana. Erant quædam mulieres, quæ mundo delectabantur & erant obnoxie vitijs. Quæ quidem, quòd ab illius lingua sauciatae fuerant,

Aduersarij fuerant, in eum vehementes concipiunt & effundunt spiritus. Quos autē habuit acri-  
ores alijs aduersarios, ij fuerunt, Alexandrię Theophilus, Berrhoeę Acacius, Severianus  
Gabalorum, & Antiochus Prolemaidis. Præter hos, duo Presbyteri, & quinque Diaco-  
ni simul eruperunt. Cercopum improbum quendam coetum eos dixerit quispiam, aut  
Psalm. 54. viros sanguinum & fraudis, vt è diuina scriptura aliquid dicatur potius. Sed satius for-  
tales fuerit ostendere, vndenam bellum coeperit in Ecclesia.

Erat Alexandrię presbyter quidam nomine Petrus, qui in presbyteratu suæ ecclesiæ  
Theophilus primas partes obtinuerat. Is cum nescio quomodo in odium venisset Theophilo, quo-  
Alexandri- niā ad machinandum aliquid & struendam calumniam, erat corum, qui ex toto secu-  
nus taxatur lo fuerunt, ingeniosissimus, non parua labe per fraudē eum adspexit, nempe quod mu-  
lierem quandam heresis Manicheorum, cum eam execrādam nondum repulisset opi-  
nionem, admisisset ad communionem. Eo autem asserente, & ipsam prius illam abiu-  
rāsse opinionem, & admisam esse è sentētia eius qui nunc est accusatoris, tanquam hoc  
non sufficeret ad fidem faciendam, ab eo quoque adductus est testis Isidorus Pelusiota,  
vir & vita & dicendi facultate vnus ex præstantissimis, & præterea ab ipso quoque ma-  
gno Athanasio relatus in numerum presbyterorum. Atque ipse quidem, tanquam ab  
Isidoro extrema affectus iniuria, & vt ab illo conuictus, propterea quod ostendisset ve-  
ritatem, Petrum quidem præter rationem expellit è sacerdotio, nō propter aliam cau-  
sam, nisi propter inimicitias. Deindē etiam querebat occasionē, per quam suæ impro-  
bitatis trophæum ipsum quoque erigeret Isidorum. Quod etiam facit paulopost, aliun-  
dō ad iram incitatus. Hinc autem fuit commotus:

Isidoro dantur mille aurei à Theodote, quę fuit vxor Theodori præfetti prætorio. Ea  
verò mandauit Isidoro, vt pauperibus, quę erant Alexandrię, mulieribus emeret indu-  
menta. Hoc Theophilo non communicatum, in eum peperit iram minimè tolerandā.  
Causa autem erat, Nē si ille, inquit, acceperit, cōsumat in lapides, vt solet, & in adificia.  
Cum autem interrogatus Isidorus confessus esset, & dixisset se id fecisse, quod volebat  
quæ dederat, tunc quidem nequaquam ostendit se fuisse iratū, sed sub Plutonis, vt aiunt,  
galea celat iram, in cordis penetralibus Pontifex fouens emulationem. Paulopost autē  
eam aperit, & grauissimam machinatus calumniam, (sciebat enim ille, sicut prius dixi-  
mus, optimè dolos struere & machinari insidias) cum illam mandasset literis, & ordinē  
deindē sacratum vocasset ad concionē, ipso præsentē, in quem erat ordinata calumnia:  
Hanc, dixit, o Isidore, ostendens schedulam quam habebat in manibus, ante decē & octo  
annos contra te mihi traditam, quoniā in alijs occupatus, vicius fui ab obliuione: nunc  
rursus propter alia fortè persequens, inueni. Agebat autem tunc Isidorus annum vitę  
octogessimū, vir qui exercitatione & laboribus longis iam consenuerat, & ipsum ha-  
bebat vultum nuncium virtutis, & qui eorum, qui videbant, animis poterat magnam  
afferre reuerentiam.

Cum ergo postquam hoc sic dixisset, peteret vt protinus de obiecto crimine causam  
diceret, (id autem erat Sodomiticæ libidinis) Isidorus statim placidē, & vt se dignum  
erat, Esto, inquit, chartam tunc datam latuisse: quomodo non rursus processit is, qui  
dedit? at tamen si ne tunc quidem aderat, at nunc adsit: & ostēdens quisnam ipse sit, di-  
cat in nos. Cum ergo nihil haberet, quo posset calumnia videri fide digna, quid facit?  
Quodam adolescente corrupto pecunijs, eum pulchrè instruit ad sycophantiā. Deindē  
ille abiens, rem matri communicat. Illa autem partim quidem Deum timens, partim  
autem suspectum quoque habens, quod erat in præsentia, iudicium, nē fortè manifestū  
redderet id, quod erat compositum, Isidoro rem significat: & quod quindecim aureos  
acceperat eius filius: quos ei dicebat dedisse sororem Theophili, mercedem compara-  
tā in illum sycophantiæ. Hęc cum audisset quidem Isidorus, egit silentium, soli Deo  
relinquens vniuersum: vt qui laudes quidem celare potius dedidisset, non autem vitu-  
perationes. Adolescens verò ratus sic sibi rem in tuto magis futuram, in diuinum tem-  
plum accedens, confugit ad altare. Cum autem sic magis in dubiū veniret Theophi-  
lus, abdicat, pro dolor, ob tam leuē calumniam Isidorū, & arcet ab ecclesia. Deindē  
ille cum hoc pro lucro habuisset, & id ex eius successisset sententia, dans nullā rei dila-  
tionem, venit ei in mentem ad montē Nitrię proficisci, vbi prius ab ineunte ætate ege-  
rat pulchrā vitam exercitationis. Illic ergo rursus vacabat, cum Deo solo congregiē.  
Sed ne sic quidem ei concedebatur esse extra teli iactum, neque erat cuitaturus Theo-  
phili

Eum per ca-  
lumniam ab-  
dicat.

phili laqueos, vel potius communis omnium hostis, qui hæc mala Isidoro intulerat, eius  
virtuti inuidens: & Theophilo author fuit, vt Deum offenderet, illum oppugnās per ea,  
quæ se offerbant. Tunc enim mota erat quæstio in monasterijs, quæ erant in Aegypto.  
Vult autem oratio nobis rem paulò altius repetitam declarare.

Quæstio autem erat, cum alij quidem corpus Deum esse dicerent, planeq; indutum  
figura & persona & forma hominis, ij scilicet, qui erant paulò rudiores & crassiores: alij  
verò eum omnino ponerent incorporeum, ab omniq; similitudine & forma hominū  
liberum, hoc autem dicebant, qui erant doctiores, & acutioris ingenij. In hac verò sen-  
tentia cum esset Theophilus, eos, qui Deū dicebāt humanæ formę similem, nō leuiter,  
sed admodum vehementer abdicabat. Quod quidem cum compertum habuissent, qui  
erant in Aegypto monachi, minus participes rationis, id in eos immisit tumultum, & il-  
lum de medio tollere, vt qui esset blasphemus, & non sanę opinionis, putabant esse ma-  
ximum Dei cultum. Ille autem callido inuento rem, quæ aderat, aggrediens, Sic ego,  
inquit, vos intucor, tanquam Dei faciem. Hoc cum illi audissent, repræferunt quidem  
protinus illum credis impetum: eum autem dixerunt: Si eadem, quæ nos, germanę sentis,  
vnum tibi solū deest, nempe vt libros Origenis subicias anathemati, qui maximè De-  
um esse corpus & faciem habere homini similem, ne sinunt quidem in aures cadere. Ad  
hęc Theophilus: Quid autem, inquit, prohibet, quo minus hoc faciam, qui ab Origene  
maximè dissideo, & cum eo acriter bellum gero? Hęc cum dixisset, & esset pollicitus,  
itam sedauit monachorum. Sic ille semper anceps, & facile ad vtrunque annuens, & se  
temporibus accomodās, cum oporteret eum, vt qui esset Episcopus, & cui commif-  
se erant animę populi, non vti figmento & scena ad decipiendum, & sic illos relinque-  
re agrotantes: sed quam fieri posset optimè distinguere, & verbum veritatis rectè admi-  
nistrare, & vtrique parti componere seditonem, paternè docentem, sed nō artificiosè  
diuersum persuadentem: dicere ipsum quidem per se Deum esse incorporeum & figu-  
ræ expertem: corpus autem & faciem & formam humanam vnigenitum Dei verbum  
accepisse, arcanis rationibus suæ benignitatis. Deindē cum etiā rursus surrexisset post  
mortem pro nobis susceptam, in simili scilicet figura carnis humanę, sic in cælum esse  
assumptum, hoc enim esse summę vnionis & ineffabilis in suum figmentū beneuolentię:  
& sic manere sedentem ad dexterā patris. Nondum euasit manifestum, quod dictū  
est: sed alia luce adhuc indiget oratio ad apertè declarandum id, quod est propositum.

Erant quatuor monachi fratres corporibus, fratres animis, monachorum omnium,  
qui erant in Aegypto, & doctrina & vita longè excellentissimi. Eis erant nomina, Dio-  
scorus & Ammonius, Eusebiusque & alius Euthymius: quos etiam Longos vocabant  
ob staturę fortè proceritatem. Hi non solum ab Alexandrinis plurimū fiebant ob mo-  
res & vitæ probitatem: sed Theophilo quoque erāt chari, & in magno apud eum præ-  
cio habebantur, & eos amabat æquè ac suos oculos, & in medio cordis sui habitabant.  
Hęc autem ita se habebant, quandū fuit ille Deo amicus, adeo vt persuasum Diofco-  
rum (vix enim attrahit honorem virtus) constituerit episcopum Hermopolis, Ammo-  
nium autem & Euthymium honorarit sacerdotio, & eis tradiderit ecclesię administra-  
tionem, & fecerit œconomos. Cur non dico, quod eius in ipsos maximā significat be-  
nevolentiam? Elegit eos, qui cum ipso habitarent, & essent toto tempore vitę ei conui-  
tores, vt eos nec à corporis, nec ab animę oculis pateretur discedere. Sed hęc quidem,  
quandū Theophilus erat, vt diximus, verè Theophilus, id est, pius ac religiosus. Cum  
autem eum vidissent declinasse ad auaritiā, & magna ex parte aurum magis amare  
quam Deum, & vt pararet pecunias, acerrimum ponere studium, tanquam noxiam  
recusantes cohabitationem, (soler enim vitium mutare facillimè) elegerunt solitudi-  
nem, & illic, vbi prius, versari.

Hanc ille diuisionis causam cum intellexisset esse suā, condemnationem, valdè  
ægrè tulit, ipsosq; manibus & pedibus, vt dicitur, coepit molestia afficere: primum qui-  
dem illos criminans apud Anthropomorphianos, dicebat eos cōuenire cum Origene,  
& eandem quam ille tenere opinionem, & decernere Deum esse incorporeum: & ideo  
dicit oportere eos tanquam malè sentientes, & quid aliud quam hereticos, expelli. De-  
indē finitimis quoque iussit Episcopis, nonnullos monachos, qui eadem quæ ipsi sen-  
tiebant, & in ima habitabant solitudine, cum non prius significasset, cur hæc & quidnā  
fecerant, è monte quamprimum deturbari præcipites. Monachi ergo illi fratres ve-  
nientes

Monachos  
in ipsum  
commotos  
vt sedarit.

Acriter per-  
stringitur.

Longi fra-  
tres mona-  
chi.

Dioscorus  
Episcopus  
Hermopoli-  
tis.

Longos fra-  
tres infecta-  
tur Theo-  
philus.

Contumelia eos afflicta.

nientes Alexandriam, contulerunt Theophilum, & causam rogauerunt, propter quam eos ille sic condemnasset. Ille autem proinuis ira plenus & instar ignis micatibus oculis (natura enim subito mouebatur impetu, nec poterat vlllo modo suis manibus temperare) Ammonij collum pallio comprehendit: deinde etiam suis pugnis eius maxillas contundens, acclamat: Anathemati subijce Origenem. Erat autem Origenes quidem plane Patroclus: & eadem quae ille sentire, quaeque prae textus. Vera autem causa aperta erat in illum & fratres odium. Sic extrema contumelia affectos, viros magno honore dignos & reuerentia, dimisit cum dedecore. Deinde vicinis, cum nihil opus esset, accessit Episcopis, illos sanctos, cum nec adessent, nec suam causam defenderet, quod prauum & corruptum dogma tenerent criminatus, ipsos simul & diuinum Isidorum datos anathemati abdicat. Erat autem non extremum malum, neque sic, vt non esset pie & religiose animae, si haecenus repressisset impetum. Ille vero minime: sed cum quosdam abieceret & nullius nominis homunculos quinque numero, alium aliunde ex tenebris & angulis quomodocumque coegisset: & alium quidem ex his, propter defectum ciuitatis, in viculo constituisset Episcopum, in quo ne prius quidem erat nome Episcopatus: alium autem presbyterum, alios vero Diaconos, eis tradit libellos aduersus diuinos hos viros compositos: quos ille (o diuina iustitia & Dei omnia intuentes oculi) latenter composuit: iubens eos sibi dari, quando concionabatur.

Ducit exercitum in monachos Theophilus.

Acceptis ergo libellis, quorum ille erat pater, cum processisset, & Augustali eos communiasset, ab eo petit manum militarem, vt sanctos viros, vt qui malam teneret opinionem; procul a tota Aegypto expelleret: & accipit quidem ad quingentos. Cum autem ipse quoque manum non paruam adiecisset, viros audaces & ad nouandum aliquid egregios, & deinde etiam eorum impetus dato vino incitasset, vir ipse acerrimus & cuius impetus non poterat cohiberi, noctu ducit exercitum in monachos, contendens erigere trophaeum. Quod quidem nescio an vlli alij, qui esset quidem Pontifex, vel minime conueniret. Alioqui autem si nulla alia de causa, & sua quidem certe honestatis gratia, a re tam vituperanda debebat abstinere. Aut enim precedentem, quae ei cum viros intrere esset, amicitiam, dixeris esse animi leuitatem, quae eligit ante probationem: aut quod postea exortum est odium, euidentem improbitatem, cui est etiam hoc magis adscribendum. Est enim virtus eorum manifesta, & eius qui illos oderat malignitas. Atque primum quidem Dioscorum expellit e sede per quosdam suos famulos Aethiopes. Oportebat enim illum vti talibus ministris. Deinde etiam tyrannice & per vim ei auferunt ecclesiae dioecesi, & montem spoliat, tanquam Imperator quispiam electus & praefectus bello gerendo contra monachos: & eorum domos diripit, tres illos miser diligenter persecutus, Ammonium, inquam, cum alijs, quos ne Mornus quidem reprehendisset, & qui erant omni ex parte fratres. Cum autem non posset omnino inuenire, (se enim iplos in puteum demiserant) viros non affecutus vir pusilli & abiecti animi, se protinus conuertit ad materiam: & tanquam insaniam nimiam ostentans abundantiam, in eam effundit iram, domos illorum & omnem suppellectilem (erant autem nonnulli quorum libri studioforum) omnia simul igni mandans.

Longorum fratrum domos & res comburit.

Accidit huic improbo imperatori aliud quoque facinus, quod omnino quidem illi satis congruit, nec est eo indignum: est autem dignum non paucis lachrymis. Insans enim, qui incidit, & sacra quadam signa sacramentorum, ea quoque ab igne consumuntur. Cum vix tandem ab ira cessauisset, reuertitur Alexandriam Pontifex cum talibus victorijs. Illi autem vix tandem securi & a metu liberi, nudi exeunt e puteo, pudenda soluta succincti linteis: & obibant simul Alexandriam fugitiui, praeda, quam non poterat a se sequi Theophilus & illius insania, miserabile ijs, qui videbant, spectaculum, etiam si virtute erant induti splendide, & ab illa pulchre ornati. Eos cum agnouissent Alexandrini, zelo & ira statim repleti, vt sunt acres & vehementes, lampades in manus sumentes, & Theophilum vbicumque eum esse putabant, publice circumfistetes, nonnulli quibem coeperunt incendere, alij autem bona diripere. Cum vero iam ad sacra vasa essent venturi, Praeses timens periculum, accessit eos leniens, & humanitate eorum iram volens sedare. Illi autem magis efferebantur, Theophilum tanquam venatici quidam canes naribus indagantes, & vltimum in eum manum cupientes immittere. Atque Praesidi quidem suadebat metus eum iam tradere, propter concitatum illam eorum, qui ipsum querebant in euersionem. Sed ille cum solis precibus sibi quessisset salutem, in quodam loco secre-

Alexandrini vlciscuntur Longos fratres.

secreto se infodit, timidus repente apparens, qui tanta erat audacia, & mus modò picem gullans. Deinde cum Praeses accepisset monachos, & eos induisset vestibus, (sic enim videbat populum sedare, sicut diximus, & imperus eorum reprimere) ostendebat praesentes. Cum autem nihil proficeret, timens ne ipse fieret irae trophaeum, & lueret poenas furoris in Theophilum, accedens iurat Theophilum nequaquam ei ostendisse causam, cur eos viros quereret: sed dixisse, quod essent corrupti in religione, & quod non satis ducerent, si ipsi soli egrotarent: sed alios etiam conarentur inducere ad suam communionem. Si enim sciuisset, inquit, quod animo agitabat, non modò non prebuissem milites, sed nec illum ipsum quidem fuisset egredi. Cum sic dixisset, vix tandem eis persuasit vt recederent. Postea autem Theophilus, cum & ipsum Praesidem, & quidquid erat clarum & illustre in ciuitate, (erat enim res pecuniaria eis in magnas adducta angustias) domis explisset ad satietatem, in suam sedem, quod vtinam non factum esset, restituitur.

Atque alij quidem ex his sanctis viris alibi sunt dispersi: Dioscorus autem, & plures alij ex melioribus, non solum ex monachis, sed etiam ex sacerdotibus, cum secuti, accedunt ad Sylluanum Episcopum Hierosolymitanum. Sed ne sic quidem eos sicut quiescere illa omni tumultu plena semper anima, sed scribens ad Sylluanum, Non oportebat, inquit, omnino praeter meam voluntatem meos excipi fugiuos. Ignorantiae autem est ignoscendum, si deinceps isti non ecclesiastici, non priuati loci fuerint omnino apud te participes. Sic cum animo omni ex parte dubij & perplexi essent monachi, necessario quod intercedebat itinere confecto, veniunt Constantinopolim: & ad bonum hunc (ad quem enim alium possent?) pastorem accedentes, qui erat lingua quidem dulcis, magna autem misericordia animam habebat exhilaratam, rogabat vt eis ferret auxilium, qui in malum virum inciderant, & ab eo ea passi sunt mala, quae nullus ferè homo ab homine: & quid enim aliud, inquit, vel ipsam modò inuidet vitam? Hac cum attendisset vir beatus, & vidisset viros numero quinquaginta, vultu moderatos, sermone eruditos, magna membrorum maceratione latentem magnam ostendentes virtutem, miseratus est eorum calamitatis. Quidni enim misereretur sic affectorum, qui erat humanissimus? Et quam domi habebat consolationem, ante omnia eis prebuit, lachrymas, & aperte ostendit, se ex eorum malis simul cum eis dolorem accipere. Deinde cum quemadmodum res eorum se haberent didicisset, eos quidem habuit in honore, & iussit eos in praesentia manere in templo, quod vocatur Anastasie: iussit autem eos linguam continere, & nemini causam aperire cur venissent: communionem vero eos non impertijt, dicens non oportere, quousque de eis scripsisset ad Theophilum.

Longi fratres veniunt Constantinopolim et alij.

Cum autem contigisset quosdam ex familia Theophili adesse Constantinopoli, eos accessit interrogat, an cognoscant eos, qui nunc accessere, monachos. Illi autem dixerunt se & nosse, & se scire eos esse grauissima passos à Theophilo. Ad ipsum ergo scribit ille vir magnus, & rogat vt his viris irasci desinat, eosque accipiat, & eorum conspectum admittat, qui nihil habet, quod ei afferat tristitiam. Ille autem simulat quidem se exandisse: sed cor eius nequaquam sentiebat cum labris. Accessit enim illos circulatorum, quibus Episcopatum & sacerdotium indignè crediderat: & eis traditis libellis, quos ipse aduersus eos viros composuerat, mittit ad Imperatorem, in eos ementitus heresim & praestigias, qui erat ipse valde peruersa & ementita conscientia. Cum ergo his viris bonis esset euidens, odium, quod in ipsos conceperat Theophilus, minime perscrutari, illi praesentem necessitatem adhibentes in consiliu, magno Iohanni tradunt scripta, in quibus sita erant multa Theophili facta minime honesta. Ille autem eos quidem rursus admonet, vt eum nihil accusent: ad ipsum vero scribit, consulens vt eis quamprimum ignoscat, vt qui iam vincantur & aduersus eum dicere propositis scriptis sint incitati. Quod ergo tibi videtur, quamprimum significetur. Non possunt enim persuadere, vt a scopo desistant. Atque sic quidem se habebant literae. Eum autem protinus inuasit furor, non in illos, sed in eum potius, qui curam gerebat vtriusque. Ei enim dabat minimum reprehendendi studium, vt aduersus omnes contenderet. Protinus autem scribit in hunc modum: Existimo te non ignorare, quae decreta fuerunt à Patribus Niceae, qui pronuatiarunt non oportere Episcopum iudicare extra terminos suae dioecesis. Sin autem ignoras, inquit, discce, & abstine ab ijs, quae ad me pertinent. Nam si iudicari oporteat, erit hoc apud Aegyptios, non apud te, qui à nobis abes tam longo intervallo.

Chrystos, scribit Theophilo pro illis.

Theophilus accerbere respondet.

Cum tam accerbè scripte essent literae, viri illi desperantes se posse à magno Iohanne conse-



consequi auxilium, à re dubia & cuius exitu non poterat inuenire, vincuntur: & à necessitate, qua nihil est fortius, vt aiunt, persuadentur, aduersus Theophilum aut calumniatores, nihil quidem falsi, sicut ille, sed veros libellos componere. Eos autem accedentes, tradunt Imperatori. Ab eo verò profertur sententia, Calumniatorum quidē causa cognitionem & examinationem esse Præfæctis mandandam. Theophilum autē (oportebat enim maiori mandari iudicium eius, qui erat maior vitio) vel inuitum sisti, & hoc magno viro iudice reddere rationem. Literæ igitur Imperatoriæ, aliæ quidem statim missæ sunt ad Præsidem Alexandria, vt ad urbem regiam quamprimùm mitteret Theophilum: aliæ autem ad Episcopum Romanum, is erat Innocentius: præterea verò ad Honorium quoque, fratrem Imperatoris: hortantes vt mitterentur Episcopi & legati, qui dici solent *ροτορηγται*, id est, locum tenentes: vt quæreretur de Theophilo & de monachis Nitriæ. Atque calumniatores quidem à præfæctis interrogari, quoniam ferri poterat vt mendacium superaret veritatē, confessi sunt omnia esse Theophili: illiusque belluæ Aegyptiæ aduersus innocentes signimenta & machinationes.

Condēnantur itaque coërceri in carcere, donec ipse venerit, Theophilus autem cum eum vidisset, qui ad ipsum missus fuerat, cui etiam imperatum fuerat, vt vel inuiti duceret, quoniam non bonam spem ei prænuñciabat iudicium conscientia, neque veritatis poterat habere auxilium, quam aduersus se ad bellū valdē prouocauerat, vt quæ se maximē adiunxisset mendacio, ad thesauros adspexit & ad crumenas, quæ quidem sciebat delinire & incantare multorum animos, & quibus intelligebat magna ex parte prodere veritatem, & non solum persuaderi, sed etiam seruos effici eos, qui lucrum exstimant melius libertate.

Cum magnis itaque muneribus & ipsius Præsidis dexteram ipse placasset, ei permittebatur manere securissimè. Videtur enim verum esse, quod vulgò dicitur, nullū malum facile perire. Vt autem benè in eum affecti essent, qui rerum potiebantur, procurans, congestis acervis Arabicorum aromatum & ceterorum, quæ erant rara & peregrina, se parat ad iter in eundem. Episcopi verò Romæ, ad quos scriptum fuerat vt venirent, cum essent parati, expectabant vt mitterentur literæ, quæ instarent vt venirent, nē si ante tempus venissent, in externa regione diū frustra sederent. Dum hæc autem fierent, falsa fama aures scalpens Theophili, quæ erant faciles ad credendum, quòd Iohannes Dioscorum admisisset ad communionem, eum ad insignem accendit insaniam. Mala enim conscientia omnino facile creditur malus rumor, vt quæ ex suis moribus aliorum quoque mores metiatur. Ascendit itaque Theophilus Constantinopolim, non tam vt suam componeret controuersiam, quam vt alij inureret labem & reprehensionem. Id autem erat, vt vlcisceretur quidem Dioscorū, Iohannem verò è sede deponeret. Verum in numero hoc quidem prætextu, quòd librorum Origenis propositurus esset interditionem, statuit secum assumere Episcopos, qui erant suæ diocesis. Cum fuisset autē in Cypro, Deo charum Epiphanius, qui non solum vita, sed doctrina quoque erat clarus, arte inducit ad amicitiam, etsi antea ei esset inuisus & malè audiret, vt qui cum hereticorum conueniret opinionibus. Cum eo ergo & cum Cyprici episcopis faciens concilia, prohibuit lectionem librorum Origenis.

Epiphanius autem præ magna omnino simplicitate & moribus à malitia liberis, quæ intra eum, qui apparebat, habitum insidebat, Theophili astutiam non cognoscens, persuadetur ad insignem illum scribere Iohannem, vt abstinere à libris Origenis. Ille autē non hæc solum, sed alia etiam, quæ aduersus eum facile attendebantur, parùm curans, ex vno solo pendebat pro omnibus, nempe à spe in Deū. Sed vt & illius zelus in res honestas appareret clariùs, & eorum, qui in ipsum temerè gerebant inimicitias, nota esset improbitas, quædam res accidit, quæ sufficit ad vtrunque ostendendum: & valdè grata erit auribus, quæ oderunt improbos. Vir quidam erat illustris in hac regia ciuitate, vita pius, fide religiosus, nomine Theognostus. is cum cuidam Arriano extitisset inuisus, per calumniam accusatur apud Imperatorem, & fit eis linguæ certamen non laudabile. Accusatio autem erat, quòd ipsum & Imperatricem clanculū maledictis infectaretur, & lingua calumniatrice in eum vteretur. Hinc factum est, vt & vniuersa eius bona publicarentur, & miser damnaretur exilio. Atque ille quidē cum proficisceretur ad ciuitatem, in quam fuerat relegatus: ea verò erat Thessalonica: iamque propè esset, abducitur ad eam, quæ est longissimè remota, & à qua nō licet expectare reuocationē, suo vitæ

Innocentius  
Rom. Pontifex.

Theophilus  
largitione  
corum  
pit præsidē.

Venit  
Constantinopolim.

Epiphanius  
Cyprici  
episcopus.

Theognostus  
per calumniam  
damnatur.

fine accepto in itinere. Eius autem vxor, (quid enim aliud nisi esse lapis, nisi ferrum?) afflicta & perdita concursu malorum innumerabilium, mariti priuatione, priuatione bonorum, tam graui eius, qui simul habitabat, exilio, non à domo solum, sed etiam à vita separante, non poterat sedare lacrimas, nec vnquam cessabat à lachrymis. Vnum ergo ipsa quoque nouit solatium, nempe ad magnum illum virum refugium: & cum accessisset, & quomodò res suæ se haberent renunciasset, inuenit ipsum diuinum medicamentum dolorum suorum longè acerbissimorum, non verbis tantum medicans, sed factis, vt oportebat, curans indigentiam. Quantum enim satis erat frumenti, ei tribuit ex xenodochio ecclesiæ. De cætero autem expectabatur tempus, quo pro ipsa intercederet apud Imperatorem.

Sed quales sunt in uidiæ insultus, vitæque iniqui & graues casus? Nam cum illa à prioribus malis nondum respirasset, rursus opprimitur pondere alterius calamitatis, ad eam vt vna quidem effunderetur, vt aiunt, altera verò influeret. Sic autem se habebat: Tempus erat vindemiæ. Eudoxia verò ipsa quoque egressa è ciuitate, ambulabat in quodam agro Imperatoris: erat autem situs non procul à vinea viduæ. Cum autem botrum ex vinea viduæ sumpsisset Imperatrix, eo vsa est. Cum quidam autem dixisset, vineam esse alienam: Sed ipsa quoque, inquit Eudoxia, iam relata est in numerum agrorum Imperatoris. hæc enim in vsu erat consuetudo longè improbißima, auaritia ne, an execranda adulatio hanc induxerit incertum, vt quemcunque agrum Imperator ascendisset, & de eius fructu gustasset, is statim recenseretur inter agros Imperatoris: agri verò domini vel eum cum alio permutaret, vel iustum precium assequeretur. Cum ipsa quoque hanc attendisset consuetudinem, & maximè eius moribus conuenientem, & iudicaret esse imperij proprium, facere iniuriam, & non posse aliter ostendi quid ipsa posset, auferret agrum, simul etiam studens eam afficere molestia, (acceperat enim, ipsam ad beatam illam animam confugisse) & illum è sede deponendi quærens occasionem: sciebat enim ipsum non esse toleraturum, si venisset ad eius cognitionem, sed omni ratione eum opem esse laturum. Quid ergo consequitur? Ille quidem ab hac miserabili vidua miserabiliter ciulante inflammatu visceribus, scribit ad Imperatricem, mouens ad misericordiam, parum pietatem reuocans in memoriam & Dei timorem, terribilisque tribunalis cogitatione commouens eius animam,

Sed incuruum lignum nunquam feceris rectum, nec asperum herinacium vnquam leuem reddideris: nec effeceris, vt cancer rectus ingrediatur. Mala enim consuetudo, cum apprehenderit animam facilem ad improbitatem, facile imprimitur & inuritur, neque vllam audit omnino rationem: sed vix fieri potest vt deleatur, vt quæ tantum possit, quantum natura immutabilis. Ipsa ergo dura & graui corde, & quid aliud, quam mala mulier? non solum nihil, non literas, non ipsam eius, qui scripserat, reuerita est omnino dignitatem: sed visa est magnam acerbicatem eclare in animo. Fuit enim hoc euidens ex ijs, quæ rescriptit, magnum Iohannem vocans insolentem & linguæ intemperantis, & qui cum, quem par est, honorem ei minimè tribuit: & qui ignorat eas, quæ late sunt, leges: ex quibus dicebat hanc vnam esse admirabilem & longè iustissimam, quæ prodigioso quodam modo agrum, quem solum ingressi fuerint Imperatores, eum protinus facit illorum, etiam nisi is fuerit peregrinus & planè alienus.

Hæc cum legisset homo Dei, non fuit retardatum eius promptum animi studium, cum statim primùm facto periculo non esset affectus: neque quod suum erat, à se non esse censuit faciendum, aut aliquam attulit excusationem, interiecto tempore aliquo & dilatione, vt in rebus huiusmodi solet multis euenire, dum aut cedunt dubitantes, aut tempora reformidant: sed nihili faciens quicquid posset arcere eius impetum, vt qui paratus esset toto pede currere, ille ipse accedit ad Imperatricem: & cum multa dixisset, & omnem lapidem, vt aiunt, mouisset, eam autem vidisset minimè cedere, sed improbam hanc consuetudinem, tanquam inextinguibilem & immobilem aliquam legem proferre, opus habet a posteriore medicamento propter morbi repugnantiam. Redde ergo, inquit, mulieri, quod suum est. Quid enim te vxori Achab studuisti comparare? Hæc postquam audiuit Eudoxia, ira magna incensa, ignem spirabat: & veluti semi insana & emota mentis, ne poterat quidem omnino contineri: sed clamabat & domum implebat vociferatione, dicens: Ego me vlciscar, nec diū patiar, me tanquam infamem foeminam affici contumelia. Viduæ autem non modò vinea, sed nec pro precio quidem ei

Moritur.

Nota mo-  
rem deter-  
minum.

Eudoxia si-  
bi vindicæ  
vineam vi-  
duæ.

Vis mala  
consuetu-  
dinis.

3. Reg. 21.

Eudoxia  
infans præ-  
iura in Chry-  
sostomum.

M m

quid-

quidquam omnino soluetur. Sic magnus Iohannes reuerfus è regia, præcipit templi ianitoribus, vt si accessisset Eudoxia, ei fores protinus obserarent, neque eam ingredi sinerent.

Interdicit ingressum ecclesie Imperatrici. Chrysof.

Parum temporis intercessit, & aderat dies festus, quo diuinæ crucis lignum in altum tollitur. Vniuersus itaque populus confluxerat in templum, neque vllum genus aut vlla ætas aberat. Neque enim dies festus solum eis causa erat, vt venirent: sed multo magis lingue Iohannis auditio. Omnibus enim iniecerat tam vehemens audiendarum orationum suarum desiderium, vt sæpè cum concionaretur, essent à Deo afflati auditores, & ab eius lingua quodammodo penderent, eisque in sublime tollerentur simul animæ & corpora: eiusque attenderent labra quæ mouebantur, non tanquam dicentis, sed emittentis quid poculentum nectareumque & perspicuum. Ea de causa studio erat omnibus, nè abesset quisquam ab auscultatione: quinetiam vt ipsa quoque verba non semel audita negligerent, sed omni studio ea per veloces scriptores exciperent, & tanquam thesaurum reponerent. Cum ergo hæc ita se haberent, & Imperatrix veniret cum omnibus cum magno comitatu & cum fastu regio, ianitores steterunt in foribus, & fecerunt id quod eis fuerat imperatum. Quod quidem ferens agerrimè Eudoxia, cælum terræ miscebat, & valde vociferabatur, & populum, qui aderat, vocabat in testimonium, vt conscios ei factæ iniuriæ. Deinde etiam cum fores vi truderentur, quidam ex ijs, qui aderant, audacius aliquod factum volens ostendere, striditum gladium intendit in sacram illam portam. Diuina autem fuit consecuta iustitia, non vt sæpè solet lento passu, sed cunctigè. Nam cum ille ensem sustulisset, simul quoque temeraria dextera exaruit & extitit ociosa. Terret miraculum Eudoxiam. Quinetiam quicumque eam circumsistebant, magno timore sunt affecti. Quod enim à diuina lingua Iohannis fuerat imperatum, non temerè factum erat, neque dependebat ab aliqua mente humana: sed diuino zelo aperte fiebat ad Dei gloriam. Quanam de causa, dices? Nè sancta despicerentur, neque multis sic patèrent, aut potius indignis. Quomodo enim digna (ò Dei rationes & leges) quæ pecunijs furebat & rapinis, & rerum alterius tanto amore tenebatur, vt non verbis, non admonitionibus, maximè tanti viri, cederet: & non solum nõ desisteret facere iniuriam, sed etiam insurgeret in eos, qui volebant corrigere? Quid aliud faciens, quàm quod plane solent furiosi, qui & medicis & eorum, qui alioqui ipsorum curam gerunt, non solum sæpè graues manus, sed sauos quoque dentes immittunt?

Nota vinctam in sacrilegum.

Atque sic quidem Eudoxia à sacris exclusa vestibulis, cum nihil amplius facere, nec se vlifici potuisset, immò ne melior quidem euadere voluisset, reuertitur. Qui autem in manu acceperat disciplinam, cum, vt videtur, non esset tam obtuso ingenio, neque similiter atque illa, malitiæ immedicabilis: sed simultaque plagam accepit, euasisset cordatus, & ostenderet latentem animæ nobilitatem, accedit ad magnum Iohannem, & in conspectu omnium confessus est se peccasse, & ostendit magnam poenitentiam. Ille autem eum benignis oculis intuitus, & acceptiorem præsentem habens poenitentiam, quàm propter priorem iratus fuerat impudentiam, vt qui esset promptior ad beneficium humanè conferendum, quàm ad iuste puniendum: iubet ad templi lauacrum, volens imitari Christum etiam in miraculis, abluere dexteram, quæ fecerat iniuriam. Quod quidem cum factum esset, eam statim habuit sanam & robustam, & ad Deum se pulchre extollentem in confessione gratiæ.

Restituitur manus arida poenitenti.

Non multopost autem Epiphanius, cedens non honestis Theophili impulsibus, ascendit è Cypro, libros, quos aduersus Origenem conscripserat, secum afferens. Cum verò è naue descendisset, & appulisset in templum Præcursoris, quod septem milliariibus ad occidentem abest à ciuitate, sacræ peregrinatus synaxim: & cum diaconi secus atque oportebat fecisset ordinationem, ingreditur ciuitatem. Deinde Theophilo agens gratias, hospitio quidem accipi apud beatum declinat tanquam nefarium: priuato autem quodam habitaculo non honestè acceptus hospitio, & illuc peregrinos, qui in ciuitate versabantur, aduocans, eis legebat libros suos in Origenem. Quorum alij quidem, illius gratia, persuadebantur ea vel manu defendere, alij autem hoc facere recusabant. Homo autem Dei Iohannes, Epiphano nihil insensus, quod intra terminos suæ ecclesiæ non abstinuisset ab ordinatione, hoc solum rogabat, vt cum alijs, vt par erat, Episcopis ad ipsum diuersaretur. Is verò respondit, se nec simul quidem esse precaturum, nisi

Epiphanius vitat Chrysof.

nisi ipse prius Dioscorum expelleret è ciuitate: & libris, quos scripserat aduersus Origenem, sua esset assensus subscriptione. Ad hæc dixit Patriarcha: Non oportet nos, priusquam accuratè discernamus, aliquid temerè facere aut dicere.

Eudoxia cum primum intellexisset hanc inter eos esse veluti diffensionem, & hanc quasi arripuisset occasionem, accersito statim Epiphano, Vides, inquit, ò pater, quem admodum omnia quidem Romanorum scepra mihi cedunt, & meæ subiecta sunt potestati: Iohannes autem est adedè mihi infestus, & tanta est in me arrogantia, vt vel extrema afficiat contumelia. Dicitur autem etiam quandam tenere opinionem, quæ discrepat ab Ecclesia. Tu verò (ego enim tibi do imperium in omnes ecclesias, vt nihil tibi sit impedimento) vide vt aduersus eum congreges synodum, & cum, vt iustum est & honestum, è sede deponas. Hæc & dicebat, & vultu apertius ostendebat iram in sanctum vestigia: & manifestè præ se ferebat, se graue & non cessaturum virus spirare in illum sapientem, nec extincturam prius iracundiam, quàm quod animo agitabat, deduxisset ad effectum. Hæc cum admirandus audisset Epiphanius, non statuit ijs, qui rerum potiebantur, in ijs, quæ non oportebat, gratificari: nec tanti esse faciendum eis inseruire, vt aliquid fiat præter id, quod Deo videtur. Et ideò ad eam propius accedens, Non irato animo, sed benignè ac placidè, ò filia, à te audienda sunt, quæ à nobis dicuntur. Si accuserur quidem Iohannes alicuius hæresis, & non accedat vocatus, vel se purum ostensurus, vel poenitentia correcturus ignorantiam, is mihi quidem videtur indignus sacerdotio, & quod est imperatum, quam primum fiet à nobis. Sin autem, quod vobis maledixit, propter hanc solum causam visum est abdicatum esse Iohannem ab Ecclesia, Epiphanius non habebitis assentientem. Est enim maximè Imperatorum, propter nihil eiusmodi meminisse acceptæ iniuriæ, sed se bonos & benignos in omnes ostendere: siquidem vobis quoque est alius rex in cælis: quem, cum vt homines peccatis, opus habetis benignum habere & propitium, propter suam mansuetudinem in eos, qui sunt eiusdem generis.

Eudoxia apud Epiphanius accusat Chrysof.

Epiphanius præclare respondet.

Hæc verba cum audisset Eudoxia non ex sua sententia, inconsideratum quiddam planeque, quod nimiam arguebat vecordiam & præcipitationem, propter nimium dolorem, vel, vt verius dicam, propter summam improbitatem, stolidè est elocuta, dicens: Nisi Iohannes fuerit è sede depositus, & exilio (ò audacem linguam) fuerit condemnatus, ipsa permittam aperiri templa simulacrorum: nec erit, qui nobis volentibus, sit impedimento, quò minus illa à quolibet adorentur. Quidnam habuit amplius Herodias, quo eam in vitio superaret, quæ magno studio contendit, vt fieret cædes eius, qui erat eiusdem nominis? Nisi quòd non erant vtrique eadem vitia: quandoquidem illa quidam insigni libidine, hæc autem immoderata laborabat avaritia. Ambæ autem, quòd effugere vellent repræhensiones, ab ambo bus sitièrunt magnoperè liberari. Diuinus autem Epiphanius percussus absurditate eorum, quæ dicebantur, cum dixisset, Ego iudicij, quod sic habet, sum insons: protinus est egressus. Quædam autem falsa fama, quæ ex hoc ad omnium aures peruasit, quòd ipse quoque Epiphanius huic depositioni Patriarchæ sit assensus, ad magnum vsque Iohannem peruadit. Ille verò aut verum ignorauit, forsasè quòd Deus eum celasset, diuina quadam prouidentia, vt alio modo efficeret ambos, quæ vtrisque euenerunt, prædicere: aut sciuit quidem Iohannes non esse verum, quod fama ferebatur: lubens autem assensus est multorum existimationi, vt sic Epiphano futurum prædiceret. Fertur ergo Patriarcha sic post hæc scripsisse ad Epiphanius: scripsit autem simpliciter & familiariter. Frater Epiphani, Audiui te consensisse meæ relegationi. Scias autem nec te ipsum tuam sedem visurum esse amplius. Ad hæc sacrosanctus Epiphanius simplicibus rursus verbis rescripsit, quibus ipse quoque vtar: Athleta Iohannes, feri & vince: sed nec ipse peruenies ad videndum locum exilij. Vera autem fuerunt, quæ dicta sunt ab vtrisque. Nam & Epiphanius cum statuisset nauigare in Cyprum, decedit in nauigatione: & admirabilis Iohannes priusquam perueniret ad locum secundi exilij, migravit ad Dominum. hoc autem procedens oratio ostendit apertius.

Eudoxia terrena vox.

Prophetica sententia Chrysof. & Epiphanius.

Non multum intercessit temporis, & statim cum pluribus Episcopis Theophilus venit Constantinopolim, cum urgente Eudoxia, & ei præbente ingressum liberum ab omni metu. licebat autem tunc videre malorū examen, quod congregabatur & Theophilo opem ferebat ad sapientis Iohannis depositionem. Quinam verò ij & videntiam

Theophilus cum multis improbis venit depositurus ad Chrysof.

ad hoc fuere commoti? Quædam animæ non paucis peccatis obnoxia, & quæ erant planè incurabiles, de quibus priùs quoquè diximus: quos cum incorruptus Iohannis calculus, veluti lapis quidam Lydius, probasset esse indignos suggestu, mouerat sacerdotio. Cum multis ergò, vt dictum est, Episcopis Theophilus conuenisset Eudoxiam, seorsum cum ea collocuti, ab ea in secretum admittuntur, muneribus donantur, aduersus sanctum virum linguæ eorum conducuntur: se omnibus sententijs iustum esse condemnatos pollicentur. Cum tam iniquam conuentionem inijsissent egregij pastores, & innocenti sanguine animas potius quàm manus intinxissent, exeunt, cum nihil horum adhuc venisset ad notitiam Archadij. Sed rursus quoquè dantur occasiones ijs, qui eas quærebant, & parturiebant improbitatem: sed quæ ne vmbra quidem habebant veritatis: materiam tamen præbebant igni malarum actionum.

3. Reg. 18.

Non multum enim intercessit temporis, cum partem quandam libri Regum, diuine scilicet scripturæ, cum vsus ita postularet, contexens magnus Iohannes instituta orationi, concionatus est in ecclesia. Ea autem ita se habebat: Congregate ad me sacerdotes dedecoris, qui comedunt mensam Iezabel, vt dicam eis sicut dixit Elias: Quousque claudicabitis vtrisque poplitibus vestris? Si Baal est Deus, ambulate post ipsum. Si autem Iezabel quoquè mensa ipsa est Deus, comedentes euomite. Hinc illi sapientes in malitia, cum verba quædam tanquam arma apprehendissent & validum auxilium, accedunt ad Archadium, duce huius improbæ synagogæ Theophilo, alia quidem addentes, alia autem perperam exponentes. Dicebant verò viri egregij & facile persuadebatur, se quidem dictos fuisse sacerdotes dedecoris: re vera enim erant: Imperatricem autem esse apertè Iezabelem. Hinc factum est, vt Imperatoris quidem in magnum Iohannem cederet reuerentia, & desiderium transiret in dolorem: daturq; præda viris improbis. Eiusmodi enim res est simplicitas, nè dicam leuitas & facilitas. Est facilis quidem ad edificandum: quæ autem sunt iam ædificata, sunt facilima ad destruendum, & vt semel dicam, est omninò valde infidelis & ad ducendum facilis, vento campus, vt aiunt, & res optada sceleratis. Sic Eudoxia ex episcopis quidem, qui de Theophilo priùs malè dixerant, alios quidem bonis oblati, alios autem illatis malis arcet à dicendo.

Archadij ira aduersus sancti virum.

Theophilus autem liberatus ab accusatoribus, ei quæ priùs non iusto ipsum affecerat beneficio, voluit parem atq; adeò maiorè referre gratiam: & cum alios quidem donis, alios verò minis, alios autem alijs modis, quos scit inuenire malitia consecuta potentiam, persuasos ad suam traduxisset voluntatem, & effecisset vt toti à sua pendèrent sententia, ille tanta improbitate permiscuit & confudit omnia, vt qui reru potiebantur, ei permitterent congregare synodum maximam aduersus Iohannem. Cum inuenisset autem duos diaconos, quorum alter quidem erat reus adulterij, alter verò cædis, & idè à magno Iohanne fuerant depositi: eos vir ille egregius cum magna auctoritate (ò sacræ leges) absoluisset, libellos, quorum ille rursus fuerat opifex, exhibere facit aduersus sanctum: libellos, qui erant pleni quidem calumnijs, nullum autem habebant vestigium veritatis: nisi quòd hoc solum moderatè attingebant, etiam si non ab eis eadem diceretur intelligentia, quòd aquam vel vinum vel pastillum suadebat gustare post communionem ijs, qui communicabant. Quid tum? erat enim hoc eius, qui stauerat vt adhiberetur cautio, & qui accuratè tenebat ea, quæ sunt nostræ fidei, nè cuiquam contingeret cum ijs, quæ expuuntur, etiam ex sanctificatis aliquid excidere.

Calumniæ in sanctissimum virum.

Cum itaque nugaces hos libellos accepisset is qui dederat, & Acacium & Seuerianum, & præterea Antiochum, inuictos, vt ita dicam, vitij propugnatores, citò in suam adsciuisset societatem, extra ciuitatem (erat autem ager Ruffini, nomine Quercus, situs sub Chalcedone) de sancto deponendo execrandi conferebatur & contexebant consilia. Ipse verò versans simul cum quadraginta Episcopis, valde mirabatur, quemadmodum talibus criminibus obnoxius Theophilus, & deindè ad se iussus & reddere rationem, tam repentè eorum, qui rerum potiebantur, animos potuerit capere, vt non solum de suis causam non diceret, sed aliorum etiam propemodum esset iudex, indicta ab eis omninò causa. Deindè hortabatur, nè essent paruo & abiecto animo, nec tristitia afficerentur, nec hoc, quod erat præsens, quidpiam magnum esse duceret, cogitantes quòd per multas afflictiones sit intrandum regnum cælorum ab ijs qui ipsum diligunt. Deindè rogabat, nè si sua causa vellet suam relinquere ecclesiam: sed si vultis militabat, gratificari, mementote nostri in vestris orationibus. Hæc dicens, postquam vidit eos

40. Episcopi sunt cum illo.

Astor, 14.

cos vinci lacrymis, ecclesiam autè, vt magis ita dicam, deslere, eos recreabat spiritualiter, & indice sinistre manus volam pulsans, vt solebat facere in curis animi: Satis, inquit, lamentationum. Quid enim vultis cor mihi frangere? Sed videte, nè relinquatis ecclesias, hoc enim, sicut priùs dixi, volo à vobis, si quid aliud, fieri. Cum autem dixisset quidam: Sed necesse est nos manentes in ecclesijs, communicare cum insidiatoribus & dare manus iisdem subscriptionibus: Beatus autem protinus: Sed permitto quidem, inquit, vt communices, te omninò abstinens ab Ecclesiæ schismatibus: nequaquam autem subscribas, nullius enim rei mihi sum omninò conscius, cur deponar.

Consolatur eos flentes.

Cum ij sic communiter colloquerentur, accedunt quidam afferentes literas à Theophilo, quarum erat inscriptio: Sancta synodus in Quercu congregata, Iohanni: illum quidem adeò nudè & tam ignominiosè, vt ne nomen quidem darent Episcopi, suam autem re vera improbam synagogam, vocantes sanctam synodum. Videbantur enim eum condemnasse vel ante dictam causam, infames scilicet & execrandi eum, in quem non cadit reprehensio, estque purus & mundus. Quidnam autem continebant ea litera? Libellos accepimus, qui erant pleni multis contra te accusationibus. Oportet ergò te venire, de eis redditurum rationem. Ad hæc Christi discipulus & imitans illius mansuetudinem, tres Episcopos cum duobus Presbyteris mittit ad eos, ipsum defensuros, sicut ille ipse scribit in epistola ad Innocentium: (is autem erat Patriarcha Romanus) Misimus ad ipsum, dicens, Episcopum Pessinuntis Demetrium, Apameæ Eulysum, & Apiareæ Lucipinum. Presbyteros autem Germanū & Seuerum, cum ea, qua nos oportebat, moderatione respondentes, & dicentes nos non recusare iudicium, sed apertum inimicum & hostem manifestum. Qui enim nondum libellos acceperat, & talia ab initio fecerat, & se ab Ecclesiæ communionem & precatatione absciderat, accusatores adorabat, clerum transmuebat, & desertas reddebat ecclesias: quomodò is iure potuerit ascendere sedè iudicis, quæ ad eum minimè pertinet? Neque enim erat consentaneum, vt qui ex Aegypto erat profectus, esset iudex ijs, qui erant in Thracia, & qui ipse erat reus, hostisq; & inimicus. Sed tamen nihil horum reueritus, sed implere studens ea, quæ staterat, cum nos significassemus esse paratos diluere crimina vel mille & centum præsentibus Episcopis, & nos puros esse ostendere, sicut nunc sumus, non passus est: sed nobis absentibus & synodum inuocantibus, & iudicium requirentibus, & non auditionem fugientibus, sed apertas inimicitias, admisit accusatores, & eos qui excommunicati à me fuerant, absoluit, & ab ijs ipsis, qui nondum crimina diluerant, accepit libellos, & exegit commentarios: quæ quidem erant omnia præter canonum consequentiam. Sed hæc quidem & quæ deinceps sequuntur, egregia illa lingua recenset: & idè non opis est, vt ea nos dicamus, cum illum audire liceat.

Ex epistola Chrysol. ad Innocentium Papæ.

En quales ei adhibetur accusatores.

Verumenimverò renunciata defensione ijs, qui erant cum Theophilo, ipsi non ferentes veritatem eorum, quæ dicebantur, (Quomodò enim, qui spem posuerant mendacium, vt ait beatus Esaias, & expectabant fore, vt eo tegerentur?) iram effuderunt in eos, qui missi fuerant: eosque apprehensos, vehementer verberarunt, & eorum tunicas distuperunt: quinetiam ferro, quod tunc pararant in Patriarcham, collum vnus circumdederunt: quinetiam cum malignus eorum corda sic affecisset, cum mittant in exilium, in quendam locum obscurum & occultum, ferro sic circumdatum. Illo ergò eos, vt diximus, recusante, tanquam apertos inimicos, canonicum autem inuocante Concilium, qui erant veloces ad effundendum sanguinem, etiam non præsentem aut aliquid respondentem condemnant, cum imbecilla quadam maledicta in vitam congeffissent angelicam, nisi potius ludere, quàm seridè agere, & quæ longo tempore instructa & ordinata fuerat, malitiã vno die temerè studentes effectam reddere. Res est enim timida mendacium, & quæ facile potest terri: & idè actionum executionem nouit accelerare, fugiens omninò, nè conuincatur. Deindè cum considerassent fore sibi utile, si haberent Imperatorem suæ defensionem sententiæ, vt quod improbè faciebant, redderent validius, ad eum mittunt literas in hanc sententiam: Quoniam accusatus Iohannes, & sibi cum aliorum plurimorum conscius, tum etiam, quòd sit reus laicæ maiestatis (sæfam planè maiestatem nominantes, quæ ei cum Imperatrice fuerat controuersiam) non potuit sibi persuadere, vt veniret ad synodum, propterea si exactè considerentur canones, iam est depositus, & nihil restat, nisi vt vestra iubeat potentia cum vel inuitum mitti in exilium.

Esai. 23.

Damnatur vir sanctus iniquissimè.

Hęc sunt egregiorum illorum sacerdotum, qui debebant quidem esse tardi ad iram incitandam, virgere autem ad benignitatem: quibus ira ad similitudinem serpentis, & lingua (rursus enim nobiscum loquatur diuinus Dauid) gladius acutus. Deinde cum iussisset Archadius (eis enim credebat tanquam sacerdotibus, nesciens eos in interiori homine, non esse sacerdotibus, sed potius sacrilegis similes) quid sit? Mouetur quidem vniversus populus, vt qui sensisset id, quod erat faciendum, & repente in magnam accenditur seditionem: & partim quidem vociferatur aduersus Imperatorem, partim autem Theophili quoque & multo magis arguit improbitatem. Multi enim etiam ex ijs, qui erant ei infensi, iam mutati, dicebant fuisse sanctum temere accusatum, incorruptum testem habentes omnes conscientiam, apertamque & euidentem reuerentes veritatem. Tandem autem cum plus valuisset improbitas, immo vero cum iustus Iohannes hoc voluisset, ne aliquod oriretur periculum, vt solet accidere in talibus seditionibus, profundo vespere expellitur, sicut ipsam linguam auream licet audire in epistola ad Innocentium, quæ sic dicit: Quid enim multa opus est dicere? Non desistit omnia facere & moliri, donec nos cum multa potestate & auctoritate, è ciuitate eiecit & ex ecclesia, & profundo vespere, attracto omni populo, tractus à Magistratu ciuitatis, per mediam ciuitatem, & per vim deductus sum in nauem immisus, & noctu nauigauit, quoniam inuocabam synodum ad iustam audicionem. Quis hæc audiuerit sine lacrymis, etiam si cor habuerit lapideum?

Sed sic quidem expulsus, appellit ad os Ponti, quod vocant sacrum. Deinde etiam transit Prænetum, aut ab ijs potius, qui agebant, transmittitur. Bonus autem Theophilus, postquam euenit, vt ex animi sententia fierent que volebat, mittit etiam literas ad Innocentium Romanum Episcopum, ei significans Iohannis depositionem. Qui cum legisset literas, & in eis vidisset multam insidere peruersitatem, ne voluit quidem respondere, vt qui cum magna temeritatis damnasset & arrogantia, quod & solus scripserat, & quod non apertè scripserat, quam de causa & cum quibus eum deposuisset. Hinc causam Heraclidis, quem magnus ille Iohannes Ephesi cõstituerat antistitem, tractans Theophilus, & ex eo illi beato tentans labem inurere, ipsum etiam iudicauit non presentem, dicens, quod aliquos iniuste verberasset, & per medium forum victos catena circumduxisset. Ciuibus autem contra dicentibus, non oportere absentes iudicare, volentibus vero Alexandrinis attendere accusatores Heraclidis, ex eo orta est seditio: ex seditione autem ventum est ad manus: ex eo vero ad vulnera, ea autem mors quoque est consecuta, quorum omnium Theophilus dicitur & fuit causa. Hæc summè irritauerunt Byzantinos, & eum quærebant perdere, & in profundum maris mittere eum, qui erat dignus. Ille autem postquam sensit persequentes, fuga statim sibi consuluit, & penetralia subiit Aegyptia.

Quod autem neque prius perturbator iure Dioscoro irascebatur, neque veram & accuratam defendens pietatem erat infestus libris Origenis: sed hinc captabat occasionem deponendi Iohannis, ostendit id, quod est postea consecutum. Nam simul atque perfecit quod studebat, cum monachis statim foedus iniit: libros autem admisit, quos prius abdicarat synodicè. Sed vult etiam reliqua persequi oratio. Interim enim, dum hæc fierent, Deus terræ motu terrefecit ciuitatem, communesque eam agitabant conuassationes, & graues terrores imperatorio immincebant cubiculo: adeo vt populus tumultu impleretur, & magna voce clamans, reuocaret sacerdotem. Quinetiam ipse quoque Imperator vehementi stimulo tristitiæ in corde sauciatus, mouetur pœnitentia, & literis imperatorijs quamprimùm magnum illum reuocat. Briston autem erat, cui data fuerunt literæ, vnus ex Eunuchis, qui ministrabant Eudoxiæ. Qui cum peruenisset ad sanctum, qui Præneti asseruabatur in custodia, rogauit vt veniret & ciuitatem liberaret à periculo. Sed non ad Bristonem vsq; constitit eius reditus studium & acceleratio: sed post ipsum alij, & post illos alij. Sicq; fuit Bosphorus plenus eorum, qui mittebantur. Cum itaq; eum redire agnouisset ciuitas, (erat autem decimustertius Nouembris) quemadmodum enumerarit qui sp̃ia multitudinem eorū, qui exibant: quomodo explicarit studiū in egrediendo? Quomodo expresserit voluptatem? Planè enim imitabantur fluenta fluuioꝝ, cum alij alijs agminatim succederent. Et erat quidē mare plenum nauigijs, plenum autem sonitu, canticisq; & hymnis, qui Deo cum magna voluptate canebantur. Hoc potest insidens animæ viri desiderium, qui virtute quidem est ornatus,

natus, est autē sortitus populi administrationem, & cum amat paternè. Hoc est euidentis argumentum voluptatis, qua tunc fruebantur, qui iucundis se explebant fluentis aureæ huius linguæ. Quod enim, qui eum exceperunt, adeo sunt lætati, id ostendebat priuationem fuisse causam magni doloris. Magnus autem dolor, post priuationem, testatur omnino fuisse parem antea voluptatem.

Cum ergo reuertens, esset proximè ciuitatem, nolebat prius ingredi, quam maiori iudicio res eius committeretur: sed populus agrè ferebat, & ad audendum iam se parabat, & eos, qui rerum potiebantur, instabatur maledictis, donec omnes in idem conuenientes, & partim quidem vtentes precibus, partim autem vim afferentes (audaciæ enim aliquid habet desiderium) vix tandem persuadent ascendere ciuitatem. Cum vero essent eum in sede collocaturi, ipse rursus resistit vehementius, dicens oportere ea, quæ prius sunt decreta, examinari, & omnino magis generale assequi iudicium. Sed vicit populi iudicium, quod erat fortius omnibus: & sic eum rursus in sedem reducunt patriarchalem. Ille autem & omnes lubenter adspexit, & vt mos est, pacem eis est precatus. Et sic quidē ecclesia cum suum sponsum accepisset, & quæ eam circumsistebat, tunc soluisset tristitiam, florebat & germinabat irrigata suauissimis verborum eius fontibus. Sed ò inuidia malum inuidium, malum, quod semper bonis insidiatur. Tibi enim omnino non licebat quiescere, neque vlla te cepit satietas continuorum insultuum, donec ò seua & agrestis, cum valuisti omnino abrumperè & procul à grege remouere, heu heu bonum pastorem, & qui vigilantibus oculis ei præerat. Sed quonam modo hæc eueniunt, & videntiam rursus inuidiæ tanti mali occasio?

Statua quædam argentea Imperatricis prope templum, cui cognomen est Sophia, erat super columnam. In ea de more fiebant ludi quidam publici. Quod quidem cum magnus ille rectè reputasset esse templi cõtumeliam, (Ad sacros enim, qui canebantur hymnos, confusæ & inordinatæ voces contrà resonabant) sæpè autem adhortatus, non potuisset facere vt cessarent, linguam laxat in eos, qui hæc iubebant fieri. Itaque Eudoxia rursus ad se trahens ea, quæ dicebantur, & existimans omnia ad se referri, graniori telo ira sauciata, erat intolerabilis, nec poterat cohiberi, quātum efficere poterat, vniuersum euertere aggrediens, & nihil aliud effectum reddere machinans, quam opportune eum vlcisci, qui visus fuerat eam afficere iniuria. Rursus ergo statim congregabatur synodus, & literæ mittebantur imperatoriæ, quæ & alios episcopos & eos, qui nuper accusatores fuerant, euocabant. Cum autem non esset eis honesta causa mouendi ea, quorum iam fuerat accusatus, ars tamen non defuit malitiæ. Ad eum enim, qui in rebus eiusmodi erat ingeniosissimus, & ad hæc cõstruenda solertissimus, nempe ad Theophilum, statuerunt scribere, vt vel veniret quamprimùm, vel modum eis rursus suggereret, per quem possent aduersus Iohannis summam contendere veritatem. Ipse autem, vt qui quomodo fugisset esset memor, venire quidem ad eos recusauit, vt quod non esset sibi conducibile: mittit autem tres ex suis Episcopis, eis dato canone ad accusationem, quem prius proposuerunt Arriani aduersus validum Ecclesiæ propugnaculum, nempe Athanasium, qui dicit: Si quis Episcopus aut Presbyter iuste aut etiam iniuste depositus, per se redierit absque synodo Ecclesiæ, ei non detur amplius locus defensionis. Atque sic quidem is, cui nullus erat par improbitate, cochlear Ecclesiæ, Lybica planè fera, ex Aegypto Proteus, iussit eos dicere qui ab ipso missi fuerat, nihil aliud volens efficere, quam vt sic sua esset firma ac rata sententia: & nec viro egregio daretur locus diluendi calumnias, quæ ei obiectæ fuerant.

Sed ille non vulpinam, sed leoninam potius pellem induens, nempe veritatem, dicit nec se in iudicio fuisse, neque accusationem audiuisse, neque omnino habuisse tempus ad defensionem: ab Imperatore autem fuisse expulsus, & ab illo rursus vel inuitum introductum: alioquin autem se scire hunc canonem fuisse compositum ab Arrianis: & quoniam non rectè se habebat, à Sardicensi synodo fuisse abrogatum. Deinde cum simul cum Acacio & Antiocho & alijs calumniatoribus ex parte quoque Iohannis decem ingressi fuissent ad Imperatorem: & illi quidem affirmarent dictum canonem esse firmum & validum, vt qui apertè factus esset ab orthodoxis: hi autem dicerent, eum esse & mentis & linguæ hæreticæ, & malignè ab eis esse inuentum. Quamobrem sæpè ab ecclesia iniuste expulsus Athanasius, deinde occasionem nactus, per se redijt: & quod Iohannes ne prius quidem fuerit depositus, & neque per se rursus esset ingressus:

Psal. 57. &amp; 36.

Populus eū vultueri.

Expellitur vir sanctus.

Theophilus scribit Innocentio.

Byzantini volunt perdere Theophilum.

Diuina visitatio graffatur.

Redit vir sanctus Constantinopolim.

Resistitur in sedem suam.

Iterum conuocatur Synodus contra virum Dei.

Defendit se vir sanctus per seipsum.

Per suos.



sed tuo cedens imperio, aiebant, ô Imperator, immò verò per vim coactus. Postremò inscribantur, dicebant, ij qui sunt Iohannis & Dei partis, & isti, Acacium dicentes & Antiochum, qui orthodoxum affirmant esse canonem: & fateantur se esse eiusdem fidei, cuius ij, qui ediderunt: & sic soluitur id, de quo dubitatur: laudauit quod dictum fuerat Imperator, vt quod rectè se haberet, & sic iussit eos facere. Illi autè se facturos quidem sunt polliciti, præ se ferentes, se confidere: desisterunt verò, vt qui sint suspicati rem minime esse tutam.

Cùm res irà se haberent, & ille quidem anno integro optimè administraret ecclesiam post reuocationem: isti autem, quæ sibi erant propria, facerent: ea verò erant artes & impostura: & quid non mouerent, vt sanctum è sede deponerent, etiamsi nõ potuerint eius spiritus deicere? cùm adesset festus dies Paschæ, à multis molestijs, quas ei exhiberunt isti, victus Imperator, significat Patriarchæ, vt excedat ex ecclesia, vt qui iam à duabus synodis sit cõdemnatus. Ad hæc magnus ille Iohannes: Ego, inquit, cui Deus & Seruator ecclesiam tradidit regendâ, ab ea mea sponte vereor recedere. Sin autem hoc ita tibi videtur, ô Imperator, at me ex ea vi expelle, vt me possim omninò defendere, quòd ordine vel vi deseruërim. Ad eum itaque mittentes, prohibent quidem sacrificare: concedunt autem, vt in præsentia quidem versetur in Episcopatu: timètes, vt opinor, nè Deus rursùs desuper ferat sententiam in eorum audaciam, & vt propè eum habentes, Deiram per ipsum reprimant. Sic ergò seorsum interim egit vir ille magnus, cessans à sermonibus & pulchris linguæ fluentis.

Inbetur cessare à sacrificio.

Nota, cùm esset dies magni sabbati, hoc est, sabbatũ sanctum. Matt. 27. Denuò cõdemnatur.

Cùm autem esset dies magni sabbati, Imperator fecit quod nõ rectè se habebat, nec animi erat imperatorij. Accersitis Acacio & Antiocho, rogauit quidnam oporteret facere. Sed oportet, inquit, considerare, an Deo grata sint, quæ à vobis fiunt. Illi autem, (Quid enim erat eis Deus curæ?) In nostrum, inquit, redeat caput Iohannis depositio: similia ijs, qui dixerunt: Sanguis eius super nos, & non procul ab eorum sententia, locuti. Sic absentem condemnant virum iustum, cùm nec de ijs, quorum accusabatur, dicendi potestatem ei permisissent, quod est commune omnibus, qui iudicant sine vlla animi perturbatione: neque ab illo vllam accepissent defensionem.

Cùm hæc autem audiuisent, qui erant à partibus Iohannis, Episcopi quidem se animi ægritudine dedentes & lachrymis, in angulis latebant & silentium agebant in habitaculis: Sacerdotes autem & quicumque erant ex clero, congregabatur ad quasdam ædes oratorias: vocatur autem locus Constantianæ: & cùm magna concurrisset multitudo, ijs omnibus curæ erant sacri hymni & cõsuetæ gloriificatio: præterea verò eos quoque, qui accedebant, diuino dignabantur baptismo. Timentes ergò, qui erant improbi cencilij, nè si in templum, vt solebat, venisset Imperator, & vidisset id vacuum populo, hinc quidem sentiret populi in magnum Iohannem beneuolentiam: eorum autem, vt erat consentaneum, condemnaret inuidiam: efficiunt vt quidam Lucius dux militum numeri grauis armaturæ, quem etiam fama erat esse gentilem religione, vadens conuocaret populum ad ecclesiam, mäsuetudinè primùm vtens & persuasione, lege, vt aiunt, Bœotia. Sin minùs, vim etiam inferret, lanceam miscens cum caduceo. Ille autem cùm statim cum ijs, quos habebat, quadringentis vespere irruisset, illa fecit, quæ par erat eos solos pati, qui fecerant: dicere autem & explicare non nos oportet, sed id concedere illi linguæ omnium pulcherrimæ, & eam audire narrantem. Ipse enim sicut fortiter sustinuit, ita etiam verè narrauit quod accidit. Scribens enim ad Innocentium, & quæ ausi fuerant, oratione persequens, eum autem antea diximus Romanum fuisse Episcopum, sic rem tractauit:

Quomodo quæ hæc facta sunt deinceps, narrauerim, quæ omnem superat tragœdiam? Quenam ea explicarit oratio? Quam aures ea absq; horrore acceperint? Nam cùm nos eadem sicut priùs proponeremus, repente multitudo militum in ipso magno Sabbato, die iam inclinante ad vespem, in ecclesias irruens, vniuersum clerum, qui erat nobiscum, expulit, armisque circumdedit: & mulieres, quæ se ad baptismum exuerat, ex ædibus oratorijs nudæ eo tẽpore euaferunt, metu grauis huius irruptionis, ne eum quidem, quem decet mulieres, pudoris ornatum induere permisissæ: multæ verò etiam acceptis vulneribus expulsæ sunt, & lauacra sanguine sunt impleta, & sacra fluentia sanguine euaferunt purpurea. Et nec hæc quidem malum constitit: sed ingressi milites, vbi sancta erant reposita, quorum, sicut cognouimus, nonnulli non erant mysterijs initiati, quæ

Horreda facinora eorum, qui sanctum virum persequerantur.

quæ intus erant omnia viderunt, & sanctissimus Christi sanguis, vt in tanto tumultu, in prædictorum militum vestes fuit effusus, & tanquam in barbarica captiuitate ausi sunt illa omnia, & populus eiectus fuit in solitudinem, & vniuersus populi coetus versabatur extra ciuitatem: & in tali festo ecclesiæ erant inanés populo, & plùs quàm quadraginta Episcopi, qui nobiscum communicabant, cum populo & clero temerè expulsi sunt, gemitusque & planctus erat in solitudinibus, & quælibet pars ciuitatis erat plena his calamitatibus. Nam propter insignem iniquitatem, non solum qui patiebantur, sed etiam qui nihil tale sustinebant, per consensum nobiscum dolorem accipiebant: non solum qui erant eiusdem opinionis, sed etiam heretici, & Iudei, & gentiles: perindè ac si vi capta esset ciuitas, sic in tumultibus, perturbationibus & gemitibus erant omnia. Et hæc facta sunt præter sententiam pij Imperatoris, nõ quòd hæc comparantibus Episcopis, & multis in locis exercitibus munus Ducis exercitûs, qui non erubescerent pro diaconis campi ductores habere præcedentes. Cùm autem fuisset dies, tota ciuitas migravit extra mœnia, sub arboribus & nemoribus sicut dispersæ oues festum celebrantes. Sed sic quidem lingua illa aurea. Hæc autem in festo Paschæ egregij Pastores & quibus animarum cura erat credita, obtulerunt ei, qui surrexerat. Hinc etiam in omnem partem missa sunt edicta, quæ prohibebant ab Iohannis communione: quæ tantam vim habuerunt, perindè ac si præcepissent contrarium: & eos, qui oppugnabantur, magis sic cõfirmarunt: quem quidem modum solet tenere Deus in huiusmodi temporibus. ecclesiæ certè & numerus crescebat assidue eorum, qui illi adiciebantur.

Interim autem dum iam venisset Pentecoste, quoniam fieri non poterat, vt occulto inimico hæc essent tolerabilia, accedentes ij, quos ille inspirabat, & à quibus ipse valde obseruabatur: Tibi quidem, dixerunt Imperatori, rerum humanarum data est à Deo potestas, sed ecclesiarum res sunt nobis commissæ. Itaque nec sacerdotibus sanctior, nec canonibus volēs maiorem habere auctoritatem, hæc relinque Episcopis. Tibi quidem priùs quoque diximus, ô Imperator, In nostrum redeat caput Iohannis depositio. Vide ergò, nè vnum sic complectens, omnes pergas afficere tristitia. Non amplius hæc sustinere poterat Imperator, sed protinus apertè mittens, significat Patriarchæ in hunc modum: Accusatores tui iudicium tuum, quomodocumque se habeat, & quam depositionis tulerunt sententiam, trahunt in suum caput. Rem itaque tuam Deo committens, recede ab ecclesia. Quid hoc, ô virore longè mutabilissime, & Imperatorum in administrando imperio ignatissime, quomodò cui tantum adhibuisti studium, eum accersens Antiochia, & Christi ei credens ecclesiam, cuius virtutis nõ paruum fecisti periculum, eum non solum eiecisti ex ecclesia: sed eum etiam virum turpiter damnasti exilio, Christi regem damno afficiens: quo quidem viro, vt cum magno dicam Paulo, ne dignus quidem erat vniuersus mundus? Sed te quoque omninò cepit mulier. Eua rursus tuas aures, quæ sunt faciles, decipit miserabiliter: quomodò per illam serpens, ita ipsa per non bonos pastores cordis virus euomens.

Imperator iubet sanctum virum recedere ab ecclesia.

Heb. 11.

Gen. 3.

Hæc cùm magnus ille audiuisset, nullo mœrore aut tristitia nec in corde affectus, nec vultu præ se ferens: sed virum ostendens in tentationibus, sicut in tempestate gubernatorem: Adeste, inquit, suis Episcopis, iam valere iubeamus angelum ecclesiæ. Deinde post factas, quas conueniebat, preces, de fide orthodoxa multa testificatur, & hortatur, vt eam sequantur immutabiliter. Præterea verò eis quoque prohibet omnes hæreses. Cùm hæc autem verba faceret, accedit quidam, nuncians Deo inuisum Lucium cum suo exercitu accedere ita paratum, vt si qua fiat in exitu dilatio, non sileat omninò nec mitigetur: sed manum quoque protinus afferat, & cum contumelia expellat ex ecclesia. Porro autem commouetur quoque populus, qui ferre non potest sui priuationem. Expediit ergò accelerare exitum, nè forte te nimium defendens populus, quod ab sit vt videamus, manus conserat cum militibus, & inducatur vt aliquid faciat nimis præceps & periculosum. Hæc cùm magnus audisset Iohannes, Episcopisque aliquot porrecta dextera (neque enim, vt omnibus porrigeret, concedebat tempus) & osculo miserabiles miscuisset lachrymas propterea quòd separaretur à familiaribus, deinde etiam iussisset valere reliquos, præcepit vt ibi vtique manerent, donec cùm paululum abcessisset, reuerteretur.

Hæc cùm dixisset, sacrum ingreditur baptisterium, & sanctam vocat Olympiadem: Olympias, præclara femina, est autem omninò clara mulier vel solo nomine. Sed non fuerit fortasse deterius permittere

mittere orationi, vt se paululum recreet eius bonorū delicijs. Ea cum & genere & diuitijs & specie corporis & alijs huiusmodi valde resplenderet, cum viro quidem iungitur matrimonio, sed non amittit virginitatem: sed cum sic cū eo vixisset, circa viginti menses, ille autem excessisset ex hominibus, & si non ea esset ætate, cui pudori essent secundæ nuptiæ, pulchram reuera amplexa temperantiam, per totam vitam eam amare voluit: & licet Imperator eam vocaret ad matrimonium suorum cognatorum, & eam magnis afficeret honoribus, illa omnibus relictis delicijs, vt quæ cum ingenuis nihil haberent commune, se oblectabat ieiunio, non solum cibi, sed etiam somni, pulchre exercens corpus, & id studens habere opem ferens, non autem insidians ad virtutem: temperantiam ac pudicitiam complectens vsque ad cogitationem, non solum vsque ad cõtractum. Postquam autem omnium bonorum fuit domina, ea in vsus sanctorum studuit effundere: fuitq; Diaconissa totius ecclesiæ, propter insignem eius pietatem & hospitalitatem. Eos enim maximè, qui virtutem exercebant, hospitio magnificè excipiebat, & quocunq; poterat officio hilariter prosequatur. Quæ etiam Theophilum, tanquam Dei amicum obseruans, suam in eum ostendit magnificentiam, etiamsi eius linguæ impudentiam & maledicentiam ne ipsa quidem omnino potuit effugere, data ei occasione, quod quos ille fuerat persecutus, Ammonium scilicet & Isidorum, viros Deo charos, exceperit. Atque omnium quidem, sicut dixi, virorum virtutis amantium magnam curam gerebat, & eis omnibus modis prouidebat: huic autem viro beato fuit etiam familiaris, quomodo Tecla Paulo, ab eius lingua tota vita dependens. Quoniam verò cum ea alia quoque erant Diaconissa, Procula & Syluana, quæ bonam partem elegerant cõuenienter diuino Christi verbo, cum ipsas quoque tunc magnus ille cõuocasset, Adeste huc, inquit, filiæ, animum mihi adhibere. Res enim nostræ utique iam tendunt ad finem, nec me amplius videbitis in hoc mundo. Hanc autem à vobis extremam rogo petitionem, vt de vestra in Dei templum assiduitate & fide nihil remittatis, & quicunq; hanc sedem ascenderit, (fieri enim non poterit, vt ecclesia omnino careat episcopo) ei vos sicut mihi capita inclinetis, & me dilectionis in precibus memineritis. Post hæc cum eas dolor vehementer inuasisset, & protinus fuissent confusæ lachrymis, & dicerent eius priuationem non futuram eis tolerabilem, & eius pedes prensarent, eiulantes miserabiliter, ille, nè si populus id sensisset, afferret tumultu, annuit vni ex presbyteris, vt eas abduceret: & iumentum quidem, quod solebat ascendere, (volebat enim latere) iussit statui ad portas Occidentales: ipse autem per portam Orientalem simul est egressus, & cum paucis ad litus deductus nauigauit.

Sed qualem rem, & quam dignam, quæ commemoraretur ad planè arguendam improborū malitiam, festinans oratio propemodum prætermisit: Improbum enim illud concilium, cum oporteret cum alijs malis, quæ sancto intentabant, ne ipsos quidem à cæde abstinere, sed etiam iniquè gladio cædem in eum parturire, famulus cuiusdã ex presbyteris, nomine Elpidius, quinquaginta nummis, proh dolor, ab illis conductus, erat viro iusto paraturus insidias. Qui quidem deprehensus (Neque enim quibus nouit rationibus, sicut eum latere Dei prouidentia) nonnullos ex ijs, qui eum comprehenderant, ijs, quos habuit, ensibus interfecit: alios autem grauius vulnerauit. Sed ille quidem magnus sic nauigabat & abibat in exilium, populus autem partim lætitia, partim dolore afficiebatur: Dolor quidem pij, qui priuati erant suauibus illius orationibus cum venerando adpectu: Lætitia verò Iudei & Gentiles, quibus hæc res dies erat festus, vt qui illius linguæ reprehensiones omnino effugissent: reprehensiones, inquam, quæ tanquam tela in manu potentis, vt cum diuino dicam Dauide, in corda eorum immittebatur: qui & irridebant, & ludificabantur, & in Principum stultitiã risum effundebant maximum, vt Christianorum calamitatis propemodum etiam misererentur.

Fit autem statim res quedã terribilis, si vel solum ad aures perueniat, Deo hæc prouidente, sicut etiam prius terræ motum, ad gloriam quidem suorum famulorum, metum autem & conscientie terrorem eorum, qui sunt audaces & temerarij: qui etiam propemodum emittebat vocem Dauidis, Qui exacerbant, nè extollantur in seipsis. Eo enim die, quo magna illa stella ecclesiæ, veluti ad quendam occasum ibat in exilium, ignis diuinus ex illa sede, in qua assidens sacram effundebat doctrinam, à nulla manu accensus, per sacras catenas serpit in altum. Deindè cum tectum exedisset, processit per summam superficiem venerandarum ædium. Hinc cum vehemens ventus flammam inuasisset, eam

Eius honesta exercitia:

Luc. 10.

Abit in exilium vir sanctus.

Insidias illi parabantur.

Psal. 126.

Psal. 67.

Ignis vlcisitur S. vi. ri iniurias.

eam in domum senatus euocat, quæ sita erat longo abhinc spatio. Erat autem res valde admirabilis, quemadmodum flamma tanquam animarum quidpiam, ijs, quæ erant intermedia, pepercerit & ea transiierit: nè posset aliquis id, quod factum fuerat, adscribere viciniori, & tam magnū opus & tam diuturnū, materia quidem preciosissimum, pulchritudine autem speciosissimum, exustum trium horarum spatio, redactum sit in nihilum. Sic autem ignis serpens & in orbem depascens, soli rursus parcat domuncule, in qua seruabantur vasa sacra. Quod quidem non absque Dei numine nec casu factum est: sed nè sycophantis præberet occasionem, ex sacrorum vasorum interitu, sancto viro inurendi calumniam.

Quid ergo: cum hinc oporteret improbos, tanquam percussum, vt aiunt, piscatorem sapere, illi male faciendi hinc maiorem sumentes occasionem, pergebant ea persequi, quæ solebant: & multos quidem ex Episcopis & sacerdotibus: multos autem ex alijs quoque, qui fauebant partibus Iohannis, vehementer puniebant, dicentes ab ijs ignem fuisse iniectum, dum vellent facere rem gratam Patriarchæ. Sed persequatur oratio ea, quæ consequuntur, & quomodo se habuerit exilium, singulatim declarat. Sic ergo magnus homo Dei & fortissimus athleta veritatis, à suis militibus ducebatur in quoddam desertum Armeniæ oppidulum nomine Cucusum, multis tunc & assidue Isauris id depopulantibus, & incurfiones facientibus. Fuit autem hoc factum consultò, vt arbitror, vt cum alijs malis, inimicissimis quoque eorum manibus traderetur. Quæ verò ille in via passus sit, & cum quam multis decertans malis, nec sic quidem abiecerit curam Dei ecclesiarum, quemnam alium aut iucundius aut apertius aut veriùs dicentem audimus, quam illum? Hæc enim in vna epistola, quæ ab illo statim Niceæ scripta est ad Constantium presbyterum, tractat lingua illa aurea.

Quarto mensis Nicea soluturus, has scribo literas ad tuam pietatem, adhortans ad id, quod nunquam cessauit te adhortari, etiamsi hac, quæ nunc est, orta fuerit tempestas grauior & maiores excitentur fluctus, vt non cesses ea, quæ tua sunt, implere, ad ea administranda, quæ ab initio es aggressus: ad destruemdam, inquam, gentium superstitutionem, ecclesiarum ædificationem, animarum curam gerendam. Nè te supinum reddat rerum difficultas: neque enim gubernator videns mare sæuiens, & agitatam, recedit à clauo. Sed nec medicus ægrotum videns morbo teneri, relinquet curationem: sed tunc vnusquisque eorum arte vtetur maximè & animi alacritate. Nè te supinum faciant, quæ contingunt. Neque enim pro malis, quæ alij nobis faciunt, reddemus rationem, sed etiam mercedem accipiemus. Si autem ipsi, quæ nos oportet, non ex nobis attulerimus, sed pigri & socordes fuerimus, nihil nos ad hoc defender rerum tumultus. Nam Paulus quoque, cum habitaret in carcere & ligno esset alligatus, quæ sua erant faciebat: & Ionas, qui ferebatur in mari ventre piscis: & tres pueri, qui versabantur in fornace: neque vllum eorum fecerunt pigriorem hi varij carceres. Hæc ergo cogitas, Domine mi, & Phœnicia & Arabia, & earum, quæ sunt in Oriente, ecclesiarum nè cesses curam gerere, sciens, fore vt maiorem accipias mercedem, cum et si sint tam multa obstacula, tu quæ tua sunt conferas. Porrò autem noli esse in scribendo ad nos negligens: sed scribe ad nos frequentissimè. Nam vt nunc cognouimus, non amplius Sebastianum, sed Cucusum abire iussi sumus: quem in locum erit tibi facilius ad nos dare literas. Scribe ergo, quot ecclesiæ hoc anno fuerint ædificatæ, & quoniam viri sancti migrarint in Phœniciam, & an maior factus fuerit profectus. Etenim cum ex Nicea inuenissem quendam monachum inclusum, persuasi ipsi vt veniret ad tuam pietatem, & abiret in Phœniciam. An ergo accesserit, velis mihi significare. De fundo Salamis, qui situs est in Cyro, qui obsidebatur ab hæresi Marcionistarum, conueneram quos oportebat, & vniuersum effectum reddideram: sed sui prius expulsus. Si ergo sciueris Dominum meum Quiriacum Episcopum agere Constantinopoli, de hac re ad eum scribe: & poterit vniuersum efficere. Omnes, & eos maximè, qui habent ad Deum fiduciam, roga vt multis & intensis contendant precibus, vt cesset hoc naufragium orbis terræ. Mala enim intolerabilia & Asiam inuasunt, aliasque ciuitates & ecclesiæ: quæ quidem nè videar esse molestus, mittes singula dicere, illud solum dicam, multis opus esse & intensis precibus.

In alia rursus epistola sic scribit: Si enim carcerem habitatis, & catena vinciti estis, & cum squalidis & fordibus inclusi estis, propterea quod nõ assentiamini eorum iniquitati,

Amici eius affliguntur.

Deportatur Cuculum.

Ex Epistola eius ad Constantium.

Acto. 16. Ion. 2. Dan. 3.

Gravissimę  
facti viri  
afflictiones  
in exilio.

ti, exultate & lætemini, coronemini & choros ducite, quod hæc sint vobis occasio co-  
pioiarum mercedum. Nam nos quoque tabefacti & consumpti sumus: mortes passi su-  
mus innumerabiles. Hęc autem possunt melius renunciare, qui vel breui temporis mo-  
mento nobiscum sunt versati: cum quibus ne potui quidem loqui, cum oppressus essem  
assiduis febribus. Quibus cum laborarem, & noctu & interdum cogebam ingredi, &  
æstu obsessus, & vigilia perditus, & solitudine necessariorum, & egestate eorum, qui me  
curam gererent. Ijs enim, qui metalla fodiunt, & carceres habitant, graviora passi su-  
mus & patimur. Vix tandem autem perueni Cæsaream, tanquam qui venissem à tem-  
pestate in portum. Sed nec hic portus potuit recreare mala fluctuum, adeo nos omni-  
no prius tempus confecerat. Sed tamen cum venissem Cæsaream, non parum respira-  
ui, quod aquam bibi puram, quod panem sumpsi non olentem nec durum, quod non  
amplius fui ablutus fragmentis doliorum, sed inveni balneum qualecunque, quod tunc  
mihi concessum fuit lecto affigi. Poteram his plura dicere: sed ne nimium sim molestus,  
huc usque sisto: illud addens, quod non cessetis exprobrare ijs, qui nos diligunt. Nam cum  
tam multos habeamus, qui nos amant, & quorum est tanta potentia, ne ea quidem affe-  
quimur que condemnati, ut in mitiorem & propinquiorem aliquem locum relegemur:  
sed cum & corpus nobis sit defessum, & metus Isaurorum omnia obsideat, hæc parvam  
& vilem gratiam non sumus assecuti. Deo propter hoc quoque sit gloria. Non cessamus  
enim eum glorificare in omnibus. Sit nomen eius benedictum in secula seculorum. Aperte  
enim scitis, omnia esse plena tumultibus & perturbationibus. Nec oportet solum roga-  
re pro Constantinopoli, sed pro vniuerso orbe terrarum: quando quidem malum, quod  
hinc coepit, sicut dictum est, ubique terrarum perdit ecclesias. Cum septuaginta itaque  
dies consumpsissemus in itinere, vix tandem venimus Cucufum, totius orbis terrarum  
cum desertissimum. Quam obrem licet hinc vestrae amplitudini ratiocinari, quam mul-  
ta mala passi sumus, & cum febribus lucentes intolerabilibus, & obsessi metu Isaura-  
rum. Et hæc dico, non volens rogare aliquem, ut nos hinc transmoueat. Perfecimus enim,  
quod erat gravissimum, nempe viam molestiam. Sed hanc à vobis peto gratiam, ut assidue  
ad nos scribatis, & curam geratis ecclesiarum. Et rursus sic dicit: Nam nos quoque, qui  
tertium annum versamur in exilio, fame, peste, bellis, frequentibus obsidionibus, solitu-  
dine, quæ verbis explicari non potest, morte quotidiana, gladijs Isauricis, non leuiter  
consolatur perpetua vestra & stabilis affectio, firmaque & immota fiducia. Quam ob-  
rem etiam si à solo & moenibus civitatis expulsi sumus: ab ea tamen, quæ est proprie civi-  
tas, non migravimus. Si enim vos estis civitas, nos autem semper vobiscum & in vobis:  
clarum est, quod hæc quoque degentes, illam habitamus civitatem. In vestris enim de-  
gimus animis, & ubicunque fuerimus, omnes vos, qui vehemens estis nostri amatores,  
in cogitatione circumferentes abimus. Sedenim revertendum est, unde discessimus.

Divinitus  
admonetur  
Adelphius  
episcopus  
excipere  
Chrysof.

Atque sic quidem, cum, ut diximus, duceretur Cucufum, quod est oppidulum solitu-  
dinis, eum excipit Adelphius, qui erat Episcopus Anabisi, non casu, sed diuina quadam  
visione iussus eum excipere. Sed nec hoc erat extra diuinam providentiam, quod ma-  
gnus ille exilio illic esset condemnatus. Nam cum post illa, ex hominibus, qui impietate  
& ignorantia omnino laborabant, simulacra autem & arbores & nemora per summam  
colebant inscitiam: qui autem paulo plus sapiebant, sol ab eis adorabatur: ex ijs ergo  
quidam (de magno enim Iohanne acceperat auditione) cum quendam adduxissent pa-  
ralyticum in lecto decumbentem, rogabant ut eum curaret. Is vero cum tempus ro-  
gasset morbi & religionem, ubi audivit tempus quidem esse octo annorum: ab eo au-  
tem coli solem, oportet ergo solem tibi mceri, dixit, parum subridens, si hic est deus  
tuus. Sed nec ipse potest, inquit ille, absque Deo, quem habet. Audimus enim soli quoque  
esse Deum, quem colit. Quid ergo, dixit respondens sanctus, non illum potius Deum  
colitis, quem sol quoque colit? Sed nos, inquit ille, non audemus. Ille enim, inquit, est ma-  
gnus, & qui potest solo nomine horrorem afferre: & si quis non fuerit eo dignus & liber à  
peccato, simulatque accessit ad adorandum, igne diuino comburitur. Cum autem san-  
ctus hæc dixisset esse fabulas & artem maligni, qui ijs, qui parent, mercedem conciliat  
interitum: & Deum huius solis, esse Deum eorum, quæ sub aspectum cadunt & quæ  
non cadunt, nec vllum ex ijs, qui ad eum accedunt, reijci, etiam si sit peccator, modo  
eum subierit poenitentia eorum, quæ præcesserunt. Solum itaque, inquit, crede: & statim  
cum curatione corporis, sequetur etiam curatio animæ. Cum sic dixisset sacrosancta  
illa

illa lingua, dixit ægrotus se credere, & se nullum alium amplius Deum esse culturum.  
Tunc ergo beatus, cum membra eius obsignasset, Domine, inquit, qui paralyticum,  
quem per lectum cum ipso lecto tibi demiserunt, solo verbo curasti, hunc quoque ad  
gloriam tuam & agnitionem tuo nutu cura. Hęc cum dixisset, statim surrexit, qui ægro-  
tabat, & stetit sanus, ut qui fructum pietatis accepisset robur corporis: aut potius per  
morbum corporis deductus fuisset ad sanitatem animæ, aut etiam vtriusque.

Hoc miraculum facit regionem cum toto coetu credere, & innumerabiles accedere  
ad baptismum. Cum ergo septem episcopos cum presbyteris & diaconis sufficientibus  
multitudini eorum, qui crediderant, eis ordinasset, inuenisset autem quosdam ex eis  
bene scire Græcum sermonem, eis tanquam lingua vsus, diuinum David & totum no-  
uum testamentum per ipsos Græcè interpretatur: & formam quidem tradit incruenti  
sacrificij: docet autem ea quoque, quæ sunt noui testamenti. Deinde tradit etiam eis re-  
gulas psalmodiarum & orationum. Cum ergo paucis diebus vidisset hanc recens struam  
ecclesiam multiplicari, quin etiam Christi præceptorum non paruum in eis fieri incre-  
mentum, Deo magnas agebat gratias & exultabat spiritu, ijs, qui ex eis erant infirmi,  
medicæ manus imponens, & id quod est omnium pulcherrimum, gratis largiens. Sed  
ille quidem in his eorum autem, qui inimicitias temerè exercebant, aut eorum, qui Deo  
& Iohanni adheerebant, res quomodo: Quicumque ei communicauerant Episcopi, ut se-  
mel dicam, & sacerdotes, qui propter pro Christo zelum odio habebant ecclesiam ma-  
lignantium, ij omnes bonorum publicationes, relegationes, mortes, & varia supplicia  
subierunt. Etenim oportebat hæc quoque, cum bonus Pastor ad imitationem primi ve-  
nisset in manus impiorum, dispergi quidem oves, eas autem esse quoque cum magi-  
stro molestorum participes. Licebat ergo videre alios quidem implere, quæ propè erant,  
custodias: alios autem cõdemnari habitare terras & insulas procul sitas, multis & gra-  
vibus tormentis prius confectos.

Quæ autem fiebant in itinere, ea erant alia quedam tragœdia & planè Ilias malorum.  
Nam cum nacti essent seuos & improbos eos, qui ducebant, eis nihil omnino parebatur,  
neque in eos vlla ostendebatur clementia & benignitas: nec cum eis ita agebatur,  
tanquam fuissent homines commissi hominibus, sed tanquam feris potius aut demo-  
nibus immanibus & homicidis, & ideò ducebantur acerbè & immisericorditer: alij qui-  
dem sic exati in itinere, alij autem nudis & non stratis mulis inieci, non secus quam si  
essent onera inanima. Sed quis insignem eorum dixerit insolentiam? quis probra, lu-  
dificationem, subsannationem, irrisionem, quæ plagis & flagris animam tangunt ve-  
hementius, & efficiunt, ut mors acerbè sit magis optanda ijs, qui patiuntur? Ut au-  
tem illorum dedecus haberent pro delicijs, non in domos orationum, non in aliqua alia  
habitalia in diuersorij eos introducebant: sed in fornicibus & prostibulis eos execran-  
di & scelerati includebant. Hęc autem omnia, parua ducebant viri egregij, & malebant  
quidlibet potius pati, quam ab Iohannis parte & communionem (hoc enim erat eis gra-  
uissimum) excidere. Quicumque verò potuerunt effugere manus persecutorum, ipsi  
quoque nihilo secius fuerunt sibi ipsi tortores, ut qui se solitudine & extremis quibus-  
dam finibus condemnarint, ut qui magis elegerint habitare cum feris, quam viuere  
cum hominibus, feris longè agrestioribus.

Non multi dies præterierunt, & Arfacij fidei committitur, qui ordinatur Patriar-  
cha Constantinopolitanus: proh dolor, quis post diem? Qualem virum qualis annosus,  
vitæ dicam, truncus excipit, facilitate eorum, qui rerum poterant? Vir qui vixit  
rat plusquam octoginta annos, loculo magis aptus quam throno: delirus & emotæ  
mentis, in dicendo quidem minimè facundus: ad aliquid autem, quod oporteat, excogi-  
tandum ineptissimus: ad agendum verò ignauissimus, inanimis non multum dissimilis,  
lecto dignus & angulo. Qui cum ex se esset inutilis, deinde etiam ex alia parte accepit  
set aduersariam populi in Iohannem beneuolentiam, erat planè omnibus iniustus & con-  
temptus. Cum itaque quatuordecim menses vixisset in sede, præ ipsa quidem natura  
hebetudine ignaviaque & quasi torpore, non minus, quam si naturalis finis ei euenisset,  
præmortuus, neque vllum, ut ita dixerim, viui opus interim effecisset, excessit. Post eum  
autem, viro cuidam educto ex presbyteris, nomine Attico, traditur clauus ecclesiæ. Quo  
quidem tempore Ephesini, cum nullo coercente metu licentiam arripuissent, omnia  
mouere & transmutare, sicut eis videbatur, studebant: eos quidem, qui rectè & ut Deo  
N n n place-

Luc. 5.

Paralyticus  
curatur.Nota de  
Missæ sacri-  
ficio.Fautores  
Chrysof.  
dixit mult  
stantur.

Zacha. 13.

Vide in  
gnem ne-  
quitiæ.Vide de  
esse, sedes  
Arfacij sue-  
cedit Chry-  
sostomo.Arfacius  
obit, & sub-  
stituitur At-  
ticus.

placebat, in sedibus erant collocati, expellentes: quosdam autem sceleratos & profanos ad animarum exitium collocantes, cum ordinationem nulla perscrutatio præcessisset aut examinatio: sed perinde, ac si esset res leuis & facilis, qui voluerat aut potius quiderat, ad sedem perueniebat. Quo tempore qui ab illa quoque beata anima iuste eiectioni fuerant ab ecclesijs, rursus non difficiliter fuerunt introducti: sed hos contemptores apte aggredientes, eas emerunt pecunijs. Qui quidem Heraclidem quoque, cui ab illo & septuaginta scilicet episcopis, dignè commissus fuerat thronus Ephesi, cum inclusissent & ab ecclesia expulissent, Tribuni Victoris Eunuchum in sede virginis, malè (ò iustitia & Dei patientia) malè & indignè collocant, cum non esset semimalus nec tolerabiliter improbus, sed aperte cinædus & execrandus.

Porphyrj autem audaciam & insignem illam rei impudentiam, quis lubens silentio præterierit? Is senex, & in improbitate, vt qui in ea ab incunte ætate esset eductus, accuratè versatus: præter temporis autem longitudinem nihil remississet de intemperantia, sed contendisset vel natura videri superior in rebus turpissimis, postquam magnum iam Flavianum eorum, qui in cælis festum agunt, tenebat chorus, captus desiderio in ecclesia Antiochena exercendi tyrannidem, cum obseruasset tempus, in quo vniuersa ciuitas exierat, vt est mos ei antiquus, ad spectacula, quæ sunt in Daphne, Antiochum habens & Senerianum & Acacium, qui erant aperte inimici veritatis, opem ferentes eius cupiditati, (est enim simile simili amicum) inuadit sedem, vt qui esset fur & non pastor, & ab his execrâdis ordinatur: qui ei rei tantam adhibuerunt celeritatem, vt nec quæ de more quidem solent fieri, locum habuerint. Sed isti quidem consecratores, cum hæc facta essent in tenebris, se statim in pedes conijcientes, fuga sibi consuluerunt, astris viam notâtes, & montibus inuis se committentes. Ciuitas autem cum quod iam factum fuerat sensisset, publicè omnes conuenientes, sarmenta que & ignem tenentes in manibus, ipsi quoque zelo non minùs insâmati, irruerunt ad Porphyrium, (Sciebat enim, qualis esset eius vita, quàm insolens & quàm execranda) cū ipsa domo Episcopatus eum volentes comburere. Is autem cum sensisset conceptum in se odium, Duce exercitus corrupto pecunijs, persuadet aduersus zelum fidelium pro pietate iram armare demoniacam: statimque fuit congregatus in eos exercitus scæus & immanis, & quem nefacile quidem potuissent aggredi, qui aciem instruxissent.

Deinde excitata est magna persecutio aduersus ecclesias, & imperatoria edita & decreta, suggestionem Attici (nullus enim pius ei volebat communicare) proponebantur per ciuitates, quæ dicebât. Si quis Episcopus Theophilo nolit communicare, Atticòq; & Porphyrio, eijciatur ex ecclesia, & priuetur bonis: ex laicis autè, qui magistratus quidem gerunt, ab honore excidant; militibus verò auferantur cingula: communis autem multitudo & quæ est occupata in artibus, auro mulcata, damnetur exilio. Hæc faciebant multos vel inuitos communicare, à quibus iudicabatur quid magnum & minimè tolerabile, excedere à pecunijs, & priuari gloria. Multi autem cum voluntarium elegerint exilium, elegerunt potius solitudinem & monachorum tuguria habitare, quàm ciuitatem. Sunt etiam, qui ex animi magnitudine omne periculum subire satius esse duxerunt, quàm facere aliquid, quod discreparet & esset indignum pio ac religioso vitæ genere.

Hæc cum ita se haberent, nonnulli Episcopi & clerici, qui stabant à partibus Iohannis, pro Iohanne & quæ malè se habebat ecclesia, zelo instigati, (quomodo enim non oportebat eos, qui vel mediocriter Dei metum in vtero concipiebant & parturiebant) ad veterem Romam veniunt: & cum ipsi Imperatori Honorio & Innocentio Papæ in conspectum venissent, & illam grauem explicassent tragœdiam: quinetiam tres reddidissent epistolas, quarum vna quidem erat egregia illius animæ & linguæ, aperte omnia singulatim persequens: altera autem communis cleri Constantinopolitani, tertia verò erat quadraginta Episcoporum, qui cum Iohanne communicabant. Quas quidem cum communiter tradidissent, effecerunt, vt qui eas acceperant, tantoperè perturbarentur, & eorum animis tantum zelum immiserunt, vt ambo statim scriberent ad Imperatorem Archadium, profundi somni eum arguentes in ijs, quæ ab ipso gerebantur, & quod non honestè nec iuste, sed planè nefariè fuit decretum Iohannis secundum exilium, & quod oportet omninò, si est ei aliqua honesti ratio & pacis ecclesiarum, Patriarcham quidem rursus restitui Ecclesiæ, & Episcoporum synodum fieri Thessalonicæ, vt quæ sit

Porphyrius  
senex impius  
occupat  
sedem An-  
tiochenam.

Persecutio  
magna ec-  
clesiarum.

Innocentius  
& Honorius  
reprehē-  
dunt Archad-  
dium.

ta sit in medio eorum, qui ab Oriente veniunt & ab vrbe Roma: adesse autem etiam Theophilum, vt qui fuerit præcipua causa eorum, quæ improbè facta sunt in hac relegatione: & sic causam Iohannis ab animi perturbatione alieno & iusto iudicio decidere. Propterea enim, aiebant, aliquot Italiæ Episcopos, qui recta incedunt conscientia, & sunt acres iustitiæ defensores, propter hoc ipsum emittere statuimus.

Cum has itaque literas cum actis, quæ propter hanc causam facta sunt à synodo Episcoporum Italorum, sanctus accepisset Aemilius, (erat autem is Episcopus Beneuenti) Cathegiusque & Gaudentius cum Valentio & Bonifacio presbyteris, Roma iniērūt iter versus Byzantium, sequente Quiriacò & Demetrio simul cum Palladio & Eulyfio Episcopis, qui cum Iohanne communicabant. Ij enim priùs descenderant, & Romano- rum auribus omnia aperte exposuerant. Cum autem iam in Græciam nauigassent, comprehensi fuerunt à quodam tribuno militum, mente valdè corrupto & deprauato. Qui cum eos cuidam ex suis tradidisset, non concessit vt viderent Thessalonicam, cum vellent illuc priùs proficisci, & Anyfio Episcopo tradere missas à Papa literas. Ceterum hoc quoque erat inuentum & artificium mulierum omnium sceleratissimæ Eudoxiæ. Nam cum ipsa accepisset fuisse missos Episcopos Italos, & quanam de causa venirent, hæc priùs est machinata, & obstitit menti eorum, qui miserant. In duas itaque naues diuisi ab eo, qui acceperat, decimo die appellunt in quendam locum, non multum distantem à ciuitate, qui erat prope suburbana Victoris. Deinde cum illinc quidam alius, nomine Marianus, eos accepisset, nec ille quidem sine arte & malitia, sed ad hoc missus ab Imperatrice, euestigio eos duxit, & in custodia Thraciæ, quæ vocatur Athyras, violenta mente & manu eos inclusit.

Scorsum ergò Romani & Quiriacus Episcopus cum suis inclusi, acerbè torquebantur, grauitè examinabantur, afficiebantur malis innumerabilibus, & ab eis exigebantur epistolæ. Cum autem dicerent se non daturos, nisi vidissent Imperatorem, cum essent legati, primùm quidem vno missò ex patricijs, deinde alijs quoque viris illustribus & epistolas exigentibus, tandem quidam Valerius nomine, genere Cappadox, moribus belluinus, ex re impudentissima & violenta volēs sibi nomen comparare, vnus ex Episcopis, apud quem erant literæ ad Imperatorem & ad alios, fracto pollice, eas auferit, & pugillares, & sacra vasa, & quidquid argenti erat eis vsui. Quod ipsum quoque malo consilio factum est, vt cum eis deessent quæ sunt ad vsum necessaria, cogerentur aliquid facere præter sententiam. Dic autem sequenti, incertum an ex ijs, qui erant Imperatricis, an ex ijs, qui erant Attici, quidam accedentes, volebant eos non gratis nec paruo precio, sed acceptis tribus millibus aureorum, cum Attico quidem communicare, Iohannis verò causam negligere. Cum ij autem id passi non essent, (nam aliquid quoque acciderat diuinitus: Aemilij enim diacono, Paulo nomine, qui erat moderatus & temperans, diuinus Paulus in somnis apparens, Videte, inquit, vt cautè ambuletis. dies enim mali sunt: tacitè significans fraudem, ad quam muneribus & blanditijs eos studebant inducere.) Cum ergò non passi essent, sed hoc solum peterent, vt liceret redire ad eos, qui miserant, Valerius iste, cuius insanum & violentum facinus fuit fractio pollicis, cum non solum esset audax & violentus, sed etiam ad maleficium, vt res ipsa indicabit, callidissimus, nauis iã vetustate fatiscienti & putridæ, vt eos aperte perderet, committens, sceleratus iussit eos abire. Cum ergò parùm abfuisset, quin inciderent in periculum, vix tandem euenit, vt appellerent Lampfacum: & cum illic mutassent nauigium, post quatuor menses venere Romam. Innocentio itaque narrant, quæ acciderant Quiriacò & Palladio, an aliquid eis factum esset, ignorantes: sed nec de Iohanne valentes scire, quid accidisset. Quæ quidem omnia obtusum latebant Archadium, vt postea scire licuit.

Sedenim rursus redeat oratio, vnde est digressa, & narret ea, quæ restant de illo magno Iohanne. Admirabilis ergò ille Iohannes cum Cucufum venisset, & in adibus Adelphij, vt iam diximus, degeret, (illic enim eum reliquimus) multos quidè pauperes aluit pane terrestri (tunc enim grauisima fames eum locum inuaserat) longè autem plures nutrimento, quod à lingua suppedabatur, quod & cor confirmat & mentem illuminat. Quam multas autem de multis necessarijs habuit orationes? Quid enim ex ijs, quæ contingunt aspera & molesta, poruit linguam sistere, quæ fluebat instar fluminum? Habuit etiam non paucas de patientia, & quod non solum oporteat non esse socordes,

Nun 2 sed

Episcopi &  
presbyteri  
Itali eunde-  
lissimè ve-  
xantur.

Valerij ne-  
farium fa-  
cinus.

S. Paulus  
apparet cu-  
dam.

Chrystos-  
mi in exilio  
res gestæ.



Multæ eius Epistolæ ad Olympiam dem.

sed nec offendi molestijs, quas contingit perpeti. Multa quoque ab eo diuina scribuntur epistolæ ad sanctam Olympiadem, in quibus sepe numerò vnum dicit esse terribile, nempe peccatum: & ei recenset molestias, quæ euenerunt in itinere, & eam moerentem propter eius priuationem studens recreare, efficit ut non sit desperandum, fore ut eum rursus conueniat. Quinetiam quemadmodum cum via molestè in summo estatis vigore perageretur, & uehemens eum febris inuasit & mala stomachi, & qui his longè erat grauior sceleratus Gallus, cui fuit adducendum vir ille iustus commissus.

Præterea autem, quemadmodum cum ad quoddam uenissent diuersorium, omnia illis molesta acciderunt, eorum, qui ipsorum curam gererent, solitudo, inopia rerum necessariorum. (Vt or enim illis eisdem uerbis aureis) nullum adesse medicum, metus irruptionis Isaurorum, & spes, fore ut mox in eorum manus deuenirent. Quid uerò, qui præter omnem bestiarum feritatem in eum furebant monachi, minantes se eum combusturos esse cum ipsa domo, & quemadmodum à febre malè affectum, & de itinere valdè fessum, qui eum abducebant, non modò eum nulla dignati sunt misericordia: sed eos etiam, qui uolebant, prohibebant, minantes eis extrema & omnium maximè terribilia? Præter hæc autem, qualem uiam peregit, nempe arduam, lapidosam & difficilem, idque cum agrè posset ingredi, ut potè quòd ei esset malè affectum corpus, quantum ex eo scribente sciri potest, quando etiam rogat beatam, ut ei curæ sit, ut non sit relegationis uia longior, dicens: Mihi mille exilij est ingredi difficultus. Hæc & alia his plura, quæ facta sunt post relegationem, inuenerit quispiam has epistolas referentes.

Abducitur Arabissum.

Sed illuc rursus reuertor. Cum enim magnus ille Cucufi, & corporis nutrimento non paucos, & plures nutrirer pane animæ, accensa ex eo inuidia, facit eum rursus migrare Arabissum. Uolebant enim illi scelerati & planè deploratè improbitatis, cum ei malefaciendi nondum ipsos cepisset sarietas, eum tam frequētibus cedentem afflictionibus, uitam sic amittere. Sed illuc quidem abductus, maioribus afficitur vexationibus: sed apertè ostendit se à philosophia effectum superiorem quolibet, quod possit accidere, & ex his maioris uirtutis sumere occasionem, & per ipsa lætus resplendere, perinde atque in igne lucem ei suggerente maiore materia. Sic ille, qui erat re uera inuictus, & nec ab afflictione, neque ab ylla alia molestia superatus, sic affectus afferebat potiùs molestiam sycophantis, eiusque laus & fama valdè angebat eorum animos. Quàm admirabilis res est uirtus, magnique facienda & beata iudicanda ab ijs, qui sapiunt? Nam ille quidem tot malis appetitus, manebat inuictus & inexpugnabilis, & re quæ intentabatur qualibet superior. Ij autem, in quorum potestate erat hæc facere, erant miseri & timidi, & quo non inferiores? pauperem, erronem, exulem formidantes, & licet tanto esset interuallo disunctus, efficiētes ut pluribus remoueretur finibus: ut nec eius quidem fama eò perueniēs, inuidios eorum animos sauciaret. Hinc Pityuntem, cum sic eis esset imperatum, traducitur ab ijs, qui eum custodiebant. est autem id oppidulum validè desertum, situm quidem ad dexteram in fine maris Pontici: est uerò finis Romanorum imperij, contiguus barbaris & crudelibus gentibus.

Traducitur Pityuntè.

Cum ergò iam esset in itinere & ad hoc ultimum duceretur exilium, iam ad Deum potiùs profecturo & cessaturo ab his magnis laboribus, paucis antè diebus noctu præcanti, Petrus ille magnus & Iohannes, quos etiã uiderat in principio uitæ ex Deo agenda, rursus ei apparent, & lubenter eum alloquuntur, recreantes à laboribus, & uictoriam aduersus dæmones suauissimè annunciantes. Deindè cum ei gratum excessum prædixissent, & quæ cum quidem bona mox essent exceptura, mala autem Eudoxiam eius persecutricem, Comede, dicūt, quendam ei cibum ostendentes: quem cum comederis, non erit tibi opus alio, donè eum sumes nobiscum, in quem non cadet interitus. Hæc & illi dixerunt, & ipse sumens comedit, & sic illi quidem recesserunt: ipse autem satis recreatus, lingua læta & florida, Christo, qui eum tam pulchra impertijt consolatione, egit gratias. Sed quis est, qui hæc in lucem protulit? dixerit quispiam acrioris ingenij. Clarum est enim quòd non ille, qui res suas valdè celare sciebat. In promptu est, quod respondeatur. Duo enim presbyteri & quidam ex diaconis, qui magno capti eius desiderio, elegerant peregrè cum eo proficisci, laborumque & dolorum eius esse perpetuò participes, oculisq; & auribus hæc diuina acceperant, & hæc alijs similiter tradiderunt.

O crudelitate plur.

Cum autè quatenus iam finis appropinquabat, oporteret cœpta magis attolli conuenienter animi alacritati athletæ, cum duceretur in exilium, ij quibus commissus fuerat,

cum tam longis & tam uehementibus vexabant ambulationibus, ut uellent eum morti tradere, nimia celeritate uictum & afflictione. Itaque cum & imbres deciderent uehementes, & sol uerret ardētissimè, tunc & prolixior erat eius deductio, & ab eo postulabatur ut intensè ingrederetur. Vbi autem erat ciuitas aut locus aliquis, aut corporis defessi recreatio, aut lauacri solatium, aut aliqua alia breuis laborum remissio, ne parum quidem eum uolebant illic manere, cum sic eis fuisset imperatum. Merces enim crudelitatis eis promissa fuerat, maiorum honorum consecutio. Sed cum ille hæc uiam difficilem perageret ieiunus, uultum habuit longè lætior em ijs, qui assiduè uacant delicijs & comotationibus. Atque Pityuntem quidem definitum ei locum exilij, ut ei Epiphanius prædixerat, non peruenit. Sed cum esset prope Comanos, & diuersari essent in ciuitate Nicomediæ subijssè certamè martyrij & uicissè, & corona fuisse redimitum, ei appàrens in somnis Basiliscus: Bono animo esto, inquit, ô frater, & lætare. ambos enim coniunget dies crastinus. Dicitur autem ædituo quoque martyrij die præcedenti apparuisse, & dixisse: Para locum fratri Iohanni. uenit enim.

S. Basiliscus ei appàret.

Cum autem simularquè illuxisset, uiam rursus essent ingressuri, diem sciens magnus Iohannes tanquam ex responso, rogabat eos, qui abducebant, ut sinerent eum manere in loco. Cum illi autem non concessissent, sed instar uolucris triginta stadia confecissent, ipse, cuius uoluntate omnia administrantur, ipse (ô miraculum) efficit ut errorem subeuntes, redirent in illum locum, eosq; rursus habebat ades martyris Basilisci. Cum autem & tempus uocaret, & iam adesset hora eius ad Deum migrationis, & egregia illa lingua esset tacitura, & claudendi essent oculi nunciij puræ illius animæ, & insignis temperatæ summa pulchritudine, omnem quidem, quam secum attulerat supellecilem, diuisit ijs qui aderant. Deindè etiã cum exuisset ea, quibus erat indutus, ea quoq; donat: & cum se ad calceos usque lætiùs & alacriùs composuisset, ut etiam ijs, quæ apparebāt, liceret eū ijs, quæ erāt intus, celebrare diem festum eius excessus & migrationis, & cum sic ornatus diuina sumpsisset sacramenta, & cōsuetam effatus esset præcationem, Gloria tibi Domine propter omnia: quinetiam se signasset signo crucis, cum qua uixerat, & pedes extulisset, pedes, inquam, illos speciosos & uerè Apostolicos, beatum illud iter inijt, ut Christum uideret, cum Christo uerfaretur, Christi perpetuò exultaret pulchritudine: sibi quidem felix ob decessum & migrationem: magnam autem afferens tristitiam ijs, qui res illius pulchrè nouerant, & quibus uel modicum sui mellis gustum præbuerat. Fuit autem dies eius decessus, qui fuit uiuificæ Crucis, quam ex re ipsa solemus uocare Exaltationem, quæ, ut omnes sciunt, celebratur quartodecimo Septembris. Oportebat enim eum, qui se nulli rerum presentium dederat, sed se totum mundo omninò crucifixerat, & in nulla re alia gloriatus fuerat, in cruce Christi, eo ipso die festo Crucis, cum ipsum quoq; deponere puluerem, quem habebat ex hac materia, & mundum peruenire ad eam, quæ est in cælis, conuersationem.

Percipit diuina sacramenta, & sicissimè abijt è uita.

Festū Exaltationis S. Crucis.

Tunc autem existit quoddam manifestissimū indicium omnium amoris in sanctum. Nam cum iam ad multorum aures peruenisset eum decessisse, & communis iactura in omnem partem peruaderet, multitudo innumerabilis, multitudo incredibilis uirorum simul & mulierum, quæ piè exercebantur, ex ipsa Syria & Cilicia, ex Ponto & Armenia confluebat ad adorandum beatum tabernaculum. Quod quidem, cum ei de more facti diuini fuissent hymni & psalmodia, & uix effugisset eorum manus, qui ipsum tanquam uiuum accipiebant & cum gaudio compledebantur, & id contendebant, quidquid fieret, non dimittere, deponitur prope Basiliscum martyrem, re uera dignum omnibus laudibus, ut quod tali fuerit animæ coniunctum, & talium laborum fuerit ei socium, & ministerij grati ei, qui ipsum creauit: Ad laudem ipsius boni Dei nostri, ad cuius gloriam ipse omnia faciebat, & unigeniti eius filij, & uiuifici spiritus: quæ est beata & principalis Trinitas, quam decet gloria, honor & adoratio, nunc & semper,

Amen.

Nnn 3 LEONIS

LEONIS, IN CHRISTO AETERNO REGE  
IMPERATORIS, ORATIO ENCOMIASTICA DE  
magno Dei Pontifice & communi orbis terræ portu, Iohanne  
Chrysostomo. Habetur in Metaphrasæ.



**V**IRI virtutem laudare iussus, viri, inquam, cui cognomen est Os aureum, puto à me exigi, vt flammeos currus ascendam, aut miracula ostentē Mosaica. Perindē est enim, vt ego sentio, illa quempiam audere aggredi, & lingua laudare linguā illam verē auream, & quæ vniuerso mundo seipsum præbuit precium redemptionis. Sic autem mihi cœpti audaciam cogitanti, cum res videatur eiusmodi, prohibita est omnino obedientia, arbitranti tutius esse præponere inobedientiam, cum formidabilis sit obedientia, periculosaq; & supra vires. Quid verò, quoniam est periculosum, an ne eousquē quidem tacendum est, vt nō dicamus, quā multorum causa cernatur obedientia: an iuueniliter ab initio aggredientem dicere, propter fidei ardorem, aut illius viscerum benignitatem, immittere se oportet in mare encomiorum? Et quisnam cernitur virum illum adeo ignorare, qui non solum vt mutus & surdus sit loquacissimus, sed etiam vt lapides clamorem emittant, creditur posse efficere? Horum enim fidem faciunt flammæ desiderij, quas spes in altum sublata cōciliat: quomodō etiam magnus Apostolus præcipit, scribens: Multum valet iusti oratio operans: hoc est, Quæ operationem consequitur ex eo, quod non dubitāt qui accedunt. Quamobrem mittenda quidem est periculosa existimatio: paternum autem iussum curare oportet, ei, qui ante omnia omnium est bonorum causa, patri luminum, ex quo omnis datio bona hominibus, vt sacris scribitur literis, & omne donum perfectum, mētem edicando, & sic incipiendo.

Jacob. 5.

Jacob. 1.

Atque si magno quidem Chrysostomo videretur deesse vitæ splendor, dogmatum caelestium tonitru, miraculorum terribilium fulgur, & alia omnia, quibus vir diuinus in terra, etiam priusquam hinc migret, describitur & exprimitur, opus haberet, conuenienter legi encomiorum, cerea claritate, diuitijs, inquam, & patria, & gloria, & alijs omnibus, quæ in bonam adducunt existimationem, quibus eius parentes in Antiochia Cœlesyriæ insignes, omnes illo tempore facile superarunt. Quoniam autem magnitudo eorum, quæ illi insunt, bonorum, non minus tegit ea, quæ sunt corporis, quàm emissio radiorum solarium fulgorem astrorum pulchritudinis, cauendum est, nē propter rei humilitatem & abiectionem, in eiusmodi argumentis versetur oratio: & ad ea eundem est, ad quæ cupio pro viribus. Par est autem mihi animum adhibere, dicenti eius honestos & compositos mores in tenera ætate, de his audire maius esse putantes, quàm cuius alij, quæ expetitur, se dēdere operationi. Nam hoc quoquē est expetendum, nō se motum communis luminaris.

Puer vt se gesserit Chrysof.

Galat. 1.

Humilitatis studiofissimus est.

Is cum adhuc ventitaret ad eos, qui Antiochiæ pueros erudiebant & exercebant, erat magister virtutis, nō solum æqualibus, sed etiam ipsis magistris, & viris & patribus & seruis, moribus inimitabilis, in consuetudine moderatus, quæ excelsum reddit, humilitate ornatus, ludos suorum æqualium ludum planē existimans, & ab alijs sordibus expurgatus, etiam ante diuini lauacri expiationem. Post diuinum autem lauacrum, quod Meletius magnus Pontifex Antiochenus, primū quidem dat magno Iohanni, postea verò eius quoquē parentibus (nondum enim eis illuxerat lux diuina, vt qui paternarum traditionum, quomodō magnum quoquē Paulum audimus, essent amulatores) ad solidiorum eorum, quæ sunt ex verbo, alimenterum participationem Iohannes adducitur, ingenij dexteritate se illis conformem reddens, quibus diuinus qui inest timor, scit largiri præceptorum obseruationem, carnis purgationem, diuinam illuminationem, & quem diuinæ dicunt literæ finem desiderij. Ante omnia autem imitans Iesu humilitatem: cuius breuis quædam detur narratio ad id, quod dicitur, cognoscendum. Audite vos pueri qui vos iactatis parentum gloria, fastu & diuitijs: & imitemini. Curæ erat parentibus, vt ei esset equus, famuli, & magnus comitatus eunti ad disciplinam. Ille autem omnia contemnebat. Persuadebat omnibus, vt imitarentur Iesu humilitatem, speciosos pedes preparans, vt leuiter currerent ad Euangelium: Daniele, pueros, Davi-

Davidem, verbis exemplum proponens. Illos quidem, quod per ipsam ab eis ea preclara gesta sunt, quæ sunt supra hominem: Hunc verò, quod cum alijs est etiam disciplina Dei iustificationum, dum dicit: Bonum mihi quod humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Psal. 118.

Cum ipse in his resplenderet, breue effluxit tempus, & Secundo (hoc enim erat nomen patri) contigit vitæ exitus. Quid verò mater, ætate florens & nomine? (Anthusa enim dicebatur, quod est florens) Simul florens, & simul oriens, habebat ipsa id, quod erat omnium bonorum speciosissimū. Ipsa cum alijs sollicitudinibus, quæ sunt multæ, viduitatis, magno amore curam gerebat, vt filius incrementum acciperet, vt quæ verè esset illius mater, ipsa quoque illi rursus se formam præbens & resplendens. Qua ratione speciosè quoquē fructus præbent conijciendam causarum nobilitatem. Cum autem teneretur amore philosophiæ & dicendi facultatis, ventitaret ad primos doctores ex ijs, qui erant Antiochiæ. Libanius autem tunc erat, & Andragathius. Qui brevissimo tempore ea percepit, quæ lōgis annorum & noctium curriculum alij vix tandem percipiunt, sedens optimus iudex eorum, quæ percipiuntur intelligentia: & ea quidem, quæ erant vitia, sua confirmans sententia: quæ autem à nugantibus aut oscitantibus fabulosè conficta fuerant, iubens multum valere. Post eos, quoniam satietatem non poterat capere ingenium, quod tenebatur amore contemplationis meliorum, migrat ad magistros, qui erant Athenis matre doctrix. Quo etiam in loco cum quæ sunt optima capitissimo ingenio, citius quàm spongia humorem, hausisset, erat magnæ omnibus admirationi. Hinc aduersus eum locum occupat inuidia, excitata eius bonis excellentibus. Modum autem significet oratio, etiam si maximè curet vt vitet satietatem.

Proficitur Athenas discendi studio.

Miraculum.

Anthemius sacerdos quidam Mineræ, tunc Athenis in tanta habebatur admiratione, vt etiam ei fecerint statuam, quæ omnes trahebat ad admirationem. Sed is quidem celebratus euadit arrogantia, Iohannes autem mansuetudine & humilitate & moderatione spiritus. Veniunt hæc ad aures Demosthenis, qui erat Præfectus vrbs: & vt sit in rebus eiusmodi, capitur Præfectus amore faciendi periculum, vt cognosceret eum, qui excellit virtute. Congregat omnes, accersit Iohannem. Curru, eum honorans, iubet venire. Ille verò hoc quidem recusat, venit autem suis pedibus. Hoc efficit, vt Iohanni quidem cresceret honor cum admiratione, & in gradu & in honore cathedræ: Anthemij autem aperiretur, quæ latebat, inuidia. Nam cum ipse vidisset honorem, quem adeptus erat Iohannes, & quod in cathedra esset ei superior, cum se non posset amplius continere, hæc quidem dixit: Ciuitatis mores sunt, vt video, innouati: nouæ leges sunt propolite. Quæ sunt antiquorum, quæ sapientum, quæ familiarium priuilegia, ea tradita sunt hospitibus & aduenis. Non animaduertit autem se per hæc seipsum veteri honore priuare, cum venisset omnibus in suspicionem, quod hæc dixerit propter inuidiam. Has iure pœnas de eo sumit iniustissima inuidia, quod eam genuerit, ei reddens alimentum. Vide autem quæ consequuntur. Non oportebat te, inquit Præfectus, qui te iactas de philosophia, tanquam vnum ex vulgo aut ex agro feras venantem, aut aliquem ex ijs qui latrocinantur, ita clamare & tumultuari. Nam multa sunt, propter quæ Iohannes dignus est qui honoretur: Nempe quod & sit filius Secundi, magni Ducis exercitus, & quod canos homines superauit disciplinis. Quinetiam quod à nobis coactus accepit hunc honorem: & ante omnia, humilitas est ei horum causa & conciliatrix. Sed hæc quidem Præfectus.

Vide modestiam.

Anthemius torquetur inuidia.

Quid verò Iohannes, qui mansuetudine contempserat iustitiam? Primū quidem responderet ijs, quæ ei obiecit Anthemius. Deindē se Iesu disciplinæ & ijs, quæ illa liberè profitetur, se totum esse deditū, paucis ostendens, plausu omnium excipitur. Licebatq; videre oculis, orationem Iohannis refulsisse illuminatione sancti spiritus, ad eum vt diceret hoc videns vrbs Præfectus: Reuerà Græcorum disciplinæ cum doctrina Christianorum nihil omnino conuenit: cum illi quidem laborent in sana gloriæ cupiditate, hi autem ingrediuntur via illis contraria. Post hæc sequitur Iohannes, & ardore mouentis eum spiritus, publicè liberè proficitur pietatem: in gentes inuehitur, eorumque deos & demones, Saturnum, & Iouem, & Mineram, & Apollinem, & reliquam deorum gentilium seriem, serpentesque & bestias, quæ ab eis coluntur, qui eis debetur, honore afficiens. De quibus ij etiam, qui habentur sermones, aiebat, ætherem inficiunt. Quid præterea? veram etiam lucem pergit prædicare sanctæ Trinitatis, quæ in patre & filio

Inuehitur in falsos deos Chrysostomus.

& sancto spiritu in vna diuinitate & tribus personis, sine principio & sempiternè, à Christianis contemplatione cernitur & adoratur. Hęc quidem Iohannes. Lætata est autem vniuersa turba, quæ sequebatur partes Christi: dolore autem affecti gentiles, ira fuere perciti.

Vt paucis absoluam, vnà cum eis mouetur quoquè Præfectus, iubens Iohannem cessare deos ludificari: Anthemio rursus datus est dicendi locus: & primùm quidem se blandis verbis insinuat Præfecto: valdè autem & prolixè nugatur in Iohannem & eius religionem, illa blaterans, quæ consentaneum est eum, qui colit talia. Sic dixit. Sed ex quo Imperatores, contrà dixit Præfectus, Christo nomen dederunt, in altum sublatum est eorum imperium, cum vbiquè Christiani longè lateque creuissent, cum quibus fui ego quoquè societate coniunctus, & in hunc locum sum deductus. Rursus ergò Anthemio iniectus est camus & tristitia. Eius autem orationem excipit Iohannes, & hæc adiicit, dicens: Vera dicit Præfectus, ò viri. Nullus est enim locus ab extremis vsq; ad extrema orbis terrarum, vbi Christus non honoratur & colitur: & si quis studiosus hæc velit discere, sciat de Iudæis, qui exilièrunt ab Hierusalem, quòd postquam Christus renixisset à mortuis, à Romanis bello obsessi, ad tantas redacti sunt angustias, vt suorum infantium carnes pro pane comederint. Qui ergò mihi creditis, ecce Episcopus: accedite ad ipsum, & baptizemini. Quoniam autem diuinum zelum solet etiam metus quidam consequi, (Quibus enim animi socordia obsidetur à molli & enervato spiritu, vtiliter eis metus obijcitur) eos ergò terret zelo percitus ille Elias. Quid dicens? Nisi mihi paruèritis consulenti, quæ dant salutem, ecce vos deferam ad Imperatores, & statim moriemini. Est enim mors melior, quàm vita, quæ blasphemijs & maledictis incessit vitæ datorem, & minus habere sensus, quàm canes & volucres & fera, quæ ijs cedunt, quæ eas mansuefaciunt, mitesque reddunt & cicures. Cum hæc liberè diceret Iohannes, Anthemius grauius quidem infurget aduersus Christum, cadit autem grauius. Iam enim os sceleratum nondùm cessarat Christum maledictis incessere: & protinus ab immundo spiritu correptus Anthemius, afficiebatur sicut demoniaci, horrorem & fugam immittens ijs, qui adspiciebant. Deindè quid? Misericordia mouetur Iohannes, & Anthemium, & si malo adhuc vexaretur, magnis clamoribus confessum, non esse alium Deum nisi Christianorum, à malo liberat. Cumque esset redactus in ecclasiam, omnes quidem afficit admiratione, propter repentinam mutationem: repente autem baptizatur cum tota domo: & sic confirmata baptizatur multitudo. Nec hoc solum, sed etiam ex ijs, qui audièrunt, omnes filij lucis regenerantur diuino baptismate. Communis hinc omnibus gaudij & lætitiæ exultatio: adeò vt re ipsa liceret intueri quod canitur, Latantium omnium habitatio est in te.

Huius lætitiæ causam ignorabat antistes Athenarum. Deindè cum intellexisset, eum statuit adducere ad ordinationem. Quod cum rescuisset Iohannes, clam aufugit, & se reddit patrie. Hinc vbiquè terrarum fama & sermone erat celebratus Iohannes, cum ad illud tempus venisset, quo Ianugo solet genas vestire, vt qui annos ageret decem & octo. Quo tempore cum insignem esse Iohannem magnus animaduertisset Meletius, persuadet vt ad se veniat frequentius. Quo tempore dicitur sus condiscipulis Theodoro, qui fuit postea Episcopus Mopsuestiæ, & Maximo Selenciæ Isauriæ, persuasisse, vt relicta vita augendæ pecuniæ dedita, vitam eligerent tenuem & solitariam. Hinc cū magno Basilio, qui ab ipso Meletio diaconus fuerat ordinatus, magna iungitur amicitia, & tanta, vt mutuo amore nullus ei esset æqualis ex ijs, qui à principio fuerant ei familiares. Quomodò enim ab artificibus coniunguntur harmoniæ: aut cum ijs, quæ in cælo equali celeritate mouentur, luminaribus inconfusus ordo coniungitur coitionum: aut, vt melius dicam, quomodò lux visui, & visus luci coniunctim præbet vt videatur: aut quomodò mentis cum anima, & animæ cum mente nota est cognatio: aut, vt dicam conuenientius, quomodò spiritus ignis in specie linguarum, cum verbis discipulis cognoscens coniungitur: ita etiam in his. Homines enim spiritus, sancto spiritu coniuncti, vnã in Christo charitatis perfectam effecerunt conspirationem. Quodnam autem esset amoris inter eos vinculum, sic ostendit oratio:

Basilius, qui iam vitam susceperat monasticam, secum attrahebat Iohannem. Eum autem contrà attrahebat materni rursus amoris plena lachrymis oratio. Cum vero clementis & misericordis Iohannis non esset animæ & sapientiæ, tam multas matris lachry-

Anthemius blasphemias arripit à dæmone.

Fit Christi anus.

Psal. 86.

Amicitia eius cum M. Basilio.

Acto. 2.

lachrymas, prolixamque orationem & viduitatem despiceret, tunc retrahitur, & matris se inuitum tradidit, persuasus non tonderi ante eius exitum. Cum materna ergò cura & providentia insignis esset Iohannes, Zeno Episcopus ascendit ex Hierosolymis, & populo Antiochenæ ecclesiæ Iohannem constituit lectorem. Tunc autè dicunt eum composuisse sex libros aduersus Iudæos, perpetuum recti sui ad meliora cursus tenorem vita & oratione conseruantem. Post hæc cum mater in Dei manus suum tradidisset spiritum, sacrosancto filio concedit libertatem. Atque magnus quidem Dauid in his virum iustum exprimens, dicit: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum. Iohannes autem cum matris, vt decebat, iusta fecisset, non solum omnes diuitias, partim quidem pulchrè dispersit, partim autem Deo pulcherrimè consecrat: sed etiam suum in notos & amicos, & alioqui familiares amorem postponens, à vero & qui solus non diffuit, pendet amore: & cum vitam suscepisset monasticam, qui etiam antè, si vllus alius, erat solitarius, tanquam tunc incipiens dat se monasterijs, quotidie ad anteriora, sicut Paulus inquit, se extendens. Cum talis autem cerneretur, rogatur quidem, vt fratrum suscipiat præfecturam: sed minimè id sustinet: Decreta autem & ordinem omnis bonæ monasticæ exercitationis diuinus hic zelotes conscripserat eis tradit. Sed quid hæc, et si magna sint, si conferantur cum futuris?

Quæ de eo quidem spargebatur fama, cogebat omnes lubenter ad eum confluere. Ipse autem tanquam sponda quidam preennis, discernendarum scripturarum aquam effundens minimè perturbatam, eam assatim suppeditabat omnibus. Licebatque videre omnes, qui æstu & egestate & siti diuinorum exiccabantur eloquiorum, ex eius libris tanquam ex vasis, eius claras & perspicuas haurientes interpretationes, & lætos reuertentes in patriam. Cum ad hunc locum peruenerim, statui silere, rerum enim mearum restis est conscientia. Quænam est autem ratio silentij? Quòd hinc rerum magnarum exoritur narratio, quarum admirabilitatem narrare, aut laudibus, vt par est, celebrare non possum. Sed quod mihi in principio proœmij, id rursus quoquè venit in mentem. Et mihi primùm quidem ignoscat hic vir diuinus, diuinæque clementiæ imitator & fidelissor. Ignoscite autem ex vobis quoquè, quicumque eius philosophiæ laudatores estis, & in ea vos oblectatis. Beatus es Simon, dicitur in Euangelij. Hęc autem vox est Christi ad magnum inter Apostolos Petrum. Alium quoquè Apostolum testatum est super Christi pectus recubuisse: & quæcunque fuerunt vtriusque post hæc beatitudines & reuelationes, & postremò clauis regni cælorum. Num ergò si eodem honore & gloria cerneretur hic quoquè Iohannes dignatus, ei deesset aliquid, quò minus & esset & nominaretur par beatæ illi dignitati & ordini Apostolorum? Nequaquam. Quomodò autem & quam ratione, iam dicam:

Cum Iohanne verfabatur Syrus quidam senex, nomine Hesychius, virtute tantus, vt is quoquè dignus sit habitus, qui assequeretur magnum donum præscientiæ: cuius conuersationis & vitæ agendæ honestatem imitabatur Iohannes. Huic seni aliquando oranti apparent duo senes, induti cædidis vestibus, adstantes vbi precabatur Iohannes. Quorum vnus quidem librum scriptum, alter verò gestabat clauis. Licebat autem videre Iohannem, cum eos vidisset, adorare: illos autem dicere: Confide, & noli timere. Illum verò verbo rogasse, quo appellamus dominos, quinam essent, quòd dignati essent venire ad suam humilitatem: & eos rursus dicere: Nè timeas vir desideriorum, noue Daniel, in quo habitat spiritus sanctus. Rex magnus Christus, noster magister, nos misit ad te nuncios gaudij: gaudij, inquam, quo per te fruuntur omnes Dei ecclesiæ. Hęc dixisse, & ei tradidisse, alterum ex his quidem librum, alterum verò clauis, subiungendo: Ego quidem Iohannes, qui in mystica cœna super Christi pectus recubui, & illinc hausi fluëta Theologia: Ego autem sum Petrus, qui Christum Dei viui filium sum confessus. Deus verò tibi quoquè dat meam potestatem. Fac ergò omnia, quæcunque tibi iubemus. & cum in diuinorum præceptorum mysterijs eum instituisset, & futurorum ei bellorum & afflictionum, quæ iustis hic multæ esse solent, prædixissent, euentum, tandè cum vniuersa eius membra obsignassent, eumque amplexi essent, bonoque & forti animo esse iussissent, recedunt. Hęc cum ille verè admirabilis vidisset & audisset senex, apud se mirabatur. Ijs autem, qui cum sic videbant, causam rogantibus, dixit: Regis, ò fratres, arcana propalare, & Dei aperire miracula, par atque adeò maius assertor pectus, & incipiens, totam narravit visionem. Cui cum data esset fides, non sciturum id Iohan-

Psal. 111.

Monasticam vitam amplectitur. Philip. 3.

Per multi ad eum confluunt.

Matth. 16. Ioan. 13.

Viso oblata Hesychie.

Iohannem, is mentes omnium impleuit admiratione. Iohannes autem tunc scripsit li-  
bros de monastica exercitatione.

Hinc ei ascendenti ad fastigium inprimis regiae virtutum contemplationis, & sub-  
ijcienti audaciam animi perturbationum, diuinitus in eas datur potestas, quae princi-  
patum obtinet mente supernum adiuvante auxilium, & subiugante illarum ferita-  
tem. Operae precium est autem de omnipotentis quoque in eum in his munificentia,  
contrahendo orationem, quoad eius fieri poterit, breuiter differere. Dominicam sim-  
briam, sicut audiimus, necessitate morbi adacta illic quidem mulier fide tangens, ac-  
cipit tactu salutem. Ergo hic quoque imitatur magistrum. Hic enim vir quidam labo-  
rabat tanto dolore hemicranij, vt mali vehementia exiliens eius oculus, cerneretur  
pendere à maxilla. Is cum incassum in medicos suas omnes consumpsisset facultates,  
accedit aliquando ad diuinum Iohannem, rogans vt sanaretur. Ille autem dicit ei: Hic  
morbum tibi conciliant tua animi peruersitas, & pauca fides in Christum Seruato-  
rem. Ille verò, qui laborabat, simul atque hoc dixisset Iohannes, se totum tradens ad  
firmam & infra&am fidem Christi, tangit Iohannis tunicam: & cum eam locis affectis  
imposuisset, dicto citius fuit curatus.

Matth. 9.

Mirac. 2.

Tactu tunicae Iohannis, illa q; locis affectis imposita, infir-  
mus statim curatur.  
Mirac. 3.

Post hunc quidam facie leprosus, qui erat ex proceribus, nomine Archelaus, accessit  
ad Iohannem, & quomodo Zachaeus ille, ad Dominum magnanimo motu fidei, hic  
quoque dicens & accedens, cum leprosa anima deformitatem Iohannes eloquiorum,  
quae maxime expurgabat, abluisset aqua, iubet eum quoque aqua putei, qua fratres ute-  
bantur, lauari: & cum lauasset, eius quoque corpus mundatur protinus. Deinde pro-  
pter summam in Christum fidem, quam ei conciliarat illud os verè aureum & sanctum,  
tondetur, & cum sanctè fuisset monachus, insignis euadit & consummatur. Multi ex  
ijs, qui tunc erant, fuerunt eius imitatores, varia quidem cogitationum vulnera me-  
dico aperientes, simplicem autem & facillimam & copiosam assequentes curationem.  
Vbi què tunc deceterò monasteria charitatis abundantia, duplicitatis expulsio, redun-  
dantia humilitatis, diluuium superbiae, vita in virtute se exercens, oratio pacifica, ci-  
borum contemptio, doctrina verorum dogmatum. Non licebat tunc videre compo-  
sationum temulentiam, non risus insolentiam, non lites, non amulationem, non ali-  
quam aliam nubem, quae obstat, quò minus videatur splendor solis. Quorum omnium  
est caput vnum, benigna cura Iohannis prouidentiae. Quid alia miracula? Nunc quidè  
Euclerus ille, qui inuidia diaboli, alterius oculorū lucem dicitur perdidisse, credit Chri-  
sto: accedit, tondetur, tandem Iohannis precibus lucem rursus accipit. Nunc autem  
illa, quae laborabat sanguinis profluuio, septem annos sic affecta, persuadetur coniugi, &  
per eum rogat quidem Iohannem: ab eo autem docetur causam, quod propter pecca-  
ta permissum fuit, vt puniretur. Quanam autem ea? Summam inhumanitatem, paupe-  
rum contempionem, ingluuiem, & omnem nugacitatem. Ad haec, quid opus est dicere  
multiplicia medici medicamenta, quae in mulierem excogitauit? Quae cum omnia per  
coniugem didicisset, & se ea omnia esse correctionum fideliter promississet, celerimè ac-  
cipit sensum curationis. Quid verò de immani quoq; illa fera, quae multos quidem deu-  
orauit ex ijs, qui transibant, ex finitimis autem multos egit in fugam? Dominica ar-  
ma diuinus ille imperator objicit belluae: & cum decreuisset vt ea figerentur ante  
speluncam, facit vt ille terribilis & saeuus hominum occisor leo, ante preciosam cru-  
cem manè humi inueniretur morte affectus.

Mirac. 4.

Mirac. 5.

Aduerte  
virtutem  
preciosae  
Crucis.

Psal. 54.

I Cor. 9.  
Exod. 20.

In spelunca  
habitat.

His armis & moribus liberat quidem eos, qui capti erant à captiuitate cultus simula-  
crorum: animum autem confert ad alia Deo grata consilia & contemplationem. Nam  
quoniam illud diuini Davidis singulariter & solū esse valde ample&ebatur, aduersus id  
autem contendeat benignitas voluntatem reprimens: optimo & prudenti consilio  
vtrunq; rectè administrat. Nam cum sciret, seorsum quidem esse, esse rutilius & magis  
vacuū perturbatione: à multis aut id existimari non carere fastu & arrogantia: vti aut  
multorū consuetudine & se eis communicare, turbulentum quidem & periculosius, sed  
non carere mercede & vtilitate, sapientissimè vtraq; commiserat: aliquando quidè versans  
cum omnibus, vt omnes lucrificeret Paulus hic nouus, aut complures: aliquando autè  
seorsum latens in caligine, & purus cum puro versans, nouus Moses, animarū, & menti-  
um, quae Deum vident, legislator & dux. Hinc cum amor diuinus superasset, is magnum  
hunc decertatorē deducit ad quandā speluncam habitandā, in quo biennium in somnis  
ferè

ferè peragens, diuinè scrutabatur scripturæ, tam veteris quàm nouae, quae sunt profun-  
dissima. Cum autem robur corporis voluntati animae non suffecisset, imus venter mor-  
te afficitur: & cum haberet renes frigore confauciatos, tanquam in portum venit ad  
ecclesiam Antiochenam. Deinde ordinatur diaconus. Quo in ordine se quinque annos  
praeclarè gerens, scripsit sex libros de Sacerdotio, tres ad Stagirium, eos, qui sunt in scri-  
pti de incomprehensibili & dissimili: & sex praeerea de introdu&itijs,

Sed iam magni Iohannis in Presbyterum ordinationem nos vocans oratio, modum  
enunciet. Cum Constantinopoli mortuus esset Nectarius, qui eò venerat ad consti-  
tuendum magnum illud luminare, nempe Gregorium cognomento Theologum, Fla-  
uianus Melchior succedit Antiochia. Is autem cum vigilaret, vt consueuerat, quadam  
nocte videt diuinum accessisse angelum, qui ei iubebat ordinare Iohannem, dicens fu-  
turum Iohannem nouum vas electiois: Ecce, dicens, ego ei de hoc mandatum dabo,  
& obediet. Ad quem quidem cum accessisset angelus, ei mandauit: prius narrauit fu-  
tura, & quaecunque par est facere eum, qui diuinus sit futurus minister. Et vt pluribus  
praetermissis veniat oratio ad id, quod est maxime mirabile, hoc faciat. Cum magnus  
& hostia & Pontifex Iesus Christus filius Dei aquis mihi purgaretur, pater apparet, ab  
alto voce testificans eum germanum esse filium, & spiritus in columbae specie vocem  
illam confirmat: & licet alicui audax videatur oratio propter ea, quae audeat dicere iu-  
uenerit, illa proponimus ad recordationem. Quanam? Illud, Ego dixi, Dij estis, & il-  
lud rursus, si vultis: Et filij altissimi omnes: & ante ea, verbum quod est, Ad imaginem  
& similitudinem: & quaecunque ad honorem eorum, qui seruant quae sunt imaginis, co-  
piosa prouidit gratia. Mihi autem hic quoque considera. Cum adesset hora ordinatio-  
nis, & incrementum perageretur sacrificium, & inferius assisteret multitudo innumera-  
bilis, & angeli desuper intuerentur, manum imponente Episcopo & preces dicente  
constet, dicitur factum esse illud maxime nouum spectaculum. Alba columba re-  
penè deuolans, quomodo illic supra Iesum meum & Deum, in honorem eius, cui ma-  
nus hic imponebatur, stetit supra eius caput. Hoc admiratione quidem afficit & stupe-  
facit eos, qui tunc aderant: simul attrahit autem eos quoque, qui audiunt. Admiratur  
vniuersa, non solum quae circuncire à terra est, regio, sed etiam vniuersa, quae extra fines  
procul remota est, Syria. Sic omnes apud se cogitabant: Quidnam ergo erit Iohanni,  
quod ab initio ei apparuit gloria Domini? Atq; ex ijs quidem, quae dicta sunt, rerum est  
demonstratio admirabilis, eò quod suum ministerum honorat rex caelestis, qui facit ad-  
mirabilia, ad honorem & gloriam suorum ministrorum.

Matth. 3.

Mirac. 6.  
Psal. 81.  
Genes. 1.

Columba  
insidet eius  
capiti.

Cum hic autem orationis cursum propter satietatem parumpèr stiterimus, ea quae  
deinceps consequuntur, peragemus alacrius. Quoniam orbis terrae creandus erat ma-  
gnus antistes & iudex, his quoque bonis & honestis prius exercetur. Nam cum duode-  
cim annos transegisset presbyter in ecclesia Antiochena, puritate vitae decorat sacer-  
dotium, eorum qui videbant, animas expurgans, & verbi splendore mentes omnium il-  
lustrans & sanctificans, multus in docendo, magnus ad vtilitatem eorum, qui audie-  
bant, morum potius seneritati quàm pudori seruiens, leonis fidutiam ostendens in iusti-  
tia. Quae de causa hebetioribus existimabatur arrogans & insolens. Quae mens, quae ora-  
tio, ostenderit vias, quae ab illo inuenta sunt ad salutem omnium? Quarum plurimam  
partem dicunt in hodiernum vsq; diem seruari Antiochia. Cogitur aliquando ab an-  
tistite Flauiano ascendere suggestum, & ex tempore populo exponere: & vix tandem  
quidem, sed vi per sua sus, cum dicendi cepisset argumentum, Cum nunc primum mihi  
sit dicendum, & Episcopi loco, cuius est munus, num vera sunt, quae mihi acciderunt?  
affecto omnes admiratione. Ab eo tempore omnes propter eam attrahat, omnes afflu-  
bant, relinquebant agriculturam, artes, potestates, omnes administrationes, quas mul-  
tas adfert hominibus laboriosae vitae varia & multiplex conditio. Ad Archadij Impera-  
toris aures peruenit etiam eius fama, & tenetur eius animus magno illius videndi desi-  
derio. Sed inter haec breui oratione assumatur, quae ex magna cautione emerfit casti-  
gatio: communis quidem omnibus, maxime autem animis eorum, qui sunt sub iugo.  
Operae precium autem est attendere:

Magnus fir-  
ad eum ho-  
minum con-  
cursus.

Mulier quaedam prima ex ijs, quae erant Antiochia, filium vehementer febricitan-  
tem, & planè deploratum adducit ad hunc sapientem medicum, instans vt eum cura-  
ret. Ille autem dixit: Hoc quidem est Dei viuificantis. Tu verò o mulier, abstine à tuis  
prio-

Mirac. 7.



prioribus delictis. Scias enim ceteros quoque tuos quatuor filios, propter peccata tua & mariti tui, esse mortuos ad vestram disciplinam. Erat autem hic quoque mortuus. Sed surgite & respicite, & non solum filium viuum, sed etiam cælorum regnum accipietis. Hæc cum tamquam ex ore Dei accepissent, & se esse correcturos sanctè essent polliciti, protinus filium quoque sanum accipiunt, & effectum reddunt quod promiserant. Sed hucusque, quidem procedat cursus orationis. Hinc autem eorum, qui Marcionis morbo laborabant, dicatur quodnam diuinum fuerit iudicium. Atque qui hoc quidem morbo tunc laborabant, quamquam quidem fiducia freti multos attraherent, iam iam dicitur. Quomodo autem à via, quæ tendit ad mortem, liberata sit tota ciuitas, restabit dicendum ad Verbi gloriam.

**Mirac. 8.** Eodem morbo, quo ciuitas, laborabat etiam Præses ciuitatis: & hæc erat causa, quod malum cresceret. Quid ergo facit Deus, qui animarum semper salutem prouidet? Vxorem Præsidis ferit morbo dysenteria. Et ea quidem omnes accersit, nihil autem ei prodest, sed omni ex parte auxilio deficitur. Deinde quid? Confugit ad hæreticos. Ij quoque aggrediuntur ad trium dierum vsque precationem, nec quidquam proficiunt. Nescit rursus quid agat mulier: tandem statuit ad virum diuinum confugere. Deinde id dicit suo marito, persuadet. Postremo venit ad Dei seruum. Iohannes de his disceptat cum Episcopo, eis procedit obuiam, ex ecclesia arcens tanquam indignos, arguit hære-

**Aqua cruce signata curatur foemina.** sis: petunt ipsi veniam, assentiuntur veritati, maximè autem mulier. Cum sanctus aquam attulisset, rogat Episcopum, ut facto signaculo mulieri aquam adspargat. Hoc cum factum esset, statim mulier accipit sanitatem, reuersa suis pedibus, & pulchrè effecta redens, quæcumque erat pollicita. Hoc fuit hæreticis dedecori, probro & afflictioni, & causa ut virum diuinum maledictis incenserent. Ille autem omnia quidem despiciebat, vni solum rei intentus, nempe illorum salutem. Sed non persuadebat. Dolore autem affectus propter vniuersam ciuitatem, lamentabatur, dicens: Si Seruator maledictis incessatur, idque cum Deus esset, ab ingratis: qui hoc magnum in nos seruos? Spero tamen fore, ut illorum casu Deus vniuersam castiget ciuitatem. Nondum autem nox præterierat, & terræ motu tota concutitur ciuitas. Tenebris inuoluitur concilium hæreticorum, ad solum vsque deijcitur, & quæuis domus hæretici, & domus eorum sunt eorum sepulcra, nulla læsa domo orthodoxorum. Propter hæc confirmabatur ciuitas, & augebatur fides, & Deus laudabatur. Quid præterea?

**Mirac. 9.** Post hanc admirabilem omnipotentis prouidentiam & iudicium, non longum effluxit tempus, & decessit Nestarius, antistes Constantinopolitanus. quarebat autem quilibet eum, qui esset dignus. Cum alius verò ab alijs præferretur, aut etiam intruderetur, Imperatori visum est post longam de re consultationem, Iohannem deduci Antiochia, omnibus cõmuniter suffragantibus & rei & literis. Hæc cognoscit Antiochia, & quæ deinceps quidem sequuntur, aggredi veretur oratio: aggredietur tamen, quoad eius fieri poterit. Cum cogitaret vnusquisque, se sui boni facere iacturam, ad tantam excitantur seditionem, ut timore affectus Antistes, dato iureiurando persuaserit omnibus, se rem esse prohibitorum. Sicque vix tandem sedat seditionem: ad Imperatorem autem scribit de seditione. Diuini itaque stimuli & miraculi desiderio feritur cor Imperatoris & senatus, cum hæc audiuisent, & erecto trophæo, sacrum illud bellum declinantes, cum rem quæ desiderabatur, planè auream ex Antiochena ciuitate surripuisent, donant Constantinopoli. Quomodo? Comiti Antiocheno iubet Imperator, ut ignorantibus omnibus Iohannem ad se accerseret. Quod cum fecisset Comes, & vsque ad martyria, quæ sunt extra ciuitatem, sapienter admodum traxisset Iohannem, & equo impositum celeri cursu abduxisset, dedit ijs, qui desiderabant. Cum autem multi conuenissent Episcopi, Imperatoris parati sollicitudine, cum Episcopis erat etiam Alexandrinus ille Theophilus, qui inuidia motus, conabatur Iohannis gloriæ detrahere, quod nulla in eum caderet reprehensio, tabescens, & eum recusans manu imposita consecrare. Vincitur tamen vel inuitus. Semper enim vincit spiritus sanctus. Sic autem vincitur:

**Arte quam constantinopolim mittitur.** Multi ex ijs, qui diuino erant zelo incensi, Theophili malorum Iliadem scriptis satis pulchrè mandarunt. Quam quidem tunc manu tenens, qui in Imperatorio primas partes obtinebat gynæcæo: is autem erat Eutropius: Theophilo ostendit, dicens: Alterum duorum elige, ut vel horum conuincaris, vel impositis manibus Iohannem consecres.

Aduer-

Aduersus eum ergo, qui talia ausus fuerat, Eutropij verborum producta acies, vi expugnat maleficum periculoso & præcipiti studio. Quo quidem cum in Theophilum acres iam fierent incurfiones, in triuio cogitationum, ut est in proverbio, telis appetitur: & ad manuum quidem impositionem, cum esset tempus, extendit manus, ad quas postea extendendas in eum, cui eas imposuerat, minimè obtorpuit. Deinde post consecrationem, benedicitur à Pontifice fidelis Imperator simul cum suis omnibus, qui in maximo honore & verbis & modis omnibus habebat Pontificem. Ille autem piè, ut solebat, sentiebat & diserebat: qui etiam hanc vltimam tunc dedit admonitionem. Aliæ quidem administrationes, dicens, ô Imperator & omnes qui adestis, proportionem convenientiam habent & præmia & pericula: Sacerdotum autem & pastorum quantum sit periculum, & quanta præmia eorum, quæ bene vel male gesserint in administratione, plena est vniuersa scriptura & noua & vetus. Si quis ergo quotidie opus habeat curatione, non parcam, & his adiciebat, quæ scriptura dicit de Dauide & Nathan, in exemplum. 2. Reg. 12. Ea subenter audit Imperator fidelissimus, grataque fuerunt toti ceteræ Imperatoris. Tunc autem, tunc in docendo proluxa utebatur oratione, quoniam modo oporteret omnes omnia aggredi: & proferebat historiam dignam, quæ & in admiratione haberetur, & mandaretur memoriæ, dicens: Titus Imperator Romanorum sepe tale quid apud se distabat: Hodie non impera uimus, seu non viximus, ut qui nihil fecerimus dignum Imperatore.

Cum autem adhuc verba continuaret Pontifex, ecce vir quidam dæmoniacus illa faciebat & clamabat in medio omnium, quæ vexans cogit genus dæmonium: rogatur medicus, ut curet laborantem. Quem quidem curat signo precioso crucis, & inuocatione sanctæ & viuificæ Trinitatis, ei dicens: Ecce sanus factus es: nè Deum amplius blasphemies, nè deterius quid tibi contingat. Hoc ille, qui erat omnibus perfectum ornamentum confessionis & fidei in Christum. Sed hæc quidem sunt, quæ auditorem deducunt ad tantam admirationem. Ostendit autem procedens oratio his quoque magis admirabilia. Cum iam naus orbis terræ clauum accepisset, à spiritu sancto motus gubernator, & aduersas consideraret tempestates, quæ multæ exoriebatur in mari mirabili Ecclesie, quid non facit, quam non salutis excogitat machinam, donec perueniretur ad portum superiorem, qui est tranquillus & valde expetendus: ut qui hominum omni genere morborum laborantium esset medicus admirabilis?

Agè verò animæ antidotorum, quæ sunt ab illo sapienter excogitata, dicatur breuis quædam particula. Fuerit enim ea ijs, qui opus habent medicis, non contemnenda quædam causa salutis. Ille reprehensionum antidoto (sic enim cõuenit dicere) in primis vitur aduersus eos, qui mulieribus vtuntur introductitijs, qui in electione aut comparatione malorum sunt omnino deteriores lenonibus. Nam his quidè morbus procul est ab officina medici: illis autem intra officinam salutis, & sibi & ijs, qui sunt sani, multo magis augetur morbus. Quos sapientissimus medicus, vtens reprehensione sicut magnus, qui erat eiusdem nominis, præcursor, validissime orationis viribus à tali liberauit pernicie. Deinde aduersus arcem vitiorum, auaritiam inquam, dirigit aciem. Deinde procedit aduersus eos, qui secant crumenas, quibus comprehensa est etiam helluonum & assentatorum lues. Et ijs quidem se applicat oratio, ut par est eius, qui medetur. Quorum autem Deus est venter & gloria, quomodo sanari poterint cura verborum humanorum? Non solum certè non sanantur, sed etiam ab eis aduersus medicum excogitantur accusationes. Visitat libidinosos & intemperantes oratio medici, ad eum tangens primum affectam mentem eorum, qui sua spontè laborant libera sui arbitrij voluntate, ut idem nequaquam villo modo permiserit (Quis enim cõuenienter Paulo, magis honorauit honestum & venerandum matrimonium?) ab eo abstinere multas propter insignem animaduersionem & obedientiam. Ante omnia autem docendo alendos esse pauperes, alebat eorum, qui ipsos nutriebant, animas, nouus ille frumenti dator: ut potè quod omnium bonorum operationem contineat & comprehendat eleemosyna, quæ etiam docuit: Quod vni horum fecistis: sic omnia comprehendens. Diuini itaque viri audientes orationem, ad eum trahebantur omnes ad ea obseruanda, ut in dispergendis opibus ijs, qui eis abundabant, fierent pauperiores ijs, qui erant olim pauperes: perfectè autem fierent in Christo diuites, & thesaurum cælestem acquirerent. Propter quæ is, qui hæc bona introduxerat, nominabatur Iohannes eleemosynæ.

Ooo

Quid

Quid verò sycophantis & calumniatoribus? Quid autem ijs, qui insolescunt fastu elatione & inani superbia? Quid verò ijs, qui prodiga & luxuriosa vita grauitur peccant in corpus proprium, aut etiam mentis inopia animę suę adferunt exitium? Quid ergo his ille magnus excogitauit medicus? multiplicia opem ferentia medicamenta, à perturbationibus animi liberationem, per pœnitentiam salutarem operationē. Mitto dicere fructum charitatis & hospitalitatis: quo effecit, vt omnes onerati pinguefcerent, suauiore suorum verborum, pro musicis canticis, in omnibus operibus, ad quæ hæc vita cogit homines, diuinum canticum iubens canere. Sed forte hæc solùm faciebat in sua ecclesia & ciuitate & finitima regione: earum autem, quæ procū erant remota, nullam gerebat curam, satis habens dare salutem propinquorum multitudini. Mente mihi persequere totius Thraciæ, Asiæ, Ponti, Phœnicię, Celtaurum latitudinem, & Scythas Nomadas, qui sunt vltra Danubium. Quis locus fuit absconditus à radio eius verborum? Reuera nullus. Sol quidem à magno Dauide laudatur, & in admiratione habetur, propter magnitudinem, illuminationem, egressum, occursum: quod nõ sit absconditus locus aliquis ab illius calore & splendore. Bona autē eius eximia, sunt solari radio operatione longè præstantiora, nempe quantum præstant ijs, quę aliter illustrantur, ea quę ratione illuminantur. Præterea hoc dicam:

Psal. 18.

Act. 20.

1. Cor. 4.

Luc. 10.

1. Cor. 9.

Coniugia

cur fugerit.

Nota, suade

bat vigilare

noctū &amp; in

terdiū in

precibus &amp;

supplicati

onibus.

Gen. 3.

Iob 1. &amp; 2.

Denfa caligo Marcionis exhalationum tegebat Orientem. Cùm eam autē, Dei gratia, suorum verborum splendore sol noster dissipasset, extendit album diem orthodoxæ fidei. Quid opus est vt ea dicam, quæ sunt procū remota? Scrutatur quantum frumenti redderet Episcopatus ad victum sustentandum, & ijs, quę redundabant ad sumptus, supplet defectum nosocomiorum. Se autem volens posteris præbere exemplar, sua mercede, sicut Paulus, contendeat viuere. Sed tamen necesse est eum alijs, quę sunt ecclesię: idque est consentaneum. Dignus est enim operarius sua mercede. Quis verò pascit ouem, & non lacte eius nutritur? aut quis, qui plantauit vineam, fructus eius non est particeps? Ille autem cum nemine comedeat, & inuitatus recusabat. Quanam de causa? Quod primùm quidem vinum bibere renuebat, prætexens calorem capitis. Nonnunquam enim viebatur solùm æstate eo, quod dicitur Diarodon. Secundum autem, quod ex quadam imbecillitate eum malè habebat stomachus, & nequaquam suo fungebatur munere: aded vt sepe cùm cibum sumeret, propter stomachi fastidiū, minimè omninò aleretur. Non ea autem solùm, sed hæc quoque efficiēbat, vt cibi omninò obliuisceretur. Quanam ea sunt? studium doctrinę, in spiritu contemplatio, verbi curatio, scripturarum cognitio, cura viduarum, aliorum, quibus sacerdotum corona contexitur, meditatio perpetua & sollicitudo. Erant tunc quædam viduæ carnis amantes, quibus assidue suadens, studet vt alterum eligant è duobus: vt vel vitam agant, quam decet viduas: vel se ad secunda conferant matrimonia, vel lex diuina maneat illęsa & inuiolata.

Ijs qui erant ex populo, suadebat noctū & interdiū vigilare in precibus & supplicationibus: foeminis, quibus non licet foras progredi, domi precari. Diuites apostolicè admonebat, nè nimis altos spiritus conciperent: neque in incertis instabilibusque & diffluentibus diuitijs omninò spem haberent. Sed hæc quidem pauca ex multis volubiler recensuit oratio. Hinc autem aliud quoddam existit, in quo sumus, principium. Eum quidem qui manu & imagine Dei primùm fuerat honoratus, nõ ferens aduersarius videre ita frui nullo labore partis delicijs & victu, effecit vt à Deo, paradiso & honore expelleretur, serpente, & cibo, & muliere & dolo, ignominiosam vitam & mortem ei machinatus. Ille etiam aduersus Deum se impudenter gerit, Iob postulans. Idem nõ ampliùs sustinēs videre Ecclesiam, quę erat speciosa instar paradisi, & suorum fructuum, nempe filiorum, resplendebat pulchritudine: & agricolam, qui & præcepti & imaginis conferuabat dignitatē, rebellibus quæ sub ipso sunt potestatibus eum curat comprehendendum machinis & insidijs, suscitans bellum aduersus bonum agricolā & pastorem. Quomodo autem, narrabo, ab alto repetens: Quidam nomine Serapion, qui erat diaconus sub hoc egregio pastore, inuidia diaboli & mulieris impulsu, (inducit autem eam quoque oratio) cùm esset callidus & malitiosus, pastori verò familiaris, mouerit omnem, vt dicitur, lapidem, vt odium & offensionem excitet aduersus diuinum Pontificem. Et primùm quidem hoc facit, cum Seueriano Episcopo colloquens, aut aliquid eorum dicens, quæ dicuntur quotidie, fretus ea, quę apud Pontificem ei erat, fiducia & loquendi libertate, sedens cum eo diserebat. Vt autem solet in his accidere, quodā die non

non ferens dedecus Seuerianus, suam attendens dignitatem & gradum diaconi, dicitur aliquando tale quid dixisse: Si Serapion mortuus fuerit Christianus, Christus non fuit homo. Hoc cùm audiuisset vaser ille & planè factus ad malitiam, cùm dictum diuisisset, apud sanctum accusat Seuerianum, vt eius & Christi inimicum, vt qui dixisset, Christus non fuit homo, è sua caterua huius dicti testes producat.

Quid ergo oportebat facere zelotem illum Eliam, ò per ipsam iustitiā? (Detur enim, sic inter laudes dicere) dimittere id, quod sibi fuerat renunciatum? non credere ea, quę dicta fuerant à testibus? procū amandare eos, qui loquuntur pro Christo? Et quis non agrè tulisset, & reprehendisset Pontificem, cùm callidus horū artifex, etiam si tunc ignoraretur malitia, propterea quod adus esset peruersus, esset clamaturus aduersus iudicē & pastorē? Sed sicut audio, iudico, inquit Christus, cùm adhuc esset in hac vita & carne. Cuius discipulus, iustam sic ferens sententiam, è ciuitate expellit Seuerianum, vt qui blasphemauisset. Quem cùm, quæ tunc imperabat, (erat autem Eudoxia) hæc audiuisset esse passum, tollens filium Theodosium planè adhuc infantem, eum ponit ante sancti pedes, & plurimis adacto sacramentis persuadet Pontifici, vt cum Seueriano inerat amicitiam. Seuerianus verò amicitiam quidem simulat: belluam autem inimicitiarum agni pelle contegit, & aduersus pastorem facta conspiratione, non leues apud populum dispergit calumnias, de omnium amore in Pontificem moliens plurimum detrahere. Ille autem calumnias quidem, quæ in eum struebatur, parùm aut nihil omninò curabat: fama verò suæ in dicendo gloriæ & alterius utilitatis, efficiebat, vt totæ ciuitates & insulæ confluere & conuenirent. Nam nec Romæ quidem magnus Episcopus Innocentius, erat bonorum eius ignarus: sed eum in magna habebat existimatione, ad eum scribens & literas vicissim accipiens. Volo paululū immorari in iucunda narratione, quomodo Paulus, qui est & mysta & eruditor arcanorum mysteriorum, Pontificem initiarit in mysterijs.

Cùm diuinas eius epistolas earum interpret & expositor percurreret, erat, vt est verisimile, dubia & suspensa cogitatione, dicens: Quis scit, an Deo grata mea sit interpretatio? Hęc cogitans, rogabat vt de ea re à Deo fieret certior, quod etiam citò hoc modo factum est. Quidam ex ijs, qui Imperatori erant familiarissimi, offendit Imperatorē: qui mortem minatur, & mittitur, qui apud diuinum Pontificem intercederet, vt noctū ad eum veniret propter metum Imperatoris, & sua ei exponeret. Quibus assentiēs sanctus, per Proclum iubet vt veniat. Nox aderat, & simul etiam aderat is, qui erat supplex. Vt eum admoneat, dat operā Proclus. Deindè primùm adspicit per quoddā foramen, & videt Pontificem, vt consueuerat, in sede sedentem & scribentem. Ea autem erat interpretatio diuinarum epistolarum. Tunc autem, tunc illo terribili dignus habetur spectaculo. Videt enim Proclus diuinum apostolum Paulum inclinatum post sedem ad caput Pontificis, & os admonentem auri eius dexteræ, & cum eo colloquētem. Proclum incessit stupor & admiratio, quanam ingressus esset qui cernebatur. Ignorabat enim quis esset, & rogat hominem, vt parùm expectet. Rursus paulopost adspicit & semel & bis, & erat idem spectaculum. Reprehenditur Proclus ab illo oprimate, qui dixit: Non oportebat te, cùm videres mortem quæ mihi expectatur, alium ad sanctum adducere. Ille autem ei affirmat, se de eo nihil cogitasse. His adhuc dubitantibus, Præco ad matutina cantica excitat ligni pulsibus. Homo itaq; reuertitur, in secundam noctem spem rejiciens. Accessit secunda nox & tertia, & erat rursus simile spectaculum. His obstupescit, vix tandem sensit Proclus, nemine vidente à Deo missum esse eum, qui loquebatur. Dicitque illi optimati: ò optime, Deo resistente studijs omnibus, labor est inutilis. Roga ergo Deum, vt tibi opem ferat.

Dies aderat, & cùm supplicis recordatus esset Pontifex, rogauit an accessisset. De eo ergo ei significat Proclus, qui hæc etiam dixit: Cùm tu præteritis noctibus seorsum esses cum alio, statui non temerè accedere. Cùm sanctus autem rogasset, qui nam is esset, incipiens Proclus, verbis quidem totum persequitur miraculum, digito autem per imaginem euidentissimè probans eum fuisse Apostolum, totam narrat seriem miraculorum. Quibus cùm adhibuisset mentem hic vir diuinus, apertè intellexit spectaculum: & factus certior se suam accepisse petitionem, Deo egit gratias. Deindè sic rursus accersit supplicem, & eum conuenit, & pro eo intercedit apud Imperatorem, & priori restituit magistratui, impletq; promptius & alacrius, quæ restabant ex diuinis epistolis. Hæc sunt partes

partes meę narrationis. Tu autem, dic mihi tuam loxiam, vatem aurei tui tripodis, qui me persequeris: & vocem ex lauriuoro gutture tuę Phœbadis, respōsa, nugas ex quercubus, Orphei mysteria, illos Tiresias, illos qui sunt illotis pedibus, tuos veros prophetas. Mirro enim dicere Phœbi tui magnificentiam, qui honore tuam afficit stultitiam, & tibi præbet præsciētiam per vaticinationem: vaticinationem, quam nemo potest reprehendere: quæ fit ex talis & hordeo & thure: & præterea per lateres & lucernas & folia & cubos. Vereor dicere, quę per insecta fiunt, & pelles, & reliqua membra, ex diuersis animalibus, per viasq; & mortuos, mysticas præscientias. Quorum omnium quod est reuera præclarissimum, est incredulitas & contumelia id quod creditur. Sed illi quidem nugentur: nobis autem ad rectum deducatur oratio, deducatur nostra quoque vita vniuersa melius illius intercessionibus.

In auaritia dum inuehitur, multos offendit.

Post hæc cognoscitur ab accusatoribus, quæ per Pontificem data est salus ei, qui confugerat, & regressus ad priorem dignitatem: eosque incendentes flammæ inuidie, faciunt rabie agitari & furore aduersus eum qui dedit salutem: huius furoris præcipuum accipientes ministrum diaconum, quem prius diximus, Serapionem. Quæ cognoscit quidem bonus pastor, ea verò nihil curat. Cùm autem videret multos seruire auaritiæ, ipsam autem præ cæteris Imperatricem, in eos producit in aciem gratiam suorum sermonum: nullius quidem personam publicè nominans, communiter autem procurans salutem omnibus. Quod quidem eos, qui illo vitio laborabant, faciebat medico succensere & efferari. Iam autem venit ad caput oratio. Theodoricus ille, qui tunc erat Patricius, cùm esset ditissimus, ab Imperatrice appetitur insidijs. Quid ergo facit vir ille? Confugit ad communem portum: & seruat quidem ab ijs, quæ ei parabantur, insidijs. Seruatur autem meliori quoque & permanente salute modo alio. Disperfit, dedit omnia pauperibus. Quomodo? Magistri consilij & suasionibus. Quæ ex re quid lucratur? Thesaurum cælestem, cùm esset ei persuasum, Cornelij elemosynę eius quoque esse exequandam elemosynam. Hæc cùm rescuisset Imperatrix, non potuit amplius contineri. Impudentiam autem & aliam temeritatem suam absque vilo rubore sancto indicat: eum bona Patricij lucratum esse nugabatur & obijciat. Eius enim, qui erat mundus, propter benignitatem admonitio, erat inquinatæ sordida existimatio. Augetur ergo (quid enim opus est in singulis immorari?) in sanctum inuidia: ex ea autem odium: ex eo maledicta: ex maledictis verò calumnię, ex calumnijs concilia. Transmutant, quod viderentur, non quod essent, sermones in nugas prolatas aduersus Imperatores. Fiunt hæc rursus alioqui validiora sermone habito aduersus Eutropium. Dicatur autem modus, ut sit multorum doctrina & vtilitas.

A.G. 10.

Eutropius suo ense iugulatur.

Hic Eutropius cùm peruersis esset moribus & inclemens, ad malefaciendum autem malitiosus, talem laqueum (ò nouum inuentum) fabricatur inhumanitatis. Persuadet Imperatori (apud Imperatorem enim multum poterat) ut legem ferret, ne cui liceret confugere ad diuinam & sacram mensam. Non multum autem intercessit temporis, & suis laqueis (ò iustam poenam & celeritatem) capitur qui fabricatur. Cadit enim, & ad eam, quam alijs studuit prohibere, confugit ecclesiam. Propter hæc iusta reprehensione ea, quę fecerat Eutropius, suo sermone sapiens persequitur medicus. & hoc fuit accusatoribus alia iniustitiæ occasio & insurrectio, ut qui eum non solum illius non misereri, sed illum etiam reprehensionibus flagellare dicerent. Et huius quidem insurrectionis dux erat & princeps Theophilus Alexandrinus. Ei autem, qui accusabatur, nulla horum erat cura, sed solum cultus omnipotentis. Cùm eius autem solius curam gereret perpetuam, cognouisset eos, qui morbo laborabant Arrij, in cœtus congregari, primum quidem precibus, deinde studijs omnibus expellit e ciuitate. Sed non multum processerat temporis, & rursus deducti Arriani à quibusdam ex senatu, liberè versantur in ciuitate. Et tacenda quidem sunt grauiora mala, quæ hinc sunt confecta. Quinetiam quæ per ea, quę dicuntur Antiphona, Arrianis acciderunt & Orthodoxis, his quidem claris hymnis celebrantibus hominibus, deiectis autem & superatis Arrianis, cùm vtrique ex contentione venissent in periculum, prætermittens oratio, dicat modum primæ ab initio traditionis antiphonarum. Hic est autem:

Nota quando vsus Antiphonarum coepit in Ecclesia.

Ignatius, qui fuit tertius Antiochenus Episcopus, post magnum & summum Apostolorum ornamentum Petrum, qui etiam versatus est cum ipsis Christi discipulis, dicitur esse dignatus diuina angelorum visione, per antiphona laudantium sanctam & eiusdem essen-

essentię Trinitatem. Ex quo Antiochię, & illinc omnibus ecclesijs, antiphonarum, quæ etiam cruce argenteę in antiphonis figuratur, data est traditio. Sed hoc quidem sic enunciat oratio. Quoniam autem occurrit illud argumentum historię, de Gallo, inquam, Gaius Arriano, eam quoque lubens prætermittet oratio, studio suos, vel potius eos, qui ignorant, remittens ad à Deo datam historiã ecclesiasticam, quæ hoc multis suppeditabit, quomodo sancti labore & dicendi libertate os ei obstruitur: & tunc pacem agit vir ille barbarus. Hinc sequuntur aduersus Ephesiorum Episcopum libelli Antonini, & Pontificis Ephesum migratio, & iusta multorum depositio, qui deprehensi sunt auro esse adepti Episcopatus. Deinde Paulacij à quadam vidua apud Imperatricem accusatio. Largiamur verò non nihil narrationi. Continebat autem accusatio, quod debitor esset circiter quingentorum aureorum. Eum ducit Imperatrix, nec prius eum remisit, quam ab eo exegisset quantitatem centum librarum auri: reddidit autem accusatrici solum 36. aureos nummos. Quid ergo facit quæ accusabat mulier? Confugit ad communem defensore. Ille autem producendum curauit eum, qui accusabatur: & ab eo exigebat id, quod reliquum erat debiti. Hoc quoque rescuit Imperatrix, quæ significauit Pontifici, ut eum dimitteret, cùm ipsa ab illo exegisset pecuniam. De hac re inter vtrunque vehemens exoritur contentio: & postremo res eò deducitur, ut per impudentiam procedatur aduersus sanctum. Mittit enim duos centuriones cum suis cohortibus, ut eum, qui accusabatur, à sancti manibus abstraherent. Hæc auara mens Imperatricis. Quid autem, qui glorificat eos, qui ipsum glorificant, nihili autem pendit eos, qui ipsum contemunt, Deus? Angelum eis mittit terribilem in romphæa. Quem cùm illa vidisset multitudinem horribiliter stantem in vestibulis & eis occurrentem minaciter, timet quidem & metu afficitur: reuertitur autem cum tremore & magna admiratione.

1. Reg. 2. Temeritas angelica visione committitur.

Et cùm hæc similiter rescuisset Imperatrix, metu quidem afficitur: seruat autem inimicitias, & armatur ad vindictam. Anima enim semel victa pecunijs, & vehementia oppressa auaritiæ, non potest coerceri freno mentis temperantis. Diligenter ergo quarit Imperatrix, quasnam insidias inuenerit aduersus Pontificem: aliquando quidem minantis, aliquando verò blandientis personam suscipiens. Ille autem manet inuictus, firmusque & immobilis, ab vno solo pendens, nempe à communi omnium salute. Non possum autem satis admirari, cogitans hunc magnum & diuinum Dei seruum, os vere aureum, præconem diuinę benignitatis, quod propter omnium salutem adeo erat sollicitus & adeo incendentibus, & omnia prouidens, quæ mens Deum dignata videre, potest inuenire ad salutem, non desituebat ille eos, qui erant eiusdem generis, adeo ut quod est maxime admirabile, vel inuiti multi per ipsum salutem sint assecuti. Sed cùm hæc ita haberent, & ecclesia diuinę fidei illustraretur splendoribus, & illuminatione pietatis vita fidelium resfulgeret, non tulit hominum inimicus: sed sicut à me dictum est superius, conuocat rebelles quæ sunt sub eo potestates, & omnia confundit & peruertit, susque deque permiscens, & multos cogens & compellens, ut suam terrenam reducerent malitiam.

Multi necesse arnuunt sancto viro.

Et primum quidem instrumentis, quomodo olim serpente, malitiæ vsus Theophilo & Severiano, Acacio & Antiocho, & presbyteris quibusdam & diaconis, & præterea è senatu sceminis, quæ sunt antiqua eius arma, locupletissimis viduis & sceleratissimis, parauit mortem sancto. Dicat aliquis Acacij Berrhoeę Episcopi temerarium & incongruatum sermonem, qui ad tanta peruenit amentiam, ut diceret: Sine, ego ei parabolam, de sancto id dicens scelestissimus. Deinde mittit etiam aliquos Antiochiam. Quid facturos? ut scrutarentur sancti delicta à iuuentute. Quid dicis, in ciuitatem cælestis illius ciuis, quę verborum & morum illius fragrantia bonum emisit odorem vsq; ad cælestem & supernam ciuitatem Hierusalem, quam intuentes etiam meretrices sanctificauerunt? Sed defecerunt scrutantes scrutationes, & euauerunt in cogitationibus suis, ut dicamus cum Psalmista: Conuersus est enim labor eorum in caput eorum, ut procedens dicit oratio, & iniustitia eorum descendit in verticem eorum, hæc callidè machinante & procurate Theophilo. Quales autem & quam sophisticæ huius Dei hostis malitię, vanæ & inanes nugę fuerint aduersus Dominum & aduersus Christum eius, superuacaneum est dicere. Quomodo autem se gesserit in fideles & sanctos monachos & in ipsum Pontificem, studiosis significabit lectio. Nec id solum, sed ea etiã, quę fecit cùm

Psal. 63. Rom. 1. Psal. 7.

esset Alexandria, iam sunt pretereunda: quæ quidem publicabuntur in eo, quod illic futurum est, iudicio. Nos autem procedamus ad nostra.

Cognoscit ergo Imperator à quibusdam monachis, quæ ab accusatoribus facta sunt & Theophilo. Is autem magna celeritate & vi iubet adduci Theophilum. Scribit verò ad Pontificem Romanum Innocentium pulchrè & sapienter, cum alia, tum vt citò Roma proficiscerentur, qui de Theophilo cognosceret. Preterea autem ad suum quoque fratrem & Imperatorem Honorium, vt efficeret, vt Papa exqueretur ea, quæ ad ipsum scripta fuerant. Qui cum ea accepissent, se parant quidem ad ea implenda. Cum autem dubitassent, nè si citò mitterentur, tempus tererent Constantinopoli, & alioqui operientes, dum reliqui quoque congregarentur, expectant secundas literas. Quid ergo videri ille & astutus Dei hostis? Hæc cum rescivisset, insurgit sceleratius aduersus pastorum principem, & illum gregem, qui Imperatori nefaria eius facta exposuerant: & cum in eos confinxisset errores Origenis, magnum Epiphanius Cypri Episcopum ad se atrahit, & cum eo inicit amicitiam, vt congregata synodo, scripta reprehenderet Origenis. His inducitur Epiphanius, & fert opem Theophilo. Cuius vniuersus studij scopus non aliud spectabat, quam aduersus sanctum, & eos, qui dicti sunt, monachos. Post hæc quid? Persuadet Epiphano, vt scribat ad Iohannem, vt abstinere à scriptis Origenis, & cum eis minimè sentiat. Ille autè verè magnus Chrysostomus cum hæc accepisset, sententiæ suæ fretus puritate, non curabat eos, qui insultabant: sed de communi salute solum erat perpetuò sollicitus. Sed hæc quidem rebus consequenter persequens, declarabit oratio.

Inter hæc autem celebrata illius viduæ vineæ accessit narratio, ad quam peruenimus. Theognostus pius ille & fidelis, erat ipse quoque vnus ex ijs, qui erant familiares Imperatori Archadio: Inuidia autem diaboli & Gaij, qui morbo laborabat Arrij, apud Imperatorem accusatur Theognostus, & iniusta bonorum publicatione cum relegatione damnatur simul cum vxore & liberis, & vt paucis absoluam, priusquam peruenisset ad locum, in quem erat relegatus, in itinere via vitæ peracta, migravit ad Deum. Huius vxor reuersa, accedit ad virum diuinum, & de se omnia docuit. Hic autem misericors & Christi imitator, corde dolorem accipit ob ea quæ acciderant, & ob foemine viduitatem: & pulchrè quidem consolatur, & quæ par erat ei suadet: rursus verò considerat, quemadmodum viduæ sua restituantur. Cum is autem de eo esset sollicitus, aliud malum excitauit malignus aduersus mulierem viduam. Erat enim tempus vindemiæ, propter quam Imperatrix egressa erat ex vrbe: & nescio quomodo prius ingressa fuit in vineam viduæ, & sua manu exitum botrum comedit. Deinde docetur, vineam esse alterius. Inducunt legis, quod est in rebus eiusmodi, auxilium, quæ vineam Imperatrici adiudicat, si quid tale contigerit, & domino aliquod precium vel aliquid iubet reddi: & iussu Imperatricis refertur vinea in numerum suorum suburbanorum. Hoc autem non temerè & simpliciter iubeat, sed hæc duo meditata: Vnum quidem, propter quod irascere viduæ, vt eam magis affligeret: Alterum autem, & cuius maiore studio tenebatur, vt acciperet occasionem vexandi Pontificis, cogitante illa, fore vt resisteret, & in legem incideret, & offenderet imperium.

Sed illa quidem ita se habebat: Pontifex autem quomodo? Suadebat, supplicabat, vt decebat eius philosophiam. Quid illa contrà? Ea dabat responsa, quæ erant plena impudentia, Romanæ legis auxilium, & quæuis alia, quam ex aduerso obiebat, vana phantasia suæ arrogantia. Rursus ergo temperat medicus medicamenta salutis. Quod autem laborabat, curari non poterat. Alia est præterea species curationis, soluens causas, per quas videbatur id, quod malè erat affectum, laborare grauius: soluens iniustos prætextus: nempe quòd hæc lex quidem lata esset ab Imperatoribus, sed qui forte erant à fide alieni. Tu autem es, aiebat, lex, & tibi obrigit, vt imperares, & est tibi conscientia quæ cogit, & quæ rem optimè nouit & intelligit. Nè permittas, vt multi coacti te nouam vocent Iezabel, & quæ de Nabuthe scripta sunt in veteri testamento. Hæc sapientis medici, quæ perpetuò adhibebat, medicamenta, malè affectam foeminam magis inflammabant, adeò vt nec medicum quidem admitteret, immò verò repelleret, & quam nefariè conceptam celabat bilem, apertè in lucem proderet. Sic quidem repellitur medicus. Quid verò, quæ deinceps consequuntur? Aderat dies festus & celebris Crucis in altum elationis, & iusserat Pontifex, vt portæ ecclesiæ clauderentur

Machinati  
ones Theo-  
phili.

Theognosti  
exilium.

Mort.

3. Reg. 21.

Dies festus  
& celebris

derentur soli Imperatrici. Ecce ergò primus ingreditur Imperator, & fidelissimi populi vniuersa multitudo cum ipso & circa ipsum. Cum autem incepisset sanctus de more concionari, vis sanctissimi, quæ eum illuminarat, spiritus reddidit elegantiorem verborum pulchritudinem cum eo, qui loquebatur. Et quid opus est dicere, ad quantam admirationem veniens multitudo, applausit exultationibus sacre dilectionis? Cum hæc autem fierent intra templum, ecce etiam Imperatrix cum reliquo, qui eam stipabat, comitatu: & alijs quidem omnibus ingressum seruabant liberum, ipsam verò prohibebant. Ira adhuc inconsideratam possidebat Imperatricem. Mitto dicere, quantum in diuinum Pontificem, idem est autem dicere, in Deum, contumelijs inuicta est & infremuit. Deinde cogitat quidam ex ijs, qui cum ipsa erant, & tentat portam gladio percutere: eius autem manus statim arefcit. Timet ergò Imperatrix, & statim reuertitur. Ille autem, cuius manus exaruerat, accedit ad sanctum, poenitentia ductus, & supplicans statim curatur, & Deus per suum seruum magnificatur & glorificatur.

Est ne aliquid his iustius aut benignius, & promptius ad conuertendam animam, cuiuslibet abundè suppetit? Sed nihil iuuat eam, quæ improba voluntate sequi deteriora miserè statuerat. Vide autem hic mihi Imperatoris insignem virtutis abundantiam. Nam cum res eius rescivisset, tam ijs, quæ illa exposuerat Imperatori, quam ijs, quæ alios fecerat renunciare, omnia despicit, & nullam eius ducit rationem, amori in Pontificem & reuerentiæ iustæ nihil præponens, maximè cum illius morum acerbiterem sciret & importunitate. Atque illa quidem magnopere contendeat bonum illum Pastorem expellere: promptum autem & alacre animi studium eorum, qui prohibebant, diuinorum verò canonum accurata regula, & ciuitas, quæ ab eo illuminabatur, & greges monachorum, omnia resistebant tyrannidi Imperatricis. Quæ cum tam multa essent, suam tamen expleuit cupiditatem, aut, vt veriùs dicam, eadem fecit Imperatrix. Atque magnus quidem Paulus vas electionis dicit: Qui volunt pie viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Quinetiam ante eum magnus ille David affirmat, esse multas iustorum afflictiones: omnis quoque diuinitus inspirata scriptura multis in locis his concinit. Quanam autem sit ratio, cur iustis multæ inferantur hic molestiæ & difficultates, (honestum enim est hic parum philosophari propter multorum utilitatem) audiamus tonitru Gregorij Theologi. Quid verò is dicit? Si enim iugum suaue & onus Christi est leue, at hoc est propter spem & remunerationem, significantem verbo, quòd quæ sunt summa in vita præsentis molestiæ, si spectetur spes, quæ illic est & remuneratio, sunt similes rebus lætis & secundis. Quinetiam quòd hæc tormenta corporis sunt tuis seruis lætitiæ, audiui sapientissimum ad Deum dicentem. Quamobrem cum iustum, qui nunc habetur in admiratione, audieris tradi manibus iniquorum, nè perturberis, cum enim nihil tangit: sed agrè feras voluntatè eorum, qui ipsum tradunt. Sed eò redeat, vnde digressa est, oratio.

Non multum interim effluxit tēporis, & venit Cypri Episcopus Epiphanius. Quem cum rursus attraxisset Theophilus, tum quòd esset callido & vasto ingenio, tum quòd esset moribus præditus aptis ad alliciendum: persuasit, vt & ea faceret, quæ sanctum molestia afficiebant, & ipsum reddebant Epiphanius canonum contemptorem. Quanam autem ea sunt? Quæ prope ciuitatem factæ sunt congregationes, ordinationes, Origenis dogmatū damnationes, cum pars vna solum adesset: & vniuersa denique ab eo vsurpata authoritas & temeritas. Qualem autem contra hæc se gessit Pontifex? nam ea quoque scire est operæ precium. Patientem, fratrum amantem, canonicè accuratè sequentem, & in cæteris ita se gerentem, vt & prudentia & voluntate se homine esse superiorem apertè indicaret. Quibus motus Epiphanius, aliquantulum quidem cessit & deslexit: magna autem affecit molestia eos, qui ipsum impellebant. Ipsi verò quam potuerunt citissimè ad Imperatricem hæc retulerunt. Ipsa autem Epiphanius celerrimè trahit ad suas partes, ea docens & suggerens, quæ eius iniquam explebant libidinem, & quæ sanctum deponebant, adijciens etiam arcanum, (ò hominum audaciam, ò diuinam lenitatem) hæreticum esse Dei seruum & famulum. Quid autem contrà sapiens dixit Epiphanius, audiamus: Si est tibi quidem, inquit, ò Imperatrix, ratio cur hæresim suspicaris, adsit, & causam suam agat Iohannes in poenitentia. Sin autem hæc verba profers causa contumeliæ, tibi minimè assentitur Epiphanius.

exaltatio  
his S. Cru-  
cis.

Pœna fa-  
cilegi.

Mirac. 11.

2. Tim. 3.

Psalm. 33.

Matth. 16.

Vide quomodo  
tius Ecclesiæ  
asticorum  
Canonum  
honorabilè  
faciat men-  
tionem.



Execrabilis  
vox Eudo-  
xia.

phanus. Tunc commota illa hostis, erupit in hanc execrandam vocem : Si ô Epipha-  
ni, sis impedimento, quô minus Iohannes mittatur in exiliû, eccè aperiâ templâ ido-  
lorum, & contendam vt ea adorentur. Non ampliùs ergò ferens Epiphanius aures su-  
as pollui cœno inimicæ fœminæ, totus perfusus fuit lachrymis, & se eorum esse inno-  
centem pronuncians, fugam omninò arripuit.

Archadius  
Imperator  
incitatur in  
sanctum  
Episcopu.

Hæc autem nescio quomodò aliter iactabantur externorum sermonibus. Quomo-  
dò? Quòd vocatus Epiphanius sua decreuit sententia Iohannem esse deponendum.  
Hæc cum audiuisset Iohannes, ad eum scribit : Sapiens Epiphani, & tu meo consensisti  
exilio? Deceterò non videberis ampliùs sedens in tua sede. Ille autem ad hæc rescri-  
bit : Athleta Iohannes, feri & vince. ad locum autem, ad quem mitteris in exilium, mi-  
nimè peruenies. Sic scripserunt, & sic factum est. Nam inter nauigandum mortuus est  
Epiphanius, & Iohannes cum nondum peruenisset ad locum in secundo exilio, vt iam  
deklarabimus, migravit ex hac vita. Cum autem postquam enauigasset, resciaisset Iohannes,  
quemadmodum propulsasset Imperatricem, profert communiter vituperati-  
onem aduersus omnem malam fœminam. Quam tanquam dictam ænigmaticè ad-  
uersus Imperatricem, arripuit examen accusatorum. Id itaque per eam deferunt ad  
Imperatorem. Cui cum nescio quas, nec quam multas adhibuisset ad eum inclinân-  
dum rationes, incitat vt bellum suscipiat aduersus Iohannem, & vt coacta synodo  
damnaretur exilio. Neque tamen sine Theophilo constitutum fuit hoc certamen: sed  
quam primùm ad eum missis literis curat, vt veniat cum Episcopis Indicis & Aegyptijs,  
& ijs, qui tunc propter iustas causas meritò depositi fuerant à Pontifice: & vt semel  
dicam, confluunt omnes Chalcedonem: in qua priùs parati, veniunt omnes in urbem  
regiam. Cum autem tardarent, qui erant Roma venturi, Imperator Archadius nullo  
modo volens adspicere Theophilum, dubitabat, & varijs distrahebatur cogitationibus,  
ignorans quòd Romanus Episcopus secundas, vt à me priùs dictum est, expectabat licen-  
tas. Quid ergò Eudoxia? Clâm accersit Theophilû, & eos, qui cum ipso erant, & eos  
amplius ac magnificis prosequitur muneribus, polliceturque se persuasuram Imperato-  
ri, vt eis pareat.

3. Reg. 18.

Hæc cum cognouisset noster Elias & magna tuba Ecclesiæ Chrysoſtomus, vsus tu-  
ba orationis, & non timens aciem, quam in eum direxerant aduersarij, tanquam alius  
Mosès aut Phinees aut Iesus, aut ille terribilis & diuinæ armatus princeps militiæ, stri-  
cta rhomphæa terret aduersariorum audaciam, in concione dicens: Congregate ad  
me sacerdotes dedecoris, comedentes mensam Iezabel, vt dicam eis: Quousquè clau-  
dicatis ambabus vestris tibijs? Si Baal est Deus, ambulate post ipsum. Si autè ipsa men-  
sa Iezabel est Deus, comedentes euomite. Præterea apertè publicans inuictam Theo-  
phili malitiam, & tenebrosarum eius machinationum impudentiam, proponit omnia  
cognoscenda ab omnibus. Cum hæc regiè & genere dixisset leo pietatis, vulpes im-  
probritatis verba fraudulenter diuidunt: & cum iisdem verbis Imperatori dedissent ex-  
emplum, coegerunt eum irasci, & effecerunt vt Imperatoris indignatio in Theophi-  
lum, conuerteretur in Pontificem. Qui etiam iussi sunt in eum facere concilium, &  
cum tempus accepissent libertatis, & ad luctam se fortiter instruxissent, ac munissent  
consilij, Imperatricis donis, verbis, promissis, minis, & omnibus modis omnes con-  
gregant: & alios quidem, qui resistebant plano & improborum architecto consiliorû,  
mittebant in exilium: alios autem vanis promissis miserè redactos in seruitutem, ad eò  
armabant aduersus Pontificem, vt eum vel sacrificaturi essent & perdituri. Hinc ma-  
gnum existit certamen Eudoxiæ & Theophilo, dum mensis, auro, blanditijs & modis  
omnibus suos socios ad bellum instruunt. Deindè quid? Adornantur & contumuntur  
libelli, & mittuntur ad Imperatorem, qui continent omnes vanitates & insanias fal-  
sas. Postremum verò erat, quòd post communionem hic Iohannes faceret omnes gi-  
stare aquam aut pastillum propter sputum, & ante omnes ipse. Deceterò autem non  
ampliùs procedunt per ea, quæ ipsi in eum intendebant, crimina, nempe quòd seclat-  
tur errores Origenis, sed per contumelias & maledicta.

Plano, id  
est, impos-  
stori.

Calumnijs  
appetit  
vir Dci.

Cum hæc sic nescio quo modo struerentur, (neque enim fieri potest, vt structas ei  
insidias singulatim persequamur, quæ ad vnum finem spectabant, nempe ad eandem  
Principis pastorem & mortem) accedit ad Pastorem id, quod è grege non fuerat corre-  
ptum à feris illis immanibus, nempe quadragintaduò Episcopi numero: qui pasto-  
rem

rem circundantes admirabantur repentinam & diuersam mutationem, nempe quòd  
Theophilus, qui erat inter reos relatus, repente sit cõstitutus iudex aduersus sanctum  
& iustum Chrysoſtomum. Quid ergò pastor ille bonus, magni principis pastor, nem-  
pe Iesu, imitator? Sed cum ad hunc locum peruenit oratio, memini sacrorum dierum:  
Dominum venientem ad passionem, discipulos qui tunc erant, nouum testamentum,  
inter se inuicem charitatem, & omnia, quæ illic mysticè facta sunt, edoctos singulatim  
apud me cogitavi: & cum, qui modò erat discipulus, similiter atque magistrû & Do-  
minum, eos qui sub se erant, initiantem mysterijs. Nam cum omnes dolore cruciaren-  
tur propter magistrum, dicit eis ille vir sapiens in diuinis & humanis: (ò quomodò fie-  
ri potest, vt sine lachrymis eorum memoriam tibi tradat oratio?) Orate, ô filij & amici  
& viscera, quæ mihi ex omnibus præcipuè estis vicissim dilecta, & Deo agite gratias. <sup>Consolat</sup>  
Nullus autem cernatur ex vobis se separasse ab Ecclesia. Ego enim iam libor, & instat <sup>tur suos vir</sup>  
tempus meæ resolutionis. Satanus non fert meas aduersus ipsum orationes. Sed nè <sup>pius.</sup>  
obliuiscamini sacræ meæ in vos dilectionis.

Cum hæc & his longè plura dixisset, (quid opus dicere & lachrymas & dolorem,  
quibus sunt repleti?) tandem omnes complexus, rogauit omnes, vt irent in cõcilium.  
malebat enim mortem subire gladio, hoc lucrum esse existimans, pro cõmuni omni-  
um securitate & salute. & rursus dicit: Vos omninò recordamini vitam præsentem ef-  
se viam, & transire quæ in ea sunt bona & molesta: nec hoc solùm, sed est etiam nun-  
dina, emimus itaque, vendimus, diuersamur. Num sumus nos meliores Patriarchis,  
Prophetis, aut Apostolis? Dicit ei quidam cum ciulatu: Sed dessemus nostram orbi-  
tarem, rerum confusione, statum Ecclesiæ, & alios honores, quibus affecti sumus,  
& ignominias quibus afficiemur. Sed nè vestras, inquit, relinquit ecclesiæ. Nò enim  
amè est principium: neque ad me vsque est finis. Non enim post Mosè surrexit Ie-  
sus? Non fuit Dauid successor Samuelis? Hieremiæ Baruch? Eliç Elifæus? Post Pau-  
lum autem quis? Non Timotheus, Titus, Apollo? Non alij innumerabiles? Sed si te-  
nemus, dicit quispiam, nostras ecclesiæ, omninò communicare necessè est & subscri-  
bere. Communicate, inquit, vt non perturbetur neque scindatur Ecclesia: sed nè sub-  
scribatis. Quonam modo hoc iubet? Quoniam, inquit, nullius mihi culpæ sum con-  
scijs, propter quam deponar. Cum his sacram illam turbam magnus inter Patriarchas  
constitisset Chrysoſtomus, iam concilium, quod extra urbem in Ruffini prædijs ina-  
nia in eum stauerat, accersit eum, responsum ijs quorum accusabatur. Quæ autè ei <sup>Vocatur ad</sup>  
significata sunt, erant huiusmodi: Sancta Synodus congregata, Iohâni: Libellos con-  
tra te accepimus, plenos malis innumerabilibus. Veni ergò eis responsum. His lectis, <sup>Respondet</sup>  
hæc scribit sanctus: Ecclesiæ, propter quam Deus verbum factum est, nè scindas, nec <sup>scripto.</sup>  
dissoluas, neque extra terminos iudices, repugnans trecentis & octodecim patribus,  
& nè Abel, vt Cain, dolosè in agrum aduoces: sed tu veni potiùs. Septuaginta enim <sup>Gen. 4.</sup>  
capita apertè continent, qui aduersus te scripti sunt libelli. Sumus autè nos ex diuer-  
sis & plures, Dei gratia. Et vt quæ postea sequebantur in pauca contraham, cum sapi-  
ens Pontifex præterea scripisset, & ostendisset nullam esse eorum, quæ ab ipsis fiebat,  
consequentiam, optimè & iustissimè eos repellebat præscriptione, optans vt in se fie-  
ret potiùs œcumenica synodus.

Hæc cum accepisset & didicisset concilium illud per lectionem, irruit tanquam le-  
ones: & ex ijs, qui missi fuerant, alium quidem ceciderunt, alium verò comprahende-  
runt, alium autem coniecerunt in vincula & ferreos compedes, quos illi bacchantes  
pastori parauerant. Quid ergò post hæc faciunt? Cum arancarum telis imbecilliori-  
bus scriptis eum damnassent, quem neque viderant, neque huius vocem audierant,  
deponunt Pontificem, & hæc referunt ad Imperatorem. Quid dicentes? Quòd cum  
non ausus esset accedere, quòd esset sibi conscius: cum autem leges deponant, hoc  
etiam sustinuit. Insuper ergò vestræ potentia, aiebant, vel inuitus relegetur, & det pœ-  
nas, quòd maledictis insectatus sit Imperatricem, eam dicens Iezabel, vel in eo morte  
ab occisoribus accelerata propter verbi asperitatem. Eis itaque credit Imperator tan-  
quam sacerdotibus, & absque vlla examinatione, missa manu militari, iubet sanctum <sup>tubetur ex-</sup>  
relegari. Hæc cognouit fidelis populi multitudo, fideique feruore & abundantia vieto <sup>ulari.</sup>  
& deiecto metu Imperatoris, vi resisterunt. Hoc autem cum animaduertisset vir diui-  
nus, & quæ ex eo oriebantur damna & pericula cõsiderasset, omnes later, & ad eandem  
(Sic

(Sic enim ego voce illorum concilium & impetum, existimo autem vos quoque) tanquam ouis sua sponte accedit. Eum vero cum comprehendissent, vsque ad Euxini Propontidem tunc trahunt.

Post hæc quid? Quidam ex ijs ducti poenitentia, dicebant fuisse Iohannem appetitum calumnijs & iniuria affectum. Nec hoc credebatur à multis: fidem autem res ipse magis fecerunt. Quomodo? Ex honore & emolumentis, quibus sunt affecti accusatores. Sed profanum os dedecoris, respondebat his nugis, dicens: Etiam si nihil aliud, at arrogantia & superbia Iohannis eum deposuit, suæ malitiæ improbus veterator scripturam applicans, nempe quod superbis resistit Dominus. Deinde scribit persecutor ad Romanum Pontificem Innocentium, quam in Pastorem fecerat iniquitate transforsans & varians. Sed Theophilus scribit quidem, condemnatur autem, cum Papa apertè res sancti cognosceret. Quorum varios ac multiplices conatus mirans Romanus Episcopus, ad Deum confugit, & petit vt illinc soluantur machinationes offensiuonum. Maxima itaque celeritate illinc accipit solutionem. Canina Theophili impudentia adhuc inquirebat aduersus innocentem. Hinc ad iram iritat fidelium multitudinem. Innumerabiles ex eo existunt seditiones & plagæ & diuersa pericula, & contremiscunt improbi. Vir impius celerrimè fugit Alexandriam, cum vix euasisset eos, qui quæsierant eum mari obruere. Sic pater scandalorum, malus malè ex regia amandatur cum ipfis accusatoribus, & ijs, qui erant eiusdem sententiæ. Hæc Romæ audiit etiam Imperator Honorius, & quod vt gratum facerent Eudoxiæ, Iohannem sunt calumniati. Dolo ergo affectus, (valde enim amabat Imperator, & cupiebat videre Pontificem) scribit ad fratrem Imperatorem, Archadium, cum eo expositulans & exprobrans, quod Theophilo, quem reum tenebat, locum dederit deponendi Iohannem, idque sine Romanis. Hæc cum cognouisset Imperator Archadius, magna ductus poenitentia, de Pontifice reuocando cogitabat: & ecce noctu venit terramotus, & cadit pars cubilis Imperatricis: fuitque hoc (nam quæ intercesserunt, lubenter pratermittito) causa reuocationis. Rursus ergo Pastor bonus (oportet enim paucis dicere) recipit gregem, cum Imperator longè splendidius quam prius ei processisset obuiam: & ille quidem prius contenderet, vt res suæ examinarentur: omnes verò planè violenta fidei motione eum adduxissent, in sede collocassent, & vt pacem ageret effecissent. Hæc suorum feruorum Deus, qui resistit superbis, & humilibus reddit gratiam.

1. Pet. 5.

Theophilus fugit.

Reuocatur vir sanctus.

1. Pet. 5.

Dan. 13.

Olympias predicatur.

Olympias fit diacônissa.

Moisa.

Hinc adest, quæ hospitalitate & temperantia (scientibus loquor) Sarram & Susannam exprimit Olympias. Paucis autem eam quoque declarat oratio, quæ voluptatem simul & adhortationem ad virtutè præbet ijs, qui laudant ea, quæ sunt honesta. Olympias erat, quæ temperantia, hospitalitate, & doctrina disciplinarum, non minus erat clara, quam splendore generis, opum & pulchritudinis, propter quæ antecellebat omnibus, quæ tunc erant. Hæc marito quidem fuit coniuncta legitimè, non est autem experta, vt quæ parùm cum eo vixerit. Eam Imperator Theodosius vi postea trahebat, vt nuberet cuidam suo cognato, non quidem dedignantem, sed contrà ea, quæ par erat, significantem. Dicebat enim: Si rex meus Christus voluisset me viuere cum marito, primum omninò non abstulisset. Et quid opus est orationem extendere, quæ contendit ad ea, quæ deinceps sequuntur, exponenda illius verba sapientia? Ei enim qui sapit, licet ex fimbria, vt est in proverbio, id quod est contextum, intelligere. Iussu ergo Imperatoris auferuntur ei facultates, gratia custodiæ. Illa autem ea re valde est lætata, & dictum protulit Imperatori, quod dignum est quod habeatur in admiratione & mandetur memoriæ. Dixit enim: Nè ea custodiantur, ô Imperator, sed dentur potius pauperibus. iam olim enim deprecor, quæ ex hac distributione accedit, vanam gloriam. Statim ergo lætatus fuit Imperator, cum hæc audisset, & ei sua rursus reddit. Illa autem cum ea accepisset, pulcherrimè quidem administravit, seque exiit ac parauit ad exercitationem: & paulopost refertur in numerum Diaconissarum ecclesiæ. Sed ne sic quidem potuit euadere grauiam retia Theophili, cum illius hospitalitatem ignominia materiam acceperit iste Deo inuisus. Ipsa post multos curam quoque gessit Nestarij, vt quæ suis manibus, quando ad Deum excessit, eius textit oculos. Ipsa hospitio quoque magnum accipiebat Chrysostomum, ei \* libum exhibens, propterea quod non posset auelli à studijs: ipseque eam in secundo suo exilio duabus epistolis est profecutus. Sed hæc quidem postea: veniat autem oratio ad id, quod est propositum.

Post

Post Pontificis secundam in sedem suam restitutionem, cum non multum praterfluxisset temporis, incidit aliquid, quod necessariò opus habebat correctione: & suo pro viribus officio functus est is, qui erat rerum huiusmodi corrector, & rursus Imperatrix fuit valde irata Pastori. Si quis vestrum scit argenteam statuan, & qui illic fiabant ludos publicos, & diuinam ædem contumelia affectam, scit quod dico. Rursus ergo certamina ex certaminibus, & synodi aduersus Pontificem. Hæc cognoscit is quem persequebantur, & celebratum illum & insignem habet sermonem: Rursus furit Herodias. Hoc accendit iram Imperatricis, & rursus liberè ac confidenter agunt accusatores. Et Theophilo quidem significatur, vt veniat Alexandria: sed adhuc timens, differt infelix: Arriano tamen canone tanquam arcu vsus, audeat cum ferire iaculis ex atramento. Certus autem, quem afferebant, erat hic ictus, quod absque synodo qui erat depositus, irrupisset & in ecclesiam. Quos cum conuenisset hic vir diuinus & ab eis interrogaretur, respondit: Expulsus fui ab Imperatore, sui etiam reuocatus ab ipso Imperatore. Quod placebat quidem ijs, qui erant recti iudicij & sententiæ, & Imperator ijs assentiebatur: coram Imperatore autem aduersus eum decertans malignorum illorum suorum examen, strepitu obtundebat illius simplicitatem. Tunc autem profert quidam (is verò erat Elpidius, Laodiceæ quæ est in Syria Episcopus) sententiam planè admirabilem: Nè tumultuemur, inquit, in conspectu Imperatoris: nefas est enim: sed subscribant accusatores se esse eiusdem fidei, cuius sunt, qui illum ediderunt canonem, & soluta est dubitatio. Cum ergo intellexisset Imperator facilitate propositionis solui id, de quo agebatur, lætus & subridens dixit: Nihil est hoc melius. Id autem, quod erat propositum, cum esset anceps, effecit vt caligarent accusatores. Et tunc summis quidè labris pollicentur, re autem infecta tunc exeunt.

Arrianorū canone oppugnatur vir sanctus.

Suis laqueis capitene eius aduersarij.

Cum hæc aliàs aliter machinarentur accusatores, & tesseris quodammodò luderet, mentes decem praterierunt. Pastor autem ne tantillum quidem pratermittebat ex consuetis: immò verò quotidie magis ac magis augebatur eius studium. Solet enim nescio quo modo mens, quæ caret vana gloria, iucundius affici, & se magis rationis compotem ostendere in casibus, qui accidunt: Illi autem non dederunt somnum oculis, nullis abstinerunt machinationibus, Imperatoris mentem obsidetes, vt eam funderent & captiuam abducerent. Imperator verò aliquandiu fortiter restitit & repugnauit. Quando autem omni ex parte tuta fuerunt omnia accusatoribus, nec vllus fuit, qui aduersus talem insurrectionem posset amplius Imperatoris mentem fulcire & ei opem ferre, ipse quoque est mollitus, & humanum quid passus, ab insidijs hostis est circumuentus. Dicam autem apertè, quomodo. Erat dies maximus, Christi ortus: Imperator autem, vt mos est, non simul aderat. Significauit autem Pontifici, se non prius communicaturum, quam ipse crimina diluisset. Sic praterijt etiam Quadragesima, & die vno ante Pascha, rursus Imperator violento motu accusatorum, eadem significat, addens: Duæ te condemnârunt synodi: non possum tibi communicare. Quid verò Pastor bonus, qui adspiciens aduenire bestias, nò fugit & dimittit gregem? Mihi, inquit, ô Imperator, à Deo fuit eredita ecclesia, nec ab ea recedam. Sin autem hoc tibi visum sit, vt expellar, nè accusari possim, quod ordines deseruerim, Quod veritus Imperator, in quem tyrannidem obtinebat vis inimicorum, cum eum cum metu separasset ab ecclesia, iussit degere in Episcopatu: illud cogitans, quod si quid rursus euenisset inopinatum, facilius esset eum inuenire ad Deum placandum. Sic magnum luminare prohibetur lumè præbere ecclesiæ: & cum rursus Imperatori exhiberetur molestia ab accusatoribus, ipse eis totum permittit consilium, vt qui venerandū diem sabbati & Pontificis virtutem reuereretur.

Festum natiuitatis Christi.

Imperator timet, & episcopi sequuntur.

Quid ergo dicunt ij, quibus fuerat permissum? In nostrum caput, ô Imperator, sit Iohannis depositio: solum citò expellatur. Rursus ergo nulla interrogatio, & rursus suffragia & læta sententiæ. Quæ agebat, sciebant omnes: confunditur vniversus populus, confunditur etiam dies festus, metus in fugam conijcit: & fugientes clerus, & quicquid erat fidelis populi & eorum, qui gerebant magistratus, diuinum Pascha in publico quodam lauacro, quod Constantianè dicitur, celebrârunt, vigilantes in illius noctis glorificationibus, & eos, qui erant catechesi instituti, baptizâtes, & ea, quæ temporè conueniunt, munera obeuntes. Hæc quoque citò deferunt ad Imperatorem, qui ad mala erant audaces: partim quidè timètes, nè si fuisset ingressus & solâ inuenisset ecclesiâ Impera-

Atrocia fa-  
cinora Lucio  
& mili-  
tum.

Imperator, populi quidem cognosceret benevolentiam: eos autem damnaret invidi-  
dix: partim verò hoc agentes, vt omnes, qui illic erant, vicisceretur Imperator. Hinc  
assumpto Lucio, qui erat secta & sententia gentilis, & eo quem sub se recens habebat  
exercitu, nempe Thracibus armatis circiter quadringentis, secunda noctis vigilia, (ò  
quæ illic sunt per summam perpetrata audaciam, quæ quisnam dignè fuerit lamen-  
tatus) repente impudèter irruerunt, & per mediâs turbas ad sanctas vsque aquas pro-  
cedunt, prohibent diuinorum mysteriorum celebrationem: aciem struunt contra mi-  
nistros: licebatque videre effusa diuinorum symbolorum mysteria, clauisque percuti-  
unt capita sacerdotum, sanguine permiscunt sacram piscinam. Deindè quid? Fugiunt  
omnes: miserabile spectaculum ijs, qui illic erant detenti. Nam ex militibus quidem  
alius virginem trahebat, tanquam prædam bello captam: alius autem tunicas, alius  
verò diuina mysteria & vasa preciosa. Sacerdotes conijciuntur in carceres, expelle-  
bantur magistratus, frequentia proferebantur edicta, & minæ intentabantur frequen-  
tiores, quæ iubebant abnegari Iohannis communionem. Sed sic quoquè non cessabat,  
immò verò magis inualescebat & corroborabatur fides: & quomodo dictum est de  
exitu Israel, Quo magis eos occidebant, eo magis crescebat. Hinc eos Iohannitas no-  
minarunt cacodæmones.

Exod. 1.

Egreditur post hæc Imperator è regia, causa exercitationis, & videt procul cæpam  
albescentem candidis vestibus eorum, qui recens erant illuminati. Eo autem spectacu-  
lo afficitur admiratione, vt qui terræ florem putaret esse id, quod cernebatur, erant  
enim recens illuminatorum ad tria millia: rogat, quidnam hoc sit. Vide autem malè  
linguæ deceptionem. Est, inquiunt, diuersa à recta fide sentièntium multitudo Valen-  
tinianorum. Quod simulatque dixissent, ex insidijs in eos impetum faciunt viri arma-  
ti. Quæ verò post hæc sunt consecuta, quam ostenderit oratio? Rursus plagæ, rur-  
sus tormenta, rursus vincula: carceres erant ecclesiæ plenæ hymnis & glorificationi-  
bus: ecclesiæ verò deteriores carceribus, pœnis, flagellis & tormētis plenissimæ. Duo  
adhuc menses intercesserunt, & Imperator vi persuasus, significat Pontifici, dicens:  
Multitudo tuorum aduersariorum in se attraxit id, quod in te fuit constitutum, iudi-  
cium. Tu ergò restuas Deo committens, egredere ex ecclesiâ. Hoc cum apertè sibi  
significatum sacrosanctus intellexisset athleta, postquam admonuit, confirmavit, çdi-  
ficauit, omnibus quæ sunt optima consuluit, omnesque est osculatus sancto & vltimo  
osculo, eos valere iussit. Præterea autem, cum, quæ cum admirabili Olympiade erant,  
Diaconissas cuidam valdè pio ac religioso Presbytero commendasset, egreditur ex ec-  
clesiâ, simul cum ipso quoquè egresso angelo, qui custodiebat ecclesiâ, vt quinon  
ferret hanc videre solitudinem. Nihil enim melius erat tunc affecta, quam theatrum,  
cum discurrerent, tumultuarentur, exhiberent, irriderent, maledictis que sanctum in-  
cesserent. Sunt hæc horrenda & digna lamentationibus, à quibus simul etiam affici-  
tur oratio, quæ eorum meminit per incisa. Quæ deinceps consequuntur, sunt magis  
horribilia.

Horrenda  
flagitia ho-  
stii Chry-  
sosto.

Ignis calis-  
tus accen-  
sus, vastat  
templum.

Mox curiâ,

Eo ipso die persecutionis sue occasus luminaris, fit tale quid maximè horribile.  
Terribilissima apparens flamma ex medio throno, in quo verbi interpret solebat in-  
terpretari scripturas, per vniuersam diffunditur ecclesiâ, & catenatim assurgit in al-  
titudinem vsque ad tectum, & perindè ac vipera, quæ exedit vterum, fertur super ter-  
gum ecclesiæ, castigans, admonens, & omnes terrens, palàm ostentans audaces homi-  
nes ea ausos, quæ non debebant. Quid deinceps est consecutum? exoritur ventus sub-  
solanus, & dicto citius depascit curiâ. Deindè ignis, perindè ac si esset ratione præditus,  
transit ad aulam regiam, licebatque videre maximum miraculū, veluti inter duos igne-  
os montes, populum quidem, qui erat intus, non ledi: domos autem, quæ illic erant,  
consumi: & ignem non audere sacra vasa tangere, & inuehi in aliam sycophantarum  
audaciam, qui ausi erant dicere, quòd propter ablatas preciosas materias & vasa sacra  
eicctus fuerat Pontifex. Nec hoc solùm, (ò hominum audaciam, ò omnipotentis to-  
lerantiam) sed adhuc improbè & impiè à malignis sparfa est fama, quòd qui Iohannem  
amabant, exusserant ecclesiâ: sepulcrum re vera patens guttur eorum. Audiuntur  
hæc quoquè à Præfecto. Ille autem, vt qui secta esset & sententia gentilis, ea de causa  
multos quidem ex pastoribus, sacerdotibus, & alijs ex populo, qui erant dedicati prin-  
cipi pastorum, tormentis subiecit. Procedit autem etiam aduersus Pötificem, & eum  
vincitum

Iohannita  
pessimè  
multan-  
tur.

vincitum tradens militibus, solum relegat in Bithyniam: & cum esset solus, (ò miracu-  
lum) profitebatur liberè pietatem. Vt finiam orationem, in quoddam oppidulum, cui  
nomen est Cucufos, athleta transmittitur. Et dolosè quidem hoc factum est & dein-  
dustriâ, vt illic interimeretur ab Isauris, qui eam obsidebant. Sedenim non dimisit eum  
Deus, qui custodit eos, qui sperant in ipsum. Illic enim quidam nomine Philadelphi-  
us, diuina visione dignatus, excipit athletam. Erat autem torus ille locus plenus cultu  
simulacrorum & impietate: mutantur autem: Quomodo?

Relegatur  
Cucufum.

Habebant, qui illic erant, hominem quendam paralyticum. Quem cum adduxif-  
sent, neque enim fieri poterat, vt absconderetur, quæ supra montem sita erat, virtu-  
tum magna ciuitas) eum rogant, vt ipsum curet. Ille autem accepta conuersione & fi-  
de eius, qui patiebatur, cum eum citò curasset, per eum vniuersam regionem (erat ve-  
rò multa & innumera bilis) attrahit, baptizat, docet pietatem, & postremò illic collo-  
cat omnem ordinem sacerdotalem: Propterea ineffabili gaudio afficitur vir diuinus,  
& multos qui venerant aut allati fuerant, curat ab omnibus morbis. Sed cum iter qui-  
dem confecerit, maneat oratio.

Mirac. 12.

Plurimi  
credunt in  
Christum.

Omnes  
curat ab  
omnibus  
morbis.

Post exilium autem principis Pastorum, (hoc enim ego solum narrabo, qualia in  
gregem sunt machinati immanes illi laniatores, & quæ ab eis facta sunt) quomodo  
dixerit & exposuerit aliquis multiplices cruciatus? Quinam autè hi sunt? Exilia, aspe-  
ra tractationes, publicationes, translationes, acerbæ mortis machinationes, non in  
hac aut illa ciuitate, sed ferè per vniuersam orbem terræ. Peruenit hoc ad aures Ro-  
mani Pontificis. Ex eo fit, vt nouas excogitent rationes, & accusatrices literas mittat  
accusatores. Sed ille quidem tunc parùm patienter tolerat: eligitur autem Constan-  
tinopoli quidam, nomine Arfacius, qui erat vel ipsis piscibus magis mutus, amenti-  
bus amentior, senio confectus, condemnatus, inutilis. Ex quo quid accidit? Omnes  
omniò recedunt ab Ecclesiâ. Quid ergò mali horum iudices? Persuadent Impera-  
tori, & omnes cogunt inuitos assentiri Arfacio. Et alios quidem ducebat timor: alij  
autem contrà decertantes, martyrio suscepto coronabantur. Alij verò fuga salutem  
sibi quærebant. Intercessit totus annus & parùm amplius, & moritur Arfacius. Ei au-  
tem succedit Atticus. Quænam autem ab eo fiebant? Accusationes, ordinationes,  
Metropolitani indigni qui mandentur memoria. Quidam viri boni non ferentes hæc  
videre, eunt Romam: Ex quibus cum rescuisset antistes, singula refert Imperatori Ho-  
norio. Imperator autem cum Imperatorè & fratrem scriptis ad eum literis acriter ar-  
guisset & reprehendisset, comparatasque insidias & machinationes ei pulchrè expo-  
sisset, increpat, admonet, adhortatur: & postremò consulit, vt reuocetur sanctus.

Arfacius  
taxatur.

Atticus  
succedit  
Arfacio.

Non latuerunt hæc Eudoxiam, quæ orationis vtens probabilitate, (erat enim in re-  
bus huiusmodi ingeniosa artifex) persuadet Imperatori, vt ijs, qui Romæ erant, expe-  
ctatis, vt res essent vacuæ omni perturbatione, (ò iniquum prætextum) tunc non reuo-  
carentur. Clàm autem mittens, occupat qui tunc erant portus, Abydumque &  
omnem transitum, iubens ascendentes quidem Romanos malè multatos & contu-  
melijs affectos amandare: eorum autem epistolas eis erreptas auferre. Sciebat enim  
apertè, sciebat callida in malis mulier, quòd si res examinarentur, esset reuocandus  
Pontifex. Hæc & machinata est Imperatrix, eaque finem acceperunt. Detinètur enim,  
qui Roma illuc venerant: conijciuntur in custodiam, malè multantur, literæ ab eis  
petuntur. Illi fortiter resistunt: resistentia autem desinit in periculum. Nam cum fre-  
gisset quidam pollicem Episcopi, cum literis rapit etiam ea, quæ afferbant. Deindè  
audent impudentes & audaces homines eis blandiri, auro misericordiam moliantur si-  
bi comparare: & omnem quidem dolum contexunt, non autem persuadent. Quo-  
modo & quam ratione, pulchrum est hoc quoque dicere. Paulus diuinus Apostolus  
ad eos accedens, prædixit: Videre quomodo caute ambuletis, tanquam sapientes, non  
tanquam insipientes, scientes quòd dies mali sunt: per ea quæ tunc fiebant, ea quæ nunc  
sunt, tacitè innuens. Quo quidem confirmati, non admiserunt escam, quæ ori vena-  
torum Eudoxiæ erat imposita. Post sextum ergò mensem ad suos reuersi, significarunt  
omnia. Et hæc quidem hucusque, & ita se habent. Ad ea autem, quæ deinceps conse-  
quuntur, procedens oratio, persequatur ea quæ sunt proposita.

Legati Ro-  
mani cru-  
deliter ve-  
xantur.

Eph. 5.

Cum iam qui à diuina gratia est dehominatus, toto anno in oppidulo Cucuso se  
præclare gessisset, & aluisset eos, qui fame & siti laborabant verborum Domini, fames  
panis

panis & rerum necessariarum terram inuasit: & cum hanc urbem regiam deficere cognouisset Pastor ille bonus, eam epistolarum & orationum consolatur auxilijs. Et primum quidem eam, quæ est per epistolam, orationem auditorum animas nutriente admirabiliter, suppeditat frumenti verborum suppeditator: quæ continet vigintiquatuor capita. Ad eos autem, qui vitæ offenduntur iniquitatibus, habet argumentum oratio. Quodnam est autem principium orationis? Medici quidem, & quæ deinde sequuntur. Præterea autem duas ad Quiriacum, & ad Constantinum Presbyterum varia scripta, & ad ipsam admirabilem Olympiadem. Sed non sic eum dimisit inuidia. Iam enim vexationes, iniurias, afflictiones nescio quam multas perpeſſus, trāsmittitur Arabiſſum. Et rursus in eo eadem facit, quæ in alio oppidulo. Rursus verò inuidia se obstetricem præbens accusatorum metui, eos impellit & incitat ad pariendam cædem, adeò vt ex accusatoribus quidam dixerit suis socijs: Videte mortuum terribilem, qui viuos terret & rerum potientes, quomodo larvæ mortuos. Quis hæc facit? Ille imbecillus, ille relegatus, qui non habet qui eum defendat. Illi autem serpentis insidias in se adhuc ostentantes, iusserunt eum iaci in quendam locum omnium desertissimum: scientibus dico, Pityuntem qui dicitur, finitimum accolis Tzannorum.

Relegatur vir Dei Arabiſſum.

Item Pityuntem.

Apostoli ei apparent.

Adhuc autem antequam perueniret sanctus in loci solitudinem, (hoc enim ego narrabo paululum interſiſtens) ab eo rursus videtur, sicut Antiochiæ, diuini Apostoli, Quid dicentes? Diuinam gratiam afferentes, confirmantes & corroborantes, vngentes, laudantes eum propter puritatem conscientiarum: postremò annunciantes eius ad Deum excessum, foreque vt ad eorum perueniret honorem & gloriam. Eudoxia feridam & infamem mortem, eamque ante mortem ipsum sæpè à se requisisse. Nihil præmittunt, quod faceret ad eum docendum. Postremò eum pascunt ambrosia, dicentes: Hac tibi opem ferente, nullo alio opus habebis nutrimento. Quam cum accepisset, comedit coram duobus, qui eum fideliter sequebantur. Qui etiam digni habiti sunt sermone & contemplatione Dei præconum, impleri que gaudio & exultatione, quæ illinc proficiſcitur. Tres ergò post hæc menses interceſſerunt, & augebantur mala, quibus eum afficiebant milites: quod ipsum quoque meditatū & deindustrià procuratum fuerat à persecutoribus. Quæ autem ab eis meditata fuerant, Deo non permittente, citò interrupta fuerunt & rescissa. Quisnam autem modus? Data enim sit hæc quoque postrema narratio summo miraculo.

Item Basiliscus & Lucianus.

Mortuus communitur, signat se cruce &c.

Nondum Comanam appropinquarat sanctus, ecce autem noctæ ei apparent Basiliscus & Lucianus martyres, dicentes: Bono esto animo, & gaudio exulta ineffabili, frater Iohannes. Cras enim simul erimus. Hoc ipsum quoque dixerunt sui templi presbytero, vt se pararet ad iusta faciendā & debitas exequias diuino pontifici. Venit ergò ad locum diuus Pontifex: querit vestem splendidam, quæ tempori & dignitati conueniat: mutat autem ea quæ gestabat, & illa distribuit ijs qui aderant. Deinde sacrum celebrat mysterium, communicat sacramento gratiæ, fundit vltimas preces. Deinde cum de more dixisset hic inter Patriarchas diuinus & re vera magnus Chryſostomus, Gloria Deo propter omnia, & factò signo Crucis subiunxisset, Amen. & recubuisse, requieuit decimoquarto mensis Septembris.

Licebat autem post hæc videre, tanquam signo dato, concurrentes ex Syria, Cilicia, Ponto & Armenia omne genus hominum & omnem ætatem, propter vtilitatem communem & salutem: & sic deponitur patientissimum & sanctissimum illud corpus cum martyrum, quæ illic sunt, corporibus: beatissima autem & diuinissima anima excipitur intemeratis manibus immortalis omnium regis, Domini & Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi: Quem decet omnis gloria, honor, potentia, maiestas & magnificentia, nunc & in secula seculorum, Amen.

EPI

EPITOME VITAE S. IOANNIS CHRYSOSTOMI. HABETVR ITEM IN METAPHRASIS, ab Aloysio edito.

**H**IC sanctus erat quidē genere Antiochenus: Pater autem eius erat Dux exercitus Syriae, nomine Secundus: Mater verò eius cognominabatur Anthusa. Præclare autem & piè educatus, cum is fuisset decem & octo annos natus, recessit à Libanio Sophista, & iuit Athenas matrem eloquentiæ. Deinde reuersus ad suos, à Meletio Archiepiscopo Antiocheno baptizatus, ordinatur postea lector à Zenone Archiepiscopo Hierosolymitano: & cum permanisset tres annos in ecclesia, illinc recessit, vt qui in magnum incidisset monastica vitæ exercitatorum: & cum apud eum mansisset annos quatuor, & in vnam secessisset spelūcam, mansit solus annos duos. deinde rursus venit ad ecclesiam, & ordinatur Diaconus. Cum se in eo quinq; annos præclare gessisset, ordinatur Presbyter à Flauiano. In quo cum duodecim annos clarus fuisset & illustri, illo autem tempore è viuus excessisset Nestarius Archiepiscopus Constantinopolitanus, ab Imperatore Archadio Antiochia accersitus, ordinatur Archiepiscopus Constantinopolitanus, mense Decembri, quarta indiſtione. Cum autem munus Episcopatus sanctus esset annos quinque, propter inuidiam fuit relegatus in ciuitatem Comanorum, prope Armeniam. Transiit autem in exilio, locum loco mutans & malè habitus à militibus, annos tres, menses duos. Fit totum simul eius vitæ tempus, anni LII. menses VIII. Mortuus est autem XIII. Septemb. & sepultus est cum sanctis & glorijs Christi martyribus Basilio & Luciano. Portata sunt autem veneranda & sanctæ eius reliquiæ Constantinopolim, triginta tribus annis postea, imperante Theodosio iuniore & pontificatum gerente Proclo: & id rursus efferebant cum Psalmodia, luminibusque & vnguentis, quæ verbis exprimi nequeunt, deposuerunt in templo sanctorum & benedictorū Apostolorū, mēſis Ianuarij XXV. II.

Hoc die eius festum Latina cor. lit Ecclesia.

VITA S. PAVLAE, NOBILISSIMAE VIDVAE ROMANAE, A. D. HIERONYMO CONSCRIPTA. Est epist. 27.

**S**I cuncta corporis mei membra verterentur in linguas, & omnes artus humana voce resonarent, nihil dignum sanctæ ac venerabilis Paulæ virtutibus dicerem. Nobilis genere, sed multò nobilior sanctitate: potens quondam diuitijs, sed nunc Christi paupertate insignior. Gracchorum stirps, soboles Scipionum, Pauli heres, cuius vocabulum trahit, Martiæ Papyriæ, matris Africani, vera & germana progenies: Romæ prætulit Bethlechem, & auro testæ fulgentia, informis luti vilitate mutauit. Non moeremus, quòd talè amissimus: sed gratias agimus, quòd habuimus, immò habemus. Deo enim viuunt omnia: & quicquid reuertitur ad Dominum, in familiæ numero computatur. Quamquam amissio illius, celestis domus habitatio sit: quæ quædiu in corpore fuit, peregrinata est à Domino, & voce semper flebili querebatur, dicens: Heu mihi, quia peregrinatio mea prològata est, habitauit cum habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea. Nec mirum, si planxerit se versari in tenebris, (hoc enim Cedar interpretatur) cum mundus in maligno positus sit: & sicut tenebræ illius, ita & lumen eius, luxque in tenebris luceat, & tenebræ eam non comprehenderunt. Vnde & illud crebrius inferebat: Aduena sum & peregrina sicut omnes patres mei. Et iterum: Cupio dissolui, & esse cum Christo. Quoties autem infirmitate corpusculi (quam incredibili abstinentia & duplicatis contraxerat in ijs) vexabatur, hoc in ore volebat: Subijcio corpus meum, & in seruitutem redigo: nè alijs prædicans, ipsa reprobata inueniar. Et, Bonum est vinum non bibere, & carnem non manducare. Et, Humiliaui in ieiunio animam meam, & totum lectum verti in infirmitate mea, & versata sum in miseria, dum mihi configitur spina. Atque in-

IANVAR. 27.  
Genus S. Paulæ.  
2. Cor. 5.  
Psal. 119.  
1. Iohan. 5.  
Psal. 138.  
Iohan. 4.  
Psal. 38.  
Philip. 1.  
1. Cor. 9.  
Rom. 14.  
Psal. 34.  
Psal. 40 31.  
Psal. 54.



ter doloris aculeos, quos mira patientia sustinebat, quasi apertos sibi celos aspiceret, loquebatur: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Testor Iesum & sanctos eius, ipsumque proprium angelum, qui custos fuit & comes admirabilis foemine, me nihil in gratiam, nihil more blandientium loqui: sed quicquid dicurus sum, pro testimonio dicere, & minus eius esse meritis, quam totus orbis canit, sacerdotes mirantur, virginum chori desiderant, monachorum & pauperum turbæ deplangunt. Vis lector eius breuiter scire virtutes? Omnes suos pauperes pauperior ipsa dimisit. Nec mirum, de proximis & familiola, quam in vitroque sexu de seruis & ancillis in fratres sororesque mutauerat, ista proferre: cum Eustochium virginem, & deuotam Christo filiam, in cuius consolationem libellus hic cuditur, procul à nobili genere, sola fide & gratia diuitem reliquerit.

Carpamus igitur narrandi ordinem. Alij altiùs repetant, & à cunabulis eius, ipsiq; (vt ita dicam) crepundijs matrem Blefillam, & Rogatum proferant patrem: quorum altera Scipionum Gracchorumque progenies est: alter per omnes ferè Gracias vsq; hodiè stemmatibus & diuitijs, ac nobilitate Agamemnonis fertur sanguinem trahere, qui decennali Troiam obsidione deleuit. Nos nihil laudabimus, nisi quod proprium est, & de purissimo sanctæ mentis fonte profertur. Quamquam Dominus atque saluator in euangelio doceat Apostolos, sciscitantes quid sibi redditurus sit, qui sua pro nomine eius dimiserunt, centuplum in presentiarum recepturos, & in futuro vitæ æternam. Ex quo intelligimus, non laudis esse possidere diuitias, sed pro Christo eas contemnere: non tumere ad honores, sed pro Deo fide eos parumpendere. Verè quod pollicitus est seruis suis & ancillis saluator, reddidit in presenti. Nam quæ vnus vnus contempnit gloriam, totius orbis opinione celebratur: quam Romæ habitatem, nullus extra Romam nouerat: latentem in Bethlehem, & barbara & Romana terra miratur. Cuius enim gentis homines ad sancta loca non veniunt? Quis autem in sanctis locis, præter Paulam, quod plùs inter homines miraretur, inuenit? Hæc, sicut inter multas gemmas preciosissima gemma micat, & iubar solis paruos igniculos stellarum obruit & obscurat: ita cunctorum virtutes & potentias sua humilitate superauit, minimaque fuit inter omnes, vt omnium maior esset: & quanto se plùs deiciebat, tanto magis à Christo subleuabatur. Latebat, & non latebat. Fugiendo gloriam, gloriam merebatur, quæ virtutem quasi umbra sequitur, & appetitores sui deserens, appetit contemptores. Sed quid ago, narrandi ordinem prætermittens? Dum in singulis teneq; non seruo præcepta dicendi.

Insignis  
humilitas  
eius.

Iungitur  
Toxotio.

Eius liberi.

Tali igitur stirpe generata, iuncta est viro Toxotio, qui Aeneæ & Iuliorum altissimū sanguinem trahit. Vnde etiam filia eius Christi virgo Eustochium Iulia nuncupatur, & ipse Iulius à magno demissum nomen Iulo. Et hæc dicimus, non quòd habentibus grandia sint, sed quòd contemnentibus mirabilia. Seculi homines suspiciunt eos, qui his pollent priuilegijs: nos laudamus, qui pro saluatore ista despexerint: & mirum in modum, quos habentes parumpendimus, si habere noluerint, prædicamus. His (inquam) orta maioribus, & foecunditate ac pudicitia probata, primùm viro, deinde propinquis, & totius vrbs testimonio, cum quinque liberos edidisset, Blefillam, super cuius morte eam Romæ consolatus sum: Paulinam, quæ sanctum & admirabilem virum, & propositi & rerum suarum Pammachium reliquit hæredem, ad quem super obitu eius paruulum libellum edidimus: Eustochium, quæ nunc in sanctis locis virginitatis & Ecclesiæ monile preciosum est: Ruffinam, quæ immaturo funere pium matris animum consternauit: & Toxotium, post quem parere desijt, vt intelligeres eam non diu seruire voluisse officio coniugali, sed mariti desiderio, qui marem optabat, liberos edidisse.

Summa benignitas in  
pauperes.

Postquam vir mortuus est, ita eum planxit, vt propè ipsa moreretur: ita se conuertit ad Domini seruitutem, vt eius mortem videretur oprasse. Quid ego referam, ample & nobilis domus, & quondam opulentissima, omnes penè diuitias in pauperes erogatas? Quid in cunctos clementissimum animum & bonitatem etiam in eos, quos nunquam viderat, euagantem? Quis inopum moriens, non illius vestimentis obtulatus est? Quis clinicorum non eius facultatibus sustentatus est? quos curiosissimè tota vrbe perquirens, damnnum putabat, si quisquam debilis & esuriens cibo sustentaretur alterius. Spoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos, maiorem se eis hæreditatem Christi.

Christi misericordiam, dimittere loquebatur. Nec diu potuit excelsi apud seculum generis, & nobilissimæ familiæ visitatione & frequentiam sustinere. Mœrebat honore suo, & ora laudantium declinare ac fugere festinabat. Cumque Orientis & Occidentis episcopos ob quasdam ecclesiarum diffensiones Romam Imperiales literæ con-  
Epiphanius hospes S. Paulæ.  
traxissent, vidit admirabiles viros, Christi que pontifices, Paulinum Antiochenæ vr-  
bis episcopum, & Epiphanium Salaminæ Cypri, quæ nunc Cõstantia dicitur: quorum Epiphanium etiam hospitem habuit: Paulinum in aliena manentem domo, quasi proprium, humanitate possedit. Quorum accensa virtutibus, per momenta patriam deserere cogitabat: non domus, non liberorum, non familiæ, non possessionum, non alius cuius rei, quæ ad seculum pertinet, memor: sola, si dici potest, & in comitata, ad cremum Antoniorum atque Paulorum pergere gestiebat. Tandem exacta hyeme, aperto mari, redeuntibus ad ecclesias suas episcopis, & ipsa voto cum eis ac desiderio nauigauit. Quid vltra differo? Descendit ad portum, fratre, cognatis, affinis, & quod his maius est, liberis prosequentibus, & clementissimam matrem pietate vincere cupientibus. Iam carbasa tendebantur, & remorum ductu naus in altum protrahebatur. Paruus Toxotius supplices manus tendebat in litore: Ruffina iam nubilis, vt suas expectaret nuptias, tacens steribus obsecrabat: & tamen illa siccos tendebat ad cælum oculos, pietatem in filios, pietate in Deum superas. Nesciebat se matrem, vt Christi probaret ancillam. Torquebantur viscera, & quasi à suis membris distraheretur, cum dolore pugnabat: in eo cunctis admirabilior, quòd magnam vinceret charitatem. Inter hostium manus & captiuitatis duram necessitatem nihil crudelius est, quam parentes à liberis separari. Hoc cõtra iura naturæ plena fides patiebatur, immò gaudens animus appetebat, & amorem filiorum maiore in Deum amore contemnens, in sola Eustochio, quæ & propositi & nauigationis eius comes erat, acquiescebat. Sulcabat interim naus mare, & cunctis, qui cum ea vehebantur, litora respicientibus, ipsa auersos tenebat oculos, ne videret, quos sine tormento videre non poterat. Fateor, nulla sic amant filios, quibus antequam proficisceretur, cuncta largita est, ex hæredans se in terra, vt hæreditatem inueniret in cælo.

Nota fortitudinem  
animi in  
tanta  
marina.

Delata ad insulam Pontiam, quam clarissimæ quondam foeminarum sub Domitia-  
Flauia Domitilla exili-  
um: vidensque cellulas, in quibus illa longum martyrium duxerat, sumptis fidei alis, Hierosolymam & sancta loca videre cupiebat. Tardi erant venti, & omnis pigra velocitas. Inter Scyllam & Charybdim Adriatico se credens pelago, quasi per stagnum venit Methonem: ibique refocillato corpufculo, & sale tabentes artus in litore ponens, per Maleam & Cytheram, sparsasque per equor Cycladas, & crebris freta concita terris: post Rhodum & Lyciam, tandem vidit Cyprum: vbi sancti & venerabilis Epiphaniij pedibus prouoluta, decem ab eo diebus retenta est: non in refectioem, vt ille arbitrabatur, sed in opus Dei, vt re comprobatum est. Nam omnia illius regionis lu-  
S. Paula  
multa lax-  
gitur mona-  
chis Cypri.  
strans monasteria, prout potuit, refrigeria sumptuum fratribus dereliquit, quos amor  
sancti viri de toto illic orbe conduxerat. Inde breui cursu transfretauit Seleuciam, de qua ascendens Antiochiam, sancti confessoris Paulini modicum charitate detenta, media hyeme, calente ardore fidei, foemina nobilis, quæ prius eunuchorum manibus portabatur, a sella sedens, profecta est. Omitto Cœles Syriæ & Phœnicis iter, (neque enim hoc æporicon eius disposui scribere) ea tantum loca nominabo, quæ sacris voluminibus continentur.

Beryto Romana colonia, & antiqua vrbe Sidone derelicta, in Sareptæ litore Eliæ est ingressa turriculam: in qua adorato Domino saluatore, per arenas Tyri, in quibus genua Paulus fixit, peruenit ad Coth, quæ nunc Ptolemais dicitur: & per campos Maggedo, Iosæ necis conscios, intrauit terram Philistij. Mirata ruinas Dor, vrbs quondam potentissima, & versa vice Stratonis turrim, ab Herode rege Iudææ in honorem Cæsaris Augusti Cæsaream nuncupatam, in qua Cornelij domum, Christi vidit Ecclesiam, & Philippi ediculas, & cubicula quatuor virginum prophetarum. Deinde Antipatrida semirutum oppidulum, quod de patris nomine Herodes vocauerat: & Lydam vestram in Diospolim, Dorcadis atque Aeneæ resurrectione ac sanitate inclytam. Haud procul ab ea Arimathiam, viculum Ioseph, qui Dominum sepeliuit: & Nobe-  
Acto, 21.  
2. Pat. 35.  
Acto, 10, 21.  
Acto, 9.  
verem quondam sacerdotum, nunc tumultum occisorum. Ioppen quoque fugientis  
por-

portum Ionæ: & (vt aliquid perstringam de fabulis poetarum) religatæ ad saxum Antidromedes spectatricem. Repertoque itinere Nicopolim, quæ prius Emaus vocabatur, apud quam in fractione panis cognitus Dominus, Cleophæ domum in ecclesiam dedicauit. Atque inde proficiscens, ascendit Bethoron inferiorem & superiorem, vrbes à Salomone conditas, sed varia postea bellorum tempestate deletas: ad dexteram adspiciens Haialon & Gabaon, vbi Iesus filius Naue contra quinque reges dimicâs, soli imperauit & lunæ: & Gabaonitas ob dolos & insidias foederis impetrati, in aquarios lignariosque damnauit. In Gabaon, vrbe vsque ad solum diruta, paululum substitit, recordata peccati eius, & concubinæ in frustra diuisæ, & tribus Benjamin trecentos viros propter Paulum Apostolum reseruatos.

Quid diu moror? Ad læuam mausoleo Helenæ derelicto, quæ Adiabenorum regina in fame populum frumento iuuerat, ingressa est Hierosolymam, vrben trinominem, Iebus, Salem, Hierusalem, quæ ab Aelio postea Hadriano, de ruinis & cineribus ciuitatis in Aeliam suscitata est. Cumque proconsul Palæstinæ, qui familiam eius optime nouerat, præmissis apparitoribus iussisset parari prætorium, elegit humilem cellulam: & cuncta loca tanto ardore ac studio circumiuit, vt nisi ad reliqua festinaret, à primis non posset abduci. Prostrataque ante crucem, quasi pendente Dominum cerneret, adorabat. Ingressa sepulcrum, resurrectionis osculabatur lapidem, quem ab ostio monumenti amouerat angelus. Et ipsum corporis locum, in quo Dominus iacuerat, quasi sitiens desideratas aquas, fideli ore lambebat. Quid ibi lachrymarum, quantum gemituum, quid doloris effuderit, testis est cuncta Hierosolyma, testis est ipse Dominus, quem rogabat. Inde egrediens, ascendit Sion, quæ in arcem vel speculam vertitur. Hanc vrben quondam expugnauit & reedificauit Dauid. De expugnata scribitur: Væ tibi ciuitas Ariel, id est, leo Dei: & quondam fortissima, quæ expugnauit Dauid. Et de ea, quæ edificata est, dictum est: Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. Non eas portas, quas hodie cernimus in fauillam & cinerem dissolutas: sed portas, quibus non præualer infernus, & per quas credentium ad Christum ingreditur multitudo. Ostendebatur illi columna, ecclesiæ porticum sustinens, infecta cruore Domini, ad quam vincus dicitur & flagellatus. Monstrabatur locus, vbi super centum viginti credentium animas spiritus sanctus descendisset, vt Ioëlis vaticinium completeretur. Deinde pro facultata sua pauperibus atque conseruis pecunia distributa, perrexit Bethlehem, & in dextera parte itineris stetit ad sepulcrum Rachel, in quo mater Benjamin, non, vt vocauerat, moriens, Benoni, hoc est, filius doloris mei: sed, vt pater prophetizauit in spiritu, filium dextere procreauit. Atque inde Bethlechem ingressa, & in specu Saluatoris introiens, postquam vidit sacrum virginis diuersorium, & stabulum, in quo agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui, vt illud impleteretur, quod in eodem propheta scriptum est: Beatus, qui seminat super aquas, vbi bos & asinus calcant: me audiente iurabat, cernere se oculis fidei infantem pannis inuolutum, vagientem in præsepe Dominum, Magos adorantes, stellam fulgentem desuper, matrem virginem, nutricium sedulum, pastores nocte venientes, vt viderent verbum, quod factum erat, & iam tunc euangelistæ Iohannis principium dedicarent: In principio erat verbum, & verbum caro factum est: paruulos interfectos, Herodem sæuientem, Ioseph & Mariam fugientes in Aegyptum: mixtisque gaudio lachrymis, loquebatur:

Salue Bethlechem, domus panis, in qua natus est ille panis, qui de celo descendit. Salue Ephrata regio vberima, atque καρποφόρη, cuius fertiliras Deus est. De te quondam Micheas vaticinatus est: Et tu Bethlechem domus Ephrata, non minima es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur, qui sit princeps in Israël: & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Propterea dabis eos vsque ad tempus parientis. Pariet, & reliquæ fratrum eius conuertentur ad filios Israël. In te enim natus est princeps, qui ante luciferum genitus est: cuius de patre natiuitas, omnem excedit ætatem. Et tam diu in te Dauidici generis origo permansit, donec virgo pareret, & reliquæ populi credentis in Christum conuerterentur ad filios Israël, & liberè prædicarent: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis eternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Dixerat enim Deus: Non veni, nisi ad oues perditas domus Israël. Et eo tempore Iacob super eo verba completa sunt: Non deficiet prius

princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius: donec veniat, cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. Bene Dauid iurabat, bene vota faciebat, dicens: Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei: si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob: & statim, quid desideraret, exposuit, atque oculis prophetalibus, quem nos venisse iam credimus, ille venturum esse cernebat. Ecce adiuimus eum in Ephrata, inuenimus eum in campis sylvæ. Vau quippe sermo Hebraicus, vt te docente didici, non Mariam matrem Domini, hoc est, *αυτην*, sed ipsum, id est, *αυτον*, significat. Vnde loquitur confidenter: Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius. Et ego misera atque peccatrix, digna sum iudicata deo seculari præsepe, in quo Dominus paruulus vagiit: Orare in spelunca, in qua virgo puerpera Dominum fudit infantem? Hæc requies mea, quia Domini patria est: hic habitabo, quoniam Saluator elegit eam. Parauit lucernam Christo meo. Anima mea illi viuet, & semen meum seruici ipsi.

Haud procul inde descendit ad turrim Ader, id est, gregis: iuxta quam Iacob paut greges suos, & pastores nocte vigilantes audire meruerunt: Gloria in excelsis Deo, & super terram pax hominibus bonæ voluntatis. Dumque seruant oues, inuenerunt agnū Dei puro & mundissimo vellere, quod in ariditate totius terræ, caelesti rore completum est: & cuius sanguis tulit peccata mundi, & exterminatorem Aegypti, litus in postibus fugauit. Statimque concito gradu, cepit per viam veterem pergere, quæ ducit Gazam, ad potentiam vel ad diuitias Dei, & tacita secū voluere, quomodo eunuchus Aethiops, gentium populos præfigurans, mutauit pellem suā: & dum vetus relegit instrumentum, fontem reperit Euangelij. Atque inde ad dexteram, transita Bethsur, venit Escol, quæ in botrum vertitur. Vnde in testimonium terræ fertilissimæ, & in typum eius, qui dicit: Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum: exploratores botrum miræ magnitudinis portauerunt. Nec post longum spatium intrauit Saræ cellulas, videns incunabula Isaac, & vestigia quercus Abraham, sub qua vidit diem Christi, & lætatus est. Atque inde confurgens, ascendit Chebron: hæc est Cariath arbe, id est, oppidum virorum quatuor, Abraham, Isaac, Iacob, & Adam magni, quem ibi conditū, iuxta librum Iesu Naue, Hebræi autem licet plerique Caleb quartum putent, cuius ex lateri memoria monstratur. His inspectis, noluit pergere ad Cariathsephor, id est, viculum literarum: quia contemnens occidentem literam, repererat spiritum viuificantem. Magisque mirabatur superiores & inferiores aquas, quas Othoniel filius Iephonæ Kenaz pro australi terra & arida possessione susceperat: & quarū ductu, siccos prioris instrumenti agros faciebat irriguos, vt redemptionem veterum peccatorū, in aquis baptismi reperiret. Altera die, orto iam sole, stetit in supercilio Caphar Barucha, id est, vilæ benedictionis: quem ad locum Abraham Dominum prosequutus est. Vnde latā despicens solitudinē, ac terram quondam Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, contemplata est balsami vineas in Engaddi, & Segor vitulam contemnātem, quæ prius Bala vocabatur: & in Zoaram, id est, paruulam, Syro sermone translata est. Recordabatur speluncæ Lot, & versa in lachrymas, virgines socias admonebat, cauendum esse vicinum, in quo est luxuria, cuius opus Moabitæ sunt & Ammonitæ.

Diu hæreo in meridie, vbi sponsa cubantem reperit sponsum, & Ioseph inebriatus est cum fratribus suis. Reuertar Hierosolymam, & per Thecuam atque Amos rutilantem montis Oliueti lucem adspiciam, de quo Saluator ascendit ad patrem. In quo per annos singulos vacca ruffa in holocaustum Domino cremabatur, & cuius cinis expiabat populum Israel: in quo, iuxta Ezechielem, Cherubim de templo transmigrantes, Ecclesiam Domini fundauerunt. Post ingressa sepulcrum Lazari, Mariæ & Marthæ vidit hospitium, & Bethphage, villam sacerdotium maxillarū: & locum, in quo pulcherrime laici gentium, Dei freno suscepit: apostolorumque stratus vestibus, mollia terga præbuit ad sedendum. Rectoque itinere descendebat Hiericho, recogitans illum de euangelio vulneratum, ac sacerdotibus & Leuitis, mentis feritate prætereuntibus, clementiam Samaritæ, id est, custodis, qui seminecem suo iumento impositum, ad stabulum Ecclesiæ deportauit. Et locum Adomim, quod interpretatur, sanguinū, quia multus in eo sanguis crebris latronū fundebatur incuribus. Et arbore sycomorū Zachari, id est, bona penitentia opera, quibus cruenta dudū & noxia rapinis, peccata calcabat,

3. Reg. 16. 101. 6. 4. excelsumque Dominum de excelso virtutum intuebatur. Et iuxta viam cæcorum loca, qui receptis luminibus vtriusque populi credentis in Dominum sacramenta præmi-ferant. Ingressa Hiericho, vidit urbem, quam fundavit Hiel in Abiram primogenito suo, & cuius portas posuit in Segub nouissimo filiorum. Intuita est castra Galgalæ, & acerrimum præputiorum, & secundæ circumcissionis mysterium, & duodecim lapides, qui de Iordanis illuc translati alveo, duodecim apostolorum fundamenta firmauerant: & fontem quondam legis amarissimum & sterilem, quem verus Elisæus sua condidit sapientia, & in dulcorem vbertatemque conuertit. Vix nox transierat, feruentissimo actu venit ad Iordanem. Stetit in ripa fluminis, & orto sole, Solis iustitiæ recordata est, quomodo in medio amnis alveo sicca sacerdotes posuerint vestigia: & ad Eliæ & Elisæi imperium, stantibus ex vtraque parte aquis, iter vnda præbuerit: pollutasque diluio aquas, & totius humani generis interfectione maculatas, suo Dominus mudauerit baptismate.
101. 3. 4. Reg. 2. Longum est, si velim de valle Achor dicere, id est, tumultus atque turbarum, in qua furtum & auaritia condemnata est: & de Bethel domo Dei, in qua super nudam humum, nudus & pauper dormiuit Iacob: & posito subter caput lapide, qui in Zacharia septem oculos habere describitur, & in Esaia lapis dicitur angularis: vidit scalam vsque ad cælum tendentem, in qua Dominus desuper innitebatur, ascendentibus porrigens manum, & negligentes de sublimi præcipitans. Sepulcra quoque in monte Ephraim Iesu filij Naue, & Eleazari filij Aaron sacerdotis, eregione venerata est: quorum alter conditus est in Tamnathlare à septentrionali parte montis Gaia: alter in Gabaa filij sui Phinees: satisque mirata est, quod distributor possessionum sibi montana & aspera delegisset. Quid narrem Silo, in qua altare dirutum hodieque monstratur, & raptum Sabinarum à Romulo, tribus Beniamitica præcurrit? Transiuit Sichem, non ut plerique errantes legunt, Sichar, quæ nunc Neapolis appellatur, & ex latere montis Garizim extructam circa puteum Iacob intrauit ecclesiam: super quo residens Dominus, sitiensque & esuriens, Samaritanæ fide satiat: quæ quinquè Mosaicorum voluminum viris, sextoque, quem se habere iactabat, errore Dosithei derelicto, verum Messiam & verum reperit Saluatorem. Atque inde diuertens, vidit duodecim patriarcharum sepulcra: & Sebasten, id est, Samariam: quæ in honorem Augusti, ab Herode Græco sermone Augusta est nominata. Ibi siti sunt Elisæus & Abdias propheta: & (quo maior inter natos mulierum non fuit) Iohannes Baptista. Vbi multis inuenit confertata mirabilibus: nanque cernebat varijs demones rugire cruciatibus, & ante sepulcra sanctorum vlulare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum. Alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere: suspensusque pede foemina, vestes desuere in faciem. Misererebatur omnium, & per singulos effusus lachrymis, Christi clementiam deprecabatur. Et sicut erat inualida, ascendit pedibus montem: in cuius duabus speluncis, persecutionis & famis tempore, Abdias propheta centum prophetas aluit pane & aqua. Inde cito itinere percucurrit Nazareth, nutriculam Domini, Chanan & Capharnaum, signorum eius familiares. Lacum Tiberiadis, nauigante Domino sanctificatum: & solitudinem, in qua multa populorum millia paucis saturata sunt panibus, & de reliquijs vescentium repleti sunt cophini duodecim tribuum Israel. Scandebat montem Thabor, in quo transfiguratus est Dominus. Adspiciebat procul montes Hermon & Hermonim, & campos latissimos Galilææ, in quibus Sisara & omnis exercitus eius, Barach vincente, prostratus est. Torrens Cison, qui mediam planitiem diuidebat, & oppidum iuxta Naim, in quo viduæ suscitatus est filius, monstrabatur. Dies me prius quam sermo deficiet, si voluero cuncta percurrere, quæ Paula venerabilis fide incredibili peruagata est.
101. 11. Transibo ad Aegyptum, & inter Sochoth atque fontem Sampson, quem de molari maxillæ dente produxit, subsistam parumpèr: & arentia ora colluam, ut refocillatus videam Morasthim, sepulcrum quondam Michæ prophetæ, nunc ecclesiam. Et ex latere derelinquam Chorços, & Gethços, Marefa, Idumæam, & Lachis: & per arenas molissimas, pergentium vestigia subtrahentes, latamque cremi vastitatem, veni ad Aegypti fluium Sior, qui interpretatur turbidus: & quinque Aegypti transeam ciuitates, quæ loquuntur lingua Chananitide, & terram Gessen, & campos Taphneos, in quibus fecit Deus mirabilia: & urbem No, quæ postea versa est in Alexandriam: & oppidum Domi-

Domini Nitriam, in quo purissimo virtutum nitro sordes lauantur quotidie plurimum. Quod cum vidisset, occurrente sibi sancto ac venerabili episcopo Isidoro confessore, & turbis innumerabilibus monachorum, ex quibus multos sacerdotalis & leuiticus sublimabat gradus: letabatur quidem ad gloriam Domini, sed se indignam tanto honore fatebatur. Quid ego narrem Macarios, Arfatas, Serapionas, & reliqua columnarum Christi nomina: Cuius non intrauit cellulam? quorum pedibus non aduoluta est? Per singulos sanctos Christum se videre credebat: & quicquid in illos contulerat, in Dominum se contulisse letabatur. Mirus ardor, & vix in foemina credibilis fortitudo. Oblita sexus & fragilitatis corporeæ, inter tot millia monachorum cum puellis suis habitare cupiebat: & forsitan, cunctis eam susipientibus, impetrasset, nisi maius sanctorum locorum retraxisset desiderium. Atque propter feruentissimos actus de Pelusio Maiomam navigatione perueniens, tanta velocitate reuersa est, ut autem putares. Nec multo post in sancta Bethlehem mansura perpetuo, angusto per triennium mansit hospitio, donec extrueret cellulas ac monasteria, & diuersorum peregrinorum iuxta viam conderet mansiones, in qua Maria & Ioseph hospitium non inueniant.

Hucusque iter eius descriptum sit, quod cum multis virginibus & filia comite peragravit. Nunc virtus latius describatur, quæ ipsius propria est, & in qua exponenda, Deo iudice ac teste, profiteor me nihil addere, nihil in maius attollere more laudantium: sed, ne rerum excedam fidem, multa detrahere: & ne apud detractores & genuino me semper dente rodentes fingere puter, & cornicem Aesopi alienis coloribus adornare. Quæ prima Christianorum virtus est, tanta se humilitate deiecit, ut qui eam non vidisset, & pro celebritate nominis videre gestisset, ipsam esse non crederet, sed ancillarum vltimam: & cum frequentibus choris virginum cingeretur, & veste & voce & habitu & incessu minima omnium erat: Nunquam post viri mortem vsque ad diem dormitionis suæ cum villo comedit viro, quantum cum sanctum, & in pontificali sciret culmine constitutum. Balneas, nisi periclitans, non adiit. Mollia, etiam in grauissima febre, leuiter strata non habuit: sed super durissimam humum stratis ciliciolis quiescebat: si tamen illa quies dicenda est, quæ iugibus penè orationibus dies noctesque iungebat, illud implens de Psalterio: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. In qua fontes crederes lachrymarum: ita leuia peccata plangebat, ut illam grauissimum criminum crederes ream. Cumque à nobis crebrius moneretur, ut parceret oculis, & eos seruaret euangelicæ lectioni, aiebat: Turpanda est facies, quam contra Dei præceptum purpurisso & cerussa & stibio sæpè depinxi. Affligendum corpus, quod multis vacauit delicijs. Longus risus, perpeti compensandus est fletu. Mollia linteamina & serica preciosissima, asperitate cilicij commutanda. Quæ viro & seculo placui, nunc Christo placere desidero.

Si inter tales tantasque virtutes castitatem in illa voluero prædicare, superfluum videar: in qua etiam cum secularis esset, omnium Romæ matronarum exemplum fuit: quæ ita se gessit, ut nunquam de illa etiam maledicorum quicquam aueret fama confingere. Nihil animo eius clementius, nihil erga humiles blandius fuit. Non appetebat potentes: nec tamen superbos & gloriolam quærentes, fastidio despiciebat. Si pauperem videbat, sustentabat: si diuitem, ad beneficiendum hortabatur. Liberalitas sola excedebat modum. Et vsuras tribuens, versuram quoque sepius faciebat, ut nulli stipem rogantium denegaret. Fateor errorem meum: Cum in largiendo esset profusior, arguebam, illud proficiens de Apostolo: Non ut alijs sit refrigerium, vobis autem tribulatio: sed ex æqualitate in hoc tempore, ut vestra abundantia sit ad illorum inopiam, & illorum abundantia sit ad vestram inopiã. Et hoc de Euangelio Saluatoris: Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti. Et prouidendum esse, ne quod libenter faceret, semper facere non possit: multaque huiuscemodi, quæ illa mira verecundia, & sermone periclitissimo dissoluebat, testem inuocans Deum, se pro illius nomine cuncta facere: & hoc habere voti, ut mendicans ipsa moreretur: ut vnum nummum filie non dimitteret, & in funere suo aliena sindone inuolueretur. Ad extremum sic inferebat: Ego si petiero, multos inueniam, qui mihi tribuant: iste mendicans si à me non acceperit, quæ ei possum etiam de alieno tribuere, & mortuus fuerit, à quo eius anima requiretur? Ego cautiorem in re familiari esse cupiebam: sed illa ardentior fide, toto Saluatori animo iungebatur, & pauperem Dominum, pauper spiritu sequebatur, reddens ei quod acceperat.

Inuist 8.  
Paula cellu-  
las sanctorū  
monachorū

Condit mo-  
nasteria in  
Bethlehem.

Eius humi-  
litas.

Stratum.

Psal 6.  
Copia la-  
chrymarū.

Castitas in-  
signis.

Liberalitas

2. Cor. 8.

Luc. 11.

Studij pau-  
peratis.

perat, pauper pro ipso effecta. Denique consequuta est quod optabat, & in grandi ære alieno filiam dereliquit, quod hucusquæ debens, non suis viribus, sed Christi se confidit misericordia reddituram.

Solent pleræque matronarum buccinatoribus suis dona conferre, & in paucos largitate profusa, manū à ceteris retrahere: quo illa omnino carebat vitio. Ità enim singulis suam pecuniam diuidebat, vt singulis necessarium erat, non ad luxuriā, sed ad necessitatem. Nemo ab ea pauperum vacuus reuersus est. Quod obtinebat, non diuitiarum magnitudine, sed prudentia dispensandi: illud semper replicans, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et, Sicut aqua extinguit ignē, ità elemosyna extinguit peccatum. Et, Facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula. Et: Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Et verba Danielis, regem Nabuchodonosor monentis, vt elemosynis redimeret peccata sua. Nolebat in his lapidibus pecuniā effundere, qui cum terra & seculo transfuri sunt: sed in viuis lapidibus, qui voluntur super terram, de quibus in Apocalypsi Iohannis, ciuitas magni regis extruitur: quos in saphirum & smaragdum & iaspidem & cæteras gemmas esse vertēdos, scriptura commemorat. Verum hæc possunt esse communia cum multis, & scit diabolus non in summo virtutū culmine posita. Vnde loquitur ad Dominum, post amissam Iob substantiam, post euerfam domum, post liberos interfectos: Corium pro corio, & omnia quæ habuerit homo, dabit pro anima sua. Sed extende manum tuam, & tange ossa eius & carnes, nisi in faciem benedixerit tibi. Scimus plerosque dedisse elemosynam, sed de proprio corpore nihil dedisse: porrexisse egenibus manum, sed carnis voluptate superatos: dealbasse ea, quæ foris erāt, & intus pleenos fuisse ossibus mortuorum. At non Paula talis: quæ tantæ continentiæ fuit, vt propè mensuram excederet, & debilitatem corporis nimis ieiunij ac labore contraheret. Quæ, exceptis diebus festis, vix oleum in cibo caperet: vt ex hoc vno astimetur, quid de vino & liquamine, piscibus & lacte, & mellē, & ouis, & reliquis, quæ gustui suaui sunt, iudicārit. In quibus sumendis quidam se abstinentissimos putant: & si his ventrem ingurgitauerint, rutam pudicitiam suspicantur.

Semper quidem virtutes sequitur inuidia, feriuntq; summos fulgura montes. Nec mirum, si hoc de hominibus loquat, cum etiam Dominus noster pharisæorum zelo sit crucifixus, & omnes sancti æmulos habuerint: in paradiso quoque serpens fuerit, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Suscitauerat ei Dominus Adad Idumæum, qui eam colaphizaret, nè se extolleret: & quasi quodam stimulo carnis sapiens admonēbat, nè magnitudo virtutum altiùs raperet, & aliarum virtijs foeminarum, se in excelsis crederet constitutam. Ego aiebam, liuori esse cedendum, & dandū insanie locum: quod fecisset Iacob in fratre suo Esau, & David in pertinacissimo inimicorum Saul: quorum alter in Mesopotamiam fugerit, alter se Allophylis tradiderit, malens hostibus, quam inuidis, subiacere. At illa respondebat: Iustè hæc diceres, si diabolus contra seruos Dei & ancillas non vbiquæ pugnaret, & ad omnia loca fugientes non præcederet: si non sanctorum locorum amore retineret, & Bethlehem meam in alia reperire possem parte terrarum. Cur enim non patientia liuorem superem? Cur non humilitate frangā superbiam, & percutienti maxillam offeram alteram? dicente apostolo Paulo: Vincite in bono malum. Nonne apostoli gloriabantur, quando pro Domino sunt passi contumeliam? Nonne ipse Saluator humiliavit se, formam serui accipiens, & factus est obediens patri vsq; ad mortem, & mortem crucis, vt nos sua passione saluaret? Iob nisi certasset, & vicisset in prelio, non accepisset coronam iustitiæ, nec audisset à Domino: Putas me aliter loquutum tibi, quam vt appareres iustus? Beati dicuntur in Euangelio, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Secura sit conscientia, quod nõ propter peccata patiamur: & afflictio in seculo, materia premiorum est.

Si quando procacior fuisset inimicus, & vsque ad verborum iurgia prosilisset, illud Psalterij decantabat: Cum cõsisteret aduersum me peccator, obmutui & silui à bonis. Et rursus: Ego autem quasi surdus non audiebam, & quasi mutus non aperiens os sum: Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo increpationes. In tentationibus, Deuteronomij verba voluebat: Tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligatis Dominum Deum vestrum de toto corde vestro, & de tota anima vestra. In tribulationibus & angustijs, Esaiæ replicabat eloquia: Qui ablati estis à lacte, qui abstr-

Matth. 5.  
Ecl. 3.  
Luc. 16.  
Luc. 17.  
Dan. 4.

Apoc. 21.  
Esai. 54.

Iob 2.

Ieiunia &  
abstinentiæ

Sap. 2.

Gen. 27.  
1. Reg. 27.

Rom. 12.  
Acto. 5.  
Philip. 2.

Iob 42.  
Matth. 5.

Psal. 28.  
Psal. 37.

Deut. 13.

Esai. 8.

abstracti ab vbere, tribulationem super tribulationem expectate, spem super spem: ad huc pusillum propter malitiam labiorum, propter linguam malignam. Et scripturæ testimonium in consolationem suam edisserbat: Ablati estis à lacte, & abstrati à vitulo, & ad vtilem ætatem peruenissent, tribulationem super tribulationē sustinere, vt spem super spem mereantur accipere: Scientes quoniam tribulatio patientiā operatur, patientia autem probationem, probatio verò spem, spes autem non confundit. Et: Quod si is, qui foris est, homo noster corrumpatur: ille qui intus est, innouetur: & in præsentiarum leue & momentaneum tribulationis vestræ, æternæ gloriæ pondus operatur in vobis, non adspicientibus quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna. Nec longum fore tempus, etiam si humanæ impatientiæ tardum videatur, quoniam in Dei statim videatur auxilium, dicentis: Tempore opportuno exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tibi. Nec dolosa labia & linguas iniquorum esse metuendas, cum Domino adiutore letemur, & ipsum debeamus audire per prophetam monentem: Nolite timere opprobria hominum, & blasphemias eorum nè metueritis. Sicut enim vestimentum, sic comedit eos vermis: & sicut lanam, sic deuorauit eos tinea. Et, Per patientiam vestram possidebitis animas vestras. Et, Non sunt condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et alibi, Tribulationem super tribulationē sustinere, vt patienter agamus in omnibus, quæ accidunt nobis. Patiens enim vir, multum prudens. Qui autem pusillanimis est, vehementer insipiens. In languoribus & crebra infirmitate dicebat: Quando infirma sum, tunc fortis sum. Et, Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, donec mortale hoc induat immortalitatem, & corruptium hoc vestiatur incorruptione. Et iterum, Sicut superabundant passionibus Christi in nobis, ita & per Christum abundat & cõsolatio. Ac deinde: Vt focij passionum estis, sic eritis & consolatio. In mœrore cantabat: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus. In periculis loquebatur: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Et iterum: Qui vult animam suam saluam facere, perdet eam. Et, Qui perdiderit animam suam propter me, saluam eam faciet. Quando dispendia rei familiaris & euersio totius patrimonij nunciabatur, aiebat: Quid enim prodest homini, si totum mundum lucrifecerit, & animam suam damnum habuerit? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Et, Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus & redeam. Sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Et illud: Nolite diligere mundum, neque ea quæ sunt in mundo. Quoniam omne quod in mundo est, desiderium carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ huius: quæ non est ex patre, sed ex mundo. Et mundus transit, & concupiscentia eius. Scio ei scriptas infirmitates grauissimas liberorum, & maxime Toxotij sui, quem diligebat plurimum. Cumq; illud virtute complēssēt, Turbata sum, & non sum loquuta, in hæc verba prorupit: Qui amat filium aut filiam plus quam me, non est me dignus. Et orans ad Dominum, loquebatur: Posside Domine filios mortificatorum, qui pro te quotidie mortificant corpora sua.

Noui susurrone quendam (quod genus hominum perniciosissimum est) quasi beneuolum nunciāsse, quod pro nimio seruore virtutum quibusdam videretur insana, & cerebrum illius diceret confouendum. Cui illa respondit: Theatrum facti sumus mundo, & angelis & hominibus. Et: Nos stulti propter Christum, sed stultum Dei sapientius est hominibus. Vnde & Saluator loquitur ad patrem: Tu scis insipientiam meam. Et iterum: Tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis: Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Quem in Euangelio & propinqui quasi mentis impotem ligare cupiebant, & aduersarij sugillabant, dicentes: Dæmonium habet, & Samaritanus est. Et: In Beelzebub principe dæmoniorum eiecit dæmonia. Sed nos audiamus Apostolum cohortantem: Hæc est gloria nostra, testimonium conscientie nostre: quoniam in sanctitate & syncceritate, & in gratia Dei conuersati sumus in mundo. Et Dominum dicentem ad Apostolos: Ideo mundus odit vos, quoniam non estis de mundo. Si enim essetis de mundo, amaret vtiq; mundus, quod suum erat. Et ad ipsum Dominum verba vertebat: Tu nõsti cordis abscondita, & hæc omnia venerunt super nos, nec sumus obliti tuæ, neque iniquè egimus in testamento tuo, nec auersum est retrorsum cor nostrum. Et: Propter te mortificati sumus tota die: reputati sumus vt oves occisionis.

tionis.

Rom. 5.  
2. Cor. 4.

Esai. 49.

Esai. 51.

Luc. 21.  
Rom. 8.

Prou. 14.

2. Cor. 12.  
2. Cor. 4.

1. Cor. 15.

2. Cor. 1.  
Psal. 41.

Luc. 9.

Matth. 16.

Iob 1.  
1. Iohan. 3.

Matth. 10.  
Psal. 76.

1. Cor. 4.  
1. Cor. 1.  
Psal. 68.  
70. 72.

Marc. 3.  
Iohan. 8.  
Matth. 12.  
2. Cor. 1.

Iohan. 13.

Psal. 41.



Pfalm. 178. Prou. 7. sionis. Sed Dominus auxiliator meus, non timebo quid faciat mihi homo. Legi enim: Fili, honora Dominum, & confortaberis, & extra Dominum nullum timueris. His & talibus testimonijs, quasi armatura Dei, & aduersus omnia quidem vitia, sed præcipue instruebat se contra inuidiam sequentem: & patiendo iniurias, furorem rabidi pectoris mitigabat. Denique vsq; ad diem mortis, & huius patientia, & aliorum zelus omnibus patuit: qui suum rodit authorem, & dum emulum lædere nititur, in semetipsum proprio furore bacchatur.

Multas coligit virgines in monasteria.

1. Cor. 4.

1. Tim. 6.

Rixis deditas vt castigabit.

Humilitas in ægrotas. Erga se seueritas.

Dicam & de ordine monasterij, quomodo sanctorum continentiam in suum vertit lucrum. Semina bat carnalia, vt meteret spiritualia: dabat terrena, vt cælestia tolleret: breuia concedebat, vt pro his æterna mutaret. Post virorum monasterium, quod viris tradiderat gubernandum, plures virgines, quas è diuersis provincijs cõgregarat, tam nobiles, quam medijs & infimi generis, in tres turmas monasteriaque diuisit: irã duntaxat, vt in opere & in cibo separatæ, psalmodijs & orationibus iungerentur. Post alleluia cantatum (quo signo vocabantur ad collectam) nulli residere licitum erat: sed prima, seu inter primas veniens, ceterarum operiebatur aduentum, pudore & exemplo adlaborem eas prouocans, non terrore. Manè, hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio, per ordinem psalterium cantabant: nec licebat cuiquam sororũ ignorare psalmos, & non de scripturis sanctis quotidie aliquid discere. Die tantum Dominico ad Ecclesiam procedebant, ex cuius habitabat latere: & vnum quodque agmen matrem propriam sequebatur: atq; inde pariter reuertentes, instabant operi distributo, & vel sibi, vel ceteris indumenta faciebant. Si qua erat nobilis, nõ permittebatur de domo sua habere comitem, nè veterũ actuum memor, & lasciuientis infantie errorem refricaret antiquũ, & crebra cõfabulatione renouaret. Vnus omnium habitus. Linteamine ad tergendas solũ manus utebantur. A viris tanta separatio, vt à spadonibus quoque eas sciungeret, nè vllam daret occasionem lingue maledicæ, quæ sanctos carpere solita est in locutium delinquendi. Si qua vel tardior veniebat ad psalmos, vel erat in opere pigrior, varijs eam modis aggrediebatur. Si erat iracunda, blanditijs: si patiens, correptione: illud Apostoli imitã: Quid vultis? In virga veniam ad vos, an in spiritu lenitatis & mansuetudinis? Excepto victu & vestitu, nullam habere quicquam patiebatur, dicente Paulo: Habentes victum & vestitum, his contenti sumus: nè consuetudine plus habendi præberet locum auaritiæ, quæ nullis expletur opibus: & quanto amplius habuerit, plus requirit: & neq; copia, neque inopia minuitur. Iurgantes inter se, sermone lenissimo federabat. Lasciuientem adolescentularum carnem crebris & duplicatis frangebatur ieiunijs, málens eis stomachum dolere, quam mentem. Si vidisset aliquam comptiorem, contractione frontis & vultus tristitia arguebat errantem, dicens munditiam corporis atque vestitus, anime esse immunditiam: & turpe verbum atq; lasciuia, nunquam de ore virgineo proferenda: quibus signis libidinosus animus ostenditur, & per exteriorem hominem, interioris hominis vitia demonstrantur. Quam linguosam, garulam ac procacem, rixisque perspexerat delectari, & sepius commonitam nolle conuertere, inter vltimas & extra cõuentum sororum, ad fores triclinij orare faciebat, & separatim cibum capere: vt quam obiurgatio non correxerat, emendaret pudor. Furtum quasi sacrilegium detestabatur: & quod inter seculi homines vel leue putatur, vel nihili, hoc in monasterijs grauissimum dicebat esse delictum. Quid memorem clementiam & sedulitatem in ægrotantes, quas miris obsequijs & ministerijs confouebat? Cumque alijs languentibus largè præberet omnia, & esum quoque exhiberet carnium: si quando ipsa ægrotasset, sibi non indulgebat, & in eo inæqualis videbatur, quod in alijs clementiam, in se duritiam commutabat: Nulla iuuenum puellarum sano & vegeto corpore, tantæ se dederat continentia, quantæ ipsa fractio & senili debilitatoque corpusculo. Fateor, in hac re pertinacior fuit, vt sibi non parceret, & nulli cederet admoquenti. Referam, quod expertus sum: Mense Iulio feruentissimis æstibus incidit in ardorem febris, & post desperationem cum Dei misericordia respirasset, & medici persuaderent ob refectioem corporis vino opus esse tenui & parco, nè aquam bibens, in hydropem verteretur, & ego clam beatum papam Epiphanium rogarem, vt eam morderet, immo compelleret vinum bibere: illa, vt erat prudens & solertis ingenij, statim sensit insidias: & subridens, meum esse quod ille diceret, intimauit: Quid plura? Cum beatus pontifex post multa hortamenta exisset foras, quæret mihi quid egisset, respondit:

respondit: Tantum profeci, vt seni homini penè persuaserit, nè vinum bibam. Hæc refectio, non quod inconsideranter & vltra vires sumpta onera probem, monente scriptura: Super te onus nè leuaueris: sed quod mentis eius ardorem, & desiderium fidelis anime, ex hac quoque probare velim perseverantia, decantantis: Sitiuit anima mea in te, quam multipliciter tibi caro mea.

Difficile est modum tenere in omnibus: & verè iuxta philosophorum sententiam, *moderatus appetit, κακία υπερβολή πηλεταί*, id est, Modus virtus est, vitium nimietas reputatur. Quod nos vna & breui sententiola exprimere possumus: Nè quid nimis. Quæ in contemptu ciborum tantam habebat pertinaciam, in luctu mitis erat, & suorum mortibus frangebatur, maxime liberorum. Nam & in viri & filiarum dormitione, semper periclitata est: & cum os stomachumque signaret, & matris dolorem, crucis niteretur impressione lenire, superabatur affectu, & credulam mentem, parentis viscera consternabant: animoque vincens, fragilitate corporis vincebatur. Quam semel languor arripens, longo tẽpore possidebat, vt & nobis iniquitatem, & sibi discrimina offerret: in quo illa lætabatur, per momenta commemorans: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat prudens lector, pro laudibus me vituperationem scribere. Testor Iesum, cui illa seruiuit, & ego seruire cupio, me vtranq; in partem nihil fingere, sed quasi Christianum de Christiana, quæ sunt vera, proferre, id est, historiam scribere, non panegyricum: & illius vitia, aliorum esse virtutes. Vitia loquor, secundum animum meum, & omnium sororum ac fratrum desiderium, qui illum diligimus, & absentem quærimus.

Cæterum illa impleuit cursum suum, fidemque seruaui, & nunc fruitur corona iustitiæ: sequiturque agnum quocunque vadit. Saturatur, quia esuriuit, & læta decantat: Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri. O beata rerum commuratio: fleuit, vt semper rideret: Despexit lacus contritos, vt fontem Dominum reperiret. Vestita cilicio est, vt nunc albis vestimentis vteretur, & diceret: Scidisti saccum meum, & induisti me lætitia. Cinerem sicut panem manducabat, & potione suam cum fletu miscebat, dicens: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, vt in æternum pane angelorum vesceretur, & caneret: Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus. Et, Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Et Esaiæ, immo Domini per Esaiam, in se cernebat verba compleri: Ecce qui seruiunt mihi, manducabunt, vos autem esurietis: Ecce qui seruiunt mihi, bibent, vos autem sitietis. Ecce qui seruiunt mihi, lætabuntur, vos autem confundemini. Ecce qui seruiunt mihi, exultabunt, vos autem clamabitis ob dolorem cordis, & propter contritionem spiritus vlulabitis.

Dixeram, lacus eam semper fugisse contritos, vt fontem Dominum reperiret, vt posset læta cantare: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Quando veniã & apparebo ante faciem Dei? Tangam ergo breuiter, quomodo hæreticorum cœnosos deuiterit lacus, & eos inslar habuerit ethnicorum. Quidam veterator callidus, atque vt sibi videbatur, doctus & sciolus, me nesciente, cepit ei proponere quæstiones, & dicere: Quid peccauit infans, vt à dæmone corripiatur? In quæ ætate resurrecturi sumus? Si in ipsa, qua morimur: ergo nutricibus post resurrectionem opus erit. Sin aliter, nequaquam erit resurrectio mortuorum, sed transformatio in alios. Diuersitas quoque sexus maris ac foeminæ erit, aut non erit? Si erit, sequentur & nuptiæ, & concubitus, sed & generatio. Si non erit, sublata diuersitate sexus, eadem corpora non resurgent: aggruat enim terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: sed tenuia erunt & spiritualia, dicente Apostolo: Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale. Ex quibus omnibus probare cupiebat, rationales creaturas ob quædam vitia & antiqua peccata, in corpora esse delapsas: & pro diuersitate & mentis peccatorum, tali vel tali conditione generari, vt vel corporum sanitate gauderent, & parentum diuitijs ac nobilitate, vel in morbidas carnes & domus inopum venientes, poenas pristinorum luerent delictorum, & præsentis seculo atque corporibus, quasi carcere clauderentur. Quod cum audisset, & ad me retulisset, indicans hominem, nihilque incubisset necessitas nequissimæ viperæ ac mortiferæ bestia resistendi, de quibus Psalmista commemorat, dicens: Nè tradas bestijs animas consentium tibi: Et: Increpa Domine bestias calami, qui scribentes iniquitatem, loquuntur contra Dominum.

Verfutum  
hæreticum  
confutat S.  
Hierony-  
mus.

minum mendacium, & eleuant in excelsum os suum: conuēni hominem, & orationi-  
bus eius, quam decipere nitebatur, breui interrogatione conclusi, dicens: Vtrum ere-  
deret futuram resurrectionem mortuorum, an non? Qui cum se credere respondi-  
set, intuli: Eadem resurgent corpora, an altera? Cum dixisset, Eadem, sciscitatus sum:  
In eodem sexu, an in altero? Ad interrogata reticenti, & instar colubri huc atque illuc  
transferenti caput, nē feriretur: Quia, inquam, taces, ego mihi pro te respondebo, &  
consequentia inferam: Si non resurget mulier, vt mulier, neque masculus, vt mas-  
culus: non erit resurrectio mortuorum: quia sexus membra habet, membra autem to-  
rum corpus efficiunt. Si autem sexus & membra non fuerint, vbi erit resurrectio cor-  
porum, quæ sine sexu non constant & membris? Porro si corporum non fuerit resur-  
rectio, nequaquam erit resurrectio mortuorum. Sed & illud, quod de nuptijs obijcis:  
Si eadem membra fuerint, sequi nuptias, à Salvatore dissoluitur, dicente: Erratis, ne-  
scientes scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim mortuorum non nu-  
bent, neque nubentur, sed erunt similes angelorum. Vbi dicitur, Non nubent, neque  
nubentur, sexum diuersitas demonstratur. Nemo enim de lapide & ligno dicit, Non nu-  
bent, neque nubentur, quæ naturam nubendi non habent: sed de ijs, qui possint nube-  
re, & gratia Christi ac virtute non nubant. Quod si opposueris, Quomodo ergo eri-  
mus similes angelorum, cum inter angelos non sit masculus & femina? breuiter au-  
sculta: Non substantiam nobis angelorum, sed conuersationem, & beatitudinem Do-  
minus repromittit. Quomodo & Iohannes Baptista, antequam decollaretur, angelus  
appellatus est, & omnes sancti ac virgines Dei, etiam in isto seculo vitam in se expri-  
munt angelorum. Quando enim dicitur: Eritis similes angelorum, similitudo promit-  
titur, non natura mutatur. Simulque responde, quomodo illud interpretaris, quod  
Ioan. 10, 21. Thomas Domini resurgentis tetigerit manus, & viderit lancea latus eius perforatum?  
Et Petrus in litore stantem viderit Dominum, & partem assi piscis, ac fauam mellis co-  
medentem? Qui stabat, profectò habebat pedes. Qui monstrauit latus vulneratum, vi-  
que & ventrem, & pectus habuit, sine quibus non sunt latera ventri & pectori coheren-  
tia. Qui loquutus est, lingua & palato ac dentibus loquebatur. Sicut enim plectrum  
chordis, ita lingua illiditur dentibus, & vocalem reddit sonum. Cuius palpatæ sunt ma-  
nus, consequenter & brachia habuit. Cum igitur omnia membra habuisse dicatur, ne-  
cessè est, vt totum corpus habuerit, quod conficitur ex membris: non vtique femine-  
um, sed virile, id est, eiusdem sexus, in quo mortuus est. Quod si obtenderis, Ergo & nos  
post resurrectionem comedemus? Et quomodo clausis ingressus est ianuis, contra na-  
turam pinguium & solidorum corporum? Audies: Noli propter cibum, resurrectio-  
nis fidem in calumniam trahere. Nam & archisynagogi filia resuscitata iussit cibum  
dari, & Lazarus quatuoriduanus mortuus, cum ipso scribitur inisse conuiuium, nē resur-  
rectio eorum phantasma putaretur. Sin autem clausis ingressus est ianuis, & idcirco  
spirituale & aëreum corpus niteris approbare: ergo & antequam pateretur, quia con-  
tra naturam grauiorum corporum super mare ambulauit, spirituale corpus habuit: &  
apostolus Petrus, qui & ipse super aquas pendulo incessit gradu, spirituale corpus ha-  
buisse credendus est, cum potentia magis & virtus ostendatur Dei, quando fit aliquid  
contra naturam. Et vt scias, in signorum magnitudine, non naturæ mutationem, sed  
Dei omnipotentiam demonstrari: Qui ambulabat fide, cœpit infidelitate mergi, nisi  
eum manus Domini subleuasset, dicentis: Modicæ fidei, quare dubitasti? Miror autem  
te obdurare frontem, loquente Domino: Infer digitum tuum huc, & tange manus  
meas: & porrige manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fi-  
delis. Et alibi: Videte manus meas, & pedes meos, quia ipse ego sum. Palpate & vide-  
te, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videris habere. Et cum hoc dixisset,  
ostendit eis manus & pedes. Ossa audis & carnem, & pedes, & manus: & globos mihi  
Stoicorum, atque aërea quædam deliramenta confingis. Porro si quæris, cur insans  
à dæmone corripatur, qui peccata non habuit: aut in qua ætate resurrecturi sumus,  
cum diuersa ætate moriamur: ingratis suscipies, iudicia Dei abyssus multa. Et, O al-  
titudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & in-  
uestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius  
fuit? Aeratum autem diuersitas non mutat corporum veritatem. Cum enim quoti-  
diè corpora nostra fluant, & aut crescant, aut decrescant: ergo tot erimus homines,  
quot

quot quotidie commutatur? aut alius fui, cum decem annorum essem, alius cum tri-  
ginta, alius cum quinquaginta, alius cum iam toto cano capite sum? Igitur, iuxta ec-  
clesiarum traditiones & Apostolum Paulum, illud est respondendum, quod in virum  
perfectum, & in mensuram ætatis plenitudinis Christi resurrecturi sumus, in qua &  
Adam Iudæi conditum autumant, Dominum Saluatorem legimus surrexisse: & multa  
alia, quæ de vtroque testamento in suffocationem hæretici protuli. Ex quo die ita cœ-  
pit hominem detestari, & omnes, qui eiusdem dogmatis erant, vt eos voce publica, ho-  
stes Domini proclamaret. Et hæc dixi, non vt breuiter hæresim confutarem, cui mul-  
tis voluminibus respondendum esset: sed vt fidem tantæ foeminae ostenderem, quæ  
maluit inimicitias hominum subire perpetuas, quàm Dei offensam amicitijs noxijs  
prouocare.

Dicam ergo, vt coeperam: nihil ingenio eius docilius fuit. Tarda erat adloquen-  
dum, velox ad audiendum, memor illius præcepti: Audi Israel, & tace. Scripturas san-  
ctas tenebat memoriter. Et cum amaret historiam, & hoc veritatis diceret fundamen-  
tum: magis tamen sequebatur intelligentiam spiritualem: & hoc culmine, ædificatio-  
nem animæ protegebat. Denique compulit me, vt vetus & nouum instrumentum cum  
filia, me differente, perlegeret. Quod propter verecundiam negans, propter assiduita-  
tem tamen & crebras postulationes eius præstiti, vt docerem quod didiceram, non à  
me ipso, id est, à præsumptione, pessimo præceptore, sed ab illustribus Ecclesiæ viris. Sic  
ubi hæsitabam, & nescire me ingenuè confitebar, nequaquam mihi voluit acquiesce-  
re: sed iungi interrogatione cogebat, è multis varijsque sententijs, quæ mihi videretur  
probabilior, indicarem. Loquar & illud, quod forsitan æmulis videatur incredibile:  
Hebraicam linguam, quam ego ab adolescentia multo labore ac sudore ex parte didici,  
& infatigabili meditatione non desero, nē ipse ab ea deserar, discere voluit, & conse-  
quuta est: ita vt psalmos Hebraicè caneret, & sermonem absq; vlla Latinæ linguæ pro-  
prietate personaret. Quod quidem vsque hodiè in sancta filia eius Eustochio cernimus:  
quæ ita semper adhæsit matri, & eius obediuit imperijs, vt nunquam absque ea cuba-  
ret, nunquam procederet, nunquam cibum caperet, ne vnum quidem nummum ha-  
beret potestatis suæ, sed & paternam & maternam substantiolam, à matre distribui pau-  
peribus lætaretur, & pietatem in parentem, hæreditatem maximam & diuitias crede-  
ret. Non deo silentio præterire, quanto exultauerit gaudio, quod Paulam neptem  
suam, ex Læra & Toxotio genitam, immò voto & futuræ virginitatis repromissione  
conceptam, audièrat in cunis & crepitaculis balbutiente lingua, alleluia cantare, aui-  
que & amara nomina, dimidiatis verbis frangere. In hoc solo patriæ desiderium ha-  
buit, vt filium, nurum, neptem renouissè seculo, & Christo seruire cognosceret. Quod  
& impetrauit ex parte. Nam neptis Christi flammeo referuatur: nurus aternæ se tradens  
pudicitia, sacerus opera, fide & eleemosynis sequitur, & Romæ conatur exprimere,  
quod Hierosolymis illa compleuit.

Quid agimus anima? Cur ad mortem eius venire formidas? Iam dudum prolixior  
liber cuditur, dum timemus ad vltima peruenire, quasi tacentibus nobis, & in laudibus  
illius occupatis, differri possit occubitus. Hucusque prosperis nauigauimus ventis, &  
cispantia maris æquora labens carina fulcauit: nunc in scopulos incurrit oratio, & tu-  
mentibus fluctuum motibus, præsens vtrique nostrum intentatur naufragium, ita vt  
cogamur dicere: Præceptor, saluos nos fac, perimus. Et illud: Exurge, vt quid ob-  
dormis Domine? Quis enim possit sicis oculis Paulam narrare morientem? Incidit in  
grauissimam valetudinem, immò quod optabat inuenit, vt nos desereret, & pleniùs Do-  
mino iungeretur. In quo languore Eustochij filia probata semper in matre pietas, ma-  
gis ab omnibus comprobata est. Ipsa assidere lectulo, stabellum tenere, sustentare ca-  
put, puluillum supponere, fricare pedes, manu stomachum confouere, mollia strata  
componere, aquam calidam temperare, mappulam apponere, omnium ancillarum  
præuenire officia, & quicquid alia fecisset, de sua mercede putare subtractum. Quibus  
illa precibus, quibus lamentis & gemitu, inter iacentem matrem & specum Domi-  
ni discurret, nē priuaretur tanto contubernio, nē illa absente viueret, vt eodem fere-  
tro portaretur? Sed o mortalium fragilis & caduca natura, & nisi Christi fides nos ex-  
tollat ad cælum, & aternitas animæ promittatur, cum bestijs ac iumentis, corporum  
vna conditio est. Idem occubitus iusto & impio, bono & malo, mundo ac immundo,  
Ecl. 3 & 9.

sacrificanti & non sacrificanti. Sicut bonus, ita & qui peccat: sicut qui iurat, ita & is qui iuramentum metuit. Similiter & homines & iumenta, in fauillam & cinerem dissoluuntur.

Quid diu immoror, & dolorem meum differendo facio longiorem? Sentiebat prudentissima foeminarum adesse mortem, & frigente alia parte corporis atque membrorum, solum animae teporem in sacro pectore palpitare: & nihilo minus quasi ad suos pergeret, alienosque desereret, illos versuculos suffurrabat: Domine, dilexi decorem domus tuae, & locum habitationis gloriae tuae. Et: Quam dilecta tabernacula tua Domine virrutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Et: Elegi abiecta esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Cumque a me interrogaretur, cur taceret, cur nollet respondere, an doleret aliquid: Graco sermone respondit, nihil se habere molestiae, sed omnia quieta & tranquilla perspicere. Post haec obmutuit, & clausis oculis, quasi iam mortalia despiceret, vsque ad expirationem animae, eisdem repetebat versuculos: vt quod dicebat, vix audire possemus: digitumque ad os tenens, crucis signum pingebat in labijs. Defecerat spiritus, & anhelabat in mortem: animaque erumpere gestiens, ipsum studorem, quo mortaliu vita finitur, in laudes Domini conuertebat. Aderant Hierosolymarum & aliarum vrbiu episcopi, & sacerdotum inferiores gradus, ac Leuitarum innumerabilis multitudo. Omne monasterium, virginum & monachorum chori repluerant. Statimque vt audiuit sponsum vocantem: Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea. Quoniam ecce hyems transijt & recessit, pluuia abiit sibi: Laeta respondit: Flores visi sunt in terra, tempus se-  
tionis aduenit. Et: Credo videre bona Domini in terra viuentium.

Ex hinc non vlulatus, non planctus, vt inter seculi homines fieri solet, sed psalmodum linguis diuersis examina concrepabant: translataque episcoporum manibus, & ceruicem feretro subijcientibus, cum alij potestates lampades cereosque praeferrēt, alij choros psallentium ducerent, in media ecclesia speluncae saluatoris est posita: Tota aditus eius Palaestina vrbiu turba conuenit. Quem monachorum latentiu in eremo cellula sua tenuit? Quam virginum cubiculorum secreta texerunt? Sacrilegum putabant, qui non tali foeminae vltimum reddidisset officiu. Viduae & pauperes, in exemplum Dorcadis, vestes ab ea praebitas ostendebant. Omnis inopum multitudo matrem & nutritiam se perdidisse clamabat. Quodque mirum sit, nihil pallor mutauerat faciem: sed ita dignitas quadam & grauitas ora compleuerat, vt eam putares non mortuam, sed dormientem. Hebraeo, Graco, Latino, Syroque sermone psalmi in ordine personabant: non solum triduo, donec & subter ecclesiam, & iuxta specum Domini conderetur: sed per omnem hebdomadam, cunctis qui venerant, suum funus & proprias credentibus lachrymas. Venerabilis virgo filia eius Eustochium, quasi ablata super matrem suam, abstrahi a parente non poterat: deosculari oculos, harere vultui, totum corpus amplexari, & se cum matre velle sepeliri.

Testis est lesus, ne vnum quidem nummum ab ea filiae derelictum, sed, vt ante iam dixi, derelictum magnum as alienum: & quod his difficilius est, fratrum & sororum immensam multitudinem, quos & sustentare arduum, & abijcere impium est. Quid hac virtute mirabilius, foeminam nobilissimae familiae, magnis quondam opibus, tanta fide omnia delargitam, vt ad egestatem penè vltimam perueniret? Iactent alij pecunias, & in corbanam Dei ara congesta, funalibusque aureis dona pendentia. Nemo plus dedit pauperibus, quam quae sibi nihil referuauit. Nunc illa diuitijs fruitur, & his bonis, quae nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Nostram vicem dolemus, & inuidere potius gloriae eius videbimur, si voluerimus diuitijs flere regnantem. Secura esto Eustochium, magna hereditate ditata es. Pars tua Dominus, & quo magis gaudeas, mater tua longo martyrio coronata est. Non solum enim effusio sanguinis in confessione reputatur, sed deuotae quoque mentis seruitus immaculata, quotidianum martyrium est. Illa corona de rosas & violis plebitur, ista de lilijs. Vnde & in cantico scribitur canticorum: Fratruelis meus candidus & rubicundus: & in pace, & in bello eadem praemia vincentibus tribuens. Mater (inquam) tua audiuit cum Abraham: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam ostendam tibi. Et per Hieremiam Dominum praecipientem: Fugite de medio Babylonis, & saluate animas vestras. Haec autem exijt de terra sua, & vsque ad diem mortis suae non est reuersa in

Psalm. 25.  
Psalm. 33.

In supremo spiritu crucis signum sibi impri- mit.

Cant. 2.

Psalm. 26.  
Abit e vita.

Act. 9.

Magnum as alienum reliquit.

Eccl. 64.

Martyrium quotidianum.

Gen. 12.  
Hier. 50.

in Chaldaeam: nec ollas Aegypti & virulentias carniu desiderauit, sed choris comitata virginis, cuius est Saluatoris effecta: de paruula Bethlehem, caelestia regna conscendens, dicit ad veram Noemi: Populus tuus, populus meus: & Deus tuus, Deus meus.

Hunc tibi librum ad duas lucubratiunculas, eodem quem tu sustines dolore, dictaui. Nam quotiescunque stylum figere volui, & opus exarare promissum, toties obriguerunt digiti, cecidit manus, sensus elanguit. Vnde & inculta oratio, votum scribentis absque vlla elegantia & verborum lepore testatur.

Vale, o Paula, & cultoris tui vltimam senectutem orationibus iuua, Fides & opera tua Christo te sociant: praesens facilius, quod postulas, impetrabis. Exegi monumentu tuum aere perennius, quod nulla destruere possit vetustas. Incidi elogiū sepulcro tuo, quod huic volumini subdidi, vt quocunque noster sermo peruenit, te laudatam, te in Bethlehem conditam lector agnoscat.

Sequitur titulus sepulcri:

Scipio quam genuit, Pauli fudere parentes,  
Gracchorum soboles, Agamemnonis inclyta proles,  
Hoc iacet in tumulo: Paulam dixere priores:  
Eustochij genitrix, Romani prima senatus,  
Pauperiem Christi & Bethlemitica rura sequuta est.

In fronte speluncae:

Adspicis angustum praecisa rupe sepulcrum?  
Hospitium Paulae est, caelestia regna tenentis.  
Fratrem, cognatos, Romam, patriamque relinquens,  
Diuitias, sobolem, Bethlemiti conditur antro.  
Hic praesepse tuum Christe, atque hic mystica Magi  
Munera portantes, hominique Deoque dedere.

Dormiuit sancta & beata Paula, septimo Kalendarum Februariarum, tertia sabbati post solis occubitum. Sepulta est quinto Kalend. carundem, Honorio Augusto sexies & Arestenio consulibus. Vixit in sancto proposito, Romae annos quinque, Bethlehem annos viginti. Omne vitae tempus impleuit annis quinquaginta sex, mensibus octo, diebus viginti & vno.

DE SS. Thyrso, Lucio & Callinico videat Lector Tomo 6. Decembris 14.

Is fuit, teste Onaphrio, annus Christi 404. quo anno Chrysolomus in exilium pulsus est.

VITA S. IACOBI EREMITAE, CVIVS LECTIO  
MULTVM HABET COMPVNCTIONIS, AVTHORE  
Simeone Metabrafte.



Vita bona, & animae salutaria beneficia ijs viris, qui DE IANVAR, 28 amantes sunt, & Saluatoris Christi praecipis congruentem vitam ingrediuntur, pulcherrima humilitatis possessio conciliat: quam qui amplecti studuerit, & perfecte obierit, is nunquam illud timere poterit, ne aliquo modo cadat, aut villo affectu capiatur, vel suae fidutiae superbia efferatur. Quod enim multum damni, & insanabilem iacturam, maximumque periculum haec ijs afferat, qui non cautiore fuerint, licet e multis alijs argumentis hoc intelligere, praecipue vero ex hac historia, quae nobis scribenda est, vt qui celestem vitam sibi proposuerint, ex ipsa narratione proficiant, quo tutiores sint. In hac enim & institutionem optimam inuenimus, & exercitationem perfectam, extremum denique cursum ex pigritia proficiscentem, & poenitentiae virtutem: quae tantum valet apud benignissimum Deum, vt non solum ex ipsis inferorum portis, & gehennae doloribus hominem eripiat, sed etiam talem reddat, vt priori virtute maius aliquid possideat, & adiuuante diuina gratia, emendationem vitae superiore statu meliorem recuperet.

Fuit quidam vir, qui solitarium in locum secessit prope oppidum Porphyriorem. Erat

Quindecim annis degit in spelunca. Erat viro illi nomen Iacobus. Hic cum brevis huius vitæ vanitati renunciasset, in spelunca quadam quindecim annos habitauit. Tantos autem in virtutis exercitatione progressus fecit, tamq; insignis & Deo gratus extitit, vt & gratia contra dæmones dignus effectus fuerit, multasq; alias curationes Saluatoris nostri Iesu Christi nomine hominibus attulerit. Cum omnes igitur eius hominis vitam admirarentur, ad eum concurrebant, quorum plerique erant ex impiorum Samaritarum superstitione. Illos cum ad se venientes diuinus ille vir animaduerteret, ex diuinarum literarum lectione ipsos multum erudiendo, ad veram fidem conuertebat.

Sed qui humano generi indè vsque à principio aduersari coepit diabolus, & ijs præcipuè, qui Christo seruiunt, cum ex multa illius hominis virtute, ac perfecta vita se fugari videret, aggressus est eum persequi, & ex ijs locis, quæ supra diximus, expellere. Cum enim in vnum quempiam Samaritam ingressus fuisset ex eorum numero, qui ab initio veritatem ipsam auersabantur, fecit vt ille vniuersos ad se pertinentes amicos, confanguineos ac seruos ad insidias sancto illi viro struendas, in vnum colligeret, quò cum ita irretitum posset è regionibus illis propulsare. Omnes igitur cum ad sacerdotis sui diuersorium conuenissent, & multa essent machinati, vna omnium sententia hæc fuit, vt impudentem atque inhonestam mulierculam ad se accerserent, cui viginti aureos nummos darent, totidemque alios se illi daturos promitterent, si ipsa Dei seruum Iacobum illecebris suis corrumpere posset, vt ansam aliquam arripientes, eum vitum cum dedecore è sua regione fugarent.

His promissis mulier illa inducta, multam noctem obseruans, ad ipsum adijt, ac ianuam pulsas, eum rogabat, vt ipsam intrmitteret. Cumque ille moraretur, & diutius id se facturum recusaret, illa nihilominus impudenter ianuam pulsare pergebat, & multis precibus eum obsecrare, vt ipsam admitteret. Cum igitur ille ianuam patefecisset, & eam vidisset, spectrum aliquod cernere sibi visus est, seque Crucis signo muniens, ianuam ipsam cum impetu clausit, atque in cellam reuersus, ad Orientem solem se conuertit, & Deum attentè precatus est. Non multo autem tempore postea, cum media nox præterisset, non desinebat mulier illa pulsare ianuam: quinetiam magna voce, Misere, inquit, me! tu, qui Dei seruus es: aperi mihi ianuam, nè ante cellam tuam ferarum cibus efficiar.

Cum iustus ille vir hæc consideraret, & ferarum multitudinem, quæ erat in illis locis, animaduerteret, ianuam ipsam inuitus (vt ita dicam) patefecit, eiq; dixit: Vnde huc venisti? Quem quæris? Et vnde es? Cui mulier: E monasterio, inquit, hoc propinquo ego sum, meque monasterij Præses ad ferendas benedictiones in hoc castellum misit, ac dum reuerterer in monasterium, hoc in loco nox me oppressit. Rogo igitur te, diuine vir, vt miserearis me!, & apud te accipiar, nè ferarum præda efficiar. His igitur verbis ille commotus, eam ad se introduxit, panemque & aquam illi apposuit: & interiori cellam ingressus, seipsum illic inclusit, muliere in exteriore cella derelicta. Illa verò cum cibum sumpisset, voluit paulisper quiescere. Postea coepit vociferari, & cum lamentis ad ianuam se deicere, virumque sanctum implorare. Ille verò è fenestra prospiciens, eamque videns angustijs & multo dolore compressam, dubitabat quidnam ei diceret, aut faceret. Tunc illa: Precor te, inquit, vt me respicias, & signo Crucis munias, quoniam dolore cordis opprimor. His ille auditis, exijt, & statim igne multo accenso, prope mulierem sedit, ac sinistra manu igni admota, dextera sacrum oleum sumpsit, & eam calefacere coepit propriae manus calore, neque desinebat eius pectus Crucis signo munire.

Illa igitur impudentiæ stimulis impulsa, cum irretire eum vellet, & in turpem libidinem concitare: Rogo, inquit, te diutius cor meum vngas, vt dolor, qui me comprimit, iam desinat. Ille, quæ eius erat simplicitas, mulieri credens, quæq; ad eam curandam pertinebant, attendens, simulque fraudem prauis dæmonis sciens ac metuens, nè fortè ex multa in eam commiseratione sempiternam infirmitatem sibi afferret, duabus vel tribus horis constanter sinistram manum in ignem iniectam detinuit, ita vt digitorum compages combusta deciderint. Hoc ille faciebat contra diabolicas machinas militans, vt propter intolerabilem illum dolorem, ex ignis flamma proficiscentem, nulla pessima cogitatio in eius animum irreperet. Quod cum admirabiliter ab eo fieri mulier videret, & ipsa respisceret, (totam enim sancti viri manum ferè igne consumptam

Vide more  
consignan-  
di signo  
Crucis.

Magna san-  
cti viri vir-  
tutis.

Seque Cru-  
cis signo  
muniri.

Samarite il-  
li insidiant.

sumptam videbat) lachrymans atque ingemiscens, ad sancti viri pedes se deiecit, & suis manibus propriū pectus pulsans, clamabat: Hei mihi miserè & excæcate, hei mihi, quòd diaboli domicilium facta sum. Hæc cum sanctus vir audiret atque obstupesceret: Surge, inquit, mulier. Hoc dixit, & admodum festinanter è solo illam crexit, & artètas preces ad Deum mittens: Nuncia, inquit, mulier, quid hoc sit. Vixq; ad se reuersa, quo pacto res se habebat, singularem exposuit, aperiens quas prauis Samaritæ, vel diabolus potius aduersus iustum virum insidias machinatus fuerat. Qua re audita, Dei seruus magnoperè ingemuit: cumq; Dei gloriam celebrasset, & lachrymas multas emittens Deo gratias egisset, illam catæchismo instruxit, eiq; benedictiones impartitus, misit ad sanctissimum Alexandrum Episcopum.

Mulier verò cum ad ecclesiam venisset, vnamquanq; rem ordine Deo ipsi primùm, Confessio facta deindè & sanctissimo viro confessæ est: qui & ipse cum plurimùm eam instruxisset, eorumque malorum, quæ commiserat, valde poenitentem videret, immortalitatis laucarum ei dedit, & mulierem quidem ipsam ad virginum monasterium misit: omnem verò populum religiosum, & Christi amatorem clerum cum cõgregasset, ex vrbe & regione illa omnes Samaritas expulit, ac postea Dei seruum Iacobum adiit, eumq; vt bonus pater multum cõfirmavit. Ità verò & mulier supradicta per poenitentiam Christo seipsam obtulit, vt & chara Deo esset, & aduersus dæmones gratiam acciperet.

Facto autem intervallo quodam temporis, filia cuiusdam viri, qui principem locum in senatu obtinebat, impuro spiritu agitata, nominatim sanctum illum virum inuocabat. Cum igitur eius parentes ad Dei seruum eam duxissent, ipsum rogabant, vt puellæ iuuentutem misericordia prosequeretur, & impurum spiritum ab ipsa expelleret. Cumq; sanctus vir pro ea Deum precatus esset, & manus super illam imposuisset, statim diuina ope dæmonem expulit, & puellam curauit. Eius igitur parentes cum & Deo, & ipsi gratias egissent, trecentos aureos nummos ei miserunt, quos non solum iustus ille vir accipere ausus non est, sed ne videre quidem eos passus fuit, dicens eisq; persuadens, non decere diuinarum rerum mercaturam facere, sed pauperibus illos potius dare. Ego enim, inquit, eos non accipio. nam in solitudine degens, istis non indigeo. Itaq; gratias Deo agentes homines illos, in eorum domos remisit.

Aliquando verò cum adolescens quidam à dæmone tentatus fuisset, vtroque pede dissolutus fuit: quem eius confanguinei baiulantes, ad sanctum virum tulerunt, eum rogantes, vt pro ipso Deum precaretur. Ille autem cum tres dies ieiunasset, & diuinis precibus operam dedisset, paralyticum hominem sanum restituit, cui & benedixit, iustitiamque proprijs pedibus in suam domum reuerti. Multi alij ad eundem veniebant, qui cum diuersis morbis laborarent, omnes diuina ope per ipsius preces curati, ad suas domos reuertebantur.

Cum autem ille Dei seruus se ab omnibus multum honorari videret, & casum, qui ex honore ipso multis euenire solet, valde metueret, locum illum reliquit, & fugiens abiit procul ab vrbe illa quadraginta miliaribus: cumque apud petras, quæ sunt ad ripam fluuij, speluncam magnam inuenisset, triginta annos illic habitauit, in precibus & hymnis totos dies ac noctes infumendo. Nutrimenta verò ipsa multo tempore ex herbis, quæ prope fluuium nascébatur, sibi conficiebat: postea paruum quendam hortum ad ripam fluminis eleganter cõstruxit, atque in eo aliquot horis dici opus faciens, ex eo ipso cibum sibi comparabat. Ità verò eius vita celebrabatur, vt è viginti & triginta monasterijs monachi & clerici ad eum venirent, multiq; alij ex ijs, qui mundi rebus occupantur, ad eum se conferrent, vt eius benedictionem acciperent, & ab eo confirmari possent.

Sed talis ac tantus vir, tantaque gratia dignus effectus, fortassè elatione vel superbia captus, in lapsum, eumque omnium grauissimum, incidere permittus fuit. Nam se electissimus humani generis inimicus, qui contra homines rectam & Deo gratam vitam degentes, propriam inuidiam exercet, in puellam quandam ingressus, cuiusdam diuitis filiam, coepit clamare, & sanctum Iacobum nominatim appellare, ita vt parentes puellæ circumirent, & vbiq; diuinum illum hominem inuestigarent, neque monasterium, neque desertum aliquem locum relinquentes. Quem cum inuenire non possent, postea solitarium quendam hominem in eo loco, quem supradiximus, esse cognouerunt. Pater igitur seruos suos secum habens, & puellam iubens vna cum matre in iumento



federe, & eum sequi, venit in eum locū, de quo audiērat, vbi & ille vir sanctus vitam degebat. Quem cum vidisset, & ad eius pedes se abiecisset: Miserere, inquit, filiē mee, quoniam grauius ab impuro spiritu cruciatur: nam viginti dies sunt, quibus neq; cibum, neque potum sumpsit, sed clamat se ipsam lacerans, & nomen tuum appellans.

Rursus de  
moniaci  
alia sanati.

Tunc iussit puellam illuc duci: cumque se diutius precibus dedisset, sic ardentem pro ipsa precatus est, vt & locus, in quo stabant, contremuerit. Finitis verò precibus, insusflauit in illum impurū spiritum, & ait: In nomine Domini nostri Iesu Christi exi ab ista puella. Statimque demon ipse, tanquam igne aliquo impulsus, ē puella discessit. Illa verò cum in solum cecidisset, multis horis iacuit sine voce: sed sanctus ille Deum precatus, eam, manu apprehensa, erexit, & parētibus suis reddidit. Qui cum miraculum illud vidissent, diuinam gloriam collaudarunt. Sed metuentes, ne impurus ille demon reuerfus, in eam ingrederetur, ipsum rogauerunt, vt puella apud eum duos dies remaneret, quoad omnino à demone liberaretur. Puella igitur apud eum relicta, parentes in domum suam reuersi sunt.

Qui amat  
periculum,  
peribit in  
illo.

Decet autem, sicut initio diximus, ad multorum cautionem, & celestem hanc vitam exercentium adificationem, non solum perfectorum hominum recte facta narrantes, bona rātum colligere: sed ne malarum artium & laqueorum scelestissimi illius hostis imperiti sint, qui Deo seruiunt, quemadmodum maximas & veras huius hominis virtutes enumerauimus, ita, inquam, conuenit, & fluctuationem in eum illatam, & inde maximū eius lapsum, enarrare. Dicemus autem deinceps, vt decet, & ea miracula magna atque ingentia, quæ post perfectam ipsius poenitentiam, & generosam confessionem per eundem edita sunt. Quo enim nobiliorem exercitationem ac vitam antea egerat, eo maior postea ipsius fuit lapsus. Quanto autem grauior fuit lapsus, eo maior postea ipsius fuit & emendatio.

Ille enim pessimus & impius Dei seruorum inimicus, cum puellam, quæ curata fuerat, illic solam cum solo relictam vidisset, & velut ansam quandam aduersus iustum hominem arripuisset, libidinosum spiritum in eum immisit: qui tantoperē ipsum adortus est, vt qui exercitationis initio, quo tempore impiorum Samaritarum laquei per mulierem, quam supradiximus, parati fuerant, generoso & forti animo resisterat, quiq; vt diabolum superaret, per quem mulier aduersus ipsum impulsā fuerat, sinistrae manus iacuram perferre maluērat: is, inquam, vir libidinis stimulo percitus, diuini timoris, & tantæ sanationum gratiæ, ac tam diuturnæ exercitationis, torq̄ue laborum oblitus fuerit: & quantum ad multam senectutem venisset, victus tamen demoni succubuerit, & in eum locum, qui ante cellam erat, egressus, puellam ipsam vitauerit, & impietatis cœno se ipsum commaculauit. Deinde verò, tanquam primordijs quibusdam demoni oblati, coactus est superiori malo & alterum addere. Cum enim corruptor ille serpens vereretur, ne Iacobus ipse respiciens ad emendationem veniret, quæ per poenitentiam his præbatur, qui eam sincero animo inquirunt, ei viro, quem, vt sibi videbatur, captiuum ducebat, suggessit, vt superiore peccato maius quiddam patraret: Quasdam enim timiditatis cogitationes cum in eius mentem inieciisset, auctor illi fuit, vt puellam à se vitiatam interficeret.

Vir sanctus  
cadit grauius  
uisum.

Et eo igitur peccato superatus, eius quoque eadem patrauit, sperans scilicet ea reficere posse, vt eius puellæ parentum molestiam vitaret. Sed neque eo scelere contentus fuit verus ille malorum auctor diabolus, sed aliud etiam addidit, vt non solum interfecit puellæ reliquias sepulturæ non mādaret, sed eas etiam in aquas fluuij sine misericordia aliqua proieceret. Talis est superbiæ & arrogantiæ fructus. Nisi enim eiusmodi peccato monachus ille se subiecisset, prauus hostis, tanquam in breue aliquod nauigium vim omnem ac ventorum æstum effundēs, eum senem nequaquam dedecorasset, à quo adhuc iuvene victus fuerat: quem postea & ipse vicit, eò quod nimis elatum sensit.

Sed tamen egregia Christi, summorum bonorum largitoris, in homines beno-lentia, qui omnes homines mauult saluos esse, quam perire, ei, qui lapsus fuerat atque humi iacebat, manum portexit, & poenitentiae remedijs insanabilia & grauolentia proprii signenti, hoc est, eius viri vulnera curauit, ipsamque, ac maioribus gratijs post poenitentiam eum decorauit. Hæc autem in medium proferre coacti sumus, vt sicut superiorem eius vitam cognoscentes, Deum laudauimus, & quomodo lapsus fuerit audientes, in tristitiam incidimus: ita & synceram ipsius poenitentiam ediscētes, non nobis.

nobis ipsis confidamus, sed in benignissimo Deo, ex quo gratiæ omnes proficiuntur, spem collocemus: qui & nobis stantibus dat patientiam, vt perfecte stare possimus, & pigritia cadentes sua manu sustentat, hoc est, opem nobis porrigit, ac poenitētes pro sua in humanum genus charitate amplectitur. Etenim qui tot & talia mala patrauit, quoniam vnumquodq; gehennæ obnoxium eum faciebat, Dauidis exemplum imitandum sibi proposuit, quod à lapsu erigi posset. Nam & Dauid post adulterium rerum ordinem peruertit, & pro eo quod adulterij sui poenas dare debuisset, eadem etiam addidit eius viri, cui prius iniurias fecerat.

Ille igitur cum animaduertisset, quemadmodum Deus ipse ac benignus Dominus, Dauidis oratione placatus, statim peccata ei condonauit, ad poenitentiam portum contulit, & e somno, vt aliquis diceret, excitatus esset, in cellam suam ingressus est, seque in terram cum abiecisset, intolerabiles gemitus emittebat, peccatus suum valde percutiens, & lachrymarum riuulos emittens. Sed neque sic ab eo discessit impurus & scelestissimus diabolus. Nam cum eius viri propositum ac voluntatem ferre non posset, cœpit desperationis cogitationes in eius animum iniicere, cum huiusmodi pessima inuita aduersus humanum genus ex Iudæ ipsius desperatione inferre conatus esset. Ille igitur ad seculi consuetudinem redire decreuit. Sed benigni Christi voluntate factum est, vt iter faciens, in monasterium quoddam veniret.

Redit ad se,  
& medita-  
tur poeni-  
tentiam.

Ad eos igitur monachos, qui illic erant, ingressus, ipsos salutauit: qui cum eius pedes lauisset, & panem ei apposuissent, rogabant, vt cibum sumeret. Ille verò cum neque eos ferē audire pateretur, grauem gemitum emittens: Hei mihi, inquit, misero, quomodo potero in cælum oculos erigere? Quomodo ipsius Christi Domini nomen audebo invocare, quem reprobauit ac dereliqui? Quomodo audebo aliquid ex ipsius bonis attingere, qui anima & corpore aduiter contra ipsum sui, & intemperantiæ libidinibus me ipsum commiscui? Cumque cœpisset narrare, quo pacto res se habuerat, illis omnia confessus est: qui multa tristitia ob eam rem affecti, & his, quæ diuersis modis passus fuerat, commoti, pro viribus eum consolati sunt. Cumque benedictiones ei dedissent, & multas atque attentas preces pro eo ad Deum misissent, illum à se dimiserunt.

Vult redire  
ad seculum  
ex despera-  
tione.

Cum autem iter faceret, frater quidam ei occurrit, verē Christum in seipso habens: qui cum eum salutasset, cœgit in suam cellam diuertere: cumque eius pedes lauisset, & omnia charitatis officia illi præstitisset, panem apposuit, ipsumque adhortatus est, vt participes fieret earum benedictionum, quas Deus misisset. Ille verò cum peccatorum suorum sibi conscius esset, peccatus suū pulsans, diu recusabat cibum sumere. At Dei seruus, apud quem ille diuertebat, ad ipsius pedes se abiecit, eum consolans, & iurciurando affirmans, se non prius à terra surreturum, quam promississet, se illorum quæ apposita fuerant, participem futurum. Id cum ille promississet, Dei seruus à terra surrexit, vt cibum sumeret.

Monachi  
cuiusdā ex-  
imia in eū  
charitas.

Postea verò quàm ambo panem gustauerunt, & Deo gratias egerunt, rursus vnā se debant. Tunc is, à quo Iacobus hospitio acceptus fuerat, ipsum affatus: Instrue, inquit, pater, me in Christo filium tuum, & cor meum confirma, quoniam multis & varijs cogitationibus valde sollicitor. Tunc vlulans sanctus Iacobus, & cum lachrymis, gemitibus & lamentis suum peccatus verberans: Sine, inquit, frater, me flere, & graua peccata mea, quæque impiè aduersus Deum ausus sum, lamentari: quoniam in hac mea vana & turpi canitie, tanquam puer, à diabolo supplantatus, in interitum omnino immerus sum. Malis enim, quæ iuuenis toleranter vici, nunc in senectute inhonestè me gerens, succubui, cum in grauolentis stupri cœnum me ipsum coniecerim, & alia his grauiora peccata commiserim. Hæc cum ille audiisset, mœrore multo affectus est, eumque rogauit, vt singularim fraudem diaboli narraret, hæc duo ex ea re procurans: primum, quod sperabat peccati confessione ad poenitentiam illum virum prouocandum: deinde, quod ex fratris lapsu cautionem sibi in posterum parare cupiebat. Ille igitur sic narrare cœpit:

Cum exercitatione accurata & valde laboriosa vsus fuisset, & Deo ipsi quinquaginta annos innocenter seruiuissem, postquam multam à benigno Deo gratiam accēpi, multaque miracula per me celestium perfecta sunt, postremò satanas in puellam quandam ingressus fuit: cuius parentes cum audiissent Christi gratiam mihi adesse, illam

Narrat fra-  
tri lapsum  
suum.

illam ad me duxerunt, vt curari posset. Cumq; me rogassent, vt pro illa Deum orarem, id feci: & diuina ope factum est, vt impurus spiritus ab illa discederet. Illi cum omnino eam curari cuperent, duos dies apud me puellam reliquerunt, ipsiq; in domum suam reuersi sunt. Mente vero excecatus ego, ad illam exij, & libidinis stimulo superatus, neq; Deum hora illa in mente habens, neq; quod tam diuturnæ exercitationis labores perderem cogitans, sed omnia (vt summam dicam) oblitus, & gehennam contemnens, ad stupri perniciosam ruinam cecidi. Cumq; puellam vitiaffem, malo malum curare volui: quinimmo minori malo maius addidi. Nam dedecoris illius author demon me inuadens, eiusdem puellæ cædem in mentem suggessit. Itaq; post stuprum, quod intuleram, illam ipsam interfeci, eiusq; corpus in fluuium proieci. De mea igitur salute desperas, discessi, & nunc in mundum reuertor. Quomodo enim in cæli altitudinem oculos erigere poteris? Nam si Christum ipsum nominare ausus fuero, nunc ignis de cælo descendens, statim me consumet.

Eum frater  
piè egregiè  
consolatur.

Hæc & talia cum ille multis lachrymis & gemitibus maximis enarraret, alter Dei seruus hæc audiens, diuina gratia compunctus, in eius colum cecidit, eumq; osculans: Quæso, inquit, frater, nè animo decidas, neque de salute tua desperes: sed credens poenitentis locum esse, lachrymas fundens benigno Deo confitere. Multum enim misericors est Dominus, & multa est misericordia, qua nos semper prosequitur. Quoad tempus habemus, poenitentiam agamus. Nam si poenitentia non esset, quomodo David post prophetiæ donum, post regnum, post Domini testimonium, in adulterij & cædis barathrum lapsus, verbis & re poenitentiam ostendens, talium peccatorum remissionem assequi potuisset? Si poenitentia locus non est, quomodo beatus Petrus Apostolorum princeps, primusq; discipulus, qui clauas cæli à Deo accepit, cum Dominum Christum non semel, non bis, sed ter negasset, & post hæc amarè fleuisset, non solum eius peccati remissionem impetrauit, sed maiore etiam honore dignus fuit habitus, rationalium Christi ouium pastor effectus? Nisi poenitentia esset, quomodo eum, qui apud Corinthios fornicatus fuerat, assumi Apostolus mandasset: Nè, inquit, circunueniamur à satana? His & talibus verbis cum eius animum valde confirmasset verus & misericors frater, eum rogauit, vt secum vnà manere vellet. Cumq; ille nollet, ad eius pedes Dei seruus se abiecit, eosq; osculatus, illum orabat, nè ab eo separaretur, cogitans ac metuens, nè aliquo modo in desperationem incideret, & animam suam omnino perderet. Cum verò vehementer eum admonens, rogans atque obsecrans, illi persuaderè non posset, sanctus vir angustijs compressus, & spiritu ingemiscens, atque pro eo magnoperè Deum precatus, illum dimisit, cum benedictiones etiam dedisset, quibus in via vteretur. Cumq; vnà cum illo vsque ad quindecim milliaria iuisset, non desinebat ipsum hortari, longam de poenitentia orationem habens. Eum deinde amplexus, & cum lachrymis osculatus, ac pro ipso Deum precatus, in cellulam suam reuersus est.

In sepulcro  
implorat  
Dei misericordiam.

Iacobus autem cum viæ, quæ in mundum ducebat, se dedisset, in itinere erat: cumq; partem quandam viæ transgisset, & paulum declinasset, vetus quoddam sepulcrum inuenit, ad figuram speluncæ factum, in quo plurima mortuorum ossa reposita erant, quæ temporis vetustate ferè vt puluis euaserant. Quod ingressus, cum ossa illa in vnum collegisset, in quodam monumenti angulo ea reposuit: cumq; veterem speluncæ ianuam occlusisset, & genua in terra posuisset, pectus verberans, magno cum eiulatu ac lamentatione ita Deo confitebatur: Quomodo ad te, Deus, oculos erigam? Quale confessionis meæ initium faciam? Quo animo, quæue conscientia fretus, impiam linguam & labia sordibus plena mouere aggrediar? Primum cuiusnam peccati remissionem petere audebo? Da veniam, benignissime Domine. Esto propitius mihi indigno, bone Domine, neque perdas me cum turpissimis factis meis: non enim paruæ sunt impietates meæ. Stuprum commisi, cædem feci, sanguinem innocentem effudi. Ad hæc omnia miserum corpus aquis, feris ac volucris escam dedi. Et nunc, Domine, tibi scienti omnia confiteor, harum rerum veniam à te postulans. Nè me despicias Domine, sed pro tua misericordia & in homines charitate, miserere meî hominis impij atque indigni, & mihi copiosam misericordiam tuam impertias, omnemq; iniquitatem meam remitte, nè in peccati profundam voraginem demersum obruat me vastatoris inimici procella, nè draco abyssi me deuoret.

Hæc

Hæc constanti poenitentia & confessione vsus, decem annos in spelunca transgessit, vel in sepulcro potius duram vitam tolerans, è loco illo non exijt, neque cum aliquo veratus est, neque quenquam allocutus: sed amaris lachrymis, gemitibus & lamentis intolerabilibus, multaq; compunctione omne tempus transgessit, bis in hebdomadam ianuam speluncæ aperiens, & olera, quæ erant prope ostium sepulcri, vbi ipse manebat, colligens, ex quibus tantum comedebat, quantum sibi satis esse putabat, atque in speluncam reuertebatur, multas Deo gratias agens, omniq; tempore precibus, vigilijs & confessionis perseverantiæ dans operam. Quamobrem benignus Deus, qui non vult mortem peccatoris, sed conuersionem & vitam, tantum & tam multum laborem non inanem neque inutilem esse passus est. Eius enim puram & diligentissimam poenitentiam attendens, tantorum & talium peccatorum veniam ei dedit.

Cumq; & sancto illi homini, & omnibus alijs poenitentia vim manifestam Deus ipse facere vellet, permisit, vt vehementissimus squalor & pluuiæ penuria totam illam regionem detineret. Itaque post multa ieiunia, preces, & supplicationes, reuelatum fuit ciuitatis illius religiosissimo Episcopo, viro sancto & Deum metuenti, esse quendam hominem, ea in regione in sepulcro habitantem, habitu quidem humilem, sed spiritu & animo sanctum: qui si ab ipsis persuasus, Deum precatus fuisset, omnia mala, quæ illi regionem imminerent, auerteret. Sanctissimus igitur Episcopus cum toto clero iussit omnes congregari ad visionem illam audiendam, quam eis narraturus erat, vt cum supplicationibus ad speluncam sibi reuelatam, ad eum diuinum hominem adirent. Cum id factum fuisset, & ad eum locum venissent, iustum illum hominem inuenerunt, multisq; precibus ab eo petierunt, vt eorum regionis miseretur, & Deum precari vellet, ab eoq; impetrare, vt populo suo reconciliaretur, & presentem squalorem depellens, pluuiam in eorum terram demitteret. Ille nihil omnino eis respondens, suum pectus verberabat, neque in cælum oculos erigere audebat, id tantum dicebat: Propitius esto, Christe, multis meis impietatibus.

Episcopus verò cum in supplicationibus atque hortationibus perseveraret, neque responsum aliquod ab eo reciperet, illo relicto, qui eò venerant, lamentantes reuersi sunt. Cumq; ad ecclesiam venissent, illic rursus lachrymantes & supplices à benigno Deo malorum liberationem querebant. Cum verò multis diebus lamentantes ac ieiunantes Deum implorarent, vt eis subuenire vellet, iterum eidem Episcopo reuelatum est, & clara vox audita fuit, quæ ita dixit: Abi ad seruum meum Iacobum, quem tibi iam reuelauimus, eiq; persuadeas, vt de his rebus me orare velit: eo enim orante, ijs malis, quæ regioni impendent, liberi eritis.

Reuersus igitur cum toto clero & populo sanctus Dei sacerdos, pergebat diuino homini supplicationes afferre. Tunc ille inuitus (vt breuè dicam) & multis supplicationibus adductus, & ab illo sancto Episcopo persuasus, quod diuina reuelatione ad eum missus venisset, erectis in cælum oculis, multo tempore attentas preces habuit: cumq; adhuc in eius ore preces essent, bonus & misericors Deus, qui omnia se metuentibus abundè & facillè largitur, re ipsa illud diuinarum literarum diuino implens: Adhuc te loquente, dicam, Ecce adsum: pluuiam multam in terram demisit. Quam maiorem in modum admirati, hymnum pro gratijs agendis misericordie Deo & eius magnificentia cecinerunt, ac reuersi sunt: diuinam verò gloriam celebrantes, eius seruos beatos prædicabant, qui per virtutis exercitationem, tali ac tanto honore & gratia digni efficerentur.

Eo igitur maximo beneficio à benigno Deo adiuti, & diuina illa plaga liberati, quæ per Dei seruum Iacobum repulsa est, ad hodiernum vsque diem per singulos annos illius diei memoriam celebrant, quo ariditate illa aërea liberati sunt, & hymnos, supplicationes & gratias assiduas Christo agunt. Multi verò diuersis morbis detenti è populo ipso, vnà cum Episcopo, consolationis & curationis causa ad Dei seruum Iacobum confuebant: quos ille oleo sancto vinctos, & Christi nomine benedictos, ita sanabat, vt domum reuersi, gloriam Dei collaudarent, qui per seruum suum curationem ipsis attulerat. Omnes igitur, qui ciuitatem ac finitimam regionem habitabant, ægrotos suos ad eum ferebant, vel rogabant, vt, ipsis absentibus, pro eorum salute ipse Deum oraret: ac statim diuina ope curationem assequerentur: tanta enim gratia illi collata est, vt vel solo sermone statim impuros spiritus fugaret.

Eodem

Decem annis agit poenitentia in sepulcro.

Ezech. 18.

Viso de illo offerretur Episcopo.

Vide veram humilitatem in tanta poenitentia.

Precibus à Deo pluuiam impetrat. Esa. 58.

Multis clarè miraculis post poenitentiam.

**Moritur.** Eodem autem ipso anno, quo acerbissima illa squaloris plaga repulsa est, Dei seruus Iacobus accersit sanctissimum Episcopum, eumque rogauit, vt speluncam, hoc est, sepulcrum curaret, in quo iandiu ipse domicilium habuerat, & ab eo petiuit, vt mortuus illic sepeliretur. Id cum ille se facturum promississet, & in urbem reuersus esset, post paucos dies beatus Iacobus in senectute bona obiit, quinti & septuagesimum annum agens. Quod cum religiosissimus Episcopus cognouisset, ad eum locum cum toto clero & probis laicis accessit: qui cum aromatibus preciosis eum condidissent, Deum ipsum & eius gloriam celebrantes, venerandas eius reliquias in illo ipso monumento deposuerunt. Postea sanctus Dei sacerdos sacram aedem ad speluncam aedificauit, eiusque reliquias illuc transtulit. Quo in loco vsque ad hodiernum diem multi curantur, ac tota ciuitas & finitima regio eius memoriam singulis annis celebrans, diem magnum festum agit, in gloriam benigni Dei, qui sic illum honorauit: quem & nos consueto more & gloriosè celebremus, benedicentes Patri, Filio, & Spiritui sancto, cui gloria est & imperium in secula seculorum, Amen.

**Eius festi quotannis celebratur.**

**VITA ILLUSTRISSIMAE MARGARETAE VIRGINIS, FILIAE REGIS HUNGARORVM, ORDINIS PRAEDICATORVM, quam F. Garinus S. Theologiae Doctor eiusdem Ordinis, ex iuratorum testimonio diffusioribus dictis in compedium redegit Auinione, Anno Christi 1340. Etsi autem nondum certo mihi constat, eam esse relatam in numerum sanctorum, at tamen id vt fieret & Hungariae rex petijt, & aliquot Romani Pontifices diligenter inserunt inquiri de vita illius: quae ab ipsis propè incunabilis fuit sanctissima. Stylus in Lectoris gratiam per F. Laurentium Surium passim mutatus est.**

28. IANVAR.

**Is Bela 4.** est eius nominis: & Maria, filia Constanti nopolitani Imperat.



Illustrissima virgo Margareta, in Dominicano coenobio Insulae beatissimae semperque virginis Mariae, quae est in Danubio & diocesi Vespriensi, monasticam professam religionem, valde nobilis fuit genere, sed moribus nobilior. Fuit enim filia illustrissimi regis Hungariae Bela ac reginae Mariae: qui cum timerent Tartaros ipsorum regnum inuasuros, voto se obstrinxere Deo, si regnum liberaret a Tartaris, & filiam ipsi daret, oblaturos se illam ipsi perpetuo seruituram apud sorores instituti Dominicani. Er Tartari quidem discessere, regina vero concepit, & peperit filiam Margaretam: quae vbi annos tres & sex menses aetatis habuit, a parentibus in monasterium Vespriense oblata est, eiusque amore dominae Olympias Comes, quae eius fuerat nutrix, monasticum induit habitum in eodem coenobio, vt & Deo seruiret, & puellam nobilem custodiret. Margareta vero in tantilla aetate statim deuotioni se dedit, & preces Horarias beatissimae Mariae Virginis intra annum dimidium perfecte didicit, & cum alijs persoluit. Ludos vero pueriles, quibus illa solet gaudere aetas, respiciens, alijs ludentibus, orationi vacabat: immo etiam illas ludere volentes, ad precandum pertrahebat.

**Nota deuotione et humilitatem.**

Cum vero magistra illius a precibus retrahere illam vellet, ne corpusculum suum grauaret, tandiu permansit in fletu, donec magistra, lachrymis eius victa, liberam ei faceret in precibus perseverandi potestatem. Erat sane summa humilitate praedita, nec regis filia dici voluit: sed quoties sic appellata fuisset, cum lachrymis conquirebat se audiuisset vituperium. Atque hac de causa raro voluit loqui cum parentibus suis, ne ex illorum colloquio gloriosior putaretur. Dixit aliquando: Vtinam Deus hanc mihi largitus esset gratiam, vt non regis essem filia, sed potius rustici cuiusdam: non nobilis, sed ancilla paupercula. ita enim illi liberius possem inseruire. Postquam autem decem plus minus annorum fuit, cum multis alijs translata est ad monasterium Insulae Danubij, ab eius parentibus Christi amore fundatum. Cum adhuc quartum aetatis ageret annum,

**Fundatio monasterij in Insula Danubij.**

conspiciens crucem quandam, sciscitabatur ex sororibus, quid rei esset. Respondentibus illis, signum esse crucis, in qua Deus Dei filius, nostrae salutis causa suum fudisset preciosissimum sanguinem, illa his auditis, statim crucem amplectari & osculari coepit, & coram illa se prosternens, & adorans crucifixum, alta voce dixit: Domine, me tibi committo. Ex eo autem tempore tanta deuotione erga sanctam crucem ferbatur, vt vbicumque crucem videret, quocumque etiam derineretur impedimento, sese prosterneret, eamque adoraret. Quandam etiam crucem paruulam de ligno sanctae crucis habens, semper secum portabat, & die ac nocte sepius osculabatur deuotè: Alijs autibus ad locum refectiois, illa semper orabat coram imagine Christi crucifixi, quae erat in domo, vt vocant, Capitulari: & aliquando tam diu manebat in oratione, vt vsque ad alteram refectioem non comederet. Orabat vt plurimum ante altare sanctae Crucis, vel coram imagine crucifixi. Tanta quoque deuotione complectebatur nomen Iesu, vt quasi semper illud in ore haberet: nec aliquid illi sapidum videbatur, nisi sonaret ibi nomen Iesu. Corpus autem Christi in sacramento altaris deuotissimè venerabatur, & sub eleuatione illius in Missa fiebat vberimè: & frequenter ab eleuatione vsque ad sacram communionem sic praedeuotione manebat abstracta a corporis sensibus, vt quasi mortua videretur. Quando vero sacramentum erat communionem perceptura, die praecedenti non sumebat nisi panem & aquam, & tota nocte in orationibus permanebat. Sumebat autem ipsum sacramentum cum magna deuotione & multo lachrymarum imbri, atque interdum adeo rapiabatur in spiritu, vt ceu mortua videretur: nec raro visa est inter caelum & terram plus quam cubiti altitudine eleuata, nullis corporis sensibus vtens. Post acceptam vero Eucharistiam, tenebat ab vna parte mappulam ante facies ad communionem accedentium hoc sine, vt videret identidem corpus Christi. Ipsa quoque die, qua communicarat, persistebat continenter in precibus vsque ad noctem: & tunc cibo valde modico utebatur. Beatam quoque Virginem, Dei matrem, precipue venerabatur affectu, & vbicumque eius videbatur imaginem, flexis genibus salutatione angelicam proferebat. In vigilijs Natiuitatis Christi & quatuor solennitatum beatae Virginis, dum in loco Capitulari pronuntiabatur diei sequentis solennitas, deuotionem mirabilem praeferebat, se prosternens, & cum lachrymis orans, gratias agens Deo, in iisdemque vigilijs non nisi pane & aqua vesceretur. In singulis quoque festiuitatibus beatae Virginis ac intra octauas offerebat eidem sanctissimae Virgini mille salutationes angelicas, ad singulas quasque humi se prosternens.

**Amor & reuerentia eius erga crucem Christi.**

**Ad sacram communionem vt se prepararit.**

**Amor erga beatam Virginem.**

Humilitatis & paupertatis studium in vestibus precipue declarabat. Pannus, quo induebatur, rudior erat, asperiorque & vilior vestibus aliarum. Nunquam lineis utebatur nec in capite, nec in corpore, nec in lecto. Per totam Quadragesimam non mutabat vestes, & alijs quoque temporibus raro admouit. Vestimenta eius rarissime lauabantur: itaque tum propter vetustatem, tum longum usum contrahebant sordes, & vermes multos: quae causa fuit, vt multae virarent eam, nec illi vellent assidere, ne inficerentur vermibus eius. Quando hortabantur eam sorores, vt vestes curaret mundari, & a vermibus repurgari, dicebat: Permittatis corpus meum amore Iesu Christi Domini nostri ab his vermibus lacerari: non sit vobis isthuc cura, ego sola fero & sentio. Raro balneis, rarissime vnguentis, raro capitis lotionem utebatur.

**Humilitas & paupertas vestium.**

In Quadragesima vero nunquam a quinto aetatis anno laneum indusum deposuit: neque tunc lineis ad carnem utebatur indumentis, etiam si morbo esset correpta. Circa septimum annum asperum cilicium ad carnem ferre coepit, & deinceps per totam vitam in aduentu Domini & Quadragesima, ieiunijs quatuor temporum, vigilijs Christi & beatae Virginis, Apostolorum & praecipuorum sanctorum: alijs vero temporibus a die Iouis vsque ad Completorium sabbati sequentis eo utebatur. A duodecimo vero anno, in quo professionem expressam fecit, confessarius ei occulte obtinuit & tradidit cilicium asperissimum de pilis equorum & fetis porcorum, cum multis intextum nodis instar retis. Occultabat autem virgo quantum poterat cilicium suum, & vt a nullo videretur, manicas de panno veteri assuebat cilicio, a cubito vsque ad manus. Hortabatur etiam socias sorores secretè induere cilicium ad nudam carnem. Praeter hoc habebat sub cilicio circulum ferreum, quo caro eius nuda fortiter stringebatur: & ad iacendum nocte habebat cingulum de pellibus herici spinis horridum. Crebro etiam voluit ligari brachia sua nuda funibus canabinis, & intantum stringi, vt funes carni inherentes, eam rumprent

**Vt in asperum cilicium.**

**Circulo ferro se stringit.**

Clauiculi in calcis. ac lacerarent. Habebat etiam in calcis suis clauiculos quosdam ferreos, quorum acumina ita erant disposita, ut quodcumque vel ambularet, vel subsisteret, plantas pedum eius pungerent atque cruentarent. Corpus quoque suum multis ictibus flagellabat: nocte qualibet, post disciplinam, ut vocant, cum alijs communiter acceptam, secedentibus ceteris, rursus ipsa se cadebat virgis vel virgultis spinosis, vel cum virgulis circumpositis pellibus aculeatis hericij, iubebat se ab alijs verberari usque ad sanguinis effusionem: quae licet horrent, attamen contradicere non audentes, obediebant inuitae, & interdum plorabant. Ducebat autem eas ad loca secreta, ut clam verberaretur, ne ab alijs posset animaduerti. Tantum vero fatigabatur quaedam verberando eam, ut vix posset respirare. Et quantum eiusmodi verbera quotidie perferret, specialiter tamen die sancto Coenae & duobus alijs ante Pascha singulis horis diurnis & nocturnis, tantis se afficiebat verberibus & flagellis, ut sanguis ex eius corpore vbertim emanaret. Quadam nocte, cum esset densissima tenebrae, duxit quaedam sororem ad locum admodum secretum, ut ibi manibus eius verberaretur: ubi cum se spoliasset & carnem nudam exposuisset, lux copiosa de caelo super eam descendit, & totam illustrans domum, tam diu durauit, donec completa verberatione vestes resumpsit: quibus ubi se induit, lux euauit, & duae sorores, quae hoc viderant, accurrerunt, & se precibus eius commendaerunt. Quadam quoque die, cum adhuc non nisi decem esset annorum, inueniens iuenculas virgines ludentes in valetudinario, & propter obscuritatem tenebrosi temporis parum aut nihil videntes, dixit eis: Vultis ut faciam vobis apparere solem? Illis desiderantibus, sed impossibile putantibus, indicauit locum quendam digito, satis propinquum, & dixit eis: Ibo usque ad locum illum, & antequam reuertar ad vos, videbitis solem clare lucentem. Iuit & orauit, & statim sol apparens & clare lucens, totam domum illuminauit. Quodam tempore cum circa mediam noctem esset in ambulacro, quod est ante dormitorium sororum, & de caelestibus cogitaret, apparuerunt ei sol & luna, lucentes in medio caeli.

**De ieiunijs.** Carnem suam abstinentijs & ieiunijs assiduis macerabat. Crebro sedens ad mensam cum alijs, maiori temporis parte, quo ceterae vescerentur, velabat faciem suam, & tacita orabat. Si cibis delicatior vel vinum melius esset appositum, indignè ferebat, & accipere noluit, non nisi cibo & potu communi uti volens. Ab Exaltatione sanctae Crucis usque ad Pascha quotidie ieiunabat: & si Priorissa eam cogere vellet uti dispensationibus, tandiu flebat, donec Priorissam vinceret lachrymis, ut eam permitteret ieiunare. Non solum autem in vigilijs Natiuitatis Christi & beatae Virginis, verum etiam Pentecostes & Apostolorum, sed & quorumlibet solennium sanctorum, & per totam Quadragesimam, ac omni quarta & sexta feria ut plurimum solo pane & aqua contenta fuit, & illis diebus permittitur illi erat priuatim cibum sumere, ne ab alijs videretur. A carnibus perpetuo abstinet.

**A carnibus perpetuo abstinet.** Suas aegritudines celabat, quantum poterat, ne propter eas in valetudinario haerere & carnes comedere cogereretur. Quadam vice grauem fluxum sanguinis passa fuit quadraginta diebus, at nihilominus semper comedit cum alijs in refectorio, cubauit in dormitorio, & fecit officia monasterij perinde ut sana, hoc solum sciens in secreto quadam sorore, cui inhiuerat, ne alijs reuelaret.

**Vide duritiam vitam sub Pascha.** A quarto anno aetatis semper in die Parasceues ieiunauit: toto vero triduo ante Pascha singulis annis non se reponebat in lectum, nec dormiebat, nec comedeat vel bibebat: sed continuè vel stans erecta, oculis eleuatis in caelum, vel ante altare S. Crucis iacens prostrata, nisi quando diuinum persoluebatur officium, orabat, legebat psalterium, flebat, & corpus diutius solito usque ad largam effusionem sanguinis verberabat. Et quidem corpusculum eius propter abstinentias, vigilijs & afflictiones alias adeo fuerat macilentum & pallidum, ut intuentibus admirationem adferret. Exhibebat se sororibus ad omnia officia vel ministeria ancillam humilissimam. Saepè seruebat in refectorio, & ubi cibum sororibus apposuerat, currebat latenter ad ecclesiam, & orabat donec comedissent: & tunc iterum rediens, illis in seruebat. Nec solum sanis, verum etiam infirmis, idque libentius & deuotius, ministrabat. Prima resciscere earum aegritudines, moxque se ad seruendum offerebat. Obseruantias siue instituta regularia perfectius cunctis alijs tota vita seruauit. Erat summè ad obedientiam parata, & si Priorissa aliquid sororibus faciendum imponeret indiscriminatim, erat ad exequendum prima, & omnes ad promptè obediendum suo prouocabat exemplo.

Nole-

Nolebat parci sibi à poenis, quae ceteris sororibus irrogabantur. Itaque rogauit Priorem prouincialem, ut ipsi, sicut alijs, multam irrogaret pro fractione silentij: sicque factum est. Nam cum alijs humi discubuit, panem & aquam comedens. Erat etiam misericordissima, multaque comiserationis & benignitatis erga illas, quae ipsam iniuria affecissent. Si qua soror ei iniuriam faceret, prostrata ad pedes eius, petebat ab ea veniam, & promittebat sibi emendationem. Discordantes & turbatas reducebat ad pacem. Si soror per aliquot dies ei locuta non fuisset, querebat eam, prostrataque rogabat veniam, timens ne aliquid haberet aduersus eam. Virginitatem cordis & corporis semper seruauit & precipuè dilexit. Ea causa matrimonium ducis Poloniae & regis Boemiae, atque etiam Caroli regis Siciliae recusauit. Et cum diceretur ei, quod Papa dispenseret in voto solenni continentiae, quod iam fecerat, respondit se potius precipuam sibi nasum ac labia, & oculos euulsuram, quam in cuiuscunque matrimonium consensuram. Ut autem tales infestationes euaderet, benedictionem virginalem ab Archiepiscopo Strigoniensi suscepit. Cum autem diceretur, Tartaros venire in Vngariam, & inter cetera mala etiam virgines violare, ait Margareta: Ego scio quid faciam: labia mea detruncabo, & cum me sic viderint deturpatam, missam me facient.

Erat valde misericors, & compatiebatur miseris. Quando parentes mittebant ei aurum vel argentum, vel strenas & munuscula, nihil ipsa contingebat manibus, sed per manus Priorissae curabat distribui pauperibus monasterijs, ecclesijs & sacerdotibus, ac alijs indigentibus. Cum mittebatur ei pannus preciosus pro veste, dabat illum pauperibus sororibus, recipiebatur ab illis earum vilia indumenta. Si per fenestram chori vidisset pauperem, currebat ad Priorissam, orans ut pro illius necessitate faceret elemosynam. Vidit quandoque hominem inopem & nudum in acerrima hyeme, moxque exuens optimam tunicam suam, cum bona venia Priorissae, pauperi illam dedit. Vestes & lineamina mittebat seruientibus, quando aegrotabant: fercula ipsi apposita in mensa & xenia, quae à parentibus mittebantur, crebro distribuebat infirmis, ita ut non raro ipsa ieiuna à mensa surrexerit. Hortabatur sorores, ut quae elemosynas corporales facere non possent, cum viderent pauperes, pro eis orarent. Omnibus igitur indigentibus compatiebatur, desolatas consolabatur. Si qua soror propter mortem, aegritudinem vel aduersos casus amicorum lugeret, iugebat cum ea, & eam confortabat. Quando videbat carcos, claudos, aridos & alios morbosos homines, plorabat, & gratias agebat Deo, dicens: Gratias ago Deo, quia me talibus corporis vitijs & incommodis subiecisset, si ipsi placuisset.

Orabat assidue, & à septimo aetatis anno ubique videbat sorores orantes, accurrebat & orabat cum eis. Omni tempore surgebat ad nocturnas preces, nec unquam in vita sua ab illis, vel etiam à Missa & ceteris precibus horarijs absens fuit, nisi grauis eam morbus impediret. Precuebat omnes ad Ecclesiam: diuque antequam pulsaretur ad nocturnas preces, orabat ante lectum: & audito signo, reponebat se in lectum, ne sorores surgentes, eam ad lectum inuenirent orantem. Antequam estrato surgeret, muniens se signo crucis, accipiebat crucem & osculabatur, oculisque apprimebat, & portans eam secum, ibat ante altare sanctae Crucis vel imaginem crucifixi, & ibi orabat cum lachrymis, donec sorores chorum intrarent. Post illas noctis absolutas preces usque ad auroram vel circiter, manebat in orationibus: & sic fere tota nocte vigilabat & orabat. Ab aurora vero usque ad praeduum auscultando Missae sacrificio & orationibus vacabat, interitum usque adeo silentij tenax, ut nulli vellet loqui, ne ipsis quidem parentibus, vel fratri aut sorori, aut eorum nuncijs, nisi per Priorissam cogerebatur. Contigit ut soror eius veniret ad eam, asserque caderet super caput orantis: at illa nec propter casum asseris, nec propter aduentum sororis, orationem interrupit. Captabat loca secreta ad orandum. Antequam iret ad prandium, semper orabat prius coram imagine crucifixi in domo capitulari. Post prandium continuè vel operabatur manibus, vel seruebat infirmis aut sanis, vel orabat. Nunquam illi tedium fuit orare. Post completorium manebat orans in templo donec ianua clauderetur: & saepè quidem rogabat custodem, ut tardius ianuam clauderet, quò diutius posset suis precationibus immorari. Clausis vero ianuis, orabat in domo capitulari ante imaginem crucifixi. Postremò elausis omnibus ostijs, orabat ante lectum usque ad gallicantum: & tunc excitabat quandam sociam, & ducebat ad locum secretum, ubi se voluit eius manibus flagellari.

Rrr 2

Ante-



Antequam somno se daret, ambulabat silenter per dormitorium, exploras si qua soror flet, gerneret, vel re aliqua indigeret. Si quam indigere comperisset, providebat ei: & sic demum ibat cubitum: quanquam vix sciri poterat, num in lecto iaceret: nam expanso corio ante lectum, & lapide capiti supposito, dormiebat. Intrabat autem lectum, cum alia debebant furgere, ut ita semper in lecto iacuisse crederetur. In vigilia natiuitatis Christi mille orationes Dominicas, & in vigilia Pentecostes millies, Veni sancte spiritus: & in quatuor vigilijs beatissimae Mariae virginis, mille angelicas salutationes, cum totidem sui prostrationibus dicebat: atque in iisdem vigilijs tota nocte in templo vigilabat & orabat. In orationibus semper flebat. Habebat genas adustas profluvij lachrymarum, quibus detergendis multa deterebat sudariola. Vclum quoque capitis ad eum erat lachrymis madidum, ac si fuisset aquis intinctum. Propter assiduas prostrationes in cubitos & genua, vestes eius ijs in locis erant laceratae: cutis itidem in genibus contrita fuit: & tandem creuerunt ibi calli instar testae oui induratae. Duabus septimanis ante Pascha occupabatur commemoratione Dominicae passionis, cuius historiam sibi legi voluit vulgari idiomate, & exponi. Audiebat verò cum gemitibus & lachrymis: ijsque diebus semper vel stabat erecta, vel iacebat prostrata, nunquam sedens. Quandoque in Dominica Palmarum, dum passio in ecclesia legebatur, adeo commota fuit corde, ut omnes crederent eam subito morituram. In die Parasceues ea hora, qua crux nudabatur, prostrata edebat magnos eiulatus, ita ut foris audiretur.

In vigilijs quoque martyrum curabat sibi legi & exponi passiones eorum, & illos imitari desiderans, dixit se penumero: Vtinam fuisset illis temporibus quibus feruebat persecutiones martyrum, & cum eis licuisset obire martyrium. Vtinam esset tempus aliquis persecutionis, ut martyrium pro Christo possem suscipere: vellem enim amore eius detruncari & comburi: & ut dolor duraret diutius, per membra singula laniari, & omni genere tormentorum excruciar. Laudabat specialiter virgines, quae pro Christo sustinere martyrium, & earum in ferendis martyrijs optabat, si esset possibile, se fuisse participem. Cum sparsus esset rumor, Tartaros adire in Hungariam, ait virgo martyrij desiderio: Orabo ne veniat, uti ne noceant populo Christiano: sed quantum ad me attinet, vellem iam venissent, ut manibus illorum martyri possem effici. Et quia mens eius ad caelum magno desiderio ferebatur, corpus etiam sequi volebat. Unde non raro in die sancto Parasceues, & omnium Sanctorum ac Assumptionis beatissimae Virginis vigilijs & solenitatibus, visum est corpus eius inter caelum & terram plusquam cubiti spatio eleuatum: sicque diu permanebat, nullis sensibus utens corporeis, & quasi mortua videbatur.

Quadam vice in peruigilio omnium Sanctorum cum oraret, subito velut mortua cecidit, sicque permansit, donec soror quae illi aderat, totum psalterium traiecit: tum verò mortuam eam putans, strepitum & voces edidit: sed nihil proficiens, alias vocans, mortuam esse dixit. Accurrebant illae, & velut mortuam intuebantur. Tandem ad se redijt, seque non nisi breui spatio ita fuisse aiebat. Quodam tempore cum oraret, vocata septem vicibus, nihil audiuit. Octauo autem cum vocaretur, quam primam illa vocationem putauit, demum respondit. Cum à precibus rediret, sepe tanta in eius facie venustas relucebat, ut eam sorores adspicere non auderent. Quadam vice in aduentu Domini cum oraret nocte, subito rapta fuit in spiritu, & globus ac flamma ignis apparuit super caput eius: porro soror ei assistens, crebro vocauit eam: sed cum non responderet, cucurrit ad templum, vbi multas sorores orantes inuenit. Accurrerunt illae, diuque ibi steterunt, & multos quidem faciebant strepitus, sed illa rapta in spiritu, nihil aduertit. Tandem quasi excitata, ad se redijt. Dixerunt ergo ei, quod ignis esset super caput eius: at illa cum manu discussit, rogauitque, ut nemini diceret, quod vidissent. Postquam autem flamma disparuit, odor suauissimus in illo loco remansit. Denique ollam ardentem & tripodem ferreum candentem, de medio ignis nuda manu sine laesione manus extraxit. Accidit quandoque, ut cum alia sorore portaret in tabula panes fermentatos ad furnum, mappula coopertos, eaque soror timeret ventum validum, qui iam suo impetu teetum domus Capitulatis transtulerat in pomarium. Orauit ergo, & statim ventus cessauit.

Cum frater quidam eius precibus nollet acquiescere, ut maneret, & die crastino haberet concionem, orationibus eius, nullo tangente, fractus est currus fratris, & sic coactus est remanere. Peracta verò concione, rogauit virginem, ut currum sibi restitueret. Orauit

Nota strati tantae virginis.

Gratia lachrymarum.

Desiderium moriendi pro Christo.

Eius ecstas.

Nihil laedetur ab igne.

Miraculum.

Orauit illa cum lachrymis, & statim currus, nullo tangente, sed multis videntibus fuit diuinitus reparatus. Simile quiddam contigit etiam alias cuidam fratri, manere renuenti. Cum enim vsque ad villae limites processisset, orante virgine fractus est currus, & eius absoluta concione instauratus. Item alius quidam frater ad preces eius manere nolens, ut concionaretur, vbi abscessit, cum tempus esset mirè serenum, virgo, sicut ei comminata fuerat, orauit Deum, ut bene plueret, ut manere cogere vel inuitus: & statim tanta extitit pluuia, ut discedere non posset. Quodam tempore Danubius inundans, hortum sororū triduo inuasit. At Prior prouincialis Margareta hoc narranti non credidit. Erubescens verò illa, quod mendax putaretur, rogauit Deum, ut ostenderet vera ipsam dixisse: moxque inundans Danubius, in coenobium & officinas sororum sese intulit. Itaque sorores fugerunt in solarium, Priorque prouincialis ad coenobij murum ascendit. Durauit autem inundatio vsque ad preces vespertinas. Tum verò Margareta rogata à sororibus, orauit Dominum, ut aqua recederet: statimque recessit, & sub precibus nocturnis loca omnia adeo sunt exiccata, ut nullum vel aquae vel luti vestigium ibi permanserit.

Puella quaedam, missa ab ea nocte Paschae ad querendam eius tunicam, cum esset nox obscura & ingens pluuia, cecidit in puteum profundum. Diu verò quaesita, non inueniebatur, donec orante sancta virgine, in superficie aquae apparuit, & cum labore extracta est. Eius autem omnia corporis membra confecta & conuassata erant, carebatque sensu & motu, & plane mortua videbatur. Improperabant itaque virgini, quod fuisset causa mortis eius. Orauit autem virgo beata cum lachrymis, & statim puella viua & sana, nullam habens lesionem, surrexit & ambulauit, prostrataque ad pedes eius, gratias egit, & postea multis superuixit annis. Cum sorores quandoque medicamenta apponeret cuidam ossi eius dilatato, & quaedam soror ea causa murmuraret, mox illa idem os similiter affectum sensit suo in corpore, donec ad virginem veniens, culpam edixit suam, & veniam postulans, verbo illius statim curata fuit. Soror quaedam grauem patiens dolorem digiti, rogauit eam, ut si quam haberet gemmam, talis doloris expultricem, ipsi accommodaret. At illa strinxit digitum eius, & confestim dolor cessauit. Prior prouincialis rogauit eam, ut curaret socium suum fratrem conuersum à quartana febre, quae illum vexarat à festo B. Dominici vsque ad Purificationem beatae Virginis. Orauit ergo pro eo, & quamprimum curatus est.

Clauit etiam spiritu prophetiae. Nam cum rex Bela, pater eius, iuisset pugnatum contra ducem Austriae, dixit reginae matri suae, regem caeso duce victoria potiturum: quod & factum est. Nouitiae cuidam cogitanti de elegantia vestium & secularium ornamentorum, atque hac de causa volenti redire ad seculum: quid cogitasset, indicauit, sicque eam in arrepto proposito confirmauit. Quendam sororem animo dolentem, quod seculo renuntiasset, ad sanam mentem reduxit, cum totam cogitationis eius seriem ipsi exposuisset. Aliam irè stimulis incitatum pacauit, eius cogitationes, quas animo voluerat, ei dicens. Aliam quoque ira commotam, nec seipsam tranquillare valentem, sedauit, causam illi aperiens, cur in eam perturbatione incidisset, & quid interim cogitasset. Obiit quoque suum anno vno ante prauidit & praedixit: & tandem nona die Ianuarij, cum sana esset corpore, multis praesentibus, dixit, die abhinc decima se morituram. Tertia verò die, postquam ista praedixerat, febre decubuit, quae vsque ad diem, quem praedixerat, continua fuit: & interim semper orans, & de Deo cogitans, receptis deuotissimè Ecclesiasticis sacramentis, vbi ad extremam horam venit, incepit psalmum illum, In te Domine speraui. Et cum dixisset, In manus tuas Domine commendo spiritum meum, felicem animam transmisi in caelum. Obijt autem anno Domini 1270. aetatis verò suae 28. Porro in Ordine vitam sanctam duxerat annis quatuor & viginti, vel circiter. Post transitum eius facies eius nimio decore resplenduit. Sub oculis color extitit aureus, nec vniquam pulchrior visa fuerat, dum vixit, adeo ut Archiepiscopus Strigoniensis diceret sororibus, non debere eas flere quasi mortuam, quae esset verè beata & cum Christo in gloria, & in cuius corpore resurrectionis insignia apparerent. Simul etiam ex eius corpore manauit odor suauissimus, aromata superans vniuersa: isque, sensibiliter à cunctis eo aduenientibus percipiebatur aliquot non paucis diebus. Quartadecima quoque die, cum saxum rude fuit eius sepulcro impostum, & rursus post tres menses quando fuit tumba illi adhibita marmorea, is odor erupit. Noctē qua decessit, frater Petrus, lector Laurentis, post nocturnas preces dormiens, audiuit in somnis vocem dicentem: Agna mortua

Danubij inundatione auerit suis precibus.

Puellam mortuam reuoluit vita.

Regis Belae victoria aduersus Frederickum Austriacum praedict.

Aur hic legendum est decimano natiuitatis eius in quibusdam martyrologijs lapsus est. Psal. 30.

Odor suauissimus, ex decem functis corpore.

rua est. Manè ille hoc dixit fratribus, & omnes interpretati sunt de obitu Margareta. Statimque ad monasterium accessit, & eam illa nocte migrasse comperit. Idem frater grauem dolorem dentium & tumorem in facie, quatuor dies & noctes passus erat. Noctis igitur principio orauit virginem Christi Margareta, vt ipsum liberaret, promittens se diebus singulis in honorẽ eius genua curuaturum, si voti compos fieret: & ecce manè fuit penitus liberatus. Multa quoque alia miracula fecit & facit continuè in honorem sponsæ suæ sponfus virginum Iesus Christus Dominus noster, cui cum patre & spiritu sancto est honor, virtus, potestas, & imperiũ, per infinita secula seculorum, Amen.

VITA S. VALERII TREVIRORVM EPISCOPI,  
EX INSIGNI MANVSRIPTO CODICE DESCRIPTA.

Author Golscherus testatur alibi, se post excidium Treuericæ vrbis interre-  
lictos cineres hæc & quedam alia in chartulis scripta reperisse.

29. IANVAR.

Multi conuertuntur ad fidem Christi.



Eius virtutes.

Luc. 12.  
Matt. 25.

S. Eucharj ei apparet.

Accipit viaticum.  
Decedit.

**D**ost venerabilem obitum beatissimi Eucharj, Treuericæ ciuitatis Archiepiscopi, sanctus Valerius in ministerium sacerdotale successit, illudque per quindecim annos sanctè viuendo, & verbum vitæ prædicando, probatissimè rexit: In quo videlicet temporis spatio multos ad Dominum populos, signa magna & stupenda prodigia exercendo, conuertit, & ad agnitionem Catholicæ fidei saluberrima instigatione perduxit. Qui etiã tam studiosissimè verbo prædicationis instabat, vt iam tunc penè per Galliam & Germaniam Christiani paganos & numero superarent & religione. Erat nanque doctrina eius singulis congrua, cunctisq; audientibus dulcis & gratissima: vnde ob mellis suam sermonis eius facundiam, vndique ad eum populi confluebant, & saltem aliquod verbum ex ore eius audire cupiebant.

Quantum verò ad proprios mores pertinuit, vt breuiter narrem, fuit cogitatione mundissimus, verbo utilis & discretus, operatione nihilominus irreprehensibilis & præcipuus: ac sic per ætiam vitam singulis compassione extitit proximus, vt tamen præ ceteris contemplatione esset suspensus. Et in hac contemplatione positus, non deserebat fraternam condescensionem vitæ actualis: nec etiam in actione submissus, recedebat à sublimitate contemplationis. Quicque salutaria monita sui magistri recto tramite sequens, Euangelicum triticum Dominicæ familiæ fideliter dispensauit, & credita sibi talenta spiritualibus augmentis quotidie multiplicauit. Cum verò his profectuum gradibus vsq; ad venerabiles canos, peruenisset, & iam consummatio sui cursus appropinquaret: quadam nocte apparuit ei beatus Eucharj per visionem, dicens: Tempus iam instat, frater Valeri, resolutionis tuæ, & parata sunt tibi gaudia retributionis æternæ. Patet enim tibi in noua regni cælestis, quam post hæc horam quinto die gratulabundus ingredieris, & de concessis Domini tui beneficijs sine fine lætaberis. Quapropter Maternum, agonis nostri cooperatorem, tui officij successorem constitue, illumque de visitatione nostra ante diem sui exitus certissimum redde. Et hæc dicēs, recessit. Euigilans autem sanctus Valerius, mox visum somnium beato Materno cæterisque fratribus, qui præstò erant, narrauit, & eis diem obitus sui lætissimo vultu instare prædixit. Sequenti verò die venerabilem Maternum ad sacerdotalem gradum prouexit, & eum de studio commissi ministerij diligenter instruxit. Cumque per prædictum spatium, ob famam depositionis eius aduenientes, fideles verbo salutiferæ admonitionis de exercitio sanctæ conuersationis instanter instrueret, & eos ad salutem animarum suarum dulcissima exhortatione paternisq; visceribus incitaret: illucescente iam quinto die, oratorium ingressus, viaticum, quod ipse consecrauerat, accepit: & post hæc extensus inter discipulorum manus membris sacris, 4. Kalend. Febr. spiritum reddidit cælo. Cuius corpus collegentes discipuli, sacratissimo corpori sancti Eucharj coaptauerunt, & in eodem sarcophago cum diuinis laudibus condiderunt. Quod superna dispositione actum esse credimus, vt quorum vna mens semper in Domino erat, eorum quoque corpora nec sepulcrum ab inuicem separaret.

S. CON-

S. CONSTANTII EPISCOPI ET MARTYRIS  
VITA, EX VETVSTISSIMIS EXEMPLARIBVS, QVAE  
Perusia, partim in Ecclesia Cathedrali, partim in edibus S. Petri asseruan-  
tur, collecta, nulla planè re addita, quibusdam verò ob nimiam lon-  
gitudinem detractis: stylo quidem certè, vt eleganti piog-  
lectori gratificemur, prorsus immutato opera Iohan-  
nis Andreæ Palatij, Eugubini.



**S**andus Constantius Perusinus cuius, simul & Episcopus, è nobilissima Barziorum familia ortum duxit. Vir autem fuit tanta animi constantia, fide, ac pietate præditus, vt eius sanctitas quasi quædam gemma inter cæteros homines eluceret. amabat humilitatem, fugiebat gloriam, respuebat honores, Christũ lesum, eiusq; Crucem cunctis visceribus amplexabatur, nec quicquam habebat antiquius, quàm vt Deo placeret, proximumque iuaret. Quamobrem multas pecunias erogabat in pauperes, & semetipsum per singulos dies immolabat hostiam viuentem. nam & carnem per se ipse assiduè coërcebat, & pro fide

Christi, prædicationeque veritatis multas iniurias non solum patienti, sed etiam gaudenti animo sustinebat, cupiens pro nomine Dei sui mortem quoque oppetere, & martyrio consummari: quod & factum est. Siquidem, diuino numine ipsius votis annuente, in persecutione, quam in Christianos Marcus exercuit Imperator, post verbera & carceres, post ignes, variosque cruciatus, quos pro fide libenter excipiens superauerat, capite à ceruicibus abscisso, in cælum euolauit. Huius beati viri actiones, multiplices penas, & ipsum denique martyriũ, quantum feret ingenij mei imbecillitas, scribere institui, quò facilius religiosus populus in tanta solennitate sui Antistitis inueniat, quibus opportunè laudibus possit eum celebrare: nec tamen vniuersa tanti Patris decora, virtutes, ac miracula, totiusq; vitæ sanctitatem stylo nostro persequemur, sed quædam duntaxat percurremus, quæcumq; posse putabimus pij lectoris tum animum ad ipsius virtutes imitandas impellere, tum ingenium ad coniecturam de cæteris eius præclaris facinoribus faciendam excitare.

Imperante igitur Antonino, cui Pio cognomen erat, florebat Perusia Barziorum familia, & opibus affluens, & generis nobilitate admodum clara, sed multo eo quidem insignior, quòd erat Christi nobilitata insignibus. Ex hac B. Constantius veluti odoriferæ cedrus è regali viridario nascitur. Natum autem infantem parentes eius curant omnino studio ac diligentia educandum, ad idq; potissimum incubunt, vt eum sana Christi fide imbuant, & assuesciant, humilem esse, patientem, misericordem, castum in omni timore Domini, ab omni gentilium puerorum, quorum quidem plena erat ciuitas, consuetudine ipsum reuocantes, ne diabolica gentilium zizania, triticum pietatis & fidei in agro Dominico satum, pueri videlicet sacro pectore, suffocarent. Literis post hæc tum humanis, tum verò sacris erudiendum doctissimis præceptoribus tradunt.

Sed cum iam adoleuisset, & parentes eius ex hac vita excessissent, coepit, vt erat benè institutus, militare Domino optimam militiam, affligebat nimirum & domabat carnem suam quotidianis ieiunijs, longis vigilijs, & omnibus veræ pietatis officijs. Non illifrequentia pocula, non lauti apponebantur cibi, & delicati: sed vix post longa tandem ieiunia cum pauperibus frugalissimæ mensæ vilissimum cibum sumpturus assidebat. Fidem sanctam, quam totis visceribus hauserat puer sanctus, pijs ac religiosis operibus & perfectæ charitatis muneribus excitabat quotidie, & augebat. Diuitiarum à parentibus sibi per manus traditarũ, maluit dispensationem quàm possessionem suscipere: siquidem eas Christi pauperibus promptè largiebatur, esurientes pascendo, nudos vestiendo, & cuiuslibet indigenti adiumentũ præstando. Crescebat itaq; indiès vir beatus sicut ætate, ita magis ac magis constantia animi & virtute. Castus erat tum copore, tum mente, dulcis in sermone, mitis, atq; humilis corde, amabilibus moribus ac suauissimis exornatus, & iam tum boni pastoris bonam indolem præ se ferens, & perfecti Christia-

R r r 4 ni

IANVAR 29  
S. Constan-  
tij patria,  
& genus.

Virtutes.

Desideriũ  
obeundi  
martyrij.Barziorum  
nobilitas.S. Constan-  
tij educatio  
& discipli-  
na.S. Constan-  
tij parf-  
monia.

Largitas.

Castitas, &  
mansuetudo.

ni specimen exhibens, suspiciebatur ab omnibus, singulariq; studio à cunctis fidelibus colebatur.

Perusia  
Episcopus  
renunciatur.  
Tit. 1.

Episcopus  
consecratur  
annos na-  
tus trigin-  
ta.  
Ezech. 1.  
Luc 3.

Episcopalis  
muneris  
functio.

Ioan. 21.

Beneficen-  
tia in pau-  
peres.  
Matth. 4.

Eph. 4.

Sua prædi-  
catione  
multos gen-  
tiles ad  
Christi fidem  
conuertit.

Cæca mu-  
lier ad eius  
se pedes ab-  
ijcit, opem  
poscens.

Eccè autem moritur interim patriæ suæ Episcopus, & cum non deessent alij fortasse digni, quibus munus illud committeretur, populus tamen & Clerus vniuersus vnum spectant Constantium, cuncti vno ore Constantium conclamant Episcopum: nemo enim non videbat eius generis fore B. Constantium, qualem describit Apostolus oportere Episcopum esse, sine crimine videlicet, sicut Dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere. His itaque & huiusmodi diuinis donis insignitus B. Constantius Perusina ciuitatis eligitur & consecratur Episcopus, annos natus circiter triginta, vt videlicet eo suæ ætatis anno auspicaretur muneris Episcopalis functionem, quo & diuinus propheta Ezechiel auspicatus est prophetiam, & Christus ipse Iesus coepit docere ac predicare, vt in ipso annorum quoque numero, qui tribus denarijs constat, innueretur fore, vt vir sanctus præceptorum Dei simul & indiuiduæ Trinitatis prædicator existeret, & cultor eximius. Ad id autem munus peragendum aggreditur homo Dei, non veluti arrogans quidam atque insolens, sed quasi mansuetissimus agnus, Omnibus exhibebat eam veræ humilitatis speciem, eamque morum mansuetudinem, quam & priuatus præ se ferre consuuebat: vigilantior omnino in precando erat, ieiunijs, ac cæteris rebus, que carni frenandæ expediunt, maiori assiduitate vacabat, pascebat gregem suum trino illo ferculo, de quo Pastoribus Ecclesiarum præcipit Iesus in Apostolo Petro, cum dicit illi semel, iterum, ac tertio, Pasce oues meas, cibo videlicet corporali, prædicatione verbi Dei, & saluberrimo vitæ, omni prorsus culpa carentis, exemplo.

Erat enim primò in dandis eleemosynis profusus, quàm ante Episcopatum adeptum, vsque adeò vt domus eius refugium esset pauperum, ac veluti penu quoddam inopum videretur. Deinde fidelissimus Pastor, cum optimè cognosceret, non in solo pane viuere Christianum hominem, sed in auditione potius doctrinæ cælestis, & in omni verbo quod procedit de ore Dei, insistebat populum suum in his omnibus, que ad euangelicam spectant pietatem, docens illos salutaria Ecclesie sacramenta frequentare, beneficia Dei crebrò meditari, æmulari charitatem, possidere pacem: atq; illud inprimis monens cum Apostolo, vt omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tolleretur ab eis cum omni malitia: essent autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem. Tertium denique illud ferculum, quo suum pascebat populum S. Constantius, bonus erat odor suæ vitæ, que, quasi speculum quoddam perfecti-onis, clucebat omnibus. Præditus siquidem erat sacerdos sanctus tanta integritate, fide, & sanctimonia, vt admirabilis vita illius, quam ante Episcopatum agebat, flos fuerit lectissimus: hæc verò posterior fructus extiterit vberimus. Ad hæc autem vir beatus, tanto mentis feruore, tantaque vi & scientia verbum fidei prædicabat gentilibus, quorum ciuitas plena erat, vt multi eius opera ad Christi fidem sese conuerterent, ac salutari abluti baptismatis vnda, relictiis idolis, viuum & verum Deum colerent.

Dum autem populum sibi commissum, multo consilio, multaq; sapientia gubernat, & ipse quotidie virtute crescit & gratia apud Deum & homines, nomen eius in omnes finitimas regiones perfertur ac celebratur: mirari omnes doctrinam hominis, suspicere virtutes, obstupescere miracula, que per beatum Pontificem fiebant quotidie: que cum multa sint & præclara, decreui tamen, ne longior sim, vnum tantum & alterum attingere, ex quibus possis, que & quanta fuerint reliqua, facile conijcere. Erat id temporis mulier quedam Artasia nomine, hæc cum multis iam annos charissimo oculorum sensu careret, audita S. Constantij & vitæ integritate, & miraculorum edendorum virtute planè diuina, non dubitauit, ardenti fide, ac spe impulsæ, ad eum accedere. Adit, ad pedes hominis sanctissimi sese proiecit, verbum sanè nullum, sed lachrymarum vim magnam cum singultu profundens. Hanc intuitus Episcopus, qua erat benignitate, iubet statim assurgere, sletum comprimere, & animi sui sensum fidenter aperire. Vnde illa recreata, cum se collegisset, Calamitatis meæ, inquit, Domine, miserere. nam mulier infelicissima ego sum: plures iam annos vsum oculorum amisi, nec possum

vllam

vllam partem huius suauissimæ lucis aspicere. neq; verò queo vllum tanto malo remedium inuenire: non carmina, non medicorum solertia, non ipsi deniq; dii, deaq; omnes, quibus sæpè vota feci, opitulati sunt. Te autem nunc adij, spei meæ extremum solatiū, vt per te merear tandem aliquando reportare salutē. Rogo te primùm per illa admirabilia rerum signa, que passim efficis, quibus & ipsa confusa huc ad te veni, rogo deinde per Dominum Deum tuum, & obtestor, vt velis me tuarum virtutum participem facere, ne graueris & in miraculum promere, lumen oculorum cæcæ restituens.

Tum S. Constantius, qui cerneret, mulierem non solum oculorum, sed etiam mentis lumine esse priuatam, quippè quæ gentilis esset, & idololatra, cupiens vtrique malo vno & eodem tempore mederi, sic eam affatus est: O mulier, si, spretis idolis, quorum vis ac virtus (quod in te ipsa experiris) nulla planè est, inducas animum, credere in Dominum Iesum Christum, is tibi verè possit, pulsus tenebris, simul & corporis & mentis oculos aperire, aditumq; ad vitam æternam patefacere. Illa verò, Fac, inquit, Domine, vt videam: iam credo Deum tuum, Deum esse verum. Hic demum vir sanctus flexis genibus hunc in modum non sine lachrymis precatus est: O fons omnis lucis, Domine Iesu Christe, lux vera, que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, aperi, obsecro, huius mulieris oculos tum mentis, tum corporis, vt, dum viderit creaturas, te magis ac magis celebret creatorem, simul & sentiat redemptorem. Peracta huiusmodi precatione, confestim restituta est mulieri lux optatissima. Quo illa exultans, prostrata ad pedes viri Dei, hæc dicitur verba protulisse: Benedictus Deus tuus, ô Constanti, qui mihi desideratū lumen reddidit: benedictus & tu dignus ipsius minister, per quem tantum mihi boni cõtiguit, valeant iam dii gentium, opera manuum hominum. Vnum iam ego quidem Deum viuū ac verum agnosco, hunc humiliter adoro, huic me totam tradō, atq; addico. licet iam me, vir Dei, huius militiæ adscribas, salutifero ob signas signo. Tum verò B. Constantius nullam moram interponendam putauit, quin eam baptizaret, itaque duplici morbo liberatam dimisit.

Sed iam tempus est, vt ad alterum non minus insigne miraculum explicandum aggrediamur. Fuit per idem tempus Perusina vir, cui nomen erat Crescentius. hic erat vtroque pede ita contractus, vt ad poplitem sursum vtraque planta retorta verteretur: quam ob rem nõ modò ambulare, sed ne baculo quidem innixus stare poterat. Quòd si quando vellet domo egredi, & vsquam discedere, grabato ei aut lectica vtendū erat. Is igitur cum accepisset fama, S. Constantium varios morbos, nullis carminibus, nullisve adhibitis medicinis, protinus curare, speras posse eum, si vellet, sibi quoq; opè ferre, curat se ad illum deportandū. Quò perductus, hominem Dei multa cum prece, multis cū lachrymis precatur, nè grauetur, vt alios quam plurimos sanaret, item sibi suorum pedum restitutum ac firmitatem restituere. Huius calamitatis miserus vir benignus & sanctus, oculos pariter ac manus in cælum cum sustulisset, hunc in modum precatus est: Domine Iesu Christe, qui viuificas oia, & vniuersa restituras, contrafra alligans, & infirma consolidans, redde, que so, huic tuæ creaturæ rectum membrorum situm atq; vsum, vt cognoscat, te solum Deum esse verum, qui mirabilia facis. Vix erat pater sanctus talia factus, cum ecce super infirmum lux magna è cælo delabatur: qua ille perterritus, contremuit, & quàm potest maxima voce clamat: Constanti, Constanti, succurre misero. Cui ille, Res bene habet, frater: nè timeas, bono animo esto. Deniq; abeunte luce, apparuit vtrunq; hominis pedes suum in locum reductum esse, & robur obtinuisse firmissimū. quo factū est, vt nullo iam vsu adminiculo, Crescentius, continuò exiliret è lectica, & ad pedes B. Constantij summa religione prostratus, aqua afferendā curaret, baptismum magna pietate flagitans. Hic vir sanctus præ nimia cordis lætitia lachrymas continere non potuit, nec vllam interposuit moram, quin hominem ex ritu Ecclesie baptizaret. Hoc sanè admirabili facto commoti Gentiles, ad Christi fidem passim confluere, vt coipso die ad centum viginti baptismatis sacramentum à B. Constantio acceperint.

Quorum more magna fortasse ex parte cõcitus Marcus Antoninus, q Antonino itidē, sed pio impius successerat, statuit Christianos acerrimè persequi. Cum igitur alios aliò, sed verò etiã Perusiam Lucii Consulem cū hoc mandato mittit, vt quoscuq; intelligat Christi fidē profiteri, hos cogat gentium deos colere: q id facere recusent, eos omni supplicio exercuciatos, necet. Lucius ergo illuc profectus, Cæsaris edictū cū Carisio, q erat illius ciuitatis Præfes, statim cõmunicat. Is verò cupiens Imperatoris voluntati obsequi, suos

Marc. 10.

Ioan. 7.

Artasia S.  
Constantij  
precatione  
oculorum  
sensu resti-  
tuitur.  
Sap. 13.

Artasia à  
S. Constantio  
baptizatur.

Crescentio  
S. Constantij  
precibus,  
pedum sa-  
nitatis resti-  
tuitur.

120. Gentiles,  
vno die  
à S. Con-  
stantio ba-  
ptizantur.

M. Antonius  
persecutio in  
Christianos.

Carisius Præ-  
fes.  
suos

suos iubet milites per urbem, & per agrum totum discurrere, & in quoscunque Christiana secta homines incidant, hos vinculos ad se, & ad Consulem quamprimum adducere. Hac generatim, separatim verò contra B. Constantium, cuius opera ac virtute sciret multos quotidie Christianos fieri, precipue exardescens, mandat eis, ut in primis Episcopum ipsum diligenter perquirant, & vinculis constructum, ad se pertrahant. Illi igitur mali Præsidis pessimi ministri, cum ceteros, tum potissimum S. Constantium omnino studio inuestigant: demum cum audissent, solere eum apud Crescentium, quem sanitate donarat, frequenter esse, domum illius adeunt, fores perfringunt, inuadunt, atque ibi sanctissimum virum vnà cum Crescentio, pijs effundentem preces, inveniunt, comprehendunt, vincunt, vinculos ad Consulem & Carisium statim perducunt.

S. Constantius vinculus ad Lucium Consulem deducitur.

Quos cum vidisset Lucius Consul, Bonorum, ait, civium officium est, suorum Principum mandatis parere cum ceteris in rebus, tum præsertim in his, quæ ad deorum cultum pertinent. Cum igitur Romani Imperatoris pietas, & Senatûs integritas iam pridem decreuerit, ut ab omnibus, quicumque sui sint imperij, honos debitus dijs immortalibus habeatur, satis mirari non possumus, cur vos, ut audimus, spreto gentili dijs, ludæum nescio quem colatis, quem nemo ignorat obscurum fuisse hominem, & quod diuinum sibi nomen arrogaret, à suis crucifixum esse, itaque vitâ cum morte non sine ignominia commutasse. Cupimus igitur à vobis ipsis, quanam sit vitæ vestræ conditio, audire, & an parati sitis ex Imperatoris decreto crucifixi cultum deserere, & his, qui verè sunt dij, offerre libamina. Huic B. Constantius aude dicit, Deo confusus, hunc in modum respondit: Vitæ nostræ conditio, ô Consul, hæc est, ut omni tempore seruiamus ei, cui seruire regnare est, Domino nostro Iesu Christo. Imperatoris autem decretis hac quidè in re obtemperare nec possumus, nec volumus: neque enim rationi consentaneum est, ut posthabito creatore nostro ac redemptore, Deo viuo & vero, sequamur eos, qui non sunt dij, sed verè demonia. Tunc Lucius Consul iratus, Ergo vos, ait, adeo impudetes estis ac dementes, ut nec præsentiam nostram, nec deos ipsos vereamini? Ite iam, dijs nostris sine mora sacrificia facite. Nos verò, B. respondit Constantius, elementa huius mundi, quæ hominibus causa condidit Deus, non adoramus, nec illis vnquam in animam induxerimus immolare: sed certum est nobis ac deliberatum, omnem cultum & honorem ei tribuere, qui & elementa, & cælum, terramque, & omnia quæ in eis sunt, inexplicabili sua sapientia creauit è nihilo. His illi auditis, iracundia magis magisque accensi, iubent sanctissimi viri corpus, videntibus cunctis, qui aderant, Christianis loris cædi. At ille in medijs flagellis non desisteat glorificare Dominum, & vnà cum diuino vate psallere: Confitebor Domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum, qui assistit à dextris pauperis, ut saluam faciat à cadentibus & flagellantibus animam meam. Hic eum interpellans Lucius, Missa istæc facito, miser, ait, abnega Christum, & magicas artes depone, sacrifica dijs. Cui vir sanctus, Artes magicas ego quidem ignoro, inquit, nec illas vlllo modo probo: meum verò Christum, cum sit verus Deus, non negabo in æternum. At Consul simulacrum Iouis afferendum curat, & ad Episcopum conuersus, Respice iam, inquit, & sacrifica magno deo Ioui. Beatus verò Constantius subridens, ô Luci, ait, cum te prudentem virum & eruditum celebrent plerique, tamen non erubescis, diuinitatem tribuere ligno, quod certè formam hanc non haberet, nisi manus eam effecissent artificis, qui & scammum, si libuisset, ex eodem facere potuisset.

Præclarè respondet Consuli.

Psal. 95.

Hic visus est Consul pudore quodam perfundi: quod cernens Carisius, simul & intelligens, Episcopum nec minis posse, nec verberibus flecti, iubet hominem abduci, & vnà cum Crescentio cæterisque Christianis in thermas multò, quam mos esset, ardentius calefactas includi. At illi signo crucis cum se munissent, nulla sunt penitus molestia caloris affecti, sed læti gaudentesque Deum glorificabant continentes, Benedictus Dominus Deus Israël, qui facit mirabilia solus, qui sicut olim tribus pueris mitigauit flammam ignium, ita nobis hodiè famulis suis balnei huius feruorem mitatem reddidit. Dum autem illic asseruantur, ecce quadam nocte splendor magnus, totum locum illuminans, in eos è cælo effunditur: quem cum milites loci custodes viderent, stupentes dicebant inter se: Certè fides, quam tenent homines isti, vera est, & verus Deus Christus, quem prædicant. ac statim intus ruentes, ad pedes beati Constantij sese proijciunt, & sanctum ab eo baptismum postulant: quo impetrato, domum quisque suam profectus, id, quod factum erat, suis significant. Denique

In thermas includitur cum alijs.

Psal. 74.

Dan. 3.

Carcæris custodes conuersi baptismum à S. Constantio impetrant.

uxores & filios eodem deducunt, numero ferè quinquaginta: quos omnes pijs Episcoporum ritè baptizatos, suo restituit creatori ac redemptori.

50. Gentiles baptizantur.

His peractis, milites B. Constantium rogant, ut velit vnà cum suis è thermis egredi, & commodiorem aliquem in locum se conferre, quò melius possit ipso, in fide ad huc nudes, Christianis institutis imbueri. At ille, Pugnam, aiebat, quam iam diu desideraram, nunc tandem nactus sum, subterfugiam? Non equidem id faciam: hic statui pro fide, & pro Deo mori. Milites contra, idem ab eo etiam atque etiam cum lachrymis exoptulabant, dicentes, posse eum de seipso securo animo esse, quippe cui certa reposita à corona iustitia: debere aut ipsi tanquam nouis Christi militibus, omni ratione consilire, nè fidei semina, quæ nuper in ipsorum corda sparsisset, perirent. His demum, & huiusmodi precibus per motus Episcopus, è balneis, atque etiam ex vrbe cum alijs omnibus egressus, venit Monticellum, ibique aliquot dies apud Anastasium virum sanè humanum ac pijs commemoratus, quos baptismatis insignibus ornarat, eosdem, omnia quæcunque ad veram Christi militiam pertinent, diligenter edocuit.

S. Constantius è balneis egressus, Monticellum venit.

Interea Lucius & Carisius omnium, quæ acciderant, certiores facti, alios milites, quos fideiiores putant, huc illuc dimittunt, hoc iussu, ut Episcopum ciuitatis & omnes eius sectatores inuestigent, & ad se quacunque possint ratione perducant. Illi duce quodam vii à fide Christi alieno, ad Anastasij edes cum peruenissent, facto impetu, primò quidem Episcopum, tum reliquos comprehendunt: in his ipsum hospitem Anastasium, & Carophorum clarissimum virum, comprehensos ligant, & ad Carisium statim perducunt, qui, ut erat impius & crudelis, animum & linguam aduersus S. Constantium exacuens, O sacrilege, ait, ut meritis effugeres poenas, non es veritus, tuis pessimis artibus meos subvertere milites, & fugam cum illis arripere? Quanto melius saluti consuluisses, si in animum induxisses, à Christo desciscere, & ad verum deorum cultum transire. His B. Constantius pro sua mansuetudine sic respondit: Milites ego tuos, ô Præses, non subuertit, sed illos ad se conuertit Christus: saluti verò meæ, ut alijs quibuscunque in locis, ita & in balneo optimè consului. Salus enim mea Christus est: huic me totum deuoui, hunc veneror, huic statim perpetuò inferuire.

Iterum captus & vinculus ad Carisium deducitur.

Tum Carisius furorè incitatus, iubet prunas afferri, cogitque sanctissimum virum nudis pedibus super eas inambulare: quin etiam toti ipsius corpori nudato, mandat candentes carbones admoueri. Ille verò diuini amoris feruore ignis ardorem facile superans, psallebat: Probasti cor meum, Domine, & visitasti nocte, igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Tunc Carisius videns, Episcopum nullis terroribus aut cruciatibus posse à sententia abduci, iussit illum in carcerem contrudi, cupiens eum Consultiante tribunal statuto die sistere. B. interim Constantius non cessabat orare, persequens in vigilijs, psalmis, & hymnis spiritualibus, & licet corpus in custodia teneretur, virtus tamen illius alligata non erat. Nam cum multi ex fidelibus, atque etiam ex paganis noctu venirent ad carcerem, portantes ægros varijs morbis, hos omnes sanctissimi huius hominis precatione curatos, recipiebant incolumes. Cuius rei fama adducti non pauci, quotidie relictis idolis, ad veri Dei cultum transibant. atque etiam ipsi carceris custodes crebra spectantes B. Constantij miracula, Christi fidem amplectuntur, & in ipso carcere baptismum suscipiunt. Nec multò post indignum iudicantes tantam virtutem viliissimo in carcere iacere, re inter se deliberata, Episcopum licet inuitum educunt è custodia, atque etiam è ciuitate, cupientes illum tutiore aliquo in loco collocare. Sed cum ad flumen Tyberim peruenissent, ibique beatus Constantius cognouisset Concordium & Pontianum sanctissimos viros, quibus cum maxima ei intercedebat necessitudo, Assisij in vinculis teneri, incredibili accensus est desiderio eos inuisendi, & martyrij coronam, si Deo placeret, vnà cum ipsis reportandi. Hac igitur impulsus cupiditate, furim se à comitatu subtrahens, Assisium pergit, & cum ad locum quendam, quem Danabum dicunt, peruenisset, hic ei obuiam fit manus militum, qui ab ipso Imperatore, Spoleti tunc degente, ad Christianos persequendos missi fuerant. Hos vir sanctissimus atque humanissimus cum vidisset, benignè salutauit. At illi id quod erat suspicatum, videlicet è Christianorum numero esse, subsistit, & querunt ab eo, quis sit, unde veniat, & quò sic abeat solitarius. Quibus vir sanctus & simplex, nihil dissimulans, in hæc modum respondit: Ego sum Constantius indignus Perusina ciuitatis Episcopus, Perusia venio,

Eius corpori candentes carbones admouentur. Psal. 16.

Carcere inclusus, multos curat ægros.

Carcæris custodes baptizati, cum inuitum è carcere educunt.

Danabum peruenit S. Constantius.

Assisium



S. Constantius tertio capitur.

Clasius fluvius.

Semivivum relinquitur S. Constantius.

Plaga S. Constantij ditinitus per Angelum curantur.

S. Constantij congregatus cum SS. Concordio & Pontiano.

Aet. 5.

Hispellum dicitur S. Constantius sub dio tenent.

Aet. 5. Hispellani non pauci ad fidem converti.

Fulgineo in trivio Martyrium subit S. Constantius.

Caput a cernicibus abscinditur.

Assisium contendo, non solus, vt vos puratis, sed bene comitatus, gratia videlicet Domini mei Iesu Christi. Causa verò huius meæ profectiois est, vt vitam duos humilimos servos Dei, Concordium & Pontianum, qui quidem ibi pro nomine Iesu vinculis atq; omni supplicio excruciantur. Tū illi subridentes, Nos ipsi, inquit, curabimus, vt hodie sis vnà cum illis in carcere, vbi grauioribus etiam, quàm ipsi, tormentis excrucieris, nisi saniori consilio vsus, animum inducas, Christum tuum abnegare. Atque inde vinculum, domum cuiusdam Duritij deducunt, nec quicquam prætermittunt, quod putent posse eius mentem ac sensum permouere: sed cum nihil proficerent, demum ad Clasium flumen perueniunt, atque ibi etiam blanditijs primùm, deinde minis & terroribus student hominem à proposito deducere. Sed cum ille adeò constans, vt verè à constantia nomē inuenisse videretur, firmè in semel proposito susceptoq; consilio permaneret, iracundia milites magis ac magis exardescētes, tot tantisq; cruciatibus sanctissimum virum affecerunt, vt semivivum redderent. Cum igitur B. Constantium vires iam deficerent, ad Deum toto corde conuersus, Suscipe iam, orabat, spiritum meum, Domine, requiescat in te, qui pro te, te ipso iuuante, omni tempore laborauit.

Vixdū pijs hæc voces emiserat, cum ecce præstō est ei Angelus Domini, afflatus his verbis confortans: Noli timere, Constanti, ego sum angelus Dei: misit me Christus, vt plagis tuis curationē adhibeam, ac deinceps tibi adsum in omnibus vijs tuis. & illic omnis plaga curata est. Tunc ille Angelico solatio recreatus, Gratias tibi ago, ait, Domine Iesu Christe, qui per Angelum tuum, me in angustijs positum confortasti, & curasti vulnera mea: nunc verè scio, te quidem nunquam deserere sperantes in te. Milites verò audientes eum cum altero loquentem, & neminem tamen videntes, atque etiam plagas, quas castissimo eius corpori infixerat, cicatrices repente obduxisse conspicientes, timore perterriti, Assisium eum festinanter abducunt, & includunt in carcere, in quo cum alij permulti asseruabantur Christiani, tum duo illi præcipui, quos supra diximus, Concordius & Pontianus. Hi verò, vt alter alterum conspexit, statim in mutuos complexus, mutuaq; oscula certatim ruunt, immortales Deo gratias agentes, cuius munere simul essent, vt sperabant, gloriosum pro Christo certamen subituri, ad quod etiam alios pie incitabant, Magna Deo, dicentes, gratia habenda est, fratres, quod digni habitus sumus pro nomine Iesu contumeliam pati & cruciatus. Atqui milites, exoptantes, quoscunq; ceperant Christianos, ipsi Imperatori quasi optatissimam aliquam prædam deferre, B. Constantium & reliquos è carcere extractos, Hispellum adducunt, atq; ibi vsq; ad alteram diem statuentes consistere, nocte tota Christianos, vinculis astrictos, sub dio tenent.

Hic verò Angelus Domini S. Constantio, magno circumfusus splendore, iterum apparuit, prædicans ei, instare iam tempus, quo consummata pugna, Martyrij coronā acciperet. Splendorem autem illum multi ex Hispellanis intuiti, accurrunt ad locum, atq; ibi audientes etiam vocem Angeli, conclamare coeperunt, Vnus est profectō, & verus Deus, quem hic homo adorat, potens in cælo & in terra. Hanc vir sanctus occasionem minimè dimisit, sed aperiens os suum, & incipiens à scriptura, euangelizauit illis Iesum, nec paucos ad verā fidem conuertit. Hæc ægrè admodum cum ferrent milites, querebant, arti magicæ omnia tribuentes, populū ab eo auertere: sed cum partū proficerent, S. Constantium vnà cum socijs Hispello eductum, Fulgineum versus vinculum trahunt, atq; inter eundem cogitantes fore, vt, si diutius vir sanctus viueret, magnam Gentilium multitudinem, non sine ipsorum discrimine, ad se alliceret, consilium capiunt hominis quamprimùm occidendi, nisi velit suorum deorum cultum ac religionem amplecti. Cum igitur ad trivium quoddam Fulgineum quod vocant, non procul ab ipsa vrbe Fulgineo positum, noctū peruenissent, quibuscunq; rationibus possunt, contendunt B. Constantium à vera Christi fide ad falsas atque inanes deorum fabulas traducere. Sed cum ille nihilo minùs, quàm antea, constanter id. facere recusaret, affirmans vitam suā ipsum esse Christum, hunc solum amplecti, in hoc vno omnes suas spes repositas habere, milites furore inflammati, strictis gladijs in hominis iugulum inuadunt. Ille verò magno animo & erecto, Susceptor meus, canebat, & refugium meum Domine, suscipe spiritum meum, & nē permittas me vnquam separari à te, vita mea, lumen meum, salus mea, te amaui, te concupisco, te inueniam, Domine Iesu Christe. Inter has pijs, sanctasque voces sæui milites à cernicibus caput abscindunt, ac statim abeunt.

Erant

Erant autem Fulginei Leuianus quidam, vir inter ceteros Christianos fide & bonis operibus præstans. Huic visus est in quiete Angelus ita dicere: Non reiecit, Leuiane, Dominus opera bona, quæ facis, quin occasionem tibi offert hodiè meritorum tuorum cumulandum. Iacet in trivio, quod Fulgineum dicunt, sanctissimi viri corpus, qui ob Christi nomen martyrium passus est: huius sepeliendi munus à Deo tibi præcipuè committitur. Experre cæus Leuianus, surrexit è lectulo. Sed cum, verè ne illa fuisset visio, videretur addubitare, ecce Angelus eximia specie rursus apparet, ac iubet abiecta omnium cunctatione, Dei mandatū diligenter curare. Tum verò ille, nulla interposita mora, ad præmōstratum locū accurrit: quò cum iam appropinquaret, insolitum sibi visus est videre splendorem, ac propius accedens, sanctum ibidem B. Constantij corpus aspexit, simul & magnum circa illud tripudiatum caelestium spirituum chorū. His admirabilibus visis deterritus Leuianus, nec tantum sibi tribuens, vt satis dignè posset angelicis sese immiscere spiritibus, & sanctū corpus attingere, cui cerneret ipsos angelos ministrare, coepit pedem referre. At Angeli conclamantes, Siste gradū, aiunt, Leuiane, nihil est, quòd timeas, tua hæc est sepulture curatio. nobis id est mandatū, vt huius sanctissimi viri corpore vsq; ad aduentum tuum custodito, tum demum beatissimam eius animam deduceremus in cælū, quod & statim summa cum gratulatione, lætitiâq; præstiterunt. Verè felix anima, quæ & dum fuit in his corporis cōpagibus inclusa, meruit pro sua eximia pietate ac puritate, Angelorū ministerio frui, & iam soluta ac libera, digna habita est, quæ, Angelicis stipata choris, ad æternam requiem perduceretur.

Anima S. Constantij, angelicis stipata choris, in cælū ascendit.

Leuianus igitur ad sanctissimum corpus propius se cum admouisset, genibus flexis, in hunc modū orauit: Domine Deus omnipotens, qui hunc preciosum thesaurum non diuitibus seculi, sed mihi humili seruo tuo indicasti, suppedita, obsecro, vires ad illum deportandum, & ostende locum, vbi sint tanta reliquæ recondendæ. Tum corpus ea, qua decebat, religione complexus & oscularus, de terra tollit, sanctissimo oneri collū subiiciens. At ei, iam iter ingressō, obuiam fiunt visi duo, pecuniarum causa inter se altercantes. Hi Leuianum agnoscētes, videntesq; cum cadauer humeris ferre, quid hoc rei esset, interrogant. Quibus vir probus rem, vt erat, fideliter narrat. At illi increduli, coeperunt hominem deludere, simul & Christi martyrem irridere, atq; adeò maledictis infestari. Quod non tulerunt impunè, nam Deus volens serui sui iniurias contumeliasq; vlcisci, simul & miraculo eius gloriam clariorem reddere, vtrumq; oculorum sensu illic priuauit. Sed tamē & ipsis ira Dei misericordia efficitur, mox enim poena omnis oculorum ad clarissimum mentis lumen conuersa est: siquidem illi diuina manu tacti, quem antea irridebant, huius iam opem & misericordiam supplices implorant, confidentes merito se quidem pro sua temeritate atq; impietate peccati, quòd sanctum Dei illulissent, atq; etiam à Leuiano, venia petita, rogant hominem, vt velit sanctum corpus deponere, auxiliūq; ipsis quamprimùm ferre. Tum ille, vt erat pius ac mitis, Si volueritis, inquit, credere in Dominum nostrum Iesum Christum, confido fore, vt, hoc eius martyre deprecatore, angustū ipsius corpus, qua decet religione tangentes, lucē, quam amisistis, omninò recuperetis. Quid ni credamus, responderunt, in eum, cuius tantā in nobis ipsis experti sumus potentiam? Apertè iam fatemur, quem vos colitis, hunc vnū Deum esse verū. Hic eos Leuianus manu præhendens, duxit ad corpus sanctissimi martyris, quod quidem illi summa religione venerantes atq; osculantes, Sancte Constanti, orabant, quantum erratum nostrum nullam mereatur veniam, tuæ tamen erit gloria, opem nobis iam respicientibus, misericordiamq; benignè præstare: lumen, quod nostra culpa te contempto prædidimus, tua, quæ sumus, benignitate, te intercedente, recipiamus. Hæc ex animo precati, in pristinum statum confecti sunt restituti.

Duo gentiles ob contumelias in S. Constantium iactas, visu priuauerunt. Deinde respicientes, illum nantur.

Iam verò illucescente die, alterum huic non dissimile consecutum est miraculum. Duo quippe iuuenes iam indè ab infantia cæci, pueri ductum subsequentes, eadem via iter faciebant, & cum iam loco appropinquarent, miram quandam odoris suauitatem sentientes, O quam diuinus est, dicebant inter se, odoris, qui ad nares fertur meas: certè aut Deus aliquis hæc est, aut quidpiam planè diuinū. Horum verba cum audisset Leuianus, Odor is, inquit, quem percipitis, fratres charissimi, afflatur è corpore B. Constantij Perusini Episcopi, quò ob Christi fidē hac nocte hoc ipso in loco morte affectus est. Huius ego corpus humandi gratia, à Deo secundum quietē monitus, huc accessi. Tum illi, O nos beati, inquit, si cuius præsentiam ex odore percipimus, huius & aspectu frui con-

Odor è S. Constantij corpore afflatur suauissimus.

S f f tin.

tingeret. Vos verò, dixerunt hi, quibus fuerat paulò ante oculorum sensus restitutus, haud difficulter poteritis id, quod optatis, impetrare, modò animù inducatis, huius, qui vos alloquutus est, monitis parere: siquidem & nos idem sumus hoc puncto temporis, Deo iuuante, consequuti. Id illi audientes, in spem veniunt & ipsi oculorù sensus, omnium gratissimi, eadem ratione recuperandi, & pollicentur omnino, se, quicquid eis fuerit à Leuiano mandatum, promptè executores. A quo cum fuissent sanctissimo corpori ad moti, terræ motus fit ad eò horribilis, vt cæci magno concuterentur terrore. Hos verò confirmans Leuianus, Nolite, ait, fratres, timere: bono animo estote. signù hoc fauoris est, non furoris, credite in Iesum, debitumq; huic glorioso ipsius martyri honorem præstate, & videbitis mirabilia hodiè. Tum illi, Credimus, inquit, vnum esse verum Deum Iesum Christum, ac debitum nos glorioso huic ipsius martyri honorem præstare. ros, planè profitemur, ac protinus humi prostrati, S. Constantij corpus religiosè osculantur, summis precibus contendentes, vt liceat eis iamdiù desiderata huius suauissimæ lucis vsura, ipso intercedente, frui, quod & statim obtinent.

Cæci duo, ad S. Constantij corpus ad moti, illuminantur.

Corpus S. Constantij Perusie redi, diuina voce præcipitur.

Perusini ciues obuiam S. Constantij corpori procedunt.

Lugubris Perusinorù cinium lamentatio.

Sepulcrum S. Constantij extra portam S. Petri in Arcola possum.

Vndique visitur.

O verè venerandum corpus, cuius contactu quatuor viti paucarum horarum spatium oculorum, tum mentis cecitate sunt liberati. Cuius illi beneficij vt memores se, & gratos ex aliqua parte præstarent, petunt à Leuiano, vt corporis ad sepulturam deferendi munus sibi concedat, ipse tantum viam ducem se præbeat. Hic ille precari Deum, orate, obtestari, vt quemadmodum adiutores sibi ad portandum corpus modo planè diuino suppeditasset, sic velit locum, in quo sit condendum, demonstrare. Hæc precatus, subito exaudiuit vocem è cælo, ita præcipientem: Perusie patrie sue beati viri corpus redde, vt quem habuit in hac vita Pastorem & parentem, eundem post mortem Patronum & defensorem obtineat. Quod quidem illi Dei mandatum exhaurire cupientes, que primum sese obtulerunt arbores, ex his ligna incidunt, in eaque, in feretri formam constructa, corporis primò truncum imponunt, deindè huic caput sanctissimù, quam maxime possunt accommodatè annectunt. His ita constitutis, quatuor illi, quibus fuerat oculorù simul & mentis sanitas restituta, feretrum ferentes præeunt, Leuianus in hymnis & psalmis Deum benedicens, subsequitur. Interim nonnulli, qui & ipsi per eandem viam Perusiam petebant, acerbum de Episcopi morte nunciù suis ciuibus cum detulissent, complures eorum, non modò ex sua, frequenti illa quidem, Barziorum gente, verum etiam ex reliquis, que Christi fidem profiterentur, obuiam ei vsq; ad Tyberim processerunt. Hos cum procul vidisset Leuianus, id, quod erat, suspicatus, accurrat ad illos, & cum se turbæ adiunxisset, cum alia, quæ acciderant, breuiter exponit, tum præcipuè miracula, que fuerant per B. Constantium etiam post mortem edita, explicat diligenter.

Hac illo referente, attingunt ripam fluminis: quò cum nec multò post peruenissent hi, qui feretrum portabāt, rogati depofuerunt. Vidisses tum omnes certatim ad sanctissimum corpus venerandum atque osculandum currere, flere, angere, lamentari, eundem parentem, pastorem, vitæ magistrum, sapientiæ doctorem appellare. Huic pietatis officio cum satisfecissent, iubet eos Leuianus à feretro recedere, vt iter reliquum conficere pergat. Tum verò certat quisque humeros sanctissimo oneri supponere, quod tamen hi, qui vsq; ad eum locum detulerant, nè viderentur munus humanum, assignatum à Deo, defugisse, minimè permiserunt: sed rursus sanctissimum sustulerunt corpus, è quo quidem tanta odoris suauitas continenter afflabatur, vt omnes, qui circum erant, colles cum summa hominum admiratione repleret. Cum igitur cuncti simul mœnibus vrbs appropinquassent, vrbs ipsam, Deo ita inspirante, non sunt ingressi, sed locum sepulture extra portam S. Petri delegerunt eum, quem etiam nunc Arcolæ dicunt, ibiq; funus religiosissimo martyri satis amplum faciendum curarunt. His peractis, quicunq; aderant Christiani, genua ad sepulcrum flectentes, suppliciter sese & patriam vniuersam S. Constantio commendarunt, precati, vt cuius fuisset in terra Pastor bonus, & pater optimus, eiusdem in cælo patronus & intercessor benignus existeret.

Postremò tumulum piè osculati, domi quisq; suam redijt, excepto Leuiano, & quatuor illis, quibus fuerat modò, B. Constantio intercedente, lux restituta: hi enim paruo ibi extructo rugurio, perseuerantes in orationibus, ieiunijs, & alijs bonis operibus, totum reliquæ vitæ tempus apud S. martyris monumentum traduxerunt, cuius quidem fama & gloria ob multa, & maxima miracula, que ibi quotidie fiebant, adeò in dies magis magisque creuit, vt magna piorum hominum multitudo ad eius sepulcrum visendum

ac venerandum, ex diuersis locis conflueret. Neque verò non etiã hodiè magno in honore est & veneratione gloriosus Christi martyr, tū alibi, tū maxime Perusie, vbi quidem eius nomine festus dies anniuersarius in templo, ibidem ei cū magnis opibus iam pridem dicat, summa religionis pompa celebratur, 4. Kalend. Februarij. Tulit autem S. Constantius martyrij palmam, Marco Antonino, vt initio diximus, Imperatore, qui quidem imperare cœpit clxij. anno ab ortu Christi Domini nostri, cui honor, gloria, & imperium in sempiterna secula, Amen.

Templum cum magnis opibus edificatum.

VITAM S. Aldegundis virginis offendet Lector Tomo 6. dic 13. Nouembris.

VITA ET MARTYRIUM SANCTORVM ET MIRABILIVM OPERVM EFFECTORVM, ABBATIS Cyri & Iohannis, Autore Simeone Metaphrasæ.



Yrus ille, clara stella martyrum, ex clarissima quoque fuit ciuitate Alexandria, quæ sita est in Aegypto: quam fama est edificasse Macedonem, & eam suo impertijisse nomine. Erat autem Cyrus, religione quidem fidelis à parentibus, vita verò laudabilis, arte autem medicus: eius officina hodiernum vsque diem nota est omnibus, sed mutato nomine, vt quæ iam Dei templum & ades sanctorum trium puerorum appelletur: simul verò quodammodò commutata etiam operatione, aut effecta potius diuiniore, & pro illa priore morborum liberatione, quam præbebat ars medicina, laboresque, & artis medicamenta, modò omnis generis & que sua sponte fiunt, scatenens miraculis. Quemadmodum autem hanc acceperit mutationem, ab alto perita declarabit oratio.

IANVAR, 31. Cyrus medicus.

Eius officina mutata in templum.

Apollinaris, non vehemens ille veritatis & rectorum dogmatum inimicus, qui etiam in Laodiceam sedem magnum effudit dedecus: sed ille potius ardens amator veritatis, & defensor piorum dogmatum, tãto illo gloria & moribus excellentior, quantæ erat in eodem nomine conuenientia: cui cum Dei sententia commissã fuisset sedes Alexandrina, vt vult vera, quæ de ea iactatur, fama, quòd diuino iudicio & cuiusdam viri, qui futura præuidebat, prædictione, eius fidei sacerdotalis esset sedes credita. Hic ergo Apollinaris cum iam peruenisset ad pontificatum, alebat etiam quendam suæ sororis filium, diligenter admodum & ex virtute: vt quomodò eum haberet genere propinquum, ita multo magis eum redderet vita coniunctum. Cum verò is ad virilem peruenisset ætatem & ad florem iuuentutis, non, vt multi iuuenes, se dedit & permisit naturæ appetitionibus, laxatis frenis omnibus: neque clam noctuque egrediendo voluit non honestas suffurari voluptates, sed potius volens nihil ei eiusmodi accidere, ad patrum suum & pontificem liberè & ingenuè accedens, perijt legitima vxoris coniugium. Vir autem ille verè diuinus, cum ne auditione quidè, quod dicebat, accipere sustinisset, apud eum multis verbis est vsus, turbas matrimonij reuocans in memoriam, & tentans eum ab illa abducere sententia. Postquam verò vidit eum valdè instare, & de constantia ne tantillum quidem remittere, valdè pulchrè hoc excogitat, dicens se cupere excitare templum tribus sanctis pueris: cuius quidem ædificationis oportet te, inquit, in præsentia curam gerere, & cuius studio tenèris, id tibi succedet ex sententia. Audijille, & lubenter admodum suscepit quod iussus fuerat, calorem cupiditatis bona spe refrigerans & recreans.

Apollinaris episcopus Alexandrinus.

Erat autem illic quidam locus, qui vocabatur Doryzim. Quo quidem in loco cum visum esset excitare ædem, ipse toto studio instabat operi: & illud quidem statim ad gentium comitium, hoc verò deputabatur ad atrium: atrium autem intercipiebat hanc, que vulgò celebratur, officinam. Quam quidem cum in templum mutassent, à nomine solam, vt iam priùs diximus, non autem à re etiam recesserunt, nisi quòd eam effecerunt veterem cuiusvis hominum morbi medendi officinam. Sed ea quidem hoc modo est transmutata, & ex medici officina templum est constitutum: verè quidem gratuita, & nullam

Templum puerorum excitatur.

nullam accipiens mercedem medici officina, velox morborum liberatio, curatio quæ nullam habet dilationem, sed eorum, qui laborant, præueniens petitiones. Nobis autem sunt etiam ea, quæ deinceps consequuntur, addenda, neque sunt pulchro priuanda miraculo aures, quæ viles sitiunt orationes, etiam si ab instituto satis longa videbitur digressio, additio narrationis.

Nam cum adolescens toto studio in ædificando fuisset occupatus, in templum quidem officina breui fuit mutata. Nosocomium autem & gerontocomium ab eo constructa sunt: & omnia non longi temporis spatio ab eo sunt perfecta. Deinde accessit Apollinaris virum quendam, qui gregi præerat, & erat virtute insignis. Cui cum dedisset literas, emittit eum ad tres sanctos pueros Babylonem. Literis autem supplicabatur, ut aliqua ex illis sacris reliquijs mitterentur ad templum, quod erat Alexandria, quod ipse multis sumptibus & multis laboribus construxerat. Talis erat enim in eos amor Apollinaris cum ardenti & viua fide, ut tot iam ante annis consummatos, tanquam adhuc viuos, epistolam esse sensuros, & suis eum esse membris impertituros crederet. Cum ergo ille magnus & rerum verè magnarum minister hanc viam consecisset, & Babylonem peruenisset, & ante sacras illas stetit reliquias, & manu indicasset literas, & plurimum rogasset, ut literas acciperent, & pontificem ijs, quæ petebat, impertirent: qui erat eorum medius, tanquam à somno excitatus, (O diuinam prouidentiam, o stupendam narrationem) cum manum sensim porrexisset, & epistolam accepisset, rursus nihil adiciens decubuit.

Notam mirandam.

Literarum itaque tabellarius, miraculum quidem admiratus, quod nihil autem esset consecutus eorum, propter quæ venerat, animo cruciatus, cum tota hebdomada in templo permanens & precatus nihil profecisset, reuersus est animo anxius, & pro reliquijs ferens Apollinari lachrymas. Ille autem cum ne sic quidem despondisset animum, nec curam abiicisset instituti, quod habebat in manibus: (Cuiusmodi enim res est desiderium, non solet spem abicere non eorum solum, quæ sunt difficilia, sed nec eorum quidem, quæ non possunt omnino fieri.) Abi, inquit, rursus o vir optime, & vehementius à sanctis pete meo nomine: & si eos quidem aliqua subeat miseratio, nostris placari precibus, præbeant aliqua ex ijs, quæ petimus: Sin minus, accepta epistola reuertaris, & mihi erit ea res pro reliquijs, nam nec illa quidem erit expers sanctificationis, ut quæ recte sit accepta, & iam longo tempore sacra membra contigerit. His quoque præter magna vir ille obedientia. Oportebat enim, ut arbitror, tali seruire desiderio talem patendi alacritatem. Et cum rursus venisset Babylonem, & ad sanctos accessisset, vehementer rogabat, supplicabat, obsecrabat, lachrymis magis quam verbis implens supplicationem: ne has secundas preces patriarchæ contemnerent, neque secundos suos itineris labores despicerent: sed quod ille eis templum ædificauit ad honorem, hoc suis membris vicissim glorificarent. Hæc precatus quidem est, sed nihil profecit.

En quanto perè cupit sacras habere reliquias.

Quocirca cum spem abiicisset reliquiarum, (Sed est diligenter attendendum: audietis enim rem quidem ad audiendum iucundissimam, & ad admirationem afficiendum animum diuinissimam) cum ille spem diuinari abiicisset reliquiarum, studebat ipsam saltem recipere epistolam, ut ei iussum fuerat, ei, qui erat fide ardenti, impleturam locum reliquiarum. Cum sic itaque manum manui admouisset, suam manui martyris, & epistolam accepisset, illam quidem traxit ad se: eam autem secuta quoque est pulchra manus martyris. Quam cum sic vidisset diuisam à toto corpore, desiderantibus simul & venerantibus amplexus manibus, in precioso thesauro reponens, quæ sunt preciosissima, lubens peruenit Alexandriam. Quamobrem quis vel patriarchæ voluptatem & lætitiâ, vel rursus populi festiuam celebritatem potuerit ostendere? Quam sapienter autem se gesserit in præstando promisso suæ sororis filio, audire est operæ precium. Nam cum sequenti die totum, qui ei suberat, clerum conuocasset, manum quidem illam, & cum ipsa epistolam, quæ ab ea tenebatur, sacrosanctam simul & præclare deponit: & cum alia in templo splendide & magnifice peregrisset, idque de more Christianorum consecrasset, adducto deinde sororis filio, & sacerdote ordinato, loco alterius coniugis ei despondet ecclesiam, ei dicens: En tibi vxor. Sed eius, ut par est, curam gerere. Hoc dictum sic affecit adolescentem, & eius sic tetigit animum, & dimouit cupiditatem, ut maiore virginitatis fuerit deinceps captus amore, quam ante matrimonij. Sed de his quidem satis.

Manus vnus è tribus pueris fert Alexandriam.

Nobis

Nobis autem rursus Cyri & eorum, quæ ad Cyrum pertinent, facienda est mentio: quem quidem proposuimus argumentum præsentis orationis. Hic ergo cum in arte medicina aliorum fuisset excellentissimus, nihilo secius erat etiam vita hominibus utilissimus: arte quidem corpora, moribus autem curans animas: vel potius per artem persuadens, ut morum curam gererent, & docens morbum animæ esse morbo corporis longè difficiliorem: quod huius quoque ille sæpè causa sit, Domino omnium & medico studente per morbum corporis, ut nos animæ vitium deponamus: quod quidem est morborum re vera longè periculosissimum, & curatu difficilimum. Ad ægros enim ingrediens Cyrus, non Galeni & Hippocratis & similibus omnino meminerat: is enim secundo loco eorum habebat rationem: sed à nostro fonte sumens, propheticaque & apostolica atque etiam paterna eis multa dicta accinens, & deinde etiam gratiam adiciens, efficiebat ut sani essent, non solum corporibus, sed animis: & parua rogantibus & ea dabat, & ijs multo maioribus, quæ quidem sunt, Dei agnitio, vitij purgatio, salus animæ, eis gratificabatur: multos quidem ex pijs adhuc stabiliore efficiens ad veritatem, multos autem etiam ex infidelibus ab errore liberans gentilium. Is verò tunc erat frequens, & multos atque aded plures inuaserat, tunc sceptrum tenente Diocletiano, qui non magis erat insignis diadematæ, quam nimia superstitione. Nam in hoc quidem multos inuenies, quibus ipsum assimilaueris: in illo autem, omnino paucos.

Cyrus medicus excellentissimus.

Cum verò nec fieri posset, ut malignum hæc laterent, neque si non latuissent, ferre erat facile: res enim, quæ difficiliter contineri potest, & impudens est vitium, hæc per ipsam significantur Præsidi ciuitatis: qui magno quoque incitabatur furore in Christianos: qui comprehensum quoque Cyrum statim iubet duci. Ille autem cum iussum cognouisset, recedit à ciuitate, & venit in Arabiam, quæ est in finibus Aegypti. Nemo autem eum condemneret imbecillitatis, neque pusilli & abiecti animi. Non enim adspiciens ad crudelitatem Præsidis, neque propter Christum afferenda tormenta reformidans, neque vlla morus animi mollitia, exijt à ciuitate: sed partim quidem implens præceptum Domini: Quando enim, inquit, persecuti vos fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam: partim verò etiam per ocium volens seipsum considerare, & cor suum acuire, & deinde aggredi ad pericula pro Christo suscipienda: forte autem diuina quoque prouidentia eum vocante in Arabiam propter infideles, quos illic erat ad Christum adducturus, & fideles rursus effecturus constantiores. Cum ille ergo sic & propter hæc venisset in Arabiam, statim mutat habitum, vitæ formam & studium: & cum caput cutemque totondisset, amictu induitur monastico, & ad viuendi rationem extollitur sublimiorem. Deinde etiam mutat modum curationis. Non amplius enim medicus Cyrus dicebatur aut erat, nisi quod solum faciebat potius miracula: non medicamentorum, non herbarum omnino vtens auxilijs, sed prece sola & doctrina: hac quidem aduersus animas, quæ malè se habebant: illa verò, aduersus corpora.

Cyrus fugit in Arabiam.

Matth. 10.

Nota tonsuram & habitum monasticum.

Cum ergo eius fama totam peruasisset Arabiam, & iam ad Iohannis quoque aures virtutes illius peruenissent: Iohannem, inquam, illum, qui genus trahebat ex patria Edessa: moribus autem erat verè ciuis celestis, erat verò militari insignis autoritate. Cum hæc ergo fama ad illum quoque peruenisset, & alioqui cum Diocletianus intenderet persecutionem, præclarus hic miles, mutato ordine, & humano relicto exercitu, egregie relatus est in numerum Christi militum, & maluit se fortiter gerere aduersus eius hostes, quam aduersus eos, qui sunt hostili animo in homines. Quamobrem statim abiectis omnibus, opibus, diuitijs, gloria, autoritate, venit Hierosolyma. Deinde etiam proficiscitur in Aegyptum, amore Cyri eum trahente citra laborem, & toto pede eius gressum accelerante ad eum, qui est eiusdem fidei: ut qui vnà cum illo philosophari & vnà exerceri constituisset. Qui cum ad eum accessisset, & vnà cum eo habitasset, fuissetque pulchrorum illius certaminum & miraculorum spectator, erat nouacula cotem nata, & deinceps ad eum adspiciebat, & virtutis eius vestigia diligenter sequebatur: non ut qui longè ab eo abesset ut discipulus, sed qui eius similitudinem accuratè assequeretur. Cum autem persecutio spirasset, ut diximus, vehementius, tres quidem numero virgines cum matre comprehenduntur, quæ res sectabantur Christianorum: ducuntur verò in ciuitatem Canopum, cum Cassianus execrandum corum, qui dii non sunt, exerceret sacerdotium, Syrianus autem ciuitatis haberet administrationem. Hæc autem non virginibus & matri solis, sed etiam ipsi quoque Cyro & Iohanni,

Iohannes vir multicitatis se iugit Cyro.

hanni, fuerunt veluti procemia & principia martyrij, & iam incipiebat eis contexti corona. Veritus enim Cyrus virginum teneritudinem, ne aspera reformidarent supplicia, quandoquidem erant aetate admodum iuuenili: Theodiste enim, quae erat trium aetate natu maxima, decimum quintum annum nondum attigerat: Theodora autem, quae eam sequebatur, agebat annum quartumdecimum: Eudoxia verò omnium minima, agebat annum vndecimum.

His ergo de causis timore affectus Cyrus causa virginum, quandoquidem haec aetas, & maxime inter mulieres, non solum facile vinci potest metu suppliciorum, sed etiam blanditijs nullo negotio corrumpitur: existimavit esse necessarium, descenderet ad ciuitatem, & eis, quoad eius fieri posset, adderet animum ad certamen. Nam nec erat quidem extra suspicionem de earum matre Athanasia: partim quidem, cum eam sciret esse mulierem: partim autem matrem quoque filiarum tam tenerae aetatis, quae scit matris oblectare oculos, & ne ipsa graue aliquid patiantur, efficeret quod nolint alii. quid, quod non vult mater. Haec Cyrum metu replebant, dubitantem ne mater quae frangeretur iuuentute filiarum, ne eius paterentur viscera, & victa a natura, miserabile aliquid, quo se cedere significaret, eis diceret, aut etiam annueret. Haec ergo, vt diximus, dubitantem Cyrum inducunt in ciuitatem. Eum autem egregius quoque sequebatur Iohannes. Fiunt verò illi eis aliptae ad certamina, & pulchrum exemplar martyrij: quod quidem erat, non illas adducere ad martyrium, sed suam ipsorum confessionem manifestam efficere: vel potius vtrunque per se inuicem, vt & ipsi propter virgines liberè suam ostenderent pietatem, & illas per se Christo offerrent hostias.

Cum itaque rursus suae improbitatis non negligentes ministros inuenisset inimicus, eis persuadet praesidi dicere de martyribus: quod scilicet sint quidam ignoti, vnus quidem monastico, alter verò militari induti amictu, qui efficiunt, vt modò comprehensa virgines, deos quidem nostros despiciant, totisque viribus abiurent & execrentur eorum religionem, Caesarisque iussa contemnant: Iesum autem quendam solum laudent, & ei, quaecunque Deo, tribuant: & ad ostendendam suam in eum beneuolentiam, mortem parui faciant. Syrianus igitur cum haec non leuiter tulisset, sed viros praclaros in suum conspectum produxisset: Vos, inquit, infelices & hostes deorum beatorum: vos, qui virginibus quidem conamini persuadere, Christianorum autem res studetis augere: Caesarem verò omnibus modis afficere contumelia. Sed etsi non prius, nunc quidem certè ab hac vana deficientes religione, precibus & sacrificijs deos placate maximos. Hoc enim non efficiet solum, vt sitis liberi à supplicijs, sed etiam, vt digni videamini honoribus: Sin minùs, mox quidem scietis Syriannum: scietis autem Imperatorem quoque Diocletianum: qui etiam deos ipsos, aduersus quos haec stolidè audetis, quam gratiam suis referant cultoribus, etiam si sint mitres & benigni.

Ad haec Cyrus & Iohannes: Nos, dixerunt, o praeses, de multis pauca dicere consueuimus. Scias ergo, nos nec esse infames honores admissuros, neque Christianismum, quicquid factum fuerit, prodituros. Haec cum audisset Syrianus, & vehementi cordis ira esset commotus, & dentes instar apri exacuisset: Oportebat, inquit, vos in hoc saltem vti benignitate iudicis, quod moti poenitentia eorum, quae prius statuissetis, si vlla esset sapientia, minas euitassetis. Quoniam autem vnuersum, vt video, est factus & arrogancia & inanis iactantia, non prolixis verbis amplius erit opus, sed iam ad ipsam veniemus experientiam. Sic enim ipsi & quae desideratis praemia omnino consequemini, & vt quae iussit Imperator faciatis, vel inuiti persuadebimini. Haec cum dixisset, & protulisset virgines in conspectum martyrum, vt viderent quae fiebant, inferebat athleticis omne genus tormentorum: flagellis cedebat, clauis conterebat, lampadibus vsulabatur, & cum, quae vsta fuerunt, membra aceto & sale madefecisset, deinde pannis ex pills confectis iubebat abstergere, & bulliente pice pedes inungebat. Nihil denique non faciebat ex ijs, quae possent corpus aliquo modo punire: simul quidem & eorum vlciscentes constantiam, & virginum spiritus prius labefactare moliens.

Cum autem eos, qui videbant, videretur potius castigare quam martyres, (illi enim vel ex solo patiebantur spectaculo, propter insignia supplicia: his verò omnia erant iucunda, propter spem remunerationis) ipsos quidem relaxat à tormentis, iussit autem virgi-

Theodiste,  
Theodora,  
Eudoxia,

Athanasia,

Nota sancti  
virium  
timorem,

Martyrum  
constantia.

Atrociter  
cruciantur,

virgines torqueri vnà cum matre. Postquam autem faciens periculum, maiori pudore afficiebatur, vt qui nec mulieres quidem posset solum vincere: cernebantur enim sexu solum Christi martyres fuisse prestare, non minùs verò esse animis, quam sint ipsi, masculis, eosque ad vnguem planè esse imitata. Postquam ergo haec vidit iudex impius, eas morte condemnat, & earum, quae vita dignae erant, sicut etiam factum est, capita amputari pronunciat. Atque cum virgines quidem vnà cum matre manus lictorum accepisset, morti quae ense infertur, tradiderunt, nihil muliebri aut ignauum ostendentes in cade, sed reddentes id, quod acceperant, & eis effectas exemplar fortitudinis, quos ipsae prius pulchrum acceperant archetypum ad virtutem magni animi. Cyrum autem & Iohannem iudex rursus vocauit ad lectam: quibus quid non fecit impius, volens eos ad suam traducere sententiam? Prolixa vtebatur oratione, se eorum curam gerere praeseferens: minabatur grauisima parere nolentibus, proferebat dona, subiciebat tormentis, alia inferebat maiora, non solum supplicia, sed etiam munera: vt qui existimaret contempra fuisse priora propter egregiam magni animi virtutem, aut preclarum & magnificum desiderium. Cum verò omnia faciens nihil proficeret, in eos quoque fert sententiam: Cyro, dicens, antistiti Galileorum, & Iohanni, qui est ei in religione similis, qui non cesserunt iussui Imperatoris, & sacrificia maxime dijs non obtulerunt, pronunciamus amputari capita, conuenienter legi Imperatorum.

Hanc cum sententiam tulisset Syrianus, ij statim humana quidem manu accipiunt amputationem: immortali autem eam, quae è celo datur, coronam, tricesimo primo mensis Ianuarij. Reliquias autem pij minime neglexerunt, reueriti difficultatem temporis, sed maximo studio eis statim manus admouentes, eas pie & sustulerunt, & cum composuissent, singulas in templo Marci Apostoli honorificè deponunt, nisi quod eis sunt capsa diuersa. Alteri enim, Virginum & matris reliquiae: alteri verò, Cyri & Iohannis, rursus mandantur. Procedente autem postea tempore, cum Gentibus quidem esset dissoluta tyrannis, Theodosius verò regni sceptrum accepisset, praedique religionis amicis Christianis pie praesert: eae & mouentur, & transferuntur. Quomodo autem, non erit pijs ad dicendum iniucunda narratio.

Cum Theodosius, vt diximus, paulò antè suscepisset imperium, maximum & difficilimum bellum mouetur ab Occidè. Cum enim repente multae gentes simul coissent, & foedus inter se iniissent, minabantur in Romanorum regionem grauem irruptionem. Veritus ergo tunc magnus inter Imperatores hic Theodosius, neque ad colligendas adspexit pecunias, neque magnam aliquam manum inuocauit ad auxilium: sed ille in omnibus semper pendebat à manu illa superna. Sic ergo tunc quoque fecit, & id faciens, spe nequaquam esse frustratus. Cum enim intellexisset, quod in Scete (est haec autem solitudo in Aegypto quidem sita, sic verò nominata) philosophatur vir quidam, genere quidem ipse quoque Aegyptius, maximorum autem effector miraculorum, scribit protinus ad Theophilum Alexandriae Episcopum, iubens vt efficiat, vt vir ille admirabilis quamprimum veniat Constantinopolim. Eis autem literis quoque continebatur, quid eius aduentu opus esset. Ille verò ijs acceptis, statim ad eum venit, & datis literis, preces Imperatoris & vsus, qui vrgebat, significat. Deinde etiam ipse quoque ex se facit, quae potest: vehementer rogat, orat, supplicat, ne preces despiciat Imperatoris, neque suos vilipendat labores: sed veniat ad ciuitatem, & bellum, quod in eam paratur, suis auertat precibus, & à tanto periculo & metu eam liberet: vt potè quod in eius potestate situm sit, vt ciuitas vel salua sit, vel intereat.

Admirabilis autem ille Senuphius (hoc enim nomine vocabatur) primum quidem, vt est consentaneum, ne rogaret prohibuit, non ad mensuram eius, quam habebat, gratiae, sed ad mensuram potius eius, qua erat diues, humilitatis aspiciens. Magna est, inquit, mea in ciuitatem beneuolentia, & ipsam valde saluam esse cupio: sed non voluntatem quoque vires consequuntur ex ea, quae est ad Deum, fiducia. Quinetiam rogauit ipsum Alexandriae episcopum, ne de eo talia sentiret, neque eum putaret vulgo antecellere. Cum eum autem ipse omnino non dimitteret, nec sciret deinceps magnus quidnam faceret Senuphius, discessum quidem suum pulchre differt: dat autem sic quoque auxilium, idque facit admirabilius. Nam & statim stetit ad Orientem, & cum superhumerali & baculum in caelum sustulisset, Domine Deus, inquit, Deus exercituum, da huic meo superhumerali & huic baculo, vt tantum possit, quantum ego ipse, si il-

Tres puellae  
cum matre  
torquetur.

Perimuntur.

Pleasantur  
capite Cyri  
& Iohannis.

Senuphius  
monachus  
Imperatoris  
ad se euocatus.

Senuphius  
humilitas.



lic adefsem. Hæc cum Deo dixisset, quæ habebat in manibus, dat statim Pontifici. Hæc accipe, dicens, & mitte statim ad Imperatorem. Ille autem superhumerali quidem imponat capiti, baculum verò manu ferat. Deinde quando opus fuerit manus conferere cum inimicis, præcedat omnes alios, & audacter procedat aduersus inimicos. Nā si ego quidem possum à Deo exaudiri, existimo fore, ut ipse sit illis terribilis, & sine sanguine gloriosam referat victoriam.

Nota hæc de habitu monachi et pietate tæri Imperat.

Hæc cum ad Imperatorem lubenter essent allata, ille quidem munit caput superhumerali, quæuis galea tutius: baculo autem munit dexteram, læca longè validius: & hac ratione cõfidens fore, ut videretur hostibus terribilior, quàm olim, ut aiunt, claua Hercules. Iam accedentibus hostibus, ipse primus præcedit, ducens totum exercitum. Propter Senuphij autem ad Deum orationem nulla erat dilatio, sed res statim finem accipiebat. Simulac enim eum viderunt barbari, eum admirati tanquàm vnum ex cælestibus, ad fugam statim spectabant, & pedum virtutem laudabant. Fugiebant verò non aliquo certo ordine, ut qui non essent omninò oblitii virium: sed ut qui essent emortæ mentis & perterriti, alius aliò dispersi, terga volentibus facilia, expedita venatio, secuta persecutio & libera ab omni periculo, ipsi potiùs propter fugam, quæ erat sine vilo certo ordine, plagas & vulnera, atque adeò mortem sibi inuicem conciliantes: adeò ut Imperator non solum sine sanguine, sed etiam sine labore hanc victoriam retulerit. Festum ille nominavit hunc diem, & nunc quoquè post tantum tempus magnificè celebratur ab Alexandrinis, nominaturque ab eis Iconium. Ab eis enim Imperatoris facta est quædam statua, eo, quo tunc modo, armata: & capite quidem induta superhumerali, dextera autem tenens baculum.

Victoria Theodosij admiranda.

Cum verò gentiles nondum efforuisent, is, qui Alexandrinæ præerat ecclesiæ, destruxit quidem omnes cultus dæmonum, sacris autem ædibus ornauit ciuitatem, imaginibusque & donarijs: Canopi que extruxit templum Apostolis, magnitudine insignè & pulchritudine, quod non minùs quàm decem stadia abest à ciuitate. Est autem ipse quoquè gentilibus locus insignis & non parui nominis. Id verò licet conijcere, & ex via, quæ fert ad ipsum, ut quæ tota constrata est tabulis & rectè concinnatis lapidibus, & suburbiorum & balnearum ornata est multitudine: quæ quidem fama est adhuc vigintriquatuor nostris mansisse temporibus: habet autem & forum, & abundat copia rerum venalium. Ab hac enim ciuitate, Canopo, inquam, distat quidam vicus spatio duorum stadiorum, nomine Manuthe. Hic autem vicus erat dæmonum habitatio, & verfabatur in eo maligni spiritus. Theophilus verò hic, præsul, ut priùs diximus, Alexandrinus, cum voluisset reddere locum purum à dæmonibus, Christi que Euangelistarum & Apostolorum characteribus & figuris, ut ad eum conseruandum idoneis, occupare, id quod statuerat, non perduxit ad effectum. Interim enim mors adueniens, quæ est hominibus res inexorabilis, abducit eum à vita præsentis. Deinde autem Cyrillo quoquè, qui post ipsum sedi successit, non parum erat curæ liberare locum à dæmonum iniuria.

Angelo iubet reliquias sanctorum in vico reponi cõtra dæmones.

Cum verò de ea re sæpè Deum rogasset, angelus ei appãrens in visione, iubet ut magni illius Cyri & Marci Euangelistæ reliquias in hoc vico reponerentur. Sic enim fore, ut à dæmonum nocumento liberetur. Cur autem non Iohãnis quoquè dixerit, satis quidem ostensum est à Cyrillo, est autem omnibus quoquè per se manifestum, quòd nomine Cyri, omninò Iohannis quoquè nomen simul ostenditur. Sicut enim mores sunt eis communes, & quæ propter Christum facta est confessio & consummatio: ita etiam simplex est omninò vocatio & citra vllum discrimen. Hinc in Manuthe martyricæ eorum reliquias vicesimo & octauo mensis Iulij præclare simul & sacrosanctè transferuntur, vici custodia, dæmonum fuga, à morbis liberatio: & nunc locus est

Deo consecratus, illiusque martyribus & ministris, gratia & clemencia Domini nostri Iesu Christi, quem decet omnis gloria, honor & adoratio, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

VITA

## VITA SANCTÆ MELANÆ ROMANÆ,

Authore Simeone Metaphraste.



Vit ergò hoc quoquè earum, quæ olim fuerunt, ciuitatum maximæ & clarissimæ Romæ, non solum efferri pulchritudine, neque situ vincere, neque trophæis & alijs omnibus gloriari: sed multò magis sibi placere, & se magnificare propter eos, qui pro Christo se fortiter gesserunt, tam viros quàm mulieres, & has magis, quòd non secùs ac viri fortiter decertarunt, & se vitæ exemplum ad virtutem alijs constituerunt. Ex quibus vna fuit beata Melana, quam sibi nunc argumentum proposuit oratio, & aggressa est res illius dicere ab initio. Eam enim tulit celeberrima & clarissima Roma. Fuit autem eius quoquè genus clarissimum. erant enim eius parentes primi senatùs Romanorum. Orta est autem bona ex bonis, Nam erant illi quoquè pij & virtutum amatores.

Patria S. Melanæ.

Cum ergò iam esset nubilis, desiderium continentia vicit eius, quæ ex ætate erat, appetitionem, & rogauit parentes, ne vnquam eam iungerent matrimonio: sed sicut ei, ut esset, ita etiam ut virgo maneret, concederent. Illi autem cum propter hanc solam, huius vitæ agerentur fluctibus, ei parantes diuitias, & sperantes se successorem generis ex ea habituros, quartumdecimum annum iam agentem vel inuitam collocant in matrimonio. Erat verò eius sponsus, & genere, & ætate & alijs omnibus cum Melana confederus: natus quidem ex Consulibus, & modò excedens ex ephebis. Sponsi autem nomen erat Apenianus, agens annum circiter decimum septimum. Eis autem sic celebratis nuptijs, admirabilis Melana etiam post nuptias, adhuc vehementius amabat continentiam, & amor castitatis non intermittebat eam acrius vrere: multis verò verbis maritum suum ad hoc exhortabatur, & cum verba non sufficerent, ei quoquè ad persuasionem opem ferebant lachrymæ, hæc dicenti: Si quidem, ô marite charissime, eadem tibi quoquè videntur, & ambo habitabimus conuenienter legi continentia, beati nos erimus propter nuptias, & ambo per nos inuicem salui erimus, & erimus alter alteri via pulcherrimæ occasio. Sin autem iuuentus & ætas propensior ad voluptates non permittit ut hoc feras, at tu me sinas, & nè cœptum meum & institutum prohibeas: mei autem corporis & meæ libertatis merces erunt omnes possessiones, omnes famuli, & vestes, & domus, & quæcunq; alia sunt in meis facultatibus. His omnibus tibi cedo, dum modò me ipsam redimam. Ille verò neque vniuersum concedens, neque eius totã auersans voluntatem. Nunc quidem, ô vxor, inquit, non possunt hæc fieri: postquam autem generis & facultatum habuerimus successorem, nec ego bono tuo instituto deero. Graue enim esset, si in diuino desiderio vir fœminæ cedere conspicerer. Sed tunc ambo hanc viam eligentes, non secùs ac in matrimonio, ita in vita ex Deo agenda inter nos conspirabimus.

Inuita tradidit marito Apeniano.

Acquiescunt ambo ei, quod dictum fuerat. Procedente autem tempore, nascitur eis puella. Ea cum primùm lucem adspexit, castitatis Soli fuit consecrata, Melana offerente primitias Domino, qui ipsam dederat: ut sic vel consuetudinem habens matrimonij, videretur plurimum tribuere virginitati. Deinceps verò seipsam contrahens, moderatè & temperanter viuabat. Non vestem gestabat splendidam, non corpus suum fouebat lauacris: & si quando à marito aut à parentibus cogereretur, ibat quidem ad balneum, cum autem vultum solum lauacris abluisset, ut eorum qui iubebant voluntati satisfaceret, non sinebat reliquum corpus calidis foueri. Ut verò deinceps lateret, emebat auro ancillis persuasis. Cum autem multa etiam fecisset, ut viro persuaderet, ut esset eiusdem instituti, vbi nõ vidit eum obtemperare, sed cupere etiam fieri parentem aliorum liberorum, de fuga cogitat, & statuit ipsum maritum & patrem, quin etiam suas quoquè facultates relinquere. Sed cum quidam viri boni & virtutis amantes sentientes, id prohiberent, dicentes illud Apostolicum, Quid enim scis mulier, an virum tuum saluum facies? mansit quidem, ægrè ferens eam, qua tenebatur, necessitatem: cilicium autem intra sumptuosam & splendidam vestem, tanquàm præludium exercitationis, perpetuò ferebat, quado cum marito nõ habebat consuetudinẽ. Cum verò omnium falleret oculos, suam

Nascitur eis filia, eaque Deo consecratur.

1. Cor. 7. Virtus cilicio.

suam amitam latere non potuit. Sed ipsa quidem cum cognouisset, eam increpabat, & indumentum irridebat. Ea vero nihil agere ferens ipsorum asperitatem, hoc grauius ferebat, quod non posset omnes latere. Quocirca multis lachrymis & precibus, ut res taceatur, impetrat.

Festum S.  
Laurentij.

Parit filium,  
sed is mox  
decedit.

Erat autem ei maximè in votis à mundo abrumpi, & ut vult Deus, philosophari. Unde etiam cum vterum ferret, & ei secundò iam partus appeteret, celebrabatur quidem festum gloriosi martyris Laurentij: illa verò pernoctabat in somnis, genua flectens, psalmos canens, dolores & naturam superare contendens. Desiderat matutinum, illa autem non cessabat à precibus. Sed sic quoque seipsam intendens, dolores sentiebat grauiores, & violenter quidem, parit tamen. Atque quod natum quidem fuerat, erat masculinum: simulatque autem natum & sancto baptismo fuit regeneratum, ab hoc mundo discedens, ad eum, qui illic est, transmittitur. Illam verò etiam post partum vexabant dolores, & acerbus cruciatus mortem accelerabat. Adstans autem maritus, cum asperam & grauem vidisset perpeffionem, conturbatus propè emisit animam. Cum se autem collegisset ac recreasset, currit ad aram, & eam in orbem ambiens, lachrymas profundeabat ex oculis, voces emittebat miserabiles, & ut quamcitißimum à superis adueniret inuocabat auxilium. Illa verò arbitrata hoc esse illud tempus, quod finem imponet eius desiderio, viro qui adhuc assidebat in templo, per nuncium significat, & ipsum, & se adhuc esse victuram, si detur iusiurandum, & pacta conuenta ineanantur, utrosque deceterò viduros esse in continentia, & non quam mundus, sed quam vult Deus, vitam esse perpetuò acturos. Pareat vir vxoris verbis & voluntati, & respondet id sibi esse persuasum. Quod quidem cum illa rescinisset, corpore quidem se habet melius, animo autem protinus euadit letior, seu morbo locum dante letitia, seu etiam manu superna eius adiuvante scopum & institutum.

Cum marito pariter  
vixit continenter & ex  
virtutis p.  
scripto.

Cum ergò nata esset tempus & occasionem, deposuit quidem alium ornatum corporis, tenuiter & simpliciter viuere constituens, & totam se conuertens ad internum ornatum animæ. Interim autem pulchrum quoque eius germen virginitatis, quæ Deo fuerat consecrata, filia, migrans ex hac vita, vadit ad Deum suum amatorem. Eius mors meliorem mentem dat viro, ut idem quod ipsa sentiat, & efficit, ut eadem via ingrediatur, qua Melana. Cum ambo ergò se subiunxissent iugo vitæ ex Deo ducentæ, id prompto & alacri animo trahebant, inter se virute decertantes. Atque illis quidem curæ erat ab vniuerso mundo omninò separari, & se Deo dedicare: & cum vita & habitu monasticam elegissent institutionem, parentes autem non permetterent, illi meditabantur se fuga subducere: sed hoc quidem tunc manus prohibet superna, diuina autem letitia eis timorem excutit. Dum de his enim consultarent, sequente nocte suavis quidam odor & planè celestis, & qui neque verbis exprimi, neque mente cogitari potest, ad eos venit à superis, qui admirabilem quandam voluptatis spiritum eis attulit, & qui tristitia afficiebatur & contrahebatur, animi protinus diffudit ad letitiam. Cum tali gratia impleti fuissent eorum animi, manebant sic, omnia vitæ suæ frena Deo permittentes, ut dicerentur quò & quomodo vellet. Cum ille ergò paulopost annuisset, eis quidem è viuus excedit Melanæ pater. Illi autem, cum amotus esset is, qui prohibebat, quando Deo visum est & tempus vocabat, statim quidè excunt è magna ciuitate, vrbanam multitudinem & tumultus valere iubentes: eos verò excipiunt suburbana commoda ad philosophandum, & apta ad quietem. Eis autem, quando hanc angelicam inceperunt vitæ formam, ætas erat, Apeniano quidem viginti quatuor annorum: Melanæ autem viginti, quo tempore vel maxima solet rabie agitari adolescentia.

Nota aram  
tem, qua se  
dant continentiæ.

Illam verò & omni vtens cautione, se valde gerebat philosophicè, & in his erat marito non iniucunda adiutrix. Quinetiam si videbat iuuenem ab accurata & perfecta vitæ forma declinātem, eum sapienter corrigebat, & ad pietatem dirigebat. Nam illi quidem nihil tantæ curæ, quantæ nihil ea curare, quæ ad corpus pertinebant: immò verò & cibo & veste & omni ratione flammam iuuentutis extinguere. Cum illum autem videret amictus ornatum & vestium pulchritudinem adhuc amplecti, non cessabat partim quidem admonere, partim verò scitè quoque & aptè irridere, donè effecit, ut in his se gereret philosophicè. Et alioqui coniugi dux erat Melana ad pietatem, cum Eua, quòd ad illum attinebat, pugnans ex diametro. Eos enim, qui agrotabant, adire & inuisere, & curationem adhibere, & peregrinātes hospites mensa accipere, & viaticum eos dona-

donare, à Melana docebatur maritus. Quæ quidem ambo similiter faciebant, & obibant ut communes seruatores & benefactores, custodias, loca relegatis constituta, carceres & ergastula: eos quidem, qui propter inopiam detinebantur, soluentes: qui autem propter aliquam aliam retinebantur calamitatem, eos & re ipsa & verbis consolantes. Via autem procedentes, reliquas quoque facultates vendere incipiunt, alios quidem ex pauperibus facientes diuites: sibi verò nihil aliud conseruantes, quàm nihil habere, & solum sperare in Domino.

Qui autem benefactis semper insidiatur, & aduersus quemlibet, qui boni aliquid facit, bellum suscipit ab initio, non sinebat quiescere, sed grauem quidem aduersus eos machinam Apeniani fratrem admouet Seuerum, per quem existimabat sese solidæ eorum mentis turrim esse labefacturam. Apenianum autem fuisse Melanæ maritum, superius declarauit oratio. Hic ergò Seuerus improba mente ementiebatur naturam: & cum esset frater, factis erat inimicus. Cum enim Apenianus vnà cum Melana ad vitam ex Deo agendam esset traductus, Seuerus in sano demonis instinctu inspiratus, aggressus est fratrem molestia afficere, agros auellens, fructus abripiens, omnibus modis insultans & vim afferens. Postquam verò eos vidit omnia malle amittere, quàm præceptum Domini despiciere, quo cauetur oportere eum ferre, qui acceperit iniuriam, tunc ille vi maiore eos aggrediebatur. Nam cum ex Apeniani seruis improbissimos dolosè subornasset & corrupisset, alios quidem promissis, alios verò pecunijs, ijs persuadet, ut contra fratrem suum insurgant, & ab eo quidem deficiant: non solum autem seipsos, sed eos quoque agros, in quibus habitabant, Seueri esse dicerent, & eos eius nominarent. Sed stolidus planè aggressus est inania. Nam illi quidem & si talia paterentur ab eo, à quo quis minimè expectasset, ea quidem toleranter & sedatè ferebant, immò verò gaudebant potius. Non enim eis leue videbatur cum Iob contendere rebus aduersis & calamitatibus: generosos autem illos hoc solum malè habebat, quòd cum auferrentur opes, parum fluere stuentum beneficentiæ, diuitijs non secus atque aliquo fluente aliò diriuatis.

Non hæc autem ita gerebantur, ut inprimis pia Imperatrix Verina non hæc acceperit auditione: sed ad eam quidem diu antè peruenerat fama eorum philosophiæ, ducebaturque operæ precium illos & videre & audire dicentes, & multis precibus acceperat Melanam. Tunc autem tempore quoque dante occasionem, illam magnè studio vocauit: illa verò iuit. Sed quæ extiterunt ante eorum congressionem, satius est pauca ex ijs audire. Erat quidem hæc lex apud Romanos, ut nullus vir nec mulier ad Imperatorem aut Imperatricem operis capite accederet. Ea verò legem nihil curas, velata accessit, non tyrannorum mores, sed Pauli legem maximè dicens oportere conseruare, qui non sinit mulieres nudo capite accedere. Sed neque vestem voluit mutare, neque pannos exuere, est multo suaderent ut faceret.

Illam verò eis dicebat: Meis me vestibus indui, quomodo eas exuam? Vnde etiam cum ingredi daretur in regiam, ne adspexit quidem ad aliquid ex ijs, quæ apud alios habebantur in admiratione, ne obtutu quidem ea digna iudicans. Procedenti autem ei simul cum Apeniano, statim assurrexit Imperatrix, & allocuta est, & ut proximè assideret, est dignata. Eam enim obstupescit vestitus, & admodum rudis & simplex habitus, & eos conuocans, quierant in sua potestate, Melanam communiter admirabatur: O qualem, dicens, nunc rem intueor? Te iam pridem quidem diuinam audiui esse mulierem, nunc autem etiam video: & simul surgens è throno aureo, eam suspexit & amplexa est, & sæpè dixit: Beata es tu, quæ iure consecuta es in Domino beatitudinem.

Postquam autem pollicita est se de Seuero iure pœnas esse sumpturam propter iniurias, quibus eos affecerat, At nobis, inquit Melana, melius est iniuriam pati, quàm facere iniuriam. Eos enim, quibus impinguntur alapæ, nō solum pati, sed etiam aliam obvertere maxillam, lex est diuina. Atque tu quidem multa bona à Deo consequeris propter hoc bonum tuum propositum: nobis verò sufficet, si damnum hucusquè sistatur, & non plura adiciat. Nam nostra eadem causa huius nullam duceremus rationem, nisi quòd ea, quæ sunt hospitibus & egentibus attributa & destinata, eripit. Propter hæc ergò Imperatrix eos magis admirata, propter hos ipsos pepercit Seuero: ipsis autem, ut sicut volebant omnes citra impedimentum venderent facultates, per fratrem præbet & Imperatorem, qui Romanæ scepra tunc administrabat. Hi autem erant domi-

Distrahunt  
facultates  
suas.

Seuerus eos  
infestat, fra-  
ter Apeni-  
niani.

Verina Au-  
gusta.

Lex apud  
Romanos.  
1. Cor. 11.

Verina Me-  
lanam ad-  
miratur &  
prædicat.

Matt. 5.

domini multorum in multis locis prædiorum, non solum prope urbem, sed etiam multorum aliorum in Italia, & non paucorum quoque in Sicilia, plurimorum vero in Hispania & Britannia: quæ etiam propter studium Imperatoris, promptè emebant omnes, statim sine intermissione precium exoluentes. Hi itaque egregij magnificè etiam admirabantur Imperatores, & Melana voluit sororem Imperatoris quibusdam honestis donare muneribus, sed illa eorum aliquid accipere dicebat esse instar sacrilegij. Sunt enim re vera sacra & Christo dedicata. Cùm sic dixisset, beatam Melanam à se cum magno dimisit comitatu, multis insignibus Eunuchis cum præpositis eam præcedentibus, Sicque exierunt Melana & eius maritus è regia, in admiratione habiti, & honorificè deducti.

Nota opes  
Apeniani  
& Melanæ.

Cùm hi autem præclari cœpissent sua, vt volebāt, dispensare, non longo abhinc tempore magnas illas suas pecunias in pauperes exhauserunt. Neque enim vllus alius, excepto Imperatore, de diuitijs cum eis contendisset: tam magna vis pecuniæ & propè incredibile, ex agris eorum quotannis redibat, auri, vt aiunt, duodecim millia. Illi autem hoc vniuersum distribuiebant pauperibus, atque illos ipsos agros postea vendiderunt. Hoc verò est argumentum eorum diuitiarum, eorum enim domum, quæ erat ad eò splendida & magnifica, nullus Romanorum potuit iusto precio emere: igne autem postea à barbaris exustam, cùm multum de precio remississent, eam quoque similiter venderunt, maius quiddam quàm Iob, vt mihi quidem videtur, hac in re facientes. Nam ei quidem paupertas fuit inuoluntaria: hi autem lubentes ex diuitijs effecti sunt pauperissimi. Et eius quidem vxor non magno & forri animo ferebat, quod contigerat: Melana autem non solum quod ad se attinebat, id lubenter faciebat: sed etiam maritum faciebat participem sui scopi & instituti. Est autem satis euident, supernam dexteram eis opem tulisse: quæ & stantes custodiebat, & si quando fuissent supplantati, ipsa eos protinus erigebat & firmabat. Ipsa eos sæpè cùm in somnis prolaberentur, sustollebat, & eos efficiebat cautiōres in posterum. Aliquādo autem sibi visi sunt ambo simul in principio quidem ambulare per viam admodum angustam & fossis interceptam, quæ ita eos affligebat, vt viderentur sibi esse contriti & confracti. Postquam verò eam cum magna afflictione ac perpeffione confecissent, tunc eos excepit relaxatio, liberumque & latum spatium, & voluptas ineffabilis & valdè admirabilis: Sic Deus efficiebat, vt ij aperè de futuris certam conciperent fiduciam, & quod paruos labores magna bona essent consecutura.

Ex ditissimi  
sponde  
fiunt egen-  
tissimi.

Sed neque erat negligens communis inimicus, qui, vt est in prouerbio, mouebat omnem rudentem: sed sicut est mos illius, omnibus quidem modis aggrediebatur, semper autem victus recedebat. Collecta aliquando fuerat ab illis iustis vis auri maxima, & humi erat effusa: domus autem tota auro non secus atque igne collucebat: erat verò hoc aurum subuenturum multorum inopiæ & calamitati.

Tentatio  
diaboli.

Tunc malignus cœpit suo vti artificio, eius faciem auri specie illustrauit, colore eius animum lenijt & demulsit, admonuit magni pōderis, ostēdit pulchritudinem: omnibus modis volebat ei eripere verè magnum thesaurum rationis, & nihil non moliebatur, vt efficeret eam auri amore teneri. Sed frustra ei malignus parabat insidias, etenim cùm ea illi perturbationi tanquàm frenum iniecesset, auri color ei illi opponebat, quæ neq; verbis explicari, neque mente comprehendere, neque tempore interire poterant, sed sunt in æternū senij expertia & immortalia. Quod autem ei maximam excitauit tempestatem, vt mulier illa egregia paulopost significauit, hoc erat:

Ager amoenissimus eius  
animum  
vel maxime  
tentat

Erat, inquit, mihi quidam ager, qui amœnitate & pulchritudine alios omnes superabat. In hoc autem ipso erat etiam lauacrum, & artificio tam pulchrum, & ex tam bona materia confectum, & aquis tam iucundum, vt cuiusuis deliniret animum, etiam antequàm biberet aut lauaretur. Quod verò lauacri ad deliniendum erat accommodatissimum, illius vna pars quidem habebat mare: altera verò arbores. Sic autem erat edificatum, vt è folio quidem prospiciens, illinc posses videre fluctus maris in tranquillitate iucundissimum spectaculum: & naues nauigantes, & portum, & nautas: hinc verò terræ pulchritudinem, & arborum proceritatem, & garritus auium, & fluētes fontes: quin etiam venatores & venationem, & vt semel dicam, vbiq; innumerabilia ad demulcendum accommodata, & omnia plena elegantia & amœnitate. Hoc ergò cùm mihi affiduè veniret in mentem, dici non potest quomodo meum teneret animum, & huius vana-

rietate me variis conabatur demon delinire & ad se trahere: sed meum protinùs animum extulit Deus, mihi suggerens, vt ea cogitarem, quæ præparauit ijs, qui ipsum dilexerunt, vt ait diuinus Apostolus: hæc autem omnia, vt quæ fluant, despicerem. Sed sic quidem fuit superatus malignus, nullo penitus relicto, quod posset illorum demulcere animos, & ad se conuertere.

Quæ autem deinceps sunt consecuta, quamnam quidem ciuitatem latuerūt? quamnam etiam regionem? Quamnam verò gens, ad quam non peruenit illorum beneficentia, veluti quodam fluuio magno & puro fluente, per vniuersam terram & mare flente vberi riuo eorum beneficentiæ? Mesopotamia, Phœnicum ciuitates, regio Syrorum, Aegyptus quoque eius accepit fluxionem: & vbi sol oritur & occidit, à manu illorum omnia sunt repleta. Sunt autem, qui dicunt eos quoque, cùm totas insulas emissent ab Imperatore, partim quidem illo dimittente, partim verò ipsis dantibus, alias quidem sanctis viris donasse: alias verò exornasse choris virginum & monachorum multitudinem. Preciosa autem vestis & splendidum argentum erat sacerdotibus ab eis dedicatum ornamentum. Cùm sic quæ erant in Italia, benè disposuissent, & ex facultatibus pauca reliquissent, nauigârunt in Siciliam: partim quidem, vt agros qui illic erant venderent: partim autem, vt sanctissimum Episcopum Paulinum viserent, qui erat eis pater secundum spiritum. Cùm ij autem recessissent à ciuitate, Præfectum quidem, qui eorum domum & quod remanserat pecuniæ, non liberalibus intuebatur oculis, diuina quædam ira protinùs apprehendit. Nam prætextu penuriæ panis, in medio foro commota plebs, quæ erat in ciuitate, cum faciunt præmium sui furoris & insanix, & miserum violenta morte interimunt. Barbari verò repente facta incursione, quæcunque erant ante ciuitatem, prædam Myforum effecere, adeò vt hinc euaserit manifestum, illos non sine Dei numine res suas in tuto collocasse, & in cælestibus horreis recondidisse.

Largissima  
beneficentia

Barbari va-  
stant agros  
vrbis Ro-  
mæ.

Cùm autem à Sicilia rectà in Libyam & Carthaginem essent nauigaturi, quidam vehemens & scuuus ventus eos excipit & vexat multis diebus, adeò vt aqua defecerit nauigantibus: erant verò in naui multi vectores. Cùm autem eis tantum immineret periculum, visa est eorum nauigatio non esse Deo grata. Iubet itaque Melana, vt velum conuerterent, flanti vento obtemperarēt, quocunq; nauem duceret. Itaque cùm secundum ventum in puppi habuissent, appellunt in quandam insulam. Eam verò gens quædam barbara, & quæ præda & rapto viuerebat, paulò antè fuerat populata. Cùm multi autem illinc abducti essent captiui viri & mulieres & pueri, insulæ incolis significabant barbari, si pro eis redimēdis quantum satis esset auri accepissent, ipsos captiuos esse reddituros, insulæ autem paruos. Sin verò non accepissent, se insulam quidem exusturos, captiuos autem gladio mortem illaturos. Atque insulæ quidem incolas ea, quæ significabantur, dubios reddebant & perplexos.

Cùm ipsos autem iustos accessisse intellexisset Episcopus, hoc in lucro posuit: & ad eos veniens, ipsos orauit, & plus adeptus pecuniæ quàm petebat, & prædam vniuersam liberavit, & insulam eripuit à periculo. Melana verò cum suis se clementiùs & benigniùs gerentes in captiuos, eis dederunt etiam quingentos aureos, panemque præbuerunt & cætera, quibus opus habebant, hoc agentes, vt donorum magnitudine obliuiscerentur magnarū calamitatum. Deinceps autem cùm bonum ventū assecuti, soluisent ab insula, nauigârunt citra vllam molestiam, placidusque eos à tergo impellens ventus, citò transmisit Carthaginem. Cùm è naue autem descendissent, suam solitam aggressi sunt operationem, pecunias & agros partim quidem sacris ædibus dedicantes, partim verò consecrantes monasterijs, partim etiam in pauperes effundentes. Sic se leuantes omnino diuitiarum, leues & expediti pergebant ad veras diuitias, quæ emuntur eo, quòd nihil possideatur ab ijs, qui thesaurum piè recondit. Ciuitas autem, in qua versabatur, appellabatur Tagaste, in qua erat sacrum templum, & sacerdos dicendi peritus, & qui oratione multos poterat inducere ad salutem, nomine Alypius: cum quo versantes, sacra meditabantur eloquia. Templum verò, in quo agebat Alypius, admodum munificè & aureis ornamentis, & lucidis gemmis & plurimis ornârunt agrorum prouentibus. Ab eis quoque sunt edificata duo monasteria, quæ satis habebant opum & prouentuum. Quorum alterum quidem habebat chorum virorum, numero octoginta: alterum autem habebat virgines, quæ erant numero centum & triginta.

Insulæ libe-  
rat S. Melana à barbaris.

Pecunias &  
agros con-  
ferit eccle-  
sijs, mona-  
sterijs &c.

Melanae ci-  
bus & pot<sup>9</sup> Cum hac pulchrè sic disposuisset Melana, rursus meminit abstinentiæ: & toto qui-  
dem die generosa mulier permanebat ieiuna. Sole autem iam occidente, parùm cibi su-  
mebat, eiusque duri: nonnunquam verò modico olei condiebat obsonium. Vino au-  
tem non utebatur omninò: sed accipiens ex melle confectam potionem, quam solent  
appellare Conditum, sic leuabat sitim. Tempus verò, quod multis sæpè obtundit & re-  
tardat impetum, ei illum reddebat acriorem. Et primò quidem se cundo quoque die ci-  
bum sumebat, deinde autem tertio quoque die, deinde septimo quoque: adeò, vt semel  
tantùm in hebdomada cibo vesceretur, eoque castigato & temperato, & qui nihil omni-  
nò haberet ex ijs, quæ possunt adferre voluptatem. Panis enim durus, breues quædam  
erant eius mensæ deliciae, adeò vt ea ieiunio nihil esset minus laboriosa. Scribebat au-  
tem generosa illa foemina adeò celeriter & pulchrè & citra errorem, vt nullâ vnquam  
daret repræhendendi ansam ijs, qui sunt huius rei periti. Et in scribendo quidem maxi-  
mam diei partem consumebat. Defessa verò manu, oculi quidem plurima scripta per-  
currebant: plurima autem menti tradebant, vt mandaret memoriæ. Porro verò ijs iam  
defessis, aures ijs seruibant, quæ pertinent ad vtilitatem, & animum sanctorum vito-  
rum adhibebat sermonibus. Præter hæc autem non paruum quoque partem tribuebat  
orationi. Nam tota quidem nox ferè in ea consumebatur, duabus solùm horis somno ab  
ea attributis. Accubitus autem erat, saccus super nudum solum positus. Dicebat enim:  
Oportet sempervigilare, cum nesciamus, vt vox est Dominica, qua hora sur veniat.  
Propterea & se, & quæ secum erant virgines, sic faciebat aduersus somnum contende-  
re. Sibi autem leges imponebat, & se rationem exigebat: & ociofa oratio, & mores  
non satis graues, & risus nimis profusus, & sinistra cogitatio omninò castigabatur: &  
non sinebat omninò malam aliquam nubem ætherem animæ subtercurrere.

Atque illa quidem tam cautè & tam duriter vitam agebat, & alijs erat regula, vt eam  
viam ingrederentur. Perinde autem, ac si ei ad ieiunium non sufficeret spatium septem  
dierum, adijciebat etiam Dominicum, vt ieiunaret octo dies sibi vim adferens, etiam si  
à Præfecta verita sit hoc facere: quæ dicebat esse absurdum, diem resurrectionis, simili-  
ter atque alios, attribui afflictioni. Vnde etiam dicens persuasit & effecit, vt esset cibi  
particeps & modici olei, docens esse præceptum Apostolicum, Præfectis obedire & eis  
cedere. Eius autem in laboribus diligentiam, & à suis laboribus lectionis vehementem  
contentionem, & eorum quæ lecta fuerant, acrem perscrutationem, & multa alia quæ-  
dam satis verbis potuerit exprimere? Nam manibus quidem, vt dictum est, ad scribend-  
um: quod ex scriptura autem lucrificiebat, eo utebatur ad alendos pauperes. Quin-  
etiam sæpè quoque indumentum, suis manibus confectum, ponebat in manibus pau-  
perum, ex sacro, vt aiunt, quodammodo in sacro. Sacrorum autem eloquiorum erat ad-  
eò studiosa, vt totam quidem diuinam scripturam, veterem & nouam, ter singulis annis  
perlegeret: eius verò ea, quæ sunt pulcherrima, semper haberet in lingua. In omnibus  
autem exquirendis & examinandis erat planè admirabilis. Nunquam enim sensus aut  
verbum eam prætercurrebat, sed omnia diligèter perscrutabatur, & quod latebat, erue-  
bat. Insigne verò eius discendi studium, eam quoque ad recentiorum, bonorum, in-  
quam, & studiosorum scripta transmittibat. & nihil erat omninò ex ijs, quæ ad vtilita-  
tem scripta fuerant aut scribebantur, quod non possideret & alijs communicaret. Iam  
verò in lingua quoque Græca ita erat exercitata, vt quando ea loqueretur, nullus ex  
ijs, qui audiebant, crederet Italicam linguam ei esse patriam. Eius autem vivebat in  
omnibus honesta quædam & grata lenitas & mansuetudo, maximè ea dissonante & ha-  
bente orationem ad eos, qui exercebant philosophiam. Eius verò in Christum zelum  
nutriebat amor quidam ineffabilis, & qui non poterat contineri. Hac itaque ratione  
non solum efficiebat, vt mens eos auerteretur, qui furiosam aliquam sequuntur here-  
sim: sed nec permittebat, vt eorum nomen aut auribus audiretur, aut lingua proferre-  
tur: adeò, vt valde appositè diceret illud diuini Davidis: Non meminero nominum co-  
rum per labia mea.

Rom. 12. Cum autem, iuxta Paulum, ferueret spiritu, graue ducebat, si non ipsa multos Chri-  
sti parti adiecisset, & similes haberet amatores temperantiæ: & partim quidem verbis,  
partim autem donis multos adolescentes & multas adolescentulas traxit ad exercitati-  
onem. Eadem verò faciebat etiam in gentiles & Samaritanos, & eos vocabat ad rectam  
fidem: qui paulopòst dimissis suis, illam sequebatur. Sic ergò erat beata illa foemina sa-  
picns

Hæreticos  
valde abor-  
minatur.  
Psalm. 55.

Rom. 12.

piens piscatrix, & sciebat venari animas hominum. Maiores autem labores aggredi-  
ens, aliam quoque inopinatam & propemodum incredibilem ostendit tolerantiam. Cum  
lineam quandam arcam parasset, altitudine quidem tantam, vt non permitteret ei sta-  
re rectam, latitudine verò, vt non posset declinare ad dexteram nec ad sinistram, in ea  
corpus includit, per breue foramen eos, qui foris erant, alloquens & eos audiens. Cum  
mater autem sæpè ad eam accederet, (erat enim ei nauigationis comes & socia philo-  
sophia) non temerè veniebat: sed si aut vacabat orationi, aut in diuinis versabatur elo-  
quijs, non prius ad eam intuebatur, aut illam compellabat, quam spiritale opus, quod  
obibat, perfecisset. Sic cum omnibus ipsam quoque vicit naturam. Quamobrem mater  
magnam lucrificiens vtilitatem, abibat magnas Deo agens gratias, quòd ex suo ven-  
tre talem fructum produxisset. Et quid opus est illius omnia persequi? Ad eius enim lau-  
dem sufficit pro omnibus modestia eius & moderatio, quòd cum viueret tã purè, quàm  
villus alius, cor haberet contritum & mentem demissam ac humilem, vt nullus alius ex  
ijs, qui multa admittunt non honesta.

Cum sic autem septem annos decerasset, eam subiit cogitatio longioris peregrina-  
tionis. Dicebat enim, oportere ad sacra etiam loca accedere, & etiam videre Hierusa-  
lem, & obire & adorare omnia, quæ illic sunt, miracula. Cumq; ei ita visum esset, mare  
eam suscepit, cum simul adesset mater & Apenianus: & cum eis prospera fuisset nauiga-  
tio, peruenerunt Alexandriam, ea est autem ciuitas Aegypti, in qua Pontificali munere  
fungebatur magnus inter sacerdotes Cyrillus. Cum eo congressi, & cum alio viro pro-  
phetico, nomine Theodoro, & in transitu ex eorum sermone magnam accepissent vti-  
litatem, nauem rursus ascenderunt, ad sacra loca festinantes, nihil autem secum adfe-  
rentes, præterquam si quid erat necessarium, & quod posset paucis diebus sufficere, vo-  
lentes ipsi quoque esse cum mendicantibus. Postquam verò in terram descenderunt,  
contigit beatam Melanam in morbum incidere. Deinde cum conualuisset à corporis  
infirmirate, & Dominico sepulcro recuperatam sanitatè primò obrulisset, & ad id pri-  
mò accessisset, idq; adorasset, decerit oculos & animam pascebat alijs spectaculis. Ver-  
sabat autem cum ijs, qui ex sacerdotibus erant maximè insignes, & maximè cum ijs,  
qui in dicendo erant sapientissimi, vt etiam vtilitatem ex eis perciperet. Alebatur verò  
illis, quibus in Lybia, tot dies, quot illic mansit, operans manibus, sicut Carthagine. Cum  
aduentasset autem vespera, ingrediebatur quidem in salutare sepulcrum resurrectionis:  
clauso verò templo, manebat intus, & oratio nocturnum ab ea tandiù producebatur, donec  
ingressi essent matutina cantaturi cantica. Postquam autem sinem acceperat glorifica-  
tio, tunc ipsa quoque corpus partim dabat somno & quieti.

Cum verò, sicut à me dictum est, pauca quædam facultatum reliquæ ei Romæ re-  
manissent, & cuidam ex fidelibus mandatum esset, vt eas proponeret emendas volentibus,  
postquam ille hoc fecisset, aurum ad eos mittit Hierosolymam. Qui solita vrentes  
benignitate, eas hæreditatem fecerunt egentium. Hic cum aliquandiù essent versati,  
videret autem Melana matrem suam senio & tempore grauari, eam illic relinquit, ro-  
gavitque, vt ea illi pararet tabernaculū in monte Oliueti. Illa verò venit in Aegyptum,  
vnà cum Apeniano: tum quòd vellent videre sanctos, qui erant in ea: tum etiam, vt sua  
benignitate impertirent eos, qui illic erant, pauperes. Hi ergò venientes, faciebant id pro-  
pter quod venerant, & eos qui se in pietate exercebant, obibant. Cum autem accessis-  
sent ad quoddam tabernaculum, quod apud se habebat virum in philosophia maximum,  
cui nomen erat Ephestion, rogabant vt ipse quoque ea, quæ alij, participaret. Cum is  
autem recusaret, quid non fecit Melana, volens ei persuadere vt acciperet? Cum verò  
non persuaderet, tale quid statim machinatur, quod quidem pulcherrimè amborum pa-  
rem declarauit constantiam, Melanæ ad benefaciendum, & Ephestionis ad hoc, vt non  
persuaderetur ex rebus humanis aliquid accipere.

Obibat enim domunculam, scrutans omnem, quæ in ea erat, supellestem: & cum  
nihil aliud vidisset nisi stoream & sportulam, in qua sal erat repositus, cum sub eo sale  
aliquam auri partem posuisset & infodisset, vt quæ latuisset, magno studio preces ab eo  
poposcit. Quas cum impetrasset, exijt. Sed nihil ei profuit hoc inuentum. Cum enim  
vir ille sacrosanctus id cognouisset, magno cursu contendit, & eos voce procūlititit  
& manibus aurū quatiens ostendit, & dixit se nescire, ad quid eo vteretur. Cum ij autem  
dixissent, Si non tibi omninò, at aliquibus alijs erit vtile. Atqui non erit, inquit, aliquis,  
qui

In lignea  
arca arctis-  
simè degit.

Eius humi-  
litas.

Adit loca  
sancta ado-  
rationis  
gratia.

Nota no-  
taturas vi-  
gillias, iuges  
orationes,  
& cantica  
matutina.

Ephestion  
respuit au-  
rum.



quihic petat. est enim pauper locus, vt videtis, & admodum desertus. Cum verò ne sic quidem acciperent, auro in fluuium iactò, recessit fenex. In alios quoque non paucos eiusmodi aiunt eos incidisse, qui æquè cauebant omnino aurum manu ab aliquo accipere, atque virus serpentis, aut aliquid aliud mortiferum & exitiale sua sponte bibere. Cum talibus ergò in Aegypto fuissent repleti miraculis, reuersi sunt Alexandriam: & cum multorum bonorum virorum, qui illic erant, consuetudine se secundò exatiassent, profecti sunt in montes, qui dicuntur \* Netriæ. Congressi autem illic quoque cum viris virtutis studiosis, qui illic erant, cum instar apum omnem florem virtutis collegissent, pleni bonis redierunt Hierosolyma. Melanæ verò paratum erat tabernaculum in monte Oliueti, sicut matri mandatam fuerat. Cum faustum autem accepisset principium diem luminum, seipsum includit in domuncula, & legem sibi imponit, vt aliorum quidem nullum neque videat, neque ab villo videatur: à matre autem, & ab eo, qui olim coniugij, tunc verò erat laborum socius, spatio quinque dierum semel videretur: & si militer suū adspèctum non denegaret cōsobrinæ. eam enim iam diu antè in suam disciplinam acceptam erudiebat, plenamque fastu & Romano spiritu, ad extremam deduxerat modestiam, & sic effecit, vt summum magis apprehenderet.

\* Netriæ.

Melana se includit in domuncula.

Hanc longè laboriosissimam vitam dicunt fuisse Melanæ ad annos quatuordecim. Deindè cum mater ei emigrasset, illa cum ei iustis factis ipsam honorasset, & corpus composuisset, in altera domuncula annum transegit, quæ carebat luce, & alioqui erat priori similis, in qua producebat lucum & exercitationem & ieiunium. Postea autem cum fama in omnem partem peruasisset, & multi ad eam ventitarent, ab ea quoque factum esset cœnobium plùs quàm nonaginta virginum: in quo non solum virgines, sed multæ etiam, quæ antea turpiter vixerant, priorem vitam & voluptates multum valere iubentes, verè pulchram fecerunt mutationem. Imponuntur verò eis quoque leges, vt cum viro nunquam sermonem conferant, neque ex monasterio exeant, & ab ijs, qui sunt extrà, nihil vnquam accipiant. Ducem autem gregis nō seipsam constituit: sed ipsa quidem apud eas tenebat locum ancillæ: sic enim, vt id sustinerent, ijs persuasit, vt simul & amor in eam augetur, & eis esset propinquum exemplum, vt se modeste gererent. Ceterum verò suscepit alia, quæ & moribus & oratione præstabat ceteris: ad eam vt ea quidem apud eas, quæ ei parebant, locum obtineret dominæ: Melana autem, obsequio quidem, ancillæ: benignitate verò, matris. Quòd si quādo contigisset onus abstinentiæ à Præfeta grauius imponi sororibus, quod mollioribus reputabatur molestum, eis ad consolationem beata sufficiebat Melana, quæ, quod eis durum erat, aptè & prudenter mollebat: & cum aliquando affligeretur ieiunio, inscientibus omnibus, sub vniuersculisque lecto ponebat ea, quæ erant ad vsum necessaria. Illa autem cum inuenisset, non ignorabat quidem quis hoc fecisset: accipiens verò, sic remedium adferbat inopia: in ipsam autem valde magnam conferuabat beneuolentiam. Sic se sapienter in earum animos insinuans, meritò etiam cum eos docebat, habebat morem gerentes.

Leges monasticæ formis datæ.

Præclare docet sancti moniales.

Dicebat autem, non oportere solum corpus, sed etiam animum quoque castum & purum seruare à libidinosis cogitationibus. Deindè media quidem nocte ad precès nullam ostendere pigritiam: precantes verò non solum labra mouere, sed multò magis totam simul cogere cogitationem: & adhibere mentem ijs que dicuntur. Absurdum enim esse, bona quidem à Deo petere, non diligenter autem & studiosè ea petere: & ad regem quidem mortalem accedentes, & habitu & adspèctum & modis omnibus præ se ferre reuerentiam: ad terribilem verò & immortalem regem venientes, non multò magis ad Dominicam auctoritatem & infinitam excellentiam timidos assistere. Cum de his hæc disseuisset, transijt ad matrem omnium charitatem, omnia esse vana & superua canca siac hac pronuncians. De qua & multa alia oratione est persecuta, & quòd alia quidem nostra malignus demon potest imitari: vt, verbi causa, in ediam & vigiliam, & quæcumque in corpore consistunt. Nam secundum naturam ipse est his omnibus superior: & à nullo eorum vinci potuerit. Humilitatis autem & charitatis non magis nobiscum habere potuerit participationem, quàm tenebræ lucis, & vitium virtutis: qui etiam propter ea, quæ sunt naturæ maximè contraria, superbiam, inquam, & in homines maleuolentiam, ex luce miser effectus est tenebræ. Ante omnia verò dicebat oportere conseruare rectam fidem, puram, & citra vllam dubitationem. Nam qui in alijs quidè se rectè gessit, in hac autem dubitat, in eo quod est præcipuum & caput omnium, aberrauerit.

Cum

Cum autem videret multas ex ijs, quæ erant apud ipsam, mulieribus magni facere ieiunium, & timeret, nè in eo existimantes omnia contineri, alias virtutes negligenter, tales eis adducens similitudines, ad ipsarum excitabat studium. Dicebat enim, animam quidem esse spòse similem: quæ sunt autem circa ipsam virtutes, nuptialibus indumentis vnquamque, partem aliquam corporis ornare. Ieiunium verò esse pedum ornamentum. Quomodo ergò cum alijs indumentis oportet etiam ea habere, quæ pedes ornant, ita etiam animam cum alijs adesse oportet ieiunium. Si quis autem rursus eius quidem solius curam gerit, alia verò omnia negligit, non est ea anima dissimilis illi puella, quæ cum duceretur ad nuptias, & solum pedes sibi induisset, reliqua omnia reliquit inornata & nuda. De obedientia autem, & quòd oporteat magistratibus parere, hæc quoque adiecit. Etiam in ijs, quæ ad vitam mundanam pertinent, hoc est quod omnia maximè continet: & quod imperare quidem facit Imperatorem, parere autem eum, qui est ei subiectus. Et si hoc sustuleris, ordinem quoque sustulisti, & cum nominibus scilicet res quoque confundisti. Neque verò ei decrant exempla sic dicenti:

Obedientia præstanda.

Accessit aliquando quidam ad magnum quendam senem, eius studens fieri discipulus. Is autem ab initio ostendens, qualem oportet esse discipulum, iussit eum statuat, quæ propè stabat, quantum posset verberare, & ei insultare calcibus. Postquam verò paruit adolefcens, interrogauit senex, an quæ pulsabatur & calcibus impetebatur statua, contradixerit aut ægrè tulerit. Cum is autem dixisset, nihil factum eiusmodi, iussit eum rursus percutere, & præter plagas eam etiam incessere maledictis. Postquam verò ter fecit eadem, statua autem erat solum inanima & muta, tunc senex: Si quidem, inquit, tu quoque potes eadem sustinere, & nihil contradicere, quomodo nec hæc statua percuti probris affecta & contumelijs, accede, & nostra disciplina frueri: Sin minus, nè te ad nostram conferas disciplinam. Illa multa eiusmodi oratione percurrerebat apud virgines. Ad summam autem, per omnes peruadens virtutes, & quantum in vnaquaque esset lucri ostendens, & quatum damni, si pigre essent ac socordes, eas erigebat & excitabat oratione, & persuadebat, vt omnem laborem aucter subirent. Deindè etiam, vt par erat, eis quoque templum ædificat, in quo possent diuinum peragere ministerium, hoc sanctorum reliquijs consecrans, Prophetæ, inquam, Zachariæ & Stephani primi martyris, & quadraginta etiam Christi martyrum.

Monachum qualem esse oporteat.

Quid vult id, quod est postea consecutum, declarare oratio? Apelianus qui fuerat eius quidem secundum carnem coniunx, frater autem secundum spiritum, ijs quæ sunt inferiùs relictis, migrat ad superas regiones. Illa autem suum quoque finem iam propè adesse existimans, maiorum certaminum hinc sibi sumpsit occasionem: intra templum quidem manens: ad ieiunium autem & alia laboriosa omnia se extendens, idque ad quatuor annos integros. Deindè cogitat etiam virorum excitare monasterium, sed sumptuum inopia eius promptum animi studium prohibebat. Cum verò sentiret & diceret, nihil esse quod à Deo nō posset fieri, ipse eam hac quoque liberauit inopia. Nam vir quidam locupletissimus & pecuniosissimus ei magnam vim auri elargitur: quo factum est, vt & opus ab ea perficeretur, & sacrum ædificaretur monasterium, & viros in id admitteret, quales oportebat illius conuenire moribus. Cum parùm autem ab hoc labore respirasset, eam maiores excepere labores & longa peregrinatio. Redduntur enim ei literæ ab eius patruo Volusiano: qui illo quidem tempore erat creatus præfectus Romanæ ciuitatis: missus verò erat legatus Byzantium ad Eudociam Imperatricem. Hæc autè significabat epistola, quòd iam diu illam desideraret videre. Illa verò cupiebat ipsa quoque videre patruum, & ei persuadere, vt à gentiliū desisteret opinione. Dubia autem erat animi, nè quid imprudens faceret præter id, quod Deo videbatur. Cum verò aliquibus alijs monachis rem communicasset, permitterent autem illi, vt posset proficisci, egreditur Hierosolymis beata Melana. Per quamcunque autem transibat ciuitatem & regionem, eam, quo par erat, prosequeretur honore & officijs. Ciuitatum enim sacerdotes & Pontifices eam non paruo honore afficiebant, & venerandæ virgines & quotquot erant egregij monachi, eam adorabant & salutabant, & tanquam è cælo venientem adspiciebant.

Monasterium virorum extruit.

Cum autem venisset Chalcedonem, & ad ipsum sinum maris, verebatur ingredi, & videbatur perturbata. Ventura enim in maximam ciuitatem, mulier quæ vixerat in exercitatione, quietisque & silentij maximam curam gesserat, & non gustauerat tumultus,

T t t 3 qui

Venit Cō-  
stantino-  
polim, acci-  
ta à patruo  
Romæ pre-  
fecto,

qui sunt in ciuitate, meritò extimescebat & refugioebat. Atque diuerit quidem, vbi erat templum omni ex parte benedictæ martyris Euphemie: circa mediam autem noctem martyr non parùm ex se effundit suauissimi odoris, & voluptate replet ineffabili. Quocirca bona concepta fiducia, diluculò frerum audacter traiecit, & ingressa est Byzantium. Hospitio verò excipitur à quodam viro illustri & alioquì bono, nomine quidem Lauso, qui ad Præposituræ honorem ascenderat. Inuenit autem suum quoquè Patrum Volusianum graui morbo oppressum: qui eius habitum admiratus, formeque & vestitus incredibili & inopinata stupefactus mutatione, (extenuatus enim admodum erat eius vultus exercitatione) magna voce exclamauit: O qualem ex qualitate video Melana charissima. Illa verò ex eius sermone sumpta occasione, A me ergò tu quoquè, inquit, disce o beate Patruè, & accipe indicium futurorum bonorum. Nam nec ego tantam despiciatui gloriam habuissim, nec pecuniam, nec abieciissim curam ipsius corporis, nisi persuasum haberem, me his propediem longè maiora accepturam. Non per se autem solam, sed per multos quoquè alios in eius mentem sensim irrepebat beata Melana, & eius salam religionem studebat labefactare: sicut etiam per sapientissimum Proclum, cuius fidei tunc erat creditus sacerclauus ecclesiæ Constantinopolitanae. Qui cum ad eum venisset, & suasu beatæ Melanæ eum ad pietatem dirigeret, is dicitur illum ad eò esse admiratus, vt etiam dixerit post agnitam veritatem, quòd si Roma tres haberet tales, ne illic quidem nomen vnquam audiretur gentilium. Sed hæc quidem postea.

Volusianus  
credit in  
Christum.

Postquam autem Volusianus sensit Melanam velle Imperatorem quoquè ad id incitare, veritus protinùs, nè violentum & non voluntarium reputaretur esse baptismum, & quam ex eo esset consecuturus, ipse mercede priuaretur, eam à cœpto prohibuit. Et is quidem, vt dicemus paulopòst, rem à se adimpleuit, & abiurata gentilium opinione, traductus est ad Christum. Illa autem nec aliorum quoquè curam abiecit. Sed cum tunc esset exorta Nestorij blasphemia, & malignus multos in errorem adduceret etiam ex ijs, qui erant in verbo veritatis, ipsa erat quæ magnum aduersus eum inibat certamen, vanumque & inane reddebat eius sophisma, & ab aurora vsque vesperam ijs respondens, qui eam interrogabant, multisque ex ijs qui decepti fuerant, persuadens, & eos reducens. Quamobrem malignus se ab ea vinci non ferens, in virum eius conuersus, & ei apparens miserabilis cum lugubri & nigra veste, accedit eam terrens, & grauiam minitans: & primùm quidem se ipsius Imperatoris & eius famulorum commutaturum, & in contrarium traducturum: deinde etiam, vt miserabili exitu vitam finiret, procuraturum, grauiissimis confecta doloribus. Illa autem hæc esse artem maligni intelligens, Christi nomen, quod grauiissimam illi plagam adfert, inuocans, effectit vtis statim euanesceret. Deinde cum accersisset eum, qui erat cum ipsa, sacerdotem, & incepisset narrare ea, quæ viderat & audierat, sensit repente dolorem in coxendice, eumque ad eò acrem, vt ea vocem amiserit, & nemo dubitauerit id esse manifestum inimici insultum. Cum sic ei productus esset dolor ad sex vsque dies, & illa hora maximè malum intederetur, quo nigrum adspexerat & minas audiuerat, (aderat enim dies septimus) accedit aliquis, renunciens patrum venisse in periculum, nè repentina morte vitam mox finiret.

Volusianus  
accepta Eui  
charissia  
moritur.

Hoc postquam illa audiuit, & si propter dolorem coxendicis vix se posset mouere, manibus & lectica protinùs ad eum vecta proficiscitur. Valdè enim angebatur animo, non quòd ille moreretur, sed quòd mortem subiret animæ, vt qui baptismi incorruptionem nondum esset assecutus. Deinde venit quidam alius, ei significans virum esse baptizatum, & quòd cum eam sæpè quæsitam non inuenisset, sed eam morbo detineri diceret, alium ducem rursus nactus, per illum fit lucis filius, & baptismum consequitur. Cum hæc ei dicta essent, cum dolore animæ protinùs celsa uir etiam morbus corporis: & lumbus quidem carebat dolore, pes autem mouebatur, & communis inimicus afficiebatur dedecore: adeò vt viæ reliquum ipsa per se conficeret, & qui portabant, pro eo quòd prius portabant, ad Deum laudandum statim manus extendebant. Deinde cum venisset ad patrum, & verbis eum confirmasset, & de ea quæ illic est vita disse- ruisset, letum & bona spe præditum transmittit ad viam, quæ ducit ad Deum, cum pulcherrimo viatico, nempe precioso Christi corpore & sanguine, eum instruxisset, & sic vt tutò recederet, perfecisset. Et hæc quidè hoc modo gesta sunt. Illa autè cum multis qui-

quidem dies hic transegeret, in paucis verò multis plurimum profuisset, & ante alios Imperatrici & ipsi Imperatori, (is autem erat Theodosius.) nam ij maiori opus habebant curatione, vt quorum animi maiore mundi gloria essent tumidi.

Cum hæc illa pulchrè & piè fecisset, egreditur è ciuitate: tenebatur enim magno amore silentij & quietis, & sacra loca ei veniebant in mentem: Acciderat autem tunc niuis plurimum cecidisse, & exortum esse frigus vehementissimum, & ad tolerandum difficilimum. Illa autem & tempus & niuem & ætatem & eliquatum ac tabefactum corpus, & omnia denique simul superare contendens, viam confecit, labores magis augens exercitationis. Multis verò sanctis eam in via & hospitio excipientibus, & vt ea maneret rogantibus, illa minimè obtemperauit: sed contento quodam cursu cucurrit, salutaris passionis diem festum studens celebrare Hierosolymis. quod ei etiam successit ex sententia. Cum sic ergò vnà cum eis festum illic celebrasset, ad priora se rursus contulit, non minùs suū & gregis vtriusque curam gerens. Cum autem ei venisset in mentem, alterum edificare oratorium in eo loco, in quo dicitur stetit Christus Dominus & Deus noster crucem ascensurus, & salutarè subijisse passionem, eius verò proposito Deus quoquè opem ferret, edificat oratorium: deinde id etiam facit monasterium, in quo se exerceret animæ, viris sanctis in eo cõgregatis ad Deum laudandum & glorificandum. Interim autem dum hæc fierent, Imperatrix Eudoxia iuerat Antiochiam. Paruèrat enim Melanæ monitis, cum ea venisset Byzantium, suadentis, vt hanc susciperet peregrinationem, & veniret Hierosolyma, vt videret sancta loca, & quæ ex eis percipitur, fieret particeps sanctificationis. Cum ea itaque illi processisset obuiam, magno honore fuit affecta ab Imperatrice, vt quæ eam matris loco haberet, & duabus de causis providentiæ diuinæ ageret gratias, nempe quòd & vsque ad eò celebratam Hierusalem & sancta loca quæ videret, digna sit habita, & quòd ea talis matris facta sit filia secundum spiritum. Signum est autem magni amoris Imperatricis in Melanam, quòd non dubitauerit tantum iter ingredi, & eò accedere, & quæ illic erant virgines, tantquam sorores salutare & amplexari. Porro autem cum celebraretur noui templi dedicatione, illa quoquè aderat, & festum celebrabat.

Aliud viro-  
rum monas-  
terij con-  
struit.

Nota de lo-  
corum san-  
ctorum vis-  
itatione.

Festum de-  
dicationis  
templi.

Hanc autem rem bonam consecutum est quiddam, dignum maligni improbitate, & boni Dei virtute. Pedem enim Imperatricis, qui iniuria dæmonis è compage erat luxatus, illa absque dolore aptè & rectè in suum locum restituit. Cum hæc & non pauca alia à magna Melana percepisset commoda, & se simul etiam exatiasset spectaculis, decreuit reuerti Constantinopolim: & ei quidem Melana cum tantquam bonas comites dedisset preces, ipsam dimittit: Ipsa autem æquales atque ad eò maiores vitæ ex Deo agenda labores pergebat suscipere. Ad eam quoquè affluebat à Deo fluuius miraculorum. Quorum existimo nõ esse superuacaneum aliquot meminisse, ea tantquam aliquod condimentum admittendo narrationi. Mulier quadam iuuentum aduaditur à dæmone. Quæ quidem clausis dentibus & labris non solum vocem non emittebat, sed neque cibum omninò attingebat. Fames autem, visceribus & carne grauitè liquefacta, mortem minabatur paulò post. Tentantibus verò medicis, diligenter adhibitis medicamentis & artis remedijs, malum vincere, postquam omnia conuincebantur esse inania & nihil posse, defatigati qui ad eam attinebant, ad vnum intuebantur auxilium, nempe ad preces magnæ Melanæ. Eam itaque afferunt tollentes manibus, lachrymas oculis effundentes, & verba emittentes lachrymis magis miserabilia. Illa autem, (hominum enim vicabat gloriam, vt quæ magnum afferret damnum, modesteque ac moderatè se gerebat) Hęc quidem, inquit, à me non possunt fieri: Christi verò martyres hæc & his maiora possunt facere. Cum sic dixisset, dæmoniacam duci iubet in templum. Cum de sanctorum autem oleo sumpsisset, & os laborantis tetigisset, claram emittit vocem: In nomine Iesu Christi, dicens, os tuum aperi. Vocem autem vox statim est consecuta, sanctæ vocem vox ægrotæ, & incitata est lingua ad agendas gratias, & dæmon aberat, & cibis simul aderat, & diuinum nomen per ipsam glorificabatur.

Dæmonia  
eam curat  
oleo mar-  
tyrum.

Quædam alia mulier grauida in partum incidit morte acerbiorum. Nam cum iam pareret, foetus, qui nondum processerat, intus erat mortuus, eratque matris vterus sepulcrum filij. Peruenit itaque calamitas matris vsque ad aures Melanæ. Illa autem valdè graui dolore affecta, & perindè ac ipsa quæ patiebatur cruciata, venit statim ad ædes, in quibus periculum adibat mulier, magnumque medicamentum parauit orationem.

Nota cura-  
tionem per  
zonam.

Quæ verò laborabat, vix membra mouens, non poterat quidem loqui: habitu autem & oculis flebiliter & miserabiliter intuens, videbatur dicere, Miserere. Quid ergo magna Melana? Oculis in cælum sublatis, cum zonam suam soluisset, statim imponit ei, quæ erat ferè mortua. Deinde cum dixisset, Ipsa fuit mihi donum magni viri, & qui eam fuerit consecutus, non frustrabitur curatione: statim & mortuum eiecit & peperit, & quæ iacebat, fuit statim ab omni dolore liberata. Hæc vel per zonam beata Melana faciens miracula, ea alijs attribuebat. Quàm multa facta sunt illic eiusmodi, quæ mihi non licet nunc attingere, cum prolixam cernam orationem, & remissus iam mihi sit spiritus propter multitudinem eorum, quæ dicta sunt. Sed ex ijs, quæ dicta sunt, vobis facile licet reliqua cõijcere, vt qui ex modico gustu totũ cognoueritis. ex eodem enim dolio, dixerit quisquam, est reliquum. Eundem est ergo ad decessum, si prius narrationi pauca adiecerimus.

Rursus in-  
uist loca  
sancta.

Cum enim adesset finis, & is esset Melanæ præcognitus, & tanquam athleta quispiam non procul abesset à corona, magis festinabat, & eum iam adesse lætabatur: & obiens alia loca Hierosolymorum, & Bethleem illam & Galilæam, & quæcunque in orbem circumibat, ea tanquam anima salutabat in peregrinatione. Cum aduenisset autem dies natalis Seruatoris, ad præsepe cucurrit & speluncã, & consobrinæ dicit, se non amplius esse festum cum eis celebraturam. Cum ergo tota nocte illic vigilasset in spelunca, die sequenti vadit ad ædem primi martyris: & cum illic pernoctasset, & librum sumpsisset in manus, eis legit mortem primi martyris. Deinde cum adiecisset, eas non amplius esse illam audituras legentem, postquam vidit eas grauiter ferre, quod dictum fuerat, sentiebant enim quid sibi vellet hæc dicens: illa rursus cœpit verba ad eas facere, & corda earum consolata est verbis spiritualibus: Ego quidem, dicens, o charissime, à vobis iam recedo, cum hoc ita Deo visum sit. Vos verò ita vitam agite, tanquam presentibus & intuentibus Dei oculis, qui cogitationes scrutatur & videt corda. Eum ergo, vt dicit Propheta, vobis ante vestrum conspectum proponentes, & castas animas & corpora ab omni labe munda conseruate: & si propter meam priuationem tristitia corda vestra pupugerit, si illius vobis veniat in mentem, protinus satis magnam inuenietis consolationem.

Psal. 15.

Cum sic dixisset, templum ingreditur, & cum ad precandum constitisset, Domine Deus, dicebat, quem ego elegi ab initio, quem ego & nuptijs & diuitijs & gloria prætuli & voluptatibus, cui ab ortu corpus commendauit & spiritum, cuius metu os semper adhæsit carni meæ, qui tenuisti dexteram meam, & in cõsilio tuo deduxisti me, tu quoque nunc exaudi vocem meam, & hæc lachrymæ moueant fluentã tuã misericordiam, & omnium peccatorum sordes tam voluntarias quàm inuoluntarias expurga: præbe mihi ad te iter absque vlla perturbatione & citra vllum impedimentum. Nè merentur huius aëris mali dæmones. Nõsti mortale o immortalis. Scis o hominum amator, nullum hominem esse sine sordibus. Nullus est, in quem non possit arripere ansam aduersarius, nec si vitam quidem habeat vno die dimensam. Sed tu quidem cum mea omnia despexeris, siste me mundam ante tuum tribunal. Ea sic precante cum lachrymis, cum nondum cessasset orare, horror corpus eius inuadit: & incipit quidem ægrotare, nõ cessat autem laborare. Sed quanuis ita esset affecta, ibat ad consueta cantica, & simul hymnos psallebat matutinos: cumque de anima & salute multum esset philosophata, & suum gregem allocuta, eum ad virtutem incitasset, his finitis cum se sensisset veluti deficientem, vidisset autem eas, quæ ei parebant, monachas grauiter ferre se ab ea disungi, multis verbis eas consolata, dicens non oportere ita mœrere & lugere, dato iam desuper signo emigrationis, diuina Christi sumit sacramenta.

Cantica cõ-  
sueta & hy-  
mni matu-  
tini.

Cum autem cum pontifice Eleutheropolis, qui ad eam cum toto clero venerat, diu locuta, de suis gregibus multa mandata dedisset, & cum multi quoque alij confluxissent, (exceptis enim admodum paucis, omnes qui circuncirca habitabant, tam qui se separatim exercebant, quàm qui communiter viuebant, & quicunque erant sacrali ordinis, atque adeo qui erant etiam ciues oppida habitantes \*) cum ad eos in commune vilem fecisset admonitionem, præcipuè verò ad consobrinam, quæ propter eius separationem valde erat perturbata, & deinde ad omnes, qui dolore afficiebantur, extremam hanc vocem effata, Sicut Domino visum est, ita factum est: sanctam illam & sacram emisit animam, vltimo die mensis Decembris, cum esset dies Domini-  
cus.

\* deest, ed  
aduenerat,  
aut quippiã  
simile.

cus. Vt autem corpus aptè, vt mos est, & decorè componeretur, nihil opus fuit alienis manibus: sed & manus sua sponte pectori honestè erant impositæ: pedes autem erant extensi, vt decebat: supercilia verò perinde ac si adhuc viueret, aptè & eleganter erant clausa. Cum ergo tota nocte super eam pro more cecinissent, circa auroram eam ter-  
re mandant, quæ cælis erat verè digna, & quæ illic in thalamis habitat, & luce illa assi-  
duè fruatur, Ad gloriam patris & filij & spiritus sancti, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Nota hunc  
canedi mo-  
rem.

### VITA MARCELLÆ VIDVÆ, AV- THORE D. HIERONYMO AD PRINCI- PIAM Virginem.

Est Epistola XVI.



AE PE & multum flagitas, virgo Christi Principia, vt me- IANVAR. 31.  
moriã sanctæ foeminæ Marcellæ literis recolam, & bo-  
num, quo diu frui sumus, etiam cæteris noscendum imi-  
tandumque describam. Satis doleo, quod hortaris spontè  
currentem, & me arbitraris indigere precibus, qui ne tibi  
quidem in eius dilectione concedam: multoque plus ac-  
cipiam quàm tribuam beneficij, tantarum recordatione  
virtutum. Nam vt hucusquè reticerem, & biennium præ-  
terire silentio, non fuit dissimulationis, vt malè existi-  
mas, sed tristitiæ incredibilis, quæ ita meum oppressit ani-  
mum, vt melius iudicarem tacere in præsentiarum, quàm  
nihil dignum illius laudibus dicere.

Neque verò Marcellam tuam, immò meam, & vt verius loquar, nostram omniumque  
sanctorum, & propriæ Romanæ vrbs inclytum decus, institutis rhetorum prædicabo, vt  
exponam illustrem familiam, alti sanguinis decus, & stemmata per proconules & præ-  
fectos pratorio decurrentia. Nihil in illa laudabo, nisi quod proprium est, & eo nobi-  
lius, quod opibus & nobilitate contempta, facta est paupertate & humilitate nobilior.  
Orba patris morte, viro quoque post nuptias septimo mense priuata est. Cumque cam  
Cerealis, cuius clarum inter consules nomen est, propter ætatem & antiquitatem fa-  
milie, & insignem, quod maximè viris placere consuevit, decorem corporis, ac morum  
temperantiam ambiciosus peteret, suasque longæuis polliceretur diuitias: & non qua-  
si in vxorem, sed quasi in filiam vellet donationem transfundere: Albinaque mater tam  
clarum præsidium viduata domus vltro appeteret, illa respondit: Si vellem nubere, &  
non æternæ me cuperem pudicitia dedicare, vtique maritum quærerem, non heredi-  
tatem. Illoque mandante, posse & senes diu viuere, & iuuenes citò mori, eleganter lu-  
sit: Iuuenis quidem potest citò mori, sed senex diu viuere non potest. Qua sententia re-  
pudiatus, exemplo cæteris fuit, vt eius nuptias desperarent. Legimus in Euangelio se-  
cundum Lucam: Et erat Anna prophætissa filia Phanuelis de tribu Aser: Et hæc pro-  
uectæ ætatis in diebus plurimis. Vixeratque cum viro suo annis septem à virginitate sua,  
& erat vidua annis octogintaquatuor, nec recedebat de templo, ieiunijs & obsecratio-  
nibus Domino seruiens die ac nocte. Nec mirum, si videre meruit Saluatorem, quem  
tanto labore quærebat. Conferamus septem annos, septem mensibus: sperare Chri-  
stum, & tenere: natum confiteri, & in crucifixum credere: paruulum non negare, & vi-  
rum gaudere regnantem. Non facio vllam inter sanctas foeminas differentiam, quod  
nonnulli inter sanctos viros & ecclesiarum principes, stultè facere consueuerunt: sed  
illò tendit assertio, vt quarum vnus est labor, vnum & præmium sit.

Mariti se-  
ptimo à nu-  
ptijs mense  
amittit.

Non vult  
non æternæ  
denuò nu-  
bere.

Luc. 2.

Difficile est in maledica ciuitate, & in vrbe, in qua orbis quondam populus fuit,  
palmaque vitiorum, si honestis detraherent, & pura ac munda macularent, non ali-  
quam sinistra rumoris scabulam contrahere. Vnde quasi rem difficilimam, & penè im-  
possibilem optat Propheta potiùs, quàm præsumit, dicens: Beati immaculati in via,  
qui ambulant in lege Domini. Immaculatos in via huius seculi appellat, quos nulla  
obsceni rumoris aura maculãrit: qui opprobrium non acceperint aduersus proximos  
suos. De quibus & Saluator in euangelio: Esto, inquit, beneuolus, siue benè sentiens  
de ad-

Psal. 118.

Psal. 14.  
Matth. 5.

de aduersario tuo, dum es in via cum illo. Quis vnquam de hac muliere, quod displice-  
ret, audiuit, vt crederet? Quis credidit, vt non magis seipsum malignitatis & infamiae  
condemneret? Ab hac primùm confusa gentilitas est, dum omnibus patuit, quae esset  
viduitas Christiana, quam & conscientia & habitu promittebat. Illa enim solent pur-  
purisso & cerussa ora depingere, sericis nitere vestibus, splendere gemmis, aurum por-  
tare ceruicibus, & auribus perforatis rubri maris preciosissima grana suspendere, fragra-  
re musco mure, maritosità plangere, vt tandem dominatu eorum se caruisse latentur;  
quarantq; alios, non quibus iuxta Dei sententiam seruiant, sed quibus imperent. Vndè  
& pauperes eligunt, vt nomen tantùm virorum habere videantur: qui patienter riuales  
sustineant: si inussitauerint, illicd proijciendi. Nostra vidua talibus vsa est vestibus, qui-  
bus arceret frigus, non membra nudaret: aurum vsque ad anuli signaculum repudians,  
& magis in ventribus egenorum, quàm in marsupijs recondens. Nusquam sine matre,  
Nullum clericorum, aut monachorum (quod amplè domus interdum exigebat neces-  
sitas) vidit absque arbitris. Semper in comitatu suo virgines ac viduas, & ipsas graues  
foeminas, habuit: sciens ex lasciuia puellarum sapè de dominarum moribus iudicari, &  
qualis quaeque sit, talium consortio delectari.

Diuinarum scripturarum ardor erat incredibilis, semperq; cantabat: In corde meo  
abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et illud de perfecto viro: Et in lege Domini  
voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Meditationem legis non in re-  
plicando, què scripta sunt, vt Iudæorum existimant pharisei, sed in opere intelligens, iux-  
ta illud Apostolicum: Siue comeditis, siue bibitis, siue quid agitis: omnia in gloriam  
Domini facientes. Et Propheta verba, dicentis: A mandatis tuis intellexi: Vt post-  
quam mandata complèssèt, tunc se sciret mereri intelligentiam scripturarum. Quod &  
alibi legimus: Quia cœpit Iesus facere & docere. Erubescit enim quantum præclara do-  
ctrina, quam propria reprehendit conscientia. Frustraq; eius lingua prædicat pauper-  
tatè, & docet elemosynas, qui Croesi diuitijs tumet, viliq; opertus pallio, pugnat con-  
tra tineas vestium sericarum. Illi erant moderata ieiunia, carniū abstinentia: vini  
odor magis, quàm gustus, propter stomachum & frequentes infirmitates. Rarò pro-  
cedebat ad publicum, & maxime nobiliū matronarum vitabat domos, nè cogere-  
tur videre quod contempserat: Apostolorum & martyrum basilicas secretis celebrans ora-  
tionibus, & què populorum frequentiam declinarent. Matri tantum obediens, vt in-  
terdum faceret, quod nolebat. Nam cum illa suum diligeret sanguinem, & absque filiis  
& nepotibus vellet in fratris liberos vniuersa conferre: ista pauperes eligebat, & tamen  
matri contraire non poterat: monilia, & quicquid supellestilis fuit, diuitibus petitura  
concedens, magisque volens pecuniam perdere, quàm parentis animum contristare.  
Nulla eo tempore nobiliū foeminarum nouerat Romæ propositum monachorū, nec  
audebat propter rei nouitatem, ignominiosum, vt tunc putabatur, & vile in populis no-  
men assumere. Hæc ab Alexandrinis prius sacerdotibus, papaq; Athanasio, & postea Pe-  
tro, qui persecutionem Arriane hereseos declinantes, quasi ad tutissimū communi-

onis suæ portū Romam confugerant, vitam beati Antonij, adhuc tunc viuentis, mona-  
steriorumq; in Thebaide Pachumij, & virginū ac viduarum didicit disciplinam. Nec  
erubuit profiteri, quod Christo placere cognouerat: Hanc multos post annos imitata  
est Sophronia & alia, quibus reatissimè illud Ennianum aptari potest: Vtinam nè in ne-  
more Pelio. Huius amicitijs fruita est Paula venerabilis. In huius cubiculo nutrita Eu-  
stochium, virginittatis decus: vt facilis æstimatio sit, qualis magistra, vbi tales discipula.

Rideat forsitan infidelis lector, me in muliercularum laudibus immorari: qui si re-  
corderetur sanctas foeminas, comites Domini Saluatoris, què ministrabant ei de sua sub-  
stantia, & tres Marias stantes ante crucem, Mariamque propriè Magdalenam, quæ ob  
sedulitatem & ardorem fidei, Turritæ nomen accepit, & prima ante apostolos, Christū  
videremeruit resurgentem: se potius superbiq, quàm nos condemnabit inepiarum:  
qui virtutes non sexu, sed animo iudicamus, contemptæque nobilitatis ac diuitiarum  
maiorē gloriam ducimus. Vndè & Iesus Iohannem euangelistam amabat plurimum:  
qui propter generis nobilitatem erat notus pontifici, & Iudæorum insidias non time-  
bat: intantum, vt Petrum introduceret in atrium, & staret solus Apostolorum ante  
crucem, matremque Saluatoris in sua reciperet, vt hæreditatem virginis Domini, vir-  
ginem matrem filius virgo susciperet.

Annis

Gene. 1.

Psal. 118.

Psal. 1.

1. Cor. 10.

Psal. 118.

Acto. 1.

Roma tutif-  
simus Chris-  
tianus com-  
munionis  
portus.

Matth. 27.

Iohan. 19.

& 20.

Mar. 16.

Iohan. 18.

Annis igitur plurimis sic suam transegit ætatem, vt antè se vetulam cerneret, quàm  
adulescentulam fuisse meminisset, laudans illud Platonicum, qui philosophiam medi-  
tationem mortis esse dixit. Vndè & noster Apostolus: Quotidiè, inquit, morior propter  
rationem salutem. Et Dominus iuxta antiqua exemplaria: Nisi quis tulerit crucem su-  
am quotidie, & sequutus fuerit me, non potest meus esse discipulus. Multo què antè per  
Prophetam spiritus sanctus: Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus vt oues  
occisionis. Et post multas ætates illa sententia: Memento semper diem mortis, & nun-  
quam peccabis. Disertissimi què præceptum Satyrici:

Viue memor leri: fugit hora: hoc quod loquor, indè est.

Sic ergò, vt dicere cœperamus, ætatem duxit, & vixit, vt semper se crederet esse mori-  
turam. Sic indura est vestibus, vt meminisset sepulcri, offerens hostiam rationabilem, vi-  
uam, placentem Deo.

Deniquè cum & me Romam cum sanctis pontificibus, Paulino & Epiphano, Eccle-  
siastica traxisset necessitas: quorum alter Antiochenam Syriæ, alter Salaminiam Cypri  
rexit ecclesiam, & verecundè nobiliū foeminarum oculos declinarem: ita egit, se-  
cundum Apostolum, importunè, opportunè, vt pudorem meū sua superaret industria. Et  
quia alicuius tunc nominis esse existimabar super studio scripturarum, nunquam  
conuenit, quin de scripturis aliquid interrogaret: nec statim acquiesceret sed mo-  
neret è contrario quæstiones, non vt contenderet, sed vt quærendo disceret earum so-  
lutiones, quas opponi posse intelligebat. Quid in illa virtutum, quid ingenij, quid san-  
ctitatis, quid puritatis inuenerim, vereor dicere, nè fidem credulitatis excedam, & tibi  
maiorē dolorem incutiam, recordanti quanto bono carueris. Hoc solum dicā, quòd  
quicquid in nobis longo fuit studio congregatum, & meditatione diuturna quasi in na-  
turam versum, hoc illa libauit, didicit atq; possedit: ita vt post profectiōem nostram, si  
de aliquo testimonio scripturarum esset oborta contentio, ad illum iudicem pergere-  
tur. Et quia valdè prudēs erat, & nouerat illud, quod appellat philosophi τὸ ἀπέρων, id est,  
decere quod facias, sic ad interrogata respondebat, vt etiam sua non sua diceret, sed vel  
mea, vel cuiuslibet alterius: vt in eo ipso, quod docebat, se discipulam fateretur. Scie-  
bat enim dictum ab Apostolo: Docere autem mulieri non permitto: nè virili sexui, &  
interdum sacerdotibus, de obscuris & ambiguis sciscitantibus, facere videretur iniu-  
riam. In nostrum locum statim audiuius te illius adhæsisse consortio, & nunquam ab  
illa ne tranuersum quidem vnguem, vt dicitur, recessisse. Eadem domo, eodem cubi-  
culo vsam, vt omnibus in vrbe clarissima notum fieret, & te matrem, & illam filiam re-  
perisse. Suburbanus ager vobis pro monasterio fuit, & rus electum pro solitudine: mul-  
to què ita vixisti tempore, vt ex imitatione vestri & conuersione multarum gaudere-  
mus Romam factam Hierosolymam. Crebra virginum monasteria, monachorum in-  
numerabilis multitudo, vt pro frequentia seruientium Deo, quod prius signominie fu-  
erat, esset postea gloriæ. Interim absentiam nostri mutuis solabamur alloquijs, & quod  
carne non poteramus, spiritu reddebamus. Semper obuiare epistolis, superare officijs,  
salutationibus præuenire. Non multum perdebat absentia, quæ iugibus sibi literis iun-  
gebatur.

In hac tranquillitate & Domini seruitute, hæretica in his prouincijs exorta tempe-  
stas, cuncta turbauit, & in tantam rabiem concitata est, vt nec sibi, nec vlli bonorū par-  
ceret. Et quasi parum esset, hic vniuersa mouisse, nauem plenam blasphemiarum Ro-  
mano intulit portui. Inuenitq; protinùs patella operculum, & Romanæ fidei purissi-  
mum fontem, cœno lutosâ permiscuere vestigia. Nec mirum, si in plateis & in foro re-  
rum venaliū, si cæcus ariolus stultorum verberet nares, & obrorto fuste dentes morden-  
tium quatia: cum venenata spurcaq; doctrina Romæ inuenerit, quos induceret. Tunc  
librorum τὰ ἐπιτομὰν infamis interpretatio, tunc discipulus εὐβίος & verè nominis sui, si  
in talem magistrum non impegisset. Tunc nostrorum διδακτικῶν contradictio, & phari-  
sæorum turbata est schola. Tunc sancta Marcella, quæ diu se cohibuerat, nè per emu-  
lationem quippiam facere videretur, postquam sensit fidem, Apostolico ore laudatam,  
in plerisque violari, ita vt sacerdotes quoquè & nonnullos monachorum, maximè què  
seculi homines in assensum suū traheret, ac simplicitati illuderet episcopi, qui de suo  
ingenio cæteros æstimabat, publicè restitit: mælens Deo placere, quàm hominibus.  
Laudat Saluator in Euangelio villicum iniquitatis, quòd contra dominum quidem  
frau-

1. Cor. 15.  
Luc. 9.

Psal. 43.  
Ecc. 7.

Perfius.

Rom. 13.

2. Tim. 4.

1. Tim. 2.

Monachor-  
um Romæ  
frequentia.

Rom. 1.

I. Hc. 16.  
frau-



Anastafius Rom. Pontifex.

Hiere. 14.

Luc. 18.

Galat. 2.

Pfal. 103. & 145. Luc. 12.

Roma capta à Gothis.

Esaï. 17. Psal. 78.

Aeneid. 2. \* labores

Marcella caditur fuftibus & flagellis.

fraudulenter,attamen pro se prudenter fecerit. Cernentes hæretici de parua scintilla maxima incendia concitari, & fuppositam dudum flammam, iam ad culmina perueniffe, nec posse latere, quod multos deceperat: petunt & impetrant ecclesiasticas epistolas, vt communicantes Ecclesie discessisse viderentur. Non multum tempus in medio, succedit in Pontificatum vir insignis Anastafius, quem diu Roma habere non meruit, nè orbis caput sub tali episcopo truncaretur: Immo idcirco raptus atque translatus est, nè semel latam sententiam, precibus suis flectere conaretur, dicente Domino ad Hieremiam: Nè oraueris pro populo isto, neque depreceris in bonum: Quia si ieiunauerint, non exaudiam preces eorum. Et si holocausta & victimas obtulerint, non suscipiam eas. In gladio enim & fame & pestilentia ego consumam eos. Ducas, Quid hæc ad laudem Marcellæ? damnationis hæreticorum hæc fuit principium, dum adducit testes, qui prius ab eis eruditi, & postea ab hæretico fuerant errore correpti: dum ostendit multitudinem deceptorum, dum impia *περι ἀρχῶν* ingrit volumina, quæ emendata manu scorpilij monstrabantur: dum acciti frequentibus literis hæretici, vt se defenderent, venire non sunt ausi: tantaque vis conscientie fuit, vt absentes damnari, quàm presentes coargui maluerint: Huius tam gloriosæ victorie origo Marcella est: tuque caput horum & causa bonorum, scis me vera narrare, quem nôsti vix de multis pauca dicere, nè legenti fastidium faciat odiosa replicatio, & videar apud maleuolos sub occasione laudis alterius, stomachum meum digerere. Pergam ad reliqua.

De Occidentis partibus ad Orientem turbo transgressus, minitabatur plurimis magna naufragia. Tunc impletum est: Putas veniens filius hominis fidem inueniet super terram? Refrigerata charitate multorum, pauci, qui amabant fidei veritatem, nostro lateri iungebantur, quorum publicè petebatur caput, contra quos opes omnes parabantur, ita vt Barnabas quoque duceretur in illam simulationem, immò apertum paricidium, quod nõ viribus, sed voluntate commisit. Et ecce vniuersa tempestas, Domino flante, deleta est, expletumque vaticinium prophetale: Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur: In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et illud euangelicum: Stulte, hac nocte auferetur anima tua à te: quæ autem præparasti, cuius erunt?

Dum hæc aguntur in Iebus, terribilis de Occidente rumor affertur, obsideri Romam, & auro salutem ciuium redimi, spoliatosque rursùm circundari, vt post substantiam, vitam quoque perderent. Hæret vox, & singultus intercipiunt verba dictantis: Capitur vrbs, quæ totum cepit orbem: immò fame perit antequam gladio, & vix pauci qui caperentur, inuenti sunt. Ad nefandos cibos erupit esurientium rabies, & sua inuicem membra laniarunt, dum mater non pareit lætenti infantie, & suo recipit vtero, quem paulò ante effuderat. Nocte Moab capta est, nocte cecidit murus eius. Deus, venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt cadauera sanctorum tuorum escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinem eorum sicut aquam in circumitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando  
 Explicet, aut possit lachrymis æquare x dolorem?  
 Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos:  
 Plurima perque vias sparguntur inertia passim  
 Corpora, perque domos, & plurima mortis imago.

Cùm interim, vt in tanta confusione rerum, Marcellæ quoque domum cruentus victor ingreditur.

Sit mihi fas audita loqui, immò à sanctis viris visa narrare, qui interfuere præsentem, qui te dicunt in periculo quoque ei fuisse sociatam. Intrepido vultu excepisse dicitur introgressos: cumque posceretur aurum, & defossas opes vili excusaret tunica, non tamen fecit fidem voluntaria paupertatis. Casam fustibus flagellisque aiunt non sensisse tormenta: sed hoc lachrymis, hoc pedibus eorum prostratam egisse, nè re à suo confortio separarent, nè sustineret adolescentia, quod senilis ætas timere nõ poterat. Christus dura corda molliuit, & inter cruentos gladios inuenit locum pietas: cumque & illam & te ad Apostoli Pauli basilicam Barbari deduxissent, vt vel salutem vobis ostenderent, vel sepulcrum, in tantam lætitiã dicitur erupisse, vt gratias ageret Deo, quod te inte-

integram sibi reseruasset, quod pauperem illam non fecisset captiuitas, sed inuenisset: quod egeret quotidiano cibo: quod faturata Christo, non sentiret esuriam, quod & voce & opere loqueretur: Nuda exiui de vtero matris meæ, nuda & redeam. Sicut Do. Iob 1. mino visum est, ita & factum est. Sit nomen Domini benedictum. Post aliquot dies sano, integro, vegetoq; corpufculo obdormiuit in Domino, & te paupertatæ suæ, immò per te pauperes reliquit heredes, claudens oculos in manibus tuis, reddens spiritum in tuis oculis, dum inter lachrymas tuas illa rideret, conscientia vitæ bonæ & præmij futurorum. Hæc tibi, Marcella venerabilis, & tibi, Principia filia, vna & breui lucubratione dictaui, non eloquij venustate, sed voluntate in vos animi gratissimi, & Deo & legentibus placere desiderans.

Redditania mam.

FINIS IANVARII.

# FEBR VARIVS.

## MARTYRIVM SACROSANCTI

### MARTYRIS DEIFERI IGNATII

#### EPISCOPI, AVTHORE SIMEONE

METAPHRASTE.



V M Traianus sumpsisset scepra Romanorum imperij, 1. FEBRVAR. erat Antiochenæ Ecclesie Episcopus, & nomine & re Deifer Ignatius. Nam magno quidem Petro succedit Euodus: Euodo autem Ignatius, sitque & morum eius & virtutis æmulator. Huic diuino Ignatio, cum esset adhuc planè puer, aiunt Christum adhuc versantem in mundo, ei intemeratas manus imposuisse, & ad populum inruentem, dixisse: Nisi quis seipsum humiliauerit vt hic puellus, non intrabit in regnum cælorum: & qui vnum ex talibus pueris suscepit in nomine meo, me suscipit: qualisnam futurus esset ætate proficiens Ignatius, hinc ostendens, & apostolicam illius doctrinam apertè indicans.

Matth. 23.

Hic ergò diuinus Ignatius, simul cum Polycarpo, qui Smyrneni præerat ecclesie, Ignatius, discipulus Iohannis Euangelistæ: & cum ad eum solùm ventitasset, & omnem virtutis speciem, & eam maxime, quæ decet sacerdotem, diligenter exercuisset, sacerdos deinde eligitur communi sententia omnium simul apostolorum, & Antiochenus creatur Episcopus. Cùm autem assumpsisset ecclesiam, & multo sudore & labore in ea seminasset præconium pietatis, & zelum per omnia apostolicum & doctrinam ostendisset, & exstitisset perfectus minister Christi mysteriorum, fit quoque postea martyr, bestijs propter illum traditus, vt paulò altius repetens declarabit oratio.

Ignatius, discipulus Iohannis Euangelistæ.

Fit episcopus Antiochenus.

Traiano enim Romanorum Imperatori, quam de Scythis habuerat, elato victoria, & non sustinenti suam hucusquæ sistere felicitatem, sed volenti eam vltèius producere, & Romanorum imperio multos alios subiungere, aduersus Christianos seu aduersus pietatem bellum ei visum est optimum esse & expedire. Nam illo quidem modo Traianus putabat se soli prodesse reipublicæ: sic autem etiam deos suos colere, & eos inducere, vt opemferant aduersus hostes. Grauem itaque ac difficilem persecutionem infert aduer-

Traianus persequitur Christianos.

VVV

aduer-

aduersus piam fidem, & proponit edicta per vniuersam terram, quæ eius parebat imperio, vt vel essent cum eo omnes impietatis participes, vel adhuc manentes Christiani, afficerentur varijs supplicijs & acerbis mortibus. Contigerat, vt tunc Traianus veraretur Antiochiæ, vt qui esset expeditionem suscepturus contra Persas, & bellum ibi pararet. Hic ergo ei de diuino significatur Ignatio, quod & religionem teneret Christianam, & hominibus persuaderet, vt Christum tanquam Deum honorarent: idque cum fuisset à Pilato cruce condemnatus & morte, vt docent eius acta: & fert legem de seruanda virginitate, & de contemnendis diuitijs & delicijs, & alijs, quæ sunt in vita iucunda: & quod est omnium grauissimum, quod non oporteat putare esse deos, & nullam Imperatorum ducere rationem.

Nota has  
tanti viri  
leges.

θεοφόρος  
Deum fecerens.

1. Cor. 6.

Hæc postquam audiuit Traianus, sancto statim accersito, cum vnâ etiam adesset Senatus: Tu ne es, inquit, qui diceris Deifer, qui nostra iussa ludificaris, & omnem eueritis Antiochiâ, & omnes ducis post Christum, qui à te predicatur, & nec solo quidem deos dignaris nomine? Diuinus autem Ignatius, Ego sum, inquit. Ille verò, Et quid sibi vult, inquit, illud Deifer? Cui Martyr: Qui Christum, inquit, circumfert in anima. Imperator autem, Tu ergo, inquit, Christum in teipso circumfers? Certè, inquit. Scriptum est enim: Habitabo in eis & inambulabo. Quid verò nos non videmur tibi deorum assidue meminisse, & eos semper in anima circumferre, eosque inducere ad opem ferendam contra hostes, & per eos omnia facere, quæ sunt ex animi sententia? Respondens autem diuinus Ignatius: Hei mihi, inquit, simulacrâ gentium deos nominas. Vnus enim Deus, inquit, verus, qui cali & terræ & maris, & omnium quæ sunt in ipsis, est creator: Vnus Christus Iesus, Dei filius vnigenitus, cuius regni non est finis. Quem si tu agnosceres, ô Imperator, & purpura ipsa & diadema & thronus regius, firmiora essent & habiliora.

Imperator verò, Hæc, inquit, mittamus. Tu autem, si velis, inquit, ô Ignati, mea potentia rem facere gratissimam, & deceterò referri in numerum meorum amicorum, hac mente mutata, dijs nobiscum sacrificia: & statim (Sciant ipsi omnes) te magni louis constituam Pontificem, & patrem nominabo Senatûs. Ad hæc diuinus Ignatius: Gratias quidem præbere, ô Imperator, omnibus quidem est pulchrum: maximè autem Imperatoribus, quod possint ipsi amplius gratificari: sed eas, quæ sunt omninò vtilis, viles & conducibiles: eas verò, quæ possunt lædere & maximè animam, & vehementiorem ignis gehennam ei accendere, non is qui dat solum, sed etiam qui perit, & ipse miserimus. Admirabilis autè, ô Imperator, & munifica est tua promissio. Quid enim mea refert, à te maximi Iouis constitui Pontificem, & vocari patrem Senatûs, qui sum Christi sacerdos, & ei quotidie sacrificio sacrificiû laudis, & iam totum meipsum propero immolare, & efficere complantatum eius mortis similitudini? Imperator verò: Cuiquam, inquit, festinas teipsum immolare, ei ne, qui à Pontio Pilato in crucem fuit actus? Maximè, inquit magnus Ignatius, ei, qui peccatum crucifixit, & eius intentorem destruxit diabolum, & omnem eius potentiam per crucem aboleuit. Rursus autem Imperator: Vidèris, inquit, mihi ô Ignati, omninò recto carere iudicio & sana mente. Non enim tam aperte fuisses deceptus scripturis Christianorum, sed cognouisses omninò, quantum sit bonum edictis parère Imperatorijs, & dijs sacrificia offerre cum omnibus. Ad hæc sanctus, vtens rursus maiore dicendi libertate: Etiam si bestijs, inquit, consumpseris, etiam si me cruce condemnaueris, etiam si gladio & igni tradideris, quæ sunt in tua potestate, nunquam ego patiar demonibus offerre sacrificium, neque enim metuo mortem, neque desidero præsentia, quæ est in potestate vestra præbere fruenda, sed sola desidero futura, & à me omne adhibere studium, vt transeam ad Christum, qui pro me est mortuus.

Fortitudo  
beatissimi  
martyris.

Exponit rationem eorum, quæ sunt gestæ à Christo.

Propter quæ volens Senatus martyrem arguere ignorantia: Quid autem tu quoque, dixerunt, confiteris Deum esse mortuum? Quomodo verò qui subiit mortem, eamque execrandam, poterit prodesse alijs? Dij autem & sunt immortales, & dicuntur à nobis. Cum ex hoc occasionem diuinus accepisset Ignatius, simul & irridendi illorum deos, & eis aperienti ianuam mysterij susceptæ carnis dispensationis, & sic deducendi ad fidem Christi cognitionis, sic verba habuit: Meus Dominus & Deus Iesus Christus, primùm quidem propter nos homo factus est & propter nostram salutem, crucemque & mortem & sepulturam sua sponte accepit. Cæterum rursus tertio die resur-

resurrexit, inimici deiecta & prostrata potentia, & ascendit in celos, vnde venerat, nos simul à lapsu peccati faciens resurgere, & rursus introducens in paradysum, ex quo male fueramus eieciti: & nos donauit bonis maioribus, quàm erant ea, quæ præcesserant. Quid autem ex ijs, qui à vobis censentur dij, vllus tale quid fecerit, nullus omninò asseruerit. Nam cum isti fuissent homines malefici & exitiosi, & multa fecissent ad damnum & exitium nostræ vitæ & statûs, prauam autem deorum opinionem & speciem hominibus, qui sunt à ratione paulò alieniores, citra vllam rationem præbuisent, contra istos postea velis deceptionis & scena ablata, depræhensi sunt id quod erant, vt qui turpiter è vita excefferint, & morti immortalis traditi sint propter multorum interitum. Iupiter quidem certè, qui est vobis primus & maximus deorum, in Creta est sepultus: Aesculapius verò fulmine est percussus. Sepulcrum Veneris ostenditur in Papho, & Hercules fuit ab igne consumptus. Nam cum tales sint, immò verò longè deteriores, ea eis obtigerunt, quæ merentur.

Profecit  
falsos deos.

Cum hæc dicta fuisset ab Ignatio, Imperator simul cum Senatu, timens nè si esset eius sermo prolixior, res quidem gentilium labefactarentur, & vel non crederentur, vel haberentur ludibrio: & vera quidem floreret religio, & tolleretur nubes erroris, quæ ei offundit tenebras: eum quidem conijcit in vincula, & in tutissima collocat custodia. Ipse autem cum tota nocte apud se cogitasset, quonam modo eum vicifceretur pro meritis, & quonam modo è præsentibus cum vita subduceret, statuit eum feris tradere deuorandum, vt dilaniatus ab eis sanctus, intetiret. Visus est enim Imperatori hic mortis modus longè grauissimus. Cum hanc rem ergo Senatui manè communicasset, ipsi quoque eius laudârunt sententiam: sed consuluerunt, nè hæc bestijs obiectio fieret Antiochiæ, nè, aiebant, sic magis desideratum & gloriosum apud suos ciues reddamus Ignatium, martyrico sine è vita excedentem. Quamobrem dicebant oportere eum Romam abduci vincum, & illic tradi bestijs. Sic enim & prolixitate itineris grauius subibit supplicium, & simul Romanis quismam sit ignorantibus, videbitur esse peremptus, tanquam vnus ex maleficis, & nec minima quidem erit eius apud illos memoria. Cum hoc ergo placuisset, & in ipsum lata fuisset protinus sententia, Imperator eum rursus producit è custodia, hoc eius postremum faciens periculum. Et primùm quidem multis bonorum promissis crebrò sanctum deliniebat ac demulcebat: Deindè etiam rursus minis magis territans. Postquam autem eum vidit nec cedere promissis, neque minas formidare, desperans omninò fore vt mutaretur, ad effectum deduxit ea, quæ decreta fuerant: & cum iussisset prioribus grauiora ei imponi vincula, tradit eum cohorti militari, & mittit Romam, iubens, cum aduenisset ciuibus dies festus, quo totus congregatur populus, eum tradi bestijs ad communem theatri delectationem, vt conuenienter ei, quod dicit D. Paulus, ipse quoque fieret spectaculum mundo, angelis & hominibus.

Mittitur in  
carcerem S.  
Ignatius.

Hæc sunt  
machinæ  
maligni demonis.

1. Cor. 4.

Martyr ergo cum vltimam illam accepisset sententiam, & Deo magno clamore, vt consentaneum erat, egisset gratias, cum magna voluptate & lætitia sibi imponit vincula. Et Imperator quidem egreditur contra Persas cum suo exercitu: diuinus autem Ignatius, cum Ecclesiæ prius benè esset precatus, & gregem suum Deo commendasset cum lachrymis, vincus sequebatur milites. Deindè cum Seleuciam non cunctans, non stens, non se aliquid graue omninò pati præ se ferens, sed alacribus venisset pedibus, à militibus in nauem immittitur, & cum eis appellit Smyrnam. Hic salutatur Polycarpum diuinum Apostolum, quem Smyrneni præfuisse ecclesiæ, cum Ignatij fuisset condiscipulus, superius diximus. Eum ergo salutatur, glorians & magnificè sibi placens, lætusque de vinculis. Quid enim ei poterat esse maiori ornamento, quàm adspici pati pro Domino, qui eum sic dilexerat? Deindè cum etiam reliquis Episcopis & Presbyteris & Diaconis reddidisset eas, quas par erat, salutationes, quoniam multi concurrebant ex ecclesijs Asiæ & ciuitatibus ad videndum illud spectaculum, & vt pulchro fruerebatur fluento, quod fluebat ex illius lingua, ipse ea, quæ par erat, suadens, rogabat omnes, vt pro ipso orarent, vt per feras citò resoleretur ad eum, quæ desiderabat, & appareret ante illius faciem. Cum videret autem eos valde perturbatos & quodammodo pendentes ab illius anima, & non ferendum damnatum existimantes separationem eius & mortem, de ijs, qui sunt Romæ, timens, nè ipsi quoque similiter affecti, non sustinerent eum videre tradi bestijs, sed manus eis afferrent, quibus mandatum erat, vt eum traderent, & ei

Lætur in  
vinculis.

clauderent apertam ianuam martyrij, statuit eos mittere, vt ij quoq; pro eo orarent, nè cursus suę exercitationis ei impediretur: sed per ferar, sicut dictum est, citò resolueretur addilectum Dominum. Operæ precium est autem illius quoque meminisse epistolæ, quæ sic habet ad verbum:

Epistola eius ad Romanos.

Ignatius, qui & Deifer, Episcopus sanctæ Dei ecclesiæ, quæ est Antiochia, ecclesiæ, quæ misericordiam est consecuta in maiestate patris altissimi & Iesu Christi solius eius filij, dilectæ & illuminatæ, in voluntate eius, qui voluit omnia, quæ sunt secundum charitatem Iesu Christi Dei nostri, quæ etiam præsidet in loco regionis Romanorum: quam saluto in nomine Iesu Christi, secundum carnem & spiritum vnitam omni eius mandato, impletam gratia Dei ad lætandum in Christo Iesu Deo. Cùm Deum precatus, obtinuerim vt viderem spectabiles vestros vultus, vincus in Christo Iesu spero me vos salutaturum, si Dei fuerit voluntas, vt dignus habear, qui sic sim vsque ad finem, Meum enim ritè succedit votum, si gratiam fuero consecutus, vt sortem meam accipiam sine impedimento. Timeo enim vestram charitatem, nè ea me afficiat in iniuria, Vobis enim facile est facere, quod vultis: mihi autem difficile est Deum assequi, si vos mihi peperceritis. Non enim volo vos hominibus placere, sed Deo, sicut etiam placetis. Non enim ego vnquam habebō aliud tempus Deum assequendi, neque vos. Si silueritis à me, ego Dei efficiar. Sin verò carnem meam amaucritis, rursus ero currens. Potius autem mihi præbete, vt Deo immoler: est enim ara parata, vt effecti chorus in charitate, canatis patri in Christo Iesu, quòd Episcopum Syriæ dignatus sit Dominus, vt inueniretur in Occidente, cum accersens ab Oriente. Pulchrum est à mundo occidere ad Deum, vt ad ipsum exoriamur. Nulli vnquam inuidistis, alios docuistis. Ego autem volo illa quoque esse firma ac stabilia, quæ vobis mandata didicistis. Solum rogate, vt dentur mihi vires à Domino, vt non solum dicar Christianus, sed etiam inueniar & dici possim: & tunc videbor esse fidelis, quando mundo non apparebo. Nihil enim quod apparet, est æternum. Quæ enim cernuntur, sunt ad tempus: quæ autem non videntur, æterna.

Desideriū eius ardentissimum patiendi propter Christum.

2. Cor. 4.

Ego scribo ecclesijs, & mando omnibus, quòd ego lubens pro Christo morior, si vos non prohibueritis. Rogo vos, nè sit intempestiua vestra in me beneuolentia: finite me deuorari à feris, per quas licet Deum consequi. Sum Dei frumentum, & molor per dentes ferarum, vt Christi inueniar mundus panis. Feris potius blandimini, vt fiant mihi sepulcrum, & nihil relinquant mei corporis, nè sopitus fiam grauis. Tunc ero verus Christi discipulus, quando nec corpus quidem meum adhuc videbit mundus. Pro me Christo supplicate, vt per hæc instrumenta, munda inueniar hostia. Non sicut Petrus & Paulus vobis præcipio. Illi Apostoli, ego condemnatus: illi liberi, ego autem seruus vsque in hodiernum diem. sed si volueritis, ego libertus Iesu Christi, & exurgam in ipso liber. Nunc disco vincus nihil mundanum cupere aut inane: à Syria vsque ad Romam ipsam pugnaus cum bestijs, à terra & mari noctu & diu vincus decem leopardis, qui sunt cohors militaris: qui etiam si beneficio afficiantur, fiunt deteriores. In eorum verò iniurijs magis disco. Profuerint feræ mihi paratæ, & opto, vt eæ mihi paratæ inueniantur: quibus etiam blandiar, vt me protinus deuorent, non sicut quosdam timore affecta non tetigerunt. Quòd si eæ etiam inuitæ noluerint, at ego \* transibo. Ignoscite mihi: scio quid mea interst. Nunc incipio esse discipulus, vt Iesum Christum assequar. Ignis & crux, bestiarum irruptiones, dissectiones, diuisiones, ossium dispersiones, amputatio membrorum, tritura totius corporis, & diaboli tormenta super me veniant, dummodò Iesum Christum assequar. Nihil mihi proderunt mundi iucunditates, neq; regna huius seculi. Melius est mihi mori in Christo Iesu, quàm regnum obtinere vsq; ad fines terræ. Quid enim prodest homini, si totum mundum lucretur, & suæ animæ patiatur detrimentum? Illum quaero, qui pro nobis est mortuus.

Humilitas tanti viri.

\* eas instigabo, habet Eusebius.

Matt. 16.

Ignoscite mihi, fratres: nè sitis mihi impedimento, quòd minus viam, neque me velit mori. Sinite me puram lucem accipere. Cùm illuc enim venero, ero homo Dei. Permittite mihi, vt sim imitator passionis Christi. Si quis ipsum in seipso habet, intelligat quod volo, & mei moueatur commiseratione, cum sciat quæ me constringant. Princeps huius seculi me vult diripere, & corrumpere meam in Deum sententiam. Nemo ergò ex ijs, qui adsunt, ei opem ferat. Estote mei potius, hoc est, Dei. Nè loquamini Christum Iesum, mundum verò desideretis. Nè habitet inter vos inuidia. Nec si ego quidem

quidem præfens vos rogem, parète mihi: ijs autem parète potius, quæ ego ad vos scribo. Ex ijs enim, quæ scribo ad vos, mori cupio. Meus amor est cruci affixus, & non est in me ignis amans mundanæ materiæ: aqua autem potius viua & in me loquens, quæ intus mihi dicit: Veni ad patrem. Non delector nutrimento corruptionis, neque voluptatibus huius vitæ. Panem Dei volo, panem caelestem, panem vitæ, qui est caro Iesu Christi filij Dei, qui postea natus est ex femine Dauid & Abraam: & potum Dei volo, eius sanguinem, qui est charitas, in quam non cadit interitus, & vita perennis. Non amplius volo viuere, sicut homines. hoc autem erit, si vos volueritis. Velitis ergò, vt vos quoque Deus velit. Breuibus literis peto à vobis: mihi credite. Iesus verò Christus vobis aperiet, qui est os non mendax, quòd vera dico petendo, vt consequar. Non secundum carnem ad vos scribo, sed secundum Dei sententiam. Si passus fuero, mentote in oratione vestra ecclesiæ Syriæ, quæ pro me, pastore Deo vititur. Solus ipsam Iesus Christus visitabit, eiusque curam geret & vestra charitas. Salutat vos meus spiritus, & charitas ecclesiarum, quæ me susceperunt in nomine Iesu Christi, non tanquam transuentem. Etenim quæ ad me non attinebant in via, quæ est secundum carnem, me deduxerunt in ciuitatem. Scribo autem hæc ad vos è Smyrna per Ephesos, qui digni sunt, qui beati iudicentur. Est verò mecum cum multis alijs Crocus quoque, nomen desiderabile eorum, qui mecum conuenerunt è Syria ad gloriam Dei. Hæc ad vos scripsi nono Cal. Septemb. Valete perpetuò fratres in tolerantia Iesu Christi, Amen.

Nota verba verè ignea.

Sed est hæc quidem epistola. Ipse autem paulò post è Smyrna deductus à militibus: & cum appellisset Troadem & Neapolim, transijt pedes per Philippos & Macedoniam, eas, quæ sunt in via, inuisens ecclesias, & in eis docens, exhortans, differens, fratres, qui erant paulò simpliciores & imbecilliores, confirmans, & efficiens, vt omnes vigilarent & essent sobrij. Cùm verò transijisset Epirum, & mare transijisset Adriaticum & Tyrrenum, appellit Purcolos. Hospitio autem exceptus simul cum militibus ab ijs, qui illic erant, fidelibus, cum eos quoque valere iussisset in Domino, venit Romam, & sistitur ante Præfectum vrbs. Cùm is ergò Deiferum vidisset Ignatium, & literas accepisset Imperatorias, dies autem aduenisset opportunus, quando erat dies festus & celebris Romanorum, ducit eum in medium theatrum, sicut iubebat improbum edictum Imperatoris. Cùm ergò vniuersa ciuitas sederet in teatro, cum ardenti spiritu & oculis iam spectaculum amanti bus, vtpotè quòd iam fama vbique annunciasset, Syriæ Episcopum cum feris esse pugnaturum: conuersus ille ad populū cum quodam generoso & inflexibili animo, vt qui gloriaretur & sibi placeret propter eam, quæ pro Christo suscipi cernebatur, ignominiam: Viri, inquit, Romani, & presentis huius certaminis spectatores: nõ hæc mihi fiunt, vt luam pœnas alicuius maleficij, aut sceleratę alicuius actionis, sed vt Deum assequar: cuius quidem teneor desiderio, & quem cupio insatiabiliter. Sum enim eius frumentum, & molor per dentes bestiarum, vt fiam ei purus panis. Hæc dixit, & dimissi leones, eum statim dilacerarunt & deuorarunt, à solis asperioribus illius ossibus abstinentes, ei re vera impletis votis, vt bestia essent eius sepulcrum, & nihil reliquum esset eius corporis, vtpotè quòd Deus pluris faceret famuli preces & amorem ferre vsque ad finem, quàm efficere, vt non tangretur à leonibus, vt suo nomini tribueret gloriam.

In itinere confirmat ecclesias.

A leonibus deuoratur, sicut optarat.

Postquam auicem hæc euenerunt & finem acceperunt, qui Romæ erant fideles, ad quos adhuc viuens diuinus scripserat Ignatius, postquam dimissum fuerat theatrum, conuenientes, cum ossa id cupientibus manibus sustulissent, & ea honorificè ac reuerenter composuissent, ea deposuerunt in loco insigni extra vrbe, vicesimo mensis Decembris. Hæc postea, deportata sunt in patriam martyris Antiochiam: & quæ intercedunt ciuitates, duplicem accepere benedictionem, & prius, quando martyr vincus ducebatur Romam ex Antiochia: & nunc, quando cum præclaris trophæis illinc reduebatur, tanquam apes fauum, illum circunvolantes. Atque dicitur quidem, quòd post martyricam eius consumptionem, lugentibus illius priuationem ijs, qui Romæ erant fideles, & nullam accipientibus doloris consolationem, & vacantibus sepulcralibus hymnis & vigilijs, ipse in somnis apparens, & eos quasi amplectens, qui scilicet se ipsos præbuerunt dignos illius consuetudine, luctum eis effecit facilem & leniorem, & doloris sedauit vehementiam. Alij rursus dixerunt, se vidisse eum sudore diffluentem,

Ex ossibus eius ciuitates benedictione accipiunt.

tanquam qui nup̄ respirasset à laboribus decertationis, & precantem salutem ciuitati & omnibus fidelibus.

Hic quidem fuit exitus Deiferi Ignatij: hæc sunt certamina: hi sunt infani eius amores in Christum. Et fert testimonium Irenæus Lugdunensis Episcopus, vir magni faciendus, qui diuini Ignatij crebrò meminit. Quin etiam Polycarpus, qui Smyrneni præerat ecclesiæ, qui cum eo ventitabat ad Iohannem Euang. & Theologum: & cum captius Romam duceretur Antiochia, cum, sicut diximus, salutauit, hæc alicubi scribens in suis epistolis: Rogo vos fratres, vt obediatis, & omnem exercitetis tolerantiam, quam vidistis oculis, non solum in beatis Ignatio, Rufino & Zosimo, sed etiam in multis alijs ex vobis, & in ipso Paulo & ijs, qui cum ipso crediderunt: quòd ij omnes non in vanum cucurrerunt, neque in vanum laborauerunt, sed in fide & iustitia, quæ est in Christo Iesu. Quamobrem sunt etiam in loco, qui eis debetur à Domino, cum quo passi sunt. Non enim præsens seculum dilexerunt, sed Christum, qui pro nobis mortuus est & resurrexit. Sic ergò situs erat D. Ignatius in sacris illorum animis: & cum desiderasset bestiarum ventres sibi sepulcrum efficere, in piorum virorum magis habitare animis.

Imperator autem Traianus cum de diuino hoc Ignatio postea didicisset, & quam fortiter peregrisset hoc certamen martyrij, & quòd, vt ipse tulerat sententiam, à bestijs fuisset deuoratus, & multa etiam audiuisset de Christianis, qui erant in regione, quòd scilicet nihil præter leges facerent, neque rem vllam agerent impiam: sed diluculò surgentes, & Christum adorarent tanquam Dei filium, & omnem exercerent abstinentiam in cibo & in potu, & nihil tangerent ex ijs, quæ lex prohibet. Cum ille, inquam, hæc audiuisset, & ductus est poenitentia eorum, quæ facta fuerant, & dicitur tale decretum proposuisse, vt gens quidem Christianorum exquiretetur & omnibus esset cognita: inuenti autem non interficerentur, sed neque magistratus gererent, neque susciperent vllam reipublicæ administrationem. Sic nõ vita solum Ignatij, sed iam mors etiam fuit multorum bonorum conciliatrix, gloriatio fidei, quæ est in Christo, augmentum pietatis, adhortatio ad eos, qui sunt ex Deo, labores, & contemptio eius vitæ, quæ est ad tempus, & continentia ab ijs, quæ sunt noxia, & studium vitæ puritatis: Gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria & sancto & viuifico spiritui nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

## EX HISTORIAE ECCLESIAST. EVAGRII

*Epiphanensis, lib. 1. cap. 16.*



Maiora robustioraque Ignatij, viri planè diuini, ossa à bestijs relicta (quæ sicut tum à Iohanne rhetore, tum ab alijs memoriæ proditum est, posteaquam sanctus martyr bestiarum ventres, vt ieratin optatis, sepulcri loco in Amphitheatro Romano consecutus fuerat, Antiochiam deportata fuerunt) regnante etiam Theodosio, quòd fuit longo tempore post eius martyrium, in cœmeterium translata sunt: quippe Deus Optimus Max. animum Theodosij impulit, vt diuinum illum martyrem maioribus afficeret honoribus, & templum iam olim demonibus dedicatum, (quòd indigenæ templum Fortunæ nuncupant) Ignatio victori & martyri consecrant. Itaque quòd olim Fortunæ dicatum fuit, iam sacrum sanctuarium & templum augustum ad Ignatij memoriam celebrandam factum est: cuius martyris sacra reliquæ curru cum solenni pompa per ciuitatem portatæ, & in templo repositæ fuerunt. Quæ de causa festum celebre & lætitia communis ad nostram vsque ætatem peragitur: quòd quidem festum à Gregorio pontifice multò maiore magnificentia illustratum est.

MAR.

## MARTYRIVM S. PIONII PRESBYTERI ET SOCIORVM, EX SIMEONE METAPHRASTE. APPARET

*autem ab ijs esse conscriptum, qui præsentibus illi interfuerunt. Testatur verò Eusebius Cesarens. lib. 4. cap. 14. Histor. Ecclesiast. se in libello de veterum sanctorum martyrij, omnia Pionij facta ple-nissimè esse complexum.*



Apostolus monet, vt sanctorum memoriam celebremus, minimè ignorans, nos, dum eos, qui toto animo in fide sana permanserunt, celebramus, ad ea, quæ præstantiora sunt, imitanda concitari. Quòd cum ita sit, Pionij martyris memoriam nobis præcipuè colenda est, qui tunc etiam, cum in mundo peregrinaretur, multos ab errore reuocauit, & vir Apostolicus nostris temporibus fuit. Cumque martyrio coronatus, ad Dominum vocatus est, admonitionis gratia hoc nobis virtutis exemplum reliquit, vt nunc etiam doctrinæ ipsius monumenta haberemus.

Vigesimatertia mensis Februarij die, cum sabbatum magnum instaret, natali scilicet beati martyris Polycarpi, vigente Decij Imperatoris persecutione, Pionius Presbyter, & Sabina veræ pietatis studiosa, & Asclepiades, & Macedonia, & Linus Ecclesiæ Catholice Presbyter, comprehensi sunt. Pionius igitur pridè natalis diei sancti Polycarpi futurum præuidit, vt eo ipso die caperetur. Itaque cum simul cum Sabina & Asclepiade ieiunans, se postridè comprehensos iri prospexisset, sumptis tribus catenis connexis, colloque suo & Sabinæ & Asclepiadis iniectis, domi expectabat. Id autem fecit, tum nè ab amicis abducerentur, tum nè posset aliquis suscipari, se, vt reliquos, ad ea, quæ idolis essent immolata, comedenda duci velle: & vt omnes intelligerent, se statim in carcerem duci decreuisse. Cum igitur precationibus incubuissent, & sabbato sanctum panem & aquam cepissent, superuenit Polemo ædituus cum satellitibus suis, vt homines Christianos quæreret, eosque ad immolandum idolis, & comedendū ex ijs, quæ fuissent immolata, perduceret. Et Accitius: Nõstis, inquit, planè decretum Imperatoris, quo vobis iubetur, vt dijs sacrificetis? Cui Pionius: Nouimus, inquit, mandata Dei, quibus imperat, vt ipsum solum adoremus. In forum igitur, inquit Polemo, venite, & illic obtemperabitis. At Sabina & Asclepiades dixerunt: Nos Deo viuienti obtemperamus. Ducebat igitur eos, sed sine vi. Cum autem ire pergerent, viderunt omnes eos vincula gestantes. Quamobrem re noua commotus populus, celeriter concurrebat, & præ multitudine mutuo premebantur. Et cum in forum venissent, & in porticu ad Orientem sita, ad portam duplicem constitissent, impletum est totum forum, & superiores porticus tum viris Græcis atque Iudæis, tum etiam mulieribus. Nam cum magnum esset sabbatum, feriabantur. Quinetiam fundamenta, arcusque conscenderant, vt spectarent.

In medio igitur cum steterent: Satius est, inquit Polemo, ò Pioni, vt quemadmodum omnes faciunt, vos quoque pareatis Imperatori, & simul acris immoletis, nè puniamini. At Pionius, extensa manu, hilari vultu causam suam defendit: Viri, inquit, Smyrneni, qui & vrbis pulchritudine, & melle Homericò, vt dicitis, gloriamini, & si qui sunt inter vos Iudæi, audire me paucis perorantem: Audio vos risu gaudioque eos, qui transfugiunt, suscipere, perindè quasi ridiculum aliquid, ac leue sit id, quòd agunt, dum idolis spontè sacra faciunt. Atqui æquum erat, Græci, vt magistrum vestrum Homerum audiretis, qui hominum interitu latari, pium esse negat. Vobis autem, Iudæi, Moses irà iubet: Si videris iumentum inimici tui cecidisse, & sub onere iacere, nè præterieris: sed ipsum excitato. Aequum item erat, vos Salomonem audire, qui, Si ceciderit, inquit, inimicus tuus, nè gaudeas, & calamitate ipsius nè extollaris. Ego enim magistrum meum audiens, mori malo, quam ab eius præceptis discedere. Et rotis viribus enitor, nè recedam ab ijs, quæ primum didici, deindè etiam docui. Quid est igitur, cur nos crudeliter irrideant Iudæi? Quauis, vt ipsi dicunt, hostes eorum essemus, homi-

V V V 4



homines tamen sumus. Præterea iniuria affecti aiunt, nobis esse liberè loquendi facultatem. Sed quos affecimus iniuria? Quos occidimus? Quos persecuti sumus? Quos coegimus, vt adorarent idola? Putant ne similia esse peccata sua peccatis eorum, qui nunc humano terrore adducti præuancantur? Atqui tantum differunt, quantum interest inter illa, quæ vi, & quæ voluntate aguntur. Quis enim cogit Iudeos, vt sacra facerent Beelphegor? vt comederent sacrificia mortuorum? vt scortarentur cum filiabus alienigenarum? vt comburerent filios & filias suas idolis? vt murmurarent aduersus Deum? vt maledicerent Mosi? vt in benè de se meritis essent ingrati? vt corde in Aegyptum reuerterentur? vt cum Moses ad legem accipiendam ascendisset, diceret Aaron: Fac nobis deos, & vitulum adorarent? Vt cætera taceam, quæ perpetrarunt. Vos enim possunt decipere: Sed legant vobis Exodum, & librum Iudicum, legant libros Regum, & reliquos omnes, in quibus coarguuntur. Obijciunt nobis, quosdam non vi coactos, sed viro quæsitos, ad immolandum accessisse. Et vos propter paucos desertores, cunctos Christianos reprehendendos & damnandos esse iudicatis? Considerate vitam presentem areæ esse similem. Vt maior aceruus est, palearum, an triticis? Cum venerit agricola, vt ventilabro aream expurget, palea, quæ leuis est, facile vento sublata reijcietur: Triticum autem ibidem manebit. Præterea fagenam in mare missam considerate. Num omnia, quæ colligit, bona sunt? Nequaquam. Sic etiam se habet vitæ presentis status. Quomodo igitur vultis, vt hæc patiamur? vt fontes, an vt innocentes? Si vt fontes, qui fieri poterit, vt vos, qui factis ipsi fontes esse deprehendimini, non eadem patiamini? Sin vt innocentes, ecquam vos, cum iusti patiantur, spem habebis? Nam si iustus vix seruatur, impius & peccator ubi apparebit? Mundo enim iudicium adest. Cuius quidem signa sunt manifesta.

Ego quidem cum peregrè proficiscens, vniuersam Iudæam lustrassem, Iordanemque fluitum traiecissem, spectabam regionem illam, quæ ad hoc vsque tempus diuinam in se indignationem testatur, propter peccata, quæ incolæ ipsius admiserunt, dum hospites vel occidunt, vel eiiciunt, vel eis vim adferunt. Cernebam fumum ex illa adhuc ascendente, & agros incendijs in cinerem redactos, omnium fructuum atque humoris expertes. Cernebam & mare mortuum, & aquam immutatam, & diuina formidine extra naturales terminos egredientem, quæ nec animalia potest alere, & si quid iniiciatur, fursum reijcit, nec hominis corpus apud se valet retinere. Hominem enim recusat admittere, ne propter hominem rursum puniatur. Hæc ego commemoro, quæ procul absunt. Vos Decapolim, Lydiæ regionem, igne combustam videtis ad impiorum exemplum vsque in presentem diem: Aetnæ item incendium, & Siciliæ, atque Lyciæ, & infularum. Quod si hæc quoque videntur vobis abesse longius, cogitate vsum aquæ calidæ, ex terra scaturientis. Vnde enim, nisi ex igne, in intimis terræ partibus sito, contrahit caliditatem? Ad hæc memoriæ proditum est, aliquas orbis partes tum igne vastatas esse, tum etiam aqua, vel tempore Deucalionis, vt vos dicitis, vel Noë tempore, vt nos asserimus. Quamobrem ex rebus singularibus possunt vniuersa cognosci. Itaque testamur vobis & denunciamus, iudicium per ignem à Deo per Verbum ipsius Iesum Christum factum iri. Et idcirco deos vestros, & statuas aureas nolumus adorare.

Hæc & alia multa cum sine vlla interpellatione Pionius loqueretur, attentè atque incredibili silentio tum ab Aedituo, eiusque satellitibus, tum ab vniuerso populo audiebatur. Verùm cum verba illa Pionius repeteret: Deos vestros, aureamque statuam nolumus adorare, duxerunt eos in medium sub dio. Circumsteterunt autem quidam homines forenses, vna cum Polemone orantes atque dicentes: Nobis obtemperat, Pionius, moremque gere, qui te diligimus, vitæque dignum ducimus propter morum probitatem, atque modestiam tuam. Dulce & iucundum est viuere, & lucem intueri. Ego quoque, Pionius inquit, vitam amabilem puto: sed illud longè est amabilius, quod optamus nos Christiani. Lucem hanc iucundam ac dulcem existimo: sed illam multo iucundiorè & dulciorem, quæ vera est lux, quam nos cupimus contemplari. Hæc quidem omnia sunt pulchra, neque nos damnamus, odioue prosequimur opera Dei. Sed alia sunt longè pulchriora ac præstantiora, quæ his anteponimus. Circunforaneus autem quidam, nomine Alexander, homo improbus ait: Audi nos, Pioni. Cui Pionius: Tu, inquit, potius audi me. Quæ enim tu scis, sunt mihi cognita: quæ autem ego scio, eorum tu esignarus. Volebat autem eum Alexander irridere. Itaque cum ironia: Quid

Quid sibi volunt, inquit, ista catenæ? Cui Pionius respondit: Nè per urbem vestram iter faciètes, existimemus ad immolandum idolis, aut ad edendum ea, quæ sint illis immolata, proficisci: atque aded, vt intelligatis, nos ne interrogari quidem velle, sed de creuisse non in forum, sed rectè in carcerem ire: & nè per vim nos comprehensos vt relinquo, trahatis: sed cum vincula gestemus, dimittatis. Forsasè enim nos vinculis illigatos, ad idola vestra non introduceris. Sic cum Alexander illudebat. Cumque rursum illi multis verbis Ponium hortarentur, atque ipse sibi ita decretum & statutum esse responderet, eosque reprehenderet, & de ijs, quæ sunt euentura, dissereret, Alexander: Quid multis, inquit, opus est verbis, cum viuere nequeatis?

Sed cum populus veller in theatro conuentum fieri, vt plura illic audiret, quidam Ducis studiosi ad Polemonem aedituum accedentes, ei persuaserunt, nè sineret in theatro populum conuenire, nè tumultus fieret, & panis flagitaretur. Quibus auditis, Polemo: Si non vis, inquit, Pioni, sacrificare, saltem in templum ingredi. Pionius autem: Idolis, inquit, non expedit, vt illuc ingrediamur. Polemo verò: Persuade, inquit, hoc nobis Pioni. At ille, Vtinam, inquit, possem vobis persuadere, vt fieretis Christiani. Tunc illi risu soluto dixerunt: Tu verò nè id feceris, nè vini comburamur. Grauius, atque acerbis est, inquit Pionius, post mortem igne comburi sempiterno. Arridenteque Sabina, Aedituus & satellites eius dixerunt: Rides? Ità Deo placet, inquit illa: Christiani enim sumus: & qui fide sunt in Christum firma atque constanti, risu ridebunt perpetuo. Tu, inquit illi, quod non vis, patieris. Quæ enim dijs nolunt sacrificare, in prostibulum conijciuntur. At illa: Sancto, inquit, Deo id erit curæ.

Ponium rursus Polemo sic allocutus est: Obtempera nobis, Pioni. Respondit Pionius: Iussisti, vt vel obtemperarem, vel plecterer. Non obtempero, iube igitur plecti. Tunc Aedituus Polemo: Sacrifica, inquit, Pioni. At ille: Christianus sum. Quem, inquit Polemo, deum colis? Respondit Pionius: Deum illum omnipotentem, qui fecit celum & terram, & omnia, quæ celo & terra continentur, atque omnes nos: qui nobis abundè suppeditat omnia, quem per Verbum ipsius Christum, cognitum habemus. Sacrifica igitur, inquit Polemo, saltem Imperatori Ego, inquit Pionius, homini non sacrifico: Christianus enim sum. Deinde, cuncta scribente notario: Quod, inquit, est tibi nomen? At ille respondit: Pionius. Tum Polemo: Christianus, inquit, es? Respondit: Sum profectò. Cuius, inquit Polemo, es Ecclesiæ? Respondit Pionius: Catholice: Nulla enim est alia apud Christum. Tum ad Sabinam accessit. Monuerat autem illam Pionius, à se fuisse Theodotam appellatam, nè ex nomine in manus impiæ cuius iam domina: suæ rursum incideret, quæ imperante Gordiano, cum veller Sabinam à fide abducere, eam vincula in montibus relegauit, ubi clam victui necessaria ei à fratribus subministrabantur. Post autem studiosè curatum fuit, vt à domina seruitute & à vinculis liberaretur. Plurimum autem cum Pionio versabatur. Quæ etiam in hac persecutione capta fuit. Dixit igitur huic quoque Polemo: Quo nomine vocaris? Ea que respondente, Theodora: subiecit illi, Christiana es? Næ, inquit, Christiana sum. Cuius Ecclesiæ? inquit Polemo. Sabina respondit: Catholice. Tunc ait Polemo: Ecquem colis & veneraris? Deum, inquit illa, omnipotentem, qui fecit celum & terram, & omnes nos, quem nouimus per Verbum ipsius Iesum Christum. Mox Asclepiadem interrogauit: Quomodo, inquit, appellaris? Asclepiades, inquit ille. Tum Polemo: Christianus es? Respondit: Sum. Quem, inquit Polemo, veneraris? Eoque respondente, Christum Iesum: ait Polemo, Est ne alius? Minime verò, inquit Asclepiades, sed idem ille, quem hi dixerunt. His dictis, in carcerem ducti sunt, tam ingenti multitudine consequente, vt forum impleretur. Et dicebant quidam de Pionio: Quomodo qui semper erat pallidus, nunc est facie ignea ac rubicunda?

Cum autem ipsum Sabina vestimento propter multitudinis impetum teneret, qui eam deridentes, dicebant: Quam veretur, nè ab eius verbis depellatur? Vnus autem quidam clamauit: Si nolunt, inquiens, parere, supplicio afficiantur. Cui Polemo respondit: Nobis non præcedunt fasces, neque secures, vt hanc habeamus potestatem. Alius dicebat: Ecce homunculum subducit ad immolandum. Innebat autem Asclepiadem, qui nobiscum erat. Pionius dixit: Tu mentiris: neque enim id facit. Alij dicebant: Hic & ille dijs immolant. Pionius autem: Pro suo quisque, inquit, agit arbitrio. Quid igitur ad me? Ego Pionius vocor. Dicebant alij: Quid prodest huic doctrina sua, cum

Pionius gratias  
uiter respōdit  
Alexander  
dro homini  
nequam.

Sabinæ vi  
rile peccus.

Pionij viri.  
lis vox.

Vna Catho  
lica Eccle  
sia.

Præclarè Sa  
binæ voces.

Irridentur  
sancti.

cum ita se habeat? Hanc, inquit Pionius, vos doctri-  
nam didicistis, per quam & famem, & cedes, & alias calamitates experti estis. At ipse quoque fame, quida respodit, nobiscum laborasti. Sanè, Pionius inquit: sed tamen cum spe, quam in Deo positam habeo. Hęc illo dicente, sic à turba vexati sunt, vt parum abfuerit quin opprimerentur.

Mittuntur  
in interiorē  
carcerem.

In carcerem igitur coniecti, & custodibus traditi sunt. Ingressi autem, Catholicę Ec-  
clesię presbyterum, nomine Linum, & mulierem ex vico Carina, nomine Macedoni-  
am, & ex heresi Phrygum quendam, nomine Eutylianum, illic inclusos offenderunt.  
Cum igitur essent eodem in loco, custodes animaduertentes, ea quę à fidelibus affer-  
bantur, à Pionio non accipi. Dicebat enim: Si, cum pluribus egeremus, nemini graues  
eramur, quanto minùs accipere nunc debemus? Custodes igitur, qui ab iniuentibus  
munera solebant accipere, eos in interiorē carceris partem coniecerunt, nè possent  
vllum solatium aut cōsolationem accipere. At illi Deum collaudantes acquieuerunt,  
& quę dari solita erant, ipsis prębuerunt: ad eò vt carceris Pręfectus admiraretur, & pri-  
stinum eos in locum vellet reducere. Ipsi verò manserunt, dicentes: Gloria Domino:  
hoc enim nobis prosperè successit. Possumus nanque liberè philosophari, & precibus  
incumbere nocte & die. Multi tamen ex gentibus eos etiam in carcere visebant, & co-  
nabantur illos à proposito dimouere, sed eorum responsa admirabantur. Introibant eti-  
am illi, qui per vim tracti fuerant, & magnum stertum excitabāt: ad eò vt in lectu & squa-  
lore singulis horis versarentur, pręsertim propter illos, quorum vitę institutio proba-  
erat atque honesta.

Apoc. 12.  
Psalm. 79.

Itaque Pionius iugebat: Nouo, inquiens, afficior supplicij genere. Membratim con-  
citor, dum video margaritas Ecclesię à porcis conculcari, & cęli stellas à cauda draco-  
nis in terram detrahi. Vineam, quam dextera Dei plantauit, à filio porci syluestris vasta-  
tam vindemiant omnes, qui prętergrediuntur viam. Filioli mei, quos iterum parturio,  
donèc formetur Christus in vobis: Alumni mei delicati ambulauerunt vias asperas at-  
que difficiles. Nunc impij seniores insidias Susannę terenderunt. Nunc delicatam at-  
que formosam retegunt, vt eius pulchritudine impleantur, & falsum in illam testimoni-  
um ferant. Nunc Aman insultat: Esther autem atq; vniuersa ciuitas perturbatur. Nunc  
non panis fames, nec aquę sitis: sed audiendi verbi Domini fames ac sitis premit. An  
omnino dormitauerunt omnes virgines, & dormierunt? Impletum est illud: Si filius ho-  
minis venerit, inueniet ne fidem in terra? Quid, quod vnusquisque, vt audio, prodi-  
timum suum? vt illud impleatur: Tradet frater fratrem in mortem. Profectò quęsunt nos  
fatanas, quos cribraret vt triticum. Ignitum porrò ventilabrum est in manu Dei verbi,  
vt purget aream. Forras dè infatuatum est sal, & eiectum est foras, & conculcatur ab ho-  
minibus. Nemo tamen, filioli, Dominum debilitatum existimet, sed nos. Num infirmata  
est, inquit, manus mea, quò minùs apprehendat? aut auris effecta granis, vt non audiat?  
Peccata vestra diuiserunt inter vos & Deum vestrum. Peccauimus enim quidam etiam  
contemnentis. Iniquè egimus nos, vicissim mordentes & accusantes. Mutuò consum-  
pti sumus. Oportebat autem, vt Scribas & Phariseos iustitia vinceremus.

Galat. 4.

Dan. 13.

Esth. 3. 4.

Amos 8.

Math. 25.

Luc. 13.

Math. 10.

Luc. 22.

Esa. 50. 59.

Quid, quod Iudei quosdam vestrum, vt audio, in Synagogas suas vocant? Quamob-  
rem caute, nè maiore atque voluntario scelere vos obstringatis: & nè quis ex vobis  
peccatum, quod non remittitur, in Spiritum Sanctum admittat: & nè vos quoque si-  
mul cum illis, sitis principes Sodomorum & populus Gomorrhę: quorum manus san-  
guine sunt plenę. Nos neque Prophetas occidimus, neque prodidimus Christum, aut  
in crucē egimus: Quid multis moror? Memoria repetite ea, quę audiulistis: quandoqui-  
dem non ignoratis, Iudeos affirmare, Christum fuisse purum hominē, & tanquam mor-  
talem occidisse. Dicant igitur nobis: Si simplex homo mortalis fuit, quomodo mundus  
vniuersus discipulorum eius multitudine repletus sit. Cur eius discipuli, & postea tam  
multi pro nomine ipsius mortem oppetierint. Quomodo simplicis hominis mortalis  
nomine tot annis demonia eiecta sint, & eiciantur, & eicienda sint: & alię multę res  
admirandę in Ecclesia Catholica fiant. Nesciunt autē eum ita fuisse mortalem, vt pro-  
pria voluntate animam egerit. Dicunt pręterea Christum necromantiam exercuisse, ei-  
usque vi post crucem fuisse suscitatum. Quę scriptura vel ipsorum, vel nostra de Christo  
talia cōmemorat? Aut quis homo iustus vnquam hęc dixit? Nōne qui nugę eiusmodi  
confingunt, sunt homines flagitiosi? Quod cum ita sit, cur sceleratis potius hominibus,  
quàm probis & iustis, fides habetur?

Esa. 1.

Quid, quod Iudei quosdam vestrum, vt audio, in Synagogas suas vocant? Quamob-  
rem caute, nè maiore atque voluntario scelere vos obstringatis: & nè quis ex vobis  
peccatum, quod non remittitur, in Spiritum Sanctum admittat: & nè vos quoque si-  
mul cum illis, sitis principes Sodomorum & populus Gomorrhę: quorum manus san-  
guine sunt plenę. Nos neque Prophetas occidimus, neque prodidimus Christum, aut  
in crucē egimus: Quid multis moror? Memoria repetite ea, quę audiulistis: quandoqui-  
dem non ignoratis, Iudeos affirmare, Christum fuisse purum hominē, & tanquam mor-  
talem occidisse. Dicant igitur nobis: Si simplex homo mortalis fuit, quomodo mundus  
vniuersus discipulorum eius multitudine repletus sit. Cur eius discipuli, & postea tam  
multi pro nomine ipsius mortem oppetierint. Quomodo simplicis hominis mortalis  
nomine tot annis demonia eiecta sint, & eiciantur, & eicienda sint: & alię multę res  
admirandę in Ecclesia Catholica fiant. Nesciunt autē eum ita fuisse mortalem, vt pro-  
pria voluntate animam egerit. Dicunt pręterea Christum necromantiam exercuisse, ei-  
usque vi post crucem fuisse suscitatum. Quę scriptura vel ipsorum, vel nostra de Christo  
talia cōmemorat? Aut quis homo iustus vnquam hęc dixit? Nōne qui nugę eiusmodi  
confingunt, sunt homines flagitiosi? Quod cum ita sit, cur sceleratis potius hominibus,  
quàm probis & iustis, fides habetur?

Ego

Ego quidem cum adhuc essem puer, signum hoc Iudeorum audiui. Memoria pro-  
ditum est, Saullem ad mulierem ventriloquam accessisse, vt ab ea responsum acciperet, 1. Reg. 28.  
quę fuisse vt sibi Samuelem Prophetam excitaret. Et vidit mulier virum reatum ascen-  
dentem, & pallio indutum. Et agnouit Saul illum esse Samuelem, & rogauit ea, quę vo-  
lunt. Quid igitur? Potuit ne ventriloqua illa mulier Samuelem excitare, an non? Si po-  
tuisse dicunt, iniustitiam, plusquam iustitiam valere consententur, & sunt execrandi. Sin-  
negant, ne Christus quidem id egit, quod isti fingunt. Huius autem argumenti vis est ei-  
usmodi. Quomodo potuit impius demon, qui in illius mulieris vetre loquebatur, san-  
cti Prophetę animam, in sinu Abrahę quiescentem, in hanc vitam reuocare? Quod  
enim inferius est, superioris imperio patet. Non igitur, vt isti suspicantur, Samuel fuit ab  
illa muliere pythomem habente in hanc vitam reuocatus. Sed ita sese res habet. Angeli  
desertores sequuntur eos, qui à Deo desiciunt: & omnibus maleficis, & magis, & pręsti-  
giatoribus, & vatribus inferiunt angeli diabolici. Idque mirum non est, cum ipse sata-  
nas (vt inquit Apostolus) transfiguret se in angelum lucis. Quamobrem & ministros ei-  
us speciem ministrorum iustitię suscipere est consentaneum. Alioqui quomodo Anti-  
christus Christi personam indueret? Non igitur Samuelem in hęc lucem reduxit mu-  
lier illa ventriloqua, sed tartarei demones Santuelis personam atque similitudinem in-  
duentes, sese mulieri ventriloquę, & Sauli, qui à Deo defecerat, conspicuos prębuerunt.  
Hoc autem indicat ipsa scriptura. Dicit enim ille, qui Samuelis formam gerebat: Et tu  
hodie mecum eris. Quomodo enim potest Saul Dei inimicus esse cum Samuele? Nōne  
potius cum impijs demonijs, quę ipsi obuiam venerāt, & quibus ipse seruebat, erat fu-  
rurus? Non igitur erat Samuel. Quod si fieri non potuit, vt sancti Prophetę anima tunc  
in hanc vitam reuocaretur, quomodo Iesum Christum, quem in cęlos ascendentem  
discipuli conspexerunt, & pro quo mori maluerunt, quàm ipsum negare, è terra hoc  
modo surrexisse audent affirmare? Quod si non potestis hęc illis persuadere, dicite ad-  
uersum illos: Nōne vobis, qui nulla necessitate adducti, scortati estis, & idola coluistis,  
nos meliores sumus? Et nolite illis assentiri, & animos despondere: sed respicite, fra-  
tres, & poenitentiam agite, & ad Christum, qui benignus est, vosque iterum suscipiet,  
confugite.

2. Cor. 11.

1. Reg. 28.

Acto. 1.

Hęc ille cum dixisset, & rogaret eos, vt è carcere egredierentur, aditus Polemo, &  
Theophilus magister equitum cum satellitibus, & multa turba superuenerunt, atque  
dixerunt: Ecce Euctemon Pręsul vester immolauit. Vos item obtemperate. Interroga-  
bunt vos in templo Lepidus & Euctemon. Respondit Pionius: Eos, qui in carcerem  
coniecti sunt, æquum est aduentum Proconsulis expectare. Quid vobis partes ipsius ar-  
rogatis? Cum autem multa dixissent, discesserunt. Sed rursus cum satellitibus & turba  
reuerfi sunt. Et Hipparchus cum dolo: Proconsul, inquit, misit, vt Ephesum abducamini.  
Veniat, respondit Pionius, ille qui missus est, & accipiat nos. Atqui Princeps, inquit Ma-  
gister equitum, dignus est, cui fides habeatur. Ego autem siue velis, siue nolis, Princeps  
sum. Et arripens illum, laqueumque collo ipsius iniiciens, eum ita premebat, vt prope-  
modum suffocaret. Tradidit igitur illum satellitibus, atque ita simul cum Sabina, & re-  
liquis socijs in forum ductus est. Cumque magna voce se Christianos esse testarentur,  
humique sese prosternerent, nè in idolorum templum inducerentur, sex ministri Pioni-  
um raperunt ita reluctantes, vt eius latera genibus comprimentes, manibusque ac  
pedibus cedentes, vix potuerint ipsum impellere. Sublatum igitur atque clamantem  
gestarunt, humique ante aram deposuerunt, vbi adhuc adstabat Euctemon, qui idolis sa-  
crificauerat.

Pionius pa-  
pmodum  
suffocatur à  
magistro  
equitum.

Et Lepidus: Cur, inquit, vos o Pioni, non immolatis? Respondit Pionius: Quia sumus  
Christiani. Lepidus subiecit: Quem Deum colitis? Eum, inquit Pionius, qui fecit cęlum,  
& terram, & mare, & quę in eis sunt omnia. Quis igitur, inquit Lepidus, fuit crucifixus?  
Is, respondit Pionius, quem Deus pater misit ad salutem mundi. Principes hęc valde  
clamantes, tiferunt, & Lepidus ipsum derestabatur. Clamabat autem Pionius: Picta-  
tem, inquiens, colite, iustitiam obseruate, affectionis similitudinem cognoscite, legibus  
vestris parēte. Nos puniendos censetis, quia non obtemperamus: & vositem à legum  
vestrarum pręscripto receditis. Iubent enim, non vt cogatis nos, sed vt puniatis. Tum  
Rufinus quidam inprimis excellens eloquentię fama: Desine, inquit, Pioni, inanem  
gloriam aucupari. Ille autem respondit: Ista est tua dicendi facultas? Isti tui sunt libri?  
Nōne

**Pionius** Ruffinus cogit obmutescere. Non ne hec ab Atheniensibus Socrates perpeffus est? Nunc omnes sunt imperfecti, & cessatores, & pigri, & tardi, atque ignavi. Socrates igitur, & Aristides, & Anaxarchus, & ceteri horum similes, sententia tua, inanis gloria studio ducebatur, quoniam & philosophiam, & iustitiam, & fortitudinem excolebant? Rufinus, his auditis, obicitur.

At quidam alius, qui mundi gloria prestantabat, & Lepidus: Noli, inquit, Pioni, vociferari. Respondit ille: Ignem accendite, & ingrediemur. Terentius autem quidam e turba, magna voce: Videtis, inquit, quomodo hic alijs quoque suadet, ut impij sint, nec dijs sacrificent? Tunc illis coronas imposuerunt, quas ipsi disceptas abiecerunt. At minister publicus idolis immolatum accepit: nec tamen ad quemquam ipsorum est ausus appropinquare: sed illud in omnium conspectu comedit. Verum cum illi rursum clamarent,

**Reducitur in carcerem.** Christiani sumus: non reperientes quid illis facerent, eos in carcerem reducerunt. Turba autem eos illudebat, ac verberebat. Et Sabinæ nescio quis dixit: Tu non potuisti in patria mori? Cui illa respondit: Quæ est patria mea? Ego sum Pionij soror. Terentius vero, qui tunc venationes curabat, ad Asclepiadem: Te, inquit, accusabo, ut bestijs damnatum in munere gladiatorio filij mei. Cui Asclepiades: Non ob id, inquit, me perterrefcies. Atque ita in carcerem ducti sunt. Ingressi autem Pionio quidam e satellitibus vehementer caput percussit, ac vulneravit. Atque ipse quidem patienti animo id tulit. Sed percussoris manus & latera sic inflammata sunt, & intumuerunt, ut respirare vix posset. Ingressi autem, Deum collaudabant, quod adversus inimicum & simulatorem Euctemonem fortes constantesque, permansissent, & psalmis ac precibus se confirmabant.

**Pionij caput vulneratur.** Post hec autem Proconsul Smyrnæ venit, & Pionius adductus in iudicium, martyrio coronatus est. Quemadmodum autem res transacta sit, commemorabimus. Ante Idus Martij Quintilianus Proconsul sedens pro tribunali, sic interrogavit: Quomodo vocaris? Respondit: Pionius. Proconsul ait: Dijs immolas? Respondit: Non. Proconsul: Quam, inquit, religionem aut sectam colis? Respondit: Catholicorum. Quorum, inquit, ille, Catholicorum? Respondit: Ecclesiæ catholice presbyter sum. Proconsul: Tu ne, inquit, es doctor ipsorum? Respondit: Docui sanè. Interrogavit: Cuius partis magister es? Respondit: Pietatis. Cuius, inquit, pietatis? Respondit: In Deum patrem, qui fecit omnia. Immola, inquit, Proconsul. Respondit: Nolo. Deum enim oportet adorare. Omnes, inquit, adoramus cælum, & deos qui sunt in cælo. Cur aëri preces fundis? Ipsi sacrificia. Respondit: Non aëri preces fundo, sed illi, à quo factus est aër, & cælum, & quæ in eis sunt omnia. Dic, inquit, Proconsul, quis fecit? Respondit: Non expedit dicere. Deus, inquit, Proconsul, omnino id est, Iuppiter, qui est in cælo: Rex enim est omnium deorum. Tacenti autem Pionio atque suspensio, dictum est: Immolas, an non? Respondit: Non. Et rursus, cum vngulis torqueretur, dictum est: Respice, cur insanis? Respondit: Non insanio, sed Deum viventem timeo. Proconsul: Ceteri, inquit, immolant, & viuunt, ac rectè sentiunt. Respondit: Non immolo. Proconsul: Te ipsum, inquit, collige, & consilium muta. Respondit: Non faciam. Dictum est illi: Cur ad mortem properas? Non ad mortem, inquit, propero, sed ad vitam. Quintilianus Proconsul: Nihil, inquit, eximium facis ad mortem festinans. Nam & qui nomen dant, ac describuntur, exigui lucelli gratia morte contempta, cum bestijs pugnant. Et tu ex eorum vnus es numero. Quando igitur ad mortem curris, viuis comburèris. Ex tabella autem hec verbis Romanis scripta sententia legebatur: Pionium se Christianum esse confitentem, viuum igni comburentem iudicauimus.

**Constantia Pionij.** Cum igitur fidei studio alacriter in stadium venisset, vtrò se vestimentis spoliavit. Deinde corporis sui castitatem ac decus agnosens, ingenti repletus est gaudio, & in cælum suspiciens, ac Deo, qui se talem conseruasset, gratias agens, super ligno seipsum extendit, militique tradidit, ut clauos iafigeret. Cumque iam confixus esset, ei rursus minister ait: Respice, atque sententiam muta, & auferet clauos. At ille respondit: Eos inesse sensi. Et cum paulisper cogitabundus mansisset: Idcirco, inquit, dormire festino, ut celerius surgam, significans e mortuis resurrectionem. Eum igitur ligno suffixum erexerunt. Deinde etiam Metrodorum quendam presbyterum ex secta Marcionistarum. Erat autem Pionius à dextris, & Metrodorus à sinistris collocatus: vterque tamen Orientem versus spectabat. Cumque materiam lignorumque cum mulus vndique congestus esset, & Pionius oculos clausisset, turba illum animam egisse suspicabatur: sed ipse secretò precabatur. Cumque precandi finem fecisset, oculos aperuit. Iamque flamma

**Torquetur Pionius.** sublimis ascendebat, cum hilari vultu postremum Amen pronuncians ac dicens: Domine, suscipe animam meam: tanquam eruclans, quiete, & sine dolore expirauit. & Patri, qui omnem sanguinem iniquè effusum, atque omnem animam iniuste damnatam se pollicitus est seruatorum, spiritum tradidit.

**Clavis affigitur ligno.** Tali dignus effectus est exitu beatus Pionius, qui vitam suam ab omni crimine ac reprehensione liberam integramque seruaui: atque animum suum in Deum omnipotentem, & mediatorem Dei atque hominum Iesum Christum, semper propensum & credulum habuit. Et magno in certamine victor existens, per angustam portam in amplum magnamque lumen peruenit. Ac corona quidem ipsius corpore etiam est comprobata. Etenim cum ignis extinguitus esset, nos qui presentes eramus, talem ipsum vidimus, qualem vigentis ornatique pugilis corpus existit. Siquidem & aures erant molles, & capilli in cute capitis inhererant, & barba, ut iuuenibus primùm pubescentibus, decore florebat, & facies eius gratia splendebat admirabili, ut & Christiani magis confirmarentur in fide, & qui erant à fide alieni, conscientie stimulis verberati conterritique discederent.

Hec acta sunt, Iulio Asiæ Proconsule, Proclo & Quintiliano magistratum gerentibus. Cōsule tertium Messio Quinto Traiano, & \* Deltio Grato secundum, Traiano Decio Augusto, ante 4. Idus Martias more Romanorum, Asiæ autem more, septimi mensis vndecimo, die sabbati, hora decima: ut nos autem loquimur, regnante Domino nostro Iesu Christo: Cui gloria in secula seculorum, Amen.

VITA S. PATRIS NOSTRI EPHRAEM SYRI, AVTHORE SIMEONE METAPHRASTE.



**E**phraem ille admirabilis, natus quidem fuit in Syria, in ciuitate Edessa, Christianis parentibus. Cum autem elegisset virtutem ab infantia, noxias ac damnosas æqualium consuetudines semper studebat cauere & vitare. Versabatur verò assidue potius in sacris libris scripturarum, & id quod in eas conferebat studiū, ocium & meditatio erat Ephraem quauis voluptate suauior, aded vt ipse quoque diceret conuenienter Propheta: Quam dulcia sunt gutturi meo eloquia tua? Hinc factū est, vt ab ineunte ætate ei virtus omnis coalesceret, & diligens studium tolerandorum laborum. Quid enim non ab eo rectè & perfectè gestum est? Non ieiunium? Non vigilia? Non humicubatio? Non benignitas? Non lenitas? Non nihil possideret? Non in tantis bonorum opibus etiam humilitas? Sed neque docendi fuit expertus charitatis: sed in hodiernum vsque diem nobiscum loquitur per suas orationes, admonet, adhortatur, consulit & disserit. Aquibus habemus, vt non solum recta fidei semita ingrediamur, sed etiam ad virtutem parandam excitemur.

Spes autem in Deum, & charitas in proximum, tantæ fuit curæ Ephraem, vt ille ipse flederet, e vita excedens: (vtendum est enim ipsius verbis): Nunquam in tota vita mea maledixi Domino. Non verbum insipiens per mea labra processit. In tota vita mea neminem sum execratus, & eum nullo omnino contendi ex fidelibus. Lachrymæ verò ei quoque perpetuè fluebant ex oculis, aded vt perennis fontis fluentum citius defecisset, quam illum instar imbris cadentes lachrymæ. Vnà autem cum lachrymis mittebantur etiam gemitus, ostendentes intus ardentem ignem compunctionis. Quod quidem apertius sciet aliquis, qui illius scripta legerit. Inueniet enim eum semper philosophatè in iudicio & secundo Christi aduentu, & terribile illud tribunal semper subicientem oculis, & illum diem imprimentem nostræ cogitationi, & se inducentem condemnatum, & desinentem valde miserabiliter.

Cum Ephraem semper versaretur in talibus visorum apprehensionibus, elongabat, vt ait Psalmista, fugiens, omnemque de ijs, quæ ad vitam hanc pertinent, tumultum, motumque & fluctum declinans. Cum habitaret autem in solitudine, locis verò loca mutaret, propter ædificationem & vtilitatem animarum, vt qui diuino moueretur spiritu, relinquit aliquando solitudinem iussu diuiniore, & feruenti desiderio venit in suam patriam.

**Reddit spiritum sine dolore.**

**Corpus intactum & admirabile.**

**for. \* Decio**

**1. FEBRUAR. vt habet Latina Martyrologia.**

**Psalm. 118.**

**Nota, ieiunium, vigilia, humicubatio, paupertas.**

**Gratia lachrymarum.**

**Gemitus & compunctio.**

**Psalm. 54.**

Venit Edeſſam ppter ſacras reliquias &c.

triam Edeſſam, vt qui ſimul veniſſet ad ſacras adorandas reliquias & loca ſancta, & ſi mul etiam, vt aliquem virum eruditum conueniret, vt cognitionis illinc fructum acciperet: quod etiam a Deo petit, ſic dicens: Ieſu Chriſte omnium Domine, concede vt ego Edeſſam ciuitatem ingrediens, in talem virum ſtatim incidam, qui ſit idoneus ad diſſerendum mecum de ijs, quæ ad animæ ædificationem pertineant & vtilitatem. Cùm ſic orâſſet, poſtquam fuit in ingreſſu ciuitatis, & portam eſt ingreſſus, erat cogitabundus, attentoq; & ſollicito animo, vt qui conſideraret, quemadmodum ad illum quidem virum accederet, quænam autem ex eo quæreret, & quamnam perciperet vtilitatem.

Cùm ſic autem incederet cogitabundus, ei ſtatim quædam occurrit mulier, eaque meretrix. Dei verò hoc erat omnino, qui myſticè & arcanè ſæpè per contraria diſpenſat contraria. Sacroſanctus itaque Ephræm cùm ſic præter ſpem incidiſſet in meretricem, conſtitit in eam deſixis intuentis oculis & quaſi emota mentis, triftisq; & apud ſe perturbato animo, quod non vt precatus fuerat, ſed contrarium potiùs eueniſſet eius, quod petierat. Illa autem cùm ſic eum vidiffet adſpicientem, in eum rursus oculos conijcit acerrimos. Poſtquam verò ſic diu ſe inuicem adſpexiſſent, volens eam pudore afficere, & ad verecundiam, quæ mulieribus conuenit, deducere magnus Ephræm, Quid verò, inquit, non erubefcis mulier, tam fixis oculis nos intuens? Illa autem, Sed me, inquit, conuenit te ſic adſpicere, ex te enim ſumpta ſum & tuo latere. Te verò non nos, ſed terram potiùs oportet adſpicere, ex qua ipſe rursus ſumptus es. Hæc cùm audiſſet Ephræm præter omnem expectationem, & mulieri confefſus eſt magnas ſe habere gratias propter eam, quam ab ipſa acceperat, vtilitatem, & Deo acriter emiſit ſtudio gratiarum actiones, qui per ea, quæ præter ſpem accidunt, ea ſæpè poteſt facere, quæ ipſam ſpem ſuperant.

Impudens ſcortum tenet ſanctum virum.

Cùm ergò dies aliquot trãſiſſent, & diuinus Ephræm moraretur Edeſſæ, mulier quædam meretrix, quæ in propinqua habitabat vicinia, ſit maligno inſtrumentum ad vitium, & per eam, ſicut priùs ipſam per ſerpentem, inſtum aggreditur Ephræm. Cùm itaque diuinus Ephræm cibum quendam coqueret, illa aperta fenestra, quæ erat in corte, impudenter deſpicit & planè meretriciè: & deinde eum ſanctum adſpexiſſet inuerecundè, Benedic, inquit, Abba. Ille verò cum eo, qui ipſum decebat, habitu, geſtu & ſermone: Dominus, inquit, tibi benedicat. Ipſa autem rursus eum vehementi & indecoro riſu: Sed quid, inquit, tuo cibo deeſt? Ille verò, Tres, inquit, lapides & parum lutij, vt hæc obſtruat fenestra. Illa nihil de ſua remittens impudentia, Quod te, inquit, priores appellauimus, hoc ne te effecit inſolentem? Ego, inquit, volo tecum dormire. Tunc autem hoc mihi ſtatim primò negâſti? Ad hæc, quomodò illa verbis ſatanicis, ita multò magis ipſe ſermonibus abundauit ſpiritualibus, & quales ipſum dicere, & eam oportebat audire. Si vis enim, inquit, nos ambos ſimul dormire, vbi tibi dixero, illic communiter iacebimus. Poſtquam verò illa ſermonem arripuit, & rogauit locum, vbi hoc fieri oporteret: Non in alio, inquit, loco tecum congregiar, niſi in medio ciuitatis. Sed non, inquit, pudore & rubore aperte afficiemur à videntibus hominibus, ſi ſic nos iacemus in medio? Capta eſt mulier, quæ voluit capere impatibilem animam & inexpugnabilem, vt quæ ne hoc quidem potuerit cognoſcere, quod dicit Salomon: Oculi Domini altiſſimi, ſunt innumerabilibus partibus ſole ſplendidiore, qui intuentur omnes vias hominum.

Ecc. 23.

Meretrix reſpiciat.

Cùm ſtatim itaque, veluti anſam, verbum apprehendiſſet vir præclarus, contra intulit: Si ergò hominum iudicâſti oculos ſatis eſſe ad pudore afficiendam animam, & à mala actione abducendam: Dei oculos, qui omnia intuentur, tam quæ clam, quam quæ aperte fiunt, non multò magis reueremur & extimeſcemus, & à re mala abſtinebimus: qui ſemper nobiſcum habitantem in nobis excitat conſcientiam, & ex ea nobis referat tormenta, quæ ſinem non accipiunt? Hęc ſuffecerunt non ſolum ad meretrici perſuadendum, vt abſtineret ab improba in eum libidine: ſed vt priorum etiam eam malorum poeniteret, & adferret mutationem totius vitæ & ſententiæ. Statim itaque accedens & humi prociſus, & ſacros illius pedes tangens, petijt veniam à ratione alieniſſimæ cupiditatis, impudicæque & intemperantis propenſionis: & nè, cùm veram & germanam attuliſſet poenitentiam, à via, quæ fert ad ſalutem, aberraret, eum ducem & magiſtrum voluit accipere. Ille autem (Quomodò enim, cùm eſſet ille Ephræm, non erat talibus pariturus petitionibus, & ea quæ par erat admoniturus?) nè rursus ambularet, vt

vt cum diuino dicam Hieremia, poſt cogitationes cordis ſui mali, neq; contemneret, ita vt vias priores repeteret, præcipit egregiè, eamque in mulierum includit monaſterio, quæ virtutis curam gerebant: & tandem cùm eam, quæ à via recta illum volebat abducere, ipſe à via mala potiùs conuertiffet, iuſtitie fructum habuit illam conuerſionem. Sic diuinus Ephræm cùm in duas incidiffet meretrices, huic quidem profuit, ipſe autem ex altera accepit vtilitatem: aut, vt verius dicam, ex vtraque, & vtrunque præter ſpem omnem, vt potè quod diuinum auxilium in vtriſque concurrerit.

Hier. 7. 16. Ephræm eam includit in monaſterio.

Hinc ad eam, quæ eſt in Cappadocia, Cæſaream deductus à gratia, quæ ex alto eum ducebat, magnum vidit Baſilium, os eccleſiæ, fontem dogmatum. Quem cùm vidiffet Ephræm, coepit eum multis honorare laudibus. Perſpicaci enim animi oculo videt quandam columbam (erat autem illius forma radijs ſolis ſimilis) præclaram præclare eius humero inſidere, & in aurem loqui cum Baſilio: & illum rursus ea, quæ ab ipſa veluti diſtabantur, referre populo. A qua veneranda columba cùm didiciſſet de Ephræm, & quiſnam eſſet cognouit, & quam de cauſa veniſſet. Quocirca & ſe inuicem ſermone impertiunt, & fruuntur alter alterius bonis. Sed reuertendum eſt rursus ad diuinum Ephræm, & ſolæ illius res ſunt purè narranda, quemadmodum nullam admittebat cogitationem, quæ non ei conferret ad virtutis operationem, & quemadmodum abundè eierat à Deo datum talentum doctrinæ: quod quidem ille ſemper præcipuè ſtudebat augere ad menſas animarum.

Venit ad M. Baſiliũ.

Viſio.

Ipſe autem hoc ſignificat, dicens, quod cùm adhuc eſſet puer, & nondum ad ephrebi perueniſſet ætatem, viderit quandam vitem, per multis botris plenam, è lingua ſua enatam, in magnam fuiſſe ſublata altitudinem, & vniuerſæ terræ occupâſſe ſuperficiem. Et omnes quidem ei inſidebant volucres, & circunvolabant, & botros paſcebant. Vitis verò, quo magis eius botri carpebantur, & quo liberaliùs & ſplendidiùs aues accipiebat, eo maiori fructu ſcætebat, fructumque multum producebat & copioſum. Et hoc quidem ipſe dicit de ſeipſo. Illud autem hoc quoque alij Ephræm ſuo tribuunt teſtimonio, ex ijs, qui digni ſunt habiti, qui hæc viderent. Dicunt ſe aliquando vidiffet angelorum multitudinem è ſuperis deſcendentem, librumque intrinſecus & extrinſecus ſcriptum habentem in manu. Apud ſe verò conſiderabat illa, quæ apparuerat, viſio, quiſnam eſſetis, cui liber traderetur: & cùm alij quidem hunc, alij verò illum, & alij alium proponerent, quotquot ſcilicet tunc vitam piam exercebant & honeſtam, eandem cùm omnes conueniſſent in Ephræm, ei committitur liber à ſacra multitudine. Experreſtus ergò is, qui viderat viſionem, timore affectus, venit in eccleſiam: & cùm in ea inueniſſet Ephræm, doctrinis quam optimis & vel ipſo melle ſua uioribus paſcentem eos, qui aderant, ſomnium ea ratione conijcit. Et ille quidè Deo egit gratias: ab illo autem tempore tam copioſè & tam vehementer Ephræm fluxerunt fluentia orationis, & eum tanta & tam perpetua obruebat vis cogitatorum, vt nec ſatis quidem poſſet eius lingua ſeruire celeritari eorum, quæ cogitârat, & ſi eius erat tantus in dicendo fluxus, & tam promptè enunciabat id, quod mente conceperat, vt nõ minùs celeriter ſermone explicaret, quam alij cogitarent. Quam obrem dicitur is Deo aliquando dixiſſe: Remitte, o Domine, vndas tuæ gratiæ. Abyſſus enim doctrinæ, quæ linguam inundabat, non ſinebat eum ampliùs continere, cùm ad dicendum minimè ſeruirent inſtrumenta.

Viſio Ephræm ad huc pueri.

Viſio aliorum de illo.

Eius maxima dicendi copia.

Illius autem orationem nihil aliud interrumpēbat, niſi precatio: eam verò lachrymæ. Noctes verò, quæ ipſum aſſumebant vigilantem, luci diei rursus reddebant ſobrietatem: vt qui vereretur, ne princeps tenebrarum eum ſomno impeditum deprehenderet, & idèd vigilaret aduersus eius inſultus. Ei enim ſufficiebat ſomnus vel breuiſſimus, vt qui eum ſolum leuiter guſtaret, non vteretur autem ad ſatietaſtem: ſed tantum, quantum ſatis eſſet ad neceſſariò continendum corpus, quod multis intendebatur ſudoribus & laboribus. Vt enim ab eius oculis fugeret ſomnus, faciebant quidem multa etiam alia: maximè autem humicubatio, vitæ aſteritas, illaque varia & multiplex corporis conſumptio & afflictio. Nihil verò poſſidendi tantæ ſunt ab eo collectæ diuitiæ, vt ad id aſſumatur oris eius teſtimonium, & verba, quæ ab eo dicta ſunt in extremo eius ſpiritu, quibus nihil eſt fide dignius aut verius. Sic autem habent: Ephræm nunquam fuiſt erumena, non virga, neque aurum, nec argentum. Sed nec in terra vllam habui poſſeſſionem. Bonum enim regem audiui, inquit, in ſuis Euangelijs præcipientem diſcipulis: Nihil in terra poſſederitis. Quocirca nec affectione quidem tale quid habuit.

Catalogus virtutum ſancti patris.

Orationes, Lachrymæ, Vigiliæ.

Humicubationes, Corporis afflictiones.

Paupertas voluntaria.



habuit. Ità Magistro parebat in omnibus, & se verè præbuit imitatore primorum illius discipulorum.

**Humilitas.** In humilitate autem & cordis cōtritione & moderatione quis frequentius aut acrius aut perfectius est versatus? ad eò vt cinerem quidem tanquàm panem comederet, potum autem sietu misceret. Laudes verò valdè vitabat, & eos, qui eum laudabant, non solum non admittebat, sed eis etiam apertè succensebat, vt alius ijs, qui irrident & maledictis insequuntur: erubesceret autem & terram adspiceret, & vultus colorem aliàs alium mutaret: tenui autem sudore diffunderet, & omninò mutus maneret, pudore eius vocem veluti retinente. Porro autem hoc quoquè est proprium magnæ eius moderatiōnis. Cùm enim iam esset abiturus, hæc cum magna mandabat increpatione: Nè cantum cecineritis super Ephrem, nè eum laudaueritis, nè me preciosa veste indueritis, nè seorsum meo corpori sepulcrum feceritis: statui enim, Deo volente, habitare cum peregrinis. Peregrinus enim sum & advena, sicut omnes patres mei. Benignitatis autè, & benignitas in pauperes alendorum medicorum, & misericordiæ in pauperes tantam habebat rationem, & tantam illorum curam gerebat, vt quoniam ex se non habebat, quod eis impertiret: (Quomodò enim haberet, qui ipse quoquè laborabat inopia rerum necessariarum?) quod solum habebat, eo vt eatur ad eorum salutem: & cum linguæ sapientia & intelligentia multis diuitum & manū & viscera & horrea aperuisset, copiosè per ea suppeditabat egētib. Non solum enim poterat eius sermo mollire & demulcere animos, & mouere ad misericordiam: sed vel ipse ad spectus & morum moderatio. Sæpè autè vel ipsum solum respexisse, suffecit aliorum animis ad compunctionem. Et sunt hæc quidem huiusmodi, & quæ ad summum omnis virtutis sic venerunt.

**Zelus & labores pro fide.** Eius verò ex Deo zeli, & eorum, quos pro recta fide suscepit, sudorum sunt multa alia quoquè indicia. Quod autem nunc suggerit dicendum oratio, & ad quod fert deinceps consequentia narrationis, est omnium maximum & iucundissimum. Ità autem habet: Apollinaris, qui in altum quidem locutus est & mediratus magnam iniquitatem: omnia verò & facere & dicere didicit ad recta peruertenda dogmata: cum circa rectam fidem multa innouasset, & sicut engastrimythi, & qui è terra vocem edunt, vt rectè de ijs magno videtur Esaiæ, locutus esset, & ea duobus libris composuisset, credit cuidam mulieri, quæ illius animo dicebatur seruire & voluptatibus. Cùm hoc ergò didicisset Ephrem, & eam rem esse existimasset conuenientem sibi venationem, non leuem quidem illam, sed quæ opus haberet arte & sapientia, fuscipit personam vnus ex ijs, qui eadem quæ ille sentiebat, & accedit ad custodem librorum, partim quidem ei eulogias afferēs ex solitudine: partim autem se artificiosè insinuans in mulieris familiaritatem, vt quæ morum magistri cum eo haberet societatem. Cùm autem ei scena rectè se haberet & actus simulationis, & omninò iam sibi persuasisset mulier, eum planè esse discipulum Apollinaris, & eius, qui circa illum erat, chori impietatis, rogat mulierem, vt sibi dentur scripta magistri, vt possit, vt aiebat, cum hereticis (ità nos vocans, qui partem sequimur orthodoxam) facillè congredi. Illa verò callida hac arte & probabili inescata ratione, ei libros tradit, tantum dicens, vt ij sibi citò redderentur.

Hic autem magnus Iacob, cum hac ratione prophanum supplantasset Esau, & scelerata illius improbitatis primogenita fuissent ei credita, magno & forti animo virum execrandum aggreditur, & vt dicitur, vulpem pulchrè decipit. Vide enim mihi viri sapientis inuentum, & quemadmodum tam improbum & tam varium callidè fallit animum. Venire quidem ad disputandum & opponendum, & linguam eis immittere, quæ omnia facillè possit soluere & euertere, nõ erat ei admodum expeditum, sed id longo opus habebat tempore & labore. Cùm autem id facere non permitteret opportunitas, (Vgebatur enim mulier, libros vehementer repetens) conuertitur ad quandam aliam machinationem, quæ cum celeritate magnam habebat vim & efficaciam. Nam cum libros explicasset, & foliorum vnumquodq; diuisisset, & ichthyocolla satis vniuersum illiuisset, & deinde cum altero complicasset, & eadè manu constringisset & compressisset, ad eò vt mutua inter se coniunctione omnia vnum fierent, & neutrum possit ab altero diuelli aut quomodocunquè abrumpi, eos reddit mulieri. Illa verò eos recipit, nihil querens amplius, neque eos explicans, satis habens, quòd rectè se haberent extrinsecus. Aliquo ergò tempore sic libros apud se tenuit.

Deinde vocatur quidem ab orthodoxis Apollinaris: hoc autem suggererat propter Christi.

Christum acutissima & ingeniosissima Ephrem anima: sciebat enim, quid fecisset in illos impios & execrandos libros. Vocatur ergò Apollinaris, vt cum egrégio verbi defensore disputaturus. Ille autem iam & senectute & senectutis malis defessus, recusauit quidem ipse differere: statim verò ad suos libros adspexit, & eos ad se deferri præcipit. Ipsi enim mihi, inquit, subministrabunt, quæcunque os orationi. Cùm ex libris itaque cepisset alterum, ille quidem cum explicare statim in principio operis cum magna quadam grauitate conabatur. Cùm ille autem omninò non obediret, neque ex folijs aliam grauitate conabatur, sed sibi potius cohererent, vt qui tanquàm vnum corpus euasissent, transtulit ad eius medium. Cùm verò illic quoquè esset spe falsus, eo libro relicto, transtulit ad alterum. Vbi autem ille quoquè se haberet similiter, & ipse à se non posset diuidi, nec fieri omninò posset, vt diuelleretur: ad magnam redactus inopiam, præ pudore & animi aggritudine caligans, & vertigine laborans, & eo casu veluti euersus, exiit è confesso, vt qui se non posset amplius continere: & tandem malè perit, fructum suorum laborum & librorum mortem colligens. Talis pro Christo fuit zelus Ephrem, & sic omnis virtus plantata fuerat in illius anima, ad eò vt quis eam meritò vocauerit fontem, qui scatet omne genus fluentis: aut pratum, quod sibi placet propter varios flores & rosas: aut etiam aliud cælum in terra, quod astrorum multitudine vndiquè variatur: & si velis, audis etiam paradysum, veluti illius Eden, qui est semper florens & lætus, & nunquàm marcescit, sed arboribus fertilibus & quæ nunquàm intereunt, semper floret & germinat: solus autem serpens eum non potest attingere, nec ei patet aditus, qui est malus & inuidus, & nostræ salutis insidiatur.

Sed iam mihi tendit ad finem de Ephrem narratio. Quocirca aliquid ex ijs, quæ circa mortem illius fuerunt, necesse est persequi, & quod sufficit ad ostendendam illius gratiæ abundantiam. Nam iam quidem erat decessurus: postremò autem præcepit ijs, qui aderant, nè in preciosa veste eum sepelirent, sicut prius declarauimus. Si quis verò, inquit, cum patrem anget, talem nobis vestem præparauit, ille eam, quæ constituta est ad sepulturam, det egentibus. Et ille quidem hæc mandabat ijs, qui circumfluebant. Vnus autem ex eis, qui erat illustrior & vehementior, cum preciosam & sumptuosam vestem parasset, qua post mortem corpus illius tegeret, & deinde audisset mandatum, agrè tulit, vt qui à suo excidisset proposito: & ideò differebat eam quoq; dare pauperibus, melius esse iudicans tantum auri illis pendere, quanti vestis æstimaretur: ignorans se multo magis gratificaturum esse Ephrem, si dederit pauperi, quàm si propriam voluntatem sequatur & iudicium.

Cùm sic itaque affectus constituisset, inobedienciæ protinus luit poenas, à malo arreptus demone, & cogitationis solum, non actionis, pendens supplicium. Quamobrem ad sancti lectum se proripit, in medio omnium videntium torquens manus, inuertens oculos, spumam ex ore expuens, & planè faciens omnia, quæ faciunt ij, qui furore exagitantur: à diuina prouidentia ei traditus ad disciplinam, cui parens, patrium contempsit mandatum. Quid ergò? qui occulta peruidebat, & diuino spiritu loquebatur, ille intellexit morbum esse fructum peccati: &, Quid à te, inquit, o homo, factum est quod non oporteat, quod te in tantum protrusit periculum? Ille autem cum respiciisset ab instantia, pronunciat iniquitatem, aperit inobedienciam, arguit cogitationum suarum imbecillitatem. Cuius morbi diuinus Ephrem misertus, cum accepisset confessionem, sola precatione & manuum impositione liberat à demone, iubens vt impleteret promissum, sicut ei mandauerat. Cùm sic ergò sanctus Ephrem, in fine vitæ, superiores actiones tanto ob signasset miraculo, eos autem qui aderant admonuisset, eisque consuluisset & præcepta dedisset, & eos ad operationem virtutis satis excitasset, transtulit ad ea, quæ sunt illic, tabernacula, & splendorem, qui eos qui

tales sunt, excipit: in Christo Iesu Domino nostro, cui honor, gloria & potentia, cum patre & sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Habetur in libris eius Græcè con- scriptis, nūc primum Latinis cogni- tum, 3. To- mo Aloyfij.

TESTAMENTVM SANCTI ET DIVINO AFFLATI SPIRITV PATRIS NOSTRI EPHRAEM

Syri, Iulio Clemente Canonico Seculari congregationis sancti

Georgij in Alga, Interprete.



GO Ephrem morior, notum igitur vobis sit omnibus, o viri Edeffe- ni. Testamentum enim vobis relinquo, monumenti symbolum do- ctrinæ veritatis, ex ea, quæ mihi gratia & dono impartita fuit, ut in orationibus meâ memoriam faciatis, scientes & cognoscentes me.

Hei mihi, quod laquei mortis præuenierunt me. Hei mihi, meæ vi- tæ dies defecerunt me, & vestimentum corporis mei præcisum est, & tela perfecta est, & omnino ablata. Defecit oleum terrestris lucerna, & piratæ scaphæ propè facti sunt. Mercenarius enim cum essem, meos impleui annos, & incola, cum meum perfecerim tēpus, ab eo. Circumdederunt me vtrinque populares, quæ fuerunt inquisitores, & subiecere ceruicem meâ graui supplicio, tãquam homines malefici.

Quid igitur plorem? At nō est, qui attendat. Clamem? At vbi est, qui me exaudiat? Hei mihi ab expectatione increpatis iudicij, cum adstitero ante tribunal formidabile Do- mini, ibique dijudicabunt me vtrinque circumfidentes, qui nouerunt me. Verè enim ibi est horrenda confusio. Væ autem erubescenti. Domine Iesu Christe, nē intres in iudici- um cum seruo tuo, & nē des alteri iudicium meum, sed ante gloriosum tribunal tuum fac ut dignè adstare queam. Quem enim Dominus iudicat, misericordia dignus existi- matur. Cum audiuerim autem hoc à sapientibus, inquam, & prudētibus, Apostolis san- ctis, nempe quod quicumque regem viderit, quantum peccator extiterit, hic misericor- dia dignus existimatur. Væ autem mihi, fratres.

Osee 7.

Quid est, quod me coarctauit? Plorate, ululate propter contritionem meam. Appro- pinquauerunt enim custodiæ, ex spelunca eijcientes me in regionem, suscipientem ho- mines à seculo. Magniuocus prophetarum Osee valdè me terret. Obiurgans enim cla- mat, & dicit mihi: Canities dealbavit Ephrem, ipse aut ignorauit, neque reuersus est. Et rursus: Ephrem iuuenæa furore agitata, docta diligere victoriã. Et rursus: Ephrem tan- quam auis euolauit. Si quis dicat de Ephrem, qui fuit filius Ioseph, Prophetam hæc dice- re: at & ego idem sum. Quando enim Propheta hoc lamentabatur pacto, non distinxit Ephrem alterum ab altero. Dauid rursus vicissim admonet me, dicens: Ephrem robur capitis mei. Et rursus: Coram Ephrem, Benjamin, & Manasse. Non arrogãtia elatus hoc dico, neque ad me accedet. Nam testis mearum cogitationum est Dominus.

10. 9.

Et nunc volens, fratres mei, admonere vos, & firmiter stabilire, ut post transitum me- um assiduè in vestris orationibus meâ memoriam faciatis, accedentes nūc claudite mi- hi oculos, super eos manus vestras imponentes. Deficit enim me spiritus. Iam me defi- ciente, & ea quæ de me sunt, finē habent, & verus adest iam terminus. Per vestram enim vitam & meam ex lectulo hoc, in quo detentus sum, non descendam. Et ex omni parte languo, & non possum ferre, & doloribus sum confectus. Memoriam aut vobis omni- bus relinquam, & speculum immaculatam, in quo diligenter prorsus inspicientes, omneque studium adhibentes, semper hanc assimilantes diligenter curate.

Psal. 59. 79.

In tota autem vita mea nemini maledixi in vniuersum, & cum nemine ex notis con- tendi. Etenim cum apostatis omnibus docens & obiurgans omnibus diebus meis, & ad- monens, non torpui in memoria sanctorum. Scitis enim & ipsi fratres, quod si quis pa- terfamilias canem habeat ouile negligentem, vel intuentem lupum in ouium septa irruentem, ac minimè latrantem, aut ipsum non insequentem, prorsus hunc percutit, & tanquam inutilem eijcit longè à domo.

Perit pro se defuncto orari assiduè.

Igitur scitis fratres, quod sapiens vir neminem odio prosequitur, & insipiens nemi- nem diligit. Quod si diligit, similem sibi diligit. Vos autem charissimi, nolite mirari de ijs, qui mihi rebelles facti sunt, propter obedientiæ disciplinam. Nam inter duodecim Apostolos vnus fuit proditor Iudas. Scitis autem, quod etiam inter vineam rubus præ- ter intentionem germinare consuevit, & spinæ inter rosas nutriuntur. Firmamentum autem fidei in vos corroborari velim, tanquam legitimos & concordēs fratres. Immu- tabilem autem & firmam fidem facio per iuramentum.

Volo

Volo enim vos de incomprehensibili, & indissolubili, & vnica fide optimè sentire. Etiuro vobis per eum, qui in natura ignis descendit in montem Sina, & per eum, qui in aquæ fusione de petra durissima locutus est, & per illud verbum, quod dictum fuit in cruce ad exemplum nostrum: Eloi, Eloi, lamma zabaethani, & omnes finium terræ re- nes coarctati sunt per illum, qui in Iudæa à proditore venditus fuit, & flagellatus in me- dio Hierusalem, per maiestatem ab iniquis se conspui æquo animo ferentem, & per in- effabilem potentiam, ab hominis manu alapis cæsam, per ignem trinonymum diuinæ maiestatis, & per infinitam & solam Dei potentiam, per tres nouelli ignis substantias, quæ sunt altitudo & voluntas, in nulla re separatus sum ab vniuersa Ecclesia, neque du- bitanti de Dei potentia.

Exod. 19. Exod. 17. Marc. 15. Matth. 26. & 27.

Hic locus mancus est.

Si autem in meo templo Deum & patrem plusquam ipsius filium magnificauerim, non respiciat ad me in pietatis miserationibus. Sin ex Deo spiritum sanctum imminui, longè ab eius aspectu me tenebrosum reddat. Et nisi nunc etiam dico, sicut in princi- pio confessus sum, mittar in tenebras æternas & caliginosas. Et si per hypocrisim hæc loquar, in gehennæ igne portio mea computetur. Si etiam adulans hæc subfeminem, in iudicio non mei misereatur Dominus.

Per vestram veram vitam, qui mecum perseuerastis discipuli, & per vitam ipsius im- mutabilem filij Dei, marisupium Ephræm nequaquam habuit, non baculum, non pe- ram, non argentum, vel aurum, vel super terram alias adeptus sum possessiones. Au- diui enim bonum magistrum in euangelijs dicentem suis discipulis: Nihil super terram possideatis: neque cum affectu huiusmodi quicquam habui. Accedentes igitur fratres mei, pacem tandem mihi date: & dimittite me, propterea quod deficiens abeo. Remi- niscamini autem me abieci in vestris pijs sanctis orationibus. Etenim in vanitate & iniquitate vitam peregi meam.

Paupertas voluntaria sancti viri.

Matt. 10.

In timore autem vestro adiuro vos viri sancti, & habitatores ciuitatis Edeffe, per im- mutabilem fidem immortalis Dei, nē obliuiscamini præceptorum meæ paruitatis, neque aspernemini, pro nihilo habentes mea verba. Nam hæc ex diuina dicta sunt gratia. Et nē permittatis me in domo Domini poni sub altari. Non enim hoc decet vermem pu- tredinem emittentem, sed neque alibi me poni permittatis. Nam neque homo dignus ha- beatur templo gloriæ regni cælorum, qui contumax hoc fecerit. Vana enim gloria ho- mini indigno nihil prodest, & cui non conuenit. Quapropter nudi omnes creati sumus, similiter etiam resurgentes, nudi sumus apparituri. Et omnes adstantes ante Christi tribunal, ibi eorum quæ in vita gessimus, rationem reddemus.

Rom. 14.

Ut quid vos igitur me afficitis honore, qui actionum appellatione me ipsum non honorati? Qui enim seipsum bonis operibus & bonis actionibus non exornauerit, que- libet hominum vita huic addita existimationi, quam non est adeptus, nihil prodesse poterit. Omne autem creatum, esse etiam corruptibile, fratres, secundum illud, quod scriptum est, per Deum audistis. Quapropter & flens dico, sicuti percepistis, dissolui- tur, & corrumpitur hoc templum manufactum, & templū corporale spiritualiter susci- tatur non corporale & transitorium, corruptum secundum carnis concupiscentiam, sed ipsum corporale, spirituale, incorruptibile suscitatum, ut amplius ad corruptionem nequaquam conuertatur, quando Christi tuba sonans à somno excitabit à seculo ibi dormientes. Non enim iudiciū erit propter lapidea templa, neque lapides Deus iudicabit, sed templa, quæ sunt in corpore, quæ sapiunt naturam humanã, in templis cōtinentibus vnumquæque. Dico autem: hominem secundum proprias actiones iudicabit Deus, & secundum viuiscui usque certamen & laborem, præmium etiam pro meritis reddet.

1. Cor. 15.

1. Cor. 3.

Attendite autem, charissimi, nē pannos meos tanquam reliquias monumenti gratia ha- beat. Memoriam enim habetis præceptum Saluatoris nostri Dei, quod acceptū ab ipso didicistis, ut ipsius reditū expectetis. Cur enim præter cetera, laborē & onus graue mihi imponitis, nē quando in inquisitionis iudiciū veniam, (Non enim melior sum homini- bus à seculo sanctis) & poenæ propter vos subiyciar? Et redarguens meam stultitiã Do- minus, dicat ad me: O Ephræm, in te plus, quam in me, homines credidère. Si enim ex te monumenta sibi suscipere velint, fortasse non crediderunt in mandatorum obseruati- ones, quas illis tradidi. Propterea tua magis memoria, quam mea, delectantur.

Hæc vir fan- ctus modestæ causæ dicat, nō vt reprehensarum venere rationem.

Prætereà hortor vos, o mea desideratissima viscera, quemadmodum à Christi do-

Nota tanti viri mirabilem humilitatem. Ezech. 14. Psal. 48.

Strina accepistis, nè me inter sanctos referatis. Sum enim peccator, & minimus; & stultitiæ meæ causa timeo illis appropinquare. Si enim lignum sarmentitium appropinquat igni, vel etiam aggeritur, totum combustum ab ipso consumeretur. Hęc autem non eò dico, quòd eorum societatem & coniunctionem asperner, sed respiciens ad infinitam multitudinem peccatorum meorum, horreo & contremisco. Audio enim prophetam, dicentem, quòd quidem Noë, & Iob, & Daniel non liberabunt filios suos & filias: frater non redimit, non redimet homo. Sic etiam Giezi à lepra non liberatur.

Nè quis vestrum satellitij munere fungens, in pompam progrediens, ad ostentationem me circumferat, sed super humeros tollentes me, & cursim comitantes funus curantes sepelite, tanquam opprobrium despectum, propterea quòd in doloribus diei vestre præterierit. Nè quis vestrum me præconijs extollat, vel etiam laudet. Abiectus etenim sum coram Deo, & meis confusus operibus. Et valde timeo, quia coram Deo sum, vt eorum aliquis, qui fari non audent. Quis enim mihi ostendet debita mea, nisi omnes horrueritis meam ruditatem? Et quæ collatio putredinis cum virtute? Vel quæ peccatoris, vt appropinquet iusto? Quæ collatio est inter lucem & tenebras? Si enim fenseritis odorem actionum mearum, omnes vtique fugam arripietis, inhumatum me relinquentes, foetorem non ferentes peccatorum. Qui autem me vestimento indutum ornato deponet, in tenebras projicietur exteriores. Si quis autem myrrha me condit, horum pars erit in ardentem fornacem, & in ignem gehennę. Sed in mea tunica, & in meo pallio deponite me, in quibus fui toto tempore vitæ meæ. Nam peccatori non conuenit cultus, & vermi, & pleno putredine. Neq; latificat, neq; exornat peccatores, qui sunt in terra, viuentium gloria. Peccator autem sum, sicut dixi.

Nemo igitur me beatum appellet. Omnes enim meæ actiones notæ sunt Deo, omnesq; meæ prauitates, quas gessi. Inquinatus sum propter iniquitates meas, & abiectus sum propter scelera mea. Quæ enim iniquitas non est à me perpetrata? Vel quale, vel quod in me non extitit peccatum? Quia omnes iniquitates & peccata assidue extiterit in meo mortali corpore.

Cæterum omnes, qui patrum munere fungimini, & filiorum, & fratrum, & discipulorum, viri, qui habitatis Edessam, ferte fructum iustitiæ vestræ, quicumq; constituistis ponere mecum quodlibet in perpetuam vestram memoriam, vt ego precio his statuto, parato ex his vase aliquo precioso, mercede conducam operarios, dignos vestro fructuoso proposito. Dico autem pauperes, & orphanos & viduas & egenos, & peregrinos, nudos, famelicos, & omnes laborantes, vt vestrum salutis monumentum fiat perfectum in regione viuentium. Nam vobis eueniet ad salutem, mihiq; computabitur voluntaria merces consilium, quod vobis dederim. Sed alia est merces, quæ operibus, & alia, quæ verbis datur. Maior autem est, fratres, qui dat, quàm qui accipit, sicut etiam à Domino audistis. Sicut vnusquisque vestro decreto fieri voluit, sic & faciatis. Et habeo vestram gratiam, & abundo.

Adiuo autem vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, vt omnia pauperibus distribuatur: fati mihi superq; est charitas vestra: Quia omnibus viribus me honorastis, & ego indignus sum. Verum enim qui honoratus est, ipse vobis superabundantem mercedem reddat. Et sicut audistis sapientem præceptorem dicentem: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Ipse enim Christus accipiet munus vestrum perfectum: quia in spe propter ipsius nomen me huiusmodi affecistis honore.

Suscipiatur munus vestrum, sicut illud Noë iusti, & illud antiqui patris nostri Abraham, & ciuitas vestra, in qua habitatis, benedicta sit. Ipsa enim est ciuitas, & mater sapientum Edessa, quæ quidem etiam palam ex ore Domini benedicta est per suos discipulos, nostros autem apostolos, quando Abagarus rex, qui eam ædificauit, salutem dixit Domino Saluatori omnium, & Domino Christo cum misisset ex Iudæa, dicens: Audi omnia, quæ à te facta sunt, & quæcunque passus es à reprobis Iudæis. Veni igitur huc, & meo vttere hospitio. Habeo enim hanc sanè paruam ciuitatem, quæ mihi & tibi satis erit. Cuius fidem Dominus admiratus, mittens per nuncios perpetuò benedixit ciuitatem, firmans ipsius fundamenta. Benedictio illa hęc inhabitans permanebit, donec è cælo sanctus apparebit Iesus Christus filius Dei, & Deus ex Deo.

Nè quis vestrum à proposito deficiens, infructuosus recedat. Qui enim quippiam

Hęc dicuntur ex incredibili humilitate à viro sanctissimo.

Act. 20.

Matth. 10.

Gen. 3. Gen. 15.

afferre instituerit, & illud deseret, iniusti Ananiæ mortem patiat, qui voluit homines latere, & redargutus est incidens in eorum pedes.

Cum adhuc ea ipse loqueretur, vir ex illic adstantibus valde illustris, correptus à spiritu immundo, statim cecidit ad lectum, & clamans volubatur. Qui dixit ad illum: Homo dic, quod à te factum est. Et in verbi præcepto exurgens ille, respondit: Statueram (inquit) in animo meo quoddam preciosum vestimentum afferre, & tecum deponere. Quia verò vetusti, nè quicquam amplius tecum tumularem, hoc mecum ipse cogitabam, dicens: Si prorsus in ijs non deponitur, quid opus erit, vt etiam proferatur? Si autem præcipit, vt pauperibus aliquid demus, aliarum diuites rerum egentibus dabimus, quæcunque ipsis opus erunt.

Respondens autem beatus, dixit ad eum: Abi, & perfice quod te factum decreueras. Et cum pro eo orasset, & manus super eum imposuisset, eum sanum reddidit à spiritu immundo. Et rursus admonens, dixit: Si quis cereum mihi in exitu accenderit, ipse consumatur in æterno igne. Quid enim proderit homini corruptibilis splendor ignis, qui à proprio comburetur igne? Quando enim ille terrificus apparebit ignis, illi obnoxius in eo consumetur. Satis igitur sit mihi meus dolor, neque alia mihi à vobis superinducatur poena. Et plorate fratres mei super me. Dies enim mei in doloribus præterierit: & ille me circumdedit laqueus, quem non animaduertebam. Et venit inquisitor meus, & laqueis molestis vexans me, adducunt ad poenam, tanquam satellites, & trahunt me in terram mortuorum, & regionem quam ignoro.

Obsecro te Saluator, dux meus, nè eiciens me, miserum reddas, & conterens me condemnens. Si enim dignè de ijs, quæ à me gesta sunt, perfereris, timor vtrinquè me circumdabit. Quando enim hęc omnia recensco, intolerabilis super me irruens tremor me conterit, & graui quodam conficior horrore, & comprehendor tremore propter poenarum expectationem, quæ in illo conspiciuntur seculo, & nequaquam ferre possum. Et palam dentes mei perturbant me, illic propter dolorem stridentes.

Hortor vos, nè me cum aromatibus tumuletis. Nam neq; stultum delicia decent, sed neq; gloria inglorium, neq; alius boni odoris fumus illum, qui est putredo & terræ puluis. Sed date vaporationem fumi boni odoris in domo Dei, & pro me orate. Potius autem simul comitamini, & aromata date Deo: me autem fletibus sepelite in doloribus conceptum. Et hortor vos, vt loco suavis aromatum odor, vestris me adiuuetis orationibus, in ipsis continuè me memoriâ facientes. Qui enim proderit suavis odor mortuo, sensu carenti? Vestra autè incensa adolete in domo Domini ad ipsius laudem & honorem: quoniã & ipse ibi inhabitat. Cur autè induis corpus corruptibile splendida & egregia veste, quæ quidè illud nequaquã calefaciet? Sed terreste corpus relinquitte ipsius matris terrę, quando quidè ex ea sine spiritu confectum est. Et illud sequitur vana gloria. Virum autem inclytum decent diuitiæ: Pauperi conuenit humilitas. Generosos quidem decet regnum, infimos autem militiæ consolatio, agnoscentes consolationis gratiam.

Neque me in vestris deponite monumentis. Nam neq; loculi vestrorum monumentorum ex meis me eripient captiuitatibus. Rationem autem habeo cum Deo meo habitare cum hospitibus: quando quidem sum aduena, que madmodum & illi. Cum illis igitur quiescere me faciatis. Quia omnis caro, fratres mei, adhæret ei, cuius est particeps. Et quilibet homo suo gaudet consorte. In cœmeterio (inquam) vbi iacent conterriti corde, ibi me tumulate: vt quando Dei filius resurgere illos fecerit & reformauerit, cum illis me suscitari faciat.

Respice Domine ad humilitatē supplicationis meæ, & precor te, vt miserearis mei. Dignum me reddas vnigenite fili Dei, neque iuxta ea, quæ in vita gessi, mihi retribuas. Si enim iniquitatē obseruaeris Domine, Domine quis sustinebit? Si etiam secundum maiestatem tuam reddes nobis, quis in tuo iudicio misericordia dignus existimabitur? Etenim (vt ait scriptura) quodlibet os obturabitur, & totus mundus Deo fiet subditus. Non hoc dico, gratiam contemnens. Dico enim ea, quæ scripta sunt, clementissime Christe: Quæ utilitas in sanguine meo, si in ignem ardentem mittor? Fac igitur mecum iuxta miserationes tuas. Et in hoc gratia tuæ dignoscetur pietatis. Si verò totam iudicabis terram, sicut remuneratio tua manifesta, vnus non saluabitur ex millibus, & ex decem millibus duo non redimentur.

Quid igitur? Ego enim infelix Ephrazm præ dolore deficiens loquor. Sic aliquis afferens

Act. 5.

Hęc rursus ex sola humilitate, nõ vult sibi de functione cereum accendi, quippe qui se indignum censet: vt etiam paulò infra vetat se cum suis ui odore sepeliri.

Vult in cœmeterio sepeliri.

Psal. 129.

Rom. 3.

ferens dicit, mortallum non fieri iudicium, sed æquabuntur iniusti & peccatores iustis & probis & veridicis: & humiles & boni, improbis & impijs. Non possunt hæc inter se adæquari. Lux enim offuscat tenebras. Qui enim fieri potest, vt iustus Abel fraticidæ & iniusto Cain adæquetur? Vt hoc euidentius fiat: Qui cohabitare facier iustos & iniustos in eodem loco? Clamantes enim, intolerabiles dabunt voces. Precor te Saluator, nè ex æque peccatores iustis, te oro probitatis filii: sed miserationes tuas extendere digneris super me, & super pauperes meos.

Quod igitur prius dixeram, dicam rursus, neq; ab eo recedam. Quia nisi tuas super nos extenderis miserationes, nemo videbit vitam. De vno enim Deo omnino perhibetur, quod vnus sit bonus ex omnibus, qui mortale sortiti sunt corpus. Non autem quod sim peccator, hæc dico. Consuevit enim diuina scriptura ea, quæ à me dicta sunt, sparsim dicere. Quiesce o Ephræm, angelus apprehendens me, & redarguens, mihi dicit: Continua suspiria non tibi proderunt, quando acres satellites ad te missi, non corruptentur donis. Et asperè respondens, dicit ad me: Os tuum obtura. Non enim confortes tui perditii sunt. Inter hominum generationes peccator omnes sibi similes esse existimat, & cæcus sibi ipsi similes existimat propinquos.

Accedite igitur ad me fratres, & componentes collocare me. Spiritus enim meus defecit fortiter. Et comitami me psalmis & orationibus vestris, & assiduè pro mea patientia offerre dignemini: & cum trigessimum diem compleuero, mei memoriam faciat. Mortui enim beneficio afficiuntur in oblationibus recordationum sanctorum uiuentium.

Videtis exemplum ex particularibus Dei creaturis, veluti in foetu vitis. Vna acerba in agro, & vinum, quod in dolijs positum est. Quando igitur racemus in vite viget, tunc de statu suo mouebitur, quod est immobile in domo. Vinum mei simile intelligitur: Cepa etiam, quæ posita est in agro, cum tempore suo virefcere inceperit, arida, quæ est in domo, germinat. Si igitur rerum foetus sic inter se consentiunt, quando magis mortui in memorijs vestrarum oblationum oblectantur? Et si quis diceret, O sapiens, redde rationem, quare hoc ita naturaliter fiat: nosces te ipsum esse quandam creaturam Dei primitiam, & nisi exemplum compertum habeas, nisi testem tibi adducam, patienter audi ea, quæ scripta sunt. Et si quidem volueris, prudenter suscipe ea quæ dicuntur.

Seruus Dei Moyses in benedictionibus, Ruben ad tertiam vsq; generationem non benedixit? Si igitur non redimuntur mortui, qua ratione benedixit Ruben Moyses? Et si non est resurrectionis memoria, audi quid Paulus dicat: Si prorsus mortui non resurgunt, cur baptizantur pro mortuis? Qui enim erant sub lege, ad expectationem resurrectionis in mysterio oclusi detinebantur in fidem, quæ reuelanda erat. Sicut legisti, quod in oblationibus diuini cultus sacerdotes in lege mundabant, & qui in bello in iniquationibus vulnerati, pleni actionibus erant inquinatis, ijs quæ scripta erant, tenebantur: Quomodo non magis noui testamenti sacerdotes Christi delere possunt, quam verisimiliter debita iam præterierint in sanctis oblationibus, & suarum peccationibus linguarum?

Quum autem ad memoriam faciendam accesseritis, caute fratres, nè quis in sancta peccet, sed attentè, & reuerenter, & humiliter, & sanctè, & purè inuigiletis. Non quia grauiori damnatione dignum existimatum sit peccatum, propter lubricam carnem commissum, supra cetera. Siquidem sunt longè hoc grauiora. Sed hoc mihi impendet miserabile, nè quando pro memoria, honorum gratia pro vobis rationem reddam Deo meo. Fortasse enim in iudicio objiciet mihi hoc: O Ephræm, horum omnium author fuisti tu, vt potè qui congregaueris eos ad la sciuiendum. Scriptum est enim: Adulteros & mœchos iudicabit Deus.

Et quid dicemus in hoc, fratres mei charissimi? Quod antea dixi timore detentus, & nunc dicam, quod scilicet quem Deus iudicabit, venia dignus existimatur. Iudicari aut à Dño corripimur, nè cū hoc mudo iudicemur. Et hoc dicente Apostolo: Sicut enim panem fermenti totā massam corrumpit, sic malorum cogitatio diffusa, cõburit totū corpus. Et quemadmodum ferri rubigo ipsum consumit, sic etiam ex hominibus peccati perpetratum repugnat grauioribus eorum institutis & moribus, & perpetratum consumit, corrupens eos, qui ipsius adimplere viam. Qui autem ipsum non perpetraverit, est veluti

Nota quæ hic de oblationibus & die tricesimo &c. dicuntur.

Nota deflorari memoriam nostrarum oblationum.

Deut. 33.

1. Cor. 15. Galat. 3.

Hebr. 13.

1. Corin. 11.

veluti permanens paradysus, & postquam manserit in quodam diuersorio, abit, simili modo moratum apud eum aliquandiu exilium recedet. Præterit enim hoc mortale corpus, & induit immortale & cælestè. Quando corruptionis periculum fecerit, tunc strenuè incorruptibile resurget, omnis corruptionis expers.

Eccè clara & potens Ecclesiæ lucerna Paulus, ex vobis imbecilles his alloquitur verbis, & dicens asserit: Quod feminatur in corruptione, colligitur in incorruptione. Sed enim huc agite. Quod mihi relinquitur, discipuli, sitis benedicti in fortitudine boni pastoris, & magistri sancti Domini nostri Iesu Christi, qui quidem est Deus ex Deo. Et ego quauis non sim vt Noë, vos tamen sitis benedicti, & efficiamini vt Sem & Iapheth. Et quauis non sim ego Melchisedech, at vos efficiamini vt Abraham. Et quauis non sim ego vt Isaac, vos tamè accedètes, sitis benedicti vt Iacob. Et quauis non sim ego Moyses, vos sitis vt Iesus Naue. Et quauis non sim ego vt Elias, petentes vos cum duplicem recipite spiritum, vt Elisæus petijt. Veniam autem ad vos, mei discipuli, vestri causa. Abba vir admirabilis, Christus magnificet monumentū tuum, & fiat persona tua prope angelos maiestatis Dei: Et fias similis magno Moyse, vt omnes insipientes intelligat, quod seruus es Dei electus. Et tu Abraham, quia libens adhæcisti mihi, Deus Abraham exaudiet te in orationibus & precationibus, & priusquam aperias os tuum, illud implebit sapientia & intellectu. Sicut dicit Propheta: Aperi os tuum, & implebo illud.

Simeon, exaudiat te Deus, & in supernam ciuitatē ingrediaris. Impleatur eius Ecclesia, sicut poculū mixtum populorū non credentium in saluationem. Ingrediantur sponsæ in visionem tuam, includæ doctrinam tuā. Quarum quidem sponsæ sunt matres, clausæ verò in iugo aduersarij detinebantur. Cum venisset aut Christus, has obscurauit, audientes à te parabolas prudentiæ, vt perciperent à te doctrinā vitæ spiritus sancti. Consequuntur à te salutem sapientium: & sicut sapiens medicus in parabola inopum, sic in creatura auditus tuus percurrat. Maras vir Galilæus, mansuetus non natura, sed libera voluntate, tanquam certans in spe Dei, in meis adiuuisti me passionibus. Ipse igitur Deus reddat tibi mercedem tuam inter pios, quam accipies cum sanctis omnibus.

Zenobius vir Zigaræus, vir exercitatus, inter fortes bellator, sermo tuus fiat tanquam ignis, & consumat iniquorū multitudinem. Et sicut flamma pertransiens tylias condensas, sic disciplina tua ipsos insequetur. Sapienter etiam doctus sis quancunque Dei scientiam. Et vt David illustis aduersus sceleratum Goliath declaratus est, tu etiam parta victoria, vinces errantium animas. Induere armaturam sanctorum, galeam spem salutis, forte scutum sanctorum: quæ sanctorum armatura, est spiritus sanctus, & ipsorum roboris galea, est digitus Dei: sit tibi comes & auxilium, quod nunquam in aliqua re deficiat.

Væ tibi Apollo, mater tua ex mulieribus maledicta. Væ ventri, qui te peperit, quia perditionis omnium hæresum factus es particeps, & quamlibet extremitatum ingredieris ianuam. Opera sunt enim cuiuslibet laboris tui. Denudatus, proiectus factus es à gratia, tanquam Iudas proditor, & ex omnibus ipsius studijs confusus. Columna enim huius sedes est, quam dereliquisti. Horribilem autè finem ostendet in corpore tuo ipse, qui cælum sustinet, & in quo quidem cuiuscunq; creaturæ natura posita est. Nam quemlibet creatura in ipso fundata est, mare & eius plenitudo. Confusus est etiam in arundine fracta, derelinquens Christi baculum, quod infirmos consolidat, & quamlibet medicatur passionem, & animarum, & corporum.

Igitur vir perditæ, quia voluisti congregationes Dei ecclesiarum, à spiritu sanctissimo congregatarum, perdere, ex ea, quæ sub cælo est, extinguetur memoria tua, & non inuenietur in libro uiuentium. Quia dereliquisti vinum vitæ, hoc est, sanguinem Christi, & panem cælestem, hoc est, corpus Dei & Saluatoris nostri, & comedisti cibos vitæ immarum foedatarum, & bibisti facem peccatorum, fel turbidum.

Verbum Dei, & filius patris, in quem os tuum impium insultauit, subtili inquisitione exquirat à te ipso exprobrationem in se factam, & similiter ab omnibus hæresibus, Arrianis, inquam, & Manichæis, & Catharis, & Ophitis, Marcionistis, Eunomianis, & Euchitis, & Cauchitis, & Paulianis, & Vitalianis, & impuris Borianis, & ab omnibus reliquis nefandis, qui lignis & lapidibus sacrificant, & soli, & lunæ, & augures, & astronomi, qui segregati sunt diuersimodè aduersus diuinam maiestatem aternæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus sancti.

1. Cor. 15.

Gen. 9. Gen. 14. Gen. 27. Deut. 31. 4. Reg. 2.

Psal. 80.

1. Reg. 17.

Execratur hæreticos.

Bene.



Pfal. 74.  
Heretici,  
apostatae  
Christi.

Gene. 11.

Deesse vi-  
detur, † &  
filium,

Gene. 4.

4. Reg. 5.

Pfal. 138.

Hospitali-  
tas scilicet

Acto. 20.

Matth. 7.

Matth. 13.

Benedictus, qui elegit catholicam ipsius Ecclesiam, veluti sanctam agnam, quam lupus depopulator non contriuit, & immaculatam columbam, quam nunquam apprehendit insequens opprimendi causa, & eò cucurrit venator accipiter. Nam poculum in manu Domini est vini sacculenti: & ex eò bibunt omnes apostatae Christi, diuifores sanctae & omni principio carentis Trinitatis, & veritatis hostes: Iudaeorum, inquam, genus, quum bibissent euomuerunt, & immaniter impetum fecerunt aduersus Saluato-rem nostrum Christum. Et nihil mirum. Siquidem rabidus canis, quum furore percitus est, propriū mordet dominum. Nos verò glorificabimus exaltatum Deum omnium, cui appropinquare nequeunt apostatarum germina. Nam si illis fuisset aliqua opinionis ratio, quòd in caelum ascendere possent peccatores, omninò dissentientes, ibi etiam discordiam disseminassent in domo pietatis in caelestibus tabernaculis: quemadmodum priscis temporibus horum Maiores in Chalanes turris aedificatione, omni studio in caelum ascendere contenderunt, & à gratia repulsi sunt: ignari quid agerent, ac frustra iniquè agentes, posteaquam incomposita separatione diuisae sunt omnium eorum linguae. Si igitur eos, qui hoc facinus ausi sunt, tam vehemens inuasit calamitas, volentes ascendere in chorum caelestium sanctorū, & vigilantium diuersorum, & merces eorum sic manifestè in eorum capita recidit: quanto grauiore supplicio digni iudicabuntur, fratres, qui apostasiae separationem cogitant disseminare in cordibus hominum, aduersus Deum patrem † & spiritum sanctum?

Mea igitur praecepta considerate discipuli mei, & nè à catholica desciscatis fide, quam & ego à pueritia acceptam, immobilem seruaui, neq; ab illa defestamini in aliquò schismate. Si quis autem dubitauerit, & separatus fuerit contra Deum, & sanctam eius Ecclesiam, spirans & viuus in inferno detrudatur: particeps etiam hereditarius maledictionis Cain, gemens super terram & tremens erit. Et quicumque patre filium minorem fecerit, inhumatus & ipse pariter in terram descendat. Qui verò dissenferit aduersus spiritum sanctum, hic in iudicio misericordiam non consequatur. Et si quis separatus fuerit aduersus catholicam Ecclesiam, leprosus fiat, haud secus ac stultus Giezi. Quicumque reliquerit rectam fidem, suspendatur iniquitatis funiculo proditoris Iudae. Et quam ego noui fidem, hanc accepi ab Apostolis sanctis, hanc didici, & ipsi cum hanc à Deo percepissent, omni creaturae praedicarunt. Intolerabilis igitur & euitanda iniquitas est, in Deum blasphemia, cuius escam fugite o mei discipuli. In Deum enim prorsus apostasiam praedicatis, qui blasphematis, ut potè emouens fundamentum verbi fidei. Nosque graui mole oppressi, erigere nos non possumus sub ea, quae serui est carne, veluti sub paedagogo constituti.

Nè igitur addamus nobismetipsis peccata propter iniquitates nostras. Expectationem autem habeo spei in hoc, & consolationem coram Domino, quòd nunquam in tota vita mea Dominum maledictis incesse, & sermo stultus non exijt ex labijs meis. Qui enim oderunt te Domine, perfecte odio habui, & inimicos tuos prorsus abominatus sum. Eorum quae dico, fratres, memoriam infigite in cordibus vestris. Nam eorum mihi ab initio author extitit Deus. Et hoc opus in Deum agricolationis vobis esto, ut vigilas assidue, cantusque & ieiunia & fidem diligatis: Speretis atque expectetis Dominum omnium, & Saluatorem nostrum Christum.

Habere nos oportet praeter ea hospitum suscipendorum curam. Nam qui peregrinum suscipit, prorsus is Deum ipsum suscipit. Videte nè quis peregrinum hunc appelleret. Sed singuli ex vobis, potius estote proprium alter alterius membrum. Et estote maxime in fide constantes, cauentes ab aduersarijs, ab ijs, inquam, qui contraria vobis operantur, vaniloquis deceptoribus. Quod quidem Apostolus etiam docere non neglexit, sic dicens: Scientes, quòd post discessum meum venient ad vos lupi graues, non parcentes gregi, loquentes peruersa, ut auellant discipulos post se. Et alio in loco: Qui venient ad vos in vestimentis ouium, cum sint ipsi lupi rapaces: verba quidem dulcia habentes, cor autem plenum felle & amaritudine. Et veste quidem induti lugubri, cum sint ipsi discipuli ab initio decipientis nos diaboli. Quapropter & illius sunt zizaniorū femina.

Omni igitur cauentes diligentia, fugite horum consuetudinem. Hoc autem perspicuum do vobis exemplum, quod vos etiam scitis: Quòd quilibet peregrinus si stans inuentus fuerit in loco regio, licet nihil mali visus fuerit perpetrasse, nihilominus vt re-

mera-

merarius malè plectetur, & in iudicium ductus, correptione corripietur illa, quae est secundum leges, tanquam peregrinus huiusmodi loci. Nè igitur stetit in confesso vanitatis eorum, & nè inuestigetis viam cogitationis eorum. Nihil enim interest, vtrum cum daemone quis habitet, an cum viro inconstanti & iniquo. Adscitus enim in contubernium daemone, timens aufugiet, eò quòd non possit manere, vbi Christus contra illum nominatur.

Tu verò o homo cum foris in Christi corpore sis, si intus etiam in spiritu eius es, perfectus homo es Dei. Quoniam vir, qui non accepit baptismum, similis est cuidam domui paratae regi, quam nequiquam habitauit rex. At si adiuraueris iniquum & infidelem, dupliciter hic vtetur sua malitia, neque de infania sua quicquam remittet. Adiurari autem potius possunt scelesti daemones, quam persuaderi iniquitatis filij. Siquidem daemones fatentur: Tu es Christus filius Dei. Et vide obstinatos & amaros eorum mores. Princeps apostasiae eorum exclamat, & dicit: Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Et ipsi negant assidue. Si ergo fieri potest, vt sterilis salix in loco arido germinet, fieri etiam potest, vt apostata aliquando erudiatur. Consilia enim mentis clare loco suo humiliabuntur, quemadmodum Prophetae videtur Esaias, dicenti: Omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.

Si igitur sterilis salix in aspreto germinabit vnquam, propheticus etiam sermo confirmabitur vobis. Et ijs plura contingent. Et accedent spontè iniusti ad discendam veritatem. Sicut verò cornuus albus nunquam fiet, ac si is inalbuerit, malus etiam efficietur bonus, & accedens, quod rectum est discet. Euenit autem aliquando, vt hyberno tempore cadente niue, aliquandiū candens apparuerit coruus, tamen si suapte natura is niger esset. Caeterum vbi sed ad volatum incitauit, tota à se niue excussa, eodem, quo prius colore apparuit. Similes huic sunt peccatores. cum enim ad breue tempus compuncti ostēderint poenitentiae temporariae fructus, territi ex comminatione futuri iudicij, propterea quòd in proposito stabiles nō permanferint, haud ita multò post omnium oblitij, in pristinum suorum vitiorum detrahuntur locum.

Audite praecepta mea discipuli, caeque assidue memoria tenete. Neque excedatis à via veritatis, neque in omnia fugiatis. Quum autem bella audieritis, & tumultus in creatura, scitote, quòd in ianuis adest. Et spem vestram constanter retinete. Scriptum est enim, fore vt omnia fiant, quae in ea scripta sunt. Caelum enim (inquit) & terra transibunt, verba autem mea non prateribunt. Iota quoque vnum, atque vnus apex de lege praterire non poterit: Quemadmodum magister noster iurauit per semetipsum, & dixit. Scitis autem eum veracem esse, & nunquam mentiri. Vt igitur ad stare valcamus ipsi immutabili iustae sententiae iudici, operam demus, vt nosmetipsos per bona opera in patientia confirmemus.

Interim autem dum haec cum lacrymis praeciperet & mandaret beatus vir, & vniuersa ciuitatis multitudo circumstaret ac fleret, mulier quaedam nomine Lamprotate, filia magni Aristidae, summtota hinc inde turba virorum & mulierum, procidit & ait illi: Per Deum tuum, quem à iuuentute tua ad senectutem vsque dilexisti, permitte mihi ancilla tuae, vt minutum loculum, quemadmodum mandando adiurasti nos, faciam, atque in eo venerabiles tuas reliquias reponam. Porro ille probato illius proposito feruore, dixit ad illam: Mulier, vade: fac quemadmodum statuisti. Et alias hoc volentes facere, venerabiles nē impedias. Ex marmore autem caue, nè mihi facias monumentum. Nihil enim mihi proderit vana gloria.

Mandatum autem hoc grauissimum mando tibi, quod vide vt serues. Nè sedeas omninò in lecticis. Neque enim pium vel fas est, vt homo cernicem ad lecticam reclinet, & satellites circumferant super humeris perniciosum nobis & mortis authorem. Siquidem Christum, ad cuius adorationem venis, ipsum iugo subijcis. Nunquid non audisti & legisti, quòd cuiuslibet viri caput est Christus? Et quum quid alicui metiris, memento resurrectionis, & actionum nostrarum retributionem fore nobis à Deo. In qua enim quis metietur mensura, eadem remetietur illi. Fortè & ipsum Deum audisti dicentem: Quemlibet iuxta vias vestras iudicabo vos, & secundum studia vestra, domus Israel, Vtuo ego, dicit Dominus.

Tunc iurauit puella coram circumstante populo, dicens: Per Deum, cui constanter seruisti à iuuentute tua ad senectutem vsque, in posterum non ingrediar lecticam, &

Y y

non

merarius malè plectetur, & in iudicium ductus, correptione corripietur illa, quae est secundum leges, tanquam peregrinus huiusmodi loci. Nè igitur stetit in confesso vanitatis eorum, & nè inuestigetis viam cogitationis eorum. Nihil enim interest, vtrum cum daemone quis habitet, an cum viro inconstanti & iniquo. Adscitus enim in contubernium daemone, timens aufugiet, eò quòd non possit manere, vbi Christus contra illum nominatur.

Viri hie  
terici.Luc. 4.  
Matth. 8.  
Luc. 9.

Esa. 40.

Luc. 21.  
Matth. 5.Videri san-  
ctorum res,  
liquias esse  
venerabiles.

1. Cor. 11.

Matth. 7.  
Ezech. 10.

non subibit homo gestaturus leſticam meam. Quòd ſi mentita fuero, veniat romphæa reſolutionis in illa hora in iuuentute mea, & in æternum ignem gehennæ portio mea cum iniquis computetur. Et ſi mandata tua tranſgreſſa fuero, in exemplum oſtendar coram Chriſti Eccleſia.

Beatus vir reſpondens, dixit ad illam: O filia, antequàm moriar, benedicam tibi ſecundùm deſiderium tuum. Non deficiat ex ſemine tuo ſanctorum doctina vſque in ſecula. Quum venerit Chriſtus ad mutandum cælum & terram, ipſe inſcribet memoriam tuam in libris viuentium in regno cælorum. Et pax Dei, quæ ſanctos coronat fertis immaculatis, præmium tribuat tibi. Quoniam Deo & Patri gloria, & filio adoratio, & ſancto ſpiritui maietas ante omnia ſecula, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

VITA S. BRIGIDÆ VIRGINIS  
È SCOTIA, PER F. LAURENTIUM  
Surium reddita paraphraſticòs.

1. FEBRUAR.

Parentes S.  
Brigidæ.



Non poteſt  
ferre cibos  
magi.

Claret mi-  
raculis.  
Liberalis  
eſt in ino-  
pes.

Pater eam  
vult veni-  
dere.

Abhorret à  
nuptijs.

VIT apud Hybernos vir quidam, Duptacus nomine, genere Laginenſis. Is ancillam Brotſech (ita enim vocabatur) bonis præditam moribus emit: ſed eius impudico captus amore, ad ſuam explendam libidinem ea abuſus eſt. Vbi autem coniunx illius animaduertit eam geſtare vterum, magno animi dolore conſternata, dixit marito: Eijce, & accepto precio vende ancillam hanc, nè meæ proles ab illius futura ſobole proſigentur & indignum aliquid patiantur. Accepit hoc grauiter maritus, & moras neſtens, coniugis diſtulit vorum. Accidit interim, vt duo epiſcopi ſanctitate venerabiles, ad Duptaci venirent eides: è quibus alter dixit eius vxori: Non te malè habeat, quòd ancillam vides tuis in ædibus, illius enim proles tuæ ſtirpi magno erit ornamento. At cum illa nihil de ſuo animi furore remitteret, compulſus tandem maritus, cuidam mago ancillam vendidit: in cuius domo quidam vir ſanctus nocte orans, vidit puellæ Brigidæ imminentem globum igneum: idque manè illi mago indicauit. Faſtidit autem ſancta puella cibos magi, & quotidie per vomitum ſumptam eſcam reiiciebat. Animaduertens id magus, ait: Ego homo impurus ſum: porro hæc puella plena eſt ſpiritu Dei, & idcirco non poteſt cibos meos capere. Itaque vaccam vnã dedit S. Brigidæ, cuius lacte à teneris annis viſitans, bonarum rerum ſtudijs ſe dedit, pudicitia & ſobrietati ſemper intèta, atque in dies virtutum capeſſens incrementa, adeo vt etiam ſignis & miraculis edendis admirabilis haberetur. Paſcebat autem magi vaccas, & quicquid ex lacte colligere potuit, liberaliter in pauperes & inopes contulit. Vbi verò magus in magno vaſe parum butyri vidit, animo valde commotus eſt. Cernens hoc ſancta Brigida, totam ſe conuertit ad rogandum Dominum, qui ſua virtute vaſ illud totum butyro compleuit. Quo miraculo obſtupè factus magus, in Chriſtum credidit, vaccasque duodecim puellæ donans, liberam illam cum matre ad Duptacum reſiſit.

Illa igitur ad patris reuerſa domum, non valde grata ei fuit, quòd auferret quicquid poſſet, & pauperibus clam elargiretur. Ea itaque re permotus Duptacus, obtulit eam regi emendam. Dixit autem rex Brigidæ: Cur tulisti gladium patris tui, & eum pauperi dedisti? Reſpondit Brigida: Ego verò Chriſto illum dedi. Et certè ſi & te dominum meum regem & parentem meum Deus à me peteret, modò poſſem, ambos vos cum omnibus facultatibus veſtris illi darem. Quibus auditis, rex ait Duptaco: Filia tua, vt video, longè maior eſt, quàm quæ vel abs te vendi, vel à me emi debeat: deditque virgini gladium, quem daret patri ſuo loco illius, quem abſtulerat.

Accidit deinde, vt ab amicis ad ineundum coniugium multis modis vrgeretur. Sed cum illi ſorderent amplexus hominis mortalis & corruptibilis præ deſiderio & amore Ieſu Chriſti ſponſi immortalis, rogauit Dominum, vt turpem & deformem ipſam efficeret, atque ita ab eius appetendo coniugio omnes abſterrerentur. Mox exaudita eſt, & oculus eius crepuit, & inſtar aquæ liquefactus eſt. Tum verò permiſſum eſt ei nuncium remit-

mittere procis omnibus, & Chriſto ſe virginem conſecrare. Itaque tribus aſſumptis puellis, abiit ad Machillam epiſcopum, ſancti Patritij diſcipulum: qui vt eam conſpicatus eſt, vidit columnam ignis ſupra caput illius. Perleſtis autem precibus, Brigida virgo ſubmittens caput, pedem altaris ligneum ſua manu contigit, & mox lignum illud viuit, & oculus eius ſanitati eſt reſtitutus, cum velum accepiffet.

Accipit ſa-  
crum velam  
men.

Longum eſt enarrare, quæ per illam Dominus efficere dignatus eſt in teſtimonium eximie ſanctitatis eius, mira & ſtupenda opera. Coxit quandoquæ cereuiſiam ex materia exigua, cum Paſcha aduentaret: eamque coctam, per decem & octo vicinas diſtribuit eccleſias, iſque omnibus per octo Paſchæ dies abundè ſuffecit. Eodem Paſchate quidam leproſus ab ea vaccam ſibi donari petijt. At illa cum vaccam non haberet, ſic elocuta eſt: Vis, rogemus Deum, vt te hoc lepræ morbo abſoluat? Tum ille: Nihil verò eſt, inquit, quod ego magis velim & optem. Mox ſancta virgo aqua benedicta corpus eius adſperſit, & abſceſſit lepra illeque Deo, vt par erat, gratias agens, cum ſancta virgine ad ſupremum vitæ permanſit diem.

Parum ce-  
reuiſie mul-  
tis ſufficit.

Curatur le-  
proſus.

Duæ virgines paralyſi vexatæ, à S. Brigida aquam benedictã cum ſale accepere, iſque, vſque ſanas ſe viderunt, & in Dei laudes proruperunt. Duo Britones oculorum lumine deſtituti, leproſo miniſtro illos ducente, ad oſtia eccleſiæ eius peregrè venerunt, cuiusque precibus ſibi reſtitui precabantur. At illa iuſſit eos parumpèr expectare, cibumque in domo hoſpitali ſumere, donè ipſa Domino pro illis preces offerret. Illi verò indignatione commoti, Tuæ, inquiunt, gentis ægros ſanas, nos autem tanquàm aduenas & peregrinos negligis. Illa audito hoc conuicio, exit ad eos, & aqua benedicta in illos adſperſa, cæcis lumen, leproſo corporis munditiam reſtituit.

Paralyticæ.

Duo cæci &  
leproſus.

Virgo quædam ab illa inuitata cum menſe aſſideret, S. Brigida dæmonem illi propè aſſidentem vidit. Ait autem virgo: Vellem & ego, modò poſſit fieri, videre illum. Non eſt iſtuc, inquit Brigida, impoſſibile: ſed prius oculos conſigna tuos, vt eius adſpectum ferre queas. Illa ſigno crucis munit oculos, videt ſatanam aterrima ſpecie, immani & vaſto capite, & per foramina & rimas omnes capitis flammæ fumosque erumpentes. Tum Brigida, Loquere, ait, nobis dæmon. At ille, Non poſſum, inquit, tibi loqui ſancta virgo, nec tamen tua iuſſa contemnere, quandoquidem tu præcepta Dei non contemnīs, & pauperibus ac inſimis quibusque aſſabilem te præbes. Cur verò, ait S. Brigida, huc acceſſiſti? Apud virginem hanc, inquit, demorandi mihi & ſpatium & opportunitatem præſtat eius deſidia & torpor. Conuerſa ad virginem S. Brigida, Vide nunc, inquit, quem tam multis annis apud te foueris: atque ex illa die liberata eſt virgo ab illo nequam ſpiritu. Quædam mulier poma attulit ſanctæ virgini Brigidæ: ſimul autem accedebant leproſi, ſtipem ab ea emendicantes. Iuſſit ergò poma illa dari miſeris. At mulier id audiens, poma ad ſe retraxit, dicens: Non leproſis hæc mala atruli, ſed tibi & virginibus tuis. Diſplicuit id ſanctæ virgini, aitque ad illam: Non rectè facis, dum hoc miſericordiæ officium impedis. Itaque arbores tuas noueris æterna ſterilitate damnatas. Abijt mulier, & ecce hortum ſuum, quem pomis plenum reliquerat, vacuum inuenit, & deinceps perpetuò ſenſit ſterilem.

Arbores ſte-  
rileſcunt.

Fœmina quædam filium ex ipſa natum, ex epiſcopo Broone, qui S. Patritij diſcipulus fuit, concepiffe ſe ſcleratiſſimè mentiebatur. Cum ille verò ab hac culpa alienum ſe aſſeraret, S. Brigida mulierem accerſiri iubet, eique dicit: Ex quo infantem hunc ſuſtulisti? Reſpondit illa: Ex epiſcopo Broone. Mox ſancta virgo ori eius ſignum ſalutaris crucis impreſſit, procaciſque caput cum lingua intumuit. Porro S. Brigida infantis conſignans linguam, ait: Dic nobis, infantule, quis eſt tuus pater? Stupenda res: aperit os infantis, qui quondam Balaam aſinæ loquendi præſtitit facultatem, aitque paruulus: Epiſcopus Broon non eſt parens meus, ſed deformis ille & vilis homuncio, qui in pulpulo extremo ſedet loco. Itaque omnes Deum laudant, & mulier agit poenitentiam. Dæmoniacus quidam ad ſanctam virginem adducendus erat. Vbi id ſenſit malus dæmon, in terram ſe proſternit, dicens: Non me patiar ad illam adduci. Nōſti, inquiunt, vbi illa degat? Equidem noui, ait, nec ibo illuc. Cum igitur hominem obſeſſum loco mouere non poſſent, miſerunt quendam oratum ſanctam Brigidam, vt ad liberandum miſerum accedere non grauaretur. Venit illa, & cum procul adhuc abeſſet, eius præſentiam ferre non ſuſtineens impurus ſpiritus, fugit ab homine.

Num. 22.  
Infans lo-  
quitur.

Dæmonia-  
cus libera-  
tur.

Filia cuiuſdam principis Deo perpetuam vouerat virginitatem: ſed pater inuitam

compulit inire coniugium. Vbi tempus nuptiarum aduenit, essentque iam instructæ epulæ, puella fugiens, ad S. Brigidam se recepit. Eam verò pater insecutus est: cuius equitatum vt vidit S. Brigida, signum crucis terræ impressit, & omnes illi cum suis equis instar statuæ mansere fixi & immobiles. Sed patre resipiscente, & agente poenitentiam, soluti sunt: porrò puella, relicto seculo, Christo se, vt erat pollicita, virginem consecrauit.

Multa edita miracula.

Multos sancta virgo claudos, leprosos, dæmoniacos, varijsque affectos morbis curauerat, cum ecce veniunt ad eam duo leprosi, cum lachrymis ipsam rogantes pro corporis bona valetudine. Orauit virgo pia, & cum aquam benedixisset, iussit vt se inuicem illa aqua abluerent. Lotus vnus, sanus effectus est: cui cum diceret sancta virgo, vt scium lauaret, & ille suam iactitans sanitatem, alterius lepram contingere nollet, sensit mox diuinam vltionem, totoque corpore lepra percussus, focium suum vidit benè sanum & incolumem: siquidem illum sancta Brigida mundarat.

Vehebatur quandoque curru sancta virgo, & auriga petebat copiam ducendi currum per agrum hominis cuiusdam, qui tum sepe illum muniebat. Quâuis autem S. Brigida aurigam inberet discedere ab agro, cum vir ille transendi copiam negasset, tamen auriga coeptum vrgebat iter, sed repulsus est à viro, illius equos verberante. Porrò non dormitauit vltio diuina, quæ illum miserum & durum hominem repente extinxit.

Roganit Duptacus, pater sanctæ Brigidæ, vt ad regem Laginensium accederet, & peteret vt gladius, quem iam supra diximus ab illo rege datum fuisse Brigidæ, vt illum Duptaco daret, perpetuò posset apud ipsum Duptacum permanere. Abijt virgo sancta ad regem, & petijt non solum gladium, sed etiam vnus è seruis regijs manumissionem. Ait autem ad illam rex: Si ego tibi præstitero quæ postulas, quid mihi datura es? Respondit Brigida: Si vis, vitam æternam dabo tibi, ora boq; Dominum, vt posteritui semper regiam obtineant dignitatem. At ille, Vitam, inquit, quæ sub aspectu non cadit, nõ appeto: nec mihi curæ sunt filij, qui post me futuri sunt. Alia verò duo malim, vt mihi liceat in hac vita, cuius amore teneor, in multam ætatem degere, & quodocunque bellum suscepero, in eo victorem euadere. Etsi autem hæ preces hominis erant valde huic mundo dediti, at tamen sancta virgo, Quæ petijsti, inquit, pro voto dabuntur tibi. Non multò post cum paucis ille contra multos pugnam initurus abijt, & cum S. Brigidæ implorasset patrociniũ, ab hostibus victor reuersus est.

Animus regis planè dedit huic mundo.

Accepit quandoque è manu episcopi sacrosanctam Eucharistiam, & ecce videt in calice, quem puer episcopi tenebat, deforme portentum, videlicet hirci vmbra. Itaque noluit è calice illo bibere, & quid vidisset, indicauit episcopo. Tum verò episcopus ait ad puerum: Ecquidnam fecisti? Da gloriam Deo, & ingenuè confitere. Ille igitur confessus est se furto abtulisse vnũ ex hircis illius, eiusque partem comedisse: cumq; animi dolorem & poenitentiam lachrymis testatus esset, vocata Brigida, nihil iam hirci in calice vidit. Erat inter puellas eius quædam turpi capta amore viri cuiusdam, in quem oculos incautè coniecerat, qui illius itidem impuro tenebatur amore: iamque pollicita erat, se certo tempore ad illum venturam. Itaque vbi sensit Brigidam sese quieti dedisse, surrexit è lecto, & libidinis accensa flammis, coepit miro quodam cogitationum tumultu exagitari. At tamen præpotentis Dei & sanctæ Brigidæ timore retenta, obnixè Dominum precabatur, vt in tanto periculo, tantoque salutis suæ naufragio ipsi opem ferre dignaretur. Incidit tandem menti eius salubre consilium, accensoque igniculo, illi pedes admouit, ignibusque extinxit ignem, & ardorem libidinis corporis dolore superauit. Nihil verò horum latebat S. Brigidam, cui diuinitus erant omnia reuelata: tacuit autem, vt puellæ posset constantia probari. Porrò manè illa sanctæ Brigidæ aperuit quid fecisset, audiuitque rursus ab ea: Quandoquidem hæ nocte egisti viriliter, & pedes tuos adussisti, neque libidinis ignis in hac vita nocebit tibi, neque gehennæ flammis comburèris: moxque eius pedes adeò sanauit, vt nullum adustionis vestigium in eis appareret.

Puella egrege extrinseca libidinis flamas.

Miraculũ.

Item aliud.

Plura alia.

Messis tempore quodam die manensque ad vesperum tanta vis imbrum è celo ruit, vt nulli messorum quicquam in demetendis frugibus possent efficere: folijs Brigidæ messorum ne pluuiæ quidem gutta attingit. Puerum ab ipso matris utero cæcum suis precibus illuminauit: aquam mutauit in cereuisiam, sitientibusque leprosis abundè potan-

potandam obtulit: lapidem edito crucis signo in salem conuertit, & indigenti hilariter dedit.

Erat vir quidam incredibili ingluuie, & ingenti corporis robore. Orauit pro illo S. Brigida, & viribus quidem corporis nihil detractum est, sed ad communem hominum cæterorum edendi bibendique mensuram redactus est. Reus quidam ducebatur ad supplicium. Eius misera sancta virgo, rogauit Dominum, & diuinitus accepit argentum, quod cum regi obtulisset, misero illi vitam impetrauit. Daria virgo oculis capta, sanctæ Brigidæ dixit: Benedictionem impertire oculis meis, vt pro voto liceat mihi cernere mundum hunc visibilem. Fecit Brigida, vt erat rogata, & illa statim vidit. Verum præ mentis interiori luce, mundi huius lumen fastidians, rursus orauit S. Brigidam, vt iuberet pristinam in eius oculis recidere cæcitatem, ita dicens: Tanto quicque maiori Dei præsentia perfruitur, quanto huic mundo absentior est. Orauit denuò sancta Brigida, & mox illa videre desijt. Mulier nobilis è Scotia, filiam habuit à natiuitate mutam. Eam cum esset annorum duodecim, duxit ad S. Brigidam: quæ apprehensa puellæ manu, ait: Vis Christi amore corporis seruare integritatem & virgo permanere? Nesciebat verò puellam esse mutam. Vt autem mater eius dixit, eam respondere non posse, ait Brigida: Ego verò manum eius non prius dimittam, quàm illa mihi responsum reddat. Mox puella ita locuta est: Faciam, quicquid iusseris. Permansit igitur virgo, & præterea vsque ad supremum vitæ diem nulla fuit illa cloquentior. Fluuium quendam sancta Brigida suis precibus aliò auertit, qui etiam vsque in præsens reuertitur illum. Aues & anates sæpè ad se accersitas, manu palpare solebat, & inde rursus dimittere.

Ingluuiem hominis sanat.

Cæca illa, rursus vt redierat cæcitas, optat.

Muta loquitur.

Felix obitus S. Brigidæ.

Novem viri inter se nefanda coniuratione conspirarant in hominis cuiusdam necem, quem Calendis Iulij perimere constituerant. Multum apud illos egit sancta virgo, vt ab immani scelere illos reuocaret. Sed cum verbis nihil efficeret, ad precandum pro illorum obsecratione Dominum se contulit. Vident igitur illi speciem hominis, quem insectabantur, & existimantes illum esse, gladijs & hastis confodiunt: reque peracta tanquam post triumphum cum cruentis armis, redeunt ad Brigidam: à qua cum se non hominem, sed phantasma ingulasse didicissent, ad sanitatem & meliorem mentem se receperunt. Nimij operis fuerit, singulatim referre res gestas omnes huius admirandæ virginis. Tandem post multos pro Christo susceptos & exantlatos labores puellam alumnæ suam ad se acciuit, eique sui obitus indicauit diem: quo adueniente, felicem Christo spiritum reddidit anno salutis 518. vt habet Sigebertus, vel 522. vt apud Marianum Scotum legitur, qui eam scribit in Hybernia diem suum obiisse.

VITA S. SEVERI RAVENNATIS EPISCOPI, EX VETVSTO QVODAM MANVS CRIPTO CODICE, mutato stylo descripta per F. Laur. Surium: idq; strictius atq; comprehensius, plerunque etiam paraphrasticòs.



SEVERVS insigni Italiae oppido Rauenna ortus est, postq; de illo dici, quod de beatissimo Pontifice Gregorio, Vnde genus duxit, summum conscendit honorem. Moribus valde inculpatis vixit, plenus columbina simplicitate: & quidem cum S. Tobia pauperem gessit vitam, sed erat diues in Christo, illius diuino timori semper inherens. Vxorē duxit, & cum ea castum coluit matrimonium, vitium quotidianum suo sibi labore parans. Textorem enim fuisse, veraci relatione constat. Accidit interea, vt Rauennæ episcopus ex hac vita migraret, & ecclesia illa pastore orbaretur. Conueniunt igitur frequentes episcopi & ex propinquis & remotis locis, vt tantæ ciuitati pontificem solito more præficerent atque consecrarent. Illis verò congregatis, Seuerus domi laborans, vxori suæ dicit: Vadam ocyus, & videbo quis sit futurus antistes noster. Cui vxor: Sede hic, inquit, & tuum negocium age. Nam si velis vacare ocio, non erit id in rem nostram. Siue verò tu illic ad-

1. FEBRUAR.

Patria S. Seueri.

Tob. 4.

Ducit vxorem, & est textor.

Columba eius latitan in capiti insidet. Esai. 66.

Ordinatur Episcopus.

Matth. 19. I. Cor. 1.

Patitur ecr statim.

Geminian Episcopus Mutinens.

Vxor mortua cedit filie in sarcophago.

sis, siue domi resideas, te pontificem non creabunt. Ille porrò, Liceat mihi, ait, cum bona pace tua illuc ire. Respondit coniunx: Fac vt lubet. nam sine dubio simulatque eò fueris ingressus, episcopus ordinaberis. Dixit hoc illa falsè & irridiculè: sed vir Dei illi eò abiit, & veniens in ecclesiam, vbi erat populus cum sacerdotibus congregatus, quòd esset vili & deformi operis habitu, post templi ostium latitabat. Precibus verò pro more absolutis, eccè columba niue candidior è cælo descendens, eius capiti insidet. Id ille conspicatus, columbam à se abigit: at illa per aëra circunvolitans, tertio redijt super caput eius, tanquàm in columba diceret Spiritus sanctus: Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones meos? Ea autem res stuporem attulit omnibus, qui ibi tum aderant è clero & populo, & in commune laudes gratè egèrunt Deo, bonorum omnium largitori.

Mox igitur productus est è suo latibulo vir sanctus, & vel inuitus raptus ad sedem pontificiam, vnctusque oleo exultationis & vnguento sacri chrisimatis, vt fieri solet ad eam dignitatem vocatis. Poterat tum dici illud ex euangelio: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia. & illud ex Apostolo: Ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret. Vbi verò illud tantum munus beatus Seuerus accepit, in illo exequendo se planè irreprehensibilem exhibuit, locumque prorsus in eo non habuit, quod vulgò iactari solet, Honores mutant mores. Quotidiana enim virtutum illi accedebant incrementa, & spiritus sanctus, quo auctore id erat officij adeptus, apostolicis eum operibus fecit conspicuum.

Quodam die cum sacra Missarum solennia eo more, quo solent pontifices, celebraret, ea hora, qua lectio ex Apostoli epistolis erat recitanda, extra sese vir sanctus raptus, & altari assistens, somno suauiter correptus videbatur. Sed cum iam longior mora intercederet, ministri altaris eum existimantes de improviso obdormiuisse, celeriter accurrunt, sacrasque concutientes vestes, eum excitant. Quid habes, inquiunt, pater? Tam multus te populus expectat, & tu sopore deprimeris? Ille subito ad se reuersus, veluti substomachans non nihil, ait ad eos: Quid facitis, fratres? cur me inturbare voluistis? Ego etsi vobiscum hinc corpore fui, at spiritu alibi versabar. Tum verò illi multa instantia ab eo percontati sunt, vbi nam interea fuisset. Quibus ille respondit: Ignoscat vobis Deus, filioli, quòd me ad eò atronitum reddidistis. Ego eram in sancta Mutinensi ecclesia, & animam coepiscopi mei Geminiani Domino commendabam, mansi, illic, donèc humatum esset corpus illius. His auditis, Rauennates clam mittunt celeres nuncios ad Mutinenses, quo in statu sint res Geminiani, exploraturos. Qui vbi Mutinam venèrunt, ante omnia percontantur de salute episcopi: discuntque è ciuibus, ante aliquot dies illo se egregio pastore & Pontifice suo esse defunctos: addebant verò ciues: Certè Dominus Seuerus archiepiscopus vester, immò & noster, illo decedente, præsens hinc adfuit, eiusque animam Deo ritu pontificio commendauit, nec abscessit, donèc eius corpus esset sepulturæ datum. Deindè verò ab oculis nostris repentè ablatum est. His auditis, celerimè nuncij Rauennam reperunt, & ciuibus suis omnia explicant: depræsumque est ex diligenti collatione, eo tempore mentis stuporem sanctum Seuerum pertulisse, quo S. Geminianus migravit ad Dominum.

Filia beatissimi viri in etate iuuenili mortua est. Iam antè è viuus eius mater excefferat, volebantque eam in eius monumento reponere. Vt autem viderunt angustiore esse loculum, quàm qui vtriusque corpusculum capere posset, mœsti aiunt ad Seuerum episcopum: Quid pater sancte facturi sumus? Vidène sarcophagi angustiam? Tum verò sanctus pontifex ad vxoris quondam suæ extinctum corpusculum conuersus, Quid mihi, inquit, molesta es mulier? Cur non das locum filie tuæ? Accipe, quod quòdam vtero gessisti, & noli esse tenax nimium locelli tui. Ad has beati viri voces tanta celeritate corpusculum illud in partem aliam secessit, vt vitali præditum spiritu, citius motu se non potuerit, longumque filie spatium concessit.

Veniendum nunc est ad obitum sancti viri, & quemadmodum ex his seculi ærumnis subtractus, ad illam supernæ patriæ beatitudinem commigrarit. Erat iam prouectè ætatis multa canitie venerabilis, diemque obitus sui ex diuina reuelatione longè antè cognouerat. Itaque die quodam sanctissimum Missæ sacrificium offerens, transitum suum ex hoc mundo ad patriam cælestem, saluberrima sacramentorum cælestium perceptio-

ceptione communiuit, conuocatoque ad se totius vrbs clero & vtriusque sexus populo, iuxta Ecclesie morem, de integritate catholicæ fidei, de fraterna charitate & dulcissima animorum consensione seruanda & colenda, pro data ipsi diuinitus sapientia, prolixum habuit ad eos sermonem. Eo absoluto, impertitaque illis pace & benedictione, stola pontificali indutus, populi que moerentis frequentia vndique vallatus, suum sibi iubet aperiri sepulcrum. Quod cum illi fecissent, viuus in illud ingreditur, mira que authoritate inter coniugem & filiam medium se collocans, clara voce & vultu viuido vale vltimum dicit filiis suis, feliciter iam in Domino obdormiturus, marmorque imponi monumento iubet: sicque post fusas aliquandiu preces, sanctam animam suo reddit creatori, plenus & dierum & meritorum. Incidit eius obitus in ipsas Februarij Calèdas.

Viuus ingreditur sepulcrum, & decedit.

In signum autem eximia sanctitatis, ad tumultum eius innumera, humanumque modum excedentia diuinitus eduntur miracula: è quibus vnum adscribemus, quod huius historiae author sua ætate factum assererat. Mulier quædam Rauennas filiolium habuit quotidiana febre immodicè diuexatam, cui vt celerior posset reformari salus, & dolores illi acres remitti, mater illi offerre decreuit Deo ad sepulcrum beatissimi Seueri. Cum igitur eò peruenisset vnà cum filio & amicis, prostrauerunt se humiliter Deo sancto, Seuero, attentius pro paruuli sanitate orantes: idque ad eò, vt spe bona incitati, in templo in precibus pernoctare statuerent. Interim verò præ nimia defatigatione omnes somno correpti, pueri illius voce lachrymabili rursus excitantur. Eccè autem dum circumpiciunt, vident lampades prius extinctas luculenter ardere: eoque miraculo obstupesci, gratias agunt Deo, & sancto eius confessori Seuero. Porrò mater ex puero sciscitatur, quid ipsi accidisset. Tum ille coram omnibus dixit: Vidi ex hoc sepulcro progredientem senem quendam pontificali habitu indutum, niuis capillis decorum, vultu angelico admirabilem. Is verò me terigit, & vehementer expaui: simulque morbus omnis confestim euauit. Quo tempore vir sanctus claruerit, author historiae dubium relinquit: sed Volaterranus Commentariorum Vrbano Lib. 19. testis est eum sub Iouiniano principe, itemque sanctum Geminianum Mutinens. episcopum, cuius est supra mentio habita, floruisse.

Puer curatur à febre.

PARS HISTORICA SERMONIS BEATI PETRI DAMIANI DE SANCTO Severo episcopo.



Vidistis, fratres charissimi, ex beati Seueri, dum legeretur, historia, qualiter illum Deus de sanificij ergo dicio sustulit, quàm mirabiliter illum non solum præter opinionem omnium ciuium, sed etiam sui, ad arcem Pontificatus elegit. Audistis, pauperculum hominè à Deo mundi diuitibus antefèrri. Audistis, abiectum & humilem super potentatibus nobilitum cum gloria sublimari. Audistis Spiritum sanctum sapientes seculi contemnentem, simplicem hominem eligentem, ornatos vestibus trasuolantem, in pannosum & squalidum, quasi in amicam familiarem, & olim sibi notissimum, descendentem.

Alia Dei at que hom. nū iudicia.

Libet autem, dilectissimi, ad illud pulchrum spectaculum totos interiorum luminum radios diligenter expandere, & omnipotens Deus quàm diuerso modo ab hominibus iudicet, in quantum mihi possibile est, studiosè pensare. Conueniunt vniuersi ciues ad oratorium, descendit Spiritus sanctus in columbæ specie super populum congregatum. Multa inferius corda, vnus desuper in speculo. Præstolantur isti, magnum aliquem ex diuitibus eligi: considerat ille, quis ex omnibus maximè valeat, diues virtutibus inueniri. Isti apud se præferunt eruditam linguam, luculentum sermonem: ille autem animum simplicem & cordis humilis puritatem. Hinc populus visu plebeios præterit, ad primates verò, quis eorum maximè eligatur, attendit: indè autem excelsus Dominus humilià respicit, & alta à longè cognoscit. Hinc multi sibi metipsis illud sacræ dignitatis culmen exoptant, & garrulo silentio intra conscientiam clamant: O si columba veniat super me, si Deus eligat me. Putas ego ero electus? Putas mihi dabitur Episcopatus? Indè autè ille scrutatur renes & corda, qui finxit singularem corda eorum, qui intel-

Psal. 137.

Psal. 73.



intelligit omnia opera eorum. Et quidem aderant ibi multi, utpotè in egregia ciuitate, alij quidem frementium equorum glomeratis gressibus incedere soliti, alij claris natalium titulis insigniti, alij preciosarum vestium nitore cõspicui, alij crebris obsequentijs militum cuneis confipati, alij omnibus his mundi muneribus multipliciter præditi, alij alijs rebus pro sua possibilitate dotati. Sed omnipotès Deus, qui corda hominum subtiliter intendebat, quod olim per Prophetam dixerat, sine aliquo vocis strepitu iterum repetebat: Super quem requiescet Spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos? Videbar populus in aperto loco columbam cælitus expectantem. Adspiciebat illa Seuerum pauperculum, post ianuam latitantem. Qui enim se hominibus abscondebatur, diuinæ maiestatis intuitum declinare non poterat. Quid est hoc, beate Seuere, tam pauper, tam diues, tam humilis, tam sublimis, tam pannosus, tam gloriosus, apud iudicia humana deiectus, ex diuina prouidentia inuisibiliter sublimatus? Cur te abscondere niteris, qui ad hoc proueheris, ut ad virtutis exemplum omnium oculis proponaris? Cur vultus hominum erubescis, qui diuinæ maiestatis conspectui præ omnibus placuisti? Videlicet idcirco absconderis, ut videas, & non videaris: videas scilicet columbam pro admiratione, non videaris autem pro vestium foeditate. Agè iam manifestare in publicum, procede ad medium, & Christianæ familiæ suscipe villicatum. Excit margarita de sterquilinio, ut in summi regis fulgeat ornamento. Non lateat vterius lucerna sub modio, sed super candelabrum posita, omnes qui in domo sunt, splendoris sui luce perfundat. Pasce igitur Dominicum gregem, & super ouile Christi curam exhibe pastorem. Tibi Christus ecclesiam suam committere iam decreuit, quam inestimabili sui sanguinis precio comparauit. Suscipe egregiæ administrationis officium, ut de commissi talenti fœnore auctum referas lucrum. Nec expauescas ignorantiam literarum, non dubites de incompositorum enormitate sermonum, quia ille, qui promouet te, sine legendi labore instruet te: qui tibi doctrinæ committit officium, docendi etiam suggeret incrementum. Summum quippe est verbum, quod tibi feminandi verbi exhibet ministerium. Hoc Verbum tibi, tuisque similibus per semetipsum dicit: Cùm steteritis ante reges, &c. Et iterum: Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

Quid plura? Tandem venit columba, & mirantibus cunctis, dilectum sibi caput inuisibiliter descendebat. Sed quid iam fugitiuus Dei faceret? Quod se verteret? Quod sibi latibulum tutius inueniret? A conspectu omnium fugit, valuas opposuit, ad videndum sibi solas postium rimulas dereliquit. Sed qui humanos adspetus auertere potuit, columbini acumen intuitus non euasit. Videt se deprehensum, conqueritur intra se, nil sibi profuisse confugium. Veruntamen adhuc suspicatur deceptam errare columbam, nec posse in tanta hominum multitudine certam eligendi notare personam. Tertio igitur ad se volitantem agitatibus manibus repulit: & sic in nomine sanctissimæ Trinitatis benedictionem suæ consecrationis accepit.

O nouum & inauditum promotionis ordinem. O admirabilem egregij Pontificis dignitatem. Nam quid aliud fuit, in caput beatissimi viri columbam tertia vice descendere, nisi patenter illum in Patris, & Filij, & Spiritus sancti nomine consecrare? Et quid aliud fuit, eandem columbam à se exturbando, manibus tangere, nisi ex Ecclesiasticæ institutionis ordine, in ipsis manibus oleum sanctæ vnctionis accipere? Nam quod columba in sanctissimi viri caput illapsa descendit, officium manûs impositionis impleuit. Quod autem sacris se manibus tangi permisit, ipsas manus sancti Spiritus vnctione signauit.

Esa. 66.

Latere nititur S. Seuerus, sed non potest.

Matt. 5.

Matt. 10.

Ibidem.

Columba insidit capiti eius.

Oleum sanctæ vnctionis ritu Ecclesiastico, quod inuenitur manus.

Suscepto igitur Pontificatus officio, beatus ille Seuerus, non magis ex ordine Ecclesiasticæ dignitatis ascendit, quam in arcem quoque summæ sanctitatis excreuit.

SANCTI

## SANCTI MARTYRIS TRYPHONIS VITA,

Authore Simeone Metaphraste.



V M Dominus & Deus & Seruator noster Iesus Christus, postquam Deus & homo ad homines aduenisset, & tertio die à mortuis surrexisset, & ad patrem cum gloria esset assumptus, in discipulos effudit spiritum sanctum, & eos diuina cognitione impleuit & virtute, ex eius plenitudine accepit vniuersa terra, & omnes homines fuerunt participes doni, quod ex eo emanabat: & liberati quidem sunt à tenebris ignorantie & cultus simulacrorum: verè autem luci Dei cognitionis euasere familiares. Nam cum non secus ac diuina & luce micantia fulgura, per omnes fines percurrerent, & non paruam adferentes illuminationem, egressi essent Apostoli, eorum qui videbatur illustratos oculos, ne momento quidem temporis morerentur sedere in tenebris. Alius autem aliam orbis partem sortiti, cum omnem gentem, regionem & ciuitatem sibi distribuissent, eis iniecerunt veram scintillam veritatis. Quæ paulatim per eos, qui apti erant, accensa, in claram & sublimem euasit facem.

Hoc principium cum accepisset fides, ad tantum processit splendorem, ut consumptis profundis tenebris ignorantie, in diuinæ lucis statum omnia transmotaerit. Huius post Apostolos causa & authores fuere diuini martyres: qui cum veluti semen lucis ab eis accepissent, deinde tanquam violentis ventis traditi tentatoribus, id non solum non extinxerunt illatis iniurijs, sed etiam varijs tormentis effecti clariores, ipsi quidem tanquam lucida sidera, de cetero sunt collocati in cæli firmamento, quod percipitur intelligentia. Illinc autem clarissime resurgentes, terræ vniuersæ lucem præbent. Ex his vnus est etiam beatus Tryphon, qui à diuinis & in quas non cadit interitus, delictijs nomen sortitus, frugiferum germen horti deliciarum. Qui è Phrygia quidem primùm fuit editus, vico verò Campsade, qui est vicinus ciuitati Apameæ. A pijs autem parentibus ortus magis pijs filius, ab ineunte ætate visus est Deo adesse esse gratius, ut iudicatus sit idoneus administrandas operationes spiritus. Quamobrem varij quidem morbi fugiebant à corporibus: demoniorum verò vniuersa hominibus infesta natura, solo nomine Tryphonis flagellata, vel potius vsta virtute eius, qui in eo erat, spiritus, fugabatur quidem ab hominibus, abigebatur autem in intima deserti penetralia. Atque omnia quidem recensere miracula, quæ ab eo facta sunt, non est præsentis temporis. Cùm vnus autem in præsentia fecero mentionem, per quod gratia, quæ in eo erat, virtus possit esse euadens, ad martyrium præclari athletæ me conferam.

Anno 225. post Augusti mortem, Gordianus accipit sceptrum Romani imperij, vir quidem gentilis religione, sed Christianis non adeo grauis. Non enim is, sicut reliqui, mouit persecutionem aduersus Christianos. Ei nascitur vnica filia, corporis quidem specie & pulchritudine insignis, ingenio autem & intelligentia fœminas, quæ erant suo tempore, superans: neque vlli cedebat in doctrina literarum. Quocirca magnoperè contendebant parentes, ut eam integram & illesam conseruarent. Primos verò ciuitatis, qui eam ambiebant, magna vrebatur æmulatio: ipsa autem in munitis locis clausa, diligenter & tutò custodiebatur. Ut verò à ciuitate Romanorū sanctus cognosceretur Tryphon, vel potius ut Christus in eo laudaretur, repente execrandum demonium dictam Cæsariæ filiam inuadens, eam impudenter vexabat, assidue discerpebat, in aquam & ignem proieciat, & omni ratione eius vitæ insidiabatur. Atque dubitabant quidem omnes sapientes, herabantque & manebant planè attoniti medici, videntes affectionem esse miserabilem, non valentes autem ei omnino opem ferre. Animo verò anxius erat pater, affectioni nusquam vllum inueniens auxilium: tristis erat, egrè ferebat, tabescebat, donec ipse malus spiritus, maiori scilicet potestate coactus, suum inuocabat expulsorem: suum quidem percussorem, puellæ autem, quæ ab eo vexabatur, appellabat curatorem. Nisi, inquit, accesserit Tryphon, puellam non cessabo terrere: ab ea non recedam, nisi videro aduenisse Tryphonem.

Protinus ergo iussis exeuntibus Imperatorijs, missisque frequentibus literis, vniuerso autem orbe terræ ferè percurso ad inquirendum Tryphonem: & multis quidem mul-

Acto. 2.

Mundus ad Deum conuertitur per Apostolos.

Martyres orbem totum illustrant.

Tryphonis patria.

Claret mi. raculis.

Filia Gordiani Augusti arripitur à dæmone.

for. \* Præ-  
rextatum.  
Nota gratæ.

multis è locis emissis ad eos euocados, qui hoc appellarentur nomine, nihil autem valentibus efficere, peruenit etiam ad partes Phrygiæ hæc inquisitio. Significatur deinde is, qui queritur, agere in vico Campsade: inuenitur propter paludem lacus, qui est situs prope eum locum, anserum curam gerens. Confessus autem is, qui querebatur, se esse Tryphonem, statim quidem transmittitur per eos, qui ipsum inuenierunt, ad Præfectos Pompeianum & Potestatum. Ipsi verò cum eum equis publicis protinus imposuissent, Romam transmiserunt ad Imperatorem. Atque ille quidem iter rectè confecit: agebat autem tunc ferè ætatis annū decimumseptimum. Malignus verò spiritus cum eius sensisset aduentum, tunc grauiter vexabat, & per puellam efferuescebat: & sepe eiulans clamabat se non posse amplius eius corpore vti habitaculo: prope enim adesse, qui potenti manu eum expellat. Adhuc enim, inquit, tres dies, & accedit Tryphon, qui in nos accepit potestatem. Cum sic multum clamasset, & eam discerpisset, exijt.

Ieiunio &  
precibus ob-  
tinere maio-  
rè aduersus  
dæmones  
potestatem.

Dæmon  
apparet.

Tertio verò die ab excessu dæmonis, Romam quidem venit sanctus, adducitur autem repente ad Gordianum. Quem cum lubenter excepisset, agnouit eum esse, qui Gordianam suam filiam curauerat, ex aduentu coniciens præfixum terminum trium dierum. Ut res verò esset certior & euidentior, rogabat ut dæmonem oculis videndum produceret, & eum interrogaret. Sex itaque dies ieiunio & intentis ad Dominum nostrum Iesum Christum vir sanctus vacans precibus, illucescente septimo, iam desuper maiorem & validiorem aduersus dæmones consequitur potestatem. Nam cum nox quidem procul abesset, sol autem suis radijs in terra subrideret, aderat quidem Imperator, aderant omnes satellites & qui eius parebant imperio, ab eo petentes, ut viderent aliquid admirabile. Diuinus autem Tryphon cum esset plenus diuino spiritu, in ipso verò immundum quoque illum spiritum intueretur intelligentia: Tibi dico, inquit, in nomine Iesu Christi, appare ijs, qui adsunt, & eis ostende tuam turpitudinem & imbecillitatem. Simulatque autem hoc dixisset, ecce tanquam canis ad speciem deformis, niger colore, oculos habens tanquam ignem emittentes, & caput humi defixum, coram omnibus apparuit.

In quos ob-  
tineat vires  
fatan.

Cui, qui precatus fuerat, Dei seruus. Dic, inquit, execrande, quis te misit? Quis permisit, ut hanc inuaderes adolescentulam? & quomodo cum sis talis, nempe tenebrosus & imbecillus, & plenus omni probro & dedecore, adeo audes contemptui habere & vexare, quod factum est ad Dei imaginem? Dæmon autem respondens, Mittor, inquit, à meo patre. Dicebat verò esse sibi patrem, authorem & causam malorum, qui etiam appellatur satan, & ab eo iussum esse hanc puellam torquere. Et quænam est ei potestas, rursus dicit Tryphon: malitiæ, inquam, principi aduersus figmentum, quod constituit omnipotens bonitas & munij sancto spiritu. Ille autem canis, etiam si nollet, diuina tamen quadam operatione vera respondit omnibus audientibus: Nos nullam habemus potestatem in eos, qui sunt pij in Deum omnipotentem, & in eius Christum, pro quo Petrus & Paulus hinc præclarum suscepere martyrium. Eos verò reuerentes fugeremus, nisi nobis esset permillum alicui extrinsecus leuem aliquam adferre tentationem. In eos autem omnino vires nobis vigent, & in eos tyrannidem obtinemus, qui suo animi proposito sectantur opera, quæ sunt nobis grata. Maximè verò grata nobis opera sunt, cultus simulacrorum, blasphemia, adulterium, veneficium, inuidia, cædes, superbia. Per hæc enim & quæ ea consequuntur, homines sua sponte nobis effecti familiares, suis factis tanquam laqueis implicantur: & ab eius quidem, qui ipsos fecit, alienantur bonitate: illaqueantur autem nostris maleficijs. Cum hæc ab eo dicerentur, Imperator & omnes qui aderant, his auditis, repleti sunt horrore & admiratione. Et multi quidem ex infidelibus, Christo statim crediderunt: fideles autem stabili & testimonio inimici magis confirmati, regi gloriæ laudem emiserunt & gloriam. Increpatus verò ille immundus & sceleratus dæmon, protinus euauit ex oculis.

Cæsar autem hoc beneficio affectus, & valde ea admiratus, cum plurimis donis & honoribus beatum Tryphonem esset profecutus, cura suorum Præfectorum eum suis restituit. Atque quæcunque quidem ex his ad eum redierunt, in via distribuit pauperibus: ipse verò cum domum venisset, consueta fidei sequens opera, & vacans beneficio afficientis ijs, qui laborabant, creatam solum habebat mentem ad brauium supernæ vocationis. Cum autem decessisset Gordianus, Philippusque execrandus & impius ei successisset in imperio, & ipse quoque citò fuisset interfectus in bello aduersus Troglodytas, Decius

Decius post eum renunciatur, vir crudelis & animo impudens, & feruens quidem furore circa simulacra: rabie autem intolerabili ab inhabitante in ipso dæmone motus aduersus eos, qui nolebant eis sacrificare. Fuit verò hoc graue bellum aduersus Christianos. Non enim parabantur arma aduersus alienigenas, non tela & lanceæ, non rhompha & gladius vibrabantur aduersus eos, qui faciebant iniuriam: sed rotæ & catapultæ, vnguesque ferrei & pectines, & omne genus suppliciorum comparabatur aduersus innocentes. Vnum autem in eos crimen intendebatur, nempe in Deum sanctitas. Cum ergo illic multa erumperet confusio, dicebat se videre, veluti quodam, quod intelligentia percipitur, ventilabro purgari arcem Domini. Quicumque enim leuitate mentis & stramineis cogitationibus, verbum fidei videbatur suscepisse, ij perinde ac vi ventorum ventilati tentationibus, reseruabantur igni, qui non extinguitur. Qui autem recta sententia & animo stabili adherebant veritati, ij iniurijs & afflictionibus inflammati, cum sui fidei probationem Deo & hominibus ostendissent, in horrea celestia, tanquam purum frumentum, recondebantur.

Cum hæc sic fierent, & vehementer vrgeret persecutio, desertur Tryphon ad Præfectum Orientis. Aquilinus autem tunc gerebat Præfecti magistratum. Ad eum ergo defertur, quod vir quidam Apameensis, genere non ignobilis, doctrina excultus, arte medicus, Augustos valde despicit: & magnos quidem deos subannat, Christum autem solum Deum annunciat. & ea ratione fieri, ut multi decipiantur à verborum eius magnificentia. Statim ergo emisit literas & edicta cum minis vehementibus ad loci illius magistratum, ut eum, qui querebatur, maxima celeritate ad eum adduceret. Fieri verò non poterat, ut præclara fidei lucerna in sordido loco lucens lateret. Cum ergo audiisset se queri à persecutoribus, non recedit in solitudines, non densos & incultos obit montes: sed cum precibus & orationibus se in Christo munisset, alacri animo accedit ad eos, qui querebant, & ad Aquilinum eum magno gaudio & prompto animi studio, qui tunc agebat Nicææ, statim mittitur per milites cohortis. Cum ergo ei statim excelsum crectum fuisset tribunal, honesteque & decorè eum circumstetissent satellites, dixit Pompeianus scriniarius maximi ordinis: Qui Apamea à Frontone legato ad vestram missus est magnificentiam, adest ad purissimum tribunal vestræ potestatis. Aquilinus Præfectus dixit: Qui adest, primum dicat nomen, patriam, fortunam, deinde religionem. Dixit S. Tryphon: Mihi nomen est Tryphon: Patria, vicus Campsades, vicinus ciuitati Apameæ. Fortuna autem apud nos nec est, nec dicitur, qui Dei providentia, serieque & ordine ineffabili sapientiæ omnia fieri credimus: non autem à fortuito, & qui fit præter rationem, concursu astrorum & à casu statuius pendere ortum hominis. Sum verò liber moribus & vitæ educatione, vni soli Christo seruens. Christus enim est mihi religio, Christus mihi gloria, & corona gloriationis.

Dixit Præfectus: Existimo te in hodiernum vsque diem nondum cognouisse iussum Augusti, qui iussit quenuis hominem, qui hoc nomine sciaçat, & ad deos colendos est durus, tradi morti violentæ, & te remoue à tali deceptione, nè igni tradaris. Dixit sanctus Tryphon: Vtinam mihi liceat & igne & omnibus tormentis consumi pro nomine Iesu Christi Domini mei & Dei. Dixit Præfectus: O Tryphon, suadeo ut dijs sacrifices. Video enim præter ætatem corporis, te quoque perfectum sensum animi ostendere, nec per deos volo te malè mori. Dixit sanctus Tryphon: Perfectum habeo sensum, si Deo meo perfectam obtulero confessionem, & pulchrum depositum, nempe in ipsum fidem, eam non negando conseruans, me ab omni reprehensione vacuum & integrum sacrificium obtulero Christo, qui fuit pro me sacrificatus. Dixit Præfectus: Igni tradam tuum corpus, & acerbissimis supplicijs consumam tuam animam. Dixit sanctus Tryphon: Mihi minaris ignem, qui extinguitur, & simul deletur cum ea quæ accendit materia, cuius finis est cinis. Ego autem eum, qui non potest extingui, & est æternus, contra minor impijs. Recede, inquam, à rebus vanis, & cognosce eum, qui est verè Deus: nè, si fortè illius ignis feceris periculum, te malorum poeniteat. Hæc cum audisset Aquilinus, & ira fuisset percitus, iubet eum suspensum cædi.

Cum primum ergo prolata fuisset sententia, beatus Tryphon cum vestem exuisset, & venerandum illud & pulchrum corpus prompto & alacri animo tradidisset licitoribus, in ligno suspenditur, & manibus ponè circumactis vincitur. Cum ipse autem tribus horis cæderetur, & animum quidem firmum & stabilem & inuulnerabilem Christo

Deciana p.  
secutio.

Crimē Chri-  
stianorum.

Tryphonis  
nomen de-  
fertur.

Sistitur cor-  
poram pfecto.

Præclara ei-  
us confessio.

Contemnit  
supplicia  
omnia.

Tribus ho-  
ris cæditur.  
sto

sto ostenderet, silentio verò plagas tanquam alio patiente sustineret, dicit Præfectus Aquilinus: Poeniteat te, ô Tryphon, huius importunæ amentia, & profitere te dijs esse sacrificaturum. Nemo enim resistit edicto Imperatoris, qui non acerbè & violenter ex hac vita excefferit. Dixit sanctus Tryphon: Ego quoque tibi dico: Nemo qui regem celestem Christum negavit, vitam æternam consequetur: sed transmittitur ad ignem æternum, & qui non potest extingui. Dixit Præfectus: Rex celestis non est alius nisi magnus Iupiter, Saturni & Rhææ filius. Is est pater hominumque deumque: cui qui non paruerint, minimè possunt viuere. Cui tu quoque debes parere, vt dignus cæsaris vita iucundissima. Dixit sanctus Tryphon: Similes fiant Ioui deo tuo, qui eum pro deo colunt, & omnes qui confidunt in eo. Quem dicunt quidem primum fuisse præstigiatores hominum & sceleratum ac perniciosum, patremque cuiusuis nefariæ actionis & impietatis. Post eius autem decessum, aureas & argenteas statuas ei erigentes, qui fecerunt similia opera dedecoris, deum pronunciarunt, suæ libidinis & intemperantiæ afferentes excusationem, quòd is in deos sit relatus. Idem modus cernitur etiam in alijs, qui falsò vocantur dii. Sic vos falsam multis retrò seculis datam sequentes traditionem, inaniam materiæ & surdæ cultum impiè tribuitis. Deum viuum negligentes, qui cælum firmavit, terram super aquas stabilij, aërem effudit: & cum rebus omnibus creatis formam dedisset, hominem dominum in ipsis postea formatum cõstituit. Cuius decepti à maligno serpente, & innumerabilibus tracti erroribus & exitijs, Deus Verbum misertus, homo fieri voluit, & nobis simili forma suscepta, in ea in crucem actus & sepultus, cum tertio die resurrexisset, & in cælos esset assumptus, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, donec quæcunque res est creata, eum agnoscat: & sic è cælis cum diuina virtute & gloria apparens, reddet unicuique conuenienter suis actionibus. Hic est Deus deorum, rex regum, & iudex viuorum & mortuorum. Qui autem à vobis dii existimantur, sunt æterni ignis fomites cum ijs, qui ipsos colunt.

Hæc cum diceret beatus Tryphon, Aquilinus summo furore percitus, eum quidem iubet de ligno deponi, se autem sequi vincitum, exeuntem ad venationem. Licebat ergò videre acerbissimum tormentum infligi martyri. Nam plantæ pedum eius disrumpentur, quæ non solum nudæ obijciebantur frigori hyemis intolerabili, sed etiam conculcabantur equorum pedibus: carnes autem ei dilaceratæ, per terram dispergebantur. Martyr verò semper ad Dominum intuens, dum in eo foueretur & recrearetur, non ægrè ferebat dolorè, psallens: Perfice Domine gressus meos in semitis tuis, vt nõ commoucantur gressus mei. Et rursus: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniquitas: & quæ deinceps sequuntur. Præter hæc emittebat etiam voces primi martyris, dicens: Domine, nõ statuas eis hoc peccatum. Cum à venatione autem serò redijissent, dicit Aquilinus accersito martyre: Nuncne tãdem, ô miser, tibi persuasisti sapièti vti ratiocinatione & dijs sacrificare, an adhuc pristina teneris insania? Dicit sanctus Tryphon: Cum rationis expertis insaniæ & imprudentiæ sis ipse plenus, à diaboli offusa tibi temulentia nõ potes respiscere, & adorare creatorem vniuersorum. Ego autem sapienti vtor ratiocinatione, non recedens ab ea, quæ dat salutem, veritate. Dicit Aquilinus Præfectus: Nunc redeat in carcerem, & referuetur ad alteram examinationem. Fortè cum fuerit solus, se admonebit, vt desistat ab hac mala persuasione. Cum sic dixisset, ad finitimas regiones est profectus.

Cum autem aliquot dies intercessissent, veniens rursus Niceam, & sedes in tribunali, sistendum curauit sanctum Tryphonem, & dixit: Num te prolixitas temporis admonuit, vt pareas Imperatoribus & supplex procidas dijs seruatoribus? Cui dixit sanctus martyr: Deus meus & Dominus Iesus Christus, cui pura mente serui, admones admonuit & cõfirmavit, vt immutabilem & immobilem in eum fidem teneam. Quamobrem eum solum vt verum regem & Deum attendo: tuam autem infelicitatem & tui Imperatoris despicio arrogantiam, & eorum, quæ à vobis coluntur, auerfor vanitatem. Dixit iudex: Acutis clauise eius pedes perforate, & verberatum per mediam ciuitatem exigit. Cum diu autem ageretur sanctus, & sanguis dispergeretur, & labores intenderentur, & temporis asperitas exhiberet molestiam, (erat enim vigor hyemis) inflexibilis & inuictus mansit cogitatione. Nam ante se Christum præuidens, & considerans beatitudinem, quæ sanctis est reposita, perindè ac si essent rochantes imbris stillæ, sustinuit vel niue densiora supplicia.

His

His autem valdè obstupescens Aquilinus, Quousquè, inquit, ô Tryphon, non senties tormenta? Quousquè te non tanger dolorum acerbitas? Sanctus verò Tryphon respondit: Quousquè tu nõ intelliges virtutem Christi, quæ in me manet? Quousquè non defines tentare spiritum sanctum? Miser, nondum sensisti inuictam esse Christi potentiam? Tunc ira repletus impius, iubet eum circumactis vlnis verberari virgis, deinde eius lateribus adhiberi faces ignis. Cum ergò cum magna vehementia hæc ei infligerentur tormenta, diuinus quidam splendor eum repentè illustrans & circumfulgens, diuinamque & omni ex parte pulchram coronam florentem gemmis præbens, stupore quidem afficit eos, qui de ipso habebant quæstionem, (qui quidem putabant eum torqueri) cum hoc magnum & quod naturam lögè superat, vidissent miraculum: & effecit, vt præ stupore ij in terram caderent. Christi autem martyr, à superis aduenisse expertus defensionem, impletus fiducia & exultatione, Deo confitebatur, dicens: Domine, ago tibi gratias, quòd non reliquisti me in manibus inimicorum: sed obumbrasti super caput meum in die belli, & dedisti mihi protectionem salutis, & dextera tua suscepit me. Et nunc Domine, rogo te, ad sis mihi perpetuò, confirmans & defendens, & dignare me perfecte & sine vlla offensione decertare hoc pulchrum certamen confessionis, vt etiam corona iustitiæ dignus habeatur cum omnibus, qui tuum nomen sanctum dilexerunt: Quoniam solus es glorificatus in secula, Amen.

Rursus autem execrandus ille iudex accersens athletam, & veluti adulari præ se ferens: Sacrifica, dicebat, ô Tryphon, magno Ioui, & adora imaginem Cæsaris, & ego te dimittam maximis honoribus affectum & muneribus. Sanctus Tryphon subridens, dixit: Si illum ipsum Augustum despexi, & à ratione aliena eius iussa respui, inanimam eius imaginem, humana arte & coloribus formatam, adorabo? Absit. De Ioue verò & alijs tuis, qui falso nomine dicuntur dii, interroga eos, qui inter vos se iactant de sapientia, qui quod ex ijs, quæ de ijs dicuntur fabulis, ijs qui sapiunt, apparet turpe, conantur effugere, Iouem quidem dicunt æthera, Iunonem autem aërem, & Cererem terram, & Neptunum quidem mare, Apollinem verò solem, & Iunam Dianam nominarunt. Iidem mihi videntur Mercurium quidem orationem, Martem autem iram, & Venerem cupiditatem dicere per allegoriam. Et sic vnamquanque mundi partem, quinetiam ipsos animæ habitus simulacra constituentes: & vniuersorū quidem opificem insanè relinquentes, rem autem creatam magis quàm creatorem colentes, nõ solum ipsi à recta sententia excident, ad animæ interitum ferimini præcipites, sed nos etiam contenditis attrahere, vt simus participes eiusdem barathri & exitij: sed prædam dolosi minimè assequimini, nec eos qui verè sperauerunt in solum Deum fortem & viuum, à recta mente abducentes, vana simulacra atterere persuadebitis. Admiratus est, hæc verba audies Aquilinus: valdè magna autem repletus acerbitate, eum rursus cedi, & per omnem contumeliam flagris iussit verberari: Vt, inquit, consumatur animæ eius arrogantia. Cum is verò cederetur, & per omnem contumeliam flagris verberaretur, eadem erat ei stabilitas. Quo magis autè remittebatur robur corporis plagis intolerabilibus, eo magis cordis confirmata constantia, præclariorem ostendebat fortitudinem.

Cum ergò vidisset Præfectus se ea aggredi, quæ fieri non poterant, sic tulit sententiam: Tryphon Apamensis, qui repugnauit iussui Imperatoris, neque dijs voluit sacrificare, post multa inflicta tormenta, capite luat poenas. Statim ergò milites eum eū educissent è ciuitate, adducunt in locum, in quo illud venerandum & Deo charissimum caput volebant amputare. Sanctus autem martyr stans ad Orientem, vocem suam extulit, & sic orauit: Domine Deus deorum, rex regum, sancte sanctorum, ago tibi gratias, quòd me dignum censueris, qui hoc certamen peragerem citra reprehensionem: & nunc rogo te, nõ me tangat improba & insidiosa manus inimici, neque me trahat ad profundum interitus, sed per sanctos angelos magnificæ tuæ gloriæ, in dilecta tabernacula & in desiderabilem & immaculatam tuam introducens hereditatem, suscipe in pace animam. Omnibus autem qui tui famuli meminerint, & in meam gratiam tibi sacrificia offerre voluerint, attende ex venerando tuo habitaculo, ex cælo sancto tuo, copiosa & ab interitu aliena eis contra remittens beneficia: Quoniam es solus bonus, & largitor bonorum in secula seculorum.

Hæc cum orasset athleta, & Deum adorasset, antequàm feriretur gladio, tradidit animam. Qui autem Niceam cõcurrerant fratres, mundis sindonibus & varijs aromatibus sancti

Z z z

sancti

Egregiè respodet Præfecto.

Gen. 1.  
Gen. 3.

Acerbissimè s. Tryphonis supplicium.

Psalm. 16.  
Psalm. 118.

Acto. 7.

Noua supplicia adhibentur.

Flagellatur &amp; aduntur.

Blanditias tyrannus adhibet.

Cædit flagris valdè contumeliosè.

Capite damnatur.

Feliciter exit è corpore.

sancti martyris venerandas ad sepeliendum componentes reliquias, volebant quidem eas recondere, vt essent custodes suæ ciuitatis: Sanctus verò apprensus in somnis, iussit eas transferre in suum vicum, nempe Campsadem, quod etiã fecerunt. Sic beatus Tryphon à teneris vnguiculis Deo consecratus, cum multis quidem ad Christi fidem adduxisset, multos autem morbos hominum curasset: plurima verò post hæc tormentorum & suppliciorum genera pro veritate pertulisset, redimtus fuit corona incorruptionis: Ad gloriam patris & filij & spiritus sancti, Nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

AMPHILOCHII EPISCOPI ICONII HOMILIA  
IN PURIFICATIONEM DEI GENITRICIS MARIAE,  
in Annam Prophetissam, & Simeonem.

2. FEBRUAR.  
Vide Vir-  
ginitatis  
commen-  
tationem  
egregiam.



Genes.

**M**ulti quidem non vulgares, sed viri summi atque præstantes, Virginitatem admiratione magna prosequuntur: idque non immeritò faciunt, cum verè sit admirabilis, vt angelorum naturæ cognata, & eundem cursum sibi proponens, quem & naturæ illæ incorporeæ propositum habent, Ecclesiæ sanctæ lampadem gestans, vt mundum superans, vt affectus & perturbationes carnis conculcans, vt appetitum refrenans, vt cum Eva non comunicans, vt à dolore afflictiva liberata, vt castitati adherens, vt à gemitibus redempta, quippe quæ condemnationis sententiam non admisit, quæ ait: In dolore paries filios: & conuersio tua ad virum: & sub viri potestate eris. Verè igitur Virginitas ipsa est admirabilis, vt possessio quædam à seruitute libera, vt germen nunquam exarscens, sed semper virens ac florens, vt vitæ institutio insignis, vt exercitationis & vitæ laudabilis ornamentum, vt humano habitu superior, vt corporeis affectibus pura, vt denique vnà cum sponso Christo in thalamum regni cælestis ingrediens, Virginitatis igitur multiplex gloria talis tantaque est, cui hæc & his similia conueniunt.

Vide etiã  
matrimo-  
nij & nu-  
ptiarum en-  
comium.

Esa. 8.

At Nuptiæ honoratæ etiam sunt, & quouis terrestri dono superiores, secundæ arboris similitudinem præ se ferentes. Est enim coniugium ipsum tanquam planta quædam pulcherrima, ex qua Virginitas ipsa nascitur, & rationalia animataque germina producuntur. Est, inquam, coniugium ipsum benedictio illa, qua mundus creuit, & generis instauratio facta est: per ipsum enim natura humana reparata fuit: quam cum Dominus suscepisset, diuinam imaginem renouauit. Tale denique coniugium est, vt vniuersum genus humanum contineat, & cum illo versetur, ita vt liberè possit dicere: Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Deus. Cum ergò tam eximium sit coniugium, quid Virginitas erit, coniugij flos? Non enim ex alia re, quàm ex coniugio Virginitas gignitur.

Luc. 2.

Exod. 3.  
Num. 8.

Hæc autem cum dicimus, inter Virginitatem & Nuptias contentionem aut pugnam non introducimus, sed vtriusque bona, vt par est, admiramur, quandoquidem tam coniugij, quàm Virginitatis curam habet Dominus ipse, qui non alterum alteri, tanquam in rutina, opponit, sed facit, vt in vtraque parte Dei timor adsit. Nam si pietas absit & Dei timor, neque Virginitas ipsa veneranda, neque Nuptiæ sunt honoratæ. Hæc antiquam Euangelicæ lectionis explanationem aggrediamur, dixisse volui, propter id, quod in lege quidem scriptum, sed gratiæ tempore confirmatū est, ab vniuersis expectatum, sed in solo Domino completum est. Dico primogenitum fructum illum Mariæ Virginis. Audisti enim Euangelistam paulò antè dicentem: Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo, priusquam in vtero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purificationis eius, tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur.

Audistisne coniugij benedictionem? Id communiter quidem dictum est de omnibus, sed in solo Domino perfectum. Quod enim scriptura dicit, Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur: ad solum Dominum Iesum refertur, non ad alium

alium quempiam, licet communiter dictum sit. Talis enim est vniuscuiusque virginis natura, vt primùm viri congressu aperiatur vulua ipsa, deindè pariat. Sed in Saluatoris nostri ortu non ita factum est. Nam nulla præeunte viri cognitione in Virgine matre, ipse sine virginitatis illius corruptione ortus est. Itaque dictum illud, Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur, verè ac propriè ad Dominum Iesum referebatur. Nunquid Cain sanctus fuit, quoniam omnium primus ex materno vtero editus est? Num, inquam, propterea sanctus vocabitur, qui nefariè vitam terminauit? Num Esau vir bellicosus & gladij heres, propterea sanctus dicitur, quia prior natus est, quàm Iacob? An Ruben sanctus, quia primus ex vtero matris editus est, quippe qui patris cubile commaculauit? Nemo istorum sanctus fuit. Omnes isti rei extiterunt. Ex his igitur manifestum est, scripturæ dictum illud, Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur, propriè ac verè ad solum Dominum Iesum spectat. Idque confirmatur illo Gabrielis ad Virginem testimonio: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.

Sunt autem, qui nostris dictis aduersantes, hæc nobis obijciunt: Si scripturæ locus ille, Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur: ad Iesum solum refertur, non igitur Virgo ipsa remansit virgo, cum scriptura dicat, Omne masculinum adaperiens vuluam. Animaduerte, & prudenter intellige quicumque de virginea illa natura verba facis, quòd scilicet nullo modo virginalis illa porta patefacta sit, eius prouidentia & voluntate, qui antè in ipsa conceptus est. Hoc enim futurum prædixit Spiritus sanctus, cum per prophetam dixit: Hæc porta clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israël ingreditur & egredietur per eam, & porta ipsa erit clausa. Quantum igitur pertinet ad virgineam naturam, virginis claustra nullo modo aperta sunt: quòd verò pertinet ad potentiam geniti Domini, nihil clausum, omnia aperta, nihil quod impedimētum afferre potuerit, cum omnia Domino ipsi sint referata. Quamobrem & superiores potentiæ clamantes, dicebāt inferioribus: Tollite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ.

Admirabilis certè Virginitas ipsa est, sed quæ vera Virginitas dici possit: nam in virginibus discrimen est, cum alia dormitent, alia vigilantes sint. Admirabile coniugium, sed quod verè coniugium est: multi enim coniugij legem seruauerunt, multi eam violantes, transgressi sunt. Admirabilis est & viduitas ipsa, (quandoquidè omnes tres istos ordines decet commemorari) admirabilis, inquam, est & viduitas ipsa, in castitatis certamine se vidtricem ostendens: cuiusmodi fuit Anna illa, de qua paulò antè Lucæ Euangelistam narratē audiuistis. Ea enim cum benè ac laudabiliter consensuisset, renouauit, vt aquila, iuuentutem suam. Hæc autem ipse Lucas: Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel de tribu Aser. Hæc processerat in diebus multis, & vixerat cū viro suo annos septem à virginitate sua: & hæc vidua vsq; ad annos octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo, ieiunij & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Audisti, quibus laudibus in sacris Euangelij ornata sit Anna vidua sancta? Verè fidelis fuit Anna illa, morum probitate, vt nomine ipso, gloriosa. Audiant mulieres, & egregiam Annæ vitam imitentur. Similem cursum & ipsæ teneant, vt pares coronas consequantur.

Nulla sibi proponat viduitatis deflectionem, nè monogamiæ continentiam amittat. Certè viduarum corona fuit Anna, sexu mulier, ordine ac dignitate prophetissa, (vt est in Euangelio) in viduitate vitam degens, & in templo versans: corpore quidem imbecillis, & propter senectutem infirma, sed animo fortis ac robusta: corrugata facie, sed prudentia virens ac florens: senectute incuruata, sed consilio & sententia rectè incedens: multorum annorum numero senior iam facta, sed Dei cognitione præcellens: ieiunij, non saturitati, studens: Deum precans, non inter oscitantes vitam degens: in templo perseverans, non alienas domos obiens: psalmos canens, non nugis vacans: prophetiæ intenta, non fabulis aut nugacitati: diuina meditans, inhonestam reijciens. Tot, tantæque fuerunt Annæ virtutes, vt illam etiam superârî, quam Apostolus beatus Paulus beatam prædicat, hæc scribès: Vidua deligatur non minùs sexaginta annorum, si filios educauit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est.

An non hanc ab Apostolo prædicatam viduam, superauit Anna & annorum nume-



ro, & vita ac moribus? Quæ enim prophetiæ dono digna, & sancti spiritus capax effecta est, Deique in carne humana presentiam omnibus, qui eam expectabant, nunciavit atque ostendit, quomodo non illa omnes alias viduas superavit, cum Evangelium, sicut paulò antè audiistis, de ipsa dicat: Et hæc illa ipsa hora superueniens, confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabāt redemptionem in Israël? Vidēsne quanta fuerit Annæ præstantia? Pro Domino testimonium proferebat, & Domini spiritu afflata, quæ ipsius erant, presente illo ipso Domino, loquebatur. O res admirabiles. Erat mulier illa vidua, & ea reuelabat, quæ sacerdotes quidem & scribas mœrore afficiebant, sed populum ipsum recreabant, cum ex Domini presentia futuram in Israël redemptionem nunciaret. Videbat Anna infantem Dominum, dona pro seipso in templo tunc offerentem, neque tamen propterea offensa est, neque quòd videret Dominum in ætate puerili: sed cõfessa est, infantem illum esse Deum, medicum, redemptorem, fortem ac validum peccatorum destructorem.

Noli, queso, Annæ verba simpliciter prætereire, quæ omnibus, qui presentes erāt, Domini Iesu Christi futurum opus prænunciabat. Videtisne, inquit, puerum hunc mamam sugentem, in materno sinu quiescentem, nondum pedibus vestigia supra terram figere valentem? Videtisne puerum istum, qui octavo die circumciditur? Hic fundavit secula, hic cælos in orbem circumduxit, hic terram dilatauit, hic mare ipsum arena, tanquam vallo quodam, circumdedit. Puer iste educit ventos de thesauris suis. Idem & Noë temporibus catarrhas cælorum aperiens, diluuium in omnem orbem terrarum immissit. Hic pluuiam atque imbres componit. Iste puer niuem vt lanam spargit. Iste Moysi ca illa virga patres nostros de terra Aegypti liberavit. Iste mare rubrū dissecuit, & tanquam per campum aliquem fecit illos trāsire puluerulento pede, qui spem suam in eo collocauerant. Hic & manna, vt imbres quosdam, demisit. Iste patribus nostris terram melle ac lacte fluentem sorte distribuit. Iste templum hoc per Salomonem construi, atque in sublime erigi fecit. Iste iurans dixit Abraham: Multiplicans multiplicabo sementuum, sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ est in litore maris. De hoc puero propheticus chorus consolationem afferens, dicebat: Excita potentiam tuam, & veni, vt saluos facias nos. Non igitur offendatis in eo, quòd puer sit: idem enim & puer est, & cum patre cõæternus. Idem sub tempore numeratur, & genealogiam non habet. Idem puer est balbutiens, & hominibus os & sapiētiam largitur, partim vt ex virgine homo factus, partim vt naturam habens, quæ comprehendendi non possit. Nam & hoc expressit Elias, cum dixit: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis: partim enim genitus, partim datus est. Quòd ad humanam naturam pertinet, genitus: quòd ad diuinam, datus est.

Hæc in illa viduæ Annæ prophetia continebantur. Hæc à muliere, & vidua illa egregia clara voce prænunciata sunt. Quæ verè fuit vidua, quæ benè vitæ statū permutauit, quæ virum quidem, cum quo fuerat cõiugata, diem suum obeuntem amisit, sed Deum ipsum suscepit. Septem annos cum viro suo vixit à virginitate sua. Annorum hebdomadam complens, & anno septimo à viri consuetudine requiescens, benè sabbatissimo sancta est, benè amplexa est Dominicæ dici gratiam. Turturis morem Anna seruauit. Non oblita est coniugis sui, non admisit in cubile virum aliquem, à quo eius castitas violari posset. Nam in lecto ipso priorem virum, quantum mortuum, memoria retinebat. Non cõmaculauit sintonem, in qua cum primo illo viro copulata fuerat. Verè reprehensione dignæ sunt, quæ virorum, quibus authore Deo coniugatæ sunt, memoriam cum eorum sepulcris obruunt, præsertim filio, aut filijs ex coniugio susceptis, cuius rei causa connubium concessum est. Nam si iuniori viduæ non sit proles, reprehendenda non est, si filiorum desiderio impulsã, veniat ad alterum coniugium: quoniam & beatus Paulus hoc admonens, dicebat: Volo iuniores viduas nubere, filios procreare, matres familiās esse. Itaque procreandorum filiorum causa, secundum connubium additum est. Cum verò sit proles iuniori viduæ, superuacaneum videtur semen spargere, cum scilicet aristæ floreat.

Sed quidnam deinceps narrat Euangelista? Opere precium est enim totam seriem tractare. Audisti paulò antè Lucam Euangelistam narrantem, quemadmodum Simeon dixerit virgini: Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israël, & in signum, cui contradicetur: & tuam ipsius animam pertransibit gladius. Quæso, quidnam hoc est, Tuam ipsius animam pertransibit gladius? Intellige prudenter, quod dixit Sime-

Simeon virgini: Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israël, & in signum, cui contradicetur. Diceret virgo, vt mater Domini: Quidnam hoc est, quod ais, Simeon? Cur tristitia quædam aduersus Christum denuncias? Ignoras, qua ratione hic puer conceptus fuerit, & propterea tãquam alicuius communis hominis signum contradicendum significas. Nulla in hoc ipso ruina, sed exaltatio multa inuenietur, qui ad alios extollendos se demisit. Cur igitur non ei benedicis, sed ais: Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israël, & in signum, cui contradicetur?

Hæc dicere poterat Virgo, cui respõderet Simeon: Satis est tibi, Virgo, matrè omnium creatoris dici. Satis est nutricem esse illius, qui nutrit orbem terrarum, & mundum sustentat. Satis est, quòd eum feras, qui portat vniuersa. Qui nunc in re habitauit Christus, & nunc manibus meis tenetur, hic ipse suggestit mihi, quæ de ipso loquar, quòd scilicet hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israël. In ruinam scilicet non credentium Indæorum, & resurrectionem Gentium, quæ credituræ sunt. Signum autem, cui contradicetur, Crucem appellauit. Quandoquidem multi ex infidelium numero contradicitionis verba cruci Dominicæ intulerunt, verbis ac factis Iesum impugnant, arundine caput ipsius percutientes, acetum dantes illi bibere, fel pro cibo afferentes, corona spinis contexta eius caput induētes, sceleratis manibus alapas infligentes, lancea latus aperientes, contumeliosa illa verba magnis clamoribus obijcientes: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Totum hoc interpretatus est Simeon, cum dixit: Et erit in signum, cui contradicetur. Multi illo ipso tempore contradixerunt, quo Petrus negauit, & omnes Apostoli, vt oues sine pastore, dispersi sunt. In eodem illo Crucis signo ipsius etiam Virginis cor dolore fuit repletum, ita vt vitam ipsam acerbã sibi esse existimauerit, eò quòd diem illum viderit, & crucifixo filio, intestino dolore affecta fuerit. Huiusmodi multas Virginis cogitationes, gladium Simeon appellauit, quippe quòd intimum cor pupugerint, & scandala intulerint, sicut Dominus noster prædixerat: Omnes in me scandalum patiemini in nocte ista. Quamobrem & Simeon hoc futurum præuidit, & dixit: Tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Vides ne, quemadmodum infinitas illas cogitationes gladium appellauit, vt intimas cordis partes, & renes, ac medullas ferientes? In huiusmodi cogitationes incidit Virgo ipsa, cum necdum resurrectionis potentiam cognouisset, quòd scilicet proxima esset Christi resurrectio. Ignorabat enim tantam esse Christi virtutem, vt mortem quidem ipsam gustaturus esset, sed ab illa deuorari non posset. Itaque post resurrectionem non amplius gladius anceps, sed hilaritas, & exultatio consecuta est. Signum igitur, cui contradicetur, Crucis signum Simeon appellauit, cuius causa gladius variarum cogitationum animam Virginis penetrauit.

Licet etiam alia quædam de hoc signo dicere, si Dominum hæc in Euangelio dicentem attendamus: Generatio hæc praua est: signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophætæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Vides quemadmodum Crucis signum non solum in nouo, sed etiam in veteri testamento nominatum sit? Multum enim vetus testamentum conuenit cum nouo, quoniam vnus & idem est Deus, qui & veterem legem tulit, & nouam sanciuit. Huius rei testis est Dominus ipse, quem audi in propheta Ezechiele dicentem ad angelos, & vniuersalem consummationem significantem: Nè parcat oculus vester, neque misereatur senis vel adolescentis, non virginis aut pueri, & mulieres interficite vsque ad interfectionem: Eos verò, qui tulerint in frontibus suis signum Tau, nè tetigeritis. Vides ne signum veteris & noui testamenti? Quod signum nihil aliud est, quam Crux ipsa, quæ mundo salutem dedit per Iesum Christum Dominum nostrum: Cui sit gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

In quorum ruinam & resurrectionem positus sit Christus. Matt. 27. Ioan. 19.

Cautè locū lege. Non enim vllū passa est scidalum Dei mater, sed fuit de resurrectione filij certissima.

Matt. 12. Ion. 2.

Ezech. 9.

SANCTI PATRIS NOSTRI IOHANNIS ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, cognomine Chrysofomi, De occurfu Domini nostri Iesu Christi, & de Deiparente & Simeone.

2. FEBRUAR.



Iohan. 9.

Gene. 17.

Cur octauo die facta circumcisio.

Matt. 5. Luc. 2.

Ibidem. Leui. 12.

Exod. 13. Num. 3.

On solum fert carnem Dominus noster Iesus Christus, sed etiam ex lege circumciditur, vt auferat pretextum Iudaicae incredulitatis. Venit enim ad legem pro lege, vt discipulos liberet per fidem legis: & accipit carnem, & circumciditur cum Iudaeis. Fuit carnis particeps: fuit etiam particeps circumcisionis. Confirmauit cognationem, vt non negarent eum, q' venit. Ex semine Dauid Christus expectatur: ostendit argumentum cognationis. Si enim etiam cum esset circumciscus, dixerunt, Nescimus vnde sit: Si non fuisset carne circumciscus, excusationem rationi consentaneam habuisset eorum negatio. Quando ergo impleti fuerunt dies octo, vt puerum circumciderent, erat Iesus expectans augmentum instrumenti. Quando impleti fuerunt dies octo, iubet enim lex circumcidere puerum octauo die. Et si venerit dies octauus, venit in medium medicus, & sumit ferrum, & exercet artem, & cessat sabbatum in circumcisioe.

Rogemus ergo Iudeos: Sabbatum est remissio. Perfectu' ocium est dies. Quae de causa octauus eicit septimu' Quamobrem fit octauus supra septimum? Sed Iudaei quidem non norunt Iudaica: Ecclesia autem nouit Christum & disciplinas Iudaicas. Circumciditur enim infans die octauo: quoniam octauo futura erat resurrectio, seu Dominica circumcisio totius mundi. Cur enim non iussit Moses sexto circumcidere? Cur non nouo aut decimo? Est ergo manifestus octauus, quo surgit Dominus. Si quis ergo non credit resurrectioni, est corde incirciscus, propter incredulitatem a Deo alienatus. Circumcisio autem, fidei est vera cognitio & sensus. Propterea o dilecte, circumcisio traditur fidelibus ratione sancti baptismatis, & supeditatur simul cum cognitione. Sanctu' vero baptisma, est typus Christi resurrectionis. Transi a carne ad spiritum, & ab eo, quod est corporeum, ad deductionem spiritus: & inuenies illic quidem carnalem circumcisionem, hinc autem spiritalem peccatorum purgationem. Octauus vero, est circumcisio. Illa autem est etiam resurrectio. resurrectionis vero figura, baptisma: a paruis ad maiora, a corporeis ad spiritalia. Veniant ergo Iudaei, & proficiant. Oportet enim proficere a carnalibus, & non manere in eis. Dominus ergo Iesus Christus, qui non venit vt solueret legem, sed vt adimpleret, fuit circumciscus cum Iudaeis. Impleti sunt ergo octo dies, vt circumciderent infantem, & vocatum est nomen eius Iesus, quod fuit ei vocatum ab angelo, priusquam ipse fuisset conceptus in vtero. Nam nos quidem vocamur postquam nati sumus. Iesus autem vocatur, priusquam ipse fuit conceptus in vtero. Iesus vero fuit vocatus, quoniam fungebatur munere seruatoris.

Et quando impleti sunt, inquit, dies purificationis eorum, secundum legem Moysi. Cuiusnam purificationis? Mariae & Ioseph. Iussit enim lex purgari mulierem, quae recens pepererat, conseruare dies, & in eis non progredi. Quando ergo impleti sunt dies purificationis eorum secundum legem Moysi. Atqui non necesse erat virgini. Sed tamen lex fuit impleta. Deduxerunt eum Hierosolyma, vt sisterent Domino, quomodo scriptum est in lege Domini. Vbi est purgatio corporis, dicit secundum legem Moysi. Vbi autem sistitur sanctus, quomodo scriptum est in lege Domini. Non quod lex Moysi non esse lex Domini: Nam quaecumque loquitur propheta spiritu sancto differens, non ipse loquitur, sed Dominus suggerit. Quoniam tamen sistebat purificatio habebat figuram corporalem, dicit, Lex Moysi. Quoniam autem sistebat primogenitum, dicit: Secundum legem Domini, honorans id, quod factum fuerat. Quemadmodum scriptum est in lege Domini: Omne masculinum aperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur. Hec ergo oratio & lex tota & causa legis, posita est propter eum, qui erat aperturus vuluam. Vniuersa enim primogenita animalium & hominum, nunquam aperuerunt vuluam, sed erant solum primogenita. Quem autem virgo peperit, ipse solus vuluam aperuit. Vide ergo mihi totius legis descriptionem, propter eum, qui erat nasciturus ex virgine. Vnde nam autem

autem poterant Iudaei eam intelligere? Nam cum sint carnales cogitatione, longe abest, vt possint intelligere cursus ortus spiritualis. Deinde ascendunt, vt dent hostiam secundum quod dictum est in lege, par turturum, aut duos pullos columbarum. Fiebant autem haec quoque ex lege typice, vt nihil deesset ad legis implementum. Veniamus iam de caetero ad expositionem euangelicam.

Et ecce homo in Hierusalem, cui nomen erat Simeon: & homo ille iustus & pius, & erat spiritus Dei in ipso: & is acceperat responsum a spiritu sancto, se vitam non prius esse finiturum, donec videret Christum in carne. Erat senex, expectabat promissum, manebat intus in templo, illud dicens apud se: Vbiunque sit natus, omnino huc veniet. Is venit in spiritu in templum illa hora, quando parentes obtulerunt puerum. Nam saepe quidem veniebat, sed suo proposito. Tunc vero a sancto spiritu deductus, venit opportunè ad implendum promissum. Is accepit in vlnis Iesum, & benedixit Deum, dicens: Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace. Vnde dimittis? Ex versa huius vitae. est enim res molesta & plane carcer vita. Ille ergo venit, vt dimitteretur. Si quis autem damnatum esse putat hinc recedere, is nondum est fide perfectus. Dicebat autem: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Qui enim mundo facturus est pacem, accessit.

Venit enim pacificator, qui terrae caelum coniungit, & terram caelum constituit. Per euangelicam doctrinam clamat Simeon: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: Quoniam viderunt oculi mei salutare tuum. Quid est, quod dicit? Nam prius quidem credebant cogitationi, & cognoscebant ratiocinatione. Nunc autem viderunt oculi mei. Quod enim cor meum expectabat, viderunt oculi mei: consummatus sum. Quid autem vidi, inquit? Salutare tuum. Quale? Quod parasti ante faciem, non vnus populi, neque solius Israelis, sed ante faciem omnium populorum. Est enim natus magister omnium: Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel. Hic gloria, illic reuelatio. Illic principium doctrinae, hic consequens disciplina. Et gloria populi tui Israel.

Sed omnino dicit quispiam: Et vbi sunt Israelitae? Habe Petrum, habe Paulum, habe Iohannem. Habe tria millia, habe quinque millia. Habe ecclesiam Hierosolymitanam, habe eos, qui crediderunt ex gentibus. erat enim gens inter eos, qui crediderunt. Nisi enim Dominus reliquisset nobis semen, facti essemus sicut Sodoma, & Gomorrhae similes facti essemus. Deinde: Reliqui mihi septem millia virorum. Sic in populo conseruabatur semen fidei, & non perierat totus populus, absit, neque interierant omnes Iudaei. Nam nunc quoque in hoc beato statu & vocatione, Multi quidem vocati, pauci vero electi. Vocauit enim Christus vniuersum orbem terrae, parauit sanctum conuiuium euangelij. Sed cum venerit, ingrediatur & faciet electionem. Diligenter scrutatur eos, qui recumbunt: & si inuenerit aliquem non habentem vestitum nuptialem, dicit ei: Amice, quomodo huc intrasti? Quamobrem & illic facta est electio, & hic fiet electio. Non enim quoniam vocati sumus, ex eo debemus nos insolenter gerere, vt qui id quod est perfectum, obtinuerimus. Lapsus enim primorum, fiat nostra cautio. Sic o dilecte, populus non omnino perijt, neque totus fuit incredulus, neque totus fuit persecutus apostolos. Sed crediderunt per apostolos tria simul millia, praeter mulieres & pueros, & fuit Hierosolymis ecclesia decies mille hominum. Templo enim nondum euerso, & nondum cecidis Iudaeis, & nondum diruta Hierusalem, aedificata fuit ecclesia, & fuerunt Iohannis verba euidentis veritas: Illum oportet augeri, me autem minui.

Simeon ergo cum esset propheta, dicit, Gloriam populi tui Israel. Erat enim gloria expectantium, aduentus eius, qui expectabatur: glorificans Ioseph & Maria ea, quae dicuntur, angelus annunciauit, Magi agnouerunt, pastores audierunt, exercitus angelorum duxit choros, stella ex alto significauit, Simeon propheta, Anna vxor Phaelis propheta, terra verba fecit, caelum est elocutum, Magi tyrannum negauerunt, pastores adorauerunt Christum, principem pastorum. Omnia agnouerunt, mater congnouit, Ioseph audiuit, propter res tremuerunt: intellexerunt autem rerum quoque euentum. Et benedixit eos Simeon, & dixit Mariae matri eius: Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicitur. In quorum ruinam? Eorum scilicet, qui non credunt, qui contradicunt, qui in crucem egesserunt.

Signum crucis, nouit ecclesia mundi salutare.

Maria nihil peccauit. Hæc quoque cautè sunt legenda. Nihil enim dubitauit S. Maria.

Phil. 2.

runt. In quorum autem resurrectionem? Eorum qui agnoscunt, memoriæque & grato animo confitentur. Et in signum, cui contradicitur. Quod signum dicit? Signum crucis, quod Ecclesia nouit mundi salutare, cui inimici sunt Iudæi, quod sæpenumerò calum quoque prædicauit. Contradicitur autem signo, vt vincat veritas. Nam absque contradictione non est integra victoria. Oportebat ergò introduci contradictionem, vt iudex per totum seculum ferat sententiam. Quamobrem dicit: Et in signum cui contradicitur, nempe, ab incredulis.

Tu verò, inquit, vidèris esse mater. Num autem tu euades sine tentatione, quoniam tu te fateris esse matrem, quoniam eum peperisti, quoniam visæ es ei tuum commodare vterum? Fuit enim venter tuus vas operationis. Euades? sine tentatione, quoniam fuisti Dei parens, quoniam peperisti non experta nuptias? Quoniam fuisti constituta, num eris sine tentatione? Sed tuam quoque ipsius animam pertransibit gladius. Quare ò Domine? Quid enim ego peccaui? Nihil quidem peccasti, sed quando vidèris eum pendentem in cruce, quando vidèris eum pro mundo patientem, quando vidèris eius manus extensas in cruce & in ligno clauis affixas, incipies dubitare & dicere: Hic ne est, de quo mecum angelus est locutus? Hic ne est, in quo fuit miraculum meæ conceptionis? Virgo eram, & peperisti. Quare hic in crucem agitur? Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Quamobrem nemo est, qui non tentetur. Petrus tamen negauit, alij discipuli eo relicto fugerunt. Neque enim opus habebat pastor præfectura onium, neque athleta opus habebat ijs, qui ei opem ferrent: sed omnes recesserunt. Christus autem erat solus, tanquam aries suspensus. Pertransijt ergò eius quoque animam gladius, tentatio, dubitatio. Et tuam quoque ipsius animam pertransibit gladius, donèc reuelatæ fuerint ex multorum cordibus cogitationes. Quamobrem patitur leuis ad conuincendam incredulitatem, ad confirmandum gratum animum credentium. Contradicitur autem signo, vt conuincantur, qui contradicunt propter improbitatem. Si enim veritati non contradiceretur omnino apud homines, nequaquam probata esset pietas. Concessio verò contradictionis, electioni veritatis affert probationem.

Signo contradicitur. Quomodo enim probati sunt martyres in persecutione? Dū decertarunt effecti victores per tolerantiam. Vide quantum inuuit contradictio. Non solum enim constituit, vt quis dixerit, fideles, sed etiam martyres, qui ad tormenta vsq; & mortem processerunt, & præbuerunt gustum gratiæ Christi per suam tolerantiam. Quando ergò dicit Simeon: Ecce hic est positus in ruinam & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicitur: intelligitur, quod neque ruinam operatur, neque vi adducit resurrectionem. Sed positus quidem est in ruinam ijs, qui offendunt ad lapidem offensionis: In resurrectionem autem ijs, qui sua sponte credunt. Positus est enim, inquit, quomodo si dixerit quispiam, lux oritur, vt qui sani sunt, videant: ij autem, qui bus dolent oculi, radios lucis magis fugiant. Quomodo verò illi quidem ceciderunt, vt qui digni essent vt conuincerentur: hi autem surrexerunt, bonam spem habentes sua sponte, nisi signo contradiceretur? Et quomodo dicit Simeon, Et in signum cui contradicitur? Nè eos qui credunt, alienet contradictio, quoniam veritati, quæ est ex Deo, contradicitur. Et quis audeat aut potest, nisi Deo concedente, contradicere? Necessaria autem est concessio, erit enim, quando non amplius contradicitur. Quando enim signum fulserit, caelestium, terrestrium & infernorum, & omnium denique lingua confitebitur, quod Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Nam quando uis quidem signum ipsum solum apparet, nusquam autem videtur quod significatur, signo contradicitur. Quando autem is, qui significatur, reuelatus fuerit secundo suo aduentu, non audebit amplius aliquis signo contradicere, cum is qui significatur, adsit manifesta diuinitate aduersus eos, qui contradixerunt. Tunc qui signum quidem susceperunt, glorificabuntur ab eo, cui contradicitur. Qui autem signo contradixerunt, condemnabuntur ab eo, qui est significatus: & erit aliquando finis contradictionis, finis dubitationis, finis incredulitatis, finis erroris: principium verò præmiorum & coronarum:

Quas detur nobis omnibus consequi in Christo Iesu Domino nostro: Cui gloria & potentia nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

ITEM

ITEM SANCTI PATRIS NOSTRI GREGORII EPISCOPI NYSSENI ORATIO DE OCCVRSV Domini, & de Dei parente, & de iusto Simeone.



Vicælestium rerum sapientia est sublimis, & terrenarum rerum despicientia excelsus, Paulus ille, mens à Deo afflata, lingua à Christo mota, celeriter scribentis scribæ speciosissimus calamus, qui Ecclesiæ pulchrè descripsit dogmata veritatis, quæ est in manu potentis sagitta à Deo fabricata, quæ in corde principis tenebrarum huius mundi certam infixit plagam, quod ab Hierusalem circuncircà vsque ad Illyricum, vel potius vsque ad fines terræ apparuit fulgur diuini tonitru in mystica Euangelij rota, quæ voluebatur per vniuersum orbem terræ, vox clarissima & maximè sonora: is tanquam ex ipsis paradisi adytis loquens, vbi audiuit verba ineffabilia: vel potius tanquam ex ipso excelso & sublimi throno gloriæ, vbi assistit, honorificum parans comitatum præfenti sancto festo Domini, ad excipiendum regem gloriæ, tanquam mysticum quandam senatum, Ecclesiæ populum, regale sacerdotium, per seriem, vt ita dicam, parat: & honestæ vitæ numerosum & concinnum tradens ordinem, dicit: Fratres, Nè efficiamini pueri mente: sed estote malitia infantes. Sic enim cum perfectissimo & æterno Deo, cuius diem festum hodiè celebramus, qui propter nos secundum carnem infans fuit in extremis diebus, ex quo omne donum & quicquid perficit, qui virtutis admirabilem secundum naturam perfectionem in humana sua ostendit constitutione: concorporales siemus & participes, & ad eius honorem & gloriam erit conuentus ecclesiæ. Sic enim nupèr genitam eius corporaliter diuinam apparitionem, describit characteribus diuinæ eius perfectionis. Priusquam, inquit, cognoscat puer bonum aut malum, non paret improbitati, elige bonum: quod est summæ & perfectissimæ discretionis & re vera prudentiæ indicium.

Ad cuius similitudinem nos instruens magnus Apostolus, dixit id, quod prius est positum, diuinitus inspiratum eloquium: vtpotè quod in eo, quæ est ad eius imaginem & similitudinem, Dei fabricatio in nobis similiter agnoscat, & innotescat summa sanctitas primariæ pulchritudinis. Quomodo enim cum regi qui sub eo sunt exercitus, apparant gloriosam & magnificam pompam, deauratos & deargentatos esse conuenit eos, qui sunt congregati, vt satellitum munere apud eum fungantur, & illius spectaculi effigiem proponi oportet significantissimè: sic nos quoque, qui transformamur renouatione mentis nostræ, & veterem hominem exuimus, & diuinæ imaginis similitudinem, quoad eius fieri potest ab hominibus, in nobis circumscribimus: sic ad festiuitatem & spiritalia festa accedere necessè est, vt sint nobis, conuenienter ei quod dicit propheta, ieiunium quartum, & ieiunium quintum, & ieiunium septimum, & ieiunium decimum, ad lætiam & bona festa, vt ieiunium scilicet intelligatur anagogicè, in eo quod abstineatur & temperetur ab omni inquinamento & carnis & spiritus. Nam per quartum & quintum, septimumque & decimum significatur quæuis carnalis species, adnata sensibus, qui facile decipiuntur, & quæ cum vita præfenti concluditur. Corpori enim deditam & carnis magis amantem viuendi rationem, per quartum discimus, vtpotè quod ex quatuor elementis sint corpora temperata. Quæ est autem per sensus cadendi facilitatem, vtpotè quod sint quinque, significat nomen quinti. Septimum verò conuenienter ei, quod dicit Salomon, id quod septenarij ritu in se reuoluitur, infernæ sortis seculum videtur significare. Decimus autem ostendit interni hominis expurgationem à sensibus, qui est deductus ad ea, quæ sunt extrinsecus, vt sit mentis oculus simplex & pellucidus, vt sit totum corpus lucidum, vt dicit sanctum Euangelium: & auris animæ, diuina exultatione impletur & lætitia: quam fore vt auditum accipiat, magnus quoque David est pollicitus: eius verò gustandi facultas, exerceatur in Domini benignitate, sicut is, qui psallit inter prophetas, eloquitur: & in susceptione Christi boni odoris, quem spirauit, consistat odorandi habitus: & internis manibus discretionis, contrectet verbum vite, vt dixit filius tonitru. Mentis enim sensum in his exercitatio, in eorum, quæ sunt his contraria, abstinentia & alienatione, id quod

2. FEBRUAR.

Psal. 44. S. Pauli canon.

Rom. 15.

2. Cor. 12.

1. Cor. 14.

Esaï. 7.

Ephes. 3.

Festa vt Christianis celebranda. Zach. 8.

Eccles. 1.

Matt. 6.

Psal. 84.

Psal. 33.

1. Iohan. 1.

id quod apud Deum laudatur, efficit ieiunium: & ita fit, vt nos rectè geramus, quòd vitio quidem simus infantes, simus autem in perfectione prudentiæ, quæ est ex Deo.

Sic Apostolicarum & propheticarum doctrinarum, ex fontibus spiritus, confluentis mens magna & excelsa, & Dei fluuium implens aquis mysticis Dei celestem ciuitatem, quæ ex supercaelestibus consistit virtutibus, scit lætificare impetu huius fluuii, vt audiuimus canentem psalmodiam. Supernorum enim spirituum sanctus coetus, salute hominum valdè lætatur. Sic enim caelestia simul cum terrestribus communiter solent festum agere, ijs, qui sunt in terra, angelicam vitam amplectentibus. Quando enim hic Deus noster, quem præmonstrando annunciauit propheta, in terra visus est, & cum hominibus est conuersatus, & supernam beatitudinem, quæ in terra plantabatur, adspexerunt angeli, Gloria in excelsis Deo, eloquebantur, & in terra pacem annuntiabant, cum diuina voluntas fuisset in hominibus. Sic qui suum diuinum ministerium eximium, vereque purum & singulare esse gloriatur, sanctorum angelorum beati coetus, veræ sanctitatis in nobis videntes characteres, non nos reiciunt, quin assumant participes suæ puræ & sinceræ lætitiæ: quomodo eum, qui sordida erat veste indutus, à diuinis fecerit nuptijs fecit Euangelicæ oratio parabola.

Etenim quando in archetypo, vt ita dicam, tempore præsentis festi, qui erat in forma Dei, & serui formam acceperat: qui fuerat Dei & hominum intercessor, legis impletus præceptum, cum esset quadraginta dierum infans, verbum æternum, ad templum cum matre est profectus, & vt par erat, in decreto sacrificio, incorporatorum ordinis collum seruilliter inclinantes, ex eo, quod non est adspiciabile, quæ Deum decet, pompam parabant, & ineffabilis sapientiæ pelagus diuinis efferebant laudibus, & legalis literæ, quæ est magis ad manum, constitutionis transmissionem, mysterij absconsi manifestationem, in Deo qui omnia creauit, expectabant: cuius quidem nos hodiè celebrantes commemorationem, expleamus nos delicijs spiritualium contemplationum, sicut mentes incorporeæ, & diuinorum miraculorum maiestatem glorificantes, erimus focij illorum dignitatis: non legali vmbra oculum animæ obscurantes, sed, vt dicitur à sapientissimo Paulo, reuelata facie gloriam Domini tanquam in speculo intuentes. Nam cum lex dicit, omne masculinum aperiens vuluam, sanctificari: oportere autem, quæ recens peperit, mulierem, & fuit mater pueri masculi, quadraginta dierum spatium postquam peperit, sic cum definita & distincta hostia proficisci ad Dei templum: illi quidem velum in lectione veteris testamenti in corde circumferentes, eisdem quotannis, vt ita dicam, sacrificijs, quæ nunquam consummare possunt eos, qui accedunt, se, in stâr infantium sapientes, putent eam legem implere.

Nobis verò, quibus in conuersione ad Deum, id est ablatum velamen, qui semel in consummatione seculi, ad abolendum peccatum per eius sacrificium credidimus euasisse manifestum magnum sacramentum pietatis, dignè diuino lumine veritatis, prælucente spiritu, est præsentis festi contemplandum mysterium, quod parum ex alto accedit ad mysterium, cum illud quidem prius significauerimus, quod ex consequentia examinationis, legis decretum propositum, in solo Deo, qui carne est indutus, definit & ita, vt nulli alij conueniat, cernitur impletum. Solus enim ipse ineffabiliter conceptus, nuptijs nõ prius apertam vuluam virginalem aperuit, signacula virginitatis illæsa conseruans, etiam post processum admirabilem, & solus spiritaliter masculus fuit creditus, vt qui nihil afferret ei vitij, quod quidem est femininum & mulieri conueniens. Vnde etiam re vera sanctus iurè est vocatus. Quomodo etiã Gabriel, viuifici foetus ad Dei parentem ferens nunciũ, & veluti prius latam & ad ipsum solũ spectantem legem in memoriam reuocãs: Quamobrem & quod nascetur sanctum, inquit, vocabitur filius Dei: vt potè quòd sancti cognomen propriè conueniat ei, qui virginem vuluam diuino aperuit miraculo. Et in alijs quidem primogenitis, ea vocanda esse sancta, diligenter legis intuens profunditatem, perfectio pronunciauit euangelica: vt potè quòd Dei consecratione sortita essent, vt sic vocarentur: In primogenito autem omnis creaturæ, sanctum id, quod nascitur, dixit angelus, vt quòd hoc sit propriè, & eam, quæ est verè, sanctitatem, in amandando vitio & bono eligendo, simulatque natus sit, vt dicit propheta, ostenderit.

Sed reuertendum est ad mare contemplationis, vt lex diuina iubet legislatori, spiritus gratia tanquam in columna ignis & nubis, splendore scripturarum præcedente castra

castra diuina Ecclesiæ: vt virga virtutis, quæ immittitur è superna Sion, vt dicit Psal. 109. mus, per quã in inimicos obtinetur dominatio, transmittentes pelagus literæ, quod est hinc & hinc diuisum, in puro & dilucido transitu sententiarum, Aegyptium eorum, qui gratiæ non obediunt, sensum effugiamus, eis obrutis fluente veritatis, quibus est studio nobis impedire viam Euangelij, quæ ducit ad spiritalem terram promissionis: & velle nos in ferrea fornace literæ, quæ dicta est Aegyptus, permanere, seruientes luto & lateribus, hoc est, corporalibus legis obseruationibus. Dixit ergò Mosi in Aegypto Deus vniuersorum, cum iam plagam decreuisset infligendam aduersus Aegypti primogenita: Sanctifica mihi omne primogenitum, primò natum, aperiens omnem vuluam in filijs Israël, ab homine vsque ad pecus. Cuius quidem diuinæ legis id, quod erat complicatum, veluti explicans beatus Moses, enunciat in sua ad populum allocatione: Et erit, postquam introduxerit te Dominus Deus tuus in terram Chananae: quomodo iurauit tibi & patribus tuis, & dedit tibi eam, segregans omne, quod aperit vuluam, masculinum Domino, & omne quod aperit vuluam ex bouum armentis, aut in iumentis tuis, quæcunque tibi fuerint masculina, Domino. Omne autem, quod aperit vuluam a finæ, mutabis oue. Sin autem non mutaueris, redimes ipsum: & omne primogenitum filiorum tuorum redimes, hoc est, pro eo dabis precium. Sic enim in libro Numerorum diuinum declarat responsum, cum eo loquens, qui susceperat pontificatum: Et omne aperiens vuluam ex omni carnè, quam offerunt Domino, ab homine vsque ad pecus, erit tibi: sed precijs redimentur primogenita hominum: & primogenita pecorum immundorum redimes, & redemptio eius ab vno mense, æstimatio argenti quinque siclorum, secundum siclum sanctum. Sed primogenita vitulorum, & primogenita ouium & caprarum non redimes. Sancta enim sunt: & sanguinem eorum profundes ad altare.

Iam ergò cum immundis ex peccatis coniunxit & connumerauit vox diuina Israelis primogenita, vt quæ, quod verè est purum & sanctum, in cultu, qui est ex lege, non habeant, etiam si ea ex illis abatur sanctificari, à lege facta attributione. Similiter enim ac pro ijs, quæ sunt reiecta ad Dei sacrificium, precia dari pro primogenitis hominum apud eos fuerat constitutum: vt potè quòd quæ est apud Iudeos à ratione alienior constitutio, indigna sit cultum offerre rationalem, & eorum, quæ noui testamenti sunt maxime mystica, spiritalem offerre aræ oblationem. Precia autem erant veluti sibi conuenientia, vt quæ solita esset offerre sacrificia, quæ ex lege fiunt, per sanguinem. Quæ propheta Esaias, tanquam ex Dei persona, ne ex manibus quidem eorum requisissè definit, vt potè quòd ad spiritalem, scilicet perfectionem intueatur scopus legislatoris. Quæ autem offerrebantur ad sacrificium, quorum sanguinem in ara fundi lege cautum fuerat, sancta distinctè sunt nominata: vel in hoc scilicet veritate prius descripta à figura. Qui enim seipsum Deo obtulit & patri sacrificium & oblationem in odorem suauitatis, Dominus noster Iesus Christus, is solus propriè & verè sanctus est & nominatur. Sed forte dicit incredulus Iudæus, quòd quæ legitimo sacrificio non possunt offerri, immundorum pecorum apud eos primogenita solent precijs permutari. Similiter etiam cum humana primogenita non mutantur ad sacrificium: est enim hoc minimè cõsentaneum, & à lege diuina alienum: par est, ea consecrari preciorum permutatione. Sed consideret, si non impediatur velamine, quod obstruit oculos eius animæ, quòd iam in alia lege Leuitas accepissè ad consecrationem pro primogenitis sacra docuit scriptura, sic dicens in Numeris his verbis: Et locutus est Dominus ad Mosè, dicens: Ecce accipi Leuitas è medio filiorum Israël. Pro omni primogenito aperiens vuluam à filijs Israël, erunt eorum primogenita: & erunt mihi Leuitæ. Mihi enim omne primogenitum sanctificauit in Israël, in quo die percussit omne primogenitum in terra Aegypti. Deindè quàm esset accurata permutatio, lex enuncians: Dixit, inquit, Dominus ad Mosè: Inspice omne primogenitum filiorum Israël, ab eo, quod est vnus mensis & supra: & accipe numerum ex nomine eorum: & accipies Leuitas mihi pro omnibus primogenitis filiorum Israël. Deindè cum inuentus esset numerus primogenitorum maior numero Leuitarum, dicit: Locutus est Dominus Mosi, dicens: Accipe precia eorum, qui sunt supra numerum Leuitarum, ex primogenitis filiorum Israël: & accipies quinque siclos per caput, secundum didrachmam sanctam. Si ergò, vt sacra dicit scriptura, Leuitæ sunt precia primogenitorum filiorum Israël, vt accurata significat enume-



enumeratio, ad eò vt pro ijs, qui erant plures numero inter eos, definitum pondus lege sit redditum: quanam ratione in vnoquoque primogenito precia dari lex iussit? In pecoribus enim, quæ assumi non possunt ad sacrificium, aut ea permutari, aut precia pro eis dari lex iubet. In hominibus autem & dari precia, & iam permutatione per Leuitas factam esse discimus: quod quidem non videtur conuenire ipsi literæ legis, vt ostendit lex lata de pecoribus, & exponit ipsa rei natura. Si enim etiam post Leuitarum, ad Dei ministerium, pro primogenitis attributionem, pro eis precia dari edictum est: id fit scilicet, quòd Leuitæ non sint tanti, vt precio pro eis dando possint exæquari. Si autem hoc ita est, longè minoris est precij, quæ per argentum offertur, redemptio, quatenus quæuis expers rationis & nullo sensu prædita natura, est vilior humana essentia.

Esa. 6.

Sed quoniam, vt dicit Propheta, oculos suos clausurunt, & quod ex eis consequitur, non possunt adspicere, num etiam audire poterunt sapientissimum Micheam clamantem? Ego quidem non puto. Nam etiam auribus suis grauiter audiunt. Veniat tamen beatus hic propheta, hæc magna voce clamans, & prophetico spiritu tacitè prius significans Iudaicorum primogenitorum abiectioem, similiter atquè corporum sacrificiorum oblationis. Dicit enim: In quoniam comprehendam Dominum, suscipiam Deum meum altissimum? Si comprehendam ipsum in vitulis vnus anni? Si acceptum habebit Dominus in millibus lariatum, aut in decem millibus capellarum pinguium? Si dederò primogenita mea impietatis, fructum ventris mei pro peccatis meis. Audi aut qui cor habent crassum, id, cuius propheta Micheas eos ante nos accusauit. Primogenita enim impietatis beatus Micheas nominauit primogenita Israël secundum carnem. Quomodo ergò ea sancta existimauerunt, quæ propheticiis verbis primogenita impietatis sunt nominata? Dicant nobis linguæ, quæ re vera balbutiunt, quæ non possunt rectè dicere veritatem: quemadmodum propheta, loquens in spiritu, fructum impietatis ea vocare ausus est? quoniam modo quæ de eorum redemptione dicta sunt, non videntur esse plana & inter se habere consequentiam, quòd attinet ad literam? quam, quam lex apud nos sancta & spiritalis esse intelligitur & creditur.

Exod. 14.

Videris Iudaicorum curruum axes colligatos non secus, atquè olim Aegyptiorum currus in rubris fluentis. Sed pro virga immittatur in mare orationis, veri legislatoris & regis gloriæ virtus & auxilium, & deducat populum suum in viam rectam anagoges & contemplationis, vt proficiantur ad ciuitatem habitaculi cognitionis & veritatis, & obruat aduersarios diuinæ gloriæ inexpugnabilitas, qua repleta est vniuersa terra, vt cognoscant Dominum, vt dicit scriptura: quòd multa aqua maris iam obruit primogenitum diaboli foetum, nempe peccatum, qui carne tectus, est Deus, morte quæ id affecit & deleuit, simultaque natus est secundum carnem: & cum in seipso vitij fecisset condemnationem, & id in se planè deleuisset, contrarias virtutes repleuit lamentationibus, cum veluti quædam vasa ab eis accepisset, nempe Magos, qui venerunt ab Oriente, & adoratione & agnitione eius dominij, facti sunt Domino vasa vtilia ad adiuvandam Ecclesiæ ædificationem, quæ est à Deo verè constructum tabernaculum, quod fixit Dominus, & non homo.

Rom. 11.

Iam autem cum sicut olim Israël à luto & lateribus, ita nunc à terrena prudentia genus hominum in seipso redemisset, id quidem fecit fugere Aegyptum, hoc est, mortis inuisum & tenebrosam præsidium: sanctificat autem Deo & patri non solum hominum primogenita, sed etiam omne genus hominum, per eam, quæ in ipso ab initio fuit, consperionem: hoc est, per eam, quæ ex nobis ab ipso sumpta est, carnem intelligentem animatam, cum totum veluti fermentasset ad sanctificationem, concretum humanæ essentia. Si enim primitiæ sanctæ, & conspersio, dixerim ego nunc quoque merito cum diuino Paulo, & quomodo olim tribum, cui obtigerat fungi munere sacerdotali, pro primitijs primogenitorum legislator sermo typicè Deo obtulit: ita nunc in præclaro caractere veritatis, Pontificem & Apostolum confessionis nostræ, sanctum & innocentem & impollutum, & ab omni sordè & sensu peccati separatum, Deo & patri corporaliter oblatum fuisse cognoscimus, pro humanitate ab eo per fidem sanctificata: & eo magis, quòd nec esse superiorem, nec aliquid amplius in se habere, quam is, qui seipsum precium dedit pro multis, totam videmus humanitatem, quòd attinet ad sanctitatem: quomodo in vmbra legis inuenta sunt primogenita amplius aliquid habuisse præter Leuitas: sed eam longè ab ipso fuisse à tergo relictam, quatenus citra

Hebr. 7.

villam

villam controuersiam, id quod benedicitur, est minus eo, quod benedicit.

Et tunc quidem in solo genere Israëlítico fuit dignitas sacerdotij, & solum eorum, quæ erant apud ipsos, primogenitorum precia esse Leuitas, fuit testatum: Christus autem, qui accessit Pontifex futurorum bonorum, vt dicit sapientissimus Paulus, & non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedec, quomodo prius diuinum respondit eloquium, translatione quidè sacerdotij eum esse ex alia tribu: Clarum est enim, ex Iuda esse exortum Dominum Iesum Christum, & legis effecisse translationem, ex vmbra, quæ est ex lege, ad regni cælorum nos transferens euangelium: perindè ac à tribu Leuitica ad tribum regiam, dignitatem sacerdotij. Ea verò, quæ est secundum ordinem Melchisedec, assimilatione, non pro solo Israël, sed pro omnibus gentibus, se precium patri obtulit, & omnium hominum confessionis fuit constitutus Pontifex. Nam Melchisedec quoque agno scitur esse ex parte gentium, & non inuenitur ex genere Abraham. Quinque autem didrachmarum ex lege æstimatio pro vnoquoque primogenito, ostendit ænigmaticè, quòd oportet vnumquemque nostrum omnem sensum Deo sanctificare, & quæ sunt in eis: & mundum, ab omni que nefaria voluptate alieni, creatori offerre, tanquam precium pium & legitimum. Horum nos hodiè sacrorum mysteriorum commemorationis diem festum celebramus. Hæc nobis spiritalis mysterij explicatio, hunc sanctum coetum, qui adest, congregauit: in qua legaliter quidem oblatum fuit Seruator, prout apparebat: intelligenter autem & spiritaliter, cum nostræ consperionis primitias patri suo obtulisset, totam eam sacram reddidit, & aptam ad diuinam oblationem. Hoc enim lex olim parturiebat, & eò spectabat id, quod lege constitutum erat de primogenitis, & de Leuitarum redditione, & de didrachmarum estimatione. Sic nos per mare scripturarum transiit gratia spiritus.

Sensus oēs Deo consecrandi.

Sed videamus etiam aduersariorum conclusionem & demonstrationem. Atque superius quidem nobis iam fuit euident, quòd est lege constitutum de Leuitis & primogenitis. Sed quomodo magnus Moses populo addens animum, affirmavit eos non esse amplius visuros Aegyptios: ita ego nunc quoque produco Dei populum peculiarem, vt ei annunciem, quòd adumbrati cultus corpora castra non amplius videbimus. Vbi enim nunc, postquam magnus se ostendit Pontifex, est Leuitarum sacrificium? Vbi post mundi exptans precium, est æstimatio primogenitorum? Vbi est reliqua diligens & accurata obseruatio mysteriorum legis? Non vides, quòd quandiu vniuersa occupabat nox ignorantia, instar stellarum, exilem quendam & modicum splendorem præbebat cultus, qui est ex lege? Quando autem ortus est sol iustitiæ, & ex alto oriens apparuit, & illuxit dies salutis, legalium constitutionum lux modica euauit, victa supra modum fulgenti luce gratiæ. Non est euersum & solo stratum, non secus atquè satellites & currus, inclutum illud templum, & vniuersa Pontificum propter id gloriatio & elatio? Non est obrutus & confusus omnis eorum legitimus ornatus? Non penitus interierunt mores, qui à Iudæis accuratè obseruabantur? Vbi enim obtulerint sacrificia, quæ offerrebantur pro mulieribus, quæ nupèr pepererant, cum locus electus corruerit, & aperit sit diffinitum, non licere alibi ab eis offerri sacrificia? Vbi est vestis & dignitas sacerdotalis, & reliqua omnia? Sed nè singula persequentes, tanquam mortuorum continuo contactu & contemplatione, animæ oculos terreamus, illos quidem relinquamus mortuos ad aquam legalis literæ: nos autem benigno & clementi Deo hymnum canamus epinicum, & nutriti nutrimento, quod est verè cælestè, & potati fluente, quod manat ex vera petra, veniamus ad montem Dei Choreb, hoc est, ad excelsum doctrinam Euangelij, vt voci diuinarum tubarum, verbis beati Lucae internas aures admoueamus, tanquam ex sanctis adytis clamante spiritu mystagogia.

Exod. 14.

Ad Christi aduentum lex vetus obsoleuit.

Deut. 12.

Et factum est, postquam impleti sunt dies purificationis eorum, duxerunt parentes puerum Iesum, vt siserent Domino, quomodo scriptum est in lege Domini: Omne masculinum aperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur: & darent hostiam secundum id, quod dictum est in lege Domini, pariturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simcon. Et homo hic iustus & pius, expectans consolationem Israël, & spiritus sanctus erat in eo: & fuerat ei responsum à spiritu sancto, non visurum eum mortem, priusquam viderit Christum Domini in carne. Et venit in spiritu ad templum. Quid est, expectans consolationem Israel? Hoc est, expectans dum fieret manifesta veritas, & populus Israëliticus ab vmbra legis ad eam

Luc. 2.

transiret: propterea quod mittens esse sub mundi elementis, accederet instituendus ad Iudum veritatis, & perficeretur eius perfectione. Neque enim potuerit quis dicere, quod cum Iudei grauiā perpererentur, & captiuitate aliqua detinerentur, expectabant ut ab his recrearentur, & ad letum ac pristinum statum reuerterentur, cum omnis antiqua consuetudo eis rite procederet, & templum staret, & offerretur in eo sacrificia, & omnis alia viuendi ratio, eorum generi peculiaris, rite obseruaretur.

Sin autem obijciatur, eos fuisse sub Romanis, & Herodem constitutum fuisse regem Iudæ, qui erat genere alienigena, sciat is, quod ratio vitæ ex lege agendæ, ex eo nil laudatur, quod Israël rex esset alienigena, ut de eo consolationem iustus senex expectaret. Etenim diuersis modis contigit, perinde ac filium quempiam seditiosum, à patre alicui tradi auctero pedagogo ad hoc, ut castigetur: ita Israël sepe fuisse sub rege alienigena. Hoc ostendit populi longa mora in Aegypto, & propheta Hieremias tempore Sedechiæ regis diuino iussu ad eum loquens, & populum, qui eius parebat imperio, fore ut essent sub sceptro regis Nabuchodonosor, & accederent ad Chaldeos. Non solum autem hos, qui erant digni, ut quorum vita esset flagitiosa, alienigenæ subijci sceptro, non erat à ratione alienum: sed etiam quosdam ex iustis, & quibus dignus non erat mundus, ut dicam cum Paulo, non imperare, sed barbaris & impijs viris parere, Dei effecit lenitas & patientia: ut pietatis eorum probatio magis appareret. Id ostendit Abraham, qui fuit in Aegypto, cuius & vxor ablata fuit à Pharaone, & qui terram sibi promissam habitabat in incolatu. Similiter autem eius quoque filius & nepos, Isaac, inquam, & Iacob; rursusque temperantissimus illius filius Ioseph, qui factus est seruus, & condemnatus est habitare carcerem. Non ergo ad mundanam gloriam & iactantiam, Israël consolationem sapiens expectabat Simeon, sed eam, quæ est verè, traditionem ad veritatis pulchritudinem. Nam cum ei datum fuisset responsum, fore ut antequam è vita excederet, videret Christum Domini, expectabat fore ut spiritaliter cum eo appareret populi consolatio.

Venit ergo in spiritu in templum: & dum introduxissent parentes infantem Iesum, ut facerent secundum consuetudinem legis de ipso, ipse quoque cum accepit in vlnis suis, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace: Quoniam viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël. O verè beate atque adeo beatissime senex. Quam beatus ille tuus re vera sacrosanctus in templum ingressus, per quem progressus es ad excessum è vita? Quam beati sunt oculi, animæ simul & corporis: hi quidem, ut qui ad spectabilem Dei apprehenderint apparitionem: illi verò, ut qui non solum adspexerint ad id, quod cernitur, sed fuerint illustrati ipsa luce spiritus, & corporatum Deum verbum agnouerint: qui viderunt diuinum salutare, quod paratum fuit ante faciem omnium populorum. Quam beatæ sunt manus tuæ, quæ veritatis verbum contrectauerunt? Quam beata est lingua tua, cui feliciter fuit annunciata reuelatio vitalis luminis? Et quid studeo tibi singularem accommodare laudem in vnoquoque membro, cum te iam totum laudabilem, & beatum, & à sancto spiritu possessum, prius docuerit Euangelista? Sed age, o beate pater, eo qui in te resonat spiritu, doce tanquam filios, pecudes Ecclesiæ, thesaurum, qui tanquam in vasis fictilibus, latet in paucis tuis verbis: quandoquidem ad vos, & eos, qui sunt sicut vos, ornati canitie supernæ prudentiæ, & verè estis Presbyteri, id est, seniores, & Ecclesiæ patres appellamini, diuinum verbum nos deducit, ut discamus doctrinas salubres, dicens: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores, & dicent tibi. Quæ illius ergo linguam tunc mouit ad loquendum de Deo, virtus spiritus nobis quæ nunc det sermonem in apertione oris.

Nunc dimittis, inquit, seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace. Ex quo enim Christus homo factus est, & peccatum, quod est belli causa, deleuit, & patri nos reconciliauit, in pace fit sanctorum excessus. Hoc enim propheticè magnus quoque David prius indicans, dicebat: In pace in idipsum dormiam & requiescam: non id, quod adest, sed quod est futurum in Christi aduentu, significans. Et ut ostenderet, quod vno solo modo talis spes, pacificæ, inquam, in Christo dormitionis, in sanctis sit collocata per spiritum, dicit: Tu Domine singulariter in spe constituisti me. Beatus autem senex Simeon, cum iam præsens tempus esset intuitus, dicit: Nunc dimittis seruum tuum

um Domine secundum verbum tuum in pace: ostendens stabilitatem diuinæ promissionis. Quoniam viderunt, inquit, oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum: hoc est, eam, quæ per Christum facta est toti mundo, salutem, & non solum Israël. Quomodo ergo superius testatum est, cum expectare consolationem Israël: nunc autem conspicitur dicere, Dei salutare in conspectu omnium populorum? Quoniam tunc futuram Israël consolationem nouit spiritu, quando omnibus quoque populis fuit paratum salutare. Vide autem, quam sit accurata diuina inspiratio. Lumen enim, inquit, ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël: magno Paulo loquens consentanea de Israël enumeratione. Quando enim, inquit, ingressa fuerit plenitudo gentium, tunc etiam totus Israël saluus erit. Ergo ipse quoque cum præposuisset vocationem gentium, postremò, conuenienter prophetiæ, vniuersi Israël repositi conuersionem: etiam si iam reliquæ salutæ factæ sunt, propter eos, qui iam ex Iudæis accesserunt ad gratiam.

Contemplantur autem mihi altarum sententiarum proprietatem dictionis. Nam cum dixisset, Lumen ad reuelationem gentium, salutaris diuini reuelationem, dat nobis intelligendum, quod in absolutis tenebris & perfecta caligine, nullum habentes splendorem Dei cognitionis, ante Christi aduentum stabant gentes. Quomodo beatus quoque Esaias felicem nuncium afferens ijs, qui sedebant in tenebris, dixit eos videre magnam lucem. Quoniam autem Israël, etiam si modicè, typica tamen lege illuminabatur, lucem quidem in illo non dixit: gloriam autem illum sortitum esse prædixit: veterem historiam reuoca in memoriam, quod quomodo olim admirabilis Moses, qui cum Deo familiariter est locutus, glorificatum habebat vultum: ita etiam ipsi, cum diuina susceptæ humanitatis luce per fidem conuersati, & virtute spiritus illuminati, in gloria apparebunt, veteri deposito velamine, & eadem imagine transformati à gloria in gloriam, ut dicit Apostolus, tanquam à Domini spiritu.

Quod autem dixit Deo afflatus Simeon, in ruinam & resurrectionem multorum in Israël positum esse Dominum, ostendit per consensum sententiarum cum ijs, quæ dixerunt Prophetæ, vnum & eundem Deum & legislatorem locutum esse in Prophetis & in nouo testamento. Lapidem enim offensionis & petram scandali, causam esse, ne pudore afficiantur ij, qui in ipsum credunt, dixit oratio prophetica. Est ergo ruina quidem ijs, qui propter humilitatem carnis, offendunt ex incredulitate: resurrectio autem ijs, qui agnouerunt firmitatem diuinæ economiæ. Quinetiam dicens gladium transfadatum esse per animam Dei parentis, apertè prædicit eam, quæ fuit in cruce, passionem. Nam cum ijs, quæ ex ipsa admirabili conceptione, vsque ad tempus passionis, diuine ab eo dicta & facta sunt, vnum veluti corpus indiuiduum, excelsores & diuiniorem de ipso haberet Dei parè existimationem, existimabimus eam passam esse veluti quandam incisionem in ignominiosa cruci affixione, etiam si miraculum resurrectionis, ei incisioni perfectissimam obdixerit cicatricem. Sed nec eam solam hac affectione dicit esse tenendam, sed ex multis cordibus cogitationes, dubitationes scilicet & hesitationes, prædicit apparituras, ut in diuersis de eo opinionibus nihil omnino moueretur Dei mater virgo.

Quoniam verò prophetissa Anna, præ senio imbecillum quid loquitur, & quod valde non potest exaudiri: sed nec excelsum Euangelium, quæ ab ipsa dicta sunt, iisdem verbis adduxit: primum quidem rogemus Euangelistam, quænam & vnde eam ea fuerit, & sub quibus & quando ad templum accesserit: & rursus scrutemur, quorumnam dicit esse cogitationem. Dicit ergo beatus Lucas, quod Anna erat prophetissa, filia Phanaelis ex tribu Aser, quæ processerat in multis diebus, & vixerat cum marito septem annos à virginitate sua: & ipsa erat vidua annorum circiter octogintaquatuor, quæ non discedebat à templo, ieiunijs & precibus diu noctuque Deum colens: & ipsa hora accedens, confitebatur Deo, & loquebatur de ipsa omnibus expectantibus redemptionem in Israël. Quænam est ratio, quod de hac prophetissa tam accuratam Euangelista fecerit narrationem, ut ei venerit in mentem, facere mentionem eius patris & tribus? Et quæ à nullo quidem ferè mandata scriptis inuenta est, de ea re accuratam rationem nouerit ipse solus sanctorum Deus, & qui eius inspiratione, ut dicit diuinus Apostolus, spiritu loqui docti sunt mysteria. Quantum verò nos possumus assequi, dicimus fuisse alias illo tempore eiusdem nominis, cuius hæc beata: & fuisse deditas iisdem sacris, quibus

quibus illa, studijs, assiduis scilicet ieiunijs & precibus. Vt ergo eius persona facile discerneretur, cum patris eius fecisset mentionem, tribum quoque propriam adscripsit. Magnis autem ipsam ornauit laudibus, & quæ auditoribus faciant omnino fide digna ea, quæ de Domino disseruit.

Sed quoniam, ut iam dictum est, sonora & quæ grandi voce profertur oratio, oblata est à senio, prope os eius quodammodo admouentes aurem cogitationis, scrutando hoc præsens adnatum argumentum, videamus quid ipsa dixerit ijs, qui expectabant redemptionem in Hierusalem. Conuenienter enim ei, quod mente potest comprehendere ex verbis prophetis, verba faciebat de Domino. Nam cum ijs, quibus eam hæc esse locutam dixit Euangelium, omnino ex diuinis responsis, quæ effertur in prophetis, didicerunt expectare redemptionem, ea omnino fuit prompta ad describendum mysterium. Constat id, quod magnus dixit Esaias: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis: cuius principatus factus est de super humerum eius: & vocatur nomen eius, magni consilij angelus. Et præterea: Illuminare, illuminare Hierusalem: venit enim lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Magnus quoque Dauid adducebatur: Misericordia & veritas sibi inuicem occurrerunt: iustitia & pax se osculatae sunt: & viderunt omnes fines terræ salutem Dei nostri. Et ipsum indicando: Ante solem permanet nomen eius, & benedicentur in eo omnes tribus terræ. Omnes gentes beatum eum dicent, & seruient ei, & adorabunt eum. & Notum fecit Dominus salutem suam filiis Israel. Et rursus veneranda & angelica vox sapientis Malachia: Ecce ego mittam angelum meum, & parabit viam ante faciem suam: & repente veniet in templum suum Dominus, & Angelus testamenti, quem vos vultis. & alij aliunde collectis mysticis floribus prophetorum eloquiorum, diuinam & beatam contexit coronam, adhuc quidem imbecilla & tremante manu, ut quæ processisset in multis diebus. Non enim tunc permittitur ijs, qui audiebant, aliorum de Domino sensuum expositio, quando etiam post tantam signorum ostensionem & diuinorum mysteriorum prædicationem, sapientia & cognitionis thesaurorum promus Christus, suis dixit discipulis: Habeo multa, quæ vobis loquar, sed non potestis portare modo. Etsi autem obscure & exiliter anus & prophetissa verba fecit de Domino, ut quæ legis personam sustineret, quæ antiquata & senio confecta, & non longè remota ab interitu cessit nouo testamento: non fuit tamè inutilis eius sermo auditoribus intelligentibus: quomodo nec quæ à lege in vmbis & ænigmatibus fuit magni mysterij præcedens enunciatio.

Agè ergo nos quoque, o patres & fratres spirituales, qui didicimus festum celebrare in nouitate spiritus & non vetustate literæ: Qui in azymis sinceritatis & veritatis, venerandum & viuificum pascha sacrificij Christi debemus celebrare: Qui diuina regeneratione sancti baptismatis veterem hominem exuimus, qui corrumpitur per desideria deceptionis: & nouum induimus, qui renouatur ad agnitionem secundum imaginem eius, qui creauit: Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo Seruatori nostro. Dicamus: Quam terribilia sunt opera tua Domine, etiam si in multitudine virtutis tuæ inimici tui mentiti sunt, sua sponte addiuinam tuam lucem, quæ mundo apparuit, claudentes suos oculos. Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Sacrificium laudis Deo perpetuo offeramus, hoc est, fructum labiorum confitentium nomen eius, beneficentiæque, & communicationis nequaquam obliuiscamur. Talibus enim sacrificijs placatur Deus: ut sordes peccati abluamus, & renouabimur tanquam aquilæ spiritualis nostra iuuentus: quomodo etiam beati senis Simeonis: ut nos quoque pacificè & iucundè in bona fiducia & spe salutari ad vitæ exitum contendamus, & non cum pudore & metu è vita præsentis excedamus, & quodammodo non volentes: quomodo qui sibi mali alicuius sunt conscij, ægrè & iniucundè ferunt aduentum regis.

Nota. Imitemur beatæ illius Annæ in ieiunijs & orationibus perpetuam constantiam, ne videamur muliere deteriores, idque quæ vitam agebat sub vmbra legis: quo tempore, se in his rectè gerere, erat rarum. Sed nos luce gratiæ illustrati, & à certa & expressa spe adiuti, & virtute spiritus corroborati, ne separemur à sacris doctrinis, à quibus salutaris habitus solet generari in animis: quomodo testatum fuit, illam quoque à templo fuisse inseparabilem. Ne à diuino metu aberremus cogitationibus: sed ex ipso & in ipso carnes nostras & cogitatus, conuenienter votis Prophetæ, assigamus. Audiamus magnum

Esai. 9.

Esai. 60.

Psal. 34.

Psal. 97.

Psal. 71.

Psal. 97.

Malac. 3.

Iohan. 16.

1. Cor. 5.

Ephes. 4.

Colos. 3.

Psal. 94.

Psal. 65.

Hebr. 13.

Nota.

Psal. 118.

gnum Paulum docentem: Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. & non violemus, quæ inita sunt cum eo, pacta conuenta, per consuetudinem cum eo, qui vitam nostram corrupit ex eo, quod faciamus illius voluntatem: vel in hoc Prophetissæ imitantes pudicitiam, quæ fuit vnico contenta coniugio. Sed quod est in promptu, ab imitatione eius non discedatis, quicumque soluti estis à monogamia, & si fieri possit, ad secundas non veniatis nuptias. Sic enim vos beatos futuros esse affirmat 1. Cor. 7. Paulus. Offeramus nos quoque in superno altari, veluti par turturum, animi & corporis puritatem: vel tanquam duos pullos columbarum, prouidere bona, non solum ex diuina lege fecerimus, in sapientia & gratia proficientes, & ad mensuram ætatis plenitudinis Christi peruenientes, & internum hominem perfectum habentes, & sancti spiritus effecti habitaculum, reuertamur ad veram nostram patriam, caelestem Hierusalem: In qua digni habeamur frui beata ac perpetua lætitia & regno, in Christo Domino nostro: cui gloria & potentia cum patre & sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

**SANCTI PATRIS NOSTRI AMPHILOCHII**  
EPISCOPI ICONII ORATIONEM DE OCCVRSV DOMINI nostri Iesu Christi, & de Dei parente & Simeone, quæ hoc loco in V. Tomo D. Aloysij sequatur, idcirco non posuimus, quod paulò supra eam ex VII. Tomo eiusdem Aloysij, sed alio interprete, posuerimus.

**SANCTI PATRIS NOSTRI CYRILLI ARCHIEPISCOPI** HIEROSOLYMITANI ORATIO DE OCCVRSV DOMINI nostri Iesu Christi, & de Simeone, qui Deum excepit.



**I** AETARE valde filia Sion, prædica lætitiæ filia Hierusalem, duc choros popule ciuitatis Dei. Exultate portæ & muri Sion, & vniuersæ terræ clamate montes & colles, & valde exultate. Fluij plaudite, & rupes Sion comprehendite Dei aduentum, in eum intuentes. Concinant hodiè caelestia cum terrenis, & Hofanna dicant cum ea, quæ est in infernè, Hierusalem, propter Christum, qui est in ipsa. Caelestium intelligentes virtutes, choros ducite: Qui estis in terris, cum angelis hymnos canite. Hodiè enim gloriose dicta sunt de te, ciuitas Dei Hierusalem, ciuitas regis magni: aperiat portas ei, qui aperuit omnibus caelestes portas, & aperuit in cruce ostia sepulcrorum, & contriuit portas inferorum, quæ erant ab æterno, & admirabiliter clausit portas virginitatis. Hodiè, quæ mirabiliter olim respodit Moysi in monte Sina, diuinè implet legem, factus sub lege. Hodiè Deus à Themam, venit Sion. Hodiè caelestis sponsus cum thalamo Dei matris venit in templum. Filia Hierusalem, egredimini in occursum eius. Lampades alacriter accendamus vero lumini. Tunicas animarum paremus sponso Christo cum Sion. Gentium populi, lucem ferentes occurramus cum templo. In templo ad Deum Christum conueniamus. Cum Angelis hymnum canamus: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth. Plenum est caelum & terra gloria eius. Pleni sunt fines mundi bonitate eius. Plena est eius laude omnis humanitas: Eius indulgentia plena sunt caelestia, terrestria & inferna: plena misericordia, plena donis eius & beneficijs. Omnes ergo geres plaudite manibus. Omnes gentes terræ venite & videte opera Dei. Omnis spiritus laudet Dominum. Omnis terra adoret. Omnis lingua canat & psallat, & glorificet puerum Deum, qui est quadraginta dierum, & est ante secula: puerum paruum, & antiquum dierum: puerum lætentem, & seculorum effectorem.

Infantem adspicio, & Deum meum agnosco. Infantem qui lætet, & mundum nutrit. Infantem qui flet, & mundo largitur vitam & lætitiæ. Infantem qui inuoluitur

Aaaa 3

fascijs,

Pissimæ de Christo cõtemplationes,

fascijs, & me liberat à fascijs peccati. Infantem in vlnis matris verè cum carne & sine defectu in terra: eundem verè in sinu patris, & sine defectu in cælis. Infantem video in Bethleem, Hierusalem ingredientem, & qui nequaquam separaretur à superna Hierusalem. Infantem video, qui ex lege in templo offert sacrificium in terra: sed idem pia omnium sacrificia in cælis excipit. Ipsum in vlnis senis per dispensationem: eundem in maiestate diuina in thronis Cherubicis. Qui offertur & purificatur: sed idem omnia purificat & purgat. Ipse est ergò donum, ipse Pontifex, ipse ara, ipse propitiatorium. Ipse qui offert, ipse qui pro mundo offertur. Ipse ignis, ipse holocaustum. Ipse lignum vitæ & cognitionis. Ipse agnus, ipse gladius spiritus. Ipse pastor, ipse ovis. Ipse sacrificus, ipse qui sacrificatur. Ipse qui offertur, ipse lex, & ipse qui suscipit sacrificium.

Sedenim agè decæterò dicamus de die ex sacris Euangelijs. Ait enim de Christo Lucas admirabilis: Quando impleti sunt dies purificationis eorum secundum legem Moysi, duxerunt Iesum Hierusalem, vt sisterent eum Domino: quomodò scriptum est in lege Domini: Omne masculinum aperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur. Nam Samuel quidem & Isaac, & simul etiam Iacob & Ioseph & alij multi, qui præter spem nati sunt ex sterilibus, & aperuerunt infertiles vuluas matrum, sancti Domino vocati sunt: Christus autem solus ex solo vnigenitus, cum virginales portas non aperuisset, non est sanctus Domino, sed sanctus sanctorum, & Dominus dominorum, & Deus deorum, & primogenitus primogenitorum, princepsque & rex regnantium & vocabitur & credetur: & nunc in templo à Simeone prædicabitur. Erat enim, inquit, homo in Hierusalem, cui nomen Simeon. Et ipse erat homo iustus: & spiritus sanctus erat cum eo. & fuerat ei datum responsum à spiritu sancto, non visurum eum mortem, priusquam videret Christum Domini. Et venit in templum in spiritu. Et cum introduxissent parentes puerum Iesum, vt ipsi facerent secundum morem legis de ipso, ipse Simeon accepit eum in vlnis suis, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace. Quoniam viderunt oculi mei salutem tuam, quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël.

Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Qui continet vniuersam terram pugillo, senis vlnis capitur: & portatur, qui fert omnia verbo virtutis suæ. Exulter Adam, per Simeonem Christo dicens: Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace. Nunc me soluis ab æternis vinculis. Nunc me soluis ab interitu. Nunc me soluis à morte. Nunc me soluis à mœrore. Meum Dominum & Deum Simeon in templo vlnis amplectens, altum œconomie mysterium significauit omnibus gentibus. Iudæis enim annuncians, exilit & exultat, & clara voce de eo aperte clamat, dicens: Hic est, qui est, & ante est, & semper adest, cum patre eiusdem essentia, in eadem sede sedens, eiusdem gloria & potentia: par potentia, omnipotens, principio carens, increatus, inalterabilis: qui nec circūscribi, nec adspici, nec verbis explicari, nec comprehendere, nec contritari, nec mente concipi, nec conijci potest. Hic est splendor paternæ gloriæ. Hic est character substantiæ omnium cōstitutionis. Hoc est lumen luminū, quod oritur ex sinu patris. Hic apud Deum, & ex Deo Deus cognoscitur. Hic est fons vitæ, ex fonte patris vita procedens. Hic est Dei fluuius, qui exit è diuina abyfso, sed ab ea non separatur. Hic est thesaurus bonitatis paternæ, & æternæ beatitudinis. Hæc est aqua vitæ, quæ vitam mundo largitur. Hic est radius increatus, qui ex sole patre luminum gignitur, sed non scinditur. Hic est Deus Verbum, quod ex ijs, quæ non sunt, ad hoc vt essent, solo verbo omnia constituit. Hic est Lucifer, qui ante Luciferum incorporeas adornauit virtutes, cœlestium exercituum & ordinum. Hic est, qui cœlum extendit solus, & super mare ambulat tanquam super cœlum. Hic est, qui abyfsum caligine inuoluit tanquam fascijs. Hic est, qui terram firmavit super aquas. Hic est, qui mare sepfit arena, tanquam muro. Hic est, qui lucem diuisit à tenebris. Hic est, qui circulem astrorum ornatum composuit. Hic est, qui vniuersum tam qui cernitur, quam qui intelligentia apprehenditur, mundum constituit in sapientia. Hic est, qui non fictis manu manibus, ex luto hominem finxit, & formauit. Hic est, qui ad Dei imaginem nos fuit fabricatus, nunc ipse ad nostram imaginem homo factus. Quinetiam Deus, id quod mente percipitur, perfectus, ex perfecto patre habens essentiam. Qui cum esset in forma Dei Dominus, nunc meam suscepit formam seruilem, non diminuens dignitatem diuini-

diuinitatis, sed sanctificans, vt sanctificaret massam mœæ naturæ, supra totus & infra totus. Qui idem cognoscitur, supernè genitus sine tempore, & infernè sine semine: supernè effector, infernè res creata. Audite omnes gentes, audi Israël. Dominus hic est, quem ego sacerdos tuus Simeon, gestans in vlnis, magna voce prædico, in templo populo te-

Quamobrem attendite popule mi sermonem meum, inclinate aures vestras ad verba oris mei. Hic est puer, de quo Esaias prius prædicauit, dicens: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. & vocatur nomen eius magni consilij Angelus, admirabilis consiliarius, Deus fortis, princeps pacis, pater futuri sæculi. Sic est ergò hic puer Deus fortis, de eo significans Dauid quoque dixit: Videbitur Deus deorum in Sion. De hoc puero clamat etiam Hieremias: Deus in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est. Hic est puer, qui olim mare perfremit Israël, & submersit Pharaonem, & legem dedit Israëlitis, & pluit manna, & in columna ignis deduxit genus Hebræorum, & petram rupit, & rubum flamma ignis, tanquam rore cinctum, conseruauit incombuftum. Hic puer Mosem quadraginta annos fecit pastorem, & quadraginta annos constituit Ducem Israëlitis: & eum corroborauit, vt ieiunaret quadraginta dies. Sic ipse quoque puer baptizatus, ieiunauit quadraginta dies, & post quadraginta dies à mortuis regenerationis ascendit in supernam Hierusalem, & post quadraginta dies sui ortus ex virgine, nunc ingressus est in terrenam Hierusalem.

De hoc puero prius etiam prædicauit Propheta Habacuc, dicens: Deus à Themam veniet, hoc est, ab austro. Ab austro enim Hierusalem est Bethleem. A Bethleem autem nunc ingressus est Sion. Propter hunc puerum Moyses nobis testificatus est, dicens: Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus vestris: & omnis qui non audit eum, exterminabitur ex terra viuentium. De hoc puero Propheta Dauid vota fecit, dicens: Qui sedes super Cherubim, appare: excita potentiam tuam, & veni ad nos seruandos. Et alibi: Cito præoccupent nos miserationes tuæ Domine. Et rursum: Domine, inclina cœlos tuos, & descende. Et alibi: Tu Domine Deus virtutum, attende ad visitandas omnes gentes. Quamobrem cognoscite gentes, & vincimini. Videte Iudæi, & persuadeamini, quod hunc puerum laudant angeli, hunc adorant archangeli, hunc tremunt potestates, hunc glorificant virtutes, huic seruiunt Cherubim, hunc Deum prædicant Seraphim, huic sol feruit, huic ministrat luna, huic obediunt elementa, huic subijciuntur fontes. Hunc puerum cum vidissent, portæ inferorum sunt fractæ: portæ autem cælestes sunt apertæ. Hic puer mortem aboleuit, diabolus pudore affectus, maledictum soluit, dolorem cessare fecit, serpentem contriuit, intermediam maceriam discidit, malum chirographum peccatorum perfremit, peccatum conculcauit, errorem aboleuit, surgere fecit creatam naturam. Hic puer Adam conseruauit, eum refinxit, gentes vocauit, mundum illuminauit.

Quamobrem venite vos omnes Christi & Dei amantes, Domino læti & mundi occurramus, non legaliter, sed spiritualiter: non ventrem delicijs explentes, sed spiritu exultantes: non nos vino inebriantes, sed spiritu feruentes. Læti hodiè lampades ornemus. Tanquam filij lucis, ceras veræ luci Christo offeramus. Quoniam lumen ad reuelationem gentium mundo apparuit, idè lumina ex lumine supra niuem resplendeamus: supra lac dealbati, supra sapphirum illuminati, supra immaculatas columbas in cælos euolantes, ita in nubibus ad Dei occursum exeamus. Hodiè dilecti festi cursum perpetuò peragamus. Cum Angelis choros ducaamus, cum pastoribus illuminemur, cum orthodoxis adoremus, cum Bethleem festum agamus, cum Sion occurramus, cum templo sanctificemur, cum virgine festum agamus, cum Simeone Christum vlnis amplectamur: vt simus intra æterna Christi bona, gratia & misericordiationibus & clementia Domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia nunc & in secula seculorum, Amen.



**TIMOTHEI PRESBYTERI HIEROSOLYMITANI ORATIO DE PROPHETA SIMEONE DEI susceptore, & de eo quod est, Nunc dimittis seruum tuum Domine.**

2. FEBRUAR.

Simeon, primus &amp; ultimus iustus.



Matt. 26.

&amp; 27.

Iohan. 19.

S. Simeon admonetur à Spiritu sancto.

Simeon vnde agnouit matrem Domini.

**A**GE dilecti, vltimū iustum oratione intueamur. Et quis est ille vltimus iustus? Qui nup̄r à nobis est lectus in Euangelio secundū Lucam, nomine Simeon. Hic est & primus & vltimus: vltimus legis, primus gratiæ: Iudæus religione, Christianus gratiarum actione: Christianus lectione, angelus lingua, Simeon, qui fuit modò à nobis lectus. Qui ex pharisaica blasphemia, rosa collectus est ex spinis, & primus donationis gratiæ inspiratione cognitus: Simeon, qui eò processit iustitiæ, vt in ipso corpore veluti responsum acciperet, non præteriturum præsentem, quæ est ad tempus, vitam, donèc videret Dominum nostrum Iesum Christum. Iustus ergò & magnus Simeon, ò dilecti, cum ante susceptam carnem desiderasset videre Dominum, vidit in carnis susceptione, & animaduertit, & vlnis est amplexus, & rogauit vt relaxaretur à custodia corporis, ore senili clamās ad omnium Dominum, qui videbatur infans, sicut audijsti: Nūc dimittis seruum tuum Domine secundū verbum tuum in pace. Quoniam viderunt oculi mei salutare tuum. Vidi gloriam tuam. Soluar ab hac breui vita, in quam cadit interitus. Vidi choream angelorum, glorificationem archangelorum, omnem creatam naturam exultantem, cælestia & terrestria vnum habentia transitum. Nunc absoluar, nè hīc retinear. Spiritus sanctus est in me, & video, quæ tibi euenient. Nunc absoluar, nè Iudeorum, qui sunt mei generis, quæ in te est futura, videam audaciam. Nè videam spīcam, quæ plectitur, coronam. Nè videam seruum tibi alapas infligentem. Nè videam tibi intentari lanceam. Nè videam solem obscurari. Nè videam lunam deficere. Nè videam elementa mutari. Nè videam te cruci affixum. Nè videam rumpi petras. Nè videam scindi velum templi. Non ferentia enim audaciam ipsa quoquē elementa, cum Domino dolore afficiuntur. Nunc dimittis seruum tuum Domine secundū verbum tuum in pace: Quoniam viderunt oculi mei salutare tuum: Quod parasti ante faciem omnium populorum.

Quid ergò Euangelista? Audi ipsum dicentem: Et erat homo in Hierusalem, cui nomen Simeon: & erat homo iste iustus, expectans consolationem Israël. Et spiritus sanctus erat in ipso: & erat ei datum responsum à spiritu, non visurum eum mortem, priusquam vidisset Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Audi sapienter, ò dilecti, hoc est quod dicit: Simeone domi sedente, & apud se orante, responsum venisse ad effectum. Solum cogitauit Ioseph & virgo introducere puerum Iesum in templum, vt facerent ipsi secundū morem legis de ipso: & statim Spiritus sanctus præbuit responsum, hoc est, excitauit spiritus Simeonem, dicens: Expergi scere senex, quid dormis? Venit tempus responsi: Vade citò, venit enim qui te soluit: excute vestes sepulcrales, para sepulcrum, ordina quæ ad domum tuam spectant. Venit enim, qui te soluit. Venit Emmanuel. Transi citò in templum. In loco sacro sacra. De sacro loco propheta. Quamobrem perniciosissimo cursu cupiditatis, tanquam penna aliqua, incitatus, & à spiritu leuatus, præuenit Ioseph & virginem in templum: non præuenit autem puerum, qui portabatur. Quomodo enim potuisset præuenire eum, qui vbique aderat? Ioseph & virginem præuenit Simeon in templo. Et cum præuenisset, adhuc prope adyta erat expectans reuelationem sancti Spiritus.

Cum fuisset verò in templo Simeon, vidit quidem multas matres cum suis filijs in templum ingredientes, ad peragendum sacrificium purificationis. In quarum medio erat etiam, quæ portabat venerandum fœrum, & nullis sordibus contaminatum. Iustus autem Simeon huc & illuc oculos circumferens, postquam vidit multas matres in priuato habitu humanitatis, solam autem virginem infinito & diuino lumine circumdatam, separauit reliquas matres, clamans & dicens coram omnibus: Date mihi locum, vt teneam eum, qui desideratur. Vidi eum, qui me præuidit. Vidi, & meus geminavit spiritus. Cur quæ estis ancillæ, cum liberæ & Domina concertatis? Cur infantes vestros aræ offertis? Huc conuertimini, & eos offerte huic puero, qui est antiquior

Abraam.

Abraam. Interim Simeon suis vlnis tenens Dominum, qui videbatur infans, Ioseph quidem & virginem benedixit: prophetiam autem traduxit ad Dominum, dicens virgini: Quid adspicis hunc puerum, ò virgo, tuum & non tuum? mansisti enim virgo, sicut eras prius. Cur enim assidue fixis oculis intueris, & cum frequenter amplecteris? Cur ei mammillam semper præbes, volens filium habere florentiorem? Non eget nutrimento, cum ipse sit manna & vitæ suppeditator. Cur mollibus palmis demulces infantem, eum volens sopire? Hic infans non dormitabit neque dormiet, quòd attinet ad diuinitatis dignitatem, quæ celatur. De eo enim dicit Propheta: Non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israël. Cur hunc puerum adspicis virgo? Hic puer, ò virgo, diuinitatis quæ latet virtute, cælum extendit sicut pellem, terram autem super nihilum suspendit, cum aquam mundo basim fundasset. Hic puer, ò virgo incorrupta, est solis auriga, lunam tanquam clauo regit, è thesauris suis promittit ventos, & est omnium quæ sunt Dominus. Hunc puerum ò virgo, non mundanam, sed spiritalem accipere letitiam. Ecce enim hic est positus in ruinam & resurrectionem multorum in Israël, & in signum, cui contradicitur. Tuam quoquē ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multorum cordibus cogitationes.

Hæc sanctus & qui Deū suscepit Simeon, dixit virgini Mariæ, reuelatione sancti spiritus de Iesu, qui videbatur infans: Ecce hic est positus in ruinam & resurrectionem multorum in Israël. Cur autē in ruinam, & cur in resurrectionem? Verum est verbum Domini. Quoniam enim Simeon, non sua virtute, sed sancti spiritus reuelatione, quicquid enunciauit de Domino, ad virginem dicens, Ecce hic est positus in ruinam & resurrectionem multorum in Israël, dixit: In ruinam quidem infidelium, resurrectionem autem eorum, qui credunt. Ad ruinam Synagogæ, resurrectionem verò Ecclesiæ. In ruinam demonum, resurrectionem autem sanctorum. In ruinam prophanorum, resurrectionem verò iustorum. In ruinam & resurrectionem: surrexit Matthias, cecidit autem Iudas. In ruinam & resurrectionem multorum in Israël. In resurrectionem latronis, qui erat à dextera: in ruinam autem eius, qui erat à sinistris. Nam ille quidem pie se gerebat, hic verò maledicebat. In ruinam & resurrectionem multorum in Israël, & in signum, cui contradicitur, vera est oratio. In signum, cui contradicitur, fuit Dominus, ut potè, factus virginis. Nam magnum est signum, quòd quæ virgo peperit, mansit virgo. Quòd verò virgo sit signum, cui contradicitur, audi Esaiam in suo opere, Domino dicente ad Achaz: Pete tibi signum in profundo aut in alto. & dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit Esaias: Ecce dabit vobis Dominus ipse signum. Quodnam hoc? Ecce virgo in vtero concipiet. De hoc Dominico signo in virgine nato, cui contentiosa lingua multi erant contradicitori, Simeon futurum prius significauit, dicens virgini: Ecce hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum in Israël, & in signum, cui contradicitur. Tuam quoquē ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multorum cordibus cogitationes.

Hinc nonnulli existimauerunt Domini matrem gladio morte affectam, sinem accepisset martyrij. propterea quòd dixerit Simeon: Tuam quoquē ipsius animam pertransibit gladius. Non ita autem habet. Ferreus enim gladius corpus diuidit, non dissecat animam. Quo fit, vt intemerata & sanctissima virgo hucusque sit immortalis, propterea quòd qui in ea habitauit, eam traduxerit in loca, in quibus est assumpta. Quid ergò vult dicere Simeon ad Mariam, Tuam quoquē ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multorum cordibus cogitationes? Gladium, qui pertransit animam, hic dixit Simeon dolorem virginis, quo erat afficienda virgo, vt quæ videretur perdidisse eum, qui veniebat ad quærendum eos, qui perierant. Quòd verò dolor attigerit animam virginis, cum videretur perdidisse suum filium, qui appellatur nempe virginis, audiui nup̄r Euangelistam dicentem: Et quando fuit annorum duodecim Iesus. Sententia procedit ex sententia, & quæstio quæstione depellitur. Et quando fuit annorum duodecim. Quis? Deus verbum annorum duodecim, vnigenitus filius Dei, qui est ante mundum, qui olim fuit effector visionis temporum, nō autem genitus post tempora. Et quando fuit annorum duodecim Iesus? Quòd attinet ad ortum ex virgine, numeratur tempus duodecim annorum. Particulatim enim proficiebat Iesus atate corporæ: non simul autem totus creuit Dominus. Quamobrem nè existimaretur fuisse phantasia oconomia veritas, vt prius diximus, particulatim proficiebat, seruans omnes huma-

Psal. 120.

Psal. 103.  
Psal. 23. 13. 4.

Christus quibus in ruinam, quibus in resurrectione positus.

Luc. 23.

Esa. 7.

Immortalis, sic intellige, quia ad immortalitatem vitam resurrectionem reuertitur. Videtur tamen eius fuisse opinionis Author, quoniam mortua fuerit.

Luc. 2.

humanas mensuras humanæ susceptæ naturæ. De eo itaque dicebat Euangelista: Puer autem Iesus proficiebat spiritu & sapientia, & gratia Dei erat in ipso. Vide quàm accuratè locutus sit Euangelista. Non dixit, Deus verbum proficiebat, nè præberet Arrio materiam blasphemix illud, Proficiebat, ostendit id fieri intercedente œconomia. Propterea enim duodecim annos natus. Vnde etiã dicebat Euangelista: Et quando fuit annorum duodecim Iesus, adduxerunt puerum Iesum secundum morem festi eorum in templum: & cum impleuissent ipsi dies, dum reuerterentur ipsi, remansit puer Iesus, & non cognouerunt parentes eius. Putantes autem ipsum esse secum in comitatu, iuerunt irer diei, & querebant eum inter cognatos: & cum non inuenissent eum, iuerunt Hierusalem, querebant eum.

Luc. II.

Eccè verò impletur dictum Simeonis ad virginem: Tuam quoquè ipsius animã pertransibit gladius: gladius, inquam, doloris, gladius inquisitionis, per quem eum querebat, qui perierat. Nam etsi mater esset virgo, cum tamen gestauit vtero, & ei præbuit mamillam, & eum magna aluit cura, & maternum habuit habitum, vt mater erga suum filium. Quamobrem cum visa esset eum perdidisse, quærens in tribus diebus, in dolore cordis clamabat, dicens: O calamitatem, quando expectaui felicitatem, tunc da mnum sensi. Hei mihi, quis thesaurum surripuit? Quis preciosas opes mihi abstulit? Quis me mea spe est frustratus? Hei mihi, non dicar amplius benedicta in mulieribus. Non amplius dicent: Beatus ventet, qui te portauit. extabui, non autem beata enasi. Quis est, qui te mihi eripuit? Quis tibi est insidiatus? Quis meum abscondit thesaurum? Cognata mea Elizabeth letatur propter filium: ego verò crucior. Illa enim habet militem: ego verò rege sum frustrata. Seruus custoditur, & Dominus non apparet. Vbi est archangeli Gabrielis saluatio? Vbi stella illuminatio? Vbi Magorũ adoratio? Vbi Pastorum exultatio? Vbi angelorum est glorificatio? Quando regnum expectaui, tunc relicta fui in mendicitate. Hinc ergò afflictionem & dolorem, tanquã animã gladium ancipitem, Simeon futurum videns, præsignificauit, dicens virgini: Tuam quoquè ipsius animã pertransibit gladius. Non dixit, Tenebit gladius, aut dominabitur gladius: sed, Pertransibit gladius: hoc est, Paruo tempore dolore afficiëris & affligëris, & statim à dolore liberaberis & afflictione.

Quòd autem dolore affecta sit intemerata & sanctissima virgo, putans se perdidisse eum, qui venerat ad salutem eorum, qui perierant, audiuit Euangelistam modò dicentem: Et factum est post tres dies. Vide quantum dolorem & afflictionem subiit virgo tribus diebus. Et factum est post tres dies, & eccè inuenit eum in templo sedentem in medio doctorum, & eos interrogantem, & eos audientem. & dixit ei mater eius: Fili, cur fecisti nobis hoc? Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te. Cur non nobiscum descendisti, sicut nobiscum ascendisti? Cur sedisti in medio doctorum? Quid interrogas & doces? Cum literas nondum didiceris, quid sophistam agis? Cur inuidiam aduersus te concitas? Cur me vis orbari fili? Ecce te ardentibus oculis adspiciunt: iam strident in te dentibus sicut feræ immanes, quæ mouentur aduersus agnum. Fili, cur sic fecisti nobis? Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te. Dominus autem eis deceterò aperiens diuinitatis, quæ latebat, dignitatem, in mendico humanitatis susceptæ spectaculo, eis respondet, dicens: Quid me querebatis? Vbi autem querebatis? In cælum non ascendistis, ad inferos non descendistis. In Ionæ balena non habitastis. Quid me querebatis? nesciebatis, quòd in ijs, quæ sunt patris mei, oportet me esse? Non audiistis Simeonem? Non me Dominum & Deum est confessus? Vos autem me queritis tanquã puerum? Nesciebatis, quòd in ijs, quæ sunt patris mei, oportet me esse? Vnum patrem habeo in cælo: vos verò accepi commodatò.

Diuinã & mysticã mensam, sanctã Eucharistiã appellat.

Sed hinc imponentes sinem orationi, vacemus diuinã & mysticã mensã, per quam & mundus est stabilitus, & orbis terræ consistit, & regnum custoditur, & Ecclesia multiplicatur, & Deus sanctificatur: In Christo Iesu Domino nostro, cui gloria & potentia nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

GESTA

GESTA QVAEDAM SANCTI LAURENTII ARCHIEPISCOPI CANTVARIENSIS, EX secundo libro Historiæ Ecclesiasticæ gentis Anglorum, venerabilis Bedæ Presbyteri.

EX LIB. 2. Cap. 4.



Vcessit autem Augustino in episcopatum Laurentius: quem ipse idcirco adhuc viuens ordinauerat, nè se defuncto, status ecclesiæ tam rudis, vel ad horam pastore destitutus, vacillare inciperet. In quo & exemplum sequebatur primi pastoris Ecclesiæ, hoc est, beatissimi Apostolorum principis Petri: qui fundata Romæ Ecclesia Christi, Clementem sibi adiutorem euangelizandi simul & successorum consecrassè perhibetur. Laurentius Archiepiscopus gradu potitus, strenuissimè fundamenta ecclesiæ, quæ nobiliter iacta vidit, augmentare, atque ad perfectum debili culminis, & crebra voce sanctæ exhortationis, & cõtinuis piæ operationis exemplis prouehere curauit. deniquè non solum noua, quæ de Angliæ erant collecta, ecclesiæ curam gerebat, sed & veterum Britannix incolarum, necnon & Scotorum, qui Hyberniam, insulam Britannix proximam, incolunt, populis pastorem impendere curabat sollicitudinem. Siquidem vbi Scotorum in præfata ipsorum patria, quomodo & Britonum in ipsa Britannia, vitam ac professionem minus Ecclesiasticam in multis esse cognouit, maximè quòd Paschæ solennitatem non suo tempore celebrarent, sed, vt supra docuimus, à decima quarta luna vsque ad vicesimam Dominicæ resurrectionis diem obseruandum esse putarent, scripsit cum cõepiscopis suis exhortatoriam ad eos epistolam, obsecrans, eos & contestans, vnitatem pacis & catholicæ obseruationis cum ea, quæ toto orbe diffusa est, Christi Ecclesia tenere: cuius videlicet epistolæ principium hoc est: Dominis, charissimis fratribus, episcopis vel abbatibus, per vniuersam Scotiam, Laurentius, Mellitus & Iustus episcopi, serui seruorum Dei: Dum nos sedes Apostolica more suo, sicut in vniuerso orbe terrarum, in his occiduis partibus ad prædicandum gentibus paganis dirigeret, atque in hanc insulam, quæ Britannia nuncupatur, contigit introisse, antequàm cognosceremus, credentes quòd iuxta morem vniuersalis Ecclesiæ ingrederentur, in magna reuerentia sanctitatis tam Britones quàm Scotos venerati sumus. Sed cognoscentes Britones, Scotos meliores putauimus. Scotos verò per Dagamũ episcopum in hanc, quam superius memorauimus, insulam, & Columbanum abbatem in Gallijs venientem, nihil discrepare à Britonibus in eorum conuersatione didicimus. Nam Dagamus episcopus ad nos veniens, non solum cibum nobiscum, sed nec in eodem hospitio, quo vescabamur, sumere voluit. Misit enim Laurentius cum cõepiscopis suis, etiam Britonũ sacerdotibus literas, suo gradu cõdignas, quibus eos in vnitatem catholica confirmare fategit. Sed quantum hæc agendo profecerit, adhuc præsentia tempora declarant.

2. FEBRUAR. Laurentius creatur archiepiscopus Cantuariensis.

Eius sollicitudo, pastor tanto digna.

Epistola eius ad Scotiæ episcopos.

Ex cap. 6.

Flagellatur ab Apostolorum principe.

Iohan. 21.

Cum verò Laurentius Mellitum Iustumque secuturus, ac Britanniam esset relicurus, iussit ipsa sibi nocte in ecclesia beatorum Apostolorum Petri & Pauli, de qua frequenter diximus, stratum parari: in quo quum post multas preces ac lachrymas, ad Deum pro statu ecclesiæ suas, ad quiescendum membra posuisset atque obdormisset, apparuit ei beatissimus Apostolorum princeps, & multo illum tempore secretæ noctis flagellis acrioribus afficiens, sciscitabatur Apostolica districtione, quare gregem, quem sibi ipse crediderat, relinqueret, vel cui pastorum oues Christi, in medio luporum positas, fugiens ipse dimitteret. An mei, inquit, oblitus es exempli, qui pro paruulis Christi, quos mihi in iudicium suæ dilectionis commendauerat, vincula, verbera, carceres, afflictiones, ipsam postremò mortem, mortem autè crucis, ab infidelibus & inimicis Christi, ipse cum Christo coronandus, pertuli? His beati Petri flagellis simul & exhortationibus animatus famulus Christi Laurentius, mox manè factò venit ad regem, & retecto vestimento, quantis esset verberibus laceratus, ei ostendit. Qui multum miratus, & inquirens quis tãto viro tales ausus esset plagas infligere, vt audiuit, quia causa suæ salutis episco-

episcopus ab Apostolo Christi tanta esset tormenta plagasque perpeffus, extimuit multum, atque anathematizato omni idololatriæ cultu, abdicato connubio non legitimo, suscepit fidem Christi, & baptizatus, ecclesiæ rebus, quantum valuit, in omnibus confu- lere ac fauere curauit. Misit etiam in Galliam, & reuocauit Mellitum & Iustum, eosque ad suas ecclesias liberè instituendas redire præcepit. Qui post annum, ex quo abiierant, reuersi sunt: & Iustus quidem ad ciuitatem Roffi, cui præfuerat, redijt: Mellitum verò Londonienses episcopum recipere noluerunt, idololatriis pontificibus magis seruire gaudentes. Non enim tanta erat ei, quanta patri ipsius, regni potestas, vt etiam nolenti- bus ac contradicentibus paganis antistitem suæ possent ecclesiæ reddere. Veruntamen ipse cum sua gente, ex quo ad Dominum cõuersus est, diuinis se studuit mancipare præ- ceptis. Deniquè & in monasterio beatissimi Apostolorum principis, ecclesiam sanctæ Dei genitricis fecit, quam consecrauit archiepiscopus Mellitus.

Ex cap. 7. Hoc enim regnante rege, beatus archiepiscopus Laurentius regnum cæleste con- scendit, atque in ecclesia & monasterio sancti Apostoli Petri, iuxta prædecessorem su- um Augustinum sepultus est, die quarto Nonarum Februariarum.

DE S. CELERINO ETC. EX EPISTOLIS BEATISSIMI CYPRIANI EPISCOPI ET MARTYRIS.

EST LIB. 4. EPISTOLA 5.

Cyprianus presbyteris, & diaconibus & plebi vniuersæ, fratribus salutem.

3. FEBRUAR.



Agnosceda & amplectenda sunt, fratres dilectissimi, bene- ficia diuina, quibus Ecclesiam suam Dominus illustrare temporibus nostris & honestare dignatus est, commeatum dando bonis confessoribus suis, & martyribus gloriosis: vt qui sublimiter Christum confessi essent, Clerum postmo- dum Christi ministerijs Ecclesiasticis adornarent. Exulta- te itaque & gaudete nobiscum, lectis literis nostris, quibus ego & collegæ mei, qui presentes aderāt, referimus ad vos Celerinum fratrem nostrum, virtutibus pariter & moribus gloriosum, Clero nostro non humana suffragatione, sed di- uina dignatione coniunctum: qui cum consentire dubita- ret Ecclesiæ, ipsius admonitu & hortatu in visione per noctem compulsus est, nè nega- ret, nobis suadētibus: cui plus licuit, & coëgit, quia nec fas fuerat, nec decebat sine ho- nore Ecclesiastico esse, quem sic Dominus honorauit cælestis gloriæ dignitate. Hic ad temporis nostri prælium primus, hic inter Christi milites antesignanus, hic inter perse- cutionis initia feruentia cum ipso infestationis principe & authore congressus, dum inexpugnabili firmitate certaminis sui aduersarium vincit, vincendi ceteris viam fecit, non breui compendio vulnerum victor, sed adherentibus diu & permanentibus poenis longæ collucationis miraculo triumphator, per decem & nouem dies custodia carceris septus, in neruo ac ferro fuit: sed posito in vinculis corpore, solutus ac liber spiritus mansit. Caro famis ac sitis diuturnitate contabuit, sed animā fide & virtute viuentem, nutrimentis spiritalibus Deus pavit. Iacuit inter poenas poenis suis fortior, inclusus in- cludentibus maior, iacēs stantibus celsior, vincientibus firmior victus, sublimior iudi- cantibus iudicatus. Et quantum ligati neruo pedes essent, calcatus serpens & obtritus & vidus est. Lucent in corpore glorioso clara vulnerum signa, eminent & apparet in ner- uis hominis ac membris, longa tæbe consumptis, expressa vestigia.

Fortitudo S. Celerini.

Dies nouen- decim in neruo & fer- ro est.

Iohan. 20.

Celerina.

Laurentius, Ignatius.

Sunt magna, sunt mira, quæ de virtutibus eius ac laudibus fraternitas audiat. Et si ali- quis Thomæ similis extiterit, qui minus auribus credat, nec oculorum fides deest, vt quis quod audit, & videat. In seruo Dei victoriam gloria vulnerum fecit, gloriā cicat- ricum memoria custodit. Nec rudis iste aut nouus est in Celerino charissimo nostro titulus gloriarum: per vestigia cognationis suæ graditur, parentibus ac propinquis suis honore confimili diuinæ dignationis æquatur. Auia eius Celerina iam pridem martyrio coronata est, item patruus eius & auunculus, Laurentinus & Ignatius; in castris & ipsi quondam secularibus militantes, sed veri & spiritales Dei milites, dum diabolium Chri- sti

sti confessione prosterunt, palmas à Domino & coronas illustri passione meruerunt. Sacrificia pro eis semper, vt meministis, offerimus, quotiès martyrum passiones & dies anniuersaria commemoratione celebramus. Nec degener ergò esse, nec minor pote- rat, quem sic domesticis exemplis virtutis ac fidei prouocabat familiæ dignitas & ge- nerosa nobilitas. Quòd si in familia seculari prædicationis & laudis est, esse patritium: quanto maioris laudis & honoris est, fieri in cælesti prædicatione generosum? Non in- uenio, quem beatiorem magis dicam, vtrumne illos de posteritate tam clara, an hunc de origine gloriosa: ita æqualiter apud eos recurrit & comeat diuina dignatio, vt & illorum coronam dignitas sobolis illustret, & huius gloriā sublimitas generis illuminet.

Nota de sa- crificijs & diebus cele- britis mar- tyrum.

Hunc ad nos, fratres dilectissimi, cum tanta Domini dignatione venientem, testimo- nio & miraculo eius ipsius, qui se persecutus fuerat, illustrem, quid aliud, quam super- palpitum, id est, super tribunal Ecclesiæ oportebat imponi, vt loci altioris celsitate sub- nixus, & plebi vniuersæ pro honoris sui claritate conspicuus, legat præcepta & Euange- lium Domini, quæ fortiter ac fideliter sequitur: vox Dominum confessa, in his quoti- diè, quæ Dominus locutus est, audiar? Viderit, an sit vltior gradus, ad quem profici in Ecclesia possit. Nihil est, in quo magis confessor fratribus profit, quam vt dum Euan- gelica lectio de ore eius auditur, lectoris fidem quisquis audièrit, imitetur. Iungendus in lectione Aurelio fuerat, cum quo & Domini honoris societate coniunctus est, cum quo omnibus virtutis & laudis insignibus copulatus est. Pares ambo & vterque confi- miles. In quantum gloria sublimes, in tantum verecūdia humiles: quantum diuinā dignatio- ne promoti, tantum sua quiete & tràquillitate submissi, & virtutum pariter & morum singulis exempla præbentes, & congressioni & paci congruentes: illic robore, hinc pu- dore laudabiles. In talibus seruis letatur Dominus. In eiusmodi confessoribus gloria- tur, quorum secta & conuersatio sic proficit ad præconium gloriæ, vt magisterium cæ- teris præbeat disciplinæ. Ad hoc eos Christus esse hinc in Ecclesia diu voluit, ad hoc de media morte subtractos, quadam dixerim resurrectione circa eos facta, incolumes re- seruauit: vt dum nihil in honore sublimius, nihil in humilitate submissius à fratribus cernitur, hos eosdem fraternitas sectata comiteretur. Hos tamen lectores interim consti- tutos sciatis, quia oportebat lucernam super candelabrum poni, vnde omnibus luceat: & gloriosos vultus in loco altiori constitui, vbi ab omni fraternitate circumstante con- specti, incitamentum gloriæ videntibus præbeant. Ceterum presbyterij honorem desi- gnasse nos illis iam sciatis, vt & sportulis iisdem cum presbyteris honorentur, & diuisi- ones mensuratas æquatis quantitatibus partiantur, sessuri nobiscum prouectis & cor- roboratis annis suis: quantum in nullo minor possit videri ætatis indole, qui consum- mauit ætatem gloriæ dignitate. Opto vos, fratres charissimi ac desideratissimi, semper bene valere.

Matth. 5.

VITA ET MARTYRIUM SANCTI ET GLORIOSI MARTYRIS BLASII EPISCOPI

Sebastæ & sociorum, auctore Simone Metaphraste.



Vo tempore vigeat cultus simulacrorum, & multi homi- nes adorabant figmenta & res creatas, tunc etiam florebat fides omnium sanctorum, cum quibus fides quoque sancti & gloriosi martyris Blasij. Hic ergò sanctus & venerandus vir Blasius, cum toto tempore vitam egisset mansuetam & mitem, sicut scriptum est in Iob, erat innocens, inculpatus, verus, pius & religiosus, abstinens, ab omni opere malo. Quamobrem propter puram vitam & quæ nulli affinis erat reprehensioni, qui in ciuitate Sebastæ Cappadociæ erant fideles, cum creauerunt Episcopum. Is autem profectus in montem, qui dicitur Argeus, habitabat in spelunca, feræque ad eum conueniebant, & ab eo benedicebantur: & si contigisset vnā ex eis incidere in eius meditationem, tanquam ratione præditæ, exspectabant ad speluncam, & nisi imposuisset eis manus, eas benedicens, à sancto minimè recedebant.

3. FEBRUAR. Per antiquū Martyrolo- giū Roman. itemq; Vsu arde & Ado- cum habere. 15. Februarij in antiquis MS. exem- plaribus. Iob 1. Matth. 5. Degit in spelunca,

In illis autem diebus iussit Præses Agricolaus capi omne genus animalium, vt sancti, qui tunc erant, martyres ab eis consumerentur, & cum eis depugnarent. In montes verò egressi venatores, venerunt etiam in montem, qui dicitur Argeus, in quo latebat sanctus & venerandus vir Blasius. Cùm autem appropinquassent speluncæ, & vidissent in eius ingressu multitudinem agrestium animalium, quæ adstabant & exiliebant, dixerunt inter se: Quid hoc sibi vult? & cùm venissent propius, inuenerunt intra speluncam S. Blasium, sedentem tanquàm in thalamo, & diuidentem vnicuique id, quod erat ei opus, per benedictionem atque curationes, & Deo fundentem preces. Qui statim reuersi, renunciârunt Præsidi Agricola quæ viderant. Præses verò iussit plures milites cum eis proficisci, vt quoscunque illic inuenissent latentem Christianos, ad eum adducerent. Eunt autem in montem, qui missi fuerant milites, & ingressi speluncam, inuenerunt solum sanctum, orantem & laudantem Dominum, & dixerunt ei, Egrederere: vocat te Præses. Cùm eos verò vidisset S. Blasius, valdè lætatus est, & dixit: Adeste, eamus simul, & filij mei enim recordatus est Dominus. In hac enim nocte ter mihi apparuit, dicēs: Surge, offer mihi sacrificia pro more tui sacerdotij. Nunc ergo filij mei, benè venistis. Dominus meus Iesus Christus sit vobiscum.

Dominus  
ei apparet.

Homines  
& iumenta  
curat.

Dum autem ipsi venirent, in via conuertebantur gentiles ad Dei cognitionem per eius mansuetudinem & doctrinam. Etenim per eius preces faciebat Dominus curationes: & cùm ad eum afferrentur agroti, eis imponens manus, dimittebat sanos. Non solum autem curabat homines, sed etiam iumenta & bestias. Cùm itaque contigisset aliquem os deuorare, vel aliquid eiusmodi, repente ad eum afferebant patientem, & per sanctas suas preces eum statim reddebat sanum. Contigit itaque, vt filius cuiusdam mulieris, quæ eum habebat vnicum, partem piscis comedens, os repente deuoraret, & mutus maneret. Cùm ergo mater pueri de sancto audiisset, eum allatum proiecit ad eius pedes semimortuum, cum fletu clamans & dicens sancto: Miserere mei filij serue seruatoris nostri Iesu Christi. est enim mihi vnigena: narrauitque sancto, quid filio suo repente accidisset. Sanctus autem Dei & magnus sacerdos Blasius, manu imposita gutturi pueri, sic orauit, extendens in celum oculos, & Deo dicens: Qui ijs, qui te inuocabant in veritate, præstò fuisti adiutor, o Seruator, audi meas preces, & spinam infixam huic puero, tua, quæ sub aspectum non cadit, virtute ei exime, eum curans: & deceterò, seu in hominibus, seu in pueris, seu in bestijs tale quid contigerit, illic autem recordatus fuerit aliquis mei nominis, dicens: Deus, intercessione serui tui Blasij, accelera tuum auxilium: fac citò in eo curationem ad gloriam & honorem sancti tui nominis. & cùm ipse hæc dixisset, puerum statim sanum restituit sicut prius, & eum reddidit matri suæ, ore nunquam silente Deum laudantem atque glorificantem. Hominum autem sermone celebrabatur Dei martyr & Episcopus Blasius, non solum Sebasteæ, sed etiam Nicapoli. erat enim eruditus etiam in scientia medendi.

Lupus red-  
dit viduæ  
porcum.

Cæditur  
agrestibus  
baculis.

Reducitur  
in carcerē.

In itinere verò ingrediente sancto, contigit vt cuiusdam pauperulæ mulieris, quæ vnum habebat porcum & nihil aliud, porcus a lupo raperetur. Mulier autem, quæ erat fidelis, accessit ad sanctum martyrem contra feram. Sanctus verò Christi sacerdos & martyr Blasius subridēs, dixit ei: Nè sis tristis, o mulier, nec lachrymeris. Tibi enim reddetur porcus viuus & illesus. Sanctus autem coepit iter ingredi. eo verò ingrediente, lupus, qui porcum in manu conseruauerat, eum reddidit viduæ. Ingresso autem sancto in metropolim Sebasteam, iussit Præses Agricolaus eum conijci in custodiam. Die verò sequenti sedens Præses in tribunali, iussit adduci sanctum Blasium. Cùm is autem adfuitisset, videns eum Præses, coepit primum cum eo agere blanditijs, & prius eum salutat, dicens: Salue charissime Blasii, deorum amice & noster. Sanctus autem Blasius dicit ei: Salue tu quoque Præses optime. Nè eos verò dicas deos, sed demonia: quæ quidem tradentur igni æterno cum ijs, qui ea colunt. His Præses ira percitus, iussit eum agrestibus baculis verberari. Multis autem horis verberatus martyr Christi Blasius, dicit Præsidi: O nullo sensu prædite & deceptor animarum, putas me per tua tormenta abducere à Dei mei confessione? Sed non potes. Habeo enim Iesum Christum, qui me corroborat. Deceterò fac, quod volueris.

Cùm autem non potuisset impius Præses eum à fide abducere, iussit eum rursus duci in carcerem. Cùm verò accepisset pia anus & vidua sancti martyris Blasij tolerantiam, & eius fidei constantiam, cùm occidisset porcum, quem à fera acceperat iussu sancti mat-

martyris, & coxisset caput & pedes, & in anistrum iecisset ex feminibus terræ, & aliquibus alijs ex sua paupertate cum fructibus, cereosque accēdisset, attulit ad sanctum martyrem in custodiam, & procidit ad eius pedes, rogans vt ex eis sumeret. Cùm gratias autem egisset sanctus, & ex eis sumpsisset, ei benedixit, & ei mandauit, dicens: Mulier, in hoc habitu perage mei commemorationem, & in domo tua non deficiet omne bonum à Deo meo. Sed & si quis te hoc modo imitans, mei peregerit commemorationem, habebit à Deo meo perpetuum donum & benedictionem omnibus diebus vitæ suæ. Et veneranda quidem illa & beata anus, accepto mandato à sancto martyre Blasio, Deum laudans, abijt læta in domum suam, & impleta fuit in hac beata vidua scriptura, quæ dicit: Dicitur vbiquē, quod fecit ipsa, ad eius memoriam.

Matt. 26.

Tyrannus autem cùm secundò progressus sedisset in tribunali, iussit adduci Dei martyrem. Quo adducto, dicit ei Præses: Blasii, dijs ne sacrificas, an vis malè perire? Dixit sanctus Blasius: Dijs, qui celum & terram non fecerunt, pereant. Quam tu autem mihi minaris mortem, ea mihi vitam æternam conciliabit. Præses verò cùm vidisset eius fidem immutabilem, iussit eum in ligno suspensum cedi vehementer. Cùm diu autem cederetur martyr Dei Blasius, dicit Duci: O impie & inique, putasne me terrere plagis? Habeo Iesum Christum, qui me corroborat, & non timeo tua, quæ videntur, tormenta, adspiciens ad bona, quæ expectantur, quæ sunt promissa ijs, qui ipsum querunt. Tunc iussit Præses eum de ligno deponi. Cùm fuisset autem depositus, iussit eum rursus conijci in custodiam. Cùm verò abduceretur in custodiam sanctus martyr Blasius, ecce sepeptem mulieres piæ & timentes Deum, eum sequebantur, excipientes sanguinem, qui ex ipso distillabat, & seipsas vngentes. Quas cùm vidissent lictores & apprehendissent, duxerunt ad Præsidentem, & dicentes: Hæc quoque sunt Christianæ. Cùm eas autem Præses vidisset, dicit eis: Persuadeamini, & dijs sacrificate, vt magnos honores à me consequamini. Venerandæ verò & sanctæ mulieres illæ respondentes, dixerunt ei: Si vis, o Præses, vt dijs tuis sacrificemus, eamus prope lacum: & tu quidem immitte deos tuos in sacrum, & eos plumbo obsigna. Nos autē cùm abluerimus vultus nostros in lacu, accedemus, & eis sacrificabimus. His lætatus Præses, ad eas adduxit deos suos. Illæ autem cùm eos accepissent, deiecerunt & demerserunt in profundo lacus.

Ierem. 10.

Iterum ver-  
beratur.

7. Foemina  
cōprehens-  
duntur.

Demergit  
simulacra  
deorū fal-  
sorum in  
lacu.

Cùm hæc vidisset Præses, & furore fuisset percitus, valdè rugiēs sicut leo, & plaudens manibus, fuit admodum iratus militibus, & dixit eis: O pessimi ministri, cur non deos retinuistis, nè in profundum lacus inijcerentur? Respondentes autem milites, dixerunt Præsidi: O optime Præses, dolum tibi locutæ sunt hæc mulieres, & deos tuos demerserunt. Nos verò hoc nescientes, eos non tenuimus. Dixerunt autem illæ sanctæ & venerandæ mulieres: Deus verus dolum non patitur, sed furda ligna & lapides, & aurum & argentum, & omnes, qui cōfidunt in eis. Tunc furore percitus Præses, iussit fornacem accendi vehementissimam, & dissolui plumbum, & ferreos afferri pectines, & septem æneas laminas candefieri: splendidum autem linteum extendi in alio loco, dixitque sanctis mulieribus: Eligite vnum ex duobus, aut adorare & dijs sacrificare, & conseruare animas vestras, ambulantes in linteo: aut, si nolitis, experiri tormenta, quæ sunt vobis parata. Vna verò ex ijs, habens duos pueros, rapuit linteum & iniecit in fornacem, & id combussit. Pueri autem dicebant matri suæ: Veneranda mater nostra, nè sinas nos in hac terra interire: sed quomodo nos impleuisti pulchro & sincero & suauissimo tuo lacte, nos quoque imple regno calorum.

Præses autem iussit eas suspendi, & earum carnes lacerari pectinibus ferreis. Videbant verò milites ex earum carnibus manare lac pro sanguine. Quinetiam earum carnes cernebantur vt nix candidæ. Angeli enim Domini, qui descenderant, cùm eas curassent, dicebant eis: Nè timeatis. Bonus enim operarius cùm ætate inceperit & perfecterit, & à Domino operis fuerit benedictus, & mercedem eius acceperit, lætus vadit in domum suam. Sic ergo vos quoque decertate, vt à Seruatore nostro Iesu Christo æternam & quæ nunquam desinit, vitam accipiatis. Tunc Præses iussit eas depositas iaci in caminum. Cùm autem iactæ fuissent, protinus cessauit ignis, & eicte sunt ex fornace illesæ conseruatæ sanctæ mulieres. Dicit verò eis Præses: Abiectis vestris præstigijs, accedite, & dijs meis sacrificate. Sanctæ autem septem mulieres, tanquàm vno ore dixerunt ei: Nè tibi benè sit, o fili diaboli, vt nos relinquamus Dominum nostrum Iesum Christum, & adoremus lapides & ligna, quæ sunt similiter atque tu, furda & nullo sensu

Sanctæ fer-  
minæ tor-  
quentur.

Mittuntur  
in caminum.



prædita. Decetero fac in nos, quod velis. Nam nos quoque vocatæ sumus in regnum cælorum. Tunc ira percitus Præses, tulit in cas sententiam: & accipientes cas lictores, duxerunt eas ad locum eis propositum.

Preca-  
tionem  
earum  
ad  
Deum.

Psal. 76.

Sanctæ autem septem mulieres cum venissent ad locum, in quo erant consummandæ, rogârunt lictores, dicentes: Concedite nobis, vt parumpèr precemur: & flexis in terram genibus, sic dixerunt: Gloria tibi magno & glorificato nostro Deo. Gloria tibi Christe, qui regnas in secula, qui nos vocasti in viam bonitatis tuæ. Quis enim magnus, sicut tu Deus noster, qui nos fecisti recedere à tenebris, & vocasti nos ad veram lucem & suauissimam? Quamobrem rogamus te Domine, nos connumera cum primâ martyre tua Tecla, accipiens intercessionem sanctissimi patris nostri & pastoris Blasij, qui deduxit nos ad hanc veritatem & fruitionem vitæ æternæ. Hęc cum sanctæ fuissent precatæ mulieres, & è solo surrexissent, & manus suas extendissent, & oculis in cælum suspexissent, mundo corde & vno animo Deo dixerunt: Gloria tibi Domine Deus noster, qui nos dignatus es sistere ad hanc tuam aram, tanquàm agnas immaculatas & ratione præditas, nostras quoque animas suscipe in cælesti tua ara, vt bonus & benignus, Pueri autem accedentes ad matrem, dixerunt ei: Mater, coronæ vobis sunt paratæ apud Deum cælestem. Nos ergo & commenda sanctissimo & forti athleta, Episcopo nostro & Pastori Blasio. Tunc spiculator abscedit capita septem sanctarum mulierum, & occultè fuerunt consummatæ.

Placantur  
capite.

Post hęc autem iubet Præses sanctum Blasium educi è custodia. Quo educto, dicit ei: Dijs ne modò sacrificas, an non? Dicit ei sanctus Blasius: Miser, cum sis cæcus, non vides veram lucem. Quis enim homo, qui Deum viuum vnquam cognouit, mortuis simulacris sacrificat, aut ea adorat? Tu ergo tenebris inuoluto & inique, scias te Deum viuum dimisisse, & adorare lapides nullo sensu præditos. Sed ego nõ timèbo minas tuas. Vt vis ergo, me torque. trado tibi carnes meas: Deus autem habet animæ potestatem. Præses dicit sancto: Si te proiecero in lacum, quid tibi proderit, quem dicis, Christum, quem etiam adoras? Dixit sanctus Blasius: Cæce & nullo sensu prædite, adulterina adoras, & putas te esse saluum. Ego autem Christum viuum colens, non ostendam tibi in aqua Dei mei virtutes? Tunc iussit Præses eum iaci in lacum. Sanctus verò præueniens, obsignauit aquam: quæ stetit perindè ac si fuisset pons. Sedensque in medio lacus, dixit lictoribus: Si habetis deos, ostendite eorum virtutes, & vos quoque ingredimini. Statimque ingressi sexaginta & octo viri, submersi sunt in profundo aquæ. Tunc angelus Domini descendens ad sanctum, dicit ei: Gratia plena & præclara anima, Dei Pontifex, egredere ex aqua, & accipe à Deo tibi paratam æternam coronam.

68. viri sub-  
mersi.

S. Blasius su-  
per aquas  
ambulat.

Sanctus autem Blasius cum ex aqua surrexisset, tanquàm super terram ambulans, est egressus: & resplenduit facies eius sicut lux, adeò vt mirarentur, qui eum videbant. Præses verò dixit ei: Adeone, o miser, statuisti dijs non sacrificare? Dixit sanctus Blasius: Scias Tyranne sanguiuore, me esse seruum Christi, & nunquam demonibus esse sacrificaturum. Tunc ira percitus Præses, tulit in eum sententiam, dicens: Blasius, qui mihi non paruit, & Imperatorem contempsit, & deos probris affecit, & sexaginta octo viros perdidit, gladio truncetur capite simul cum duobus pueris. Accepta autem sententia, cum venisset ad locum, stans sanctus, precatus est Dominum, dicens: Domine Deus virtutum, qui me liberasti à simulacris: qui tenebras fecisti lucem, & errorem veritatem: qui sedes super Cherubim, & aperis catarrhas cælorum: qui extendis arcum tuum in manu tua: qui diabolum humilem & abiectum reddidisti, & draconem confixisti: audi me seruum tuum, & quicumque ad hanc aram tuam accesserit, & quamcunque spinam aut os deuorauerit, aut varijs fuerit vexatus morbis, aut in afflictione fuerit, aut in necessitate persecutionis, imple vnuscuiusque cordis petitionem Domine, vt bonus & clemens: Quoniam es semper glorificandus nunc & in secula. Cum hęc autem esset precatus, Christus descendit de cælo tanquàm nubes, & eum obumbravit, & dicit ei Seruator: Omnes petitiones eorum implebo propter te, athleta mi dilecte. Non hęc autem solum, sed etiam faciam, vt precatus es viduæ, & benedicam omnem domum, quæ tu celebrat memoriam, & penaria eorum replebo omnibus bonis propter pulchram tuam confessionem & fidem, quam in me habes. Hęc cum Dominus locutus esset martyri, cum eum antea eduxisset spiculator è prætorio cum duobus infantibus, capita eis amputauit in Sebastea ciuitate, intra mœnia supra petram, vndecimo mensis Februarij.

Decollatur  
eum 2. pueris.

Fide-

Fideles autem & pij viri deposuerunt eum in ipso loco, vbi etiam vsque in hodiernum diem multæ curationes peraguntur ad Dei gloriam.

Cum verò accepisset veneranda & pia anus consummationem beati martyris Blasij, celebravit eius memoriam eo ritu, quo celebravit in custodia: & non solum cognatis mist ex feminibus terræ benedictiones & ex reliquis, sed etiã omnibus amicis. Qui vicissim imitantes, rursus in eodem tempore remiserunt non solum fideli viduæ, sed etiam omnibus suis amicis & cognatis. Vndè etiam traditum est hoc pulchrum & bonum exemplum vsque in hodiernum diem omnibus, qui fideliter peragunt venerandam memoriam sancti martyris Blasij, cum lampadibus & hymnis & magno epulo: Ad gloriam omnipotentis Dei & Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria & potentia simul cum sancto & viuifico spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

SANCTORVM PHILOROMI ET PHILEAE  
MARTYRIVM, EX LIB. 8. CAP. 10. ECCLES. HIST.

Eusebij Cesarens. interprete Iohanne Christophorono Anglo.



Atque isti martyres admiratione digni quidem fuerunt: sed illi præ ceteris videbantur egregie admirabiles, qui quauis diuitijs, nobilitate, gloria, eloquentia & philosophiæ cognitione illustres essent, hęc omnia tamè pro vera pietate & fide in Seruatorem & Dominum nostrum Iesum Christum, pro nihilo ducebant. Talis erat Philoromus, vir magistratum, non illum quidem vulgarem adeptus, sed ad Imperatoris negocia Alexandriæ procuranda delectus: qui non sine magna gloria & honore, vt Romanorum mos fert, à satellitibus stipatus, in dies singulos de controuersijs ad se relatis iudicium tulit. Talis Phileas etiam, Thmuitensis ecclesiæ episcopus, vir planè cum in ciuilibus patriæ institutis & Ecclesiæ ministerijs valde præstabilis, tum philosophiæ disciplinis eximius. Isti duo, cum permulti & cognati & alij amici eos obsecrassent, cum præterea viri primarij, qui cum imperio erant, orassent, cum ipse iudex denique hortatus esset, vt suis ipsorum caperent misericordiam, liberorumque & vxorum curam ducerent, nequaquam eiusmodi virorum precibus adduci poterunt, vt vitæ cupiditate aliqua ex parte delectarentur, & diuinas leges de confessione & negatione Seruatoris nostri penitus contemnerent: sed virili animo & mente digna philosophis, immò verò pia & digna Deo, contra omnes iudicis minas, contra contumelias fortiter se opponentes, ambo capitibus abscessis abirent è vita.

Philoromus.

Phileas Epi-  
scopus.

Inuidenti illo-  
rum animi.

Abeunt è  
vita.  
Cap. 11.

Sed quoniam Phileam, propter humanioris literaturæ notitiam, crebro hominũ sermone prædicatum diximus, ipse suscipiens in ea re locuples testis accedat, & partim seipsum, quoniam tandem fuerit, ante oculos cuiusque proponat: partim martyria, quæ eius ætate Alexandriæ contigerint, accuratiùs multo, quàm in nostra situm est potestate, narret his verbis, quæ quidem ab ipsius literis, ad Thmuitas perscriptis, petita sunt: Beati martyres, qui apud nos occubuērunt, præclara illa exempla, monita salutaria & insignes præceptiones, in diuinis & sacris literis nobis ad imitandum propositas, nulla ex parte contemnent, oculos animi in Deum omnium effectorem exquisitè intendebant, & mortem pro pietate oppetere secum statuentes, mordicus suæ vocationi adherescebant. Ac quoniam isti sancti martyres, Christi insignibus decorati, Dominum nostrum Iesum pro nobis hominis naturam induisse pro certo cognouerant, vt omne peccatum radiciter extirparet, & viatica nostri itineris, ad vitam æternam suscepti, nobis suppeditaret: (Non enim rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo: sed seipsum exinuit formam serui accipiens, & habitu inuentus est vt homo: humiliavit seipsum vsque ad mortem, mortem autè crucis) isti, inquam, idcirco meliora dona æmulantes, omnem cruciatum, omnia suppliciorum genera, quæ poterant excogitari, non semel, sed iterum atque iterum sustinuerunt. Atque præ omnibus satellitum terroribus, quos laborabant non verbis solum, sed rebus ipsis obnixè eis iniicere, non demiserunt animos, neque

Ex Episto-  
la Phileæ,  
scripta ex  
carcere, de  
martyribus  
Alexandriæ.

Phil. 2.

neque succubuerunt, propterea quod perfecta in illis charitas timorem foras miserat. Quorum eximiam fortitudinem, & excelsum in singulis tormentis animi magnitudinem, quæ tandem oratio poterit explanare? Et cum libera potestas omnibus permiffa esset, contumelias & pœnas illis pro arbitrato inferendi, hi fustibus, illi virgis, alij flagellis, nonnulli loris, multi funibus eos perculerunt: atque spectaculum nouis vicissim plagarum & supplicij generibus erat variatum, & multum probri habuit & ignominia.

Quidam enim, primum manibus à tergo colligatis, ligno appensi, & machinis quibusdam membra eorum vniuersa distenta distractaque: deinde à tortoribus ex mandato magistratum per totum corpus grauiter diuexati, & non quemadmodum cum homicidis agi solet, latera solum, sed venter, tibiæ & genæ flagris ferreis cœsæ. Alij penderunt, ad porticum vna manu affixi, & articularum membrorumque distensionem, quæ omnem doloris superabat acerbiter, terrulerunt. Alij vultu alterius in alterum obuerso ligati, & columnis, pedibus non ad terram demissis, appensi, sic vti cum funes acriter retraherentur & contentius, corporis grauitate ac pondere acerbis premerentur. Neque tantisper solum, dum præses cum illis quaestione disceptabat, illisque examinandis vacabat, sed per totum ferè diem istud supplicij genus sustinuerunt. Quando enim ab illis ad alios profectus est, ministros ipsius auctoritati obsequentes reliquit, qui priores accuratè obseruarent, si fortè quisquam tormentis euictus, cedere videretur: mandauitque, vt acerbè & sine remissione vlla funibus distorquerentur: & deinceps, cum iam iam essent animam acturi, rursùm in terram demissi, passim miserè raptarentur. Neque enim de nobis vel minima cura in eorum animis refedit, sed omnia in nos perinde tum excogitare, tum re præstare videbantur, ac si homines non fuisset. Præter alia tormentorum genera, istud nouum præterea, quod sequitur, aduersarij nostri inuenerunt: Nonnulli enim post verbera in compedibus ligneis positi erant, & pedes, alter ab altero, ad quartum foramen distenti distractique, adeo vt necessarîo supiniacerent, nec possent propter plagarum vulnera, recens toti corpori inflicta, se villo modo commouere. Alij in solum proiecti, præ crebris tormentorum ictibus, quos pertulerant, seminaces iacuerunt, & propter varia ac diuersa cruciamentorum stigmata, quæ in corporibus habebant, miserabilis spectaculum, quam cum torquebantur, oculis contemplantium subiecerunt. Ex his autem, qui ita se habebant, nonnulli in cruciatu mortui sunt, & singulari animi tolerantia aduersarium prorsus confuderunt. Alij seminaces in carcerem conclusi, non multis diebus post, dolorum grauitate oppressi, excedunt à vita. Reliqui valetudine & viribus curatione recuperatis, temporis longinquitate carcerisque vsu & velut contritu, multo euadunt fidentiores. Sic igitur cum esset singulis eorum præceptum, libera data optione, vel victimas execrabiles contrectandi, quò liberarentur molestijs, & prophana atque execrabilis ab illis libertate potirentur: vel non sacrificandi, sententiam mortis exciperent: illi absque mora ad mortem libentibus animis gradiuntur. Nòrunt enim pro certo ea, quæ à sacris literis nobis præscripta sunt: Qui dijs alienis, inquit scriptura, immolat, delebitur, & quòd Non erunt tibi dii alieni, præter me. Eiusmodi sunt voces Phileæ martyris, cum sapientiæ, tum Dei ipsius amore inflammati maximè, quas ante extremam de eo in iudicio latam sententiam, cum adhuc esset in carceris custodia, ad fratres ecclesiæ, cui ipse præerat, per literas misit: partim, vti quo loco res illius erant, illis exponeret: partim, vti eos hortaretur, vt pietati in Christo post mortem suam, quæ breui ipsum esset occupatura, mordicè adhererent.

Exod. 22.  
Exod. 20.  
Psal. 80.

Nouum supplicij genus

POENI

POENITENTIA ET REVOCATIO AD DOMINUM NOSTRUM IESUM CHRISTUM, QUAE FACTA EST à quodam œconomò nomine Theophilo, Ecclesiæ Orientalis regionis, nomine Adana, per intercessionem sanctissimæ & gloriosissimæ Dei parentis, semper virginis Mariæ: ex Simeone Metaphraсте, sed authore Eutyebiano, huius Theophili ministro.



ACCIDIT illo tempore, priusquam fieret incursio imperiorum & sceleratorum Persarum in rempublicam Romanorum, vt in vna ciuitate, nomine Adana, secundæ Cilicium prouinciæ, esset œconomus in sanctissima Dei catholica ecclesia, nomine Theophilus. Qui œconomus pulchrè admodum & diuinè dispensans res omnes & loca, quæ pertinebant ad hanc sanctissimam ecclesiam, gregem quoque Christi pascēbat in magna quiete, moderatone & sanctitate, vt deceterò sanctissimus quoque Episcopus huius ecclesiæ in ipso valdè requiesceret, ad omnem eius administrationem & actionem & vniuersam eius Christianamantem ciuitatis. Et vt semel dicam, non solum Episcopus, sed etiam omnes reliqui, à magno eorum vsque ad paruum, ei agebant gratias. Orphanis enim & viduis & pauperibus abundè & copiosè suppedibat, quæ erant necessaria, & maximè quos sciebat à suis bonis excidisse. Cum hæc ergo ita se haberent, visum est Dei voluntati, vt sanctissimus illius ciuitatis episcopus sine vita potiretur. Qua de causa Christi amantes clerici simul cum ciuibus totius ciuitatis acerrimo incitati desiderio ad germanam eius in Christo charitatem, quinetiam intuentes ad viri sufficientiam, omnes cõmuni consilio eligunt ipsum valdè pium Oeconomum in Episcopum, mittentes statim in suam Metropolim electionem, quæ ab ipsis facta fuerat. Quam cum accepisset Metropolitanus, vt qui res eius iam præsciret, cessit eorum petitioni: & mittens adduxit prædictum Oeconomum, vt eum ordinaret Episcopum in prædicta sancta Ecclesia. Et primum quidem acceptis literis, quæ ad ipsum missæ fuerant à sanctissimo Metropolitanò, & iubebant eum venire in metropolim, nolebat venire, omnes rogās & supplicans, nè ipse fieret Episcopus, sufficere sibi dicens, quòd esset Oeconomus: huic turbæ respondens, se non esse sede dignum. Turba autem instante & rogante, & ijs qui propter ipsum missi fuerant, eis non parentem, vi & manu abduxerunt ad dictam Metropolim. Quæ cum beatissimus accepisset Metropolitanus, & valdè fuisset lætatus, voluit ipsum ordinare Episcopum. Prædictus verò Oeconomus se humili abijciens, rogabat Metropolitanum, nè quid tale in eum procederet, clamans & dicens: Sum indignus episcopatu, & scio mea peccata. Et cum aliquot horas iacuisset ad pedes Metropolitanum, tres dies ei dedit ad deliberandum, vt persuaderetur ordinari Episcopus. Post tres autem dies, rursus eum accersit, & cœpit eum adhortari & rogare, vt susciperet dignitatem Episcopatus: Laudans etiam eius sufficientiam & castitatem, existimabatur enim esse homo valdè continens. Sed nihil proficiebat. Persistebat enim dictus Oeconomus clamans & dicens, se non esse sede dignum.

Cum ergo vidisset sanctissimus Metropolitanus tantam eius constantiam & perseverantiam, nè persuaderetur fieri Episcopus, illum quidem fuit: alium autem præficit, quem sede sciebat esse dignum: & cum eum ordinasset, dat Episcopum in dicta ciuitate, ei quoque tradito beatissimo Oeconomò Theophilo ad suum munus Oeconomie. Et cum ipsi venissent in prædictam ciuitatem cum Episcopo, qui fuerat ordinatus, quidam inimicè & maleuolè zelo moti satanico aduersus sæpè nominatum Oeconomum, inutilia quædam maledicta cœperunt deferre ad aures Episcopi. Qui quidem hoc diu facientes, persuadent Episcopo, vt eum deponat ab administratione: adeo vt ipse deceterò nihil faceret in Episcopatu, aut alicui imperaret, sed quietè degeret domi suæ. Alium autem eius loco præficit rebus administrandis. Cum itaque fraudulentus, & qui aliquas semper struit machinationes, & humani generis est semper amulus & aduersarius, diabolus vidisset virum moderatè & quietè degentem, & ei valdè inuidisset,

Theophili præclara laus.

Eligitur in episcopum.

Multa tanti viri humilitas.

Deponitur ab œconomii officio.

diffet, eius cor subit, & ei suggerit cogitationes, & amulationem ob id ministerium administrationis, adeò vt ipse decæterò accederet & versaretur cum veneficis.

Erat autem quidam homo in illa ciuitate magus Hebræus, valdè sermone celebratus, qui erat diaboli adminifter, & multos perdiderat. Noctè ergò vadit ad hunc veneficum is, qui motus fuerat ab officio Oeconomus, & pulsat eius ostium. Ille autem cum audijset, egreditur volens videre quis pulsasset: & cum virum vidisset, timore affectus fuit & obstupefactus: & admirans (cum enim priùs cognoscebat) accersit in aedes suas, & dicit ei: Quanam est causa domine mi, propter quam accessisti ad me, qui sum vilis & indignus? Qui verò fuerat Oeconomus Theophilus, statim & protinus se abijcit ad pedes magi, eum rogans & singulatim exponens ea, quæ sibi acciderant, & dicens: Si quid potes, me adiuua, & nè me despicias, qui sum in multa afflictione. Episcopus meus me probro affectus in ciuitate, & hæc mihi fecit: & pollicitus est se ei daturum mercedem, quæ sufficeret. Solùm, inquit, fer mihi opem, & nè me despexeris. Dixit verò ei ille apostata & magus Hebræus: Domine mi, de hac re omnem curam depone, sed abiectus in domum tuam, & nocte sequenti hac hora veni ad me, & abducam te ad patrum meum, qui tibi omnino opem feret.

Petit opem à mago.

Nota quid dicat de signo crucis, satanæ mactipium.

O miserum, pedes diaboli osculantem.

Negat Christum & matrem eius.

Restituitur prius ad ministrati. oni.

Miser autem & abiectus Theophilus, qui fuerat Oeconomus, cum audiisset verba magi, & valdè esset lætatus, ita fecit. Er cum sequenti nocte venisset, vt conuenerat, ad ludæum circa mediam noctem, accepit eum magus in hippodromum ciuitatis, & dicit ei: Si quod videris prodigium, aut sonum audieris, nihil timeas: neque facias signum crucis. Crux enim nihil opis affert hominibus, sed est potius ludibrium & fraus Christianorum. Cumq; miser ille assensus esset, se hæc esse facturum, repente ei ostendit quasdam visiones, nempe viros plurimos lanis indutos, cum multitudine lampadam & fallitum, voces emittentes & laudibus prosequentes, & in medio corū sedentem principem tenebrarum. Dico autem diabolum & suos. Tunc miserimus ludæus manu tenens Theophilum, ducit eum ad perniciosissimum illum coetum, & ad eum qui in ipso præsidebat. & dicit diabolus ad ludæum: Hunc hominem cur huc ad nos deduxisti? Respondit Deo inuictus ludæus, & dicit: Duxi ipsum domine mi ad te, vt qui iniuria afficitur ab Episcopo, & petit à te auxilium. Dicit ei ille princeps: Quodnam possum ei dare auxilium, qui seruiat Deo suo? Sin autem vult re vera meus esse seruus, & in meorum referri numerum, ego ei opem feram, vt plus quàm antè possit facere, & omnibus imperare: quin etiam plus, quàm ipse Episcopus. His sic dictis, dicit ludæus Theophilo, priùs Oeconomus: Audiuisti quid dixit princeps? Dicit ei Theophilus: Audiui, & faciam, si quid me iubet. Statimq; cepit procidere & deosculari pedes illius principis. Tunc dicit diabolus proditori: Neget Theophilus quondam Oeconomus, filium qui dicitur Mariæ, & illam ipsam, (eos enim valdè abominor) & ipsorum negationem & renunciationem mihi scriptis mandet: & quæcunque vult, à me impetrabit: solummodo eos neget. Theophilus autem cum hæc audiisset, dixit ei: Faciam omnia, quæ mihi iubes: dummodo consequar quod desidero.

Simulatq; hoc audiuisse dolosus hostis humani generis diabolus, Theophili quondam Oeconomus barbam iucundè demulcet, & cepit eum os ori admouens deosculari, & dicit ei: Salue decæterò germane mi amice & fidelissime. Tunc protinus cum ingressus est satanas, & pactus cum diabolo, negauit Christum & sanctissimam Dei parentem: & cum scriptis in charta mandasset suam negationem, cera obsignauit, & tradidit principi. & cum se inuicem essent amplexi, ambo recesserunt à principe, Theophilus quondam Oeconomus, & proditor ex hippodromo, magna affecti lætitia propter suum interitum. Sequenti autem diè, à diuina, vt arbitror, prouidentia motus Episcopus, ductus fuit poenitentia: & cum id significasset Theophilo quondam Oeconomus, duxit eum ad Episcopatum cum omni honore & studio: & eo deposito, quem ipse fecerat Oeconomum, in præsentia cleri & omnium ciuium, dat ei omnem authoritatem & administrationem sanctissimæ ecclesiæ, & earum, quæ sunt sub ea, possessionum: quin etiam ciuitatis tam in forenses quàm in possessores, duplicato ei honore, coram omnibus se excusante sanctissimo Episcopo, & dicente Theophilo: Ignosce mihi frater, quoniam peccavi tibi, vt qui tuam deposuerim sanctitatem & sufficientiam: præferam verò hunc ineptum & inidoneum.

Cum primum autem hoc dixisset, & ostendisset se esse motum poenitentia, dicens: Ignosce

Ignosce mihi propter Dominum, si quid in te feci, & omnia sic processissent, cepit ipse Oeconomus administrare, sicut priùs, & supra omnes extolli. Quamobrem omnes ei obediebant cum timore & tremore, & ei ministrabant. Quinetiam ipse Episcopus eum aliquandiu suspiciebat atque reuerabatur. Inutilis autem & miser ludæus & magus, assidue occultè veniens ad Oeconomum Theophilum, dicebat ei: Vidisti domine mi, quemadmodum inuenisti beneficium maximum ex nobis & patrono nostro, & celerrimum auxilium in ijs, quæ ab eo petiisti? Oeconomus verò Theophilus dicebat ei: Certè inueni, & quod tibi succurreris, magnas ago gratias. Omnium autem formator & creator noster Deus, qui non vult mortem nostram peccatorum: sed conuersionem & poenitentiam nostram quærit semper, honestæ & diuinæ eius vitæ prioris recordatus, quando ministravit sanctissimæ suæ ecclesiæ, quo tempore viduis & orphanis & pauperibus abundè & benignè subministrauit, non eum despexit, sed ei dedit poenitentiam, diuinam conuersionem: & cum ad se redijset ex tanta elatione & negatione, & respuisset, cepit suam demittere cogitationem, affligiq; & cruciari ob ea, quæ malè fecerat: & decæterò vacabat ieiunijs, precibus & lachrymis: & assidue benignum & clementem Deum rogabat, vt ei condonaretur iniquitas & peccatum propter ea, quæ malè fecerat.

Vides, quomodo vera agitur poenitentia?

Vacabat, inquit, ieiunijs, precibus & lachrymis.

Hæc autem apud se dicebat quotidie: Hei mihi misero, hei mihi infelici. Quò ibo ego afflictus, vt salutem consequar? Quò ibo infelix, vt mihi detur misericordia? Quò ibo miser ego & peccator, qui negaui Christum meum & laudatissimam eius matrem in scriptis, & me feci satanæ seruum per literis mandatam confessionem? Quis homo poterit eam auellere à manibus pestiferi illius hostis, & mihi opem ferre? Quid mihi fuit necessè cognoscere scelestum illum & execrandum Hebræum, & tradi igni æterno? fuerat enim ille quoque Hebræus paulò antè punitus à principe & lege propter magica. Sic enim honorantur, qui Deum relinquunt, & accurrunt ad diabolum. Quanam est autem ea, quæ mihi fuit ad tempus, vtilitas? Quanam verò superbia & tumor huius vanimundi? Hei mihi, miser perij. Hei mihi, erraui. Hei mihi, peridi lucem æternam, & dego in tenebris. Pulchrè degebam, postquam depositus fui ab Oeconomia. Cur voluì propter temporalem & vanam existimationem & inanem hominum gloriam, humilem meam animam perdere in gehenna? Nam & si homines mente mea latui, Deum latere non potui. Ego sum mali author: ego sum cædis meæ dominus: ego sum insidiator miseræ meæ animæ. Hei mihi, quid passus sum? Hei mihi, nescio quomodo inductus sim. Hei mihi, quid faciam? Hei mihi, ad quos ibo? Hei mihi, quid respondebo Deo in die iudicij, quando erunt omnia nuda & aperta, quando iusti coronabuntur, ego autem miser condemnabor? Quomodo tunc sistar ante tribunal regium? Quem rogabo? Quem aduocabo in illa afflictione? aut quos implorabo in illa necessitate, quando sunt omnes de suis solliciti, & non de alienis? Quis tunc mei miserebitur? Re vera nullus. Hei mihi miseræ & abiectæ animæ. Quomodo abducta fuisti in captiuitatem? Quomodo fuisti sauciata? Quomodo lapsa es? Quo casu concidisti? Quonam fuisti obruta naufragio? Ad quem portum decæterò confugies, aut ad quodnam te cõferes refugium? Hei mihi, anima: hei mihi, quid tibi accidit?

Cum his & adhuc pluribus apud se cum sua depugnaret anima, rursus qui solus est misericors, qui solus benignus, qui solus clemens pater, qui nunquàm vult suum perire figmentum, dat ei bonam cogitationem & bonam mentem, & dixit apud se: Noui omnino, me Dei filium, qui natus est ex sancta Dei parente & semper virgine Maria, Dominum nostrum Iesum Christum negasse & ipsam, per malè perdendum proditorum. Nunc autem vado ad eius matrem sanctissimam Dei parentem, & ad eam accedo ex tota anima mea, & ex toto corde meo, & assidue fundam preces, & ieiunabo in venerando eius templo, donec per eam inuenero misericordiam in futuro eius iudicio. Rursus verò dicebat: Quibusnam labris bonitatem eius placabo, nescio. Scio enim me transgressum esse, & eos negasse. Quodnam autem principium inueniam confessionis? Quonam verò corde, aut qua conscientia fretus, impiam conabor mouere linguam & labra plena sordibus? Primùm etenim, de quibusnam peccatis audebo petere remissionem? Hoc non potero facere. Ignis enim de cælo statim ad me descendet, & comburet me miserum. Attamen anima mea respice ab ea, quæ te tenet, vertigine, & accede ad matrem Christi, & pudore non afficeris.

Confert se ad beatissimam Dei matrem.

Cumq;

Eccē preces  
ieiunia &  
vigilias.

Nora quæ  
hic dicuntur  
verissimi-  
mè de ma-  
trici Dei.

Ion. 2.  
Iof. 6.

2. Reg. 11.

Matt. 16.  
Matt. 26.

Iohan. 21.  
Matth. 9.

Actor 9.  
Luc. 19.

1. Cor. 2.

Matris Dei  
eximia pro-  
conia.

Cumq; hæc apud se considerasset, & hæc omnia in corde suo ardentè tenuisset, & protinus deleuisset omnes laboriosas huius vitæ tentationes, cum feruenti corde & magna animi alacritate, accessit ad venerandum & celebrandum templum sanctæ Dei parentis & semper virginis Mariæ, ei offerens preces & supplicationes, ieiunans noctes & dies, & sine intermissione vigilans & orans, vt ipse exciperetur, reuertens à decepti-  
one sceleratissimi draconis, & à terra illa & nefaria, quam fecit, eorum negatione. Quod cum fecisset dictus Oeconomus, quadraginta dies & quadraginta noctes orans & supplicans, vt eius protectionem susciperet & defensionem, post completos quadraginta dies, in medio noctis, ita vt oculis videretur, ei tanquam in visione apparet totius mundi salus & refugium generis hominum, quæ est verè & propriè mater Seruatoris nostri Iesu Christi, dicens ei: O homo, cur tam impudenter temereque & præfractè pergis mihi molestiam exhibere, & rogare vt tibi opem feram, homini, qui negasti filium meum & me? Quomodo autem poterò rogare, vt ipse tibi condonet ea, quæ male fecisti? Quibusnam oculis aspiciam ad figuram filij mei, quem tu negasti, & audebo eum pro te rogare? Sed nec ego sustinere possum videre filium meum & Deum ignominia affici. Pone ergò, ô homo, me vestris in me peccatis & delictis facile ignoscere, propterea quòd ego, quæ eum peperij, ita diligam genus Christianorum, & maxime eos, qui recta mente & fide ad me accedunt, & manè vigilant in meo templo: eis enim pateo, & eis occurro, & eos meis vlnis amplector, & preces eorum exaudio. Quæ autem filium meum ad iram prouocant, & quæ in eum geruntur impiè, de ijs vos exaudire, est magnorum certaminum & laborum ad eius placandum bonitatem, etiam si sit valde clemens & benignus.

Oeconomus verò Theophilus respondens, dixit ei: Certè Domina mea benedicta & defensio generis humani: Certè portus & protectio eorum, qui ad te confugiunt: scio, ô Domina mea Deiparens, quòd te valde offenderim, & ex te natum Deum nostrum: nec sum dignus consequi misericordiam. Sed habeo multa exempla eorum, qui ante me offenderunt filium tuum & Deum nostrum, quibus data est venia suorum in eum peccatorum, propter poenitentiam & confessionem. Si enim non esset poenitentia, Domina mea Deiparens, quomodo Niniuitas seruasset filius tuus? Si non esset poenitentia, quomodo Raab seruasset meretricem? Si non esset poenitentia, quomodo Daud filius Iesse, post donum prophetiæ, post regnum, post Domini testimonium, in adulterij & cædis lapsus barathrum, non solum est affecutus remissionem tantorum peccatorum, sed etiam rursus prophetauit? Si non esset poenitentia, quomodo beatus Petrus princeps Apostolorum, primus discipulus, columna Ecclesiæ, qui à Deo accepit clauis regni cælorum, cum Dominum non semel nec bis, sed ter negasset, post hæc autem acerbè flèssset, non solum est affecutus tanti lapsus remissionem, sed etiam maiori honore est dignatus, vt qui factus sit pastor Domini Christi ouium ratione participum? Si non esset poenitentia, quomodo publicanum, qui omnia rapuerat, fecisset Euangelistam? Si non esset poenitentia, quomodo beatus Paulus ex persecutore factus esset vas electionis? Si non esset poenitentia, quomodo excepisset Zachæum, qui ipse quoque erat publicanorum princeps & sycophanta? Si non esset poenitentia, quomodo eum, qui se iniquè gesserat apud Corinthios, permisit Apostolus vt assumeretur, dicens: Assumite eum, nè nos circumueniat satanas? Si non esset poenitentia, quomodo qui tot & tanta mala fecit in hac vita Cyprianus, qui etiam prægnantes secabat mulieres, & diabolus totum erat indutus, à veneranda & honesta Iustina confirmatus, & mirandum in modum accedens ad poenitentiam, non solum accepit remissionem tam multorum & tantorum malorum: sed etiam dignatus fuit sorte martyrum, & à Christo redimitus corona incorruptionis? Quamobrem ego quoque miser & peccator, fretus tot & talibus exemplis, accedo rogans tuâ ditissimam defensionem, & omni ex parte bonam misericordiam, vt manum mihi porrigat, & detur mihi venia à filio tuo & Deo nostro malorum, quæ admisi.

Hæc cum ipse respondisset, dicit ei sancta venerandaque & omnibus laudibus celebranda Dei parens, quæ est sola casta & pura, quæ est sola sancta anima & corpore, quæ sola habet fiduciam ad eum, qui est natus ex ipsa: quæ est solatiū eorum, qui affliguntur: quæ est vltio eorum, qui vexantur: quæ est amicus eorum, qui sunt nudi: quæ est baculus senectutis, quæ est firma defensio eorum, qui manè ad eam vigilant: quæ semper suis

suis vlnis fouet Christianos. Confitere, ô homo, me genuisse filium, quem tu negasti: eum esse Christum filium Dei viui, qui venit iudicatum viuos & mortuos. Ego autem rogabo eum, & is te suscipiet poenitentem. Dicit ei Oeconomus Theophilus: Et quomodo audebo, Domina mea benedicta, ego qui sum indignus & miser, aperire labra, cum os habeam sordidum & luto inquinatum, quod negauit filium tuum & Deum nostrum, & vana huius vitæ spe sum deceptus? Non hoc verò solum, sed id etiam, quod habui animæ propugnaculum, venerandam, inquam, crucem & diuinum baptisma, quod accepi, pollui per scriptis mandatam & acerbam negationem. Dicit ei intemera-  
ta & sancta Dei parens: Tu solum accede, & eum confitere: & nè sit id tibi curæ. est enim benignus & clemens, & accipit lachrymas poenitentiae eorum, qui syncerè & pure ad eum accedunt.

Crux veneranda animæ propugnaculum.

Tunc ille verè beatus & diuinus vir Theophilus, cum pudore & quæ ei conueniebat humilitate, tristitiaq; & eiulatu, confessus est & dixit: Credo & adoro & glorifico vnum sanctæ Trinitatis, Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei viui, qui ante secula ex patre genitus fuit ineffabiliter: in vltimis autem diebus descendit Deus verbum è cælis, & incarnatus est è spiritu sancto, & ex sancta virgine Maria, & processit ad salutem humani generis: eum esse perfectum Deum & perfectum hominem, qui propter nos peccatores suscepit passionem & sputa, & in viuifico ligno crucis manus extendit: Qui est pastor bonus qui posuit animam suam pro ouibus, fuitq; sepultus & resurrexit, & ascendit in cælos cum carne, quæ ex te casta fuit assumpta: & veniet cum gloria iudicatum viuos & mortuos, redditum unicuique secundum sua opera. Hæc confiteor corde & animo & ore: coloque & adoro & amplector: & cum hac intentâ & quæ ex tota sit anima confessione, rogo sanctissima Domina, offer me Christo, qui natus est ex te sancta & mundo desiderata Dei parente: & nè abomineris me infelicem, neque despicias preces mei peccatoris, qui fuit correptus à maligno inimico: sed me libera ab iniquitatibus & afflictionibus, quæ me premunt, vt cum omnibus ego quoque emitam hymnos ad agendas gratias Deo nostro, qui ex te sancta & beata natus est.

Iohan. 10.

Rom. 2.

Cum autem quandam satisfactionem ab eo accepisset sanctissima Dei parens, quæ est refugium eorum, qui affliguntur, quæ est spes & defensio generis Christianorum, quæ semper intercedit pro peccatoribus, dicit ei: Eccè ego propter baptisma, quod accepisti propter filium meum & Deum Iesum Christum, & propter magnam meam & ineffabilem benevolentiam, quam habeo in vos Christianos, tibi credens, accedam & rogabo ipsum pro te, vt te suscipiat. Quæ cum inter eos conuenissent, & dies esset exortus, quæ ei apparuerat, purpuram gestans sancta, ab eo euauit. Post eum verò diem magis syncerè rogans Oeconomus, & faciem suam verberans super terram, permanebat ieiunans in maximè venerabili templo sanctæ & laudibus celebrandæ Dei parentis, & neque requiescens, neq; à solo surgens, sed etiam lachrymis locum rigans, non cessabat intueri ad venerandam & sanctam figuram gloriosissimæ Domine nostræ Dei parentis & semper virginis Mariæ, spem expectans eius salutis. Vnde etiam rursus noctu, quæ sola vera est & propriè Deiparens, defensio nostra, recreatio eorum, qui ad ipsam confugiunt: quæ est sola nubes lucem ferens, quæ educata fuit in sanctis sanctorum, ei apparet hilari vultu & latis oculis, ei dicens miti voce: Homo Dei, sufficit tibi poenitentia, quam ostendisti apud Seruatorem omnium & opificem seculorum. Suscepit enim Dominus Deus lachrymas tuas & preces propter me, si tu conseruaueris in corde tuo rectam fidem in Christum filium vsque ad diem mortis tuæ. Ille autem dicit ei: Certè Domina mea benedicta, conseruabo: nec faciam irrita ea, quæ tu mihi dixisti. Te enim habeo post Deum protectionem & defensionem, & ad tuum intuens auxilium & gubernationem, non faciam irrita ea, quæ tibi sum pollicitus. Scio enim, scio ô benedicta, non esse aliam hominum defensionem, nisi te solam ô Deiparens. Quis enim, ô Domina mea, sperauit in te, & pudore est affectus? Aut quis hominum fideliter omnipotentem tuam rogauit opem, & fuit vnquam derelictus? Reuerà nullus vnquam. Quamobrem ego quoque peccator & nequam, rogo tuum perennem fontem, ex quo fluunt ad animas nostras curationes, præbe mihi viscera miserationum, qui aberravi & cecidi in pelagus luti: & iube me solum accipere hanc malam & perniciosam negationis chartam obfirmatam à diabolo, qui me fecellit: quoniam hoc est solum, quod miseram meam tabefacit animam.

En quanta operis satisfactio.

En vsu imaginum.

Post Deum defensio & protectio nostra est sancta Dei genitrix.

Rursus



Charta ab-  
iurationis  
redditur  
Theophilo.

Rursus ergo multum flens & lamentans hic vir semper memorandus, & rogans to-  
tius mundi spem & salutem animarum nostrarum de hac re statim & de charta. Ea  
verò, quæ est semper paratum auxilium eorum, qui affliguntur, post alios tres dies, tan-  
quam in visione defert ei chartam, habentem etiam bullam cere, seu perniciosam dese-  
ctionis confessionem. Et cum surrexisset è somno sæpè memoratus Theophilus Occo-  
nomus, inuenit chartam bullatam supra pectus. Lætitiæque affectus & timore corre-  
ptus, omnino tremuit, & dissolutæ sunt compages eius membrorum. Sequenti autem  
die, cum esset dies Dominicus, vadens in sanctam & vniuersam ecclesiam, post lectio-  
nem sancti Euangelij, se repente proiecit ad pedes sanctissimi eius Episcopi: & cum sin-  
gularim ei narrasset omnia, quæ ab ipso facta fuerant, & ei chartam in manus tradidisset  
obsignatam, admirantibus omnibus clericis, laicis & pueris, petijt vt sceleratissima  
charta legeretur in ambone. Quod cum factum esset, cognouit vniuersus populus quæ  
ei acciderant, & quemadmodum prædicta charta fuisset ei allata, adeo vt sanctissimus  
Episcopus clamaret & diceret:

Venite omnes fideles, glorificemus benignum & verum Deum nostrum. Venite o  
pij & Dei amantes, videte miracula, quæ sunt contra opinionem. Venite o Christi  
amantes, agnoscite eum, qui non vult mortem nostrorum peccatorum, sed expedit  
conuersionem & æternam vitam. Venite, videte o pij & religiosi, quàm multa possit  
gemitus animæ & cordis contritio, & lachrymarum ablutio. Quis non miretur, o fra-  
tres mei & patres, magnam & ineffabilem patientiam benigni & misericordis Dei?  
Quis non stupeat, o Dei & Christi amantes, magnas & immensas diuitias, Deique in-  
dulgentiam & charitatem in nos peccatores? Pape, cum quadraginta dies ieiunasset  
Moses legislator, accepit à Deo impressas tabulas. Hic quoque frater noster Theophi-  
lus, cum quadraginta dies mansisset in venerando templo laudibus celebrandæ Deipar-  
entis, chartam, quam nupèr cum defecisset perdidit, eam per ipsam recuperauit,  
motam ad intercedendum apud verum nostrum Deum. Canamus ergo nos quoque,  
o dilecti, cum ipso intensè hymnum eius, qui tam misericorditer exaudiit poeniten-  
tiam illius, qui ad ipsum accessit per intercessionem intemeratæ Dei parentis: quæ est  
hominibus pons ad Deum, spes eorum qui spem abiecerunt, refugium eorum qui sunt  
vexati: quæ humanæ naturæ sustulit maledictum: vera porta, quam peccatores pulsa-  
mus, & sæpè aperitur, & offert nostras preces Deo nostro, qui ex ipsa natus est, & accipit  
peccatorum nostrorum remissionem. Et quid amplius dicam, aut quid loquar, aut  
quem hymnum recitabo ad eam glorificandam & eum, qui ex ipsa natus est? Sunt re-  
uera admirabilia opera tua Domine, & non sufficet lingua ad laudem tuorum mira-  
bilium. Reuera quàm magnificata sunt opera tua Domine? Omnia in intelligentia fe-  
cisti & sapientia. Reuera rationi consentaneum est dicere dictū illud Euangelicum: Af-  
ferre primam vestem, & cum induite, & date anulum in manu eius & calceos in pedi-  
bus: & adferentes vitulum saginatum, eum sacrificare: & comedentes lætemur, quod  
hic frater erat mortuus, & reuixit: periërat, & est inuentus.

Tunc cum manum suam extendisset Episcopus, fecit è solo surgere in primis pium  
virum Theophilum. Et cum ipse surrexisset, rogauit Episcopum, vt igne exureret ne-  
fariam & sceleratam chartam, quod etiam factum est Dei gratia. Cum autem vidisset  
populus combustam nefariam & adulterinam chartam, seu iniquam defectionis con-  
fessionem Oeconomi Theophili, cœperunt cum multis lachrymis multas horas cla-  
mare, Domine miserere, vt nos hac possimus satis laudare, & glorificare benignum  
Deum. Sanctissimus Episcopus cum manu populo indixisset silentium, & eis dixisset,  
Pax omnibus, cœpit peragere consuetā eucharistiam sanctæ oblationis: & postquam  
perfecta fuissent dona diuina, cum impertijt intemeratis & viuificis Christi sacramen-  
tis: statimque resplenduit facies eius sicut sol: & cum vidissent omnes eius figuræ re-  
pentinam mutationem, benignum Deum magis glorificârunt, qui facit mirabilia ijs,  
qui ad ipsum confugiunt.

Statim ergo accurrens ad venerandum templum gloriosæ Deiparentis, cum parum  
in eo requieisset, & corpore infirmus euasisset in ipso loco, in quo beatam viderat vi-  
sionem, vbi etiam fuit sepultus, cum se inclinasset tanquam ei loco affixus, tribus post  
diebus, salutatis omnibus fratribus, qui aderant, tradidit beatam animam in manus ei-  
us, qui natus est ex semper virgine & intemerata matre Domini nostri, cum de rebus omni-

Feliciter mi-  
grat ad Do-  
minum.

omnibus suis pulchrè & diuine disposuisset: glorificans & confitens in omnibus patrem  
& filium & spiritum sanctum, & misericordem laudibusq; omnibus celebrandam Dei-  
parentem & matrem Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria & potentia nunc & sem-  
per & in secula seculorum, Amen.

Ego autem Eutychianus humilis & peccator, qui fui natus in adibus huius beatif-  
simi Theophili, & deinde Clericus huius catholicæ ecclesiæ, cum secutus meum do-  
minum ei inseruisssem in afflictione, quæ vidi oculis meis & auribus audiui à beata ei-  
us lingua, securè & certò scripsi, quæ ei contigerant, & exposui fidelibus amicis & pijs  
viris: Ad gloriam Dei omnipotentis & Domini nostri Iesu Christi, qui glorificatur in  
sanctis suis.

### VITA S. REMBERTI, SECUNDI ARCHIEPI- SCOPI BREMENSIS, EX MANUSCRIPTO CODICE

descripta, sed stylo mutato per F. Laurentium Surium: nec dubium, quin  
grauis & S. Remberto contemporaneus huius vitæ scriptor  
fuerit, tametsi eius nomen nescitur.



V M Ludouicus Pius Imperio potiretur, vt erga Deum, 4. FEBRUAR.  
sua sublimitatis & dignitatis authorem, se gratum decla-  
raret, in eam curam deuotus incubuit, vt ecclesiæ Dei, in-  
vel 11. lu-  
nij.  
Ludouici  
Pij studium  
erga ecclesie  
as augt. das.  
ditionibus eius constitutæ, congruis incrementis profice-  
rent, itemq; seruorum & ancillarum Christi status sua ca-  
pesseret honoris augmenta. His eius assiduis meditationi-  
bus, Deo inspirante, accessit etiam recordatio rerum, à pa-  
tre eius Carolo Magno gestarum, quemadmodum ille Saxo-  
num gentem, ad id vq; temporis incredulam, ad fidem  
Christi conuertisset: constitutis etiam per illam prouinci-  
am episcopis, qui sufficerent, eorumq; sedibus prudenter  
distributis, ad extremam plagam versus Aquilonem locum sibi reseruasset, vbi Archie-  
piscopi sedes constitueretur, vnde prædicatio verbi Dei in finitimos populos propaga-  
retur, putà Suedos, Noruegos, Sclauos, Islandos, Gronlandos, aliasq; omnes ad Bore-  
am & Solis ortum sitas gentes, quæ adhuc stultissimis ethnicis erroribus implicatæ  
tenebantur. Verum in hunc finem constituta & exædificata ecclesia Hamburgensi in  
Sclauorum confinio, extremis videlicet Saxonum locis apud Nordalbingos, eadem ec-  
clesia iussu Caroli Imperatoris presbyteris gubernanda est tradita, donèc opportuno  
tempore, attributis prius illi loco sufficientibus episcopo prouentibus, archiepisco-  
pum illic curaret ordinari. At prius illo ex hac luce subtraçto, quàm huius voti sui com-  
pos fieret, pijsimus filius eius Ludouicus cum suis hanc eius voluntatem pertractans,  
Anscharium summæ sanctitatis virum, vt pater Carolus decreuerat, priuilegij archie-  
piscopalæ & ordine & nomine sublimandum, & illi nouellæ ecclesiæ, rudibusq; in fide  
populis rectorem præficiendum, & gētibus, vt dictum est, à fide alienis verbi diuini præ-  
conem curauit ordinandum. Cuius quidem Anscharij qualis à puero in Dei timore  
cōuersatio, vel cum ætatis processu quæ virtutum incrementa, cuiusmodi etiam signis  
pontificatus & prædicatio eius præmonstrata, tum quoque vt sedis Apostolicæ appro-  
batione & priuilegij omne eius ministerium communitum, denique quo studio & pro-  
fectu in lucrando Deo animabus versatus sit, quas vel in fide consummare, vel de genti-  
litate ad Christianismum quotidie traducere nitebatur: si quis exactius nôsse volet, le-  
gat libellum de vita eius, eo que perlecto, quantæ fuerit sanctitatis, ipse secum expendat.  
Nos in præsens de sanctitatis eius imitatore, tum quoque dignitatis successore Rem-  
berto scripturi, vt primum ad illius notitiam peruenerit, ac deinde ab illo adscitus sit,  
explicare aggredimur.

Cum Hamburgensis ecclesiæ, recens, vt diximus, institutæ termini angusti essent,  
officioque tam amplo, eius antistiti demandato, sumptus inde collecti non sufficerent,  
ipsique redituū prouentus frequenti hostium irruptione diriperentur: nè hac occasio-  
ne vir Dei à prædicationis officio, quod in eius gestis legatio ad gentes vocari solet,

Cccc

retar-

retardaretur, memoratus Imperator Ludouicus cellam quandam vel monasteriolum in Gallijs, nomine Turholt, eidem legationi attribuit, vt perpetuis temporibus illi in-  
 Turholt, est  
 Flandriæ  
 monasteriū.  
 feruiret: vbi cum tempore quodam sanctus Episcopus Ansharius demoraretur, vidit  
 Remberti  
 pueri gra-  
 uitas.  
 pueros quosdam iocantes, inanibus curibus ad ecclesiam festinare: at inter eos quen-  
 dam, omnium ferè minimum, grauius incedentem, pueriles leuitates sollicitè deuitan-  
 tem, orationem cum timore & reuerentia peragentem, signo crucis frontem munien-  
 tem, & per omnia tanquam maturæ ætatis hominem, egregiam præ se continentiam  
 ferentem. Animaduertens ergò vir Dei sacram religiosi pueri infantiam, diuini iam  
 cultus & famularus amore flagrare, accitis ad se parentibus eius, didicit Rembertum  
 illum vocari, ijsque consentientibus, tonsuram ei & ecclesiasticum habitum contulit:  
 S. Anshar-  
 rius eum si-  
 bi auferit.  
 paternaq; sollicitudine eum commendans, cœpit studiosè illum erudire: ac deindè post  
 dies non multos discedens, pastorale officium suamque ad gentes legationem strenuè  
 executus est. At puer Rembertus dilectus Deo, magis magisque in grauitate profes-  
 cit, perdiscendisq; liberalibus disciplinis ardentè incubuit: orationibus quoque, ce-  
 terisq; bonarum rerum studijs intentus, intra paucos annos omni maturitate & sci-  
 entia virtutum emicuit: atque iam tum, iuxta Psalmi vocem, concaluit cor eius intra  
 Psalm. 38.  
 ipsum, & in meditatione eius exarsit ignis: cumque perscrutaretur, quid ipsi in hac vita  
 degenti potissimum expediret, occurrit illi quod à quodam sapiente dictum est, pri-  
 mam philosophiæ definitionem, mortis esse meditationem: idq; toto pectore ample-  
 ctens, toto vitæ spatio eò conuictebatur, vt hanc sapientiæ summam apprehende-  
 ret, nè aduentante morte mœrore posset affici, si eam non esset antè præmeditatus: sed  
 Meditatio  
 mortis,  
 Eccl. 7.  
 potius ex impletione scripturæ dicentis, Memorare nouissima tua, & in æternum non  
 peccabis: quantum humana fert conditio, de peccatorum vel euitatione, vel remissi-  
 one securus, gaudio perfundi mœreretur.

Porro venerandus præsul Ansharius, qui eum diuino mancipatrat cultui, sicut in  
 vitæ eius gestis habetur, quæ illi euentura, vel ab illo gerenda essent, penè omnia vel  
 per somnium, vel per intimam in mente reuelationem prænoscere solitus erat. Eam  
 autem intimam in mente reuelationem scriptores vitæ eius quippiam eiusmodi esse  
 A. S. 8. 10. 11.  
 arbitratur, quale in actibus Apostolorum crebrè habetur: Dixit autem spiritus illi vel  
 illi discipulo. Non igitur debet incredibile videri, virum sanctum non casu aut fortuito,  
 sed diuinæ admonitionis instinctu, quem occultiori sensu, utpotè vir spiritalis, in ani-  
 ma percipere solebat, felicem hunc, de quo loquimur, puerum tanto paternæ beneuo-  
 lentia affectu diuinis adhibuisse ministerijs: immò potius si attendatur ratio conuersa-  
 tionis, & quo deinceps pacto semper ab illo tractatus & habitus est, verisimile appare-  
 bit, perspicuè à Deo id illi fuisse reuelatum, quòd eum in episcopatu esset habiturus  
 successorem. Nam cum primò discendis artibus & disciplinis scholasticis traditus, ac  
 deindè à ludimagistris dimissus, atque è schola egressus esset, mox cum sanctus episco-  
 pus indiuiduum suæ legationis comitem habere voluit: venientemque è supradicto  
 monasteriolo, cui nutriendum commendauerat, cum gaudio suscepit, omniumq; factu-  
 rum suorum fecit conscium, quibus ille tum occultè, tum palàm cum omni pietate  
 Deo inseruiebat.

Cumque die quodam iuxta morem simul orationi incumberent, ea que finita è tem-  
 plo essent exituri, quasi secretioris gratiæ munus in discipulo pontifex agnoscens, eum  
 his compellat verbis: Oportet te, fili Remberte, semper illi gratias agere, qui de turbu-  
 lentis seculi fluctibus ad portum quietis te vocauit, cui eum te citra dubiam videam  
 Individuus  
 sit Ansha-  
 rij comes,  
 animum applicare, amore tuè teneri me fateor, nec dubites, quin hic amor, quòd ad  
 me attinet, ad finem vsque vitæ erga te sit perseueraturus. Cui ille respondit: Indi-  
 gnus sum domine tanta erga me beneuolentia tua: at tamen quia tam te mihi beni-  
 gnum & humanum exhibes, oro vt meritis & precibus tuis apud Dominum mihi obti-  
 neas, vt in futura vita præmiorum tuorum merear esse particeps. Tunc sanctus episco-  
 pus, cuius mentem ex diuina illustratione sæpè futura præuidisse diximus, his quidem  
 sancti Remberti verbis nullum responsum reddidit: post triduum verò cum iam anxia  
 nimis eum teneret sollicitudo, quam obrem huic petitioni suæ nihil respondisset episco-  
 pus, ità eum consolatus est: Iam obtinui à Domino, vt in futuro seculo, sicut petijisti, ab-  
 inuicem non separemur: vbi ità æternæ beatitudinis erimus participes, si nostris ad eam  
 viribus posse pertingere non præsumamus: quod est crimen superbiæ, per quam ceci-  
 derunt

derunt, qui operantur iniquitatem: nec rursùm desidia torpentes obliuiscamur illi.  
 us, quòd in Psalmis habetur, In Deo faciemus virtutem: sed quotidie demus operam,  
 vt, quemadmodum sanctus Gregorius admonet, bonum opus habeatur à nobis in vo-  
 luntate, & ità consequenter confidamus, quòd, vt idem sanctus pontifex ait, ex diuino  
 adiutorio erit etiam in perfectione. Quòd si quempiam mouet, cur triduo distulerit  
 sanctus episcopus huic quæstioni satisfacere, meminerit nos dixisse quidem, mentem  
 eius diuina gratia sæpè fuisse illuminatam ad prænoscentia futura, interim tamen hac de  
 re in eius vita ità scriptum haberi: Ad omnia ergò, quæ fortè præcipua definire debe-  
 bat, spatium cogitandi habere volebat, nec quicquam temerè disponebat, antequàm  
 gratia Dei illustratus in mente sua ipse sentiret, quid melius esset: sicque superna visita-  
 tione certificatus in mente, sine cunctatione quæ agenda erant, disponebat. Hæc ex  
 illius vita opportunè nos inseruisse lector intelligat, vt hoc testimonio doceremus, ni-  
 hil eum ad preces sanctissimi discipuli sui Remberti respondisse, nisi quod tridui spatio  
 menti eius spiritus sanctus infudit iuxta sententiam, quam iam antè ex Apostolorum  
 Actibus protulimus.

Accedit verò ad præfagium virtutum beati viri, visio quædam procuratori antisti-  
 tis de illo oblata ea nocte, qua primùm venit Hamburgum, cum ille primos adolescen-  
 tiæ annos ageret. Videbatur enim procuratori, vidisse se Rembertum sedentem in fa-  
 stigio oratorij, atque in um ecclesiæ signum in cælo apparuisse, ab eoq; signo ligamen-  
 lineum, vt a se, instar funis demissum vsque ad illum, dependisse, per quod ille signum  
 ipsum hilariter traxisset, eiusque sono suauiter oblectatus esse videbatur: cui nimirum  
 somnio congruam ex ipsis scripturis diuinis interpretationem inuenimus. Præcipi-  
 tur Moyfi à Domino, vt inter alia sacerdotum mystica indumenta, hæc etiam fiant: Deorsum ad pedes, inquit, eiusdem tunice per circumitum quasi mala Punica facies  
 ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & bysso retorta, mixtis in medio tintin-  
 nabilis. Cur verò hæc tintinnabula adiungi iussa sint, paulò infra subiungitur his ver-  
 bis: Vt audiatur sonitus, quando ingreditur & egreditur pontifex sanctuarium in con-  
 spectu Domini, & non moriatur. Sacerdos ingrediens vel egrediens moritur, si de eo  
 sonitus non audiatur: quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine sonitu prædi-  
 cationis incedit. Quia igitur futurum erat, vt summo Ecclesiæ gradu conscenso, vir  
 Domini spiritalibus ornamentis eniteret, vt etiam prædicationis officium insigniter  
 excutus probaretur, rectè in fastigio templi, quod apicem pontificalem significat,  
 eum doctrinæ suauissimo & cælitibus concitato sonitu ad conuocandam ad Dei seruitu-  
 tem & cultum sacram Christi plebem, sedisse visus est. Hoc nanque in hac visione per-  
 sonans eius attractu signum cælestis significare potest, quod in pontificis veste tintin-  
 nabula designant. Vt verò etiam cætera, quæ de scripturis diuinis proposuimus, sacer-  
 dotalis habitus ornamenta spiritaliter in seipso semper exhibuerit, ad profectum & imi-  
 tationem eorum, qui hæc lecturi sunt vel audituri, proferemus. Malis quippe Punicis  
 utebatur, in quibus multa interiùs grana vno exteriori cortice teguntur: quia multi-  
 tariam virtutum operationem vno charitatis munimine vndiquè rectam habebat. Hæc  
 autem mala Punica ex purpura, & hyacintho, & cocco bis tincto, & bysso retorta facta  
 erant: quæ cuncta illi aptissimè conueniunt. Nam toto desiderio semper inquirebat  
 cælestia, quæ per hyacinthum designantur: & pro Christi nomine etiam martyrium  
 suscipere paratus fuit, quod nobis purpura innuit: Dei quoque & proximi flagrabat  
 amor, quod per coccum bis tinctum exprimitur: & sicut byssus è terra orta, longo ex-  
 ercicio siccandi, tundendi, purgandi, coquendi & nendi, gramincum amittit, & candi-  
 dum induit colorem: ità ipse cum magno continentia labore natuum veluti exudans  
 humorem, Deo dignæ puritatis & castitatis decorem solerti & infatigabili ieiunio-  
 rum, vigiliarum, orationis, lectionis, patientiæ & humilitatis instantia adeptus est. Qui-  
 bus omnibus tintinnabula habuit permixta: quia rarò ab ore eius aliud, quàm prædicta-  
 rum virtutum suauissimus sonitus audiebatur: qui itidem operum eius sublimitate au-  
 ditorum animis commendabatur, sicut etiam sequens opusculi huius textus manifesti-  
 us ostendet.

Cum adhuc esset in ministerio decessoris sui domini Ansharij, apparuit ei Arnul-  
 phus presbyter iam pridem defunctus, & percontanti quo in statu res eius essent in  
 illo seculo, dolenter respondit: Ego cum adhuc in corpore essem, salutem animæ meæ  
 Cccc 2 negli-

Psalm. 35.  
Psalm. 59. 107.Visio pro-  
curatoris S.  
Ansharij.

Exod. 25.

Gregorius  
lib. 2. Pasto-  
ralis curæ,  
cap. 4.Mala Punic.  
ca-Hyacin-  
thus.  
Purpura.  
Coccus bis  
tinctus.Tintinna-  
bula.

40. dies pane &amp; aqua visitat.

Homilia 15. in Euang. gelia.

Sap. 5. Psalm. 83.

Homil. 7. in Euangelia.

Anscharij vitam quis scripserit.

Ioh. 3. 19. 21.

Psalm. 24. Luc. 13. Psalm. 30.

negligenter curabam, nec seruabam eam, quæ meam decuisset personam, morum grauitatem, ocio sæpè vacans, & quandoquæ etiam tempore indicti ieiunij carnem comedens, aliaque similiter vetita in cibo & potu frequenter vsurpans: ob quas culpas hætenus indignus fui admitti ad conspectum Dei. Sed si tua fraternitas pane & sale & aqua contenta, à cæteris alimentis interim abstinens, quadraginta dierum ieiunium pro me suscipere vellet, credo per Dei misericordiam huius repulsæ, quam patior, poena me absolutum iri. Cui cum ille se ita facturum, vt ipsi videbatur, esset pollicitus, expergefactus mox vt episcopum conueniendi copia oblata fuit, visionem omnem illi exposuit, acceptoque ab eo consilio, per dies quadraginta non nisi pane solo & aqua vsus est: quo tempore tam immani dolore dentium cruciabatur, vt panem illis manducare non posset. Itaque panem manibus contritum & comminutum aquæ immiscebat, & pro dentium leuamento instar pulvis emollebat: in quo tamen ad abstinentiæ augmentum etiam ea deerant, quæ in simplici panis decoctione esse possunt, puta ius alimenti, & saporis suauitas. Expletis autem huius abstinentiæ diebus, presbyter ille, pro cuius salute hæc agebantur, per visum apparuit euidam fœminæ, diuturna laboranti paralyti, cui longus quidem languor membra tenuit, sed tamen, vt de Seruulo beatus Gregorius dicit, eadem membra à bono opere non ligauit. Quotidiè enim se ad ecclesiam deportari faciens, verbum vitæ illic deestabiliter audiebat, hymnisque & laudibus Dei diu noctuque vacabat. Huic ergò, vt diximus, in visione apprensiam dictus presbyter, petijt ab ea, vt gratias ageret seruo Dei Remberto pro cibi ac potus parsimonia, eius causa tolerata, quam vsque ad se sibi profuisse aiebat, vt prius negatum ipsi Dei conspectum, & cælestis aulae ingressum, propter eam iam permissum sibi gauderet. Porro Rembertus, inquit idem, inter eos adscribetur, de quibus Psalmodographus ait: Ibunt de virtute in virtutem. At verò eiusmodi visionibus vir Dei nunquam animo efferebatur, sed humilitatis tutissimo semper incedens itinere, ita virtutum quotidiè gradus altiores scandebat, vt illam beatiissimi pontificis Gregorij sententiam semper ob oculos ferre videretur, qua ille dicit: Magnus vnusquisque esse studeat, sed tamen aliquo modo esse se nesciat, nè, dum sibi magnitudinem arroganter tribuit, amittat.

Quandiu ergò fuit in corpore vir Domini Anscharius, seruus Christi Rembertus præ cunctis illi familiaribus adesse solebat in omnibus, quemadmodum libellus gestorum eius, cuius aliquoties mentionem fecimus, ab ipso Remberto & alio quodam eius condiscipulo editus, testatur: in quo libello vbicunquæ commemoratur quidam eius fidiissimus discipulus, quod crebrò illic lector offendet, Rembertus designatur: sed quia, vt diximus, cum alio quodam illa S. Anscharij gesta ipse edidit, rei veritatem tacito suo nomine indicare voluit, nè de se familiaritatis illius gratiam iactanter proferre videretur. Ità nanque etiam beatus euangelista Iohannes in suo facit euangelio, personam suam quadam circumlocutione potius, quam proprii nominis expressione subindicans. Quam autem in hac familiaritate apud sanctum episcopum vir Dei Rembertus ad extremum vsque constanter perseuerauerit, ex verbis iam dicti libelli satis potest intelligi, quibus obitus eiusdem episcopi ita commemoratur: Percepta Dominici corporis & sanguinis communionem, sanctus Pontifex Dominum deprecabatur, vt quicumque in eum quoquo modo peccasset, diuina hoc ei pietas remitteret. Deinde verculos istos coepit frequentius repetere: Secundum misericordiam tuam memento me tu propter bonitatem tuam Domine. & Deus, propitius esto mihi peccatori, & In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Cumque hæc sæpius repeteret, & deficiente anheliu iam ea frequentare non posset, cuidam fratri præcepit, vt hæc vice illius frequentando caneret. sicque oculis in cælum intentis, Domini gratiæ commendatum spiritum exhalauit. Hic ergò, quem suo loco verba orationis crebrò repetere voluit, Rembertus fuit, cui voce deficiente sua, desiderij sui verba commendans, per eum compensare se non dubitauit, quicquid ipse iam moribundus minus posset orando præstare. Nam & ob vitæ eius meritum, pro se illum exaudiri credidit, & quod ille fecisset, nihil ab eo discreuit, quod à seipso factum esset: quandoquidem cor vnum & anima vna vnus spiritus & vna fides erat semper in eis.

Denique cum illa ægritudine, qua confectus ex hac vita migravit beatus Anscharius,

rius, quæreretur ab illo, quid consilij daret de eligendo ipsi successore, & quidam etiam eius de Remberto sententiam nõsse cuperent, respondisse fertur, non hoc sui esse ministerij definire, cum multorum animos fortassis in episcopatu offenderit, quam offensionem amouere potius deberet, quam eo ipso augere magis, quod talem sibi successorem nominaret, qui sua forsitan inhabilitate grauaret subditos, & inde acerbæ contra ipsum querimoniæ nasceretur. At tamen de Remberti meritis nõsse vos velim, inquit, quia dignior ille est sede archiepiscopi, quam ego subdiaconi functione. Hæc ille sanctus episcopus ingenti humilitatis studio de se dixit, tanquam verus obseruator illius monasticæ regulæ, quam ipse etiam olim perfectè excoluit, quæ sic habet: Septimus humilitatis gradus est, si non solum omnibus inferiorem sua se lingua pronunciat monachus, verum etiam intimo cordis credat affectu, humilians se & dicens cum Propheta: Ego autem sum vermis & non homo. Solent enim sancti viri etiam tunc, cum fortia agunt, de se sentire viliter, sicut de seipso sanctus Dauid, coram arca Domini saltando, regni sui potentiam despiciens, dixit: Ludam, & vilior siam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. Quò pertinet etiam illud Apostolicum: Implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimis, id ipsum sentientes: nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitantes. Et prius quidem, hoc est, Propheta testimonium, beatus Anscharius ita in seipso obseruare solebat, vt de se intus humilia sentiens, honorem foris non exereret, quasi dicens: Ludam, & vilior siam: nec rursùm per hoc, quod vilem se extrinsecus exhibuit, intus intumesceret, impletet potius quod sequitur, Et ero humilis in oculis meis: id est: Qualem me foris despiciens exhibeo, talem me intus attendo: quoniam contempus sui studio etiam illud impleuit, quod ex Apostolo attulimus, vt omni contentione & vana gloria profligata, per humilitatem alios se superiores arbitraretur. Vnde etiam, vt antè iam diximus, potioris meriti Rembertum esse affirmavit, quam esset ipse. Sed quantum ille humilitatis causa ita de se dixerit, nostrum tamen non est, quemlibet eorum alteri antepone, sed sentire potius meritis fuisse pares, quos & vnus fidei deuotio, & eiusdem ministerij vel functionis, licet diuersis temporibus, executio commendat æquales, vel æqualiter commendat.

Quantum autem, vt antè dictum est, sanctus pontifex ob vitandam aliorum offensionem, non libenter illis indicauit, quem putaret idoneum successorem: nè suum tamen Rembertum, omnium penè secretorum suorum conscium, hac gratia in extremis defraudaret, triduo ante obitum rem secretam illi exposuit, indicans illum post se ad pontificatus eius apicem promouendum. At illo renitente, & ad tantum ministerium nec viribus, nec meritis se idoneum proclamante, sanctus episcopus dixit, sic esse à Deo constitutum, vt ita fiat: adhibuitque congruentes adhortationes, vt suam voluntatem diuinæ ordinationi accommodaret, & cum sancto Thoma apostolo diceret: Dominus meus es tu, & ego seruus tuus: fiat voluntas tua. His auditis, beatus Rembertus destitit vltra reluctari, quòd sanctum episcopum diuinitus hæc accepisse intelligeret: neque etiam vel in clero vel in populo vlla resedit, quem è pluribus potissimum eligeret, ambiguitas, sed eodem ipso die, quo sanctus Anscharius spiritum Domino reddidit, beatum Rembertum concorditer omnes elegerunt. Porro ita electum, ad gloriosum tunc temporis regem Ludouicum adduxerunt viri venerabiles, Theodoricus Mindensis episcopus, & Adelgarius Abbas monasterij nouæ Corbeie: susceptusque honorificè à rege, cum pontificalis baculi commendatione, episcopatus est dominium adeptus. Porro in literis Romanæ sedis pontificum, à quibus Archiepiscopi priuilegium illi sedi, quam tunc Rembertus suscepit, collatum est, etiam hoc continetur: vt quia propter nouellam eiusdem sedis institutionem, & necdum conuersos ad fidem populos, suffraganei non habentur episcopi, à quibus decedente vno, alter archiepiscopus consecratur: palatina interim prouidentia succedentium per tempora pontificum consecratio sit commissa, donèc numerus suffraganeorum episcoporum, canonicè cum consecrare debentium, ex gentibus suppleatur. Cum huius ergò tenoris insinuatione, vt loquitur historia huius author, ordinandum eum, nempe sanctum Rembertum, rex Ludouicus misit Lintbertum Archiepiscopum Moguntinum, à quo iussu eius ita est consecratus, vt non sine Dei prouidentia factum videatur, vt ad eius consecrationem non vnus, sed duarum ecclesiarum metropolitanarum conuenirent suffraganei,

Testimonium S. Anscharij de Remberto.

Psalm. 27.

2. Reg. 6.

Philip. 2.

Eligitur Anscharij successor.

Ita dicitur Saxonia Corbeia propter Gallicam, quæ est Saxoniæ pars.

nei, putà Lintvuardus Paderburnenf. episcopus, Moguntini, & iam dictus Theodoricus Mindensis episcopus, Coloniensis Archiepiscopi suffraganeus. Quos ita permixtum adesse placuit, vt tam huius consecrationis actio, quam etiam domini Ansharij in eadem sede non dissimili modo facta ordinatio, argumento essent, quòd huius sedis episcopi consecratio tantisper palatinæ esset commissà prouidentia, donèc consecrantium numerus ex gentibus suppleatur.

Fit monachus Corbeiensis.

Tenebatur autem sanctus Rembertus iam olim voto eiusmodi obstrictus, vt post S. Ansharij obitum mox & propositum & habitum monasticum amplecteretur. Quamobrem communicato cum pontificibus, qui ipsum consecrarent, consilio, statim vt ordinatus fuit, ad nouæ Corbeie monasterium properans, illius professionis habitum ex toto suscepit: conuersationis autem illius professionem ita fecit, vt obedientiam, & conuersionem morum, & stabilitatem secundum regulam sancti Benedicti exhiberet, quatenus labores & occupationes suscepti Episcopatus permitterent. Atque vt huius promissionis effectui veracius assuesceret, aliquem ex fratribus monasterij sibi permitti orabat, vt quia ipsi in eo permanere non liceret, pro sui consolatione posset cum illo assidue inde meditari, & usum quendam sibi parare iuxta regulæ moderamen, quam amplexus esset, se gerendi. Adiunctus autem est illi hoc petenti quidam insignis conuersationis vir, gradu diaconus, nomine Adelgarius, qui illius monasterij Abbatis, cuius supra meminimus, germanus frater erat, atque eiusdem cum eo nominis. Atque

Adelgarius successor S. Remberti.

hic vir venerabilis, qui & conuersationis eius sedulus imitator, & in dignitate successor fuit, adhuc hodiè superest, cum multis alijs id affirmans, quòd sanctus Episcopus, cuius vitam scribimus, ex occasione curæ pastoralis nullam monasticæ perfectionis iacturam fecerit: immò verò ex illis ipsis, qui in monasterijs degunt, nullus bonorum operum instrumenta, quæ illorum regula commemorat, æquè ac ipse excoluèrit: cuius sanè res gestæ vix à nobis explicari queant: porrò quotidianam eius cum Deo conuersationem, & animum cælo semper intentum, nostræ scientiæ tenuitas nedum verbis exponere, sed nec expèdere satis potest. Graue cerè existimabat & permolestum, tempus vllum Dei opere vacuum transigere: itaque orationi lectio, & lectioni semper oratio successit: & si quid accidisset, quod illum ab oratione impedire videretur, semper tamen quæ iusta sunt agens, sine intermissione orasse censendus est, vt docet beatus Augustinus. Qui enim in diuino versatur officio, eius dicta factaque omnia pro oratione computantur. Vigiliarum usum moderatè agebat: abstinentiæ modum illum tenuit, vt quotidiana illi essent ieiunia, & refectio satietatem fugiens: qua in re id obseruabat, vt iuxta beati Hieronymi sententiam, ita corporis frangeret appetitum, vt ad lectiones, & psalmodiam, & altaris pontificatusque ministeria vires non deficerent. Nihil enim prodest, vt ait idem Hieronymus, biduo triduoque transmissio vacuum portare ventrem, si pariter obruatur, si compenfetur saturitate ieiunium. Illic mens repleta torpescit, & irrigata humus, spinas libidinum germinat. Quod vir Dei, vt diximus, in se cauere volens, eiusmodi ieiunij moderamen tenuit, quale Dominus in Euangelio, Iudæos arguens, quòd nec Iohannem ieiunantem, nec ipsum manducantem & bibentem susciperent, subindicat, dicens: Et iustificata est sapientia à filijs suis: ostendens filios sapientiæ intelligere, nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam: & in temperantia per abundantiam non se corrumpendi, atque opportunè sumendi vel non sumendi ea, quorum non vsus, sed concupiscentia reprehendenda est.

Hierony. Epistola 22. ad Eustochium.

Ibidem.

Matth. 11. Hæc sunt verba Augustini, quæ ad Eustochium Euangelicarum lib. 2. cap. 11.

Quicquid etiam ad vsus & sustentationes pauperum beatæ memoriæ decessoris instituerat, nulla id ex parte ipse abrogauit, sed curam & studium omne adhibuit, vt quæcunque in eos vsus deputata essent, non modò nullum ipsius temporibus caperent detrimentum, sed eius opera nonnihil potius quotidie acciperent incrementi. Erat enim pro indigentium leuamine & solatio domus hospitalis in eius diocesi constituta, tam abundè rebus necessarijs atque subsidijs instructa, vt nullibi vel copiosius, vel prudentius id curatum sciamus. At verò etiam extra diocesin suam vbicunque esset, semper habebat à se quosdam institutos, qui erogandos pauperibus nummos in sacellis circumferrent: & ipse etiam in hunc vsus ad zonam suam appensum habebat marsupium, vt si absente interdum suo elemosynæ dispensatore, inops aliquis occurreret, ad manum haberet pecuniam, quam illi largiretur. Sollicitus enim hoc curare solebat,

bat, nè quis eiusmodi absque leuamento ab ipso discederet: & ad idem studium perpetua adhortatione suos inuitabat, ita dicens: Non debemus cunctanter opitulari egenis omnibus, quando quis eorum sit Christus, vel quado ille veniat ad nos, ignoramus. Simul autem, iuxta beati Gregorij admonitionem, etiam elemosynam verbi incessanter faciens, doctrinæ salutaris studio iugiter instabat, non immemor, dictum esse ab eodem sanctissimo pontifice, plus esse, verbi pabulo victuram in perpetuum mentem reficere, quam ventrem morituræ carnis terreno pane satiare. Hac de causa libellum quendam, ex dictis huius sanctissimi Gregorij, lectori vtilem confecit, & sua manu descripsit: atque etiam epistolas aliquot plenas ædificationis ad diuersos composuit: è quibus vna est ad quandam Dei famulam, in monasterio degentem, ceterasque sorores ibidem Domino seruientes. Hæc autem Christi ancilla, de qua loquimur, neptis erat venerabilis episcopi Lintvuardi, cuius supra mentionem fecimus: qui se sancto viro omni deuotionis affectu deuinxit, & non modò ipse eius sanctitatis amator fuit, sed etiam omnes ad se quoquo modo pertinentes, illi commendare studuit: hanc præsertim, de qua agimus, ab infantia Deo oblatam, & in virginitate permanentem neptem suam, quæ etiam propria sua deuotione id promeruit, vt vnicâ dilectionis suæ filiâ vir sanctus eam appellare soleret. Quæ licet nomen suum vitandæ iactantiæ causa palam nolit edicere, at nos tamen eam epistolam ad sacrarum virginum ædificationem, tacito eius nomine, cui specialiter scripta est, hæc inferemus, ita se habentem:

Homilia 6. in Euangelia.

Charissimæ filiæ N. ceterisque virginibus & sponsis Christi, Rembertus gregis Dei vilis seruulus, in Domino salutem. Frater Adelgarius, nuper à vobis rediens, dixit mihi grauitè vos ferre, quòd paruitatis meæ literas rarò suscipiatis. Quod mihi emendare cupienti, quod scribere debeam, nihil conuenientius occurrit, quam vt vos de vestræ sanctitatis commoneam proposito. Si ergò ad sublimissimam gloriam peruenire vultis, omni virtute incorruptionem corporis ac spiritus excolere debetis. Interiorem enim fortu ac pabulo puritatis, subministrari necesse est etiam exterioris hominis castitatem, eamque iugiter ad perseverantiam perpetuè incorruptionis animari. Illæ nanque sunt veræ atque incorruptæ virginis Christi, non quæ metuunt, sed quibus non libet fornicari. Quod donum si per Dei gratiam adeptas vos senseritis, quanto magnæ estis, vt sancta monet scriptura, humiliare vos in omnibus, & coram Deo inuenietis gratiam. Ea enim via peruenire debetis ad Christum Dominum & sponsum vestrum, quia ipse dixit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Curandum itaque est, vt omni custodia mens seruetur à superbiæ tumore: non enim ante oculos Dei vacuè transuolant cogitationes vestræ. Intus ergò videt Deus, quod mentem eleuat: & idcirco foris permittit inualescere, quod deponat. Dicit quippe per Osee contra Israëlitas Deus: Spiritus fornicationis in medio eorum, & Dominum non cognouerunt. Qui vt ostenderet, sicut dicit beatus Gregorius, quòd causa libidinis ex culpa prorumpat elationis, mox subdidit, dicens: Et respondebit arrogantiæ Israël in faciem eius: ac si diceret: Culpa, quæ per elationem mentis in occulto latuit, per carnis luxuriam in aperto respondebit. Proinde per humilitatis custodiam seruanda est munditia castitatis. Si enim piè spiritus sub Deo premitur, caro illicite super spiritum non leuatur. Habet quippe spiritus commissum sibi dominium carnis, si tamen sub Deo recognoscat iura legitimæ seruitutis. Nam si authorem suum superbiendo contemnit, iure & à subiecta carne prelium suscipit. Hinc est enim, quòd longa continentia repente soluitur: hinc, quòd plerunque usque ad senium virginitas seruata vitatur. Quia enim negligitur humilitas cordis, reclusus iudex despicit etiam integritatem corporis: & quandoque per apertum malum reprobos annunciat, quos dudum reprobos in occulto tolerabat. Nam qui diu seruatum bonum subitò perdidit, apud semetipsum intus aliud malum tenuit, ex quo aliud subitò erupit, per quod ab omnipotente Deo etiam tunc alienus extitit, quando se ei per munditiam corporis inharere monstrauit. Hæc ergò, filiæ, non ideo scribo, quòd in vobis quicquam de qualitate superbiæ vel vanæ gloriæ cognouerim: sed quia vos opto in illarum consortio esse, de quibus legitur, quoniam sequuntur agnum, quocunque ierit. Vbi multos cecidisse doleo, vos cautè ambulare desidero, optoque vt dicat vobis Dominus & sponsum vestrum: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Itaque sequimini agnum in præceptis suis, vt ipso auxiliante illum sequi valeatis in æterna vita, cantando canticum, quod nemo potest dicere, nisi chorus virginicus: quod per-

Benignitas in pauperes.

Epistola 8. Remberti ad sacras virgines, in qua nihil de stylo mutatum est.

Veræ virginis.

Eccle. 3.

Matt. 23.

Osee 5.

Lib. 26. in Iob, cap. 12.

Ibidem cap. 13.

Apoc. 14.

Cant. 4.



Lib. De san- pulchrè explicauit beatus Augustinus, virgines adhortando: Pergite, inquit, sancti Dei  
sta Virgini- pueri & puellæ, mares & fœminæ, cœlibes & innuptæ: pergite perueheranter in finem.  
ttre, cap. 27.

Laudate Dominum dulcius, quem cogitatis vberius: sperate felicitus, cui seruitis in-  
stantius: amate ardentius, cui placetis attentius: lumbis accinctis & lucernis ardētibus  
Ioan. 13. expectate Dominum, quando veniat à nuptijs. Vos adferetis ad agni nuptias canticum  
Apo. 14. nouum, quod cantabitis in citharis vestris: vtique tale, quale nemo potest dicere, nisi  
vos. Sic enim vidit vos in Apocalypsi quidam præ ceteris dilectus agno, qui discumbere  
super pectus Domini solitus erat. Ipse vos vidit duodecims duodena millia sanctorum  
citharœdorum, illibata virginitatis in corpore, inuolata veritatis in corde. Sequimini  
agnum, quia & agni caro vtique virgo. Sequimini eum in virginitate cordis & carnis,  
2. Pet. 2. quocunquē ierit. Quid enim est sequi, nisi imitari? de quo beatus Petrus, Christus, in-  
quit, pro vobis passus est, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.

Hanc sancti Remberti epistolam idcirco huc adscriptimus, vt possit videre lector,  
I. Tim. 6. quantum ex Apostolica admonitione studium illi fuerit eius, quæ secundum pietatem  
est doctrinæ, & quam in ipsa doctrina potens fuerit etiam alios exhortari. Præterea au-  
tem legationis quoquē suæ officium, quod ad prædicandum gentibus verbum Dei, pri-  
mò quidem ab eius decessore susceptum, & deinde quodam successione iure quasi he-  
reditarium illi obuenit, impigrè executus est, ipse sanè per se, quoties per alias occupa-  
tiones licuit, eidem legationi insistens: semper autem quosdam illi operi destinatos ha-  
bens presbyteros, per quos & verbum Dei gentiles audirent, & solatium Christiani cap-  
tivi acciperent: quique ecclesiam longe à suæ sedis ecclesia remotas, quodque grauissi-  
mum erat, non sine magnis pelagi discriminibus adundas, inuiseret. Quæ tamen disci-  
mina ipse frequentius & abundantius subibat, ita vt sæpè, quemadmodum de se quo-  
2. Cor. 11. què Apostolus dicit, naufragium fecerit: non rarò in id periculi coniectus sit, vt prope-  
Ibidem. modum cum eodem dicere potuerit, Noctè & die in profundo maris fui. Sed profectò  
aderat ei spiritus sanctus, qui in exterioris hominis corruptione, interiorē renouaret  
de die in diem, & spe futuræ beatitudinis omnia præsentis vitæ aspera deliniret, & gra-  
uia releuaret. Consolabatur enim cõtinua meditatione sermonis Apostolici, quia non  
Rom. 8. sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.  
Atque ita quæcunque fuerunt dura laboranti, miscere solebant eadem propter Chri-  
stum toleranti.

Porro ad redemptionem captiuorum penè cunctis, quæ habebat, expensis, eum mul-  
torum adhuc apud infideles detentorum calamitatem cernere cogere, etiam facti  
Studium S. altaris vasa ob illos redimendos impendere non dubitauit: qua in re dum quibusdam  
Remberti in captiuis redimendis, minus sublimiter intelligentibus non rectè fecisse videretur, quasi in alios vsus conuer-  
teret, quæ sacris essent deputata ministerijs, & à quodam interrogatus esset, cur id face-  
ret, iusta ratione sciscitanti satisfaciens: Non ignoro, inquit, res ecclesiastici officij di-  
gnè tractandas, & sub magna obligatione ad hoc opus esse depositas: veruntamen plus  
est apud Deum, per eas subueniri captiuis Christianis in angustia constitutis, quam esse  
queat depositum eas custodiendi: cumque incumbit necessitas è duobus bonis alterum  
eligendi, altero carendi, præferendum est illud, quod est præstantius, & id quod inferius  
est, relinquendum. Vnde etiam ego, ait, cum nullum aliud suppetit consilium, non sum  
arguendus impietatis, si Christianum, qui filius Dei est, thesauris ecclesiæ redimo: quan-  
do quidem semper inuenire possumus, quod ad vsus sacri ministerij sufficiat: irrecupe-  
rabilis verò damni est, si Christianus in captiuitatis afflictione deficiat. Exempli autem  
causa vnum aliquod eius factum commemoremus, in quo sanè non minus potentia  
miraculi, quam misericordiæ opus effulsit. Cum venisset quandoquē ad partes Sclauo-  
rum, vbi nouellam recens ad Christum conuersorum ecclesiam extructam habebat in  
loco, qui dicitur Slesuicum, vidit multitudinem Christianorum in catenis captiuam  
teneri: inter quas virgo quædam Deo sacrata vt eminens illum conspexit, tam genu fle-  
ctendo, quam caput crebrò inclinando, tum honorem illi exhibere, tum eius miseri-  
cordiam pro sui liberatione implorare videbatur: atque vt ipsam intelligeret esse  
Christianam, sublata altius voce, cœpit cantare Psalmos. Tum Episcopus misera-  
tione commotus, cum lachrymis rogabat Deum, vt illi opitulareretur: ad cuius preces  
mox disrupta est catena, qua ad collum vincta tenebatur: nè tamen posset effugere, fa-  
cile eam impediabant gentiles illi, inter quorum manus habebatur. At Episcopus pro  
eius

eius ereptione anxius, detinentibus eam paganis, complura diuersi generis precia pro  
illa obtulit: verum illi nullam accipiebant conditionem, nisi eam solam, vt equum su-  
um, quo ipse sedere consueuerat, ipsis daret. Quod ille vir pius & misericors nõ detre-  
ctans, & repente de equo desiliens, totum illum cum omnibus ad eum pertinentibus  
pro captiua dedit, redemptamque libertate donauit, potestatem illi faciens quò velle  
abeundi, ex vno opere geminū suæ laudis & virtutis monumentum relinquens, quòd &  
efficacia orationis suæ catenā cõfregit, & tam egregiū misericordiæ opus declararit.

Cùm autem Apostolus dicat, Seruum Dei oportet mansuetum esse ad omnes, ita se  
in vita sua gessit, vt eius ætate nullus inuentus sit, qui Mosaicum illud a què atque ipse  
in se exprimeret, quòd vir mitissimus esset super omnes, qui morabantur in terra. Inter-  
rim tamen non nunquam sine vilo mansuetudinis detrimento ad eò in inquirendis vel  
discutiendis causis constans & immotus in sua permansit sententia, vt à nemine posset  
ab ea dimoueri. Quòd autem nihil hoc mansuetudini eius detrimento attulerit, satis il-  
lud argumento est, quòd contradicentibus ipsi nihil vnquam iracundæ commotionis  
ostendit, nihil verbis asperis contra illos egit: sed familiaribus colloquijs & grata mo-  
rum suauitate id apud omnes effecit, quòd animo cõstituerat. Interrogatus verò à quo-  
dam familiaribus, de sententiæ suæ immobilitate, vel cur à sententia sua se deduci non  
pateretur, hæc respondit: Quæcunque vel agere vel omittere debeo, & quæ mihi in po-  
sterum euentura sunt, ea ex visionibus domini ac decessoris mei Anscharij prædisco. So-  
ler enim ille mihi apprensus, ipsa sui vultus qualitate indicare, quo pacto rebus agendis  
me immiscere debeam: quicquid verò ex eius reuelatione percipio, nõ possum vlla dif-  
simulatione negligere, quin illud executioni tradam.

Fertur verò etiam priscorum more sanctorū quædam fecisse miracula, nempe cùm  
in Suediam proficisceretur, non rarò maris tempestatem suis orationibus sedasse, cœci  
cuiusdam oculos illuminasse, idque cùm pōtificiali more illum sacro adhibito chrismate  
confirmaret: atque etiam quædam regis filium dicitur à demone liberasse, cui quidem  
affirmationi illud ad stipulari videtur, quòd multis adstantibus episcopis ab ore demo-  
niaci sæpius hic clamor edebatur, Rembertum solum inter illos dignè suo sanctum esse  
officio, & ab illo se torqueri. Sed quia nostris temporibus, vt dicit Psalmographus, defe-  
cit sanctus, & diminutæ sunt veritates à filijs hominū, nec facile admittitur, quenquam  
ex huius æui viris talia fecisse, satis sit nos hæc hactenus demonstrasse, vitum Dei Rember-  
tum sanctitatis apprehendisse apicem, idque per illos virtutum gradus, quos in euange-  
lio Dominus ad promerendam beatitudinem proponit: Beati, inquit, pauperes spiri-  
tu, & cetera quæ sequuntur de oronario virtutum catalogo, quo per gratiam resurre-  
ctionis spei nostræ implenda perfectio significatur. Nec miracula illi defuerunt spiritu-  
alia, quæ etiam nunc in Ecclesia fieri testatur beatus Gregorius, exponens illa Christi  
verba, Signa aut eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo demonia eiicient, Matc. 16.  
linguis loquentur nouis, serpentes tollent, &c. quorum expositionem ex eodem sancto  
Doctore huc adscribere longum est, neque tamen necessarium, cùm homilia illa, vbi  
hæc explanantur, in promptu sit: ad quam etiam nos lectorem remittentes, cœptum de  
vita beati Remberti opus ad finem tandem perducere debemus: qui cùm iam senio  
gruari cœpisset, continui quoque pedum dolores ad molestiæ augmentum illi accef-  
serunt. Itaque primò apud gloriosum regem Ludouicum, quo commendante Episco-  
patum susceperat: ac deinde apud eius filios Ludouicum & Carolum hoc obtinuit, vt  
in signis vir Adalgarius, nouellæ Corbeicæ monachus, illi, vt supra diximus, adiunctus, ita  
in adiutorium ipsi confirmaretur, vt cùm aliqua præpeditus esset ægritudine, ille pos-  
set circumire diocœsin, adire placita, & quando exigere, in expeditionem vel ad pa-  
latium cum comitatu suo proficisci: nec multò post electio ipsi succedendi in illo con-  
firmaretur, & per manūs acceptionem inter consiliarios regis numeraretur, idque assen-  
tiente Abbate & fratribus monasterij eius, & sancta Synodo hæc omnia approbante.

His ita gestis, deinceps tanquam à secularibus negocijs expeditior, omni instatia ma-  
gis ac magis augere cœpit, quicquid antea boni exercuerat. Nec diù postea in hac vita  
durauit: cuius quidem obitus ita se fertur habuisse, vt nunc describemus. Anno penè in-  
tegro ante suam è corpore migrationem quibusdā fidelibus amicis suis secretò indicauit,  
multa ipsi ostensa esse signa, è quibus colligeret atque prænosset, se non diù in hac vita  
mansurum, eosque, quibus hæc loquebatur, in corpore vltimus non esse visurum. Sunt  
autem,

Liberat ca-  
ptiuā Deo  
sacratā vir-  
ginem.

2. Tim. 2.

Num. 12.

S. Anscha-  
rius sæpè ei  
apparet.

Sacramentū  
Confirmæ  
tionis sanæ  
cœcum.

Psal. 11.

Matth. 5.

Matc. 16.

Homil. 19.  
in Euangelia

Mortem su-  
am prædicat,  
autem,

Viso illi oblata.

autem, inquit, in his quedam eiusmodi presagia, quae mihi alijs patefacere non licet: at tamen visionem hac nocte mihi oblatam vobis referam, qua decessum meum euidentissimè mihi praesignificatum intelligo. Videbatur mihi, quod in templo quodam, firmissimo muro per medium intersepto, ego ex vna parte consisterem, ex altera verò teneretur dominus & decessor meus Ansharius: quodque ego innumcrabilem viderem multitudinem vtriusque sexus: more eorum, qui aliquid solent inquirere, hac illacque se vertentem, nec quicquam ex ijs, quae quaerebat, inuenientem: porro dominum Ansharium ex illis sciscitantem quid quaerent, ipsos autem annulum meum se quaerere respondentes: at denuò illum dicentem, vt cessarent annulum quaerere, quandoquidem ipse secum illum esset habiturus. Hæc dum quibusdam, vt diximus, narraret dominus Rembertus, ex hoc multisque alijs indicijs se certum affirmavit, quod eo ipso anno abiturus esset è corpore. Vt autem memoria eius audientium animis per verba, quae recedens diceret, fortius imprimeretur, salutare eis exhortationes, vt etiam eos optare nouerat, proposuit, verbis eius non mediocri adificationis gratia affluentibus. Postea autem eis valedicens, discessit ab eis, nec ulterius, vt praedixerat, eum in carne viderunt. Vt verò somnium hoc, quod iam retulimus, euidenti effectu in eius obitu, sicut ipse quoque intellexerat, completum sit, eo loco congruè enarrabimus, vbi dicendum erit, quemadmodum sancta anima eius in celum subleuata sit, & corpus eius sepulturae mandatum.

2. Cor. 12. Sacramentum & Eucharistiam moriturus accipit.

Iraq; duodecimo ante obitum suum die ad Bremensem ecclesiam perueniens, eodem die morbo correptus est: quo per singulas horas ingrauescente, ille semper psalmodijs & sacris lectionibus intentus, sese ad futuram ex hac vita emigrationem sollicitè preparabat. Quauis autem languoris immanitas corporis vires omni robore destitueret, at tamen animo semper inuictus, Apostolicam illam prae se ferebat fortitudinem, de qua ille dicit: Quando infirmor, tunc fortior sum & potens. Septimo autem ante obitum die ministerium sacrae vntionis cum oleo sancto exhiberi sibi praecipit vna cum comunione corporis & sanguinis Domini: cuius comunione salutare remedium ad supremum vsq; spiritum quotidie percepit. Cumq; iam migraturus esset è mundo, conuocatis presbyteris & vniuersis fratribus, veniam sibi dari petijt eorum omnium, quibus fortassis quinquam illorum offensus: cumque ipse vicissim condonasset omnibus, qui eum quocunque modo lesissent, eisque à Domino veniam precatus esset, percepto corpore & sanguine Domini, sanctam emisit animam.

Matt. 27.

Tum verò incredibilis omnium gemitus subsecutus est, inprimis pauperum & egenorum, has inter lachrymas voces emittentium: Vae nobis sancte pater: quomodo iam post te inueniemus alium, tuis elemosynis in victu & vestitu haecenus sustentati: à quo deinceps hæc consequi merebimur? Tibi autem Christe, aiebant, supplicamus, vt anima famuli tui sentiat te nunc memorem dictorum tuorum, quibus promittere dignatus es mercedem illis, qui vni ex minimis tuis aliquid solatij impenderent. Ipse autem vir Dei cum adhuc viucret, humilitatis studio praecipit, nè in templo sepeliretur. Quod eius praecipitum cum transgredi non auderent fratres ecclesiae illius, sepelièrunt eum extra basilicam prope tumbam sancti Vuillehadi extra orientalem ecclesiae murum. Porro sepulcrum eius sanctus Adelgarius, de quo iam crebrò antè diximus, qui etiam illi in episcopatu successit, desuper extructo, atque in honorem sancti Michaëlis, sanctorumque martyrum Stephani & Viti dedicato oratoriolo adornauit. Atque ita impleta est visio memorata, quod dominus Ansharius & ipse intra vnam quidem ecclesiam continerentur, sed interiecto muro à se inuicem sciungerentur. Est enim iam dictum oratoriolum ita illi antiquae ecclesiae coniunctum, vt non nisi muro, ad Orientem extructo, ab hac in illud aditus precludatur. In ipso autem, vt diximus, nouo oratoriolo sepulturae datus est dominus Rembertus: porro in veteri ecclesia dominus Ansharius requiescit. Et hoc est, quod ille in visione dixisse videtur, quod annulum domini Remberti secum habiturus esset: his verbis indicans, quod dominus Rembertus, iam fide & bona operatione perfectus, non multò post ipsi coniungendus esset, tam in monumenti vicinitate, quam in beatæ requiei, quae in caelis est, felicissima perceptione, sicut olim ex diuini spiritus reuelatione illi praedixerat. Per annulum enim, fides significatur, qua nobis imago Dei imprimitur: & quia ille solet ad manuum, quibus operatio designatur, ornamentum adhiberi, rectè nimirum per hoc ostenditur, ornamento fidei bonum opus semper inesse

Vuillehadus primus Episcopus Bremensis.

in esse debere: quod cum dominus Rembertus in sua conuersatione ipsius cura commissis semper exhibuerit, non incongruè in ipsa futuræ mortis eius praesignificatione multitudo plebis ostensa est, annulum eius inquirentis: qua re id vti que significatum est, tempore obitus illius eos, qui illi commissi fuerant, anxie id desideraturos, vt exemplis in illo perspectis longiori spatio persui mererentur. Sed vt id non impetrarent, tempus poscebat requiei illius, quam Episcopus Ansharius innuere voluit, cum plebem ab inquirendo annulo compefcuit, dicens quod secum illum habiturus esset. Est verò super eius sepulcrum lampas lignea suspensa, vt perpetuum in illa lumen haberetur. Sub illa verò lampade in sepulcri superficie quoddam erat velamen expansum, in quo fertur preclarum sanè contigisse miraculum: quod quidem, quatenus ex referentium narratione, vel memoria vel intellectu retinemus, hoc pacto euenisse constat: Nocte quadam illa conflagraret, & primò non paucae inde decidebant prunae in velum memoratum, atq; mox tota in illud lampas ruit, & in ipso velo ita penitus combusta est, vt velo prostratis nullam attulerit lesionem: quod nulli dubium esse debet ob declaranda merita fidelis serui sui Christum fecisse, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Miraculum ad eius sepulcrum.

MARTYRIUM SANCTI ET GLORIOSI

Martyris Isidori, Authore Simeone Metaphraste.



Vm venerandam & diuinam doctrinam Domini nostri Iesu Christi, ijs datam, qui ipso sunt digni, diligenter & vtiliter esset secutus diuinus & venerandus martyr Christi Isidorus, & se per diuinas scripturas & Christi mandata omni ex parte munisset, animo fuit preclare stabilis, spiritu confirmatus, corpore corroboratus: & fuit diuina quadam motus æmulatione in eos, qui carnem ante ipsum exuerant, & martyrium pro Domino susceperant, aduersus tentationes seipsum exercens, afflictionesq; & minas tyrannorum. Sciebat enim, quod fuerat praedictum à diuino ore Domini nostri & seruatoris Iesu Christi magni Dei: nempè, quod qui diligit animam suam, perdet eam. Quocirca fidem tenens omninò immobilem, & conseruans thesaurum fidei immobilem, acquirens sibi salutem & infractam portans confessionem, Deo ostendit cor integrum: eratq; omninò à reprehensione alienus, iustus, pius & in omnibus perfectus. Non erat enim in eo macula aut indecorum aliquid, aut instabile: non vitium, nò malitia, nec quae ex maligno sunt mala, eius mentem reddiderunt improbam, sed moderatè & piè cum honestate & temperantia suam vitam conseruans, purè viuebat & citra reprehensionem.

5. FEBRUAR.

S. Isidorus scriptum egregie confirmat & munit.

Ioan. 12.

Integritas vitae eius.

Accidit autem, vt in Chio insula essent naues cuiusdam Numerij, qui ducebat exercitum, quomodo ei iusserat Decius tyrannus. Erat verò inprimis venerandus & gloriosus martyr Christi Isidorus ex ciuitate magni nominis Alexandria: qui locum quidem tenebat Optionis, non idem autem sentiebat, quod gentiles, qui erant in Aegypto, qui erorem colebant ex fabulis: sed colebat & adorabat Deum viuum, qui est Dominus vitae & mortis, nec ei persuaderi poterat, vt sacrificaret simulacris, neque attendebat edicta Decij Imperatoris. Hunc ergò sanctum Isidorum, apud Ducem exercitus Numerium accusans quidam, nomine Iulius, qui locum tenebat Centurionis, ei renunciauit omnia, vt qui inuidia motus esset aduersus martyrem, & ei dicit: Notum tibi sit domine mi, quod Isidorus dijs non sacrificat, neque vllam ducit rationem sanctorum sacrificiorum: neq; inducit in animum, vt pareat Imperatori Decio. Iube ergò eum duci ante vestram potestatem & interrogari.

Patria & munus.

Hæc cum audisset dux exercitus Numerius, iussit eum statim sisti tribunali. Cum is autem adfuisset, dixit ei: Quod est nomen tuum? Sanctus verò respondens, dixit: Vocor Isidorus. Dixit Numerius dux exercitus: Tu es, qui magnis & pijs legibus Decij Imperatoris non credis, & non vis sacrificare dijs? Dixit sanctus Isidorus: Qui nam enim sunt dij vestri, aut quid sunt, vt ego quoque ijs sacrificem? Non sunt simulacra surda & cæca, & nullo sensu praedita? Dixit Numerius: O malè & improbam huius viri mentem. Re vera dignus

Sistitur coram tribunali.

Ioan. 11.

Præclara  
martyris  
vox.

\*planus, id  
est, im-  
pofitum.

Ceditur bo-  
num neruis.

Hilariter  
properat ad  
mortem.

Gene. 25.  
& 22.

Signo cru-  
cis per totū  
corpus fe-  
rmat.

Venerandæ  
& sanctæ  
reliquiæ.

dignus est multis supplicijs & tormentis. Dixit sanctus Isidorus: Dignus sum pro Deo meo ferre cõtumeliam, & plagas accipere, & mortem sustinere: vt ipse quoque meredat dignum sanctis martyribus, qui ante me carne sunt mortui pro sancto eius nomine. Scio enim spiritu, quòd qui in ipso spem collocant, nunquam sunt morituri. Sic enim dixit: Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Numerius dixit: Sacrificasne Isidore, vt viuas, an non? Sanctus autem martyr Christi Isidorus dixit: Etiam si velis corpus meum occidere, animam meam non dominaberis. Decetero puni me, vt vis: & vt vis, fac citò. Habeo enim in me, etiam postquam mortuus fuero, Deum verum & viuum. Viuit enim in me Christus, & ego in eo: nec cessabo Christum confiteri, donèc est spiritus in naribus meis. Numerius dixit: Pare decetero, o homo, & semel saltem sacrificia. Sanctus dixit Isidorus: Nè temerè nugeris: nò sacrificabo demõnibus, neque tibi parebo. Vanus enim error te diu tenens, & \* planum cõstituens, studet efficere, vt reliqui per te errent, Mibi autem nunquam persuaseris: fac citò, quod velis decetero.

Dixit Numerius dux exercitùs: Ego tibi persuadebo, o Isidore, meum audire consiliū. Ensem enim & grauiā flagella tibi infligam, donèc deos confessus fueris. & statim iussit eum extendi à quatuor, & boum neruis vehementer verberari. Dicebant autem ei ij quoque, qui aderant: Sacrificā dijs Isidore, priusquam moriaris in tormentis. Eis dixit sanctus Isidorus: Ego vnum Deum esse dico, quem confiteor & colo, qui est & ante fuit & semper manet, qui est vniuersorum rex & Dominus, & omnium opifex: quem non relinquam, nec omninò negabo, nè ego quoque ab eo neger in die iudicij. Dixit autem Numerius dux exercitùs: Visum ne est tibi, non parere mihi? Sanctus dicit Isidorus: Nunquam tibi parebo. Christum enim timeo, quem adoro & colo. Tunc Numerius dux exercitùs, videns eius scopum immutabilem, eiusque constantiam & fortitudinem, cum fuisset locutus, & consultasset cum suis malis assessoribus, in eum tulit sententiam, sic dicens: Isidorum, qui non paruit legibus, & dijs noluit sacrificare, eum iubent leges Decij Cesaris, ensi tradi.

Spiculator autem eum assumens, duxit ad locum certaminis. Letabatur verò sanctus martyr, properans ad sui occisionem, tanquam agnus immaculatus, & hilari vultu intuens celi altitudinē, dicebat: Sancte Domine, benedico te, quòd beneplacito & voluntate tua me hodiè suscipis in sancta tabernacula & in loca quietis. Et cum peruenisset ad locum, in quo sanctus erat consummandus, orauit ad Dominū, & dixit: Gloria tibi Domine Iesu Christe, fili Dei viui, cum patre ineffabili, & cum sancto tuo & viuifico spiritu. Tibi enim Domine gratias agens, hac hora accedo & oro: Domine Deus meus, qui Abraham propositum & sacrificium habuisti acceptum, exaudi me in hac hora, & serui tui preces suscipe, & animam meam accipe in sanctas tuas manus. Tibi soli Domine, commendo spiritum meum, qui eum mihi dedisti: & quicumque te inuocauerit solum verum Deum, in nomine meo serui tui Isidori, siue in fame, siue in tētatione, siue in iudicio, siue in periculo & afflictione huius mundi, siue in mari, conseruetur ab omni periculo remotus & pacificus. Da autem ei quoque Domine bonam partem inter tuos electos, & fac cum eo diuitem tuam misericordiam, liberans eum ab ea, qua circumdatur, afflictione & necessitate, propter me, qui sacrificor sancto tuo & terribili nomini. Quoniam tu es Deus solus, qui ab afflictione & necessitate redimis eos, qui te inuocāt, & te decet gloria in secula seculorū, Amen. Hęc cum dixisset, genibus flexis in terram, & se signo crucis per totum corpus armasset, amputatum est ei caput, & connumeratur in sacris choris martyrum, & simul letatur cum populis Patriarcharum, & pro peccatoribus & ijs, qui eius peragunt memoriam, perpetuò intercedit apud Christum Dominum nostrum.

Quidam autem Ammonius, qui erat eius amicus, fodit in eo loco, & clanculum in eo posuit venerandum & sanctum eius corpus, cum nemo auderet eū sepelire. Sic enim iusserat iniquus Numerius eum non sepeliri, sed proijci comedendum à volucris celi. Is verò, cuius meminimus, venerandus vir Ammonius, cum tenuisset pulchram fidem & consiliū Christianorum, & contendisset in Hellepontum, perfecta veri certaminis corona redimitus fuit in ciuitate Cyzico.

Post aliquot autem dies cum venisset ex Epheso veneranda & pia Myrope, propter imminuentem Christianorum persecutionem, & accepisset de sancto martyre Isidoro, querebat locum, in quo proiectæ fuerant venerandæ & sanctæ eius reliquiæ. Quem cum cogn-

cognouisset, noctu ad locum accedens, & manus suas orando ad cælum extendens, fuit voti sui compos: & cum inuenisset venerandum & sanctum corpus martyris, custoditum ab angelis, & resplendens instar luminis, cum magno gaudio & letitia apprehendens reliquias, eas vnxit vnguento: & cum eas findone munda inuoluisset generosa & præclara hæc mulier, cum suis ancillis eas exportauit, & tulit in domum suam, Deum laudans & glorificans.

Post gloriosam verò & preciosam dormitionem sancti martyris Christi Isidori, & inimicissimam interemptionem tyranni Decij, & transitum persecutionis aduersus Christianos, magno desiderio fauciati Chijciues, in honorem & memoriā huius martyris, venerandas & preciosas ædes excitauerunt in eius nomine, & in ijs deposuerunt sancti Isidori eius sanctas & venerandas reliquias. Sed diuinæ quoque memoriæ Marcianus, qui fuit sanctus & beatus Oeconomus & presbyter, qui venerandum templum sanctæ Irenes & sanctæ Anastasiæ, in hac regia ciuitate diuinè excitauit, cum in posterioribus temporibus in somnis responsum accepisset à sancto martyre, (ab eo enim visus fuit sanctus martyr, præcipiens ei, vt excitaret templum in suo nomine) & à somno excitatus sanctus Marcianus, diuina fuit captus cogitatione: & extruxit venerandam ædem, in nomine & ad gloriā sancti & gloriosi martyris Christi Isidori, prope sanctam Irenem, quæ spectat ad mare, quam etiam simul dedit ipsi ædi sanctæ Irenes. Deposuit enim sanctus & magnus vir Marcianus, in veneranda & sancta eius capsa, partem quandam sanctarum eius reliquiarum, cum aromatibus & vnguento sanctificato. Quamobrem ab eo tempore per multa miracula ostendit propriam virtutem & in eo loco presentiam, dans vnicuique diuina gratia ea, quæ sunt ei conducibilia. Quamobrem & fugauit spiritus immundos, & multos liberauit ab infirmitate & à malis incurabilibus: & eos, qui in mari nauigabant, à tempestate & periculo conseruauit illæsos & non passos naufragium. Propter hæc ergo & multa alia, gloriam emittimus, honorem & adorationem Deo, qui per martyrem largitur omnibus curationes & miracula ad peccatorum redemptionem, ad purificationem animarum, & ad salutem corporum: Gratia & clementia Domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia nunc & in secula seculorum, Amen.

MARTYRIUM SANCTÆ ET GLORIOSÆ  
MARTYRIS CHRISTI AGATHÆ,  
Authore Simeone Metaphraste.



Imperante illo tempore Decio, iniquo Cesare, Quintiano autem præside in insula Sicilia, Italorum prouinciæ, exijt ab eis iniquum & iniustum edictum, vt omnes Christiani, qui colebāt veram & piā religionem, morti acerba traderentur. Sancta ergo magnique & excelsi animi Agatha, quæ nata quidem erat ex ciuitate Panormitana: erat autem insigni & claro genere orta, cum audiuisset hoc impium sermone iactatum esse decretum, ilicò patria, genere, gloria & vniuersa, quæ est ad tempus, specie ac visione atque adedò ipsa quoque vira contempta, armata fuit ad certamina pro Christo suscipienda.

Quintianus autem Præses cum audiuisset de sancta & generosa Christi athleta Agatha, quòd formæ pulchritudine superaret omnes sui temporis adolescentulas, querebat quoniam modo Dei virginem Agatham comprehenderet & ad se attraheret. Non cessabat itaque quotidie improbam suam agitare cogitationem, donèc ei liceret cœstrum suæ libidinis ad effectum deducere. Quare venerandam & insignem Dei ancillam Agatham eo pretextu, quòd esset Christiana, iubet comprehendi & ad se adduci. Erat autem beata Agatha vita & oratione ornata, & insigni pulchritudine, quæ poterat eximia specie eos, qui ipsam videbant, subijcere. Quintianus verò Præses cum esset vafer & malitiosus, captus amore virginis, oculum suum perturbabat. Similiter autem eius quoque pecunias concupiscens, non cessabat assidue cogitare, quomodo eam apprehenderet. His ergo modis, quos diximus, furore percitus Quintianus, iussit sanctam Agatham comprehedi à militibus. Milites autem Catana egressi, cum sanctam inuenissent Agatham, dicunt

Templum  
S. Isidori.

Item aliud.

Multa eius  
miracula  
Post mortē.

FEBRUAR. 5.

Patria S.  
Agathæ.

Preparat se  
ad certamina.

Comprehē-  
sa ducitur  
ad Præsidiū.

D d d d

dicunt ei: Exijt aduersus te decretum à Cefare & Præfide, quoniam dijs non facrificas, qui honorantur ab Imperatore, neque eos colis ritu patrio. Nunc ergo faltem pollicere te dijs esse facrificaturam, vt cum omni honore & gloria te adducamus ad præfidem Quintianum. Sancta autem Agatha fuperno auxilio & fide circūdata, aduersus tyrannum præclare armabatur. Licetoribus verò deftinantibus eam fistere tyranno, ingreffa in domum suam, cum manus in cælum extēdiffer, dixit: Domine Iesu Chrifte, tu solus scis affectionem mei cordis. Tu scis animi mei alacritatem & promptum studium, & meam in te fidem & benevolentiam. Tu sis mihi dux aduersus tyrannum. Iam enim, ô Domine, morte est à me affectus & conculcatus. Et nunc oro te Domine, nè gloriatur hic vir exitiosus & malitiosus, quod polluerit meum corpus, in quo vixi hucusquē honestam & gloriosam vitam: sed festina & vince diabolus & eius ministrum Præsidem, nè dicat, Vbi est Deus eius? tanquā sacrificium & oblationem meas accipiens lachrymas, in odore suauitatis: Quoniam tu es Deus solus, & te decet gloria in secula, Amen.

Et cum ipsa hæc esset precata, egressa est à ciuitate Panormitana, tanquā murus infractus & vallo circumdatus, promptoque & alacri animo iuit cum licetoribus: mente autem apud se cogitans pulchritudinem virtutis, hæc dicebat: Primū quidē, per gratiam Christi decertavi, vt conseruarem corporis castitatem, malumque & mali auctorem diabolus, qui in genere hominum feminavit voluptates, vici & conculcavit. Deinde etiam animam meam posui pro Christo, & spero, quod eum perpetuò pudore afficiam & perdam. Sed ô male diabole & inimice veritatis, non vides meum stadium: quod cum sit immortale, exultant iusti simul & angeli: huius verò spectatorem immortalem, Dominum meum Iesum Christum filium Dei, qui stipatur innumerabilibus ordinibus angelorum: Et hæc apud se dicens, flebat. Ea autem proficiente cum militibus, soluta est corrigia huius calceamenti: & cum posuisset pedem suum supra lapidem, id ligauit. Deinde retrò conuersa, cum neminem vidisset eam sequentem ex ciuibus, qui eam deducebant, sed omnes eam reliquisset & recessisset, magno dolore affecta, orauit Dominū, dicens: Domine omnipotens, propter meos ciues, qui non crediderūt ancillæ tuæ, quæ est decertatura pro sancto tuo nomine, & me nō sunt perfecte secuti, ostende magnum miraculum hoc loco, & statim exorta est olea infertilis, quæ publica notabat ignominiam mentes Panormitanorum.

Ea autē ingreffa Catanam, iussit Præfes eam tradi cuidam matronæ, nomine Aphrodisiæ, quæ habebat quinque iuuenes filias: vt eam inducerent morū & verborum blanditijs, & mentem eius mutarent, vt persuasa dijs facrificaret, & coeperunt, aliquādo quidem eam laudando & honorando, incitare, magna ei pollicentes: aliquando verò minas intentantes, sperantes his cōscis attrahere sanctam Agatham ad cultum simulacrorum. Cum autem his fallacibus rationibus, eius sortem & constantem mentem conarentur ei auferre, eis respondens sancta martyr Agatha, dicebat: Notum sit vobis, quod mens mea & cogitatio est fundata supra petram, quæ nunquā potest separari à Christi charitate: vestra verò verba ventis similia distantur: sermones vestri sunt pluuia: minæ vestræ sunt fluuij: & licet cum ijs in meam domum irrueritis, eam nequaquam labefactū est enim fundata supra petram, quæ est Christus filius Dei viui. Dum ipsa autem hæc diceret, non intermittebat suum pectus irrigare lachrymarum inundatione. Nam quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita etiam desiderauit eius anima venire ad stadium decertationis, omne genus tormentorum prompto & alacri animo desiderans & studens ferre pro fide in Christum.

Aphrodisia ergo videns immobilem & inuictam sanctæ Agathæ mentem, ad Quintianum accedens, dixit ei: Est facilius lapides molles & teneros facere, aut ferrum in plumbum conuertere, quā mentem huius puellæ à Christi amore traducere. Ego enim & filia meæ noctū & diū nihil aliud fecimus: aliquando quidem monentes, aliquando autem etiam minas intentantes. Ego quidem ei obtuli margaritas, mundumque & vestem preciosam, aurumque, & argentum, domosque, & suburbia & mancipia: ea verò hæc omnia nō pluris facit, quā terram, quā calcat pedibus. Tunc iratus Quintianus, iussit eam duci in secretum, & sedens in tribunali, dicit ei: Cuius es generis? Respondit sancta Agatha: Nō solum sum ex nobili & illustri genere, sed sunt etiam mihi cognati insignes diuitijs. Dixit Quintianus: Si es genere nobilis & illustris, cur moribus ancillæ personam suscipis? Sancta dixit Agatha: Rectè dixisti. Nam quoniam sum Christi ancilla, propterea me

Christo precos offert.

Alacriter proficiscitur ad supplicia ferenda.

Sterilis olea repente oritur.

Constantis animus S. Agathæ.

me ostendo esse seruam. Quintianus dixit: Verè es libera. Quomodo ergo te affirmas esse seruam? Dixit sancta Agatha: Nostra nobilitas & gloria est in eo, quod Christi annunciatu servitus. Dixit Quintianus: Quid ergo, nos non habemus libertatem, qui Christi seruitutem despuimus? Dixit sancta Agatha: Ad tantam deuenistis seruitutem & captiuitatem, vt vos non solum serui peccati efficiamini, sed etiam cultores abominandorum & nullo sensu præditorum simulacrorum: honorem, qui Deo conuenit, tribuentes lignis & lapidibus. Dixit Quintianus: Si quid insanè blasphemabis, de te poterunt sumi poenæ. Sed priusquā in mea tormenta incidas, dic quam de causa recusas deos colere. Dixit sancta Agatha: Nè dicas deos, sed demones: quorum faciem in æs conuertitis, quorum marmoreos & è gypso effictos vultus inauratis. Dixit Quintianus: Elige tibi bonam mentem, & persuasa facrificica. Sin minus, diuersa tormenta subibis cum damnatis: & cum ignominia affeceris dignitatem tuam cognitionis, tandem persuasa facrificabis dijs omnipotentibus. Dixit sancta Agatha: Sit sicut Venus dea tua, vxor tua: & sis tu, sicut Iupiter deus tuus.

Hæc cum audisset Quintianus, iussit ei impingi colaphum, dicens: Nè ore arroganti Præsidem afficias contumelia. Sancta dixit Agatha: Quos dixisti deos tuos, non vis referri in eorum numerum? Dixit Quintianus: Hoc planum est, te plurimorum tormentorum teneri cupiditate, cum per tuas contumelias, vt ad ea descendam, me horteris. Dixit Agatha: Miror te cum sis homo prudens, ad tantam venisse insipientiam, vt nolis euadere dijs tuis similis, & esse particeps eorum vitæ. Si sunt ergo dii tui & eos colis, ecce tibi benè sum precata: quomodo ergo dicis, te fuisse à me affectum contumelia, quæ optauit, vt tua vita esset sicut vita illorum? Sin autē illum abijcis hereditatem, ipsos mecum vocabis execrandos. Dixit Quintianus: Superba verba loqueris. Aut dijs facrificica, aut varia tormenta expecta. Dixit Agatha: Etiam si in me feras immittas, cum Christi nomen audierint, mansuescent. Sin autem ignem inferas, angeli mihi è cælis rorem suppedibunt. Quod si plagas & flagella, habeo spiritum veritatis, qui me liberabit ex tuis manibus. Tunc Quintianus caput mouens, iussit eam duci in tenebrosam custodiam, dicens: Apud te considerans, ô Agatha, ducere poenitentia, vt effugere possis mea tormenta. Dicit ei sancta: Tu ipse ducere poenitentia, vt possis effugere æternū supplicium. Tunc iratus Quintianus, iussit eam trahi vsque ad custodiā. Sancta verò Agatha cum plurima letitia ingreffa est in custodiam, tanquā ad gaudium & exultationem, certamen suum Domino commendans cum precibus.

Sequenti autem die impius Quintianus iussit eam sisti tribunali, dicens ei: Considera sine de tua salute? Sancta dixit Agatha: Salus mea est Christus. Dixit Quintianus: Quousque ô misera miseram producis cogitationem? Nega Christum, & incipe deos colere, nè vita & ætate priuata, immaturam mortem subeas. Dixit Agatha: Tu nega deos tuos, qui sunt lapides & ligna: & accede ad verum Deum, qui te fecit, nè in æterna incidas tormenta, & quæ nunquā cessant supplicia. Tunc iratus Quintianus, iussit eam suspensam verberari, & dicebat ei: Agatha, corrige tuam cogitationem, vt vita tibi concedatur. Dixit Agatha: Tormenta tua gaudij thesaurus mihi recondunt, & exulto, vt qui bonum audit nuncium, & qui videt eum, quem desiderabat, & vt qui inuenit multos thesauros: Ità ego quoque delector ijs, quæ sunt ad tempus, tormentis, quæ minaris tibi intentaturum.

Fieri enim non potest, vt frumentum tutò in horreo conseruetur, priusquā fuerit nudatum palca. Similiter etiam anima mea non potest venire intra paradysum, priusquam corpus meum varijs tormentis affectum fuerit à tuis ministris. Iratus itaque Quintianus, iussit eius mamillam torqueri, & deinde eam amputari. Dixit autem sancta Agatha: Impie & crudelis tyranne, non erubisti hæc facere foeminae, & mamillam, quam in matre tua suxisti, amputare? Sed tamē etiam si externam mamillam abscidisti, habeo aliam in anima mea, quam non poteris excindere. est enim oblata Christo Deo meo à tenera ætate. Iratus autem rursus Quintianus, iussit eam abduci in carcerem, iubens nulli ex medicis permitti ad eam ingredi, & nec panem ei dari, nec aquam.

Ea autem ingreffa custodiam, circa mediam noctem in senis similitudine apparuit ei S. Petrus ap. Apostolus Petrus, quem præcedebat puer ferens lampadem in manibus, plurima habens medicamenta, & se dicens esse medicum, & talibus verbis eam alloquens: Impius quidem Tyrannus flagellis in te vsus, nihil profecit: tua autem fortitudine & constantia cum

Egregia sanctæ virginis sententia.

Colaphus ei infringitur.

Eius animi constantia.

Ita læta in carcerem.

Verberatur.

Sapientissima martyris vox.

Mamilla eius amputatur.

S. Petrus ap. paret ei.



Sancti in Dei lumine sciunt, quæ circa nos aguntur.

magis tabefecisti. Quamobrem mamillam tuam non solum iussit torqueri, sed etiam fecit abscindi. Quare anima eius afficietur dolore in æternum. Cum autem adesset illa hora, in qua hæc passa es, & animaduertens vidissem fieri posse, vt tua mamilla sanaretur, ea de causa huc veni. Dicit ei sancta Agatha: Meo corpori nullam vnquam adhibui medicinam: & nunc turpe esse existimo, morem boni, qui ab ineunte ætate est confirmatus, interire. Senex verò respondens, dicit ei: Ego quoque sum Christianus, & confidēs te posse à me curari, ea de causa veni ad te. Sed nē me reueraris. Sancta autem respondēs, dixit ei: Et quomodo fieri potest, cum tu sis senex & longæuus: ego autem sim puella, vt ostendam tibi corpus perditum tormentis? Sed sinā potius hæc vulnera mentem meam pungerē, quàm, quod mihi probro futurum esset, impudenter mea aperiam vlcera. Quamobrem ago tibi gratias, venerande pater, quod sis dignatus ad me venire propter hanc corporis curationem. Scias verò, quod medicamēta ab hominibus composita, corpori meo nunquam admouebuntur. Respondens autem senex, dicit ei: Cur non sinis me te curare? Dicit ei sancta: Quoniam habeo Dominum meum Iesum Christum, qui solo nutu curat omnia, & verbo suo facit prostratos surgere. Ipse, si velit, potest me quoque conseruare, quæ sum indigna eius ancilla. Tunc senex subridens, dixit ei: Ipse quoque me misit ad te, & ego sum eius Apostolus. Vide autē te ipsam, quemadmodum sis curata. Hæc verò cum dixisset, euauit ab eius oculis.

Curantur eius vulnera diuinitus.

Non vult fugere, licet aperto carcere.

Nonis afficit poenis.

Terræ motus horrensus.

Deponit populus reliquias sanctæ martyris cum omni reuerentia & honore.

Tunc precās, dixit sancta Agatha: Ago tibi gratias Domine mi Iesu Christe, quod sis mei recordatus, & ad me miseris tuum Apostolum, qui me corroborauit, & renouauit membra mea. Dum ipsa autem implēset preces, adspiciens suum corpus inuenit curata sua vulnera: & mamillam sanam redditam sicut prius. Tota verò nocte lux circumdedit custodiam, adeo vt præ illuminatione custodes fugerint, & apertum carcerem reliquerint. Qui autem illic erant condemnati, cum vidissent quod factum fuerat, dicunt sanctæ Agathæ: Ecce portæ sunt apertæ, & nemo est qui eas custodiat: egredere & fuge. Respondēs autem sancta, dixit eis: Absit, vt ego priuer corona meorum certaminum, & custodes carceris conijciam in periculum. Habens enim adiutorem Dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei viui, ad finem vsque permanebo in eius confessione, qui me curauit & est consolatus. Post quartum verò diem inbet Quintianus eam duci in iudicium, & dicit ei: Quousque pergis aduersari edictis Imperatorum? Aut dijs sacrificia, aut te grauioribus puniam supplicijs. Dicit ei sancta: Omnia verba tua sunt vana: edicta autem tua & Imperatorum tuorum sunt iniqua, quæ quidē ipsum quoque aërem polluant. Quamobrem dic mihi, o miser & nullo sensu prædite: Quis vult ad auxilium inuocare lapides & ligna, quibus nullus adest sensus? Non vides, quod pro mamilla mea à te abscissa, aliam mihi fecit exoriri Dominus meus Iesus Christus? Furore autem percitus Quintianus, dixit ei: Quis te curauit? Dicit ei sancta: Iesus Christus filius Dei viui. Dicit ei Quintianus: Rursus tu Christum nominas, quem ego nec volo quidem audire? Dixit sancta: Non cessabo cum inuocare labris meis, & corde glorificare. Dixit Quintianus: Ego iam cognoscam, an te seruet Christus tuus, & iussit sterni testas acutas, carbones verò ignis iniici, & eam proijci in carbones. Cum hoc autem factum esset, eo in loco fuit repente terræ motus, & pars eius repente humi cadens, cōprehendit socium Præsidis nomine Vulteiū, & amicum eius nomine Theophilum, quorum consilio faciebat hæc iniusta. Non hoc autem solum, sed etiam vniuersa Catanæ ciuitas à terræ motu valdè fuit agitata, adeo vt omnes ciues concurrerint in Prætorium, & Præsidentem valdè conturbauerint.

Tunc Quintianus primū quidem timens terræ motum, secundò autem conturbatus populi insurrectione, iussit sanctam Agatham abduci in carcerem. Ingressa verò custodiam, extensis in cælum manibus, dixit: Ago tibi gratias Domine, quod me dignam censueris, quæ decertarem pro sancto tuo nomine, ablato à me presentis vitæ desiderio, & similiter meo corpori donata tolerantia. Tu ergò Domine, exaudi mein hac hora, & dignare ancillam tuam relinquere hunc mundum, & peruenire ad diuitem & magnam misericordiam. Peractis autem precibus, protinus tradidit Domino spiritum: adeo vt populus cum audisset, venerit cum omni studio, & reliquias sanctæ martyris cum omni reuerentia & honore deposuerit. Quidam verò adolescens, habens secum pueros numero centum pulcherrimè vestitos, & qui erat similiter ignotus ijs, qui habitabant ciuitatem Catanensium, cum venisset in locum, in quo situm erat sanctum eius corpus, tabu-

tabulam quam apportauerat marmoream, capsâ imposuit, sic inscribens: Mens sancta, honor in Deum voluntarius, & patriæ redemptio. Quam cum tutò intus deposuisset ad caput sanctæ, recessit, & non amplius apparuit in ciuitate, adeo vt nonnulli suspicarentur eum esse angelum Dei.

Cum autem audisset Quintianus hinc excessisse martyrem, ad inuadenda eius bona contendebat. Accepta verò secum vniuersa cohorte, properabat ire Panormum. Cum iter autem iniisset, iusto Dei iudicio accidit, vt ipse periret in quodam fluuio, sito prope ciuitatem Catanam, nomine Psemitho. Nam cum ipse vellet eum trāsmittere, ingressus est pōtonem cum equis suis. Duo autem equi in eum fecere impetum: Et vnus quidem irruens in eius faciem, eam deleuit: alter verò non cessauit calcibus eum impetere, donèc eum iecit in fluuium Psemithum. Et cum multi quæsiissent eius corpus, non fuit inuentum vsque in hodiernum diem.

Quintianus perit in fluuio.

His autem sic peractis, creuit cultus & honor sanctæ martyris Agathæ, nec ausus est quispiam vexare eius genus. Quo autem in loco apparuit immutabilis ille angelus, qui tabulam imposuit in capsâ martyris, impleto anno eius cōsummationis, mons Aetna ignem eructauit, & tanquam fluuius valdè mugiens, sic descēdit, lapides dissoluens tanquam ceram è vertice montis, combusturus & perditurus vniuersam ciuitatem Catanensium. Qui verò circa montem habitabāt, & si essent gentiles, ignem fugientes, properarunt ad templum virginis, & auferentes amicum, qui erat arcæ impositus, ex aduerso ignis eum posuerunt. Dei autem prouidentia ignis ille protinus est repressus. Factum est verò miraculum quinto Februarij, in quo etiam decertauit. In quo etiam festum quoque celebrantes, glorificamus Dominum nostrum Iesum Christum Deum, vt nos quoque sanctis eius intercessionibus, accipiamus remissionem peccatorum, & magnam misericordiam nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Amicus sanctæ virginis profugit ignem. Festū eius.

VITA S. CONFESSORIS CHRISTI BERTVLPHI, IVSSV FOLCARDI ABBATIS CONSCRIPTA, sed author nomen suum suppressit: fuit autem monachus Gandæuensis circa annum Christi 1073.

PROLOGVS.



Voniam quidem omnis, qui membra cuiuscunque honorat, totum hoc, cuius membra sunt, honorat: membra verò Christi omnes sunt sancti: ergo & qui sanctos honorat, Christum laudare & honorare probantur. Non tamen Christus in Sanctis suis, neque Sancti in Christo laudari egent: sed qui eos hic laudant, egent vt laudent. Ecce inter reliqua membra Christi beatum Bertulphum, egregium corporis Christi membrum, in medium assumo: quem tanto minus laudare sufficio, quanto amplius & ingenio & vita fordesco. Sed quod minus sufficio, sancti huius supplebit intercessio: & qui dedit velle, dabit (credo) & posse. Cuius vitam, veteri olim stylo descriptam, vt nouo scribendi percurrerem studio, domini Abbatis nostri Folcardi obtinuit iussio: cui petenti fas nō erat quicquam negare, quia specialiter sanctū hunc adeo deuotione amplectitur, vt cum omnibus sanctis specialem hunc pro omnibus fidelibus defunctis habeat intercessorem, quem ad eorūdem fidelium defunctorum memoriam, & corpore & intercessione fecit esse presentem. Sed hoc solum miror, quod humiliter à me ignauo exigere voluit, quod ipse sancto viro efficaciter exhibere valuit: præsertim cum sim incircuncisus corde & labijs, ille autem disciplinis non mediocriter instructus Ecclesiasticis. Cuius præclara ad sanctum deuotio, quia humilitate ornabatur, quod deuotè humilis sancto viro exhibere valuit, humiliter deuotus ab alio, licet sciolo, petere non horruit. Quid ergo? Iubenti autoritate, & petenti humilitate, non quantum debeo, sed quantum habeo, patti præsto, salua virorū illustrium maiestate, qui ad hoc opus ingenio & doctrina longè me præcellunt. Sed si quid mēs nostra distando, vel manus scribendo errauerint, eius erit & apud sanctissimum Bertulphum

Iussu Abbatis sui scripta. Hæc vita quidam doctus monachus.

excusare, qui me non timuit ad hoc scribendi studium applicare. Et notandum, ex multis pauca sancti viri gesta me esse scripturum: quia temporum vetustas plura obliuioni, pauca memoria dedit. Sed fidei pauca multum sufficiunt: infideli autem nec multa parum satisfaciunt. Prudens igitur lector materiam magis penset, quam stylum: rationem magis, quam scriptorem: quia vinum, plumbi fistula haustum, sepe placet: bonique nunciij baiulus non quis, sed quid afferat, inquiritur.

*De natiuitate beati viri Bertulphi confessoris. Cap. 1.*

FEBRUAR. 5.  
S. Bertulphi  
patria.

Parentes  
ethnici.

**C**um sub glorioso rege Sigeberto Ecclesia Christi pacem simul & gloriam meruit, beatissimus confessor Bertulphus ortum natiuitatis patria Alemannia habuit: parentibus quidem honeste mediocribus, sed gentilibus. Neque enim ad huc Alemanniam fides Christi respexerat, quanquam in ea hic futurus Ecclesie filius, carnis tunc progenitores habuerit: Cuius vterque parens, pagani ritibus horrens, sicut spina rosam, sanctum sic edidit istum. Neque parum gloriae huic sancto viro fore dixerim, quod similem cum sanctissimo illo Martino ortum sortitus fuerit. Sic enim ille, sic iste, gentilibus parentibus processit: ille quidem Pannoniae, hic finibus Alemanniae.

*Quod ob adipiscendam sacri baptismatis gratiam, parentes reliquerit & patriam.*

*Cap. 2.*

Etiā in  
ter ethnicos  
necdum ba-  
ptizatus vt  
se gesserit.

Gen. 12.

**C**umque adolescentiae ingressus iter, primaeque aetatis excederet annos, naturali tantum lege edoctus, in via mandatorum Domini coepit ire, & inter eos qui nil norunt, nisi barbarum fremere, dextrum iustitiae iter conatus est arripere. Sed quia non facile habuit, quod conatus est, (inter iniquos enim arduum, immo difficile fuit aequitatis iura tenere, praesertim cum ad fidem Christi indigenas illos nec ratio, nec persuasio posset allicere) maluit patria parentibusque desinitui, quam confortio prauorum sordibusque gentiliū pollui. Exiuit ergo hic nouus Abraham de terra & cognatione sua, & venit in terram & cognationem non suam. Nam arrepto itinere versus Occidentem, tandem in partes Galliarum deuenit, eoque, ubi Taruancensium fines Oceanus terminat, mansionem accepit.

*De Vuamberto principe eiusque coniuge, eorumque laudabili erga Deum deuotione.*

*Cap. 3.*

Vuambertus  
comes pius.

**E**rat tunc temporis in praefata regione quidam Vuambertus non infimus Comitum, cui cum diuitijs par erat meritum. Huic par conditionis coniunx adhaesit, cuius ingenuitatem religio sancta & immaculata adornauit, nomine Homburga. Vtrisque ergo illorum cum ingenuitate sancta religio, & cum religione irreprehensibilis erat operum exhibitio. Nec defuere in argumentum religionis eorum plura virtutum opera, inter quae illud praecclare emicuit, multarum per eos constructio ecclesiarum. Nam ex facultatibus proprijs in proprijs iuris praedio constructere coenobium, operosa manu elaboratum, non minus a magnis coenobijs pollens, quod honori & nomini Dionysij martyris titulari fecerunt. Adiecerunt etiam tres alias ecclesias, easque non parua deuotione sanctis dedicauerunt, vnam principi Apostolorum, aliam beatissimo Martino, tertiam sancto Vedasto. Quas, vt dictum est, tam ex sumptibus proprijs, quam in proprijs iuris praedio, nuncupato Rentica, constructas venerantur omnes & colunt, praecipue qui Eunenonem fluiuium bibunt, cuius ripae praedicta possessio contigua adiacet.

*Vt vir Dei Bertulphus baptizatus, & ecclesiae clero sit assignatus. Cap. 4.*

Psal. 118.

Bertulphus  
baptizatur.  
Eph. 2.

**I**n hac nanque, quam dixi, regione adeo fides Christi concordabat cum religione, vt facile esset eis, qui quaerunt Christum, illic eum inuenire. Quod cum beatus Bertulphus peruenisset, eundem peregrinationis suae locum patriam credidit: quia ibi fidem Christi, qua nil vnquam iucundius habuit, inuenit, & secundum illud Psalmistae, cantabiles illi erant iustificationes Domini in loco peregrinationis suae. Et vt choris fidelium posset adiungi, humiliter se petijt sacramento baptismatis insigniri. Consecutusque baptismatis sacramentum, spiritus sancti factus est templum, & inter illos patriae indigenas coepit iam esse non hospes & aduena, sed ciuis sanctorum & domesticus Dei. Nec satis fuit iam iurato in Christi sacramenta tyroni baptismatis gratiam susce-

suscepisse, sed vt clericatus signaculo arctius iungeretur Ecclesiae, & votis optauit, & precibus exorauit: quodque deuote expetijt, efficaciter impetrauit. Sicque fidelium choris admixtus, ibat de virtute in virtutem, visurus Deum deorum in Sion.

*Quod apud praefatum principem eiusque coniugem charus habitus, ipsorumque familiaritio & amicitia sit usus. Cap. 5.*

**C**umque fama viri clarissimi Vuamberti coniugisque eius percreuisset, & vt facile viris clarissimis est, suarum odore virtutum complures attraxisset, cor huius famuli Dei spiritus sanctus praueuiens tetigit, & in amorem tanti viri coniugisque eius penetrabiliter accendit. Nec desiderio se passus est fraudari suo, donec se eorum praesentiae obtulit, non modice exultans, quod tandem post longum peregrinationis sudorem, vnus veri Dei cultores reperisset, quos reperisse, tam charum, quam rarum habebat. Vnde etiam ab eis sicut sine detrimento suo separari se non posse putabat, ita ipsis inseparabiliter adherere suum lucrum sciebat: Lucrum dico suum, quod ex spiritalibus magis, quam ex temporalibus diuitijs conflare voluit. Horum itaque non erubuit se subdere dominio, quos Christi cernebat inherere seruitio, eratque subditus illis, seruiens vt antiquus ille Ioseph absque omni dolo.

Venit in  
amicitiam  
Vuamberti  
Comitis.

Gen. 39.

*Vt praedicto principe vniuersae domui suae praepositus fuerit. Cap. 6.*

**N**ec latuit illustrissimum patremfamilias Vuambertum coniugemque eius tanti viri probitas, & assidua circa rem suam familiarem sagacitas. Vnde vt intus forisque domus eorum tota custodiae illius cederet, communi consilio decreuere. Securus enim erat vterque rerum suarum sub custodia tam fidelis economi: ideoque commissis ei omnibus, quae sui iuris erant, secundo ipsum a se gradu in omni domo sua praeficiebant. Adeptus denique fidelis dispensator & prudens totius rei familiaris curam, non credita sibi domini sui minueretur, sed incrementis in dies augeretur substantia, sagaci laborabat industria. Cuius labori & voluntati pietas diuina fauens, id praestitit, vt ad nutum fidelis economi res familiaris passim augeretur. Vnde factum est, vt Dominicis se dignum efficeret promissis, quibus remuneranda est serui fidelis diligentia & probitas: Eugē, inquit, serue bone & fidelis, quia super pauca fuisi fidelis, supra multa te constituam. Quae promissio dum viro Dei tam moraliter quam spiritaliter congrueret, & hic temporalem, & in futura vita sempiternam meruit remunerationem.

Præficatur  
administrati-  
oni am-  
plissima.

Matth. 25.

*Vt benignitate in pauperes creditam sibi substantiam mirè auxerit.*

*Cap. 7.*

**N**am vt temporali domino suo cum terrenis commodis obtineret etiam caelestia, pietatis in pauperes Christi effecit instantia. Insistebat enim clam elemosynis clandestinis, Deum votis & precibus interpellans assiduus, vt hac liberalissima in domesticos fidei compassione rem domino suo duplicaret & gratiam. Quod & factum est. Nauiter ille dabat, sed res data non deficiebat: opes dum erogantur, augmentantur: tantoque amplius incrementum sumptere, quanto eas manus tribuentis in pauperes benignius disperdit. Quo in facto non solum sibi, sed & temporali domino suo hic famulus fidelis consuluit: vt videlicet his perituris permanferas in secula diuitias compensaret, easque largè erogando, largius augmentaret. Proinde non ad oculos seruiens, ad nutum dominorum suorum omni subiectione pendebat, quibus subijci egregium atque insigne habebat: dilectioni eorum timorem, timori dilectionem coniungens, idque secundum primi pastoris sententiam, dicentis: Serui, subditi estote in omni timore dominis. Sicque res eo processit, vt fidelis famuli obsequium fidei aequè domino magnum praerogaret beneficium, opibus non solum domi forisque multiplicatis, sed & in caelo, ubi fures non effodiunt, neque tinea demolitur, repositis.

Dat multa  
pauperibus,  
& opes Co-  
mitis cre-  
sunt.

1. Pat. 2.

Matth. 6.

*Vt apud principem ab inuidis accusatus, à Deo signis mirificatus sit.*

*Cap. 8.*

Dddd 4

Pro

Patitur  
æmulos &  
obrecta-  
tores.

**P**RO his operibus iustitiæ aduersus militem Christi bella non defuere. Nam hostis humani generis per quosdam satellites nequitię suę euomuit in sanctum Dei virus inuidiæ suę, vt fortè per hæc vasa suę iniquitatis compefceret famulum Dei à solito opere probitatis. Et inuidiæ stimulis quosdam male uolos ad eò accendit, vt illustrem virum Vuambertum adirent, famulumque Dei fidelissimum Bertulphum fraudis & criminis hisce verbis insimularent: Considera, inquit, prudentissime virorum, quæ tui iuris sunt: considera, quàm prodigè per aduenam illum depereunt: animaduerte etiam, quid cui commiseris, quanta habueris, quanta amiseris: His derogantium verbis venerabilis vir Vuambertus aures tantùm, non fidem, accommodabat. fidelem enim dominum de fideli famulo quicquam sinistrum suspicari non decebat: præsertim cum multis experimentis didicerit, quòd fidelissimus idem ipse, qui accusabatur, fuisset semper. Sed cum sæpiùs illi principi detractionis verba replicarentur, eò res perducta est, vt loquentibus pro seruo Christi miraculis, omnis iniquitas accusantium oppilaret os suum. Quod qualiter acciderit, ad describendum stylum vertere non pigebit.

*Vt pro inuidorum detractiõne compescenda, natura vini & panis caseiq; secundum Dei sententiam sit mutata. Cap. 9.*

Clàm ferēs  
panem &  
vinum pau-  
peribus, ac-  
cusatur ab  
æmulis.

**N**AM quadam die cum sol flammiuomus Ponti remearet ad vmbas, contigit famulum Dei Bertulphum præ foribus temporalis domini sui in veste, qua circumamiciebatur, panem cum caseo, & in vase, figuli opere composito, vinum gestare, vt clàm elemosynis clādestinis pauperibus gratificaretur. Quo viso, inuidi quasi opportunam accusationis nacli occasionem, virum illustrem Vuambertum, qui tum fortè præ foribus stabat, aduēt, & accusationis in virum Dei quasi quædam argumenta hisce verbis prætendunt: Saltem, inquit, nunc illustrissime virorum oculata fide experiri licet, quòd plus veri minusque falsi noster sermo de hoc aduena ad te pertulerit, cuius dispensatio prodiga est, non larga, & in detrimento rei familiaris minus sollicita. Eccè enim in argumentum verbi, quod tibi diximus, ipsum nunc res tuas non sine fraude gestantem ostendimus. At ille, sicut simplices facillè suaderi solent, benigno, vt erat animo, accito ad se fideli simpliciq; Bertulpho, Quid, inquit, tuo gestas in gremio? At ille nè de beneficijs in miseros collatis velut fraudis notaretur, in vase, inquit, hoc fictili aquam habeo, quam assulis veste hac adstrictis eo calefactum. Cui suus sic responsum reddidit heros: Verbis quidem tuis fidem accommodo: sed quia te in domo mea inter primos primū vilissimas gestare res admiror, id quod verbis asseris, oculis experiri volo. Quæ igitur clàm gessit, palàm vidētibus exposuit, & secundum viri Dei sententiam, oculis vidētium ea quæ dixerat, apparere. Sicq; naturarum mirabiliter mutata, & virum Dei ostendit verum dixisse, & de eodem æmulos ipsius falsa asseruisse. Vnde vir illustris Vuambertus eum in omni domo sua fidelissimū, illos verò mendaces esse certioribus iam didicit argumentis.

Iterum spes  
cies mutat-  
tur.

*De felici prædictorum peregrinatione, & humilima viri Dei seruitute. Cap. 10.*

Suscipiunt  
peregrina-  
tionem ad  
urbem Ro-  
mam tanti  
principes.

**S**AEPE memoratus deindè paterfamiliās, coniunxque eius venerabilis, dum de virtute in virtutem proficerent, exemploque fidelis famuli in dies crescerent, subeundæ etiam peregrinationis desiderio accenduntur. Et primùm urbem maximam, Apostolicis nobilem pignoribus, Romam visere animo concipiunt, opereque efficaciter perficiunt. Porro de fideli famulo Bertulpho vsque ad eò benè confidunt, vt nihil intus forisque suarum rerum relinquerent, quod non illius fidei atque prudentiæ permitteretur. Nec facile dictu est, quàm fideliter, quàm prudenter rebus domi forisque sibi creditis præcauerit. Sicque iter, quod Romam tendit, arripiunt, demumque ad limina apostolorum Petri & Pauli peruenerunt. Vbi corpus humi, mentem caelo dedere, inter lachrymas ac oscula, anhela trahunt suspiria: & apertis thesauris suis, sacrosancta loca non modicis honorant obsequijs, & ditant donarijs. Qui Apostolica benedictione insigniti, expletisq; pro quibus aduenerant, ad propria iam læti reditum maturant.

*Vt sub*

*Vt sub intempeste noctis silentio, vt domini sui pareret imperio, nec noctis horrorem, nec tempestatis refugerit incommodum. Cap. 11.*

**C**VMque diuæ memoriæ Vuambertum, comitesq; suos labor itineris iam confecti fatigasset, nec quisquam inter eos sub intempesta nocte custos equis posset sufficere, eaque causa commilitones singulos sollicitudo non modica teneret: suo suggestere domino, vt se ad eò fatigatos, ab excubijs nocturnis relaxaret, equisque vigiles minus lassos adhiberet. Quorum sollicitudini Bertulphus, sanctissimæ charitatis filius, mox condescendit, eisque in aures viri illustris hæc verba respondit: Ad domini mei imperium vigil sub hac nocte præbebo obsequium, equosq; integro numero ad lucem vsque ducam in pascua, integro æquè numero manè eos reducturus. Quid multa? Promissis effectum dedit, animalia ad pascua eiecit, totamque sub diuo noctem peruigil transegit. Et eccè ab improviso apertis cataractis suis cælum pluuias dedit multo largiores, quàm quas humus absorbere posset. Prorsus cornipedes pluuijs hincindè madentes, Accipiunt tristem membris torpentibus imbrem: Dirigere metu, gelidus paup occupat artus. Sed miles Christi spe & fide animatus, nec loco quidem se patitur moueri: quia de supernis sperabat vmbraculum in securitatem & absconsonem à turbine & à pluuiâ. Nec spes fefellit sanctum: quia non sine miraculorum gloria, diuina est gratia protectus.

S. Bertulphi humilitas.

*Vt in tempestate, cælesti sit illustratus lumine, & de angelico ministerio in specie aquilæ ei exhibito. Cap. 12.*

**N**AM, vt diximus, sanctus vir, nec loco voluit cedere, cum commilitones eius, qui simul tunc in pascuis erant, non solum loco cessere, sed domum quanto-cyus, tempestate impulsus, remeârunt. Sed vir illustris Vuambertus, de fideli famulo sollicitus, dum sodales eius à pascuis reuertisse, ipsum verò deesse conspiceret, vnum ex officio ad eundem sub diuo adhuc manentem destinauit, & vt domum rediret, iterum iterumque monens imperauit. Cucurrit puer ad imperium domini sui, peruenitque in præsentiam commilitonis sui. Vbi erat cernere in glorificatione sancti gloriam Dei, & inauditum seculis prodigium. Nam ignea fax, coram ipso à summo cæli ad terras vsque pertingens, fulsit, tenebrasque hincindè fugauit, viroque Dei sedenti, atque in quodam libro ad legendum intento, lumen non modicum ministravit. Miræ etiam magnitudinis aquila caput ipsius obumbrando circunvolitabat, pluuiæque incommodum alis expansis ab eo fugabat. Sicque duplici miraculo duplex à sancto Dei incommodum, scilicet tenebrarum ac pluuiarum, repellebatur, dum hinc lumine facis ardentis tenebræ, hinc aquila circunvolitante imbrium ab eo tempestas arebatur. Nec immeritò. Quia enim cum duplex armauerat virtus, charitatis scilicet & obedientiæ, charitatis quidem, qua commilitones, itinere fatigatos, à labore laxabat labore suo: obedientiæ, qua & in aduersis domini sui paruit imperio: ideò & duplici miraculorum gloria, diuina ipsum glorificauit gratia. Neque dubium est, in illa luminis aquilæque ostensione angelorum adfuisse præsentiam, quorum ministerio tempestatis molestiam declinavit.

Cæleste lumen seruit viro Dei.

Aquila auerit ab eo pluuiâ.

*Vt viso luminis ac aquilæ miraculo, Vuambertus suo se famulo humiliter prostrauerit. Cap. 13.*

**P**Rædictus igitur puer familiaris, viso erga Dei famulum luminis ac aquilæ ministerio, maturato reditu, domino, quod viderat, retulit suo. Quibus auditis, nec mora nec requie retrahitur, donè ad locum vsque, vbi famulus Dei manebat, peruehitur: non solum nouitate miraculi, quod à puero suo audierat, sed etiam commiseratione in dilectum sibi Bertulphum illectus. Vbi autem miraculum, quod prius auribus acceperat, oculis etiam contemplatus est, tanto amplius stupet, quanto manifestius coram ipse intuitus est: moxq; remota potestate dominij sui, prosternitur pedibus famuli sui, sese reum nocturnæ ipsius afflictionis, & verbis & gemitibus fatetur. Indè preces replicat, veniam veluti reus orat: quia si cum ad excubias animalium sub noctem non misisset, nequaquam sub diuo imbrium fuisset inundatio ne vexatus. Nam satis hic, quicunque hæc legerit, admirabitur, humilem dominum ab humili

Vuambertus se Bertulphi ad pedes abijcit.

humili æquè famulo paulominùs minoratum, dum se dominum famulo prosternt, quem sanctitate se maiorem nouerat? An verò vel istius sanctitatem, vel illius dilectionem, aut prorsùs vtrorunque humilitatem, pro dignitate quiscquam prædicauerit? Tanta nanque in vtrisque enituit humilitas, vt dominus famulo quod domini, famulus verò domino, quod domini erat, impèderet. Hic tamen, quia famulus domino suo, quod domini erat, debuit, illi in aduersis etiam obsequendo: ille autem, licet dominus, famulo suo, eò quod se sanctior erat, id quod domini fuerat, exhibuit, sese illi humiliter prosternendo.

*Vt vir Dei sciscitanti principi causam peregrinationis suæ exposuerit.*

Cap. 14.

**C**ernens igitur Vuambertus in sancto cum virtutum gratia etiam signorum effuluisse gloriam, quanto ampliùs in eo, quod posset mirari, inuenit, tanto eum etiam ampliùs diligere cœpit. Cumquæ ipsum & admirando diligeret, ac diligendo admiraretur: cur patriam parentesque reliquerit, blandè sciscitanti ministrari quàm ministrare debuerit: asserens se potiùs, quàm illum, oportere ministrare, quem sanctitate & iustitia se cerneret anteire. Hæc & his similia sciscitanti patri-familiâs, beatus Bertulphus respondit: Causam meæ peregrinationis effecit ratio iustè occasionis. Nam patria, qua oriundus sum, quia idolorum cultura sorduit, eam mens mea ad eò habuit horrore, vt patria cum parentibus spreta, aliam alio sub sole iacentem adire non timerem. Finitoquæ peregrinationis meæ labore, optata tandem apud vos gauisus requie, & votorum meorum potitus sum satietate: votorum meorum, inquæ, quibus diù multumquæ veri Dei cultores cernere concupiui. Quos hac in patria, & inter eos Deo te apprimè deuorum & hominibus benignum tam reperiens quàm experiens, promisi me de reliquo apud te permanurum, appetoquæ ad imperium tuum benè \*operando, tam Deo quàm hominibus charus, gaudio non modico exultauit, & cum magis magisque honorando amauit, & amando honorauit. Cumquæ plenissimè didicisset, eum Deo totis animæ medullis famulari velle, cœpit & ipse, spiritu sancto instigante, illum deinceps non quasi dominus famulum, sed vt filium charissimum amplecti. Nec solùm ille, sed etiam venerabilis eius, quam antè diximus, coniunx non minori eum excoluit & amore & honore.

Singularis & rara modestia Vuamberti Coniugis.

\*operando,

Vuambertus Bertulphi filij loco habet.

*Vt Vuambertus princeps ecclesias ab ipso constructas, viro Dei hereditarias esse voluerit. Cap. 15.*

**C**umquæ conspiceret vir clarissimus Vuambertus in seruo Dei, & quod admiraretur, & quod diligeret, cœpit eum & admirando diligere, & diligendo venerari: ad eò vt quem priùs his, quæ domi, deinceps etiam his quæ foris habebat, præficeret. Nec solùm rebus suis intrùs forisquæ eum præfecit, sed quarundam suarum rerum temporalium etiam hæredem instituit. Nam prædium sui iuris, vulgò Renticum dictum, vnà cum ecclesijs in illo constructis cum ijs, quæ ad illud pertinebant, illi contradidit, & donatione solenniter facta, hæredem fecit. Quam donationem & illustrium virorum testimonio, & priuilegijs roborauit, atque è suo iure in ius viri Dei de reliquo translatum esse voluit. Suscepit ergò vir Dei prædium, non sibi, sed Deo Deiquæ pauperibus: suscepit, inquæ, non cupiditate captus, sed charitate in Deum & proximum ductus. Nec causetur quisquam, virum Dei in sua patria res proprias reliquisse, & in patria non sua possessiones suscepisse, cum in dandis accipiendisquæ muneribus nõ quid, sed quo fructu & detur & accipiatur, perpendendum sit. In hoc igitur verè Israëlitæ, in quo dolus non erat, non quid, sed quo scopo receperit, inspiciendum est: quia, vt postea indicijs euidentibus claruit, eo nimirùm fine, quod datum est, accipit, vt Dei gloriam & proximi vtilitatem promoueret.

Vuambertus quæ Bertulphi dono auerit.

*De iterata principis eiusque coniugis peregrinatione, & felici eorum in Christo dormitione. Cap. 16.*

Interea

**I**nterea vir illustris Vuambertus vnà cum coniuge sua æquè illustri peregrè profectus, iter, quod Romam respicit, denudè est ingressus, & post longa terrarum emensa spatia, apostolica tandem ad patrocina peruenit. Vbi tam ipse quàm venerabilis coniunx eius magna animi & corporis deuotione corpus humo, cælo animum adedè, & cum lachrymis precumquæ suspirijs, sanctorum se commendant suffragijs. Nec illud silendum, quod antequàm viam ingrederentur peregrinationis, fidelissimo suggestere Bertulpho, vt vbiunque eos diem vltimum claudere perciperet, illuc ad deportanda eorum corpora accederet: hoc votis omnibus sitientes, vt nec post mortem tam fidelis famuli obsequio priuarentur, nec adiutorio fraudarentur. Contigit itaque eos, adoratis in vrbe maxima sanctorum pignoribus, inter redeundum vi febrium inclementius infestari. Qui tandem in villa iuris sui Falcomberga mansionem accipere, atque per dies languore ingrauescente, humanis rebus exempti sunt. Quorum obitum beatus Bertulphus vt fama vulgante comperit, tantos ac tales se amisisse multum doluit: quippe ex quorum vita etiam ipsius pendere videbatur, & quibus in hac vita nihil antiquius aut charius habebat. Nec facile in famulo Dei dolor de illorù amissione susceptus conquieuit, quanquam eos de morte ad vitam transitum fecisse crederet. Sed dum hinc quidem de eorum amissione gerneret, hinc verò de felici eorum requie gauderet: eo, quod salubriter gaudebat, temperandum credidit hoc, quod ægrè dolebat. Mox fidelium turmis vnà cum ecclesiæ ministris sibi iunctis, ad deportanda eorum corpora, sicut in mandatis acceperat, iter arripit. Quæ cum subsequentijs & præcedentijs vtriusque sexus turmis transulisset, & ad prædium sui iuris Renticam peruenisset, in oratorio, olim ab eis constructo, corpora tumultis, animas commendauit cælis. His ita se habentibus, quæ virtutum præclara facinora in viro Dei extiterint, hinc lectori palàm explanabimus.

Denuò princeps cum coniuge Romæ religionis ergò inuisit.

Vuambertus & vxor eius abeunt à vita.

*Vt in ecclesijs ipsi traditis vir sanctus Deo cum multis seruerit fratribus.*

Cap. 17.

**S**anctus igitur Domini confessor Bertulphus, suscepta à venerabili Vuamberto, quam antè diximus, possessione, hoc omni elaborabat studio, vt gloria Dei proximorumquæ vtilitati impèderet, quicquid ipsi rerum temporalium suppetere. Satagebat quippe sic, habita possidere, quasi non possideret: sic non habita contemnere, quasi omnia possideret, vt illis annumerari posset, de quibus dicitur: Nil habentes, & omnia possidentes. Vnde vt exutus seculo, secretius Deo vacaret, eò statuit secedere, vbi contemplationis viam posset arripere. Erant nanque in memorato prædio ecclesiæ numero quatuor, ab illustrissimo viro Vuamberto, vt dictum est, constructæ: quarum vna reliquis quantitate maior, & opulentia erat præstantior. In quam vir Dei, collectis secum vndecunquæ viris religiosis, secesserat, arctiorisque vitæ tramitem arripuerat. Et dignum quidem, sed difficile relatu est, quàm piè ibidem adhuc in terra positus, cum angelis Dei coram Deo sit conuersatus, benè orando, benè ieiunando, benè vigilando, & charitatem erga Deum & proximum optimè declarando. Cuius exemplo complures inuitati, ad similia sese sanctitatis studia contulere, & cum illo in eodem loco viam ingredientijs iustitiæ, profecere in altum gradibus piæ conuersationis. Sicquæ factum est, vt vir Dei per bona temporalia lucraretur spiritualia: per transitoria compararet in æternum mansura. Creditit quippe, se sibi ad currendam vitam mandatorum Domini non posse sufficere, nisi etiam alios sibi in bonis operibus satageret adiungere, illud & verbis & exēplis implens, quod scriptum est: Qui audit, dicat: Veni. Vnde vt sapiens architectus fundamentum in cordibus discipulorum posuit, quibus sic pastoralis magisterio præfuit, vt in docendo magister, in ministrando esset minister: promptus & facilis in vtroque, quia nouerat prælati congruere vtrunque, præcipuè cum Dominus dominorum non venerit ministrari, sed ministrare. Sic ergò subditos quosque docebat, vt in corde esset humilitas: sic eisdem subditis seruiebat, vt in coërcendo pia esset seueritas.

2. Cor. 6.

Multi ad eum confluant fratres.

Apoc. 22.

Matth. 20.

*Operum eius, & sanctissimæ coram Deo & hominibus conuersationis, commemoratio.*

Cap. 18.

Nec



**N**EC ab re Deo & hominibus sanctus iste erat amabilis, quia vita & moribus probabilis, humanum in omni virtute visus est modum excessisse, & nihil minus ab apostolicis viris in omni sanctitate habuisse. Nam excepta miraculorum eius gloria, ex quibus multa de multis scriptorum præteriuu negligentia, pauca de multis relinquens, illa sanè de eo benefacta non sunt prætereunda, quæ in electis sanctitatem non solum ostendunt, sed etiã faciunt. In singulis quippe virtutibus sic perfectionem est affectus, ut in nulla earum vlli electorum secundus videri queat. Et ut virum in omni virtute consummatum, stricte depingamus, hæc lector paucis accipiat. Pauperum refrigerijs hilariter prospiciebat, nudos veste tegebat, vagis & peregrinis hospitium, egenis quibuscunque præbebat subsidium. In iudicio oppressis tum consulendo subueniebat: afflictis compassionem, infirmis visitationem, mortuis sepulturam exhibebat. Charitate quoque erga Deum & proximum diffusus, Deum ex toto corde, & proximum sicut semetipsum dilexit: reddens quæ sunt proximi, proximo: & quæ sunt Dei, Deo. Erat planè sicut mente, ita & corpore pulcher, vultu decorus, mente deuotus, corpore castus, animo sobrius, sermone blandus, humilitate venerandus, fide firmus, spe longanimis, charitate hilaris. In temporalibus parcus sibi, largus egenis: in spiritalibus verò & sibi prospiciens, & egenis. Orationi intentus, in vigilijs sacris assiduus, coronam pro his à Domino expectabat, quam sibi vigilantibus & orantibus promissit. Non aliter coram Deo & hominibus viuerebat, quam homines propter Deum docebat. Iusta quidem & pia docebat: nam iuste & piè viuerebat. In synaxi fratrum, se primum in laudem diuinarum inchoatione, nouissimum exhibebat in completionem. O virum in omni virtute probabilem, etiam perfectissimis viris imitabilem. Vtinam nostri temporis summi in ecclesia sacerdotes hunc inferiorem gradu, sed superiorem sanctitate virum imitarentur: qui in eo quidem gradu, quo in Ecclesia sacerdotibus minor apparuit, nihil minus ab ipsis in omni virtute habuit. Sed hæc abeant in sua, & succedant, quæ de viro Dei dicenda supersunt.

*De obitu beati viri. Cap. 19.*

**C**onsummatus igitur venerabilis pater in omni virtute, cum bonum iam certamen certasset, cursum consummasset, fidem seruasset, de reliquo repositam sibi coronam iustitiæ optando sperabat. Cuius votis supernus arbiter satisfacere volens, post emeritam ipsius in hac vita militiam, ad caelestem eum euocare disponit gloriam. Conuocata ergò discipulorum caterua, clarescentibus febrium indicijs, indicat se iam resoluere, & iam futura depositione corporis sui, festinare ut introeat in gaudium Domini sui. Et percepto sacrosancto Dominici corporis & sanguinis viatico, adstantibus non sine mœnore discipulis, vale vltimum fecit, ac ipsos seque Domino commendans, spiritum in manus angelorum efflauit. Quem meritis matrum & annis Christus ad caelestia euocans, eius spiritum spiritalibus angelicis aggregauit. Nam sacro eius corpori terra, spiritui caelum aperitur, & cui mors diem vltimum in terris clausit, vita æterna diem æternum in caelis aperuit. Obijt sanè Nonis Februarij: cuius obitum, natalem magis quam mortem, dignum est appellari: quia hic moriens, caelis est natus, & inter intelligibilia translatus. Vbi non per speculum & in enigmate, sed facie ad faciem Deum cernit: tantoque promptius pro veneratoribus interuenit, quanto vicinior diuinæ maiestati assistit: Tanto hic erga homines clementior, quanto illic coram Deo præsentior. Sed non parùm negligentia arguemur, si non vel votis ei iungamur in caelis, qui nobis in terra in artubus, licet vita fundis, adhuc viuunt, quos signorum glorificatione venerabiles hominibus Deus facit. Eum verò, quem in mundo membris habemus præsentem, in caelo, nisi multum nosmet abiecerimus, spiritu & intercessione sentiemus clementem. Discipuli proinde beati viri exequijs ipsius intererant, quæ sincera semper charitate dilexerant: quibus dolor quidem de amissione confusionem, sed fides de remuneratione eius generauit exultationem. Cuius corpus ad locum vsque sepulcri hymnis prosequuntur, funerique sacrosancto tristes, sed deuoti obsequuntur. Sicque ab eis in prædio sui olim iuris Rentica, in oratorio beati Dionysij tumulum accepit, defunctusque, eo in loco voluit quiescere, vbi humanis pridem rebus functus, suis pastoralis cura alumnis præsedet. Cuius corpus licet tumulus clauserit, virtutes non clausit: quia loquentibus ad sepulcrum eius miraculis, magnum in seruo Christi spectaculum populis eius virtutes exhibent.

*Ut ad*

*Ut ad sepulcrum suum sanctus Bertulphus virtutum gloria & populi multo tempore celebratus sit frequentia. Cap. 20.*

**S**anctus Domini Bertulphus, post multiplices huius seculi labores, quibus coram Deo & hominibus optime est conuersatus, de præsentis vita ad æternam gloriam translatus, & ante Deum ab angelis est coronatus. Cum ergò, ut prædictum est, in proprii iuris prædio Rentica sepulcrum accepisset, quod eum locum, humanis olim rebus functus, elegisset, ad tumulum eius miracula non defuere, quæ sanctitatis illius præclara perhibere testimonia. Nam cæcis visus, surdis auditus, mutis linguæ officium reparatur, & singulis morbis tanti medici efficacia præsto est: licetque, cernere in gloria sancti gloriam Dei, & in miraculis visibilibus admirari Deum inuisibilem. Porro crescentibus miraculis, spectaculum creuit populis, signorumque frequentia frequentiam etiam inuitauit populorum. Nam non solum rei nouitate, sed etiam spe recuperandæ sanitatis vndeconquæ accurritur: nec spe sua deuotus quisque atque fidelis fallitur, dum & infirmi lætantur morbi se euasisse inclementiam, & sani nihilo minus gaudent tantam se in infirmis vidisse salutem. Sicque sepulcrum sancti in breui ad eum factum est gloriosum & celebre, ut non minus diuitibus quam pauperibus preciosum fuerit, & sicut miraculorum gloria, sic rerum creuerit opulentia.

*Miracula ad monumentum S. Bertulphi.*

*De irruptione paganorum, & de effossis aliisque abspportatis multorum corporibus sanctorum. Cap. 21.*

**A**ccidit interea triste malum in terris, quod sine horrore dici vix queat. Inuasere enim Gallia loca maritima sauisissimi piratæ, homines rapacissimi, eaque in vastas vsquequaque redegere solitudines, igni, rapinis & gladio omnia vastantes. Quæ pestis dum interdum circumquaque defauiret, interdum quiescebat, hi, qui in locis post tanta mala residuis erant, suspitione hostilis irruptionis ducti, singuli de singulis locis vnà cum sanctorum pignoribus migrabant, alioque ad tutiora loca declinabant. Erat quippe videre miseriam. Nam cum sapius, quos diximus, piratæ tum terras vastarent, tum in mari latitarent, iterumque ad vastationem terrarum oblata opportunitate sese inferrent, intantum furor eorum processit, ut nec ab ecclesiarum Dei excidijs abstinere. Quas igni cremantes, nil in eis reliquum fecere, quod non igni, gladio, rapina absumerent: ita ut secundum illud prophetae, dispersi cernerentur lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Vnde factum est, ut tam monasticum quam canonicus ordo, relictis, in quibus habitabant, sedibus, fugæ operam darent, aliasque ad sedes, effossis abspportatisque, ut dictum est, secum sanctorum corporibus, migrarent, nullis aut raris citra mare relictis cœnobijs, quæ non tam suo honore, quam sanctorum priuarentur patrocinijs.

*Irruptio barbarorum in Gallias.*

*Thren. 4.*

*Ut corpus S. Bertulphi effossum, & ab Erkengario Comite Bononiam sit deportatum. Cap. 22.*

**C**arolus rex regno Francorum Occidentalium leges dictauit, quem postea Heribertus Comes Viromandorum dolo captum, Perona posuit in custodia. Quo adhuc imperium obtinente, Bononiensium Comes fuit Erkengarius, genere & potentia non parùm egregius. In cuius etiam ditione Rentica fuit, prædium in quo beati Bertulphi corpus tumulatum erat. Qui conspectis ad sepulcrum sancti virtutibus, eum quanto ob miracula admirabatur magis, tanto charius amplectebatur. Sed quia omnem circa regionem irruptioni eorum, quos diximus, piratarum expositam videbat, de amissione tanti patroni sibi suisque pertimuit. Vnde consilio accepto, illò eum transtulit, vbi & ipse tantarum reliquiarum securus esset, & sanctus ampliori in artubus suis honore afficeretur. Conuocato denique Ecclesiastici ordinis conuentu, animi sui votum religiosorum roborauit consilij, efficacibusque perfecit auxilijs. Et admittis ad sacrosanctum tumulum sacerdotibus, vnà cum ecclesie ministris in sanctissimorum artuum attrectatione, cum magna animi deuotione assistebat. Sicque membra sancti locello diligenter reposita, de Rentica Bononiam transferri præcepit, vbi ea tutius atque deuotius seruanda non ignorauit. Erat quippe Bononia sui iuris, munita tunc temporis ciuitas, mari Morinorum propinqua, mercibusque, marinis

*Is fuit Carolus Simplex, captus autem est anno Christi 924.*

*Bononia hæc est portus Francie, & vulgò Bolonia præci-ditur.*

E e e

præcipua, sede insuper episcopali & benedictione consecrata. In quo loco vsque ad tempora magni Arnulphi ea pignora seruabantur: immò vt verius dicam, magis seruabant potius, quam seruabantur. Seruabant, inquam, quia sancti ipsius, cuius membra erant, intercessione, locum eundem ab omni infestatione liberum reddiderunt.

*De potentia Arnulphi Marchionis, eiusque operibus bonis. Cap. 23.*

**Q**uia occasio se obtulit, vt de temporibus magni Arnulphi mentionem facerem, non ab re est, pauca etiam de illo conscribere, quæ & tanto viro laudem non modicam, alijsque eum imitari volentibus exemplum viuendi adferant: præsertim cum exceptis reliquis virtutibus eius, ex hoc vel maxime gloriosus euaserit, quod sanctum hunc, multaque sanctorum pignora Blandinium transferre dignus inuentus est. Processit itaque hic à sanguine magnorum regum, quem Balduino Caluo peperit Elstrudis, filia Edgeri regis Anglorum, non minus ingenui sanguinis à patre, quam à matre: quia à patre regem Francorum Carolum Caluum proauum, à matre, vt dictum est, Edgerum regem Anglorum traxit auum. Qui, quod in viris clarissimis clarissimum est, hanc tantam generis nobilitatem, probitatis industria decorauit. Successione proinde hæreditaria monarchiam sortitus est Flandrum, quam adedò ampla dicendi & agendi facultate gubernabat, vt pro magna animi corporisque virtute, Magni nomen obtinuerit. Hic Blandinium, à beato olim Amando in castro Gandauo constructum, intimo præ cæteris regni sui cœnobijs affectu complexus, studio, quanto maximo potuit prouexit tantum, vt tam suis quam Apostolicis regalibusque priuilegijs roboraret, multisque insuper sanctorum pignoribus vnde cunquè collectis ditaret. Vt verò etiam maiori elegancia illud instauraret, in archibus eiusdem monasterij lector luce clarius nosse poterit: hoc tantum hic strictim inseruisse sufficiat, quod lectori de translatione sancti huius, de quo sermo est, faciat satis. Quæ quidem translatio, huius Marchionis studio potenti accurata, industriaque prudenti est consummata.

Arnulphi  
Marchionis  
genus.

Blandini  
ense cœno-  
bium egre-  
gè promou-  
etur.

*Vt corpus sancti furtim ablatum, & de Bononia aliò deportatum sit.*

*Cap. 24.*

**S**uccessu interea temporum, ditioni eiusdem Marchionis Bononia cessit, quam non minus honestè, quam cæteras vrbes maritimas suscepit gubernandam. Quo tempore in eadem vrbe accidit amissione corporis beati Bertulphi damnum, sed idem mox cum lucro sarcitum est. Nam quidam Britannia oriundus, nomine Electus, officio sacrilegus, ad subripiendos sanctissimi Bertulphi artus locum obseruabat & tempus. Qui tandem improbi voti compos effectus, illos quadam calliditate adeptus est. Nam tempus sacrilegio, quod mente iam conceperat, opportunum nactus, ad locum, in quo sancti confessoris membra reposita erant, temerè accedit, ruptoque sigillo ac aperto locello, corpus sanctissimum, omni thesauro preciosius, furtim abripiens, clam discedit. Nec solum beati Bertulphi membra abstulisse sat habuit, sed etiam multorum sanctorum pignoribus pariter sublati, ad id vsque, vesania processit, vt quas furto subriperat reliquias, locello reponeret, ac in villa Otidigem reconderet, precio eas, vt putabat & volebat, Adelstano regi Anglorum venditurus. Detrimeto quippe illorum, qui eas amiserant, lucrum suum decreuerat facere: sed dispositione Dei intentio sacrilegi nullos habuit effectus. Elusit enim eum per sanctum hunc virtus Dei, ac iam sæpè memorati industria Marchionis, qui tempore sacrilegij Bononiam veniens, de republica solennem cum suis conuentum habuit.

Sacrilegus  
quidam fu-  
ratur reli-  
quias san-  
ctorum.

*De industria Arnulphi Marchionis erga inquisitionem corporis sancti.*

*Cap. 25.*

**C**um ergò, vt dictum est, reipublicæ prædictus Marchio consuleret, hoc maxime curabat, vt etiam rebus Ecclesiasticis ante omnia præcaueret. Erat enim sicut reipublicæ prudens orator, ita & Ecclesiæ Dei fortissimus propugnator. Vnde accito memoratæ ciuitatis episcopo, nomine Vuirgredo, vespertina iam synaxi dimissa, inter cætera, quæ super Ecclesiasticis rebus plurimum curabat, hæc pontifici dixit: Satis, domine mi, de sacrosanctis sanctorum pignoribus timeo, & vtrum

Arnulphus  
Marchio ec-  
clesiasticum  
strenuus de-  
fensor.

& vtrum suis in locis salua sint, non parum sollicitudinis habeo. De quibus quoniam & me certiorum, & vos volo esse sollicitiorum, conuenit vt cum timore & fide ad sancta sanctorum accedatis, & in singulis vtrum salua sint signacula, perquiratis. Periculosam enim sunt tempora, & quia sunt homines seipso amantes, à manu latronum vix quicquam est tutum. Cui Episcopus: Non, inquit, horæ instantis est negocium, hoc nunc vestrum exequi imperium. Diem enim cernitis in vesperum declinare: nec fas est hac hora sancta sanctorum atrectare. matutinum nos potius tempus ad ea admittet: in crastinum id, quod iubetis, differre nil prohibet. Contra verò Marchio à spiritu sancto permotus: Non est, inquit, vtile differre, quod deuotione magis quam temeritate fieri affectamus: præsertim cum nosmetipsos, si differatur, periclitari timeamus. Cumque antistes excusando, Marchio niteretur instando, inclutus Marchio affectus sui effectum obtinuit, quem, vt post patuit, spiritu sancto inspirante, adedò vrgere perrexit. Quid plura? Ad sancta sanctorum antistes accessit, loculumque, quo beati Bertulphi artus contineri sperabat, detexit: & ecce ob preciosissimi corporis amissionem, magna animum confusione induit. Expauit cor videntis, irrigantur ora lamentis: & preciosi thesauri destitute, Marchio quoque & alij adstantes simili afficiuntur lamentatione, quæ maiori non multò post consolatione sedata est.

*Industria Marchionis sacrilegus compertus. Cap. 26.*

**S**icut erat in glorioso Marchione mens præfaga sacrilegij, sic spiritu sancto doctente non ignara sacrilegi. Vnde damno sacratissimi corporis valde ægrè cognito, Noueritis, inquit, detestandum hunc Britonem damnum hoc dedisse, corpusque sancti furtim subripiisse. Quo audito, religiosi quique circumstantes Britonem correptum, super damno, quod acciderat, conuenere. Illi sacrilegium sacrilego intendebant: is è diuerso quod intendebatur, repellebat. Cumque nec suasionibus nec terroribus ad confessionem furti inclinaretur, præsentia Marchionis offertur examinandus. Quem blanda, immò callida Comes circunventione conuentum, his allocutus est verbis: Bene, inquit, fecisti, quod sancti corpus ablatum eò transfereris, vbi decentius excoleretur. Hac callida Marchionis oratione magnus sacrilego pudor iniectus est, moxque Comitum prostermitur pedibus, se corpus sancti profectus abstulisse, sed ea mente, quam Comes dixerat, nempe vt illò transferretur, vbi maiori reuerentia à fidelibus affici posset. Cui Comes subridens, Deo, inquit, gratias referimus, quia compertum habemus, quod quæsiuimus. Sed vbi quod abriperas repofueris, pande. Licet enim sacrilegium colore virtutis fucaueris, non tamen virtutis est sacrilegium fecisse, nec satis credibile, ob reuerentiam te sancti alibi eum repofuisse. At ille rubore suffusus, & timore deiectus, villam Otidigem mari penè contiguam indicauit: ad quam, vt antè diximus, membra sancti deportauerat, ea videlicet delusus spe, qua sibi mare se transfretaturum, regi que, vt dictum est, Britannia ea precio distraçurum persuaferat.

Marchio sa-  
crilegum fu-  
rum prodit.

*Vt corpus S. Bertulphi repertum sit cum corpore S. Gudunali. Cap. 27.*

**C**um prolixior ad scribendum historia suppetit, capitulis eam distinguere par est, vt scriptori leuamen in scribendo, & lectori respiratio sit in legendo: præsertim cum proluxa materies sæpè fastidium, succincta verò nonnunquam tum scribendi, tum legendi generet desiderium. His interim præmissis, reliquum historiæ prosequamur. Sacrilegio igitur callida, vt dictum est, industria Marchionis detecto, loco etiam, quo corpus sancti clanculo repositum erat, comperto, in animum idem Comes induxit, illuc religiosos quosdam ac fideles mittere, sanctumque corpus eò, vnde ablatum fuerat, reuocare. Et licet hoc animi sui consilium meliori postmodum ipse consilio mutauerit, nec Bononiam sanctas reliquias reduxerit, sicut insequentibus liquido patebit: accito tamen vnà cum religiosis quibusque memoratæ vrbes episcopo Vuirgredo, ad villam, vbi sacrilegus ille sancta se repofuisse membra confessus est, eum mittit, mandans vt ea Bononiam reducerent. Et quoniam timuit tanto thesauro aliqua occasione priuari, negocium, quod iniunxit, mature exequi eo iussit. Illi mandata iubentis exequuntur, & ad villam Otidigem properè aduecti, locum sacri corporis conscium adcut, maioremque, quam optauere, reparandi damni materia

Vide quàm  
anxiè curat  
hic princeps  
sacras reli-  
quias quâ-  
primùm si-  
bi restitui.

teriam inueniunt. Nam cum corpore beati Bertulphi corpus etiam sancti Gudualis reperiunt, & in vnica inquisitione, geminorum exultant inuentione. Erat quippe beatus Gudualis confessor pariter & pontifex, alta Britonum prosapia ortus, generis quidem titulo nobilis, sed vita & moribus multo nobilior. Qui vt spreta parentum eelsitudine & hereditarij iuris amplitudine, vel in monasterio, vel in episcopatu Deo seruiuerit, & post plurima ac inaudita seculis miracula ex hoc mundo ad Deum transierit, liber, qui de vita & virtutibus eius plenissimè conscriptus est, liquidò pandit. Corpus verò illius qua de causa monasterioli castro deportatum, vel vti furtim inde sublatum per antedictum Britonem, corpori sancti Bertulphi coniunctum, atq; cum illo Blandinium translatum sit, ex libello, qui de eorum aduentu scriptus est, lector cognoscere poterit. Nunc verò ea tantum, quæ specialius beati Bertulphi priuilegium indicare videntur, prosequente stylo commemoremus.

Vita S. Gudualis est Tom. 3. die 6. Iunij.

*Vt sanctus Bertulphus ad Harlebecensem ecclesiam sit deportatus.*

Cap. 28.

**G**loriosus igitur Marchio, licet, vt supra scriptum est, corpus beati Bertulphi Bononiam referri iusserit, hanc tamen animi sui sententiam meliori mutauit, alioque illud censuit transferendum. Et conuocatis sanctorum Audomariac Bertini Præpositis, illustribus etiam personis consilio adhibitis, vt ad Harlebecensem illud transferrent ecclesiam, imperauit. Erat autem Harlebeca vnum ex multis sui iuris prædium, flumini Legiæ adiacens. Ad quod S. Bertulphum transferri iussit, translaturus illum mox Blandinium, quod speciale amoris ipsius meruit priuilegium, quodq; in castro Gandauo à beato olim Amando, vt antè diximus, fundatum, apostolicisque Petri & Pauli titulis dedicatum fuit. Cuius foundationem loci qui nō esse velit, in vetustissimis eiusdem monasterij archiuis poterit cognoscere. Sancti ergo corpore ad Harlebecensem ecclesiam translato, & à venerabili Theodrado, eiusdem ecclesiæ sacerdote, honorificè suscepto, nō multo post magnus Arnulphus cum magno se comitatu obuium, pridie Calend. Decembris exhibuit, completurus tunc voti effectum sui.

*Vt Theodradus presbyter impetrarit reliquias S. Bertulphi ab Arnulpho Marchione.*

Cap. 29.

**M**emorata ecclesiæ Theodradus, quem iam dixi, tunc præfuit, cui erat non modica apud Marchionem fiducia impetrandi, quæ voluit. Qui cum intellexisset Marchionis hanc esse voluntatem, vt sancti reliquiæ inde transferrentur, ad impetrandum quasdam ex ijs, preces obtulit, & quod fideliter postulauit, efficaciter impetrauit. Nam assensum petenti Comes accommodauit, reliquiæq; de corpore sancti deuota tollens præsumptione, illi donauit, hoc iterum iterumq; monens, vt eum sancto honorem exhiberet, quasi in reliquijs eius illum verè crederet præsentem. Quod ille non segniter executus, in eadem, qua Deo minister, subditis erat magister, ecclesia, sanctissima membra summa excoluit reuerentia. Quæ ibidem longo tempore honorificè seruabantur, donè ea ecclesia igni cremata, de incendio diuinitus sunt extracta, & reliquijs ipsius membris in Blandinio restituta. Quod qualiter acciderit, sicut fidelium relatu didicimus, dicendum est in sequentibus. Nunc iterum hoc aggredimur dicere, quemadmodum idem sanctus Domini confessor Blandinium sacrosanctis artubus suis dignatus sit inuifere.

En qualem vult sanctis reliquijs haberi honorem.

*De aduentu eiusdem sancti in montem Blandinium. Cap. 30.*

**E**A tempestate in monasterio Blandinio Gerardus merito & officio abbas degerebat: cuius consilij gloriosus Marchio libenter utebatur. Qui cum titulos nobilitatis, nobiliter etiam ornaret moribus probitatis, cunctis penè Galliæ cœnobijs & præesse & prodesse dignus inuentus est. Quo accito, prædictus Marchio de transferendis sancti reliquijs communicatis cum eo consilij pertractat. Tum vtrique ita visum est, vt memorati sancti pignora Blandinium transferrentur. Placuit etiam ea optimatibus sententia, vt tanti confessoris pignoribus Blandiniensis ecclesia ditaretur. Cumque tam ecclesiasticis quam politicis ordinibus ita esset deliberatum, sanctis.

sanctissimi confessoris Bertulphi membra leuantur, transferenda eò, quò iam diximus, non sine magna tum præcedentium, tum subsequentiū gratulatione. Nec solus hic sanctus tunc transferri voluit, sed in consortium translationis eius ossa beati Gudualis adiuncta sunt: atq; etiam membrum vnum beati Audomari cum dente ipsius, reliquiæ quoque sanctissimi Bertini in augmentum gloriæ eius. O quàm lætum populis, vnde cunquè concurrentibus, in illa die spectaculum fuit, cum ante sanctissimas reliquias hinc Ecclesiastica pompa cum crucibus & lampadibus, inde aulicus Marchionis procederet senatus cum fascibus. Et licet ex vtraque parte impensus honor minor esset, quam pro sancti meritis, omnem tamen gloriam principum æquauit. Facta est autem translatio hæc tertio Nonas Decembris, cum aduentum Domini ecclesia pro more celebrat, cum etiam in aduentu sancti Christum sibi aduenisse exultauit, præsertim cum in sanctis & electis Christum habitare nemo ambigat. Erat præcipuè idoneus huius translationis minister vnà cum religioso grege monachorum Abbas, quem diximus, Gerardus, cuius prudētī dispositioni gloriosus Marchio credidit, quicquid in translatione illa agendum videretur. Qui in monasterium Blandiniense, cui ipse tunc præfuit, sacrosanctos artus transtulit, ac in Orientali abside cum magna psallentiū melodia reposuit. Vbi ad tempora vsque nostra mansit corpus sanctissimum, donè in medio eiusdem ecclesiæ memoria fidelium defunctorum à fidelibus ædificata, & in honorem incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis ac ascensionis Iesu Christi est titulata. Ad quam dignam memoria memoriam qualiter hic sanctissimus confessor Bertulphus sit translatus, suo mox loco dicendum differimus.

Ingredi cum honore transferuntur reliquiæ S. Bertulphi & aliorum.

Cap. 31.

**T**amet si ea, quæ fidelium hominum sermone referuntur, haud difficile ab auditoribus aequè fidelibus creduntur: multo tamen certiori fide ea sciuntur, quæ cunquè oculis licet intueri. Vnde sicut ea, quæ à Maioribus de sanctissimo patre nostro Bertulpho didicimus, sic & illa, quæ oculis ipsi vidimus, stylo tradere conamur. Nouit charitas vestra, dignam memoria fidelium defunctorum in ecclesia hodieque florere memoriam, quæ, sicut in gestis beati Odilonis legimus, ex diuina reuelatione in ecclesia primùm inoleuit, & non multo post autoritate venerandi Papæ Leonis per omnes penè iam Christi ecclesias propagata est. Cumque hoc in plerisque locis deuotius ageretur, paulatimque huius rei religio magis magisque augetur: adeo res processit, vt in ecclesijs ob memoriam fidelium defunctorum, honoremque Domini, altaria erigerentur, exequiæ generaliter ac solenniter celebrarentur, eo vel maxime die, qui omnium Sanctorum solennitatem à capite Calendarum Nouembrium sequitur: non incongrua videlicet ratione, vt omnium Sanctorum, quorum festum pridie præcessit, intercessio, clementissima omnium fidelium defunctorum fieret relaxatio. Sed hæc suo in loco: hoc tantum dicere nunc aggredimur, vt ipsum diem corporis beati Bertulphi, reliquiarumque sanctæ virginis Christi Amalbergæ translatio solennem effecerit. In Blandiniensi nanque ecclesia memoriam fidelium defunctorum construxit fidelium viuorum industria, quam honorificè in ipso depositionis sanctissimi Bertulphi die absoluit, atque in honorem incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis atq; ascensionis Iesu Christi, à Radbodo Nouiomeni episcopo consecrari fecit anno Verbi incarnati millesimo septuagesimo secundo, secunda hebdomadæ paschalis feria, præfente glorioso Flandrorum Marchione Roberto, cum multa optimitum & promiscui sexus frequentia. Nec multo post Blandiniensis cœnobij fratribus placuit, ad eandem memoriam beati Bertulphi corpus, sanctissimæque virginis Christi Amalbergæ reliquias transferre, vt maior inde confluentibus eò plebibus deuotio, fidelibusque defunctis tantis intercessoribus fieret consolatio.

Commemoratio omnium fidelium defunctorum.

Radbodus Episcopus Nouiomenensis.

Cap. 32.

**C**umque fratribus, vt dictum est, sanctæ Blandiniensis ecclesiæ corpus S. Bertulphi transferre placuisset, hocque non temerè fieri iudicasset, consultò quidem ab ijs, qui sanioris consilij tunc videbantur, definitum est, vt admissis clam nonnullis ad loculum sacri corporis sacerdotibus, omnem reconditi sacro sancti thesauri veritatem oculis explorarent, vt testibus his reliqui fratres ad agendum

dum id, quod statuerant, certiores redderentur. Neque enim de sacrosanctis artibus parum dubij erat. quippe opinio vulgi habebat, magnam de sacro corpore partem ab Harlebecensibus haberi, adeo vt ecclesia eorum ad sanctum Bertulphum vulgò dice- retur. Sed nec fratres Gandenses, vel hanc appellationem, vel reliquias sanctæ ecclesie Harlebecensi inuidebant: cum in veteribus de sancto conscriptis exemplaribus ma- gnum Arnulphum eas Theodrado presbytero dedisse legerent: quod etiam nos in hoc nouo opusculo plenius descripsimus. Sed sicut iam diximus, & adhuc expressius dice- mus, eadem, quæ Harlebecensibus reliquias fuere, in Blandinio quiescenti corpori post aliquod tempus rursus adiunctæ sunt. Quod vt indicijs sit euidentibus compertum, prudens lector animaduertat. Paulò ante translationem sanctissimi Bertulphi, sacer- dotes, vt dictum est, albis induti, pedibus nudi, deuotè potiùs quàm temerè ad sancti corporis locellum admissi, confessione primùm vicissim facta, cum fide & tremore ac- cedunt, ipsumque licet difficulter aperiunt. Tum sacrosanctum corpus pallio inuolu- tum, signaculo reperiunt signatum, & partem quidem artuum adesse maximam, sed par- tem quoque non modicam deesse. Vbi etiam titulum huiusmodi inscriptum, corporiq; sancto impositum inuenerunt: Hic quiescunt membra sanctissimi corporis Bertulphi confessoris, cuius transitus celebratur Nonis Februarij, quæ Arnulphus Magnus Blan- dinium transtulit tertio Nonas Decembris. Oculos hinc in partem loculi descedunt, lo- cellum alterum inclusum, sigilloq; signatum cernunt. Gaudio itaque affecti respirant, quippe qui se haud vulgares ibi reliquias inuenturos sperarent. Cautiùs intendunt, ti- tulumq; huiusmodi infra positum inspiciunt: Hic locellus continet, quod residuum fuit igni de corpore sanctissimi confessoris Christi Bertulphi. Quod legentes, satis nec in- telligere nec admirari poterant. Aperto tamen locello, erat cernere quiddam diuini horroris: immò verò non tã horroris, quàm honoris. Palsim quippe penè ambusta ossa iacebant. Quæ cum diligentius hinc inde inspicerent, titulum quendam complicatum & inuolutum reperiunt & aperiunt, barbaris quidem literis inscriptum, adeo vt facilem legentibus de reconditis illic sancti Bertulphi membris fideni faceret. Erat autem hui- usmodi: Hic reposita sunt ossa illa egregij confessoris Christi Bertulphi, quæ angelus Domini de medio ignis extulit, quando Harlebeca cremata est, quæ domina Rozala Blandinium transtulit cum Balduino filio paruulo, & apposuit reliquæ parti corporis ipsius sancti. Has ergò sancti patris reliquias, quas apud nos in hoc vsque tempus habe- ri ignorauimus, quando vel qualiter Deus per angelum suum de medio ignis eripuerit, sicut fidelium relatum fidelitè inuestigare potuimus, hic inferere curauimus.

Obserua erga sanctorum reliquias reuerentiam, contra Vigilianos.

Nota rem memorabilem.

\* Rosala Balduinus pulchra barba, vt ab alijs vocatur.

Harlebeci inflammatur.

### Cap. 33.

POST immaturam Arnulphi iunioris Marchionis mortem, cuius auus magnus extitit Arnulphus, Balduinus filius eius cum matre \* Rozala derelictus est paruulus. Hic enim est, qui postea prolixæ barbæ dictus est Balduinus, cuius mater Rozala, filia fuit Berengarij regis Italiae, quæ post mortem Arnulphi prin- cipis, Roberto regi Francorum nupsit, & Susanna dicta, mutato nomine, regina regna- uit. Quæ cum adhuc vidua, & filius eius Balduinus esset infantulus, tanta in regione nostra facta est perturbatio, vt non tam ad hostile, quàm intestinū, bellum pertraheretur ipsa dissensio. Multi enim ea, quæ à patre pueri huius vt beneficiarij acceperant, in hac perturbatione ceu propria vsurpabant. Quo tempore quidam nobilis profapia Eilbo- do Curtracensi territorio præsidebat, cuius vxor Immacin, nobilis æquè profapia, di- cta fuit. Ipso autem Eilbodone defuncto, Balduinus, qui ex successione hæreditaria in principatu monarchiæ Flandrensis gratia Dei iam conualuerat, comitatum Curtra- censem ditioni suæ, vt etiam postea fecit, subdere cogitabat. Sed Curtracenses cum aliquanto tempore rebellassent, Harlebecenses vicinos, qui dominio Balduini Mar- chionis parebant, hostiliter sæpè aggressi sunt. Illis verò fortiter repugnantibus, Cur- tracenses quindecim suæ partis homines, in hoc ipsum coniuratos, noctū miserunt, & vt villam Harlebecensem igni succenderent, sacramento adegerunt. Qui prima vigilia noctis aduenientes, villam, vt iurauerant, omni ex parte succendunt. Flammæ autem, ventorum impellente, domos domibus cohærentes consumebant, ecclesiamque S. Bertulphi ita repente inuadebant, vt nihil aut parum omnino supellestilis ecclesiasticæ inde posse auferri. Erat autem in ecclesia pars non minima ossium eiusdem sancti con-

confessoris, quam dudum venerabilis ipsius ecclesie sacerdos Theodradus à magno, vt supra dictum est, impetrauit Arnulpho, eo videlicet tempore, cum ab eodem glorioso Marchione sanctissimum sancti corpus Blandinium transferebatur. Quæ quidem sa- cræ reliquæ cum multis diebus magno ab incolis loci eiusdem honore fuissent affe- ctæ, tunc igni videbatur absumenda non sine maximo omnium dolore. Adstabat tunc ipse ecclesie sacerdos, Bugecinus nomine, summa animi deiectus moestitudine. De- cidente autem pro immensitate ignium omni ecclesie tecto, loculoque, in quo sancti continebantur pignora, flammis consumpto, cum iam miserabilis de ereptione san- ctarum reliquiarum omnes inuaderet desperatio, ideoq; lachrymabilis ad Deum san- ctumque Bertulphum omnium fieret obsecratio, ecce inter ipsas flammæ cœpit crepi- tus quidam fragorq; immensus audiri, videbaturque quasi congestus in vnum formi- carum aceruus sensim efferi, qui leniter ex ipsis flammis emergens, repente fursum est clarus, statimque super expansum sacerdotis vestimentum cunctis mirantibus est de- positus. Qui diligenter intuens, quidnam esset, ossa vidit humana, in superficie quidem tactu ignis denigrata, & non, vt efferebantur, sibi inuicem cohærentia, sed vt meliùs agnoscì possent, alia ab alijs disuncta. Tunc incunctanter adstantes hæc S. Bertulphi in- telligentes fuisse pignora, virtute diuina & subiectione angelica ex ipsis ignium flam- mis elata, ad comparationem tanti thesauri, detrimenta rerum suarum, ignibus absum- ptarum, quasi nihil pendebant, Deoque, tam gloriose sanctum suum glorificanti, lau- des & gratias toto corde referebant.

Nota in hunc modum.

En quantum isti pij homines an- tiquas reliquias.

### Cap. 34.

IGitur Harlebecensis ecclesie ciues, eas ipsas sancti Bertulphi reliquias nauì impo- sitas, quoniam & ecclesia propria cremata fuit, & hostilis incurfionis metus immi- nebat, per Legiam fluuium ad Viuium castellum, tunc temporis munitissimum, de- portarunt. Post aliquantum verò temporis placuit ipsis referre reliquias, iterumq; nauì impositas ad propriam parochiam reportare instituebant. Sed inter eundem qui- budam incidit dubitatio, vtrum verè, quæ ab eis deportabantur, S. Bertulphi essent re- liquiæ. Quod memoratus illorum sacerdos Bugecinus, qui interfuit, intelligens, omni cordis intentione Deum orauit, vt pro misericordia sua cuius rei signum osten- dere dignaretur. Tum ecce quædam candidi coloris, quæ ceteris præstantior esse videbatur, apparuit. Quam diligentius sacerdos intuens, In nomine, inquit, Dei tibi præcipio, vt si verè hæc sancti sunt reliquæ Bertulphi, tu super ipsas sine mora descendas. Quo dicto, auis illa, relicto præeuntium agmine, descendit, & in gremio sacerdotis, reliquias sanctas tenentis, rese- dit. Quam ille blanda manu, quandiu placuit, cunctis admirantibus, contrectauit: itaq; absterfo à cordibus illorum in omni dubitationis scrupulo, liberè abire permisit. His agni- tis, Rozala, quæ & Susanna, diuæ memoriæ domina cum Balduino filio adolefcentulo Marchione aduenit, consilioque cum suis habito, reliquias sanctas indè absporaui, & in Blandiniensi ecclesia reliquæ parti corporis ipsius sancti apposuit, parte quadam ex eis ecclesie nupè cremata reddita. Hæc ita esse cum multi ex ore progenitorum suo- rum loquantur, quædam tamen fidelis mulier etiam nunc superest, quæ cum iureiuran- do se præsentem his interfuisse memorat, & quæ iam diximus, vera esse viua voce testa- tur. Et hoc satis tam auditu quàm visu, quisquis eadem sancti membra inspexit, compe- rire potuit, non nisi virtute Dei ex ipsis ignium flammis sacras reliquias ereptas esse: quia vt in ipsis apparet, omni ecclesia & loculo, in quo continebatur, exustis, ita sunt ab igni comprehensæ, vt nulla humani ingenij industria extrahi potuerint, & nisi angeli- ca virtute abducerentur, in fauillas vel cineres vsque redigi oporteret. Sed iam ad per- scribendum sanctæ translationis ordinem redeamus.

Miraculo declaratur verè S. Ber- tulphi reli- quias.

### Cap. 35.

IN transferendis sancti Bertulphi reliquijs, gloriæ eius gloriâ hanc Christus ad- iunxit, vt sicut gaudij sanctorum consors est in cælis, ita etiam reliquiarum eorum- dem secum transferendarum consors fieret in terris. Cui hoc speciale mox transf- erendò decus fuit, quod sacratissimâ Christi virginem Amalbergam hac sui trans- latione sociam habere meruit. Quod vt factum sit, lectori paucis indicare non pigebit; Erat in Orientali sanctæ Blandiniensis ecclesie apside scrinium immensa arate in abdito

Eccc 4 repo-



repositum, quod à quibusdam fratribus deuotè eò admissis est apertum, & in eo quidam diuini horroris repertum. Nam erat in eo cernere omnem penè virginei corporis virginis Christi Amalbergæ puluerem, & plures castissimorum ossium ipsius particulam vnà cum vestimentis eius & peplo, pera quoquè & baculo, cilicio etiam & sacro precioso operis coloris que velo, inquam, quo diuinitus per beatum Vuillibrordum sanctamque Gertrudem legitur velata, Deoq; consecrata. Fratres ad tam sanctum spectaculum secretiùs admitti, reperto tam precioso thesauro, non parùm gaudebant, eumq; cum corpore sancti Bertulphi collocare dignum ducebant. Quod & factum est.

## Cap. 36.

**E**A siquidem tempestate, quæ sacram sancti Bertulphi reliquiarumque virginis Christi Amalbergæ translationem præcesserat, inundationis incommodo vniuersa regio laborabat adeò, vt à sidere Arietis vsque ad Geminis, nec pluuias celo nubes, nec terræ deessent imbres. Sol Aquarium exibat, propè sidus Cancri respiciebat, & tamen Aquarius plùs solito imbres non cessabat effundere. Cerneret inundationem circumquaque grassari inexhaustam, & laborantibus agricolis omnem futuram messis spem adimi. Et ecce ante translationis diem, cum se ad perscrutandum sancti confessoris loculum fratres, quos diximus, contulissent, eumque cum fide & tremore aperuissent, imbre suspenso serenitas mox redit, ita vt vnum idemque esset, si tres loculum aperuissent, catarractasque celi pluuias retraxisset. In apertione quippe loculi sancti sui, miserus est Dominus populi sui, sinum illi misericordiæ suæ aperiens, tempestatemq; iubens faceßere. Renouantur hinc in sancto Dei antiqua miracula, quæ non minùs defuncto, quam olim viuèti familiaria fuere. Qui enim iam pridem sub diuo positus, pluuiæ incommoda non sensit: hic etiam ad artuum suorum attritionem, imbrium suspendit inundationem: tanto nunc miraculis & virtutibus excellentior, quanto diuino conspectui præsentior. Nec alienum à fide est, Deum sancti huius translationem mox futuram sic disposuisse, quem pro ea disponenda tempestatem insolentiam compeßuisse credimus. Gradere nunc, bone Iesu, nobiscum, & ad peragendam sanctarum reliquiarum confessoris & virginis tuæ translationem, puram nobis tribue deuotionem.

## Cap. 37.

**S**Acratissima dies Pentecostes 14. Calend. Iunij luceßebat, cum aduentum sancti spiritus Ecclesia generaliter celebrem habuit. Qua die placuit fratribus sacrosantum corpus beati Bertulphi cum sanctæ Amalbergæ reliquijs ad memoriam, quam antè memorauimus, fidelium defunctorum deportare, & die crastino de locello vetusto in nouum transferre. Quod consultò quidem ab eis definitum est, videlicet vt animæ fidelium defunctorum in aduentu spiritus sancti, Iustificarentur etiam aduentu corporis sancti. Nam & hac celebri die plùs solito confluentem plebem recepit ecclesia, sacra ibi Missarum solennia celebraturam. Innotuit etiam res populis, quæ agebatur de deportatione sanctissimi corporis. Vnde complures tam huius rei pia nouitas, quam sacra paraclæti solennitas inuitabat, tanto liberiùs confluentes, quanto diù optata tandemque huius meritis concessa serenitate impensius lætabantur. Et tertia quidem diei hora, qua se spiritus sanctus discipulorum olim cordibus infudit, ante Missarum solennia fratres ad sancta sanctorum cum thymiamaterijs & hymnis accedunt, loculum, quo sacratissimum corpus cõtinebatur, deponunt, ac prosequente psallentium choro, memoriam, quam diximus, fidelium defunctorum ad eum, nouoq; altari eum imponunt, nocturnas illic in honorem Dei sanctique huius acturi vigilias, crastinumque expectaturi diem ad transferendas illius sanctæque virginis, quæ simul aduecta sunt, de theca in thecam reliquias.

## Cap. 38.

**C**Rastina porrò dies populis optatissima illuxit, quæ ad diuinum illud spectaculum illos vndecunquè inuitarat. Magnam & præclaram hac die iucunditatem, magnam æque sancto suo omnipotens prærogauit solennitatem. Clerus omnis de adiacentibus ecclesijs, monachorum chorus de cœnobijs, tam plebs vrbana de vrbibus, quam vulgus promiscuum accurrit de rure, vt in futura sanctissimi corporis translatione, optata visione fruatur. Nec piguit ob sanctissimi huius corporis

Nocturnas agunt vigilias ad sacra ossa.

ris reliquiarumq; virginis Amalbergæ reuerentiam, circuniacentium sanctorum corpora suam præsentiam exhibere. Nam sanctum Liuinum martyrem, & beatam Pharaïdem Christi virginem, sanctum Gerulphum æque martyrem singuli de suis locis obuios exhibuere, in magnaque populi prosequenti frequentia gaudij nostri participes esse voluerunt. Præterea aliæ complures reliquæ longo illo translationis sanctissimi patris nostri Bertulphi, sanctæque virginis Amalbergæ itinere processere obuiam. Nouum quippe gloriosumq; genus spectaculi hunc inuitauit populi conuentum: qui sanè tam frequens accurrit, vt nec ambitus, nec atrium ecclesiæ eum capere sufficeret.

## Cap. 39.

**E**Xpectantibus interea in ecclesia populis, sacerdotes ad memoriam fidelium defunctorum procedunt cum infulis, minoresque ecclesiæ gradus cum crucibus & thymiamaterijs. Populus quoque, qui tam multus conuenerat, nisi, quo potuit, se ad spectandum ingessit, vel religione, vel rei nouitate, aut etiam spe impetrandi aliquid pro benedictione de sancti corpore incitatus. Et præmissa Litaniam, adiunctis etiam laudibus tam diuino operi congruentibus, ac sacerdotibus, qui huic sanctissimo negotio aderant, ad altare accedentibus, preciosissimi thesauri loculus aperitur. Corpus sancti simum sindone inuolutum altari imponitur, sigillo rupto, titulus preciosæ glebæ testis legitur, cunctisq; quibus accedendi vel videndi liberior facultas erat, palam exponitur. Oculis hæc cernentibus lachrymas pias pia æque lætitia exprimit, atque hæc cernentes spe cernendi etiam maiora afficit. Locellus deinde minor coram exponitur, sigilli item titulus, quem prædiximus, audientibus cunctis legitur. Cumque hinc corpus sanctissimum, inde quod corpori deerat, modicè igne tactum conspiceretur, testibus titulis vnà cum sigillis, veteri manu descriptis, facile id, quod visum est, populo fidem fecit, membra sanctissimi confessoris Christi Bertulphi integro serè numero illic reposita asseruari.

## Cap. 40.

**E**X consequentibus hinc causis constat, sanctissimi patris hanc translationem maioris illi per Christum honoris fuisse occasionem. Cuius pignora quia aliquanto negligentius vsque ad id temporis habita fuere, maiorem solito deinceps habuere reuerentiam. Neque enim decuit hanc Christi lucernam sub modio, sed super candelabrum poni, vt ingrediētibus in ecclesiam Dei, in edito charissimam prætenderet præsentiam. Et vt latius sanctitatis suæ diffunderet odorem, aliquantam pignorum suorum per Ecclesias Dei passus est distributionem fieri. Quod vt fieret, deuotio, non temeritas: non superbia, sed humilitas promeruit. Nam inspirante spiritu sancto animis fidelium, ad translationem eius deuotè confluentium, persuasum est pro benedictione aliquid de pignoribus illius expetere, vt vel in modica reliquiarum eius portuncula singuli sanctum quasi totum præsentem colerent, cuius ope & intercessione nihilominus se iuuari considerēt. Nec sefellit poscentes fratrum benigna charitas, nec elusa est piè poscentium deuota humilitas: dum & illi, quod poscebantur, sine damno de pignoribus sancti concedebant, & isti pro magno suo lucro vel parùm aliquid de reliquijs eiusdem patris accipiebant. Vnde & apud singulos tanti hodieque habitus est, quasi apud singulos totus esset corporali præsentia, qui singulis vtique totus, fideli præsens est beneuolentia & amore.

## Cap. 41.

**A**ccessit quoque gloria eius ingens aliorum sanctorum gloria, quam in terris per homines Deus Dei sapientia procurauit. Nam ad sancti sui glorificationem multorum cum eo pignorum fieri voluit translationem, licet minùs idoneè per nos humiles administratam, affectu tamen, quo potuimus, consummatam. Enimuerò cum beatissimi patris nostri Bertulphi corpus, lintheaminibus mundis inuolutum, diligenter obsignatum, & de theca in thecam esset trāslatum, accedunt fratres tam studiosè quam religiosè ad transponenda in eandem, in qua sanctus hic repositus erat, thecam, aliorum sanctorum reliquias, eaque, attestantibus illarum titulis, his qui affuerant, coram exponuntur, affixisque sigillis, diligenter cum corpore sancti reconduntur. Acta est hæc translatio anno Dominicæ incarnationis millesimo septuagesimo tertio, indictione vndecima, Alexandro Papa Apostolicæ sedi, & ecclesiæ

Is est Alexander II. cui Gregorius VII. successit. Nouo.

Magna adhibita solennitas in transferendis sacris reliquijs.

Certa documenta præsentium reliquiarum S. Bertulphi.

Noniomenſi pontifice Radbodo preſidente, regnate Francorum rege Philippo, & Roberto Flandriæ monarchiam tenente. Tranſlatus eſt autem hic ſanctus pater & precioſus Chriſti confeſſor Bertulphus cum ſupradictis admirandæ virginis Amelbergæ, multorumque ſanctorum pignoribus de Orientali ſanctæ Blandinienſis eccleſiæ parte ad altare, quod in medio ipſius baſilicæ adificatum & conſecratum eſt in memoriam ſanctæ incarnationis, natiuitatis, paſſionis, reſurrectionis & aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in commemoratiorem omnium fidelium deſunctorum, atque à domino Abbate Folcardo cum iſdem ſanctæ Amelbergæ, aliorumque ſanctorum reliquijs in locello nouo collocatus, ipſo cum fratribus ſibi creditæ congregationis hanc eandem tranſlationem adminiſtrante anno regiminiſ ſui tertio, 13. Calend. Iunij, coram multitudine copioſa monachorum, clericorum ac vtriuſque ſexûs hominum. Ceterum quia huius diœceſeos antiſtes huic ſanctæ tranſlationi, diu licet expectatus, aliasque occupatus, intereſſe non potuit, proximo ſuo ad nos aduentu præſentibus per ſe, quam abſentibus per literas, diem hunc feſtiuè celebrem cõſtituit, ad laudem Chriſti, ſanctorumque ſuorum, in quibus cum Deo patre & ſpiritu ſancto viuunt & regnant per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

**VITA SANCTÆ ADELHEIDIS SIVE ALEIDIS, PRIMÆ ABBATISSÆ VILECENSIS, A BERTRADA, quam alij Bertam vocant, ſorore S. Vuolphelmi Abbatis Bruvvilerenſis ſanctimoniali conſcripta, ſed ſtylo per F. Laur. Surium paſſim mutato, & quibusdam nonnihil contractis.**

**PROLOGVS AVTHORIS.**

**D**omino N. Archipræſuli venerando, cunctis Chriſti cultoribus pro merito bonitatis amando, pauper, vilis & peccatrix illa indigna vocari ſui ancilla, præſentis vitæ poſt tædia, æternæ beatitudinis præmia. Cõfortata exemplo Abrahæ patriarchæ, Deum familiariallocutione ſepiùs cõuenire audentis, adijciam adhuc loqui ad te dominum meum, fidum imitatoreſ ipſius Dei omnipotentis, humillimè clementiam tuam implorans, vt pro eius nomine, qui innumeris diuitum donarijs prætulit duo ærea minuta viduæ, æneum hoc opuſculum gratum tuæ dominationi ſit munuſculum: hocque admonearis, vt meſ pauperçylæ orata implere non obliuiſcaris: quatenùs pro te intercedente ſanctæ virgine, cuius merita hic habentur deſcripta, omnia tuæ humanæ fragilitatis deſcantur delicta. Nos qui de te, Præſulum digniſſime, patrem & dominum appellantes, & loco Chriſti pro noſtrarũ virium modulo venerates: ſicut illi dicimus, cuius erga nos vices geris, Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam: ita poſt illum ad tuum honorem referimus, quicquid geſſerimus laude dignum. Cum enim tum ob noſtra, tum aliorum ſubditorum, vel corrigenda vel etiam propulſanda mala labores ſuſcipias, iure quoque ex ijs, quæ Deo adiuuante rectè gerimus, honor ad te redit. Sic pius ille magiſter, cuius es vicarius, ſeròſim quidem diſcipulos ſuos ſtultos & tardos corde ad credendum, vel alijs id genus modis appellabat: at coram reprehenſoribus, qui eos ſpicas vellentes, vel alia ſimilia facientes carpebant, inuidia ratione tuendos ſuſcipiebat. Itaque hinc ego animata, exiguum hoc tuæ Dominationi offero munuſculum, vt ſi qua in eo corrigenda ſint, ea piorum virorum opera emendes. Si quis verò inuidia ſtimulante illud calumniari velit, inſtar eius, quem iam diximus, magiſtri defendere nè dubites: vt cuius geris vicem, in eius quoque veſtigijs gnauiter inſiſtas. Porro ſi quis opus emendatione indigens putet eſſe indignum, quod tantæ dignitatis viro munus offeratur, nouerit is, tametſi calami magna eſt ruſticitas, non paruam tamen in ipſa materia vtilitatem in eſſe: atque ita quod ſtylus impolitus videtur efficere contemptibile, id inſigni precio materiæ munus effici gratiſſimum. Ieiuno quidam ſermone multa præclare geſta proſequimur, putà beatæ matris Adelheidis Vitam: quam cum Dominus admiferit in beatorum cõfortium, qui nunquam non pro populo Dominum deprecantur, idque ſignis euidentiffimis declarant:

Luc. 21.

Hucusque non eſt mutata phraſis

Pal. 113.

Luc. 24.

Matt. 12.

rant: quibus meritis ad hoc honoris culmè euecta ſit, tibi inprimis, deinde etiam Chriſtianiſ omnibus noſſe profuerit. Vnde etiam curandum eſt prudentiæ tuæ, vt ſue hoc noſtro, ſue quouis alio ſtylo iſthec ad omnium notitiam perferantur, vt ſciant omnes abſque meritis noſtris Dei benignitate factum eſſe, nè hæc in obliuionem venirent. Pro qua re tu quoque gratias agere debebis Domino Saluatori, qui cum eſſet Deus, homo fieri dignatus eſt, viuens & regnans cum Deo patre in vnitæte ſpirituſſancti per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

*Sequebatur hic alius eiſdem prologus ad Deo ſacratas virgines: quem vitandæ prolixitatis cauſa omiſimus. Teſtatur in eo, ſe ea quæ ſcribit, habere ex earum relatione, quæ S. Adelheidis adhuc viuentis doctrina & exemplis inſtituta fuere: tum etiam ſe libellum examinandum obtuliſſe viris doctis, & ab eis approbatum eſſe. Hæc alterius prologi ſumma eſt.*

**HISTORIA.**

**L**Nchoado huic operi adſit gratia Spirituſſancti, qui author eſt bonorum omnium, quæ quiſquã vnquam ab ipſo mundi exordio facienda ſuſcepit & perfecit: vt ab illo quoque noſtrum abſoluatur opus ſuppeditatione donorum eius, in quibus omnis boni initium atque ſinis conſiſtit. Et nos quidem contemplatione imperitiæ noſtræ ad eò deiſcimus, vt rãtum opus vel auſpicari formidemus: ſed verò diuini muneris conſideranda largitate intantum animis confirmamur, vt faceſſat timor omnis, maximè cum ſcriptura teſte, ſpiritus ubi vult ſpiret. Quem etiã noſtris conatibus adſpiraturũ conſidimus, freti meritis ſanctæ matris noſtræ Adelheidis: cuius vitam laudabilem literis mandare inſtituimus nos humiles eius ancilla. Operè precium autem facturæ videmur, ſi primò nobiliſſimum eius ſtemma vel genus indicemus, ac deinde vitæ ſanctitatem commemoremus. Deiq; in ea virtutem ſuſpicientes, illi gloriam tribuamus, qui, vt Apoſtolus ait, operatur omnia in omnibus. Patrem habuit Megengorem, illuſtrem Comitem, qui ſuo tempore magnus inter principes & perquam celebris habebatur. Mater Gerbirga dicta eſt, nõ minùs generis nobilitate inſignis, quippe filia Ducis Godefridi, ea tempeſtate magni & incomparabilis viri. Habuit verò eadem Gerbirga quatuor fratres, inter proceres eius temporis præſtantiſſimos, è quibus Godefridus Dux, eiſdem cum patre nominis & dignitatis, obiit abſque coniuge & liberis: ſecũdus atavus fuit Henrici nupèr deſuncti Imperatoris: ad reliquos duos primariæ nobilitatis viri Franciæ orientalis, quam Franconiam vocant, ſuum genus referunt. Porro duo illi, quos diximus, cum eſſent mũdi huius ampliſſimis aucti honoribus, etiam coram Deo conati ſunt ſe virtutum ſtudioſos exhibere: fuitq; illis maſcula proles, cui aui nomen impoſitum, & principatus attributus eſt: natæ etiam ſunt eis quatuor filiæ, è quibus duæ iunctæ ſunt viris præpotentibus & valdè opulentis. Harum altera Irmentrudis aui fuit Henrici clariffimi Ducis, & Adelberonis Metenſis Epifcopi, Frederici Ducis, fratrumq; eius inprimis illuſtrium huius temporis virorum. Altera Alucrada itidem ſpectata prole aucta fuit. Aliæ duæ apud Coloniam Agrippinam Chriſti ſeruitio mãcipatæ ſunt, vna quidem in nonaſterio beatiffimæ matris Dei, ubi tam religioſè vixit, vt ei poſteà præſecta ſit: altera Adelheidis, de qua nobis ſermo eſt, in cœnobio ſanctarum Virginum complexa eſt monaſticum vitæ inſtitutũ ad D. Hieronymi præſcriptum ſiue regulam: atque in tenera ætate ita ſe comparauit, vt futuræ probitatis & ſanctitatis hand obſcura iam tum ſpecimina præberet. In ipſis pueritiæ annis literarum ſtudijs ſeſe applicas, magnos habuit in vera ſapientia progreſſus, Deo id ita diſpõſante, qd ſciret eam poſteà multis profuturã. Cœpit tũ vſque ad eò virtutũ & probitatis augeri incremētis, vt adoleſcētis annos morũ grauitate trãſcenderet, poſſetq; iam in illam competere illud ſapientie: Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neq; annorũ numero computata. Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. Accidit interim, vt Imperatore aduerſum Boemos cũ exercitu profi-

FEBRUAR. 5.

Ioan. 3.

1. Cor. 12. S. Adelheidis pariter.

Auunculi eius.

Frater vnus & tres ſores.

Quoddam religioſæ vitæ genus amplectitur S. Adelheidis.

Sap. 4.

proficiente, frater harum sororū Godefridus strenuam ei nauaret operam, omni bellico apparatu & multo milite stipatus. Qui tamen illic occubuit, & cadauer in patriam difficulter quidem, sed honorificè reportatum est. Eo casu consternati parentes eius, & animo volentes Apostoli sententiam, præterire figuram huius mūdi, ita deinceps vebantur mundo tanquam nō videntes, toto peccore cælestem patriam suspirantes, quam non ignorabant fore sempiternam: bonorumque omnium, quæ erant Godefridi filij, Deum heredem instituerunt, vt eius anima cælestis paradisi hereditate potiretur. Enimvero de fundamentis excitauerunt in Vilika templum venerabile, prædijisque & mancipijs illud ditauerunt: atque inter se sani & incolumes mutuo consensu decreuerunt cōtinenter vivere, & pro Christi amore communis tori nescire commercia: cum interim meliori spiritus & animorum coniunctione, pariq; in cœpto promouendo opere cura collegatis, vnum illis cor esset & anima vna in Domino.

Et alter quidem, putā maritus, propter frequētes tum suorum, tum exterorum concursus, quos, vt potē princeps, vitare non potuit, specietenus mundo in seruebat, prædia sua inuisēbat, & Christi adiutus ope, omnia prudenter & iustè disponebat. Cū autem aliquid dabatur ab hominum strepitu ocij, in honestum negocium id conuertebat, curabatque vt sacerdotes, quos Capellanos vocant, scripta diuina Germanicè ipsi exponerent, quæ ardenti desiderio audire solebat, vt quemadmodum Iacobus hortatur Apostolus, factus esset verbi, & non auditor tantum. Porro eius illustris coniunx, ab hominum turbis prorsus remota, perpetuò māsit eo loco, vbi construebatur monasterium, structura accelerandæ prudenti magisterio insistens, atq; etiam Deo fideliter seruans, nocte ac die vacans precibus & orationibus: ita vt non immeritò possit anteponi illis viduis, quas ob continentia meritum Apostolus veras appellat viduas, quæ post maritorum obitum faciunt ex necessitate virtutem, quam etiam hæc illustris marrona fecit, non vlla adacta necessitate, sed vi diuini amoris impulsā. Consummata inde monasterij structura, multæ collectæ sunt virgines, quæ diuino vacarent cultui, quibus filiam suam Adelheidem, de sanctarum Virginum monasterio, cui prædia cōtulerunt, accitam præfere voluerunt. Illa igitur ceu prudens dispensatrix constituta in magni patris familiaris domo, omni studio & opere bono aucta est, maternamque subditis curam adhibens, in tempore illis tritici mensuram fideliter erogauit. Exultabant itaque in Domino pij parentes, tantum filia suæ eique subditarum virginum profectum cernentes: sed cū eas cuperent excellentiorem arripere viam, rogabant vt mutato habitu, monasticum institutum conscderentur. Adelheidis verò, vt ipsa asseruit, cultu vestium professioni ipsius congruentium delectata, illis sese verecundè opposuit, ait Deum non expetere coacta seruitia, sed quæ voluntarij cordis simplex munditia offerat. Eo respōso accepto, parentes eius, salua pietate, ab eo proposito animum suum renouarunt.

Porro autem omnibus benè compositis & ornatis, locum Imperatori Othoni tertio, regia defensione perpetuò tuendum tradiderunt: qui moris singulari erga eos beneuolentia, locum absoluit & immunem esse voluit ab omni seculari seruitio; eailum libertate donans, qua fruuntur monasteria Gandersheimense, Quedelensburgense, & Assnitense: putā, nē quis iudex aut aduocatus vllam ab eo seruitutem exigat, aut in eius confinijs lites agat, nisi quatenus Abbatissæ & monasterio visum sit: vtque perpetuò illis virginibus maneat libera potestas Abbatissam de sua sodalitate eligendi. Vtque ealibertatis donatio rata & firma semper sit, adhibita sunt instrumenta, summi Pontificis & duorum Imperatorum Othonis & Henrici propriæ manūs scriptura & sigillis munita, quæ etiam nūm apud nos accuratè asseruantur, nē posteros lateat huius rei veritas. Nec diū post domina Gerbirga, in perseuerati catholica fidei & bonorum operum studio vigilans, Domino vocante, rebus humanis exempta est, illo donanda beatitudinis præmio, quod Dominus in Euangelio vigilanti seruo promittit. Matre autem orbata Adelheidis, ad Deum, quem à primis ætatis inijs dilexerat, ardentiori animi studio se conuertit, & quod prius vtrique parenti de habitu mutando negauerat, tūc ad animum reuocans, salubriter compuncta est, & quemadmodum monasticum vinēdi institutum susciperet, anxie horis omnibus cogitauit. Interim tamen sapienti vsa consilio, noluit subitam vitæ mutationem admittere, sed vires diligenter examinans, apud sese experiri cœpit, posset ne S. Benedicti regulam completi: timens illud Euangelicum, si quid supra vires temerè tentasset: Hic homo cœpit edificare, & non potuit cōsummare. Itaque

vescendi hora, spiritus carnibus & lautioribus epulis, monasticis cibis cōtenta fuit, neque id tamen sentientibus alijs, quæ illic aderant, dempta sorore vna, quam ob vitæ integritatem secretorum suorum consciam esse voluit. Vtebatur extrinsecus vestibus lineis, sed ad nudum corpus laneis, nobile & delicatum corpusculum edomans, vt posset regulæ perferre iugum.

Cū sic autem anno vno necessarios virium corporis sumptus computasset, cosq; sibi ad tolerandos monasticæ regulæ labores sufficere posse confideret, non quidem suis præfens meritis, sed nitens gratia Dei, id quod animo diū cōcupierat, re ipsa compleuit. Accita enim venerabili Abbatissæ & quibusdam alijs de monasterio beatissimæ matris Dei, humili deuotione illarum se subdidit magisterio, vt per illarum doctrinam disceret monasticæ vitæ instituta, simul etiā exhortas subiectas sibi virgines, vt vna cum ipsa hæc amplecti minimè dubitarent. Quibusdam autem id recusantibus, & ad mūdum reuertentibus illa vehementer condoluit, cupiens cum Apostolo, omnes esse sicut se ipsam. Quæ verò tum Dei, tum ipsius amore retentæ abscedere noluerūt, ijs tam admiranda virtutis exempla de se præbuit, vt quāuis illis præfesset magisterij nomine & dignitate, omnibus tamen exactius & studiosius difficilima quæque, regularis obseruantia instituta seruaret, aliasq; nē corruerēt, ieiunijs & precibus sustentaret, & si qua extitissent vitia, ea zelo iustitiæ in ipsis comprimeret exordijs, nē crescētis sanctæ religionis initia suffocarēt. Enimvero maternam animo retinens charitatem & beneuolentiam, & foris exercens iudicij seueritatem, materno affectu flagella exteriori adhibebat homini, vt spiritus saluus fieret in die Domini. Ipsum autem reuerentis zelum spiritu mansuetudinis temperare solebat, non ignorās summum ius summam esse iniuriam, & iustitiam, si modum excedat, verti in crudelitatem. Itaq; post castigationes sepe miserata vicem illarum, quas flagellauerat, ceu mater clemētissima prouecta ætatis sorores, quas religio vitæ & benè compositi mores commendabāt, ita compellauit: Valdè me miseret filiarum mearum, quæ duris sunt à me flagellis afflicta. Itaq; oro & hortor vos, vt eis quædam piarum consolationum fomenta adhibeatis, nē fortè abundantiori tristitia absorbeantur: sed iam à culpis suis emendatæ, & Deo & mihi amabiles sese filias exhibeant. Sic illa prudenti moderamine blandimēta terroribus miscens, apud duriores & obliuiores, quemadmodum Apostolus monet, tandiū arguendo, obsecrando, increpando instabat, donè vitiorum pestes ab earum animis depelleret.

Pater autē eius dominus Megengor post obitum coniugis triennio superuixit, cumq; bonis ex Dei gratia auctus, ad cælestia tendēs duce sapientia & iustitia, in loco, qui Gellere dicitur, migravit de vita, ab eo coronandus proculdubio, pro cuius amore legitimè hæc decertauit. Qua verò nocte obiit, eā ipsa filie suæ Adelheidi in lecto quiescenti, & vt ipsa asseruit, nec planè vigilianti, nec omninò dormienti, quidam ad stare visus est, & ad eius aures suaui modulatione ea prophetæ verba depromere, Ecce quomodo moritur iustus, & nemo percipit corde: viri iusti tolluntur, &c. Cumq; manè hanc visionem fororibus indicare vellet, necdū completo sermone nuncius aduenit, qui patrem eius defunctum retulit. Quem illa curauit in monasterio ab ipso fundato religiosè & honorificè tumulandum vnā cum coniuge. Idem autē ipse postea apparuit in somnis cuidam eius monasterij forori, regio cultu & decore conspicuus. Illa autē diū eum contemplans, nec sine admiratione an ipse esset Megengor percunctans, ab eo hilariter hunc in modum compellata est: Megengor ego diuus sum, cū me corporis granaret moles: at nunc vocabulo in melius commutato Megengaudius vocor: quandoquidem peccatorum absolutus nexibus, gaudijs fruor sempiternis in patriarcharū & beatorum omnium iucundissima societate.

Porro autem defuncto patre, virgo nobilissima, libera rerum suarum potita facultate, summopere in eam incumbere curam, nē sorores aliqua rei necessariæ inopia impeditæ, non satis possent exactè tenere viam reuerentis: memorq; præceptorum S. Benedicti, re ipsa se matrem declarauit, victum vestitumq; necessarium vtrò eis tribuens, dis erga suas sollicitudo.

Hyberno tempore post nocturnas preces cum sororibus dormitorium repetebat, diligenterq; inspiciens puellarum lectulos, singularum pedes donè incalescerēt, suis confricabat manibus. Infirmas quoque sorores, vt habet regula, non solum prudentibus & sollicitis commedabat sororibus, sed ipsa quoque eas quotidie inuisebat, & ante earum lectulos humiliter in genua se submittēs, capita blandissimè erigebat, cibum & potum

vescendi hora, spiritus carnibus & lautioribus epulis, monasticis cibis cōtenta fuit, neque id tamen sentientibus alijs, quæ illic aderant, dempta sorore vna, quam ob vitæ integritatem secretorum suorum consciam esse voluit. Vtebatur extrinsecus vestibus lineis, sed ad nudum corpus laneis, nobile & delicatum corpusculum edomans, vt posset regulæ perferre iugum.

Cū sic autem anno vno necessarios virium corporis sumptus computasset, cosq; sibi ad tolerandos monasticæ regulæ labores sufficere posse confideret, non quidem suis præfens meritis, sed nitens gratia Dei, id quod animo diū cōcupierat, re ipsa compleuit. Accita enim venerabili Abbatissæ & quibusdam alijs de monasterio beatissimæ matris Dei, humili deuotione illarum se subdidit magisterio, vt per illarum doctrinam disceret monasticæ vitæ instituta, simul etiā exhortas subiectas sibi virgines, vt vna cum ipsa hæc amplecti minimè dubitarent. Quibusdam autem id recusantibus, & ad mūdum reuertentibus illa vehementer condoluit, cupiens cum Apostolo, omnes esse sicut se ipsam. Quæ verò tum Dei, tum ipsius amore retentæ abscedere noluerūt, ijs tam admiranda virtutis exempla de se præbuit, vt quāuis illis præfesset magisterij nomine & dignitate, omnibus tamen exactius & studiosius difficilima quæque, regularis obseruantia instituta seruaret, aliasq; nē corruerēt, ieiunijs & precibus sustentaret, & si qua extitissent vitia, ea zelo iustitiæ in ipsis comprimeret exordijs, nē crescētis sanctæ religionis initia suffocarēt. Enimvero maternam animo retinens charitatem & beneuolentiam, & foris exercens iudicij seueritatem, materno affectu flagella exteriori adhibebat homini, vt spiritus saluus fieret in die Domini. Ipsum autem reuerentis zelum spiritu mansuetudinis temperare solebat, non ignorās summum ius summam esse iniuriam, & iustitiam, si modum excedat, verti in crudelitatem. Itaq; post castigationes sepe miserata vicem illarum, quas flagellauerat, ceu mater clemētissima prouecta ætatis sorores, quas religio vitæ & benè compositi mores commendabāt, ita compellauit: Valdè me miseret filiarum mearum, quæ duris sunt à me flagellis afflicta. Itaq; oro & hortor vos, vt eis quædam piarum consolationum fomenta adhibeatis, nē fortè abundantiori tristitia absorbeantur: sed iam à culpis suis emendatæ, & Deo & mihi amabiles sese filias exhibeant. Sic illa prudenti moderamine blandimēta terroribus miscens, apud duriores & obliuiores, quemadmodum Apostolus monet, tandiū arguendo, obsecrando, increpando instabat, donè vitiorum pestes ab earum animis depelleret.

Pater autē eius dominus Megengor post obitum coniugis triennio superuixit, cumq; bonis ex Dei gratia auctus, ad cælestia tendēs duce sapientia & iustitia, in loco, qui Gellere dicitur, migravit de vita, ab eo coronandus proculdubio, pro cuius amore legitimè hæc decertauit. Qua verò nocte obiit, eā ipsa filie suæ Adelheidi in lecto quiescenti, & vt ipsa asseruit, nec planè vigilianti, nec omninò dormienti, quidam ad stare visus est, & ad eius aures suaui modulatione ea prophetæ verba depromere, Ecce quomodo moritur iustus, & nemo percipit corde: viri iusti tolluntur, &c. Cumq; manè hanc visionem fororibus indicare vellet, necdū completo sermone nuncius aduenit, qui patrem eius defunctum retulit. Quem illa curauit in monasterio ab ipso fundato religiosè & honorificè tumulandum vnā cum coniuge. Idem autē ipse postea apparuit in somnis cuidam eius monasterij forori, regio cultu & decore conspicuus. Illa autē diū eum contemplans, nec sine admiratione an ipse esset Megengor percunctans, ab eo hilariter hunc in modum compellata est: Megengor ego diuus sum, cū me corporis granaret moles: at nunc vocabulo in melius commutato Megengaudius vocor: quandoquidem peccatorum absolutus nexibus, gaudijs fruor sempiternis in patriarcharū & beatorum omnium iucundissima societate.

Porro autem defuncto patre, virgo nobilissima, libera rerum suarum potita facultate, summopere in eam incumbere curam, nē sorores aliqua rei necessariæ inopia impeditæ, non satis possent exactè tenere viam reuerentis: memorq; præceptorum S. Benedicti, re ipsa se matrem declarauit, victum vestitumq; necessarium vtrò eis tribuens, dis erga suas sollicitudo.

Hyberno tempore post nocturnas preces cum sororibus dormitorium repetebat, diligenterq; inspiciens puellarum lectulos, singularum pedes donè incalescerēt, suis confricabat manibus. Infirmas quoque sorores, vt habet regula, non solum prudentibus & sollicitis commedabat sororibus, sed ipsa quoque eas quotidie inuisebat, & ante earum lectulos humiliter in genua se submittēs, capita blandissimè erigebat, cibum & potum

vescendi hora, spiritus carnibus & lautioribus epulis, monasticis cibis cōtenta fuit, neque id tamen sentientibus alijs, quæ illic aderant, dempta sorore vna, quam ob vitæ integritatem secretorum suorum consciam esse voluit. Vtebatur extrinsecus vestibus lineis, sed ad nudum corpus laneis, nobile & delicatum corpusculum edomans, vt posset regulæ perferre iugum.

Cū sic autem anno vno necessarios virium corporis sumptus computasset, cosq; sibi ad tolerandos monasticæ regulæ labores sufficere posse confideret, non quidem suis præfens meritis, sed nitens gratia Dei, id quod animo diū cōcupierat, re ipsa compleuit. Accita enim venerabili Abbatissæ & quibusdam alijs de monasterio beatissimæ matris Dei, humili deuotione illarum se subdidit magisterio, vt per illarum doctrinam disceret monasticæ vitæ instituta, simul etiā exhortas subiectas sibi virgines, vt vna cum ipsa hæc amplecti minimè dubitarent. Quibusdam autem id recusantibus, & ad mūdum reuertentibus illa vehementer condoluit, cupiens cum Apostolo, omnes esse sicut se ipsam. Quæ verò tum Dei, tum ipsius amore retentæ abscedere noluerūt, ijs tam admiranda virtutis exempla de se præbuit, vt quāuis illis præfesset magisterij nomine & dignitate, omnibus tamen exactius & studiosius difficilima quæque, regularis obseruantia instituta seruaret, aliasq; nē corruerēt, ieiunijs & precibus sustentaret, & si qua extitissent vitia, ea zelo iustitiæ in ipsis comprimeret exordijs, nē crescētis sanctæ religionis initia suffocarēt. Enimvero maternam animo retinens charitatem & beneuolentiam, & foris exercens iudicij seueritatem, materno affectu flagella exteriori adhibebat homini, vt spiritus saluus fieret in die Domini. Ipsum autem reuerentis zelum spiritu mansuetudinis temperare solebat, non ignorās summum ius summam esse iniuriam, & iustitiam, si modum excedat, verti in crudelitatem. Itaq; post castigationes sepe miserata vicem illarum, quas flagellauerat, ceu mater clemētissima prouecta ætatis sorores, quas religio vitæ & benè compositi mores commendabāt, ita compellauit: Valdè me miseret filiarum mearum, quæ duris sunt à me flagellis afflicta. Itaq; oro & hortor vos, vt eis quædam piarum consolationum fomenta adhibeatis, nē fortè abundantiori tristitia absorbeantur: sed iam à culpis suis emendatæ, & Deo & mihi amabiles sese filias exhibeant. Sic illa prudenti moderamine blandimēta terroribus miscens, apud duriores & obliuiores, quemadmodum Apostolus monet, tandiū arguendo, obsecrando, increpando instabat, donè vitiorum pestes ab earum animis depelleret.

Pater autē eius dominus Megengor post obitum coniugis triennio superuixit, cumq; bonis ex Dei gratia auctus, ad cælestia tendēs duce sapientia & iustitia, in loco, qui Gellere dicitur, migravit de vita, ab eo coronandus proculdubio, pro cuius amore legitimè hæc decertauit. Qua verò nocte obiit, eā ipsa filie suæ Adelheidi in lecto quiescenti, & vt ipsa asseruit, nec planè vigilianti, nec omninò dormienti, quidam ad stare visus est, & ad eius aures suaui modulatione ea prophetæ verba depromere, Ecce quomodo moritur iustus, & nemo percipit corde: viri iusti tolluntur, &c. Cumq; manè hanc visionem fororibus indicare vellet, necdū completo sermone nuncius aduenit, qui patrem eius defunctum retulit. Quem illa curauit in monasterio ab ipso fundato religiosè & honorificè tumulandum vnā cum coniuge. Idem autē ipse postea apparuit in somnis cuidam eius monasterij forori, regio cultu & decore conspicuus. Illa autē diū eum contemplans, nec sine admiratione an ipse esset Megengor percunctans, ab eo hilariter hunc in modum compellata est: Megengor ego diuus sum, cū me corporis granaret moles: at nunc vocabulo in melius commutato Megengaudius vocor: quandoquidem peccatorum absolutus nexibus, gaudijs fruor sempiternis in patriarcharū & beatorum omnium iucundissima societate.

Porro autem defuncto patre, virgo nobilissima, libera rerum suarum potita facultate, summopere in eam incumbere curam, nē sorores aliqua rei necessariæ inopia impeditæ, non satis possent exactè tenere viam reuerentis: memorq; præceptorum S. Benedicti, re ipsa se matrem declarauit, victum vestitumq; necessarium vtrò eis tribuens, dis erga suas sollicitudo.

Hyberno tempore post nocturnas preces cum sororibus dormitorium repetebat, diligenterq; inspiciens puellarum lectulos, singularum pedes donè incalescerēt, suis confricabat manibus. Infirmas quoque sorores, vt habet regula, non solum prudentibus & sollicitis commedabat sororibus, sed ipsa quoque eas quotidie inuisebat, & ante earum lectulos humiliter in genua se submittēs, capita blandissimè erigebat, cibum & potum

fff ori

1. Cor. 7.

Monasteriū  
Vileccense  
extruitur.

Iacob. 1.

1. Tim. 5.

Multæ vir-  
gines ibi  
congregan-  
tur.  
Illis S. Adel-  
heidis pect.Mater eius  
decedit de  
vita.  
Luc. 12.

Luc. 14.

Regulā S.  
Benedicti  
cū suis am-  
plectitur.  
1. Cor. 7.Castigat  
virgines  
suas.

2. Tim. 4.

Obitus pa-  
tris eius.  
for. \* Gel-  
dria. Appa-  
ret autē Gel-  
dria Comi-  
tē fuisse: nō  
enim tunc  
Duces erāt.  
Esa. 57.S. Adelhei-  
dis erga su-  
as sollicitu-  
do.

Matt. 6.

Benignitas eius in pauperes.

Multi pauperes famis tempore ab ea fouetur.

Matt. 25.

S. Heribertus Episcopus Coloniensis.

Præfuit S. Adelheidis monasterio S. Mariz.

ori comiter admouebat, tamque largis generosam faciem rigabat lachrymis, ac si eas omnes ipsa peperisset. Eiusmodi ergo Abbatissæ vigilantia sorores à curis secularibus expeditæ, in regularis vitæ obseruatiâ excrescebant, vt exemplo essent etiam ijs, à quibus monasticæ vitæ instituta didicerant. Cùm sic autem Domino adiuuante rectè composuissent interiora, ad exteriora quoque necessariò se contulit, memorque illius Dominicæ sententiæ, *Quærite primùm regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiacentur vobis: regnum Dei etiam per ipsa exteriora quæsiuit, bona spe freta, se maiora à Domino recepturam.* Ex ipsis enim monasterij possessionibus cortem vnam Domino delegauit, vt ex eius annuis fructibus & prouentibus quindecim pauperes perpetuò vestirentur & alerentur, iubens eisdem quotannis circa Christi natalem diem quindecim solidos numerari. Alios etiam quindecim pascendos instituit ex interioribus monasterij sumptibus, ijsque voluit annuis Quadragesimæ temporibus totidem dari solidos, atque in Apostolorum ferijs solidos duodecim, diebus quoque singulis ieiuniorum, quæ vocant quatuor temporum, nummos tres cum plena aliarum rerum erogatione. Sæpè verò admonuit sorores, nè hanc constitutionem vllò vnquam tempore aboleri paterentur, certò illis prædicens, si eam contingeret infirmari, & spiritualium & temporalium eas rerum detrimenta facturas. Id quod literis annotatum voluimus, nè vnquam in obliuionem abeat.

Cùm aliquando totus penè orbis acerba fame affligeretur, eius liberalitate comperata, homines egentes vndiquè ad eam tanquam ad matrem confluebant, atque in plateis & compitis multi iacentes semiuiui, solitam elemosynarum eius dispensationem expectabant. Tum illa erga omnes commiseratione permota, studuit singulis consulere prompta animi deuotione: sanis quidem & valentibus solidum cibum, nempe panem & lardum porrigens: non benè autem habentibus holera & legumina cum carnibus accuratè decocta: qui verò iam intumuerant, & quorum propemodùm desperata erat vita, eos sorbitiunculis aqua mixtis & modica farinula vel sagina refocillabat: id summo opere curans, nè cibo auidius sumpto, in vitæ discrimen conijcerentur homines diuturna fame confecti. Et hæc quidem illa fecit coram hominibus in gloriam cælestis patris: in abscondito verò, nescientè sinistra, tam ad præstandam miseris elemosynam porrecta erat dextera, vt sæpè nummis carens, quos pauperibus petentibus largiretur, clam sibi detraheret caligas, casque miseris donaret. Atque hæc & pleraque alia, quæ in abscondito, patre suo cælesti vidente, faciebat, magno studio alios celabat: quæ si nos singularim persequi velimus, nullus erit dicendi finis. Confirmavit igitur Dominus hoc in ea, quod ipse ait: *Oni habenti dabitur, & abundabit.* Cùm enim Dei & proximi charitate ferueret, tanta vtriusque hominis felicitate potita est, vt foris diuitijs, intus virtutum donis spiritualibus polleret, quibus instituit, promouit & firmavit sanctam religionem, itemque diuini seruitij scholas, quæ ei semper nõ mediocri curæ fuère: quas etiam crebrò ingrediens, & ex arte Grammatica quæstiunculas mouès, si quam cerneret commodè respondentem, humaniter osculabatur eam, & quodam afficiebat munusculo, spe profectus illius in Domino exultans.

Interim verò sorore eius Bertrada in Christo feliciter obdormiente, beatus Heribertus Archiepiscopus sciens hanc matrem nostram cunctis ornata virtutibus, voluit eam defunctæ sorori succedere in regimine, licet illa modis omnibus recusaret, indignam tanto honore se clamitans. Cùm autè Imperatori apud Aquas grani tunc commoranti nunciatum esset, eam neque petenti neque iubenti Episcopo consentire velle, accessit eam, & sororis honore sublimauit. Tum verò in metropolitana Coloniensi ciuitate declaratum est, quid priùs illa operata esset in obscuro Iuliacensi tugurio: idque adeò, vt idem sanctus Archiepiscopus testaretur eam cunctis sui ordinis sapientia, religione & sanctitate esse incomparabilem. Vnde etiam factum est, vt tanto is eam amore prosequeretur, vt in rebus diuinis constitutendis eius libenter vteretur consilijs, eamque admodum reuerenter haberet. Erat enim inter illos magna charitas, & Deo grata familiaritas, ita vt in rebus bonis vnus sententiæ & consuetudinis esse videretur: quo fit etiam, vt dubium non sit eos nunc in vna æternitatis domo pariter commorari. Felicem planè illis temporibus Coloniæ Agrippinensium, in rebus omnibus benè constitutam, quando & iste studiosissimus beati Petri imitator, Cleri & populi rector atque doctor extitit, & hæc tam excellens virgo virginis choris singulari religione præfuit.

Est

Etsi autem Coloniensi monasterio præfecta erat, at tamen vtrique & Coloniensi & Vilecensi strenuè inuigilabat momentis omnibus, boni pastoris exemplum sequens, & illud Euangelicum sæpè commemorans, Cui multum donatum est, multum quæretur ab eo. Illis verò virginibus, quas in cœnobio Vilecensi lacte salutaris doctrinæ Domino nutriticrat, singulare quandam materni animi beneuolentiâ exhibebat: neque id mirum, quando id plerumque carius complectimur, quod carius acquisitum est. Neque splendor omnis Coloniensis gloriæ harum ei memoriam auferre potuit, quin semper doleret corpore se illis interdum abesse, quibus spiritu nunquam non præsens erat. Cùmque ad eas quandoque accederet, non minori eam excipiebant gaudio, quam si ipsum Dominum viderent. Vt enim gallina pullos colligit sub alas, sic illa omnes mira charitate ac benignitate ad se attrahebat, vultum, habitum, constitutionem singularum accuratè inspiciebat, & num quem rerum necessariarum ipsa absente defectum passæ essent inquirens. Non enim ferre potuit, vt gregi suo deessent corpori & animæ necessaria. Itaque nunquam nulla sorore sciente in cellarium siue promptuarium ingrediens, vinum, carnes, pisces aliisque multa sibi ipsi suffurabatur, eaque imbecillioris ætatis puellis & sororibus malè valentibus distribuebat: vt si quid de constituta annonæ portione subtractum esset, hoc furti genere ipsa compensaret. Mâluit autem clam id facere, vt & patris celestis in abscondito videntis promereretur retributionem, & eorum vitaret reprehensionem, qui eam sæpè prodigæ rerum suarum dispensationis insimulabant.

Nec defuit huic preciosæ virginum gemme, omnium virtutum splendore nitenti, miraculorum gloria. Si qua enim soror reliquis in templo cantantibus, sonora vocis modulatione non congrueret, à pia illa matre obiurgata, vel etiam in facie manibus cæsa, toto reliquæ vitæ spatio clara fuit & delectabili voce. Eundem in modum si quas longa ægritudine laborantes, tanquam ociosas & tempus inutiliter consumentes reprehenderet, confestim à Domino curatæ sunt. Contigit aliquando accessit ab ea cellariam vinum è dolio prominentem. Ea verò nullas nectens moras, nè quam inobedientiæ notam incurreret, epistolam veritulum manu retinens velociter accurrit, sed vbi ad se reuersa id animaduertit, valde timuit ob effusum, vt suspicabatur, vinum. Eam verò consolans pia mater, Nolo, inquit, soror vt huius rei causa vllum animi dolorem suscipias: poterit enim facile hoc præstari damnum virtute & gratia Dei. Interim camus visum, quid factum sit, & siue benè, siue malè ceciderit, gratias agamus Deo. Eunt igitur pariter solitudine, sed cum nec guttam vnam è vase excidisse cernerent, cellaria ad beatæ Adelheidis pedes corruës, factum hoc memorabile eius sanctitati adscribebat: illa contra diuinæ potentie & sororis obedientie tribuendum asserbat, simul interdicens, nè cui id aperiret, donec ipsa esset in humanis. At illa nefas existimans tantum diuinæ virtutis miraculum silentio tegere, quibusdam sororibus id secretius in laudem Dei indicauit. Adelheidis enim in omnibus, quæ per illam diuinitus fiebant, semper fugit hominum applausus & fauores, prudenter animo considerans periculosum esse laudare prospero cursu nauigantem hoc mare magnum & procellosum, donec feliciter in portum perductus sit.

Cùm iam autem Dominus pro meritis illam remunerare vellet: reddit enim ille vnicuique, teste scriptura, iuxta opera eius: coepit paulatim viribus corporis destitui, sed solitis virtutum studijs incrementum & augeri. Virtus enim, vt ad Paulum Christus ait, in infirmitate perficitur. Appropinquante igitur die, quo erat abitura ad superos, cura debite prouisionis monasterium beatissimæ Dei genitricis Mariæ reuisit, vbi in ipsis ferijs sancti Blasij post coenam periculoso gutturi dolore correpta est, idque post Completorii preces sorori cuidam, quam in suo monasterio educatam, semper apud se habere voluit, signis quibusdam indicauit. At illa sperans nihil fore periculi, leuissimum reperit. Sed beata mater sciens se illo dolore viuendi finem accepturam, noctem peruigilem duxit timore mortis, quam natura hominis reformidat: neque id mirum, cum ipse Christus morte appropinquante tristatus sit. Cùmque in lectulo ferrè non posset noctis moras, monasteriū petijt, & nocturnas preces orando anteuerit: atque ita qua potuit virtute seruitio Dei insistens, primo crepusculo Missam sibi celebrandam curauit, corporisque & sanguinis Dominici sacramento se comuniuit: ac deinde ad B. Heribertum se conferens, egit cum illo de suis & suarum rebus. Is verò vbi didicit mortem ei impedere, incredibile dolore affectus est, videns se ab illa separari, cui indissolubili charitate deuinctus erat.

Ffff 2

At

Luc. 12.

Quanta ei cura fuerit virginum Vilecensium.

Claret miraculis.

Res sanè ad miratione digna.

Rom. 2.

2. Cor. 12.

Incidit in morbum periculosum.

Matt. 26.



Feliciter ad  
celos profi-  
citur.

At illa maternum erga suas Vilecenses filias amorem retinens, eis per nuncium si-  
gnificauit se non nisi leuiter agrotare, ne eas dolor immodicus perturbaret: simul  
orans vt quamprimum ipsam inuiderent, quod tamen illa imminens miseriam prorsus  
in scia, in crastinum distulerunt. Interim sancta illa anima carnis erga stulo absoluta,  
gaudia paradisi, ad qua viuens infatigabili animi studio suspirauit, æternum cum Chri-  
sto regnatura felicissime petijt. Quod ubi ad Vilecenses perlatum est, quales illic ge-  
mitus, qui luctus extiterit, piget referre, cum magis flere libeat, quam tantam miseriam &  
calamitatis meminisse. Cuius tamen desolationis illa vel maximum credebant fore re-  
medium, si defunctam possent in suum recipere monasterium. Atque ea causa Archi-  
episcopum aduocantes, & ad eius vestigia se crebro aduolentes, cum lachrymis implo-  
rabant clementiam eius, vt iuberet corpus defuncta apud ipsas sepeliri, a quibus illa nun-  
quam separari voluisset. Sed ille spiritu preuidens, quid per illam Dominus propediem  
esset operaturus, aliquandiu durum se prebuit & inexorabilem: tandem tamen lachry-  
mis earum victus, monente Domino, misericordia erga afflictas mouebatur, corpusq;  
illis reddens, sic lachrymabundus ait: Equidem si corpus sancta Agathæ virginis, cuius  
hodie festus die agitur, hic iam coram me haberem, vt mihi Deus testis est, haudqua-  
quam illud huic corpori anteferrem, cum dubium non sit huius animam multi precij  
esse apud Deum. Atq; ita facta Vilecensibus corporis absportandi potestate, ipse Deo  
dignus Episcopus cum vtriusque sexus ordinibus & rotius vrbanis populi frequentia  
subsecutus est. Postquam autem sacrum corpus in naui repositum fuit cum sacri ap-  
paratus honore, necdum dispositis remis, contra fluminis impetum sursum tendebat  
nauis, idque ea velocitate, vt facile inde posset virtus diuina agnosci, nec difficulter in-  
telligerent Colonenses, Dominum noluisse Vilecenses virgines orbari talis matris sa-  
crato corpore. Deinde celebratis exequijs, & anima in celis exultante, neptis eius ex so-  
rore, quam illa educauerat, Deo volente in eius locum subrogata est: qua quidem mul-  
ta vite integritate, & vultus atque statura elegatia, generis nobilitatem pre se ferebat.

Insigne mi-  
raculum.

Veniamus nunc ad miracula, qua Dominus per illam declarauit, eique laudum offi-  
cia persoluamus, cuius munere promeruit, si quid Deo dignum operata est. Anterice-  
simum obitus eius diem pauperibus ob eleemosynam impetrandam ad monasterium  
confluentibus, quidam inter alios cæcus aduenit: qui sui ductoris negligentia incaute  
impingens in saxum, quo tumulus eius claudebatur, totus humi corruit, sed mox san-  
cta virginis meritis surrexit visu donatus. Quo quidem miraculo mætor ex eius obitu  
sorores occupas profligatus est, & in omnibus domicilijs nostris lætitia perfonuit. Suc-  
cessit verò aliud miraculum maius, quod hesitatione omnem penitus absterfit ab ani-  
mis quorundam, de priori signo dubitantium.

Cæcus reci-  
pit visum.

Aliud mi-  
raculum.

Mulier quaedam vlcere in cruribus dire vexata, non nisi scipioni innixa ingredi po-  
tuit. Ea igitur in visu admonita, venit ad beatam Adelheidis monumentum, atque illic  
eius precibus curata est. Quod cum illa in Dei laudem propalaret, alia quaedam mulier  
eam dixit id fingere & comminisci: sed ea non multo post a diabolo arrepta est. Cum  
autem multis ille exorcismis exire cogeretur, virtutes Christi, quas per beatam Adel-  
heidem effecisset & effecturus esset, tandem confiteri compulsus est. Itaque ad eius se-  
pulcrum pertractus, cum multo vomitu e foemina discessit. His verò atque alijs diuul-  
gatis miraculis, ingens hominum concursus factus est tam ex longinquis quam pro-  
pinquis regionibus, ita vt monasterij ambitus propemodum peruis videretur, & so-  
rorum quies non mediocriter interturbaretur. Nam cum adhuc in corpore degeret  
virgo sanctissima, orauit vt postquam e vita abisset, non in sacratis locis, sed in tra-  
monasterij ambitum sepeliretur. Sed Dominus respiciens humilitatem ancilla suae, tan-  
quam diceret, Amica, ascende superius, eam honorifice intra muros monasterij rece-  
ptam, cum ceteris sanctis suis memoria perenni curauit celebrandam.

Aliud mi-  
raculum.

Nobilis quidam ob admissum flagitium a summo Pontifice vinculis ferreis ligatus,  
cum multa Sanctorum visisset loca, ad huius virginis tumulum tanta vili liberatus est, vt  
procul dissilientium vinculo sonus ab omnibus, qui in monasterio erant, audiretur.  
Eum verò Abbatissa veneranda, materterae suae humanitatem imitari volens, aliquan-  
diu humanissime tractauit vna cum fratre eius germano, qui licet a culpa eius immu-  
nis esset, tamen communicato cum illo labore, demptis vinculis, eam culpam expiare  
contendit. Postquam autem adhibitis fomentis, manus emortuae restituta sunt pristino  
vigori,

vigori, laetos & iucundos, equis & vestibus instructos eos a se dimisit. Sanatus est etiam  
quidam paralyticus, aurium & oculorum officio priuatus. Porro si quis inops ei non  
tam de facultate, quam prompta voluntate quippiam obtulisset, per eius intercessio-  
nem deinceps res necessarias sibi sensit suppeteret. Quod ne cui dubium videatur, certo  
exemplo id verum comprobabimus. Mulieri cuidam pauperula nocturna visione san-  
cta virgo apparens, iussit vt ex suo labore vestem sacram, quam albam vocant, ipsi offer-  
ret. Illa respondente id se pra inopia non posse, Adelheidis iussit eam suo nomine man-  
petere subsidium a vicinis. Quod cum impigre fecisset, tanta ei lini copia data est, vt non  
modò albam, sed etiam sibi ipsi vestem necessariam inde conficeret. Alba deinde ad se-  
pulcrum virginis allata, tanta coepit per omnem vitam rerum copia abundare, vt quot-  
annis eò vel bouem, vel porcum, vel alia quaedam munera adduceret. Sed cum omnia  
beatæ virginis miracula singulatim referre non possimus, quaedam ex ijs commemora-  
bimus, qua nostris temporibus facta vel visu vel auditu didicimus.

A ppâret  
cuidâ pau-  
peri foemi-  
næ.

Foemina cuiusdam filius octennis, totidem annis membrorum omnium, præterquam  
lingua & oculorum, officio destitutus fuit. Ei verò sancta virgo quadam nocte in somnis  
visa est oes ipsius neruos relaxasse. Itaq; alta voce eo exclamante, excitati sunt omnes  
qui in domo erant, ad eiusque lectulum properantes, viderunt illum sanatis membris  
omnibus ceu exanimem iacere. Sed post horæ interuallum ad se reuersus, narrauit vi-  
sionem, petijtque multa instantia a parentibus se deduci cum oblatione ad sepulcrum  
virginis. Mox ergò iumentum imponitur, sed in ipso itinere, vt maior Dei virtus appare-  
ret, cum per pontem cuiusdam fluminis transirent, iumentum cum puero in aquas de-  
cidit, & tota ferè hora ab omnium conspectu subductum fuit. Eo casu vltra modum af-  
flicti parentes pueri, præ nimio dolore sanctam Adelheidem non solum nullius apud  
Deum meriti, sed etiam crudelem & inhumanam appellabant: cum ecce subito vi-  
dent iumentum cum puero illæsum ad litus peruenisse. Tum verò summa hilaritate  
perfusi, in ferijs sancti Gereonis, cum ad preces nocturnas primo signo excitarentur  
sorores, Vilikam ingressi sunt, & qua gesta essent, omnibus exposuerunt. Liberatus est  
præter hunc etiam quidam dæmoniacus, qui postea quotannis censum illic obtulit. Sed  
ne longiores sumus, nouerit Lector nullo non genere miraculorum, dempta mortuo-  
rum excitatione, eam ornata esse a præpotente Deo, cui laus est & gloria per infinita  
secula seculorum, Amen.

Puer cõtra-  
tus ab ea  
sanatur.

Praclarum  
miraculu.

## MARTYRIUM SANCTORVM ET GLORIOSO- RVM CHRISTI MARTYRVM, FAVSTAE, EVELASII,

& Maximini, auctore Simeone Metaphraste.



In illis temporibus erat sancta martyr Christi Fausta in FEBRUAR. 6.  
ciuitate Cyzico, imperate Maximiano, diuitibus paren-  
tibus nata & fidelibus. Ab eis autem educata in Christi-  
dogmatibus, relicta est orphana, cum esset tredecim an-  
nos nata: & de cetero vacabat ieiunio & orationi, & me-  
ditationi diuinarum scripturarum. Quamobrem conue-  
nienter voci Domini, non poterat abscondi ciuitas, sita  
supra montem, sed eius peruenit fama vsque ad aures  
Imperatoris Maximiani, statimque mittit primum sui pa-  
latij, nomine Euclasi, in ciuitatem Cyzicum, vt qua-  
reret & inueniret Faustam, Christi sponsam, sic iubens:  
Si ei quidem persuasum fuerit, vt sacrificet, rectè habue-  
rit. Si minus, proijce eam in fluentum.

licet Latia  
na Marty-  
rologia ha-  
beant 20.  
Septēbris.

Matt. 5.

Euclasius autem vadens Cyzicum, inuenit ipsam ætate quidem infantem: fide verò  
& prudentia valde senem. Quamobrem cum ipsa adducta fuisset ad tribunal, vis ei affere-  
batur, vt dijs, qui non sunt, sacrificaret. Sancta autem dixit ei: Ego ijs dijs non sacrifico,  
qui sunt surdi & cæci, & nullo sensu præditi, cum sint opera manuum hominum. Habeo  
enim patrem & sponsum Iesum Christum in celis, nec possum eum relinquere, nec per-  
dam

dam meam hereditatem, quam habeo apud Dominum. Euclafius autem dicit ei: Sacrifica Fauſta dijs, nè malè & acerbè moriaris. Reſpondit ſancta: Nè putes me eſſe tanquàm vnam ex ſtultis mulieribus. Nam etſi ſum parua ætate, attamen cor meum eſt magnum & perfectum apud Deum. Euclafius verò multa ira repletus, iubet tonderi eius caput ad ignominiam & ludibrium: & ſic eam in ligno ſuſpenſam fortiter verberari. Sancta autem Fauſta cùm valdè torqueretur, ſuſtulit oculos ſuos in cælum, & orauit Dominum: & poſtquàm ea ſatis oràſſet, extitit ſtatim fulgur è cælo, ad eò vt multi morerètur. Euclafius autem id videns, valdè timuit, & cùm ſanctam Fauſtam vocàſſet, dixit ei: Mulier, dic mihi quenam ſis. te enim adſpexi facientem opera magica. Sancta verò dixit: Audi me Euclafi, & fac imaginè, quæ habeat meam figuram: & deinde aſſer omnia tormenta, & ipſa quoquè inſcribantur in imagine. Quod cùm celerrimè factum eſſet, dicit ſancta: Sit tibi notum, quòd quomodò hæc imago non ſentit tormèta, ita nec meum corpus ſentit tuas pœnas & ſupplicia. Anima enim meà eſt tota omninò ſtabilita in Domino. Deceterò fac citò in me id, quod velis. Tunc iuſſit eam, in loculo incluſam, clauis aſſigi & ſecari. Liſtores autem cùm citò feciſſent id, quod fuerat imperatum, erat ſancta intra loculum, pſallens & Dominum gloriſicàs: & deſſet ij, qui eam ſecabant, facti ſunt tanquàm mortui. Iuerunt autè ad Euclafium, & ei dixerunt: Rogamus te domine. Mulierem, quam dedisti nobis, ab hora prima vsq; ad horam ſextam ſecantes, nihil potuimus efficere. mutauit enim ſex ſerras, & neque potuerunt eam omninò tangere. Quintiam ignem loculo admouimus: illa verò pſallebat, dicens: Et ſi per ignem tranſierò, flamma non me comburet.

Hæc cùm audiſſet Euclafius, non parùm fuit animo anxius, & dicit ſancta Fauſta: O mulier, me ſupore affeciſti, faciès opera mirabilia. Sum octoginta annos natus, & nunquàm vidi talia. Deceterò adiuro te per Deum, cui credis, dic mihi omnem veritatem. Reſpondit ſancta Fauſta, & dixit ei: Rogo te domine mi, mentem diligenter adhibe. Id enim, quod dicitur, eſt virtus diuina, ſicut tu quoquè adſpexiſti, & citò tibi perſuadebo, vt ſis focius meæ religionis. Ille autem dixit: Dic liberè veritatem, ego verò attentè audiam. Sancta dicit: Deus eſt immortalis & æternus, & opera eius ſunt vera, & iudicium eius eſt ſanctum & iuſtum. Quamobrem propter eos, qui iuſtè & rectè vitam egèrunt, & pulchrum certamen conſummârunt, & diabolus pudore affecerunt, & idola, quæ à vobis dii dicuntur, tanquàm malos demones fugârunt, & mundi mala & improba opera vicerunt, & terrena quidem recuſârunt, cœleſtia autem deſiderârunt, & virginitatem cuſtodierunt, & eius præcepta citra vllam cõſeruârunt reſpõſionem: nam ipſi quoquè ſciuerunt non eſſe alium Deum præter eum: deſcendit in terram, & habitauit in ſancta & munda virgine, quomodò ſcit ipſe ſolus. Cùm is itaque eſſet natus & educatus, vt in pauca conferam ea, quæ conſequuntur, venit ſua ſponte ad crucem, & carne paſſus eſt, vt nos ſeruaret. Deinde ſepultus eſt, & reſurrexit tertio die, & in gloria aſſumptus eſt in cælos. Qui rursùs eſt venturus in conſummatione ſeculorum, iudicaturus viuos & mortuos, & redditurus vnicuique ſecundùm opera ſua. Quamobrem nos quoquè eius exemplar ſequentes, nos damus ad flagella & tormèta propter regnũ cælorum, nè æternum condemnemur. Nam hîc quidem morimur, illic autem ſemper viuimus.

Euclafius autem cùm hæc audiſſet, & Dei virtutem cognouiſſet eſſe magnam & inſuperabilem, compunctus à ſancto ſpiritu, cœpit cogitare & conuerti ad bonum: & deceterò iuſſit relaxari ſanctam. Tunc currens vnus ex ſeruis Euclafij, renunciauit Imperatori Maximiano, dicens: Domine mi Imperator, tuam charitatem perdidit Euclafius, & eſt futurus Chriſtianus. Feſtina ergò ad eum eripiendum, priuſquàm perfectè conuertatur. Imperator autem valdè motus animo, cùm maxima celeritate vocàſſet Maximinum ſuum Præfectum, qui erat ſeuiffimus & inhumaniſſimus, & ei iuſſiſſet, & eum per deos adiuràſſet, Cyzicum miſit ad Euclafium. Qui cùm magna ira motus eum acceſſiſſet, rogauit beatum Euclafium, dicens: Dic mihi ſceleftum caput, quemadmodum auſus es relinquere maximos deos, & eos deſpicere, credens ſtultis Chriſtianis & eis accedens? Dixit Euclafius: Per meum caput, ſi tu quoquè Fauſtam audiueris, citò agnoſces Deum viuum, & eris beatus. Præfectus verò Maximinus valdè ira commotus, iuſſit eum ſuſpenſum in ligno, fortiter verberari. Dum diù autem verberaretur, ad Dominum clamabat, dicens: Domine Deus omnipotens, qui opem tuliſti ancillæ tuæ Fauſtæ in omnibus, quæ ei acciderunt, afflictionibus, & meis oculis oſtendiſti tua mirabilia,

Euclafius atrociter verberatur.

me quoquè humilem libera ab hoc ſæuiſſimo & immaniſſimo Præfecto: Quoniam te deſideraui Domine, propter multa & magna tua mirabilia. Quæ poſtquàm ipſe eſſet precatus, rursùs iuſſit Præfectus lampades ignis eius admoueri lateribus. Quod cùm factum eſſet maxima celeritate, beatus Euclafius rogauit ſanctam Fauſtam, vt pro ipſo oraret. Sancta autem his auditis, valdè miſerata, cœpit pro eo orare, & ſic dicere: Domine Deus meus, dona mihi gratiam tuam, & accipe Euclafium in aulam tuorum regum, & refer eum in numerum tuorum iuſtorum: Quoniam es benedictus in ſecula, Amen.

Tunc Præfectus iuſſit ſanctam quoquè Fauſtam ſiſti pro tribunali, vt quæ perſuaſiſſet Euclafium fieri Chriſtianum. Cùm autem veniſſet ſancta, dicit ei Præfectus Maximinus: Sceleftum caput, quomodò auſa es venerandum ſacerdotem Euclafium à dijs maximis auellere, & ipſum ad Deum tuum adducere? Sancta dicit Fauſta: Spero in bono & benigno Deo meo, qui vocauit Euclafium, vt fieret filius veritatis, fore, vt te quoquè vocet ad eius adorationem. Dixit Præfectus: Fauſta, nè putes me eſſe ſtultum, vt eſt is, qui fuit perſuaſus. & ſtatim iuſſit eam ligari, & clauos eius talis inſigi. Cùm hæc facta eſſent maxima celeritate, ſancta ne omninò quidem ſenſit tormenta. Videns verò Præfectus hunc cruciatum eam non attingere, vocata cohorte, dixit: Si quis hoc difficilius & maius inuenerit ſupplicium, id ei valdè proderit. Tunc reſpondens vnus ex eis, nomine Claudius, dixit Præfecto: Domine mi, ſi tua ceſſitudo iubet eam citò mori, obijciatur beſtijs. Præfectus autem iuſſit hoc fieri. & cùm ducta fuiſſet nuda in ſtadium, in eam emiſerunt leonem. Leona verò accurrens, eam adorauit: & poſt hæc plurimæ in eam emiſſæ beſtiæ, currentes ad eius pedes ſe proiecère. Tunc cùm rursùs vidiffet Præfectus alienum miraculum, & quod erat præter omnem opinionem, iuſſit eam vincam pedibus trahi per terram. Cùm autem nuda traheretur beata Fauſta, clamauit ad Dominum, ſic dicens: Domine Ieſu Chriſte, tege tuum ſigmentum. & ſtatim nubes deſcendit de cælo, & texit eam.

Poſt hæc autem rursùs vir alius, nomine Euſebius, dixit Præfecto: Si tua iubet ceſſitudo, da mihi in eam poteſtatem. Dixit verò Præfectus: Accipe eam. Cùm in eam autem accepiffet poteſtatem Euſebius, adduxit fabrum ferrarium: & cùm ipſe feciſſet clauos ferreos, eius caput clauis confixit, frontemq; & oculos, & pectus, & tibias, perinde ac credidit. Et cùm hæc omnia facta eſſent, Deum apud ſe orabat, dicens: Domine Ieſu Chriſte, ago tibi gratias, quòd tu ſis cognitor cordium, gloriatio & corona iuſtorum: me quoquè humilem & indignam tuam famulam dignare inueniri in ſtadio tranquilli ad te portus, & Maximinum Præfectum fac confirmari in tuo timore, & adduc eum in fide & charitate eorum, qui te conſitentur ſolum verum Deum, vt ſciant omnes te eſſe ſolum Deum, & te decere gloriam in ſecula ſeculorum, Amen. Cùm vidiffet autem Euſebius ſe nihil proficere, vidit eum à tenera virgine, iuſſit afferri ſartaginem, & in eam iniici picem & reſinam & ſulphur, & in ſartaginem iniici ſanctam Fauſtam ſimul cum ſancto Euclafio, vehementiſſimo igne ſubtràs accenſo. Cùm hoc autem factum eſſet, & ſancti martyres, ſtantes in ſartagine, pſallerent, ignis fuit extinctus, & reſixit ſartago. Tunc cùm Præfectus Maximinus vidiffet ſanctorum fidem & tolerantiam, dixit: Deus æterne, qui feciſti Euclafium connumerari cum ſancta ancilla tua Fauſta, me quoquè ſuſcipe humilem & peccatorem, & me cum duobus connumera, vt ego quoquè vilis & minimus impleam ſanctam Trinitatem. Certè Domine Deus virtutum, oſtende tuam clementiam in me quoquè indignum tuum famulum, & fac citò per tuas miſerationes in me miſericordiam, vt ſuper omnes magis glorificeris.

Hæc cùm dixiſſet, cæli fuerunt aperti, & viſus eſt filius Dei, & vniuerſus exercitus angelorum & archangelorum, & iuſti omnes reſplendentes ſicut lux. Videns autem Maximinus hæc maxima & terribilia myſteria, magna voce clamauit ad Deum, dicens: Domine, ſuſcipe me ſicut ſeruum tuum Euclafium, & nè memineris iniquitatum mearum, neq; recorderis ſclerum mei peccatoris & indigni ſerui tui: ſed me ſuſcipe, ſicut latronem. Statimque currens, venit prope ſartaginem, vbi erat ſancta Fauſta & ſanctus Euclafius: & cùm extendiſſet oculos ſuos in cælum, & ſe ſignâſſet ſigno crucis per totum corpus, dixit: In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, & ego vobiscum ſum. Cùm verò exuiſſet ſuas veſtes, & rursùs feciſſet id, quod eſt in Chriſto, ſignaculum, ſe iecit in ſartaginem. Tunc beata & ſancta Fauſta magno gaudio & lætitia repleta, propterea

Lampades eius lateribus admouentur.

Fauſta rursùs cruciatur, ſed non ſentit.

Ferè nihil eam lædit.

Caput eius & corpus clauis configitur.

Maximinus credit in Dominum Ieſum.

Luc. 23.

Nota, & ſe ſignâſſet ſigno Crucis per totum corpus.

Eccles. 4.  
Matth. 18.

Matth. 11.

quod ipsam Deus exaudiërat, & crediderat Maximinus Præfectus, dixit: Gloria tibi Christe Deus, qui non vis perire aliquem, sed omnes esse saluos, & ad agnitionē venire veritatis. Ecce enim sum in medio duorum, tanquā vitis fructum ferens, & triplex funiculus non disrumpetur, quoniam dixit Dominus Deus noster: Vbi cunquē fuerint duo aut tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum. Ea hæc dicente, extitit vox è cælo, dicens: Venite ad me, qui laboratis & onerati estis propter nomen meum, & ego reficiam vos in regno cælorum.

Cum hæc ergo audijissent, & magno gaudio repleti essent, & Dominum laudassent, & ei egissent gratias, venerandas suas & sanctas Deo tradiderunt animas in pace, mensis Februarij 6. Quorum intercessionibus & precibus, & nos & omnes, per fidem in te & confessionem, peccatorum remissionem dignare nos consequi: Quoniam es benedictus nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

MARTYRIUM S. DOROTHEAE VIRGINIS,  
EX QUODAM EGREGIO MS. CODICE DE-

*Scriptum: cui etiam antiquissima Martyrologia pulchre  
consentiunt. Stylum hinc inde modicè  
emendauimus.*

6. FEBRUAR.



S. Dorothea, virgo & martyr.

Sistitur præfidi.

Deut. 6. 10.  
Matth. 4.  
Ierem. 10.

N prouincia Cappadociæ apud Cæsaream ciuitatem fuit quædam puella, nomine Dorothea. Hæc quotidie in castitate & sobrietate & puritate Deo sedulum exhibebat officium, & cum humilitate & mansuetudine ieiunijs & orationibus insistebat. Erat autem sanè prudentissima, ita vt vix eam pauci imitari possent viri. Omnes autem, qui eam nôsse poterant, magnificabant nomen Domini nostri Iesu Christi, qui talem haberet famulam, cuius & aspectus erat gratus, & vita & sapientia incomparabilis, & immaculata virginitas. Cum esset ergo ad eum in charitate Christi perfecta, vt ad eius thalamum perueniret, duplicauit certaminis sui palmam, & vnam virginitatis coronam tenens, alteram martyrij, cum gaudio peruenit ad Christum. Quo autem ordine passa sit, gestorum euidentis pagina edocuit. Cum fama sanctitatis eius per aures hominum volitaret, peruenit etiam ad præfidis persecutoris auditum. Qui ingressus ciuitatem memoratam, id est, Cæsaream celeberrimam Christianorum, præcepit Dorotheam Dei famulam coarctari. Cumque fuisset illi sedenti pro tribunali bus oblata, inclinato capite orans Deum suum, stetit ante præfidem. Interrogauit autem eam præfes, nomine Sapritius, dicens: Dic, quæ vocaris? At illa respondit: Dorothea nomen est mihi. Sapritius dixit: Ideo exhiberi te volui, vt dijs immortalibus sacrifices secundum imperium principum Augustorumque nostrorum. Dorothea dixit: Deus, qui est in cælo Augustus, imperauit mihi, vt ipsi soli seruiam. Sic denique scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruias. Et iterum: Dij, qui non fecerunt cælum & terram, à terra pereant. Videndum ergo est, cui Imperatori obtemperare debeamus: terreno, an cælesti: Deo, an homini. Qui sunt enim Imperatores, nisi homines mortales, sicut fuerunt & isti dij, quorum imagines adoratis? Sapritius dixit: Si vis euadere & reuerti sana & immaculata & illæsa, pone animum tuum, & sacrificia dijs: Sin aliàs, legibus acta amaris, dabis timoris exemplum. Dorothea dixit: Omnibus dabo timoris Dei exemplum, vt hi, qui timent Deum, homines rabidos non timeant. Hoc enim faciunt, quod canes rabidi. Laniant homines innocentes, & quia ratio in illis nulla est, insaniunt, desaniunt, irascuntur, larrant, & suis moribus vulnerant transeuntes.

Sapritius dixit: Tu, quātum video, perseuerare decreuisti in hac ineptissima professione, & vis cum cæteris mori. Audi me, & sacrificia, vt eculei pœnas euadas. Dorothea dixit: Eculei tui pœnæ, temporales sunt: gehennæ autem tormenta, æterna. Vt autem æternam pœnam euadere mihi liceat, temporales timere non debeo. Memor sum dixisse Dominum meum: Nolite, inquit, timere eos, qui corpus occidunt, animam autem

tem occidere non possunt: sed potius eum timete, qui potest & corpus & animam perdere in gehennam. Sapritius dixit: Ergo timere debes deos, nè irati, & animam tuam & corpus tuum perdant, si non eis sacrificaueris. Dorothea dixit: Iam dixi tibi Sapriti, quia nullo modo poteris persuadere, vt sacrificem dæmonijs, qui habitauerunt in his hominibus vanis: qui sic vixerunt, vt turpe sit etiam dicere: qui sic mortui sunt, vt bruta animalia: qui cum vixerent, non cognouerunt eum, qui fecit cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Horum enim animæ in igne ardent, quorum per varia metalla adoratis effigies: & necesse erit, vt eum eis etiam illi in ignem æternum mittantur, quicumque relicto creatore suo, horum voluerunt esse cultores.

Fallos deos perstringit.

Cumque hoc audisset Sapritius, vehementer iratus est: & conuersus ad torrores, dixit: Sistite eam in carasta, vt videns se constitutam in pœnis, vel sic consentiat dijs se exhibere cultricem. Dei verò famula cum se vidisset erectam in carasta, constanter intrepida & non interrogata, ait ad iudicem: Quid me tricas? Fac, quod facturus es, vt possim eum videre, pro cuius amore te non timco, & torqueri non formido. Sapritius dixit: Et quis est, quem desideras? Dorothea dixit: Christus, filius Dei. Sapritius dixit: Ervbi est Christus? Dorothea dixit: Quātum ad omnipotentiam eius attingit, vbi quæ est: quātum ad humanam capacitatem, quia sensus humanæ fragilitatis vanum quidem putat, quod non in loco aliquo esse didicerit: confitemur filium Dei ascendisse in cælum, & sedere ad dexteram patris sui Dei omnipotentis: qui vnitatem deitatis obtinens cum patre suo & cum spiritu sancto, inuitat nos ad paradysum deliciarum suarum: vbi memora omni tempore pomis ornantur, omni tempore lilia albescunt, rosæ florescunt, campi vernant, montes virent, colles ornantur, fontes dulcescunt, & sanctorum animæ in Christo iucundantur. Hæc tu si credideris Sapriti, liberaberis, & paradysum ingrediens deliciarum Dei. Sapritius dixit: Oportet te relinquere vanitatem, & sacrificare dijs, & accipere virum, & lætari in vita tua: nè sic intereas, quemadmodum similes tui propter stulticiam suam. Dorothea dixit: Nec sacrificabo dæmonijs, quia Christiana sum: nec virum accipiam, quia Christi sponsa sum. Et hæc est fides mea, quod me introducet in paradysum suum, & ad suum thalamum me faciet peruenire.

Constantia eius in pœnis.

Respuit nuptias.

Tunc Sapritius iussit eam duci ad duas sorores Christen & Calisten, quæ nuper apostatauerant, & commendauit eam illis Sapritius, dicens: Sicut vos, relicta vanitate & superstitione Christiana, dijs sacrificastis inuidis, & muneribus affectæ estis, ita etiam maliora potioraq; accipietis, si hæc potueritis ab hac stultitia reuocare. Cumque suscepissent eam in domum suam, & dicerent ei, Consenti iudici, & libera te de periculo pœnarum, sicut & nos fecimus: Satius est, lumen istud non amittere per tormenta, nè ante tempus pereas: respondens Dorothea, dixit eis: O si audiatis consilium meum, & vos idolis sacrificasse pœniteat. Bonus est enim Deus & copiosus in misericordia erga eos, qui conuertuntur ad eum toto corde suo. Dicunt ei Christus & Caliste: Iam semel peruiimus à Christo: quomodo potest fieri, vt reuerti possimus? Dorothea dixit: Peius est desperare de Domini misericordia, quàm vanis idolis immolare. Nolite ergo desperare de bono medico & peritissimo: quia potest curare vulnera vestra. Nullum est tam immane vulnus, quod curare illum non deceat. Nam ideò Saluator dicitur, quia salutem reddit: ideò redemptor, quia redimit: ideò liberator, quia liberare non cessat. Vos tantum ex animo ad pœnitentiam conuertimini, & sine dubio ad indulgentiam peruenietis. Tunc miserunt se ad pedes eius, flentes ac deprecantes, vt oraret pro eis, pœnitentiam suam vt possent per ipsam offerre Deo, & ab illo veniam promereri. At illa cum lachrymis orans Dominum, Deus, inquit, qui dixisti, Nolo mortem peccatoris, sed volo vt conuertatur & viuat: Domine Iesu Christe, qui dixisti super peccatore vno pœnitentiam agente plus gaudij haberi in cælis ab angelis, quàm super nonagintanovem iustis, qui non peccauerunt: ostende pietatem tuam erga has, quas diabolus tibi conatus est auferre. Reuoca oues tuas ad gregem tuum, vt exemplo earum redeant ad te, qui recesserunt à te.

Respuit, quæ à Christo defecerant. Ezech. 18. Luc. 15.

Cumque hæc & his similia diceret, ecce præfes mittit ad eas nuncium, iubens eas cum Dorothea venire ad se. Quas cum tulisset in partem, cœpit ab eis inquirere, num Dorothea animum permouissent. At illæ vno ore responderunt: Errauimus, & satis iniquè egimus, dum timentes pœnas & dolores momentaneos, sacrificauimus idolis vanis: & ideò rogamus eam, & dedit nobis pœnitentiam, vt possimus ad Christi indulgentiam perue-

Mittuntur  
in cupam.

Luc. 15.  
S. Dorothea  
in eculo le-  
uatur.

Lampadib'  
eius latera  
inflamman-  
tur.  
Eius facies  
cæditur.

Capite pu-  
nitur.

Theophilus  
credit in  
Christum,  
subito mu-  
tatur dexte-  
ra excelsi.

peruenire. Tunc Sapritius scidit vestimenta sua, & cum furore nimio iussit, vt dorsis in-  
ter se colligatæ, mitterentur in cupam, si sacrificare nollent. At illæ clamauerunt, di-  
centes: Domine Iesu Christe, accipe pœnitentiam nostram, & da veniam nobis. In his  
verbis & in hac confessione durantes, in cupam missæ sunt, & incensæ in conspectu  
sanctæ Dorotheæ. Gaudebat autem Dorothea illis animam reddentibus, & clamans  
dicebat: Antecedite me, securæ de indulgentia criminis vestri: & scitote quia palmam  
martyrij, quam perdidistis, sine dubio adepturæ estis, occurretque in complexum ve-  
stri pater, qui in filio perduto & recuperato lætatur. Tunc Sapritius iussit sanctam Do-  
rotheam iterum in catasta leuari. Cumq; leuata esset, tanto gaudio perfusa est, vt pro-  
baretur verè ad desideratum peruenisse suæ deuotionis effectum. Dicit ei Sapritius:  
Quid est, quod vultus tuus tam ingentia mentitur gaudia, & in supplicijs posita, exulta-  
re te fingis? Dorothea dixit, Nūquam in omni vita mea sic lætata sum, sicut hodiè. Pri-  
mò omnium propter has animas: quas diabolus per te quidem, à Deo abstraxerat, per  
me verò recepit Christus, hodiè in cælis epulæ sunt, de ijsque gaudent angeli, lætantur  
archangeli, simul omnes apostoli, martyres & prophetae exultant. Festina ergò Sapritii,  
& fac quod factururus es, vt possim ad hæc festa gaudia sanctorum occurrere, & simul cū  
illis lætari in cælis, cum quibus fleui in terris. Tunc Sapritius iussit lampades ad eius la-  
tera applicari. At verò Dorothea magis ac magis faciem suam iudici hilarem exhibens,  
eiq; insultans dixit: Miser, ad nihilum redactus es cum idolis tuis. Iterum ergò deposi-  
tam de catasta, iubet diu in faciem palmis cædi, dicens: Cædatur facies, quæ mihi insultat.  
Cumq; diu multumque cæsa, iterum gauderet, & cadentes eam fatigati deficerent,  
hoc ordine Sapritius dixit: Sententiam: Dorotheam superbissimam puellam, quæ sac-  
rificare noluit dijs immortalibus, vt vinceret, sed voluit absolute mori propter nescio  
quem hominē, qui dicitur Christus, iussimus gladio percuti. Ad hæc Dorothea exclamabat,  
dicens: Gratias tibi ago amator animarum, qui me ad paradysum tuū vocasti, &  
ad thalamum tuum inuististi: & cum egredere tur pœtorium iudicij, dicit ad eam irridi-  
culè quidam aduocatus, nomine Theophilus: Eia tu sponsa Christi, mitte mihi de para-  
diso sponsi tui mala aut rosas. Et Dorothea respondit: Planè, ita faciam. Cum venisset  
igitur ad ictum percussoris, rogauit carnificem, vt permitteretur breuiter precari: ab-  
solutaque oratione, ecce puer ante eam apparuit, ferens in orario tria mala optima, &  
tres rosas. Cui illa ait: Obsecro te, vt feras ea Theophilo, & dicas ei: Ecce quod à me  
petijsti, vt tibi de sponsi mei paradiso transmitterem: Ipsa autem percussa gladio, cum  
triumpho martyrij perrexit ad Christum: cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Igitur Theophilus, aduocatus præsidis, irridens promissionem sanctæ Dorotheæ,  
suis sodalibus ita ait: Hodiè cum à percussore duceretur Dorothea, quæ se sponsam  
Christi dicebat, & ad eius paradysum proficisci gloriabatur, ego dixi illi cūti: O tu spon-  
sa Christi, vbi perueneris ad paradysum sponsi tui, mitte mihi rosas indè aut mala. Pla-  
nè, inquit illa, sic faciam. Cum autem hæc narraret, irridens sanctæ virginis promissio-  
nem, ecce puer ante eam cum orario, in quo ferens tria mala magnifica & tres rosas  
elegantissimas, dixit ei: Ecce sicut petenti promisit virgo sacratissima Dorothea, trans-  
misit hæc tibi de paradiso sponsi sui. Tunc Theophilus accipiens, exclamauit voce ma-  
gna, dicens: Verè Deus, Christus est, & non est vlla simulatio in eo. Dicunt ei collega  
sui: Infans Theophile, an iocaris? Dicit illis Theophilus: Nec insaniam patior, nec iocan-  
tis animum gero: sed est in me rationabilis fides, vt credam verum Deum esse Iesum  
Christum. Dicunt ei: Quæ ratio te repente in istam vociferationem impulit? At ille,  
Dicit mihi, inquit, quis mensis nunc agitur? Dicunt ei: Februarius. Tum ille: Cum to-  
tan Cappadociam, inquit, glaciale frigus obtineat, & nulla penitus virgulta vel folio-  
rum suorum tegmine vestiantur, vnde istas rosas aut mala mirifica cum suis frondibus  
adesse putatis? Dicunt illi: Nos quidem eiusmodi nec suis temporibus vidimus. At  
Theophilus: En ego, quem videtis, ait, irridiculè allocutus sum euntem Dorotheam ad  
excipiendū ictum percussoris, quod fatuam existimarem, quæ diceret Christum spon-  
sum suum, seque peruenturam ad paradysum eius: insultansq; tanquam deliranti dixi:  
Vbi ueneris ad paradysum sponsi tui, mitte mihi ex illo rosas & mala. At illa ait: Pro-  
fectò sic faciam. Et ecce posteaquam pro nomine Christi cæsa est, venit ad me infan-  
tulus pulcher, per breuis, quatuor plus minus annorum, quem ego putabam verba for-  
mare non posse præ ipsa infantia. Is verò pulsauit latus meum, & cum respexissem, tu-  
lit me

lit me in partem, cœpitq; mecum ita perfecte loqui, vt me eius comparatione planè ru-  
sticum putarem: & proferens mihi orarium isthuc cum his malis & rosis, dixit mihi:  
Virgo sacratissima Dorothea, sicut te petente promisit, hæc tibi mittit munera de hor-  
to sponsi sui. Cum accepissem autem & clamarem, ille infans nusquam comparuit:  
quem ego non dubito fuisse angelum Dei. Et hæc dicens, exclamabat: Beati qui credunt  
in Christum, & qui patiuntur pro nomine eius. Ipse est enim verus Deus, & quisquis illi  
fidem accomodat suam, is verè sapiens est.

Cumq; hæc & id genus alia diceret, ingressi sunt quidam ad præsidem, & dixerunt  
ei: Scholasticus tuus Theophilus, qui hucusque postulabat contra Christianos, & perse-  
quebatur eos vsq; ad mortem: is pro foribus vociferatur, laudans & benedicens no-  
men nescio cuius Iesu Christi, & multi credunt sermonibus eius. At præses iussit eum  
introduci ad se. Cui intromisso ait: Quid est, quod foris loquebaris? Theophilus ait:  
Laudabam Christum feliciter, quem hætenus infeliciter negaui. Dicit ei præses: Mi-  
ror te hominem prudentem hoc nomen vel nominare voluisse, quod vsq; in præsens  
quicunq; nominauit, eum persecutus es. Dicit ei Theophilus: In hoc apparet verum  
esse Deum, quod me conuertit ab errore ad veritatem, & fecit me cognoscere, quia  
ipse est verus Deus. Dicit ei præses: Omnes accepto gustu sapientiæ, crescunt in ea, vt  
ex sapientibus sapientiores fiant. tu ex sapiente insipiens repente effectus es, dum De-  
um dicis, quem à Iudeis crucifixum, ab ipsis Christianis audisti. Dicit ei Theophilus:  
Equidem crucifixum eum audiuim, & errorem passus, putauim Deum non esse, & blasphemauim  
quotidiè nomen eius: nunc autem ductus pœnitentia præteritorum criminum &  
blasphemiarum mearum, illum ipsum Deum esse confiteor. Dicit ei præses: Et vbi aut  
quando factus es Christianus, qui hucusq; sacrificasti? Dicit ei Theophilus: Ea hora,  
qua Christum confessus credidi, sensi me Christianum effectum. Et ideò, sicut toto pe-  
ctore Christo immortalis Dei filio credo, sic prædico nomen eius verum, nomen san-  
ctum, nomen immaculatum, nomen in quo nulla simulatio, nulla impostura est: quæ  
in idolis regnat. Dicit ei præses: Ergò impostura in dijs nostris regnat? Dicit ei Theo-  
philus: Ergo non regnat impostura in omnibus his simulacris, quæ artifex dolauit in li-  
gno, conuauit ex ære, limauit in ferro, constabiliuit plumbo: quæ nocturnæ custodiunt,  
quæ araneæ intexunt, quorum concaua muribus & foricibus plena sunt? Mentior, si  
isthæc probari non possunt. Sed quia non mentior, iustū est vt veritati subscribens, à fal-  
sitate animum reuoces. Decet enim, vt qui alios iudicas mentientes, te ipsum à menda-  
cio auferas, & ad eam, quæ est in Christo, te transferas veritatem. Præses dixit: Ergò dij  
non sunt viui? Theophilus dixit: Interim effigies videmus sine sensu: Dei autem sen-  
sus est inuisibilis. Ibi custodiuntur, ille custodit. Si ita non est, conuinci debeo ratione.  
Si autem potestate agitur, constat te ratione superatum.

Præses dixit: Ego video, infelix Theophile, mala morte interire te velle. Theophilus  
contra: Ego verò bonam, inquit, vitam inuenire desidero. Præses dixit: Scias, quia si in  
hac stultitia perseuerare volueris, primùm tibi adhibeo diuersa supplicia, & ita demùm  
crudeliter te interfici iubebo. Theophilus dixit: Hoc ego & appetere iam cœpi. Di-  
cit ei præses: Consulere te oportet tibi & tuis ac domui tuæ, & patrimonio filijsque &  
affinibus tuis, & non ita præcipitem te tradere in mortem publicam, in quam stulti &  
scelesti temerè incurrunt. Theophilus dixit: Summa sapientia hæc est, vt philosophiam  
declarem erga omnes affectus meos, & cruciatus tuos nihil penitus timeam. Nec hoc  
irrationabili consideratione decreuisse me approbo, dum cunctis rebus temporarijs  
æterna præfero, & labentibus antepono æterna. Præses dixit: Magis tormenta eligis,  
quàm requiem: & mortem vitæ habes potiorem. Theophilus dixit: Ego & tormenta  
timeo, & mortem horresco: sed illa tormenta timeo, quæ finem non habent: & illam  
mortem reformido, quæ æternas tenebras patitur. Hæc autem pœnas temporarias tu  
potes inferre, quæ breui tempore finem accipiunt: tormenta verò, quæ idolorum cul-  
toribus irrogantur, acrius subindè sauiunt, & finem nullum inueniunt. Præses dixit:  
Appendatur in eculo vir disertus Theophilus, vt verba vana verberibus acrioribus  
cedant. At vbi in eculo suspensus est, dixit: Ecce modò factus sum Christianus, quia  
in cruce suspensus sum. Eculo enim crucis quandam similitudinem gerit. Gratias  
tibi ago Christe, quia in signo tuo leuari me permisisti. Dicit ei præses: Infelix, parce  
carnibus tuis. Et Theophilus: Infelix, ait, parce animæ tuæ. Ego enim carnibus meis  
tempo-

Confessio  
Theophili  
coram præ-

sede.

Irridet dæ-  
monium si-  
mulacra.

Inuictus  
Theophili  
animus.

Suspeditur  
in eculo.



Laceratur vngulis, & vritur flammis. temporaliter non parco, vt animam æternam parcat. Tunc furore percitus præfes, vngulis latera eius attrētari præcepit, & lampadibus ardentibus exuri. At verò Theophilus nihil aliud inter tormenta clamabat, nisi hoc tantum: *Christe fili Dei, te confiteor: adiunge me numero seruatorum tuorum.* Erat interim intrepidus in vultu, & constans in verbis, ita vt minimè torqueri videretur. Cumque tortores inferendis tormentis deficerent, hanc præfes impius dictauit sententiam: *Theophilum, qui nunc vsq; dijs immortalibus sacrificauit, & cultor illorum fuit: nunc verò præuaricator inuentus est, irā vt ijs posthabitis scētæ se tradiderit Christianorum, iussimus capite plecti.* Theophilus dixit: *Gratias tibi ago Christe. Et gaudens, ibat ad coronam supernæ vocationis, qui ad vndecimam horam cōductus, æquam cum illis portionem accepit, qui à prima hora vsque ad vndecimam operati sunt, per gratiam eius, qui glorificat sanctos suos. Cui est honor, &c.*

Capite plectitur.

Matth. 20.

VITA S. VEDASTI EPISCOPI ATREBATEN. AVTHORE ALBINO FLACCO ALCVINO, vt habent vetusti MS. codices.

P R A E F A T I O.

**D**VLCISSIMO dilectionis filio Radoni Abbati, humilis leuita Albinus salutem. Dilectionis vestræ venerabile præceptū secutus, vt tam sancti Vedasti patris vestri & intercessoris nostri emendare studui: non quod aliquid illius excellentissimis meritis dignum valuissem, sed quod nihil tuæ reuerentiæ iussis denegare ratum putauissem, idcirco ad te maximè pertinet harum laus vel vituperatio literarū. Vtinam tibi & fratribus, qualescunque sint, placeant: deprecor autem, vt meum laborem orationum vestrarū solatio remunerare dignemini, & vnus merear esse vestrām in charitatis cōmunionē: illius semper memores mādātī, qui dixit: *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem.* In hoc enim mādātō omnium salus consistit. Hoc cunctis pernecessarium esse constat, & maximè ijs, qui gregem Christi regendum accipiunt. Quapropter tu charissime gregem, quem accepisti regendum, fraterno amore diligenter erudire studeto, & sanctis admonitionibus eū per pascua vitæ deducere satage. Habes in omni opere bono Christum adiutorem, sanctum quoque Vedastum intercessorem. Sicut magno labore domum Dei optimè habes ornata, & largissimis donis decorata: ita tibi subiectos bonis moribus ornari contende, & eos in diuina laude fac consistere, & quod angeli semper agunt in caelis, hoc fratres iugiter faciant in ecclesijs. Tuum est præcipere, illorum obedire. Tuum est præire, illorum subsequi. Omnium itaque in seruitio Dei vna debet esse voluntas, vt vna fiat in regno Dei remuneratio. Nullus horis canonicis se diuinis subtrahat laudibus, nè propter aliquam negligentiam, cuiuslibet locus in conspectu Dei vacuus inueniatur: & verba Dei in ecclesijs intimo cordis affectu proferantur, & cum magna reuerētia Dei omnipotentis officia celebrentur. Omnes vtique obedientiam in seculi necessitatibus fideliter & strenuè peragunt.

Ioan. 15.

Sancti, sunt intercessores nostri.

Officia seniorum, Juniorum, Praefecti.

Fiat equidē inter omnes concordissima pax & sanctissima charitas. Seniores bonis exemplis & sedula admonitione erudiant iuniores, illosque diligant vt filios: & illi, quasi patres, eos honorificent, illorum cum omni alacritate obediunt præceptis. Tua verò, venerande fili, conuersatio omnibus sit exemplum salutis. Caue, vt nec minimus quis in tua scandalizetur vita, sed ædificetur & roboretur in via veritatis: quia tibi ex illorum salute merces iudicabitur æterna. Cani capilli, extremū denunciant proferare diem. Quapropter paratus esto omni hora in occursum Domini Dei tui. Dilectio fraterna, & elemosynæ miserorum, & vitæ castitas præparent tibi gradus in caelum. Diligenter elabora tibi æternos dies felices. Honor secularis, quem habes, spiritualem tibi abundet in gloriam. Festiuis diebus veniente ad ecclesiam populo, fac eis prædicari verbum Dei, & quocumque vadis, clerici seruitium Dei pleniter peragant: tecum eant sobrietate ornati, non ebrietati assueti, quorum honestas vitæ, alijs sit doctrina salutis. Curamque vbi que habeas maximè pauperum, viduarum, orphanorum, vt audias in die tremen-

tremendo à Domino Christo cum alijs elemosynam facientibus: *Quandiu vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis.* Esto miseris vt pater, & causam ad te clamantium diligenter discute, & parce in te peccantibus, vt Deus tuis parcat peccatis. Esto iustus in iudicijs, & misericors in debitis: Magister virtutum, moribus honestus, verbis iucundus, vita laudabilis, in omni opere Dei deuotus. Fratres quoque hortare, vt sanctas diligentissimè legant scripturas. Non confidant in linguæ notitia, sed in veritatis intelligentia, vt possint contradicentibus veritati resistere. Sunt tempora periculosa, vt Apostoli prædixerunt, quia multi pseudodoctores surgent, nouas introducentes scētās, qui catholicæ fidei puritatem impijs assertionibus maculare nitentur. Idè necesse est ecclesiam plurimos habere defensores, qui non solum vitæ sanctitate, sed etiam doctrina veritatis castra Dei viriliter defendere valeant. Has verò piæ admonitionis literulas non quasi nescienti direxi, sed vt veræ charitatis in meo pectore fidem ostenderem. Quid facit amicus, si seipsum verbis non ostendit? Si diuites pauperum munuscula non spernunt, cur & vestræ sapientiæ flumina, nostræ riuulos intelligentiæ respuere debent? Nam & maiores amnes riuulis augentur influentibus, & ipse Dominus vidua laudauit duo minuta, quæ ex inopia suæ paupertatis larga manu Deo, quod habuit, obtulit. Et ego quauis scientia inops, tamen fideli amore vestræ hæc munuscula direxi pietati, obsecrans vt tam humili fraternitatis ca intuitu respicere digneris, quam nos pia deuotionis charitate illa vobis dirigere studuimus. Omnipotens Deus te tuosque, fratres in omni bono proficere faciat, & ad beatitudinem æternæ gloriæ peruenire concedat.

Matth. 25.

Studiū scripturarum.

2. Tim. 3. 2. Pet. 3.

Luc. 21.

HISTORIA.



**D**OSTOQVAM Deus & Dominus noster Iesus Christus ouem quærere perditam de caelis in hunc mundum per virginalem venerat vterum, & tota suæ dispensationis & nostræ salutis peracta plenitudine, cum triumpho gloriæ ad sedem paternæ maiestatis reuersus, vt tetrasignorantiæ tenebras toto depelleret orbe, multa sanctorum lumina doctorum, euangelicæ prædicationis luce fulgentia, toto diuiserat mundo: vt sicut caelum fulgentibus ornatur stellis, quæ tamen omnes ab vno illustrantur sole: sic & terra terrarum spatia sanctis splenderent doctoribus, qui tamen ab æterno sole illuminati, diuina præeunte gratia, casignorantiæ tenebras veræ fidei fulgore & glorioso Christi nomine illustrarent, & eis ministrantibus, longa ab initio seculi esuries, æternæ vitæ epulis satiarentur. De quorum numero sanctus Dei sacerdos Vedastus & prædicator egregius, temporibus fortissimi regis tunc temporis Francorū Clodouci, in has diuina dirigente gratia ob multorum salutem peruenit regiones, quatenus supernæ pictatis suffultus auxilio, populum diabolica fraude deceptum, & errorum laqueis captiuum, in viam dirigeret salutis æternæ, & veræ, quæ in Christo est, libertati restitueret.

6. FEBRUARIUM Luc. 15.

Doctores lumina ecclesiarum.

Vedastus, tēpore Clodouci fuit.

Sed vt hoc acceptabili, secundum Apostolum, fieret tempore, qui ait: *Eccè nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: Dominus Iesus, qui vult omnes homines saluos fieri, competentem suo famulo præuidebat causam, quomodo opportunè ad ministerium verbi Dei peruenire valuisset.* Contigit verò præfatum Francorum regem Clodoucum Alemannis bella inferre, qui tunc temporis regno suo per se potiti sunt: sed non eos ita offendit imparatos, vt voluit. Nam fortissima collecta manu, regi circa ripas Rheni fluminis obuiauerunt, vnanimis, bellica virtute patriam defendere, vel libera manu pro patria mori. & fortissimè vtrinque decertatum est: Hi, nè triumpho gloriam: illi, nè patriam: proderent libertatem, in mutuam corruentes cædem. Igitur rex nimio turbatus terrore, dum inimicos vidit fortiter pugnare, & suos penè ad interuentionem vinci, magis coepit de salute desperare, quam de victoria sperare. Etsi autem necdum voluntate renatus esset in Christo, tamen necessitate cogente, ad Christi confugit auxilium. Et quia reginam habuit religiosam, baptismique sacramentis initiata, nomine Clotilden, oculos cum hac voce ad caelum leuauit: *O Deus vnice potentis*

2. Cor. 6. 1. Tim. 2.

Clodoucus bellū facit Alemānis.

\*perderent

Gggg stas

Clodoueus statis & summæ maiestatis, quem regina Clotildis colit, confitetur & adorat: concede mihi hodiè de inimicis meis victoriam. Nam ex hac die tu solus mihi eris Deus & veneranda potestas. Tu mihi triumphum præstas, & ego tibi seruitium promitto sempiternum. Mox diuina operante pietate, terga verterunt Alemanni, victoria cessit regi & Francis. O mira omnipotentis Dei clementia, ò ineffabilis bonitas: qui sic exaudit, & nunquam derelinquit sperantes in se. Quanta fide Christiani illius misericordiam inuocare debent, dum paganus rex ad vnus precis effectum tantam promeruit victoriam? Cui ex antiquis huius diuinæ pietatis adæquare auxilium debemus, qui ob vnus momenti lachrymas tam celebrem venturo suo seruo contulit triumphum, nisi Fzechia regi, qui in angustia tribulationis vna tantummodo petitione promeruit, non solum à præsentis vastatione ciuitatem superna protectione defendi, sed etiam in eadem nocte, qua preces in diuinas effuderat aures, centum octogintaquinque millia hostium lætus & liberatus occidi viderat?

4. Reg. 19.

Matth. 5.

Clodoueus venit ad Vedastum.

Zach. 4.

1. Pet. 2.

Luc. 13.

Hæc verò victoria, de qua antè diximus, regi populoque suo causa fuit salutis æternæ: & nè lucerna, sanctus videlicet Vedastus, sub modio lateret absconditus, sed supra candelabrum positus, exemplis vel prædicationibus in domo Dei lucens, ab errore idololatriæ & caligine ignorantie in viam plurimos educeret veritatis. Igitur superatis hostibus, & rebus in pace compositis, & Alemannis suæ subiectis ditioni, rex ouans eum laude triumpho ad patriam redijt. Et vt fidelis tantæ sibi gloriæ largitori sponsor appareret, festinauit seruatorum Christi sacra imbui prædicatione, & sancti baptismatis abluuii sacramentis. Venit autem ad Tullum oppidum, vbi sanctum agnouit Vedastum laudabili religione soli seruire Deo, & dulcissimos contemplatiuæ vitæ carperet fructus. Hunc verò, ad sanctum Remigium, Christi clarissimum sacerdotem, ad Rhemorum properans ciuitatem, sibi socium assumpsit: quatenus per singulos itineris sui gressus saluberrimis ab eo imbueretur doctrinis, & catholicæ fidei firmis initiaretur fundamentis: vt paratus fide & virtutū scientia, à tanto pontifice spirituali ablueretur lauacro, & ab illo donis cælestibus confirmaretur, quod ab isto diuina prius præueniente gratia, euangelicis cœptum fuerat prædicationibus. Hic ad fontem vitæ festinantem deducebat regem: ille in fonte salutis æternæ venientem abluibat. Ambo propemodum patri pietate patres: hic doctrina fidei, ille baptismatis vnda. Vtrique æterno regi regem temporalem munus obtulerunt acceptabile. Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra lucientia, à quibus rex præfatus in via Dei eruditus, miserante Deo portam perpetuæ lucis ingressus, cum fortissima gente Francorum credidit Christo, & facta est gens sancta, populus acquisitionis, vt annuncientur in eo virtutes illius, qui eos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum.

Sacra igitur euangelicæ authoritatis narrat historia, Dominum Iesum Hiericho pergentem ad confirmanda fide suæ maiestatis corda populi præsentis, cuidam cæco ad se clamanti lumen reddidisse oculorum, vt per corporale vnus illius cæci lumen, spiritualiter multorum illuminarentur pectora. Ità & sanctus Vedastus, Deo Christo donante, per cuiusdam illuminationem cæci, fidem, quam verbo prædicauit, in corde regis miraculo confirmauit: vt rex ipse intelligeret, tam sibi esse necessarium cordis lumen, quam cæco oculorū illustrationem: & quod diuina operata est gratia, per preces famuli sui, in oculis cæca nocte castigatis: hoc per sermones eiusdem famuli, eadem operante potentia, per spiritualis intelligentiam lucis in suo pectore perficeretur. Nam regia excellētia condigno comitatu cum multitudine maxima populi iter agentibus illis, venerunt in quendam pagum, qui incolarum terræ illius consuetudine Vungise pagus dicitur prope Reguliacam villam, quæ sita est super florigeras Axonæ fluminis ripas: & ecce eiusdem fluminis pontem rege transeunte cum multitudine populi, obuiauit illi cæcus quidam, huius diutissimè solaris expers luminis: fortè nec sua cæcatus culpa, sed vt manifestarentur opera Dei in illo, & per illius illuminationem præsentem, plurimorum illuminarentur corda spiritualiter. Qui cum intellexisset à prætereuntibus, sanctum Vedastum Christi seruum in eodem iter agere comitatu, clamauit: Sancte & electe Deo Vedaste, miserere mei, & supernam pio pectore diligentius de posse potentiam, vt meæ subueniat miseria. Non aurum posco, nec argentum, sed vt mihi lumen per sanctitatis tuæ preces restituat oculorum. Sensit itaque vir Dei virtutem sibi adesse supernam. Non ob illius cæci tantummodò, sed plus propter præsentis populi

populi salutem, totum se in sacras effudit preces, in diuina fidens pietate, & dexteram cum signo crucis posuit super oculos cæci, dicens: Domine Iesu, qui es lumen verum, qui aperuisti oculos cæci ad te clamantis: aperi oculos & istius, vt intelligat populus iste præfens, quia tu es Deus solus, faciens mirabilia in cælo & in terra. Mox ille cæcus lumine recepto, gaudens perrexit viam suam. In quo loco tempore sequenti à religiosis viris edificata est ecclesia, in testimonium miraculiosius, in qua orantibus & credentibus vsque hodiè beneficia præstantur diuina.

Signo crucis &amp; prece S. Vedastus sanat cæci.

Igitur rex à viro Dei euangelicis apprimè imbutus doctrinis, & hoc præfenti miraculo in fide firmiter confortatus, nil moratus in via, nil dubitans in fide, sed magna alacritate animi, magna festinatione itineris, sanctissimum pontificem Remigium videre properauit, vt illius sacratissimo ministerio, spiritu sancto operante, in remissionem peccatorum & spem vitæ æternæ, catholici baptismatis viuo ablueretur fonte. Cum quo aliquantis moratus est diebus, vt ecclesiasticis satisfaceret sanctionibus, & pœnitentiæ secundum apostolicum præceptum prius ablueretur lachrymis, dicente beato Petro principe apostolorum: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi: & in nomine sanctæ Trinitatis, cælestis mysterij baptismi suscipiet. Sciens verò beatus Pontifex apostolum dicere Paulum, Omnia vestra honesto cum ordine fiant: statuit diem, quo rex ecclesiam intraret ad suscipienda diuinæ pietatis sacramenta. Quale fuit tunc sanctis Dei gaudium, qualis in Ecclesia Christi lætitia, cum viderent regem Ninive ad prædicationem Ionæ de solio maiestatis suæ descendisse, & in cinere sedisse pœnitentiæ, & sub pia Dei sacerdotis dextera, suæ excellentiæ caput humiliare? Baptizatus itaque rex cum optimatibus suis & populo, qui diuina præueniente gratia, salutaris lauacri gaudebant suscipere sacramentum, vtriusque & victoriæ ex hostibus, & suæ salutis voti compos, ad sceptrum regni gubernanda reuersus est, sanctumque Vedastum beato pontifici commendauit Remigio.

Act. 2.

1. Cor. 14.

Ion 3.

Clodoueus rex baptizatur.

Catalogus virtutum S. Vedasti.

Qui ibi moratus, vitæ meritis & virtutum claruit exemplis. Omnibus amabilis & venerabilis factus est. Fuit enim morum dignitate religiosus, charitate præcipuus, fraterna dilectione iucundus, humili pietate eximius, orationum vigilantia assiduus, sermone modestus, corpore castus, ieiunio sobrius, miserorum consolator. Non de crastino cogitans, sed semper de Dei confidens clementia. Omnes ad se venientes, æterna vitæ pascebat alimento. Nullum in sua despiciebat angustia, sed piæ consolationis verbo reficiebat mœstos. Nemini vel verbo nocuit, sed fraterno amore cunctis prodesse satagebat. Vnde & à quamplurimis illustribus frequentabatur viris, vt illius sacratissimo alloquio vel in tristitia cuiuslibet sollicitudinis susciperent consolationem, vel in religione ecclesiasticæ exercitationis puram ab eo audirent veritatem. Vnde & illius pia deuotione multi à diaboli laqueis liberati sunt, & vias vitæ perpetuæ, superna adiuuante pietate, ingressi sunt. Scilicet multi, vt supradiximus, ob celeberrimam sanctitatis famam, nobilium vel plebeiorem virum Dei visitare solebant, vt consolarentur per gratiam, quæ abundabat in labijs illius, & quia ex abundantia cordis os loquitur, & quia fraterno amore omnes diligebat, omnibus se affabilem præstabat. Aliorum salutem suam reputans lucrum, nec Dominicæ talentum pecuniæ pigritiæ obruit humo, sed quotidiano charitatis sudore multiplicare studebat, nè vacuus, reueniente Domino suo, in conspectu illius appareret.

Mat. 12.

Igitur quidam vir nobilis & religiosus inter alios famulum venit visitare Christi, vt per eum cælestis doctrinæ reficeretur melle. Et dum sermo dulcissimæ allocutionis in longum traheretur, & sol medium cæli transiens centrum, crescentes duplicaret umbras, nolebat vir Dei hospitem suum absque charitatis dimittere viatico, mandauit autem puero, vt si quid illi remansisset vini, charo pocula portaret amico, quatenus in utroque & anima refectus, & corpore confortatus, domum rediret. Sed propter hospitium frequentiam & viri Dei largam erga omnes munificentiam, non arida patris charitate, aridum inuenit vasculum, in quo vinum seruari solebat. Mox tristis, tacito murmure, hoc ipsum puer paternis intimaui auribus. Qui verecundiæ rubore perfusus, charitatis tamen dulcedine abundans corde, in diuina confusus suffragia, tacitus paulisper Deo preces effudit: nil de diuino dubitans auxilio, nil de suæ petitionis hesitans effectu, totus in eius credens clementia, qui de arida petra sitienti populo fontem aquæ viuæ produxit, vel in Cana Galilææ aquam in mirabilis vini conuertit saporem: dixit pu-

Exod. 17. Num. 20. Iohan. 3.

**ero:** Vade in Dei confidens bonitate, & quodcumque inuenieris in vasculo, non cuncteris nobis adferre. Qui celer paterno obediens præcepto cucurrit, & vas vino optimo superaffluens inuenit, gratias Deo agens, alacri animo venienti & eius socijs propinavit amico. Qui duplici roboratus charitate, remeavit in propria. Sed famulus Christi nè vanis iactantiæ verbis vel rumigero populi celebraretur fauore, sub magna attestatione præcepit puero, omnibus vitæ suæ diebus hoc tacere miraculum, plus Deo soli cognitus esse cupiens, quam hominibus, certò sciens, omnium esse virtutum veram in humilitate custodiam, & hanc esse, quæ charitatis gradibus altissima cæli regna conscendat, ipsa dicente veritate: Omnis qui se humiliat, exaltabitur.

Matth. 23.

S. Vedastus ordinatur episcopus Atrebatensis.

Act. 3.

Esaï. 49. Cæcum &amp; claudum sanat.

Multi amplexantur Christianismum.

Attilæ regis immanitas.

4. Reg. 25.

Psalm. 105.

Cumque viri Dei celeberrima vulgaretur fama, & charitatis in eo munificentia, & religio vitæ, & verbi Dei instantia longè lateque ab omnibus celebraretur, visam est beatissimo pontifici Remigio, tam præclaram Christi lucernam melius esse supra candelabrum ponere, vt splendidissimo suæ sanctitatis fulgore latius ad salutem luceret multorum, quam sub vniuersi loci latebris propemodum abscondita lateret. Diuina igitur dispensatione & salubri sacerdotum consilio, ordinauit eum episcopum, & ad prædicandum verbum vitæ Atrebatensi eum direxit vrbem, quatenus populus diu in antiquis malæ consuetudinis erroribus iacens, Deo auxiliante, per assiduam sacræ prædicationis instantiam, per illum in viam veritatis & agnitionem filij Dei deduceretur. Qui pontificatus gradu & prædicationis officio suscepto, concitus ad præfatam ire perrexit urbem: sed in auspiciis futuræ prosperitatis & salutis, Deus cuiusdam miraculi reificatione eius patefecit ciuibus introitum. Igitur in ipsa ciuitatis porta duos habuit obuiam sibi egenos & infirmos, cæcum scilicet & claudum, miserabili à viro Dei voce stipem postulantes. Mox sacerdos Christi, illorum condolens miseriam, secum tractabat, quid illis solatij præstare posset. Et cum apostolicus prædicator pecuniam in sacculis se non habuisse sciret, in diuina confidens clementia, & sanctorum apostolorum Petri & Iohannis confortatus exemplo, ait: Aurum & argentum non est mecum: quod autem habeo, id est, charitatis officia & pietatem orationis ad Deum, hoc vobis præstare non differo. Et post hæc verba vir Dei ex intimo cordis affectu pro illorum miseria fudit lachrymas, & cum fidei puritate opem illis poscebat diuinam, vel pro illorum corporali, vel pro populi præsentis salute spirituali. Nec tam piæ & tam necessaria preces inefficaces esse potuerunt, sed ab illo, qui per Esaïam inquit prophetam: Tempore opportuno exaudiui te, & in die salutis adiuui te: mox ambo in conspectu multitudinis optatam receperunt sanitatem: hic luminis claritate ditatus, ille pedum velocitate lætatus. Ambo supernæ gratias agentes pietati, maiora quam sperauerant, munera reportantes, domum reuersi sunt. Sed & hoc miraculum sanitatis in illis, plurimis causa fuit salutis æternæ. Videntes enim cælestem virtutem verba consequi sacerdotis Dei, relictis idololatriæ sordibus, in Christum credentes, viuo sacri baptismatis fonte purgati sunt.

Præfati verò miraculi reificatione vir Dei, fauore populi suffultus, singula ciuitatis loca peragrans, quæ fuit inter ruinas ædificiorum, si quod ecclesiæ signum inueniri valuisset. Nam antiquis fermè temporibus, sacræ in illis locis fidei floruisse religionem agnouit, sed propter peccata habitatorum terræ illius, occulto Dei iudicio, sed iustissimo, tradita est cum cæteris Galliæ vel Germaniæ ciuitatibus pagano & perfido, Hunno- rum regi Attilæ vrbs quoque illa depraedanda. Qui propter animi sui sæuitiam, nec sacerdotibus Dei honorem, nec ecclesijs Christi reuerentiam impendere sciebat: sed omnia, quasi tempestas immanissima, ferro vastauit & igne. Tunc in similitudine Hierosolymitanæ vastationis, quæ ab impio Babyloniarum rege facta est, venerunt gentes in hæreditatem Dei, & pollutis manibus prophanauerunt sacraria Christi, effundentes feruorum Dei sanguinem circa altaria altissimi regis. Non hæc paganorum fecit fortitudo, sed populi Christiani promeruerunt peccata. Inuenit verò famulus Christi antiquæ ruinas ecclesiæ, inter murorumque fragmenta veprium crescere densitates: vbi quondam psallentium chori, ibi lustra & latibula ferarum visa sunt, stercoribus & immunditijs omnia plena, ita vt vix vestigium aliquod remansisset murorum. Hæc cernens, intimo cordis dolore ingemuit, dicens: O Domine, hæc omnia venerunt super nos, quia peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Sed tu Domine memor esto misericordiæ tuæ, & nostris parce peccatis, & nè obliuiscaris paup-

pauperum tuorum in sinem. Dum hæc itaque lachrymosis murmuraret querelis, ecce subito ex ruinosis speluncis vrsus profluuit. Cur vir Dei cum indignatione præcepit, vt in deserta secederet loca, & sibi comoda inter condensæ sylvarum quæreret habitacula, nec vltra illum fluminis ripas transiret. Qui mox tali territus minatione, fugit, nec vnquam postea illis visus est in partibus. O mira omnipotentis Dei in sanctis suis potentia, quibus bestia ferocissimè obedire sciunt. O miserabilis hominum audacia, qui satuliferæ prædicationis verba, à sanctis prolata doctoribus, contemnere non metuant. Irrationalis bestia, in obtemperando sanctorum præceptis, quodammodò ratione vtitur humana: homo verò ad imaginem Dei conditus, ratione præditus, honorem suum nõ intelligens, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Dum verò comperisset vir Dei ecclesias Christi desertas, cor populi idololatriæ erroribus infectum, ignorantia tenebris obæcatum, gemino se pietatis subdidit labori. Populum sedula intentione ad agnitionem veri luminis perduxit, ecclesias ad culmen summi honoris erexit, presbyteros & diaconos sibi in adiutorium per diuersa ecclesiarum disposuit loca, & vbi prius spelunca fuerunt latronum, ibi orationum domos construxit: magisque diuinis intendit eas ornare laudibus, quam pompaticis seculi diuitijs comere. Fuit verò pauperibus largus, diuitibus affabilis, quatenus omnes vel largitate munerum, vel iucunditate verborum in viam deduceret veritatis. Sciens itaque, nullatenus superba secularis potentia colla ad Christianæ religionis humilitatem inclinari posse, nisi per suauissimas pietatis admonitiones, Apostolico instructus exemplo, omnibus omnia factus, vt omnes lucrifaceret, seniores honoribus præueniens, iuniores paterna dilectione admonens, vbi quæ per officia charitatis non sua quærens, sed quæ Dei sunt, Christi sequutus vestigia, potentium conuiuia non contempsit, non luxuriæ causa, sed prædicationis obtentu, vt familiaritate concordia, facilius verbum Dei conuiuantium infunderet cordibus. Igitur quidam nobilis Francus, potentia clarus, Ocinus nomine, regem Clotarium, prædicti regis Clodouei filium, qui tunc temporis regni nobiliter rexerat scepra, vocauit ad prandium, quod magno apparatu in domo sua regi & suis parauerat optimatibus. Rogatus quoque est sanctus ad conuiuium Vedastus. Qui domum intrans, more sibi solito, dextera extenta, omnia sanctæ crucis vexillo signauit. Quædam verò vascula ibi ceruicia adstant plena, sed malè gentili errore dæmoniis incantationibus infecta. Quæ mox ob potentiam sanctæ crucis destructa crepuerunt, & quicquid liquoris habuerunt, in terram effuderunt. Territus verò rex & optimares illius, huius visionis miraculi, sciscitabatur Pontificem causam repentini prodigij. Cui sanctus respondit episcopus: Per quasdam maleficorum incantationes, ad decipiendas conuiuiarum animas, diabolica in his latuit liquoribus potentia: sed virtute crucis Christi territa, sic inuisibiliter de domo effugit ista, sicut visibiliter consideratis liquorem effundi in terram. Hæc verò res multis proficiebat in salutem. Nam plurimi, occultis diabolicæ fraudis catenis absoluti, auguriorum vanitate sprete, incantationum consuetudine relicta, ad veram religionis conuolauerunt puritatem, intelligentes diuinæ potentia efficaciam in suo famulo facere signa, nihilque contra eius sanctitatem antiqui serpentis valere machinamenta. Et quod ille ad perditionem parauerat aliquorum, hoc Christi gratia ad redemptionem conuertit plurimorum.

Rexit igitur præfatus Dei sacerdos ecclesiam Christi, diuina auxiliante gratia, annis circiter quadraginta, sub magna euangelicæ prædicationis deuotione, sub magno pietatis amore, ac per id temporis multitudinem populi catholico dogmate ad Christianæ fidei conuertit sanctitatem. Claruit vbi quæ diuinæ cognitio legis, sanctissimum Christi nomen cunctarum audiebatur in ore, floruit in moribus castissima vitæ honestas, ardebat in pectoribus singulorum cælestis patriæ amor, populus statutis diebus ad ecclesiam concurrebat, festa cum magno gaudio nostri Saluatoris opportunis celebrabantur diebus, eleemosynæ circa domos vberimè pauperibus dispertiebantur, verbum Dei quotidie per loca singula populis prædicabatur, hymnificas laudes Deo horis canonicis chorus canebat in ecclesijs. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: beatus populus, cuius Dominus Deus eius. Omnes enim in pulchritudine pacis quiescebant, in agnitione veritatis gaudebant, in sanctitate Christianæ religionis lætabantur.

Sancti bestias sentientes, homines contemptores. Psalm. 43.

Construit sacras ædes.

1. Cor. 9.

Nota vim crucis, manu S. Vedasti expressæ.

Fructus veteris prædicationis Euangelicæ.

Horæ canonicæ. Psalm. 143.

Postquam verò pius prædicator & sanctus Dei sacerdos, meritis maturus & annis, præmia sui laboris accipere debuit, Deo dispensante, in eadem Atrebatâ ciuitate validè infirmitatis febre correptus est, diuina præuidente misericordia, vt vbi plurimū in Dei sudauit seruitio, inde ad palmam æternæ beatitudinis perueniret, & inter charissimorum manus filiorum animam suo redderet creatori. Vt verò sui famuli obitum Deus designaret, visa est nocte quadam clarissimæ columna lucis, à culmine domūs, in qua sanctus iacebat sacerdos, vsque ad summum cæli, horarum fermè spatio duarum, stare fastigium. Quod cum viro Dei diceretur, intellexit statim, hoc signum suum demonstrare obitum. Vocauit igitur suos ad se filios, vt eorum precibus suam fideli conditori commendaret animam. Et post dulces paternæ pietatis admonitiones & extrema charitatis verba, sacrosancto corporis & sanguinis Christi confirmatus viatico, inter manus lachrymantium spiritum emisit. O dies sancto lætissima sacerdoti, sed cuncto mœstissima populo, quem tantus subito corporali vita deseruit pastor, quem tamen spirituali nunquam deseruit intercessione, si sacra illius admonitionis verba & probatissimæ vitæ vestigia sequi non desinat. Conuenerunt itaque ad vltimas venerandi viri exequias clerus & populus copiosus, aliarumque ecclesiarum sacerdotes, presbyteri & diaconi. Sed mirum: inter lachrymantium voces in terra, psallentium (vt fertur) à quibusdā religiosi viris cœtus audiebantur in cælo: & dum digno fermè spatio feretrū, in quo iacebat corpus, paratum stare in medio, accedentes mouere illud non valebant. Quid verò agerent, ambigebant: quò se verterent, nesciebant. Sciscitabantur à Scopione archipresbytero, viro equidem religioso, qui secretarius fuerat sermonum sancti Dei, si aliquid de sua eum testari sepultura memoraret: timentes, nè fortè illis hoc ideò accidisset, quia intra murum eiusdem ciuitatis illum sepelire disponebant. Quibus ille respondit, sapiens eum se audisse dicentem, quòd nullus intra muros ciuitatis sepeliri debuisset: quia omnis ciuitas locus debet esse viuorum, non mortuorum. Volebant siquidem illum in ecclesia beatæ semper virginis Mariæ, vbi sedi pontificali præfederalat, tumulari. Ipse verò sepulturæ suæ locum in oratorio, quod paupere sumptu, id est, ligneis tabulis prope litus Crientionis fluuioli adificauerat, fieri disposuisse cognoscitur. Quod licet ipse pro humilitate, qua semper vsus est, fieri voluisset, omnes tamen, qui aderant, attendentes meritorum eius insignia, indignum ducebant tanti viri corpus in loco humili debere sepeliri: præsertim cum nec locus ipse habilis esset tanto monumento, nec, palude obsitus, foret accessibilis populo.

Dum talia inter se quererentur, venerabilis vir Scopilio, doctus virtute precum, ad solita sibi credidit arma currendum, vt videlicet oratio fidei obtineret, quod multa hominum manus viribus nequiuisset. Vnde cunctos hortans ad precem, ipse prior illachrymans, super corpus sacratissimum incumbens orationi, in hanc vocem, mœrore cordis affectus, erupit: Heu mihi, inquit, ô beatissime pater, quid vis vt faciam, quoniam & dies in vesperum declinat, & omnes, qui ad tuas exequias conuenerunt, ad propria iam remeare festinant? Permitte, obsecro, te perferri ad locum, qui tibi filiorum cura præparatus existit. Et his dictis, accipientes capulum, in quo sancti viri corpus iacebat exanime, nullum onus sentientes, portauerunt cum subiectis humeris cum alacritate animi ad sepulturæ locum. Sepeliērunque cum in ecclesia iam dictæ beatæ Dei genitricis semper virginis Mariæ, in dextera parte altaris, vbi quondam pontificalis cathedræ fungebatur officio, nobilem terræ abscondentes thesaurum. In quo loco per aliquod iacuit tēpus, quousque Domino reuelante, ad locum, vbi nunc fulget eius memoria, est à viris sanctis Autberto & Audomaro episcopis felici mutatione trāsatus.

Nunc autem, quid in eodem episcopio post eius excessum visum est dignum memoriæ, referatur. Superueniente igitur tempore, domuncula, in qua Deo dilectus diem obiit, flammis arrepta, ardere coepit. Sed videntem quadam religiosa foemina, Abita nomine, sanctus adueniens Vedastus, flammam à domo discussit, & ita incolumis remansit cum lectulo, in quo vir Domini sanctam ad cælestia regna animam emisit: vt omnes agnoscerent, quanta illius esset beatitudo in cælis, cuius lectuli domicilium in terris ardere non potuit.

Iacuit autem in loco eodem vsque ad tempus beati Autberti, qui septimus ei in sede pontificali successit episcopus. Is autem, vt Maiorum relatione cognouimus, & vt in innumerabilium hominum ore versatur, & quod oculis etiam factum probamus, dum

Viso columna lucis da.

Accipit Eucharistiam, & excedit e vita S. Vedastus.

Feretrum eius moueri non potest.

Honorifice conditur sacrum corpus.

dum quadam die post hymnos matutinos in humanis consistens, rubente aurora, Orientem versus intenderet, vidit eminens trans fluuiolum, qui Crientionio vocatur, virum præfulgidum virgam manu tenentem, basilicæ locum meriri. Quod ille cernens, reuelante Deo, visionem cognouit angelicam: ostensumque est illi, beatum illuc Vedastum, annuente Christo, sine dubio transferendum. Qua reuelatione certior factus, inuita vitæ episcopus, in Dei rebus magnificus habebatur. Qui licet iam senio pressus, & amissionem luminum videretur debiliior factus, animum tamen vt arcum habes spiritali studio intentum, ilico promptus, Christo gressus tegente, festinus ad venerabilem peruenit Autbertū. At ille quid animo gereret, & quid sibi diuinitus esset ostensum, referens, pari voto communiq; consilio cum magno populorum gaudio, qui vndique confluerant, ad locum designatum beatissimum transfulerunt Vedastum. In qua translatione perhibetur beatus Audomarus lumen recepisse oculorū, sed ilico precibus eandem, quam vltro neus ferebat, reimpetrasse cecitatem. Paruipendebat quippe lumen carnalium oculorum, qui lumen meruit ciuium supernorum.

Porro autem miracula, quæ & tunc gesta perhibentur, & quæ iam per annos fermè centum sexaginta per merita beati Vedasti patrata sunt, nullo sunt stylo memoriæ tradita, excepto, quòd vocibus cantorum huiusmodi canitur antiphona: Hic est beatus Vedastus, cui templum fieri ab angelis iussum est hominibus. Est autem locus ipse non longè ab eadem vrbe, qui pro nobilitate sui Nobiliacus primò est appellatus: sed procedente tempore tam insignis effectus, vt vrbs nomine, quæ iam ruinis crebrioribus penè obsoluerat, vocitetur. Est namque & largitione fidelium sublimatus, & agmine monachorum & aliorum Deo deuotorum grege refertus: vbi incessanter quotidie diuina celebrantur præconia, & frequenter cælestia facta sunt & fiunt miraculorum signa, quæ iam magis cernentium ore narrantur, quàm dictantis stylo scribantur. Felix equidem Atrebatum ciuitas, tam excellenti munita patrono: & si murorum ruinis vilescat, illius tamen meritorum nobilitate clarescit. Totusque pro eius sanctitatis intercessione gaudeat populus, omnipotentique Deo æternas referat laudes, qui tam clarū illi perdonauit doctorem, cuius prædicatione viam agnouit veritatis. Cuius precibus, si in fidei firmitate & vitæ sanctitate consistit, ab omni aduersitate secunda permanebit, & vsque ad perfectam beatitudinis gloriam perueniet, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

### VITA S. AMANDI EPISCOPI TRAIECTENSIS ET CONFESSORIS SCRIPTA, A BAVDEMUNDO,

vt habent codices ad S. Amandum: fortassis autem meliori stylo reddita

à Milone monacho S. Amandi, qui huic historie

alium librum subiunxit.

PROLOGVS.



Scripturus vitam beati Amandi, habitatorem eius inuoco spiritum sanctum: vt qui ei virtutes largiri dignatus est, mihi etiam eas sermonem tribuat narrandi: quatenus & charitati vestræ debitum seruitutis impendam officium, & nè is lateat, qui omnibus modis est imitandus. Licet enim tantæ rei sim impar ingenio, atq; nugacitatis vel desidæ pondere opprimar: ad illum tamen spem erigo, qui dixit: Aperios tuum, & ego adimplebo illud: Maximeque vestris fretus suffragijs, vt quod meritis meis obtinere non valeo, orante pro me beatitudine vestra, opus tam arduum atque difficile, à meque hætenus indiscussum, superna opitulante gratia possim aggredi. Prius enim scire vos cupio, me ad omnes virtutes, quas per cum Dominus operari dignatus est, attingere minime posse. Et quanuis ad omnia illius peruenire nequeam, tamen prout Dominus vires infuderit, pauca è pluribus cursim succincteque, & vt ita dicam, breuiter aggredi conabor. Indignum est enim, vt de tanto viro slerè quis audeat, dum pius rerum arbiter talem in Ecclesiasticæ culturæ campo cultorem instituit, per quem, agrum ipsius intenta operatione fidei rastro colentem, ad centeni numeri redditum Christi seges exeresceret. Satis enim sunt sollicita circa humanum

Gggg 4

genus

Viso S. Autberti Episcopi Atrebatens.

S. Audomarus episcopus.

Trāsferunt corpus S. Vedasti.

Intercessio Sanctorū.

Claruit is Milo anno Christi 870.

Psalm. 130.



Matth. 5.

genus immēsa diuinitatis prouisura remedia, dum talem ad illuminationem patriæ di- gnata est dirigere, misericordia consulente. Et licet longè lateq; se per rumigerulos fa- uores diuulgare noluerit, tamen, vt ait ipsa veritas, ciuitas in monte posita, latere non potuit. Et quod mihi pace sanctorum omnium liceat cōfiteri, nulli est secundus in me- ritis eorum, quorum agnouimus virtutes. Igitur nē proluxa oratio horrorem incutiat, generetq; e, vt assolet, legenti fastidium, vitam S. Amādi, qualiter à pueritia vsq; ad per- fectam vixerit aetatem, qualiter ve ante episcopatū vel in episcopatu se gesserit, aut cir- ca beatum finem qualiter rigorem mentis atque propositum tenuerit, licet rustico ac plebeio sermone, propter exemplum tamen vel imitationem, memoriæ, cōtemptra ve- recundia, tradere curabo.

VITA.

6. FEBRUAR.

Amādi pa- tria & pa- rentes.

Confert se in mona- sterium.



Mandus igitur sanctissimus atq; religiosissimus, Aquitaniæ partibus haud procū à maris Oceani litore ex Christianis atque inclytis parentibus editus puer est. Pater eius Sere- nus nomine, genitrix verò Amanria vocabatur. Sed cum iam adolescentiam transiens, in robur migraret virile, & immodicis desiderijs in Christi flagraret amore, patriā pa- rentesq; relinquēs, ad Ogiam insulam, quæ à litore Ocea- ni maris quadraginta distat miliaribus, felici nauigās cur- su, tandem portum monasterij petijt, ibiq; à fratribus spiri- talibus cum magno receptus est gaudiō: & quia sacras ab infantia didicerat literas, ex hoc maiori succensus dese- rio, ampliùs quotidie in Dei rebus crescebat.

Signo cru- cis pellit immanem serpentem.

Quadam igitur die, dum ei à fratribus imperatum fuisset, vt obedientiæ causa per in- sulā deambulet, sit ei repente obuiam miræ magnitudinis serpens, sicut idem vir Dei narrare consueuerat, ita ingens atq; immanis, qualis nec post, nec antea in eadem visus est insula. Quo viso, perterritus puer, sicut ipsa patiebatur ætas, quid ageret ignorabat. Tum subitò superna respectus gratia, ad orationum cōfugit auxilia. Statimq; solo pro- stratus, cum aliquantisper orationi incubuisset, signum crucis contra immanem oppo- suit anguem, potentiq; virtute verborum, vt ad latebras quanto cyūs rediret, imperat. Qui dicto obediens, atque ad signum viri Dei fugiens, rapidoq; cursu ad latebras reme- ans, in eadem insula vltius nusquam comparuit. Sicq; eadem insulam per orationem beati viri Amādi omnipotens Deus ab imminente liberauit periculo. Hoc initium si- gnorum eius, ad nos multorum fama volitante perlatum est.

Nota, habi- tum mona- sticū diuersum fuisse à seculari.

Dein cœpit pater eius blandis eum sermonibus irretire, vt quanto cyūs de monaste- rio egredere, & rursum secularem assumeret habitum. Cumq; his atq; huiuscemodi persuasionibus animum illius conaretur euertere, obtestans nisi citiùs assensum daret, vt de monasterio egredere, iam paterna priuaretur hereditate, respondi se fertur: Ni- hil mihi, pater, tam proprium videtur, quàm vt Christi assumam seruitium, qui est pars & hereditas mea. De paternis enim substātijs nihil adipisci cupio: solum modò, vt Chri- sto militem, per mitte. Sicq; in eodem permanens desiderio, relicto solo parentibusque, Turones & sepulcrum sanctissimi petijt Martini. Ibiq; prostratus, & profusus in oratio- ne vberimè lachrymis, ex toto cordis petijt affectu, quatenus vir sanctus oratione sua apud Deum obtinere mereretur, vt nunquam eum Dominus ad solum proprium re- meare permitteret, sed omnem vitæ suæ cursum in peregrinatione expēderet. Cumq; ab oratione surtexisset, statim comam capitis sui abscidit, adeptusq; clericatus hono- rem, omnem gratiam transcendebat in clero.

Tondet si- bi caput.

Huius vitæ inueniet. Le- ctor 17. Ianuarii. Degit soli- tarius 15. annis.

Post hæc verò ab abbate ipsius loci & à fratribus benedictione percepta, ciuitatē Bi- turicæ & sanctum adijt Austregisilum, qui tunc in Dei rebus magnificus atq; insignis habebatur. Cumq; ab eo & ab eius archidiacono, sanctissimo videlicet Sulpitio, qui postea episcopus claruit, clementissimè fuisset susceptus, omni ei humanitate exhibitā, cellulam iuxta ecclesiam in superiori ciuitatis muro construi fecerunt. In qua cellula multis diebus ob amorem æternæ vitæ, cilicio reclus & cinere, ieiunijs attritus atq; in- edia, hordeaceo tantum cōtentus pane atq; aqua modica, corpus suum sustentauit po- tius quàm aluit. Sicq; ibidem tribus ferme militās lustris, à vino & sicera omninò absti- nuit.

nuit. His ita gestis, cœlesti iterum inflammato desiderio, incidit ei cogitatio, vt ad limina beatissimorū Apostolorum Petri & Pauli properare deberet. Assumptoq; secum vno tantummodò comite, squalida atque deuia lustrans loca, tandem Romam peruenit. Ibiq; sancto satiatus desiderio, prædulcia in liminibus Apostolorum figens oscula, die- bus ecclesiarum Dei circuibat loca, nocte verò ad sancti Petri reuertebatur ecclesiam.

Romæ loca sacra inuisa.

Quadam nanque die iam appropinquate vespera, cum custodes iuxta morem in ec- clesia fecissent diligentiam, sanctus vir Domini Amandus, egredientibus cunctis, in ec- clesia paululum substirrit, ibi ex deuotione rota nocte vigilare cupiens. Tum verò vnus ex custodibus inuentum, contemptibiliter affectum iniurijs, eiecit extra ecclesiam. Se- dente autem eo in ecclasi mentis in gradibus ante fores ecclesiæ, subitò ei sanctus ap- paruit Petrus, blandè leniterque eum alloquitur, & vt in Gallias ad prædicationem ex- ercendam reuerti deberet, admonuit. De qua visione sanctus vir Amandus hilarior red- ditus, accepta benedictione Apostoli atque patrocinijs, feliciter remeavit in Gallias. Cum interim paucis post transactis diebus, coactus à rege ac sacerdotibus, episcopus ordinatus est. Acceptoq; pontificatus honore, gentibus verbum euangelizare cœpit, Domini, atque seipsum in omnibus exemplum præbere bonorum operum. Erat autem pijsissimus atque omni bonitate repletus, vultu serenus, elemosynis largus, sensu sobrius, corpore castus, atq; inter diuites & pauperes medius: ita vt pauperes illum quasi pauperem adspicerent, diuites quasi superiores se existimarent. Vigiljs atque oratio- nibus deditus, sermone cautus. Si quos etiam captiuos vel pueros transmarinos inue- nisset, dato precio redimebat, spiritualique eos regenerans lauacro, literis affatim imbui præcipiebat, præmissaq; libertate, per diuersas distribuebat ecclesias. Pluresq; ex his post- eà episcopos, vel presbyteros, seu honorificos abbates fuisse audiuius.

S. Petrus ei apparet.

Episcopus.

Improbitas diaboli.

Illud etiam non est prætermittendum, quòd idem vir Dei Amādi à Roma secundò rediens, assensa nauis, peruenit ad Centumcellensem locum. Quadam igitur nocte dum solus, vt illi mos erat, oraret, immundus spiritus vnum è famulis apprehensa manu tra- hebat ad mare, volens eum ibi demergere. Sed idem puer, qui trahebatur, magnis coe- pit vocibus clamare, dicens: Christe, adiuua me: Christe, adiuua me: Mox malignus spi- ritus eidem puero insultando respōdit: Qualis Christus? Sed dum puer, qui trahebatur, minimè responderet, ait sanctus Amandus: Dic illi fili: Christus filius Dei viui, crucifi- xus. Statimq; ad vocem illius inimicus vt fumus euauit.

Sæua tēpe- stas in mari.

Nec multò post cum quadam die per medium pelagus nauigaret, nautasq; verbum doceret Domini, subitò apparuit illis miræ magnitudinis piscis. Nautæ verò, missò in pelagus reti, eundem piscem ceperunt. Cumque epularentur, mutuisq; plausibus ex- ultarēt, subitò inopinata orta tempesta est, quæ omne gaudium eorum in luctum con- uertit. Coeperunt autem quicquid in nauis habebant, tam quæ ad cibum pertinebant, quàm reliqua subsidia omnia, vel etiam armamenta nauis, in pelagus proijcere, vehe- menterque labori insistere, vt ad terras egredere: sed nihil omninò proficere vale- bant. Nauis verò quassata, huc illucque à fluctibus ferebatur, cunctosque de vita spem omnem abijcere cogebat. Mox igitur nautæ ad seruum Dei cucurrerunt Amandum, rogantes vt Dominum deprecaretur, quatenus eos per orationem ipsius de imminente liberaret periculo. Vir autem Domini Amādi blandè eos consolatus, confidere iussit, & vt de Domini misericordia fiduciam haberent, fideliter admonuit. Nautæ verò nimio fessi labore, passim in nauis iacebāt sopore depressi. Ipse etiam sanctus in puppi nauis re- sidens, quiescebat. Tum ei ex improviso sanctus apparuit Petrus, transiens per puppim nauis: excitansq; eum ac blanditer alloquens, ait: Noli timere Amande: non peribis tu, neque qui tecum sunt. Mox verò ad verbum illius sedata tempesta, tranquillitas red- dita est magna. Et factò manè, omnes, qui in nauem cum viro erant Dei, sani atque incol- lumes ad terras egressi sunt.

Gandaue- sum prisco- rum stultitia.

Per idem autem tempus, cum loca vel dioceses ob animarum sollicitudinem vir Do- mini circumiret Amandus, audiuit pagum esse quendam iuxta fluentem Scaldis fluiuij, cui vocabulum est Gandauum. Cuius loci habitatores antiqua diaboli versutia vsque- adeò circunquaque laqueis vehementer irretiuit, vt incolæ terræ illius, relicto Deo, ar- borem & ligna pro Deo colerent, atque vana idola adorarent. Propter ferocitatem enim gentis illius, vel ob terræ infœcunditatem, omnes sacerdotes à prædicatione loci illius se subtraxerant, & nemo audebat in eodem loco verbum annunciare Domini.

Quo

Quo audito, vir sanctus magis eorum miseratus errorem, quam de vitæ suæ periculo pertimescens, Aicharium episcopum, qui tunc Nouiomensis vrbis cathedræ præsidebat sacerdotali, adiit, eumque humiliter postulauit, vt ad regem Dagobertum quanto cyus pergeret, epistolasque ex iussu illius acciperet, vt si quis se non spontè per baptis mi lauacrum regenerare voluisset, coactus à rege, sacro ablueretur baptismate. Quod ita factum est. Percepta nanque à rege potestate, & benedictione à pontifice, illuc vir

Vir sanctus  
multa patitur  
ab in  
creduis.

Iohan. 15.

Multos cõ  
uerit.

Domini Amandus perrexit intrapidè. Vix enim quis dignè enarrare sufficere, quantas ibidem pro Christi nomine perpeffus sit iniurias, & quam frequenter ab incolis loci illius cefus sit, necnon & à mulieribus & à rusticis non absq; iniuria sit repulsus, verum etiam & in flumen sepe præcipitatus. Quæ omnia vir sanctus pro nihilo deputans, verbum Domini non destitit prædicare, memorans illam sancti euangelij sententiam, quæ ait: Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Comites etiam illius, qui eum fuerat germana charitate secuti, ob inediã vel sterilitatem loci ad propria remeantes, eum ibidem solum reliquerunt. Ipse verò in prædicationis permanens officio, alimentum proprijs acquirebat manibus. Sanè captiuos innumeros redimens, sacro baptismate emundabat, & vt in operibus bonis perfluerent, fideliter hortabatur.

Illud etiam huic schedulæ annexum putauimus, quod viro venerabili presbytero, nomine Bono, narrante didicimus: qui testabatur se presentem fuisse, quando hæc gesta res est. Aiebat nanque, quod comes quidam ex genere Francorum, cognomine Dorro, congregata nõ minima multitudine Francorũ, in vrbe Tornaco, vt erat illi inuicium, ad dirimendas resederat actiones. Tum subito à lictoribus ante eum presentatus est quidam reus, quem omnis turba acclamabat dignum esse morte. Erat verò idem fur plagis iam crudeliter affectus, vehementerque cefus, & corpore non nisi semiuiuus. Cumque præfatus Dorro decreuisset, vt eum patibulo deberent affigere, vir Domini Amandus adueniens, obnixâ prece postulare cœpit, vt ei vitam concedere dignaretur. Sed vt erat sequus atque omni belua crudelior, nihil apud eum Amãdus obtinere potuit. Tandemq; à ministris vel apparitoribus idem fur affixus patibulo est, atque extremũ exhalauit spiritum. Dorro igitur domum reuersus est, populi constipatus caterua. Sanctus verò vir Domini Amandus citius ad patibulum cucurrit, hominemque iam mortuum inuenit. Deposuitque de ligno, ad cubiculum, in quo familiariter orare consueuerat, deferri fecit, fratribusque è cellula egressis, ipse super membra defuncti, orationi tam diũ incubuit, lachrymis ad Dominum profusus ac precibus, donèc iubente Deo anima in corpus redijt, atque cum viro Dei loqui cœpit. Adueniente itaque matutinali tempore, conuocatis fratribus, aquam iussit afferri. Suspiciantibus autem illis, quod corpus ad sepeliendum, sicut mos est, vellet abluere, subito cellulam ingressi, viderunt eundem hominem, quem mortuum reliquerant, sanum cum viro Dei sedentem atq; incolumem colloquentem. Mirarique vehementer cœperunt, quod viuum videbant, quem paulo ante mortuum reliquerant. Tunc igitur sanctus vir Domini Amandus assistentes cunctos vehementissimè obtestari cœpit, vt nè cuiquam vnquam proderent hoc, quod per eum Dominus operari dignatus est: asserens, non suæ hoc esse ascribendum virtuti, sed misericordiæ Domini, qui in se sperantibus vbiq; dignatur adesse. Loto itaq; omni corpore atque cicatricibus, carnem carni restituit, ita vt de plagis, quas ante pertulerat, in eius corpore nullum indicium appareret. Sicque eum ad propriam remittens domum, parentibus restituit incolumem.

Multi hoc  
miraculo  
inuitantur  
ad fidem.

Monasteria  
extruit.

At vbi hoc miraculum longè lateq; diuulgatum est, statim incolæ regionis illius cursu celeri ad eum cucurrerunt, & vt eos faceret Christianos, humiliter postulabant. Fana etiam, quæ ante adorare consueuerat, proprijs destruentes manibus, ad virum Dei omnes vnanimiter peruenierunt. Nam vbi fana destruebantur, vir Domini Amãdus tam ex munificentiã regis, quam ex collatione religiosorum virorum religiosarumque fœmitarum, statim monasteria aut ecclesijs construebat: verbiq; sacri pabulo populam reficiens, omnium corda mandatis celestibus illuminabat.

Cum iam vir sanctus videret prædicatione suã quosdam ad Deum conuerti, ex hoc maiori æstuat desiderio, quatenus adhuc alij conuerterentur. Apdiuit denique, quod Sclaui nimio errore decepti, à diaboli laqueis tenerentur oppressi. Illeque martyrij palmam se assequi posse confidens, transfretato Danubio, eadem circumiens loca, libera

bera voce euangelium Christi gentibus prædicabat. Paucis verò ex eis in Christo regeneratis, videns etiam sibi nõ satis accrescere fructum, & martyrium, quod semper quærebatur, nondum se adepturum, ad proprias iterum reuersus est oues, curamque gerens earum, ad celestia regna prædicando perduxit.

Interea rex Dagobertus amoris mulierũ plusquam oportebat deditus, omniq; spurcicia libidinis inflammatum, sobolem minimè videbatur habere: sed tamen ad Domini confugit auxilium, deprecabaturque sedulo, vt ei filium dare dignaretur, qui post eum regni sui gubernaret scepra. Quod ita dante Deo factum est. Cumque sibi nunciatum fuisset, quod ei Dominus filium dare dignatus esset, magno mox repletus gaudio, cogitare cœpit, cui ipsum puerum traderet, qui eum sacro baptismate regenerare deberet. Statimq; accessit ministris, vt sanctum perquirent Amãdum, sagaci intentione præcepit. Nam dudum ipse pōtifex, dum pro capitalibus criminibus, quod nullus ex sacerdotibus facere ausus est, ipsum redargueret regẽ, iubete eo iam furore percuro, nõ absque iniuria de regno eius fuerat expulsus. Ille verò remotiora perquirens loca, verbum Dei gentibus prædicabat. Cumq; à ministris tandem fuisset repertus, & vt ad regem ire deberet, admonitus, memorans illud Apostoli præceptum, Potestatis sublimioribus se subdi debere: tandem peruenit ad regem, qui illis diebus in villa, cui vocabulum Clypiaco est, morabatur. Visoque rex beatissimo Amãdo, magno repletus est gaudio: prostratusque pedibus beati viri, deprecabatur vt tãto sceleri, quod in eum perpetraverat, veniam largiri dignaretur. Sed ille, vt erat mitissimus atque supra modum patiens, citius eum eleuauit à terra, facinusque in se perpetratum clementissimè indulfit. Tunc rex ad sanctum ait Amãdum: Pœnitent me valdè, quod stultè aduersum te egerim. Precor igitur, nè memineris iniuriæ, quam tibi irrogavi, atque precibus meæ, qua summo opere postulo, nè dedigneris annuere. Dedit mihi Dominus filium, non meis præcedentibus meritis: precorque, vt eum sacro digneris abluere baptismate, atque in filium tibi spiritalem suscipere. Quod vir Domini vehementer renuens, scilicet sciens esse scriptum, militantem Deo non oportere implicari secularibus negocijs, & quietum atq; remotum, palatia non debere frequentare regia, è conspectu regis abscessit. Statim igitur rex misit ad eum virum illustrem Dadonem, atque cum eo venerabilem virum Eligium, qui tunc in palatio regis sub seculari debebant habitu, quos tamen postea egregios sacerdotes atque præclaros in meritis, signis quoque atque virtutibus fuisse, plurimis comperitum est. Hi verò humiliter virum Dei petierunt, vt precibus regis daret assensum, atque filium ipsius sacro dignaretur diluere fonte, & vt eum enutrire atque lege imbueret diuina, quantocyus assentiret, dicentes quod si hoc vir Dei non renueret, per hæc familiaritatem liberius in regno ipsius vel vbiunque eligeret, haberet licentiam prædicandi, seu nationes complures per hanc gratiam se posse conquirere fatebantur. Tandem fatigatus precibus amborum, facturum se esse promisit. Audiens autem rex, quod preces suas sanctus non renueret Amãdus, statim ipsum puerum afferri præcepit, qui dicebatur non plus à natiuitate habere, quam dies circiter quadraginta. Accepit igitur vir sanctus in manibus puerum, & benedicens eum, catechumenum fecit. Cumque finita oratione, nemo ex circumstante multitudine respondisset, Amen: aperuit Dominus os pueri, atque audientibus cunctis, clara voce respondit, Amen: Statimque eum regenerans sacro baptismate, impositoq; nomine Sigeberto, regem atque omnem eius exercitum tunc sanctus Amãdus magno repleuit gaudio.

His ita gestis, adueniente obitus sui die, Traiectensium episcopus feliciter migravit ad Christum. Rex igitur huius viri venerabilis comperiens obitum, sanctum accessit Amãdum. Congregataque multitudine sacerdotum, populiq; turba non modica ad regendam Traiectensium ecclesiam eum præposuit. Illo verò renuente, atque se indignum vociferante, omnes vna voce clamabant, dignum eum esse sacerdotio, atq; ob animarum sollicitudinem ecclesiæ magis, quam pecuniæ quæstum debere suscipere. Coactus igitur à rege ac sacerdotibus, pontificali suscepit cathedram. Sicq; per triennium ferè vicos vel castra circumiens, verbum Domini cõstanter omnibus prædicauit. Multa etiam, quod dictu nefas est, sacerdotes atq; Leuitas, prædicationem illius respuentes, audire contempserunt. At ille secundum euangelij præceptum, puluerem de pedibus in testimonium excutens, ad alia properabat loca. Igitur tandem reperiens insulam, cui vocabulum est Chancelaus, iuxta Scaldim fluium, aliquantis diebus cum fratribus spiri-

Prædicat  
Sclauis.

Rom. 13.

Dagobertus  
rex se abijcit  
ad pedes  
S. Amãdi.

2. Tim. 2.

Is Dado, cii  
am Audoc  
nus dicitur.

Infans re-  
gis dierum  
40, respon-  
det, Amth.

Traditur S.  
Amãdo se-  
des Traie-  
ctensib;

Marth. 10.

Vitio in cō-  
tempores  
sermōnum  
eius.

spiritalibus ibidem Christo militare studuit. Sed verbi Dei cōtempores per biennium ferè ingens attriuit plaga, ita vt euerfæ domus & agri in solitudinem essent redacti: nec non etiam vici vel castra destruerentur, nullusque penè in his regionibus remaneret, qui virum Dei contempserant predicantem.

Vasconibꝫ  
p̄dicat ver-  
bum Dei.

Nec multò post eum à fratribus, quos ob animarum curam per diuersa reliquerat loca, rogaretur, vt eos presentia sua visiraret, & vt verbi sacri pabulo rescicere dignaretur: tandè prece accepta, peruenit ad eos, audiuitq; ab eis, gentem, quam Vaceciam appellauit antiquitas, quæ nunc vulgò nuncupatur Vasconia, nimio errore deceptam, ita vt augurijs vel omni errori dedita, idola etiam pro Deo coleret. Quæ gens circa Pyrenæos saltus per aspera atque inaccessibilia diffusa erat loca, fretaque agilitate pugnandi, frequenter fines occupabat Fræcorum. Vir autem Domini Amandus eorum miseratus errorem, enixè elaborare cœpit, vt eos à diaboli reuocaret seruitio. Dum autè eis verbum predicaret diuinum, atque euāgelium annunciarer salutis, vnus è ministris asurgens, leuis ac lubricus, necnon & superbus, atq; etiam apta mouendo risu effutens verba, quem vulgus mimilogum vocat, seruo Christi detrahere cœpit, euāgeliumque, quod predicabat, pro nihilo ducere. Sed eadem mox hora arreptus à demone miser, proprijs se cœpit manibus laniare, atque coactus publicè confiteri, quòd ob iniuriam, quam Dei irrogauerat seruo, hæc perpeti mereretur. Sicque in ipso cōstitutus tormento, spiritum exhalauit extremum.

Cæcus vi-  
derablitus  
aqua, qua  
Amandus  
suas lauauerat  
manus.

Illis autem adhuc in eorū cœcitate permanentibus, dum vir sanctus ad alia demigraret loca, peruenit ad ciuitatem quandam. Vbi eum ab episcopo ciuitatis illius honorificè fuisse susceptus, & ei hospitalitatis more episcopus aquam in manibus funderet, secretè ius precepit ministro, vt eandem aquam, in qua vir Dei manus abluerat, diligenter in sacario deportaret custodiendam. Quod ita factum est. Prefatus nanque ciuitatis antistes satis benè fidebat, quòd eadem viri Dei benedictio salutè fidelibus restituere posset. Eodem quoque tempore homo quidam cæcus sedebat ante fores templi mendicās, qui multo iam tempore corporalem amiserat visum. Ad quem ciuitatis ipsius episcopus ait: O homo, si habes fidem, ablue oculos tuos ex aqua, in qua vir Dei Amandus abluuit manus. Confido enim, quòd per ipsius sanctitatem, pristinam consequaris salutem. Cumque idem cæcus oculos eadem aqua abluisset, statim iubente Deo pristinum recepit visum, ita vt omnia clarè videret.

Cœnobitū  
ædificat.

His ita peractis, idem vir Domini Amandus in fines remeauit Francorum, elegitque sibi locum predicationis aptum, in quo cum fratribus, qui cum eo per diuersas provincias multas pro nomine Christi perpessi fuerant passiones, ædificauit cœnobium. Atque ex eisdem fratribus plures postea abbates seu honorificos vidimus viros. Eodem ferè tempore vir sanctus Domini Amandus Childericum adiit regem, eumque humiliter postulauit, quatenus ei aliquod municipium ad construendum monasterium, non ambitionis gratia, sed ob animarum salutem, largiri dignaretur. Deditque prefatus rex ei locum, nuncupatum Nanto. In quo vir Domini sagaci intèntione cœpit ædificare cœnobium. Mummulus autem quidam, Ozidinsis vrbs antistes, valdè ferebat molestè, quòd idem vir Domini eundem locum impetrauerat à rege: inuidiaque facibus accensus, eundem virum Domini extinguere conabatur. Missisque agilibus viris, iussit vt eundem virum Dei à loco ipso contemptibiliter iniurijs affectum eijcerent, aut certè in eodem punirent loco. Venientesque ad eum ministri, simulato dolo dixerunt, quòd ei locum aptum ad construendum monasterium ostendere deberent: tantummodo cum illis illuc properare deberet. Sed eorū fallacia, reuelante Deo, latere non potuit. Cumque eum ad predictum locum ducere simularent, non erat inscius vir Domini Amandus, quo in loco eum interimere disponderent. Tandem igitur peruenerunt ad supercilium mōtis, vt eum ibi capite truncarent. Vir tamen Domini suis hoc ante indicare noluit, quia ad martyrium libentissimè properabat. Sed subitò orta tempestate pluuiæ grandinisque, omnem illius montis locum tenebrofæ obreuerunt nubes, ita vt apparitores, qui ad interficiendum eum fuerant missi, amisso lumine, nihil penitus viderent. Spemque vitæ iam nullam habentes, prostrati pedibus sancti viri, veniam postulabant, & vt eos viuos abire sineret, humiliter deprecabantur. Tunc vir Domini ad consueta recurrit presidia, scilicet ad orationum auxilia, profusisq; vberimè lachrymis, tam diu orationi incubuit, donè reddita serenitate, lumine etiam apparitores recepto, non absque metu vel

Properat  
ad intentam  
tam ipsi nec-  
cem, sed di-  
uinitus ser-  
uatur.

vel stupore ad propria reuenterentur. Taliq; percussis timore ministris, vir Domini mortem incolumis euasit.

Nec illud quoque pretereundum putauit, quod presbytero quodam, nomine Erchengisilo, venerabili atque fideli viro narrante didici. Quadam die, dum vir Domini Amandus in pago Beluacensi verbum Domini predicaret, peruenit ad quendam locum, cui vocabulum est Rossunto, secus Aronnam fluuium. Eratque ibi mulier quædam cæca, quæ lōgo iam tempore amisso lumine, nihil præter tenebras nouerat. Ingressus autem vir Dei domum illius, cœpit percontari ab ea, qualiter ei hæc cœcitas euenisset. Responditque illa, quòd non ob causam aliam ei ipsa cœcitas accidisset, nisi quòd auguria vel idola semper coluerat: insuper ostendit ei locū, in quo predictum idolum adorare consueuerat, scilicet arborem, quæ erat demoni dedicata. Ad quam vir Domini ait: Nō miror, si pro hac stultitia cæca facta sis: sed admiror elementiam Domini, qui te tam diu expectando sustentat, vt cum factorem & redemptorem tuum adorare debeas, adores demones & idola muta, quæ nec tibi, nec sibi possunt prodesse. Nunc igitur accipe securim, & hanc nefandam arborem quātocyū succidere festina, per quam lumen amissisti corporis, & animæ perdidisti salutem. Confido enim, quòd si firmiter credideris, lumen pristinum à Domino consequi possis. Deducta autem puella suæ manibus, ad arborem citius peruenit, atq; eam excidere conabatur. Tum vir Domini Amāndus eam ad se aduocans, signumque crucis super oculos eius imprimens, inuocato Christi nomine, pristina reddidit sanitati. Instructaq; qualiter se agere deberet, omnibus diebus vitæ suæ castè atque sobriè se exhibuit, & cōtrectiorem vitam deinceps gerens, mores commutauit in melius.

Signo cruce  
eis cœcitas  
aperit.

Hoc quoque, quod ad cumulum laudis eius Dominus ostendere dignatus est, non videtur silentio tegendum. Quodam nanque tempore cum cuidam monacho, videlicet Preposito monasterij sui, Chrodobaldo nomine, per quendam missum iussisset, vt vehicula ad vinum in vsum fratrum monasterio deferendum preparare deberet, dicitur is inobediens extitisse. Sed eum nocte eadem vltio diuina subsecuta est: Nam eo iter agente, vt ad virum Dei pergeret excusationis causa, quòd vehicula minimè haberet, ita dicitur omni corporis compage paralyti dissolutus, vt nec manum quidem vel pedem posset mouere. Omniq; iam carne velut mortua, in solo pectore vitalis anhelabat spiritus. Tenuique statu confiteri, vt valebat, nitebatur, quòd ob inobedientiam & contumaciam hæc perpeti merebatur. Igitur prefatum monachum fratres mittentes in nauem ad monasterium, cui vocabulum Maiores indiderunt Elnonem, ad virum Dei adduxerunt Amandum. Cumque iam vespèrascende die, finiris Missarum seu vespertinarum solennijs, vir Domini ad reficiendum iuxta morem isset, subitò ei nunciatum est, qualiter idem monachus ægrota-ret. Leniterque, vt aiunt, subridēs, dixisse fertur: Adhuc maiora sustinebit pericula, quia valdè instantiæ atque inobedientiæ deditus erat. Sed tamen presbyterum quendam, fidelem virum, ad se vocari precepit, eidemque monacho calicem vini & fragmen panis per eundem transmisit presbyterum, eique mandauit, dicens: Vade, & dic monacho illi, vt sumat partem panis istius & vini, & cras, iubente Deo, eum ad eum visitandum perrexero, obuiam mihi procedat, & in lectulo iacere non patiat. Quod ita factum est. Accepta itaque idem monachus patris benedictione, ita totius corporis recepit sanitatem, ac si nullam vnquam pertulisset læsionem. Adueniente igitur sancto viro, obuiam ei processit, atque cum eo loqui cœpit. Miratiq; sunt fratres vehementer, quòd viuum & incolumem videbāt, quem mortuum ferè suspicabantur. Vir autem Domini Amandus, indulga fratri venia, vt mores deinceps in melius commutaret, admonuit, atque eum sanum ad monasterium direxit.

Pœna in-  
obediētiæ.

Sanat para-  
lyticum.

Alia quidem sunt multa, quæ per eum Dominus operari dignatus est, nobis quidem incognita, Deo autem nota. Sed quantum ad nostras, fidelibus narrantibus viris, perlatum est aures, si omnia cupiam persequi, dies, vt opinor, antè, quàm sermo, deficiet. Nam quas per eum Dominus virtutes non edidit, cum & mortuis vitam, cæcis visum, paralyticis gressum, leprosis munditiam, surdis auditum, à demonibus oppressis restituit sanitatem?

Igitur sanctissimus Domini Amandus, cui su fideliter peractis, repletus omnium bonorum operū fructu, adueniente sanctissimi obitus die, feliciter migravit ad Christum: Sepultusque est cum magnifico honore in locò, cui vocabulum est Elnone. In quo lo-

Obitus eius  
& sepul-  
tura honori-  
fica in Elnone.

H h h h

co

ne mona-  
sterio Han-  
nonia.

co multa sunt orationibus eius beneficia, & laudatur ibi ab omnibus nomen Domini Iesu Christi: cui est cum æterno patre & spiritu sancto virtus & honor, gloria & imperium, laus & potestas per infinita seculorum secula, Amen.

VISIO SANCTAE ALDEGVNDIS VIR-  
GINIS, DE SANCTI AMANDI GLORIA  
& beatitudine.



odem tempore beata Aldegundis, in timore sancto ab ipsis infantie annis Domino seruiens virgo, & corpore angelicam in terris vitam peragere studens, inter reliquas visiones, sibi frequentius à supernis ostensas, dum nocte Dominica vigilijs & hymnis in ecclesia Malbodiensis cœnobij ante altare sanctæ Mariæ incubaret, in ipsa, qua beatus transijt, hora in ecstasi mentis eleuata, & ab angelo per amœna iucundæ habitationis loca deducta, vidit virum senem, cygneo capite reuerendum, sacerdotalibus & præclaris indutum vestibus, baculum manu tenentem, ad superna quasi transire, turbamq; copiosam albatorum ante & post eum iter habere. Cumque quis esset requisita, ne scire se diceret, ab angelo sancto ita ei responsum est: Vir, inquit, Dei Amandus migravit à seculo: & quia sacerdos in vita extitit dignus, seque ipsum bonæ voluntatis obsequio atq; sanctarum virtutum exercitio diuinæ maiestati sacrificauit, tam gloriosus nunc ad gaudia sui Domini pertransijt. Turba autem, quam vides, albatorum, hi sunt, qui per instantiam prædicationis ipsius ad exemplum tanti magistri feliciter informati, digni Deo & sanctorum claritati iudicantur ascribi in cœlestibus. Quibus pro eo, quod pastor extitit idoneus, in regno sanctorum & terra uiuentium super eos princeps in æternum apparebit modis omnibus gratiosus.

Hac itaque visione diuinitus ita manifestata, corpus sacrosanctum beati Amandi in cœnobio, quod idem sanctus ædificauerat, atque Elnonis vocabulum indiderat, debito fidelium honore sepultum est: non tamen in ipsa, qua nunc requiescit, basilica, sed in altera, quæ adhuc superest, principis Apostolorum Petri nomine dedicata. Quæ quoniam pro sui paruitate tanti præfuls tumulo visa fuit incongrua, atque etiam secundo sexui propter monachorum habitacula inaccessa, frequenti religiosorum virorum conuentui visum est, aliam magnitudine præstantem debere ædificari, quæ & vtrique sexui, ac confluenti illò sufficeret multitudini populari. Ad quam venerandus Christi confessor, qui tunc supererat, Eligius corpusculum sancti patris sextodecimo post transitum anno, integrum & omnimodis incorruptum, septimo Calend. Nouembris transtulit, & vt tunc moris erat, altius telluri commendauit.

Quod ibi vsque ad annum sui obitus centesimum quinquagesimum in imis terræ visceribus occultatum, longo temporis spatio iacuit: sed anno incarnationis Domini octingentesimonono sarcophagum, in quo quieuerat, Lotharius, sacri templi æditus, eleuari faciens, reperit in speratum magni gaudij thesaurum, inuolati videlicet corporis prodigium. Qui stupefactus, vt par erat, tam inopinati visione miraculi, omnipotentem Deum debitis laudibus benedixit, tantorumque donorum largitori gratias egit. Congaudens etiam tanti inuentione thesauri, non modico coepit sollicitudinis angore cruciari, multa animo voluens, quid ex ipso ad cœmorationem sequentium pro munere deberet auferri. Vbi verò fluctuantem animum ancora consilij stabiluit, casulam, qua erat indutus, à sacratissimo eius collo abstulit, eundemq; in latus vtrunq; versans, cannas arundinum fluuiiales, quæ sub ipso olim positæ fuerant propter humorem aquatilem, subduxit. Idcirco suis desiderijs minus esse perpendens, nisi etiam ex corpore aliquam tolleret inuolatorum portionem membrorum, vertit audaces, vt ita dicam, ad cadauer venerabile manus, vnguesque spiritualis vituli, cornua producentis & vngulas, secuit, quæ post obitum illius contra naturam ita exreuerant, vt etiam manicas manuum cremendo suo penetrarent. Necnon & barbam pontificis nostri Aaronis, post sepulturam ipsius recrescentem totondit.

Hæc verò omnia sibi summo deuotionis obsequio recondens, nec sibi tamen suisq; desiderijs sufficere credens, ad os sacratissimum, per quod diuinæ pietati crebræ orationum preces fuerant suscipi, ac varijs populis frequentes prædicationes directæ, ausus est manum

Basilica iā  
olim se-  
minis inae-  
cessa.

Corpus S.  
Amandi  
post annos  
16. incorru-  
ptum.

En post tot  
annos cor-  
pus inuol-  
larum.

Nota stupē-  
dum in de-  
functo cor-  
pore mira-  
culum.

manum mittere, atq; si aliquem de dentibus illius posset eximere, studuit perentare. Sed & cum hoc pro eorundem firmitate nequiret perficere, fabrilis instrumento, tenaci videlicet vsus forcipe, de gingiuis pulcherrimi oris duos dentes eduxit, rubicundo ebore, vt credi decet, ac antiquo saphiro preciosiores. Mirum dictu, fidelem querens auditorem, quod contra naturam est mortui cadaueris, de dentibus educis stillæ fluxerūt cruoris. Huiusque monimenti vsque in diem hodiernum testimonium acerra præbet eburnea, adhuc eodem, quo infusa fuerat, sanguine, cum ibi seruandi mitterentur, mirabile dictu, cruentata.

Facta est igitur eleuatio ista venerabilis 12. Calend. Octobris: signis etiam in ea per supernam virtutem patefactis, fidei populo est constituta ferialis. Sanè sanctorum memoria, qui per beatum Amandum Domino famulari elegerunt, superius generaliter prælibata: restat nunc quorundam nomina ad laudem præcipui doctoris intimare, vt eorum si quis gesta legere voluerit, ex illorum virtutibus tanti patris & idoneæ legionis signiferi merita quodammodo pensare præualeat. Cuius tam beatæ cateruæ pars quædam & honorabilis extitit Andreas sanctus, ab ipso pontifice in monasterio Elnonensi constitutus abbas. Lonatus etiam, in Marcianis cœnobio delegatus: sanctusq; Flobertus cum egregio viro Iohanne: vnus post alterum congregationi, quæ Blandinium appellatur, præpositi: necnō Leuita præcipuus, quem idem vir sanctus per reuelationem detronidit, beatus videlicet confessor Maurontus, vnà cum iusto & magnifico viro Humberto, qui angelo reuelate, tam sibi quam beato Amādo coronā in cœlis preparatam cognouit, atque ad indicium rei certæ, eodem angelo imprimente, signum crucis in vertice, osse crucis in modum implicato, visibiliter vsque ad mortem deportauit.

Non elongatur à coetu isto beatorum Gertrudis, virgo sancta, ab ipso fidei initijs insignita, & sacro velamine consecrata: quæ fideliter vsque ad obitum mādatis cœlestibus obtemperas, & in vita, & post exitum multis se miraculis manifestaui. Iuxta seculi etiam dignitatem nobilis Allouinus, qui sanctus Bauo est omnium vocibus appellatus, ex paganorum ritu ad Dei cultum per Pontificem prædictum conuersus, & in via præceptorum eius salubriter introductus, per diuinæ inspirationis gratiam in tantum celsitudinis apicem conscendere meruit, vt etiam mortuum ab inferni faucibus renocaret, & palam omnibus vitæ reconsignatum exhiberet. Cuius reliquijs felicibus in eadem, qua venerantur, ecclesia sanctus Landoaldus archiepiscopus sancti Amandi, hoc est, curam pastorem vice ipsius agens in episcopo Traiectensi, sanctusque Amantius, post multum obitus sui tempus tandem reuelante Deo manifestari, atque illuc vsque perlari, modo in pace quiescit consociati, beneficia populis fidelibus impendunt assidui. Quod ita cunctis in hac regione cognitum scimus, vt ad præsens scribi necesse nō sit: cum ibi visum cœci, claudi quoque gressum, debiles etiam & multi varijs infirmitatibus detenti, nostris temporibus saluti congruæ sint restituti.

Sunt verò complures & alij, quos studio breuitatis intermittere horum sanctorum specialis quodammodo refulgens apud homines gratia suauis: qui & ipsi inuenti sunt in fide & respectione Domini nostri Iesu Christi multipliciter gratiosi. Ecce quam bonum & quam iucundum, ait Psalmista, habitare fratres in vnum. In vnum enim habitant, qui vnum mente simplici adorando Deū, vnus felicitatis, hoc est, æternæ beatitudinis gaudia simul adipisci meruerunt. Laudemus ergò viros gloriosos, quibus multā gloriam fecit Dominus magnificentia sua. Hi sunt enim viri misericordiæ, quorū iustitiæ obliuionem non acceperūt, corporaq; eorum in pace sepulta sunt, & nomen eorū viuet in generationem & generationē. Vt igitur nos, vltimo adhuc positi gradu, de virtute in virtutem sanctos Dei ascendentes aliquatenus imitari, eorumque lætitiæ in parte mereamur fieri participes, amabilis Deo & hominibus Amandus confessor magnus & Pontifex egregius, simulque sancta multitudo discipulorum ipsius, orationibus assiduis nos ad bona virtutum eleuent, & quod prauum est, diluere pie dignentur, meritisque sanctis in numero fidelium Christi consocient: vt in æternum nomen ipsius benedicatur in nobis, nosq; eius populus fieri valeamus, per infinita secula seculorum, Amen.

Hhhh 2 VITA

Dentes eru-  
enti in cor-  
pore exani-  
mi.

Catalogus  
aliquoi fan-  
ctorum S.  
Amandi di-  
scipulorū.

S. Gertru-  
dis, disci-  
pula S. A-  
mandi.  
S. Bauo per  
S. Amandū  
conuersus  
ad fidem.

S. Landoal-  
dus.  
S. Amantius

Psal. 132.

Eccl. 44.

Petit suffra-  
gia et inter-  
cessiones S.  
Amandi &c.



**VITA S. GVARINI EPISCOPI PRAENESTINI ET CARDINALIS, CANONICI REGVLARIS OLIM IN CANONICA S. CRUCIS MORTARIEN. DESCRIPTA EX LIBRO, QUI DICITUR REGULA SANCTISSIMI PATRIS AUGUSTINI &c. PER VENERABLEM DEI PRAECONEM AUGUSTINUM TICINENSEM CANONICUM REGULAREM ELUCIDATA. HABETUR IN MONASTERIO CANONICORUM REGULARIUM BONONIAE.**

FEBRUAR. 6.  
Lectio 1.  
Hec in exemplari, quod vnicui habui, ob scura sunt valde, eoq; non nihil illustrare conatus sum, haud scio bene, sed bona in fide.



Eatus igitur Guarinus Christi confessor, genere praeclarus, Bononiae oriundus, ad huius mundi caliginem illustrandam velut splendidissimum sidus emicuit. Ex suae profapiae stirpe fuit quidam septimus Episcopus, qui doctrina & religione miraculorum patrator, catholicam illustravit Ecclesiam. Cum autem Hierusalem proficisci decreuisset, ut inde apud Aegyptum eremiticam duceret vitam: & Romae partim per esset immoratus, ab Apostolico detentus, in Reatina ecclesia Episcopus ordinatur. Vbi vero paruo tempore admirandae religionis vitam duxit, iterum in priorum persecutas proposito, in Aegypti partibus eremitica austeritate in vasta & optata solitudine potitus est. Praeclarus itaq; vir Guarinus parentum diligentia ab inuente aetate nutritus, & moribus educatus, non lasciuiss, sicut affolet puerorum aetas, sed sacris literis intentus, sicut assidue, ita strenue quoque ieiunijs, orationibus ac diuinae contemplationi inhererebat.

Lectio 2.

Itaq; in dies exarscens nouella plantatio, caelesti irrigata doctrina, sub sancti spiritus disciplina ad religionis & vitae Canonicae perfectionem tendens, informis adhuc & tenera aetas formabatur. Spiritus namq; pietatis deuoti mentem pueri subarauit, & in cordis eius tabula timoris Dei pariter & amoris rudimenta depingens, ad humilitatis & obedientiae culmen mentis eius aciem instruxit, & diuinam gratiae concessum sibi talentum, bonorum operum meritis continue augere promeruit. Factus deinde iuuenis B. Guarinus, inuitis consanguineis, qui de ipso posteritatem peroptabant, totis visceribus Christi vestigia complectens, maiori in ecclesia Bononiensi clericus honorifice fuit ordinatus.

Lectio 3.

Verum cum ingenue indolis & probatae virtutis iuuenis socios mollibus vestitis cerneret, non quae Iesu Christi erant, sed propria quaeque, sequentes, ipse pauper spiritu coepit arctius se diuinis mancipare obsequijs, & puro ac sincero Dei famulatu, despectis calcatisq; terrenis illecebris, forti animo caelestia querens, ad amabilem diuini amoris perfectionem venire satagebat. Vtque omnipotenti Deo ad huiusmodi confirmandum propositum preces assiduas ardentibusq; effunderet, solitaria loca frequentabat, tantoq; sublimius transeuntis mundi gloriam despexit, quantum in culmine mentis agnouit nil esse in Dei amore, quod possit auferri.

Lectio 4.

Mortaria, locus est inter Papiam & Nouariam, sic dicitur, propter eos, qui caesi sunt in illio, quod commisit Carolus Magnus cum desiderio rege Longobardorum.

His igitur sanctissimis instructus studijs, ad Canonicam S. Crucis de Mortaria aduolans, ibiq; secundum D. Augustini Regulam Canonicorum habitum ingenti desiderio indutus, breui tempore perfectionis culmen attingere meruit. Virtutum siquidem studijs annis plurimis intentus, ad vltiora progressus est: elegitq; optimam partem cum Maria, & sedens in speluncae ostio, diuinis suspensus desiderijs ad aeterna, sibilum sensit aurae tenuis suo cordi sine sono insonante. Ad solatium peregrinationis, & ad arummas temporalis exilij demulcendas, accuratissime fodit scripturarum puteos, in quibus viuum aquam indefinenter hauriret: & nocte mortalitatis huius tres ab amico panes exegit: quod sic refectiois aqua potatus, & panis soliditate cibus, ad montem denique Dei Oreb, sicut viriliter, ita feliciter diuinam contemplationis secreta penetraret.

Lectio 5.

Meditatio mortis quod conferat. Eccli. 7.

Destinatus autem ad S. Figdriani ecclesiam, in ea a Concanonicis perbenigne & reuenter excipitur. Erat enim inter fratres humilitate & obsequenti famulatu uti minister, doctor verbo, magister exemplo. Mortem sibi quasi quotidie imminentem intentus meditabatur: quae quidem meditatio est peccatorum omnium peremptoria, iuxta quod scriptum est, In omnibus operibus tuis meditare nouissima tua, & in aeternum non peccabis. Vbi enim non est timor mortis, ibi dissolutio vitae: vbi vero dissolutio vitae, ibi peccatorum abundantia. Vbi denique peccatorum abundantia, ibi & perditio animae. Timor enim semper emendat, tollit securitatem, parit sollicitudinem, fugat torporem, animum exci-

excitat, superbiae deiicit, humilitate nutrit, charitate auget, & virtutes multiplicat. Timens Dei abdicat peccata in verbo, factis, cogitatione, & in omnibus motibus suis: peccatorum occasiones euictas, se, corpus totamq; animae suae vitam a malo custodire studet illesa.

Hec S. Guarinus assidue mente reuoluens, ad Dei seruitutem se praeparabat, & contra carnis concupiscentias indefinenter pugnabat. Postremo sanctae obedientiae in sponte & humiliter colla subiciens, caelesti Domino in sanctitate & iustitia seruire studebat. Contigit autem, cum post paucos annos ad Canonicam Mortariensem reuertetur, ibiq; aliquandiu moratus, coepert iamdiu ante eius fama, in dies coram Deo & hominibus clarissimis polleret virtutibus, ut nutu diuino Papiensis ecclesia proprio priuaretur Pontifice: sicque, inspirante Deo, communi omnium voto, tam Clerus, quam populus vniuersus beatum Guarinum Episcopum elegerunt. Cumq; factus esset Cleri & populi concursus, per eum leuantes manifestarent electionem, coepit beatus Guarinus totis relictari viribus, dicens indignum esse eum fieri Episcopum, qui prius non fuerit doctrina & virtutum moribus probatus.

Lectio 6.

S. Guarinus recusat episcopatum Papiensem.

Cumq; nulla ratione acquiescere vellet, cuiusdam Archidiaconi occasione praesentata, qui ad eum anhelabat Episcopatum, deceptis custodibus, vir sanctus, qui ante fuerat in arcto loco detentus, per fenestram dimittitur: sicq; tandiu latuit, donec alter ibi consecratus fuit Episcopus. Atq; ita denique beatus Guarinus suo potitus desiderio, ad fratres suos concanonicos rediens, veluti simplex animal inter eos conuersabatur. Domini namque Iesu Christi beatus Guarinus fidelis imitator factus, qui cum eum turbare facere regem voluissent, noluit: etiam ipse per hoc imitationis exemplum praebuit, ne sub prelationis occasione, elationis tumore mentis eius cymba periclitaretur.

Lectio 7.

Post aliquantulum vero temporis, felices memoriae Papa Lucius secundus, natione Bononiensis, fama eius crescente, quanta potuit instantia egit, ut beatus Guarinus ad se veniret. Dei vero amicus in humilitatis custodia persistens, pie renuit Pontificis instantiam, asserens supra meritum suum esse, quod ab illo perebat: & qui in monasterio quadraginta annos egerat, reuerti ad temporalem sollicitudinem timebat. Victus tandem Pontificis instantia, & Praelati sui hortatu, Romam profectus in Praenestinum Episcopum est consecratus. Cumque equitatum preciosum, aliosque episcopales apparatus a Pontifice dono recepisset, mox venditis omnibus, pauperibus precium erogauit. Fit interea exultatio & plausus generalis in populo, Christi fauor & gloria tollitur in immensum, & sancti Guarini nomen summis in vrbe praconijs celebratur. Clerum insuper & populum salubri reficiebat pabulo, pauperibus alimenta & indumenta proprijs manibus erogabat. Conuersabatur autem in loco apud ecclesiam Praenestinam, ieiunijs & orationibus plene vacans, & ceteris omnino studijs pietatis insistens, Euangelicis negotiator vitae perpetuae margaritam preciosis opibus praeponebat.

Lectio 8.

Consecratur Episcopus Praenestinus.

Denique iam senectute grauatus, cupiens dissolui & esse cum Christo, depositionem quoque sui tabernaculi praedicens, vniuersum ad se clerum conuocauit. Quamquam autem semper ei fuerit temporalis vita fastidio, tunc tamen ardentiori mentis incessu ad Christi pulchritudinem contemplandam rapiebatur. Tandem post salubria monita voluit eum Deus iter vniuersae carnis ingredi communi mortalium lege. Sequenti namque nocte totus aeri immenso refudit lumine: tanta postremo emicuit claritas, ut sereno aere iubar solis appareret. Appropinquante vero solis aurora, sanctus Guarinus cum claritate carnis vinculis expeditus, ad vitam, quae sine claudi non potest, cum gaudio migravit sexto Februarij die. Tunc Christi confessor omnibus charus, virtutum signis coruscans in terris, & meritis in caelis viuens, in sepulcro & ecclesia beati martyris Agapiti sacerdotum manibus debita veneratione reconditur. Gloria sancti viri & solennitas vicinas circumquaque regiones, longe lateque dispersae, confestim ad sui deuotionem attraxere. Eadem autem die mulier quaedam demonio vexata, Albanensem urbem circuiuit, loquebaturq; per eam diabolus sic dicens: Hodie praesul migravit ad caelum, cuius precibus ego miser expellar. Statim obsessa muliere beati viri sepulcrum attingente, coepit per eos eius in sanctum virum contumelias demon euomere: sed precibus eius erepta mulier, confessoris sepulcrum festina amplexa est, & ei, cuius ministerio sic sanata erat, gratiarum vota persoluit. Vnde factum est, ut viso miraculo, suspensus ante sepulcrum lampadibus, confestim sine ignis appositione, cernentibus omnibus, luminaria accenderetur: Praesentate Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Lectio 9.

Nocte immenso splendore lumine, Christo spiritu redidit sub auroram.

Demonia ca tangens eius sepulcrum, curatur. Dimittit ardet lampades se pulcri.

MARTYRIUM SANCTI ET GLORIOSI MARTYRIS CHRISTI THEODORI, DVCIS EXERCITUS, ex Simeone Metaphraſte, authore verò Augaro ſcriba, qui coram interfuit.

FEBRUAR. 7. vt habet in Metaphraſte excuſo ad marginē



Licinius, hoſtis Chriſtianorum.

Occidit multos viros militares.

Vomodò reſplendet ſol ijs, qui vident: ità de martyribus oratio ijs, qui audiunt. Quomodò autem cælum eſt aſtris ornatum, ità etiam eccleſià, quæ Dei tenent martyres. Et quomodò flores in campo, ità etiam martyres in Eccleſijs. Memoria martyrum, eſt remiſſio debitorũ. Memoria martyrum, eſt reuocatio eorum, qui vexantur à demonibus. Memoria martyrum, eſt vita & ſanitas ijs, qui amant martyres. Magna martyrum certamina, ſplèdidæ ſunt ſanctorum coronæ. Tradiderunt enim flagellis ſua corpora, & quæcunque ſunt mundi iucũda, arbitrari ſunt eſſe ſtercora, vt Chriſtum non negent. Propterea Dominus ipſos quoquè eſt remuneratus ea vita, quæ degitur cū angelis incorporeis. Nam cùm qui eſt ab initio inimicus generis hominum, putaret ſe eos eſſe oppugnaturum, potiùs habitatores effecit paradifi. Non ceſſauit enim agreſtes feras mouere in eos, qui ſunt fide pij, etſi ſemper ab eis vinceretur. Qui etiam noſtro tempore excitauit hanc agreſtem feram aduerſus gregem Chriſti, Licinium, inquam, ſororis Pij Imperatoris Conſtãtini maritum. Nam cum accepiffet ſceptra ab impio Maximiano, imitans eius mentem & aſtiones, ſtatim irreconciliabilem excitauit perfecutionem aduerſus eos, qui erant inſignes pietate, & miſit edicta per vniuerſam ciuitatem & regionem. Quinetiam ex innumeris militaribus, ille impijs ſuis decretis interfecit quadraginta Sebaſtea, & ſimiliter ſeptuaginta centuriones & trecentos in Macedonia.

Cùm autem vidiffet ſceleratiſſimus, quòd magna atq; aded infinita multitudo contemneret impia eius decreta, & ſe daret ad mortem propter pietatem in Deum, ſtatuit inſigniores potiùs & magis eminentes comprehendere in exercitijs & in ciuitatibus, & eos cogere cultum offerre ſimulacris, exiſtimans ſolidus, ſe metu poſſe perſuadere omnibus, qui ſunt eius ditionis. Cùm verò vbiquè quærerentur ij, qui ſunt glorioſiores in rebus huius mundi, & magna vterentur diligentia, ei ſignificatum eſt de quodam viro, nomine Theodoro, ſpecie quidem formoſo & in dicendo ſapiente, qui fuit deſenſor regius ſcholasticus, is autem vocabatur Bryo rhetor: ætate quidem iuuenis, antiquus verò in pia aſtione. Qui etiam occidit draconem Euchaitis: illic enim erat draco, immanis bellua: Quando enim mouebatur, vt egrederetur, contremiſcebat terra ob eius motum. Quando ergò egrediebatur è ſua cauerna, ſiue homo, ſiue iumētum illi occurriffet, omnindò ab eo deuorabatur.

Cùm de hac ergò ſeuiffima bellua audiuiſſet generoſus Chriſti athleta Theodorus, & in ſuis caſtris nullum edidiſſet tumultum, ſolus eſt proſectus, ſua ſapientia portans crucem preciòſam & arma eius ſocietatis, dicens apud ſe: Vadam, & liberabo paternam meam poſſeſſionem à ſæua hac bellua, dracone. Cùm verò veniſſet in illum locum, & ſceni vidiffet viriditatem, iacuit illic & dormiuit, neſciens illic expectare draconem. In parte autem Euchaitarum, quæ vergit ad auſtrum, erat quædam pia mulier, nomine Eufebia, credens in Chriſtum. Ea cùm vidiffet Chriſti athletam Theodorum dormientem, cum magno metu ad eum veniens, & eum manu apprehendens, eum excitauit, dicens: Surge frater mi, & citò recede ex hoc loco. Neſcis enim metum, qui eſt in hoc loco, eſt enim hic magnus metus. Sed ſurge, & citò viam tuam ingredere. Venerandus autem martyr Chriſti Theodorus cùm ſurrexiſſet, dixit ei: Quis eſt timor & tremor in hoc loco, ò mater? Dei verò ancilla Eufebia, dicit ei: Fili, eſt in hoc loco draco ingentis magnitudinis, & ided nemo poteſt hac tranſire. Quotidiè enim egrediens, ſiue homo, ſiue pecus inuentum ſit ante eum, ab eo interficitur. Verè perfectus autem Chriſti athleta Theodorus, dicit mulieri: Vade mater, & ſta procul ab hoc loco, & videbis virtutem Chriſti mei. Veneranda verò illa mulier cùm à loco receſſiſſet, ſe pronam humi proiecit, flens & dicens: Fer ei opem DEVS Chriſtianorum hac hora. Sanctus

Sanctus autem martyr Chriſti Theodorus, cùm Chriſti feciſſet ſignaculum, & ſuum peſculo pulſaſſet, & in cælum adſpexiſſet, dixit: Domine Ieſu Chriſte pulchrum nomen, qui è patris effuſiſti eſſentia, nè differas facere quam à te peto petitionem: qui in bellis mihi aſſiſtis, & das mihi victoriam contra aduerſarios. Et nunc tu idem es Domine Chriſte Deus: emitte mihi victoriam ex alto ſancto tuo, vt vincam hoſtem draconem. Tunc tanquàm cum homine cum ſuo equo diſſerens, dixit: Scimus Deum eſſe bona voluntate in omnibus tam hominibus quàm beſtijs. Quamobrem tu quoq; fer mihi opem, te Chriſto corroborante, vt vincam aduerſarium. Cùm equus autem audiſſet verba ſui domini, ſtetit expectans motum draconis.

Tunc dicit martyr Chriſti draconi: Tibi dico & præcipio in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti crucifixi propter genus hominum & eius virtutem, egredere ex hoc loco, & veni ad me. Cùm verò Chriſti athletam audiſſet draco, ſeipſum mouit. Et cùm ipſe moueretur, petra loci conterebantur, & terra tremuit. Sanctus autem Theodorus cùm Chriſti feciſſet ſignaculum, aſcendit equum ſuum, & calcitrans ſtetit equus ſupra draconem quatuor ſuis pedibus. Tunc Chriſti athleta Theodorus, ſtricto gladio percuffit draconem, & dixit: Ago tibi gratias Domine Ieſu Chriſte, quòd me exaudiſti in hac hora, vt vincam aduerſarium. Deindè is conuerſus, viam ſuam in pace inijt, ſimul lætans & Deum glorificans. Multi autem ex gentilibus, qui illic erant, militibus, cùm audiſſent miraculum, quod ſanctus fecerat Theodorus, Chriſto crediderunt, ſic dicentes: Reuerà magnus eſt Deus eius: & ab ipſo baptizati ſunt in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, & facti ſunt omnes vnus grex Chriſti, & laudabant omnes Deum ſancti & magni martyris Theodori.

Licinius verò cùm hæc de ipſo audiuiſſet, mittit ad ipſum, à Nicomedia vſque ad Heracliam, cùm propè eſſet pontus Euxinus. Illic enim eo tempore degebat beatus Theodorus. Protectores itaque mittit cum ſarcellitibus, qui eum cum omni honore comprehenderent. Illi autem cùm veniſſent Heracliam, aſſiduè inſtabant, vt iret Theodorus ad Imperatorem, dicentes ei: Accede ad Imperatorem, qui te deſiderat. Præclaram enim tuam formam valdè cupit intueri. Beatus autem Theodorus eos illudebat verbis probabiliſſibus. Simul verò factò quoquè munere, eos excepit magnificè. Tres autem dies eos detinuit. Cùm illi verò vrgerent, vt viam iniret, ipſe paucis retentis, reliquos miſit ad Licinium, ad eum ſcribens epiſtolam, nè agrè ferret ipſe Imperator ad eum venire cum dijs ſuis inſignioribus: vt te, aiebat, præſente dijs ſacrificem. Illi autem reuerſi ad eum, qui ipſos miſerat, cùm reddidiſſent epiſtolam, & eius expoſuiſſent prudentiam & virtutem, quinetiam eius animi magnitudinem, & decere eum non grauari ire ad ipſum: quod ſi fiat, omnes, qui locum habitant, adorabunt deos Imperatoris: eorum verbis inductus Licinius, cùm magnam congregaſſet multitudinem, tam ciuium quàm aliorum, ad octo millia, proſectus eſt Heracliam in magno gaudio. In ipſa autem nocte videt ſanctus in ſomnis, quòd in altum elatum erat rectum, in quo manebat, & ignea iacula ad ipſum de cælo ferebantur, & vox Domini extitit, dicens ei: Conſide Theodore. ſum enim tecum. Beatus verò è ſomno excitatus, cùm conieciſſet ſomnium, id eſſe reputauit martyrrium, quod à Domino ei ſignificabatur: & lætatus eſt exultans.

Post hæc autem cùm ſciuiſſet iam veniſſe Licinium, ingreſſus intimum ſuum penetrale, fleuit non mediocriter, dicens: Adſis mihi Domine in curſu ſtadij, pro te ſuſcipiendo. & cùm rursùs ſciuiſſet appropinquare Licinium, ſurrexit, & lauit vultum, & oculos compoſuit, cõtexta byſſinaq; indutus tunica, flamma ignis ſimili, & ſedens in equo Dardano præclariffimo, factus eſt obuiam Licinio, & ſalute, qua par erat, impertijt Imperatorem, dicens: Salue domine diuiniffime, potentiſſime Imperator. Imperator verò iuuenem oſculatus eſt, dicens: Ades dum, inquit, nitide vt ſol, legum adiutor, coronate corona. Tuum eſt ſua ſponte enatum diadema. Oportet enim te poſt me conſtitui Imperatorem. Deindè eo ingreſſo Heracliam, ei excelſo parato tribunali in foro in medio ciuitatis, cùm aſcendiſſet & ſediſſet turbis præſentibus, concionatus eſt, dicens: Verè clara & celebris eſt hæc ciuitas, & quæ à me munera accipit. Quarè etiam exultat. Tu quoquè chare Theodore, oſtende diem, in quo dijs maximis offeres ſacrificium. Beatus autem Theodorus dixit: Imperator, affer ad me inſigniores tuos deos, vt cùm eos fecero ingredi mecum penetrale, eosq; vaporauero & vnguentis vnxi ero, eos rursùs redu-

ſigno crucis ſe munit & prece contra draco-

Imperat draconi, vt exeat cõtra ipſum.

Interſicit draconem.

Viſo ſancti Theodori.

Cũ lachrymis petit vires à Domino.

Irridet ſtultum Imperatorem.

reducam, & te presente eis sacrificem. Hęc cum audisset Imperator Licinius, cum magno gaudio iubet ipsos ei dari. Cum deos autem Licinij accepisset beatus Theodorus, qui constructi erant ex auro & argento, in suum penetrale, cum media nocte eos confregisset & contriuisset, dedit pauperibus.

Cum duo verò dies preterissent, Licinius accessit martyre, dicit ei: Vt generosus & inclytus, & honoratus ab ijs, qui nos preceserunt Imperatoribus, ostende promptum tuum in deos animi studium, vt reliqui videntes te hoc facientem, promptiores fiant & alacriores. Maxentius autem quidam centurio assistens, dixit Licinio: Per deos, o Imperator, diuina tua potentia ab ipso fuit illusa. Vidi enim precedenti nocte, magnę nostrę deę Dianę manum cuidam mendico obtigisse, qui abibat & letabatur. Hęc cum audisset Licinius, mansit mutus & attonitus. Respondens autem beatus dixit Theodorus: Per Christi mei virtutem, ita est, vt dicit Maxentius, recte verò feci, o Imperator. Si ergò dii tui sibi non possunt opem ferre, quomodo vobis poterunt? Licinius autem mutato vultu, & manibus complexis genibus, deslebat, dicens: Hei mihi, hei mihi, habitus sum ludibrio. Quid dicam, aut quid faciam, aut quid loquar, nescio. Imperator potentissimus accessit ad hunc virum pestiferum, & congregauit tantam multitudinem, & fuit irrisus ab omnibus phalangibus inimicorum. Quinetiam videri insignes deos meos confregit, & dedit pauperibus. Beatus autem Theodorus dixit ei: Fremis, o Imperator, sed ego rugio, tu steris, at ego exilio. Tu cum Deo pugnas, at ego de Deo differo. Tu blasphemias, ego verò Deum hymnis laudo. Tu colis deos mortuos, ego verò Deum viuum. Tu Serapin: ego verò eum, qui est super Seraphim. Tu Apollinem, ego verò Deum semper viuentem. Tu es carbo Thracius, ego verò princeps Romanus. Tu Licinius ventilator, ego verò Theodorus donū Dei. Quamobrem nē agrē feras, o Imperator, neque calcitres. hęc enim faciens, tuos ostendis cruciatus. Asini enim & muli tenes figuram.

Præclarę  
voces mar-  
tyres ros-  
busti.

Atrocissi-  
mè flagel-  
latur.

Multis affi-  
citur suppli-  
ciji.

Crucifigit.

Immaniter  
vexatur.

Diuinitas  
fanatur &  
confirmat.

Tunc multa ira plenus Licinius, iussit exui martyrem, & cum extendi à quatuor, & boum neruis ei plagas inferri, sexcentas super dorsum, & quingentas super ventrem: & postea iubet globis plumbeis immisericorditer eius verberare \* tendinem. Deinde ferreis vngulis lacerari eius carnes, & lampadibus ignis vstulari eius vlcera, & acutis testis radi concretum sanguinem. Post hęc autem omnia, iubet cum tutò teneri in cucurbitis, & eius pedes illigari compediibus, & cum sic manere quinque dies, neque gustare quidpiam. Cum autem fuissent impleti quinq; dies, iussit crucem deferri in basilicam, & duci sanctum, & cruci affigi. Lictores verò cum sanctum adduxissent martyrem, ligno affixerunt eius manus & pedes, & sibalum vnam in occultis eius partibus vsq; ad partes superiores. Excogitatum quoque fuit aliud deterius. Iussi enim pueri iaculari in eius oculos, & tela euellabant cum pupillis. Alij autem secretas partes eius testiculorum ense secabant per obliquum. Ego autem aderam scriba Augarus: & videns grauia hęc supplicia, & audiens etiam dolorem occultorum eius gemitum, abiecit codicillis, deuoluebat lachrymans ad eius pedes. Dominus verò meus, Christi miles Theodorus, parua vocem emittens, mihi dixit: Augare, nē relinquas munus tuum, nec intermittas dicere, quę in me futura sunt supplicia. Sed sustine meum aduentum describere & certamina & diem meę consummationis. Deinde clamans ad Dominum, dicebat: Domine, mihi prius dixisti, Ego sum tecum: & nunc quid à me recessisti? Vide Domine: fecisti me nulli culpę affinem, & ferę agrestes me sauciauerunt propter te: exturbata sunt pupillę oculorum meorum, carnes igne sunt dissolutę: pili autem humi decidunt: dentes euelluntur, liuida fit facies, ossa arida in cruce detinentur. Memento Domine, quod crucem propter te sustinui: quinetiam ferrum & ignem & clauos peruasi. Deceterò accipe meum spiritum, & rege vt velis. ego enim exco ex vita mea. Hęc cum dixisset martyr, non amplius est locutus. erat enim totum eius corpus laniatum. Arbitratus autem impius Licinius eum esse mortuum, reliquit in ligno pendentem.

Circa primam verò vigiliam noctis adstans angelus Domini, soluit eum ab illo instrumento, & reddidit eum sanum corpore, sicut prius, & cum salutauit, & dixit: Gaudeas & corroborearis in sapientia & gratia Domini nostri Iesu Christi. Ecce enim tecum est Dominus Deus: & cur dixisti, Recessisti à me? Consumma ergò cursum tuę decertationis, & venies ad Dominum nostrum Iesum Christum, accipiens coronam immortalitatis. Hęc cum martyri dixisset angelus, ab eo recessit. Sanctus autem martyr Christi

Christi Theodorus, effectus sanus, Domino suo agebat gratias, & coepit psallere: Ex-  
alabo te Deus meus rex meus, & benedicam nomen tuum in seculum & in seculum  
seculi. Sæuus verò & iniquus Licinius, cum nondum venisset dies, mittit Antiochum  
& Patricium, duos suos centuriones, (erant enim ordinarij) dicens eis: Ire & adducite  
mihi malè mortuum corpus deceptoris Theodori, vt imponam in capsā plumbea, & id  
in maris abyssum projiciam propter mente captos Christianos. Cum autem venissent  
centuriones, & loco appropinquassent, lignum quidem videbant erectum, eum verò,  
qui querebatur, nusquam. dicitque Antiochus Patricio: Reuerà conuenienter voci  
Galilæorum, qui dicunt Christum surrexisse à mortuis, fortè hunc quoque hodiè fecit  
surgere. Patricius autem propius accedens, vidit beatum Theodorum sedentem & Dei  
prædicantem eloquia: & clamans, magna voce dicebat: Magnus Deus Christianorum,  
& non est alius Deus præter eum. Et accedentes ad sanctum, dixerunt ei: Rogamus te  
nos quoque, qui ab hoc tempore sumus Christiani. Et crediderunt in illo die ipsi & octo-  
ginta milites.

Cum hoc autem rescuisset Licinius, mittit Sextum Proconsulem, & cum eo tre-  
centos milites, vt eos morte afficerent. Cum illi verò venissent, & vidissent miracula,  
quę fecerat sanctus Theodorus, crediderunt ipsi quoque Domino nostro Iesu Chri-  
sto. Concurrit autem infinita quoque multitudo in locum, & clamauit: Vnus est Deus  
Christianorum. Ipse est Deus solus, & non alius. Tunc vna voce omnes clamauerunt &  
dixerunt: Quis est hic licitor Licinius, vt eum appetamus lapidibus? Est enim noster  
Deus & rex Christus, qui prædicatur per Theodorum. Fit verò magna confusio & tu-  
multus & impetus ad fundendum sanguinem. Irruit enim quidam enses ferens, Lean-  
der nomine, aduersus S. Theodorum. Ei autem occurrens Proconsul, spatha ab eo ab-  
lata, eum transegit medium. Quidam verò Merpas, Hunnus genere, impetu facto, con-  
summauit Proconsulem. Tunc veniens beatus Theodorus, multis verbis turbas allo-  
quens, vix tandem sedauit tumultum, dicens eis: Cessate, charissimi. Dominus meus  
Christus fuit cruci affixus, reprimens angelos, nē hominum genus vlcerentur. Pre-  
tereunte autem sancto Theodoro cum magna turba per carcerem, clamabāt, qui erant  
in vinculis: Miserere nostrū, serue Dei altissimi. Sanctus verò martyr solo verbo solu-  
tis eorum vinculis, dicit eis: Ite in pace, & mementote mei, o viri. Magna autem mul-  
tudo idololatrarum credit in Dominum nostrum Iesum Christum, & qui vexabantur  
ab immūdis spiritibus, curabantur tactu manūs eius & coloris eius vestimentorum.

Quamobrem quidam ex cohorte renunciauerunt Licinio, quod vniuersus populus,  
dijis relictis, Deo credit in Theodorum. Is verò ira repletus, misso spiculatore, iussit  
sanctum eius caput abscindi. Videns autem populus, coepit seditionem agitare aduer-  
sus Licinium. Beatus verò Theodorus prolixa oratione & admonitione rogabat eos,  
dicens: Fratres & patres, nē succenseatis Licinio. est enim minister patris sui diaboli, &  
me deceterò oportet ire ad Dominum meum. Cum hęc dixisset martyr, & diū esset pre-  
catus, & benè precatus esset fratribus, & precibus finem imposuisset, obsignauit to-  
tum suum corpus, & deinde sic dicit Augaro: Fili mi Augare, nē neglexeris literis man-  
dare diem meę consummationis. Reliquias autem meas depone in Euchaitis, in Maio-  
rum meorum possessione. In tua verò consummatione dormias mihi à sinistris. Et cum  
rursus diū esset precatus, & imposuisset finem suis precibus, & dixisset, Amen: & valere  
iussisset omnes fratres, extendit preciosum suum collum: & sic ense fuit consumma-  
tus, Februarij mensis die septimo, sabbato, hora tertia diei.

Post hęc autem cum accepissent venerandas & sanctas eius reliquias, cum cereis &  
suffitibus, vniuersa comitante multitudine, Heraclia tulerunt Euchaitis, & illic depo-  
suerunt omnibus videntibus, octauo \* mense Iunij. Quo in loco nunc quoque ex vni-  
uersa terra, quę est sub cælo, congregatur genus hominum. Multa enim miracula facit  
Dominus & curationes, per venerandum & sanctum corpus gloriosi martyris

Theodori: ad gloriam & gratiarum actionem eius nominis, quem de-  
cet omnis gloria, honor & potentia, nunc & semper & in  
secula seculorum, Amen.

VITA

Psalm. 144.

Credunt 2.  
centuriones  
& 80. mili-  
tes.

Item alij  
innumeri.

Totū cor-  
pus suum  
obsignat.

Cæditur  
aspice.

Venerandę  
& sanctę  
reliquię.  
\* mensis

VITA SANCTI PATRIS NOSTRI PARTHENII EPISCOPI LAMPACI, EX SIMEONE Metaphraste, autore verò Crispino.

7. FEBRUAR.

Parthenii parentes.

Fit presbyter.

Claret signis administrandis.

Signo crucis mulierem à morbo cæci curat.

Aliud miraculum.

Fit Episcopus Lampacenus.

2. Tim. 4.

Humanissime accipitur à Constantino Magno.



DESIDERIO & amore motus ego peccator Crispinus, studui conscribere admirabilem & gloriosam viri vitam & à puero institutionē, sancti patris nostri Parthenij, qui fuit Episcopus Lampaci. Est enim plena utilitate animæ, & quæ potest ijs, qui legent, ostendere ea, quæ Deus præbet ijs, qui ipsum diligunt.

Beatus ergò & inclytus hic Parthenius, habuit quidem patrem, nomine Christodulum, dignitate diaconum sanctæ Dei catholicæ, quæ erat Meliti, ecclesiæ, literarum imperitus, sanctarum autem scripturarum vel maximè valens memoria. Crescens verò ætate, ibat in propinquum lacum,

& ibi piscabatur, & piscium mercaturam suppeditabat vsui eorum, qui egebant. A prima enim ætate, gratia Dei dignatus, seipsum celabat. A tempore autem decem & octo annorum, signa facere incipiens, dæmones expellebat ab hominibus eius inuocatione. Cùm verò bona de eo fama esset multorum sermone celebrata, Meliti ciuitatis Episcopus, nomine Philetus, cùm audiisset de S. Parthenio, eum accersit & multum laudatum, vel inuitum ordinat Presbyterum & visitatorem sanctæ ciuitatis Meliti ecclesiæ. Porro autem ei quoque opem ferebat gratia curationum in omnibus ægrotantibus, & faciebat multa signa admirabilia in nomine Domini nostri Iesu Christi.

Inter cætera verò accidit aliquando, vt ei homo fieret obuiam, cui à tauro fuerat effossus oculus, quem manu sua portabat, & descebat. Eum cùm accepisset vir sanctus, & in suo loco imposuisset, aqua madefaciens, in tribus diebus sanum reddidit. Quædam autem mulier, quæ in pudendis corporis sui partibus cancerum habebat extantem, rogabat virum sanctum, vt acciperet morbi curationem. Sanctus verò in eius fronte facto signo crucis, eam curauit protinus: & excidit ab eâ morbus, adeò vt species cancri vel ipsam terram exulcerauerit. Tunc omnes, qui aderant, cùm hoc vidissent miraculum, dederunt laudem & gloriam Deo nostro, qui facit miracula. Cùm itaq; iret aliquando beatus Parthenius ad visendum quendam ægrotum, inter eundem repente canis ingentis magnitudinis & cædem spirans, rupta catena, quæ ei fuerat imposita, exiit à quadam domo cuiusdã ex proceribus, & eum inuasit, & reclusus stetit supra corpus eius. Sanctus autem cùm in eum spirasset, & crucem Christi fecisset, repente exicauit, & ab humeris suis in terram proiecit mortuum.

Hæc & his similia cùm audiisset, qui erat illo tempore sanctissimus Cyzicenorum metropolis Episcopus, nomine Ascholi, cùm accersuisset venerandum & sanctum hunc virum Parthenium, eum præfecit dignitati episcopatus, & maximum concessit donum ciuitati Lampacenorum. Homo autem Dei Parthenius, cùm venisset ad ei dedicatam ciuitatem Lampacum, & eam inuenisset deditam cultui simulacrorum, grauiter angebatur. Sed non cessabat, sicut Apostolus admonet, rogare, increpare, veritatis viam eis ostendere, imbecillitatemque & vanitatem simulacrorum: & faciens miracula in nomine Domini nostri Iesu Christi, & curans eorum infirmos, paulatim traxit eos ad Dei agnitionem. Cùm verò vidisset eos proficere in fide, & simulacra despiciere, voluit eorum templa diruere, & ædificare ecclesiam in nomine Domini nostri Iesu Christi. Cùm se autem sustinuisset, sic statuit, quòd cùm Imperator sit Christianus & pius, iustum sit eius sententia templorum idolorum fieri demolitionem. Hæc cùm apud se statuisset Christi seruus Parthenius, & soluisset ex ciuitate Lampaco, venit in urbem regiam. Fortè autem accidit, vt die sequenti pius Imperator Constantinus descenderet in vehiculo ad videndos agros. Ad eum itaque accedens vir sanctus, exposuit ei suam petitionem. Venerandus verò & planè Christi amans Imperator Constantinus, benignè accepit eius petitionem, & valdè est lætatus: iussitq; eum ire in regiam, & expectare donec ipse rediret ab agris. Reuersus itaq; Imperator in Palatium, lubenter accepit virum sanctum, & complexus rogauit, vt pro ipso precaretur: & protinus iussit fieri Sacram pro idolorum & eorum templorum demolitione. & cùm hoc suis

suis diuinis confirmasset syllabis, dat Parthenio cum multo auro ad extructionem sanctæ Dei ecclesiæ: & eum amplexus, dimisit in pace.

Reuersus autem beatus Parthenius in suam ciuitatem Lampacum, templa diruit, & cùm pulcherrimam & ornatissimam descripsisset Dei adem, ipse per se assistens operari, magno studio eam curabat excitandam. Etenim cùm multi ad nauigarent & enauigarent hospites, non contingebat eis transire, nisi priùs eum vidissent: & benedictione ab eo dignati, eam, tanquam multorum bonorum viaticum, auferentes recedebant.

Quodam autem die accessit quidam ad eum, qui latenter in se habebat spiritum immundi dæmonij. Quem cùm longo tempore habuisset, hoc ignorabat. Hic ergò homo cùm vidisset sanctum, eum salutauit. Homo verò Dei Parthenius cùm cognouisset dæmonem, qui in eo habitabat, eum non resalutauit. Dæmon autem perturbatus, dixit sancto: Quoniam desiderauit te videre, ideò te salutauit: cur tu non salutasti? Sanctus autem Parthenius dicit ei: Ecce vidisti me, quid tum? Dicit dæmon: Et te vidi, & agnouit. Dicit sanctus: Si reuera me vidisti & agnouisti, egredere citò à figmento Dei.

Dixit dæmon: Hoc totum est, vt me expellas à mea habitatione? Nunc, rogo te, nè me expellas post tantum tempus. Dicit ei beatus Parthenius: Est ne longum tempus, ex quo in eo habitas? Dixit dæmon: A pueritia, nec fui vlli vnquam cognitus, nisi nunc à te: tu autem me expellis, vt video. & quòd iubes me abire? Dixit sanctus: Do tibi locum, quòd proficiscaris. Dicit dæmon: Omninò dices mihi, Abi in porcos. Dicit ei sanctus: Minimè, sed do tibi hominem humilem: & ingressus in eum, illic habita. Nunc verò ex eo egredere. Dixit dæmon: In veritate hoc facis, an solùm hoc dicis, dum me eieceris? Dixit sanctus: Dico tibi in veritate. mihi quidem est homo paratus, in quo debes habitare. solùm citò egredere. Dæmon autem sancti patris conuentis persuasus, petebat vt promissio deduceretur ad effectum. Tunc sanctus os aperiens, dixit dæmoni: Ecce ego sum homo: ingredere, & in me inhabita. Dæmon autem tanquam ab igne vltus ob id, quod sanctus dixerat, exclamauit dicens: Hei mihi, me, qui in alieno vase abij, post tantum tempus persequeris: & quid non mali à te passus fuero? Quomodò verò in domum Dei ingrediar? Non licet veritatem audire à vobis Christianis. Tunc dæmon egressus ab homine, abijt in loca deserta & inaccessa: homo autem euasit sanus virtute & gratia Domini nostri Iesu Christi, Deumque perpetuò laudabat & glorificabat, & sanctum eius famulum Parthenium.

Perfecto verò opere ædificationis sanctæ Dei ecclesiæ, studium ponebat homo Dei, vt reponeret tur mensa, in qua oportebat Domino offerri spiritale & incruentum sacrificium. Cùm autem inuenisset in quodam loco, dedicato idolis, lapidem preciosum & aptum ad sanctæ mensæ concinnandū opus, quod querebatur, effecit id pulchrè elaborari & adaptari ab artificibus. Perfecto verò opere, iussit id afferri in ecclesiam. Cùm ergò artifices lapidem curru imponuissent, & boues iunxissent, ducebant ad ciuitatem. Inuidens autem & bonorum operum amulus diabolus, non ferens ignem diuini celi sancti viri, conturbatis bubus, effecit, vt ij repente impetu, qui cohiberi non poterat, incitati, supinum in terram proiecerint eum, qui trahebat boues, nomine Eutythianum: quem excipiens currus, per rotam perfregit omnem viscerum eius compagem. Sicq; is expirauit. Cùm autem accepisset quod acciderat, seruus Dei Parthenius, dixit: Hoc satanica planè fecit malitia. Non impedies in hoc diabole opus Dei. & statim assumens secum pios viros, qui cum ipso erant, cucurrit ad locum: & stans prope cadauer, & sancta sua inclinans genua, cum lachrymis intensè orauit ad Deum, dicens: Tu Domine omnipotens, suppeditator vitæ & mortis, non ignoras propter quam causam author malorum inimicus, machinatus est mortem in tuū figmentū. Sed ò benignissime, nunc quoque ostende inanem eius conatum: vitæ autem participem fac tuum seruum Eutythianum, ostendens ijs, qui in te credunt, inuictam tuam potentiam: Quoniam tu es solus Deus, & te decet gloria in secula, Amen. Cùm autem vir iustus Deo emisisset has preces, reuersus est mortui spiritus in corpus eius, & cœpit, qui fuerat mortuus, dicere in conspectu vniuersi populi: Gloria tibi Christe Deus, qui etiam suscitasti mortuos. & cùm protinus surrexisset, & factus esset sanus sicut priùs, & accepisset boues, traxit currum vsque ad adem ecclesiæ. Tunc omnes, qui viderant hoc miraculum adeò præter opinionem, dederunt gloriam & laudem benigno Deo.

Expellit dæmonem.

Altare ad offerendum incruentū sacrificium.

Malitia maligni dæmonis.

Mortuus ad vitam reuocatus S. Parthenius.

Mortuus ad vitam reuocatus S. Parthenius.

Mortuus ad vitam reuocatus S. Parthenius.

Mortuus ad vitam reuocatus S. Parthenius.

Mortuus ad vitam reuocatus S. Parthenius.

Mortuus ad vitam reuocatus S. Parthenius.

Pulcherrimum templum constructum.

Expellit dæmonem.

Altare ad offerendum incruentū sacrificium.

Malitia maligni dæmonis.

Mortuus ad vitam reuocatus S. Parthenius.



Multos curat demoniacos.

bus: & gratia & virtute Domini Iesu curabantur omnes. Omnis autem ars medicinae in diebus huius sancti viri erat imbecilla, propterea quod omne genus morbi in nomine Domini nostri Iesu Christi, gratis ab ipso curarentur. Inter quos Dionysius quoque, Praepositi filius, stirpe imperatoria, cum haberet filiam virginem, nomine Daphnen, quae a daemone grauiter castigabatur, ipse eam totis tribus diebus curauit. Alteram autem Mamalij cuiusdam filiam, qui erat princeps ciuitatis Smyrnenfium, nomine Agalmatiam, quae ab immundo spiritu vexata, spumam emittebat, curauit. Zoëlam vero nomine, quae ad Perfas venerat, & a daemone vaticinante miserabiliter conterebatur, haud ita longo post tempore, Domini gratia liberauit. Alium autem rursus iuuenem ex Hunnis ortum, presbyteri filium, nomine Niconem, qui ab immundo spiritu grauiter castigabatur, adducens eius parentes, iecerunt ad pedes sancti, rogantes ut eius miseretur iuuentutis, & eum liberaret ab immundo demone. Vir autem sanctus dixit eis: Non est dignus qui curetur, ad castigationem enim datus est sicut stimulus spiritus, est enim parricida. Vos enim saepe ab eo habiti contemptui, in animae vestrae amarore Deo petistis, ut ipse castigaretur. Sinite eum sic esse. expedit enim. Illi vero, ut qui essent parentes & vincerentur visceribus, exclamauerunt rogantes cum lachrymis: Precare Deum pro ipso, ut liberetur a saeuo & immani daemone. Beatus autem Parthenius miseratus abunde profluentium lachrymarum parentum, intensè Deum precatus est pro ipso, & protinus egressus fuit ab ipso daemone, & mundatus fuit homo. Tunc parentes eius eum sanum acceperunt, & domum redierunt, Deum laudantes atque glorificantes.

Spiritus draconalis.

Alexandria autem quaedam nomine, ex Arisba, quae est Abydo, draconalem habens spiritum, sibilans & multos interimens, allata est ad seruum Dei Parthenium. Qui cum increpasset spiritum, curauit eam, & remisit ad suos. Synodij vero cuiusdam Abydeni filiam virginem, quae ab immundo spiritu vexabatur in montibus, parentes eius comprehendentes, duxerunt ad iustum: & cum manus ei imposuisset & esset precatus, eam curauit. Alium quoque, Axanum quendam militem, qui omnes partes corporis habebat dissolutas, duxerunt ad seruum Dei Parthenium. Quem aqua madescens & precans, sanum misit domum suam ambulantiem. Quendam autem alium, nomine Alanam, genere Syrum, operatione mali, qui in eo habitabat, daemone, ex tabulato catechumenorum sanctae ecclesiae, quam condidit sanctus vir Parthenius, suspensum & tractum & effectum mortuum, ad cadauer adueniens Dei famulus, illum quoque viuificauit precibus, & ab eo fugauit daemone. Eutropus vero quidam nomine, ex Pareo, uxorem suam duxit ad sanctum, quae habebat spiritum immundum, & rogabat eum multum, ut pro ipsa rogaret, ut curaretur a daemone, qui ipsam vexabat. Vir autem sanctus cedens eius precibus, cum eam accepisset, & in eius oculos inspirasset, & super caput eius esset precatus, liberauit a daemone. Tunc maritus eius Deum glorificans, iuit in domum suam cum ipsa. Acaciam vero quendam nomine, ex pago, qui dicitur Celeus, quae ab immundo spiritu consumebatur, ad eam adduxerunt: & gratia & virtute Domini Iesu, sanam dimisit. Eucheria quaedam nomine, vxor Agapij Magistriani Pagleco-tij, veneficio attentata, cum ei roderentur intestina, allata est ad sanctum: & cum in tribus diebus ei esset precatus, & ex oleo sanctorum eam potasset, sanam remisit in domum suam.

Oleo sanctorum curat aegram.

Maximinus quidam nomine, ex Bizye ciuitate Thraciae, qui erat discipulus vni ex ijs, qui sunt apud nos Diaconi, nomine Pserta: Hic ergo Maximinus cum incidisset in morbum torminis intestinorum, desperatus fuerat ab omnibus. Cum id autem rescuissent eius parentes, Bizye venerunt Lampfacum ad eum sepeliendum: & cum eum accepissent cum lectulo, fide ducti, ferunt eum in sanctam ecclesiam, & eum ponunt in ingressu Episcopi, per quem Dei seruus erat transiturus. Cum vero in eum locum venisset sanctus vir Parthenius, & vidisset eum in lecto iacentem, & eius parentes lamentantes, & omnes, qui cum eis aderant, lachrymantes, ipse quoque est lachrymat: & cum flexisset genua, Deum pro ipso est precatus, & virtute ac gratia Domini nostri Iesu Christi, ad ipsum reuersus est spiritus: & statim assedit, qui fuerat mortuus, & coepit loqui. Data autem ei manu, fecit eum surgere, & sanum reddidit parentibus, adeo ut vniuersa ciuitas Deum laudaret propter factum miraculum. Quaedam autem mulier Diaconissa, nomine Theophila, ex Afermo vico Cherronesi, & cum ipsa, Rufina impubes

ex co-

ex eodem vico, ab immundo spiritu dissoluta & effecta paralytica, allatae sunt ad sanctum virum. Quas paucis diebus aqua irrigans & precans, virtute Domini sanas emisit ad suos. Hilarij cuiusdam presbyteri ex Aufadia filius vnigena, nomine Thalassius, qui a maligno spiritu fuerat mente motus, portatus est ad sanctum. Quem cum accepisset, orans totos septem dies, reduxit ad naturam, & Domino agentem gratias, cum patre remisit in patriam. Vetulas vero quasdam duas pauperes, quarum vni nomen erat Calsioppe, alteri vero Cyriaca, quae ambae ab immundo spiritu castigabantur, tulerunt ad sanctum: qui per suas ad Deum preces ambas curauit. Cum autem eis quoque dedisset ea, quae erant ad victum necessaria, dimisit in pace.

Praeter haec autem & alia, quae narrari non possunt, sancti huius viri miracula, accidit ut officina quoque, in qua tangebatur purpura, impediretur ab immundo spiritu, qui in eam incubuerat, & non efficeret eam, quam solebat, tincturam: sed etiam immundus daemon appareret tinctoribus, & opus Imperatoris non sineret effectum reddere: adeo ut ex hac re magnum periculum & damnum serui sustinerent & tinctores. Quamobrem cum rescuisset homo Dei Parthenius, & ab eis fuisset rogatus, prompto & alacri animo venit ad locum officinae: & cum aduocasset immundum operantem daemone, & eum increpasset terribili & sancto nomine Christi, fecit eum euanescere ab omnibus sinibus, illo clamante omnibus audientibus: Tanquam ab igne expellor in gehennam ignis. Cum autem iussisset sanctus, tinctores impleuerunt lebetes, & copraesente immiserunt lanam. Ea vero ab illo tempore, eam, quam oportebat, tincturam citra vllum impedimentum accepit etiam in futurum. Sicque & qui gerebant rempublicam, & tinctores omnes liberati fuerunt a periculo Imperatoris.

Audite alud quoque magnum miraculum, quod factum est a sancto patre nostro Parthenio. Tempore piscationis Thynnorum, cernebantur quidem pisces a piscatoribus, tanquam qui iam essent in manibus. Cum laxarentur autem retia, nihil proficiebant, sed laborem inanem sustinebant. Fuit vero hoc a diabolica aura impedimentum, non in vno tantum aut altero emporio, sed in tota regione maritima usque ad Abydum. Omnes autem simul congregati, rogauerunt virum iustum, ut Deum pro eis precaretur. Eo vero precante cum ieiunio & fletu, Deus ei aperuit causam & fatanicam operationem. Experrectus autem, citra moram profectus est in vnumquodque emporium usque ad Abydum, & aquam benedicens, & sal iniiciens, & Deum inuocans, iussit afferri retia, & eo praesente piscium consuetam facere piscationem. Tunc cum magno gaudio sua retia laxantes, Domini virtute & sancti precibus, tanta bona consecuti sunt in piscatione, ut praeteriti temporis defectum suppleuerint. Sedente autem viro sancto in emporio Catapteleae, cum piscatio fieret piscium, reteque traheretur, Thynnus maximus e reti exiliens, se proiecit ad pedes sancti. Quem cum signasset & precatus esset, iussit scindi & distribui fratribus ad gloriam Dei.

Aliquando Heracleotem quendam nomine Callistum, cui a diabolica operatione fuerant pedes soluti, duxerunt ad beatum Parthenium. Quem quidem, cum esset precatus, & curasset virtute Domini, proprijs pedibus ambulantiem remisit in domum suam, latantem & Deum glorificantem. Alium autem quendam, nomine Lesbum, ex insula, quae dicitur Oa, duxerunt ad hominem Dei. Qui quidem a pedibus ad caput usque, erat totus vlceratus, a leproso nihil differens. Eum oleo vngens & precans tribus diebus, sanum remisit ad suos. Ex magnis ergo & multis miraculis, quae a sancto patre nostro Parthenio Dei gratia facta sunt, partem, prout potui, significavi vestrae charitati: non tanquam de patre & doctore verba faciens ad eum ornandum, propter id, quod dicitur: Perdet Dominus omnes, qui loquuntur mendacium: sed res ipsae testantur, etiam quae sunt post eius obitum. Vnde etiam cum eo adhuc viuo vsus aliquando eum vocasset, iuit in Thraciam metropolim Heracliam: & conueniens Archiepiscopum, qui illic erat, nomine Hypatianum, qui ad extrema ferè erat redactus, rogauit causam morbi. Cum per diuinam autem reuelationem cognouisset beatus Parthenius, eum castigati propter auaritiam, ut qui res pauperum vsurparet, & eos illis priuaret, manè iuit rursus ad eum visendum, & ei dicit: Surge magne dominè. Non enim laboras infirmitate corporis, sed castigaris propter morbum animae. Haec ergo deponere, & rursus euades sanus. Respondit aegrotus & dixit: Scio ego quoque, me esse peccatorem, & ideo castigari. Sed ora pro me, rogo te, ut leuer meis iniquitatibus. Dicit ei sanctus Parthenius:

Iiii

nus:

Daemone expellit ab officina purpuram tincturam gentium,

Vide hic aquam benedicti cum sale.

Oleo vngens, sanat aegrotum.

Psalm. 5.

nius: Si quis in hominem peccauerit, de eo fortalsè exaudietur oratio: morbus autem tuus ad Deum tendit. Quæ sunt ergò pauperum, redde Deo, & eris semper sanus animo & corpore. Tunc is ad se rediens, dixit: Re vera Pater peccaui Domino meo: Dominus verò iustus, & protinùs accersito suo œconomò, iussit in mediũ afferri, quiddam auri collectum fuerat ex pauperibus. Cùm autem satis auri fuisset allatum, sanctum rogauit Episcopus, vt id distribueret pauperibus. Ille verò non sustinuit, dicens: Cùm Deus tibi det vires, tu per teipsum redde eis, quæ sua sunt. Tunc is sedens in lectica, iuit ad templum sanctæ martyris Glyceriæ: & cùm congregasset omnes pauperes ciuitatis, affatim omnibus distribuit. Benignus autem & clemens Deus, qui viduæ duo minuta non despexit numismata, & rursus diues viduæ propositum acceptum habuit tempore Eliç propheta, & pauperis flagitiosaq; meretricis lachrymas non est auersatus, & publicani suspitium comprobauit: ipse quoquè prædicti Archiepiscopi acceptam habens pœnitentiam, in tribus diebus ei perfectam præbuit sanitatem.

Luc. 21.  
3. Reg. 17.  
Luc. 7.  
Luc. 18.

Aridũ san-  
cto oleo  
perungit &  
sanat.

Psal. 144.  
Precibus d  
caelo pluuiã  
deponit.

Cura pau-  
perum Deo  
gratissima.

Marc. 9.

Prædicit obi-  
tum Archi-  
episcopo.

Dei verò seruus Parthenius quotidie obibat sacras ædes ciuitatis, consuetas preces in eis peragens. Quodam autem die ingressus in martyrium, quod Achilles dicitur, inuenit illic hominem quendam iacentem omninò aridum. Cuius miserus, cùm oleum petijisset, flexis genibus, cum lachrymis orauit pro ipso benignum & clementem Deum. Et cùm deinde surrexisset à precatione, sensim & paulatim eum sancto oleo molliens, protinùs & ipsa hora fecit eum sanum surgere, & iussit eum suis pedibus ad suos redire Deum glorificantem. Cùm hoc autem terribile & quod opinionem superat miraculũ factum esset in Heraclea ciuitate, quicunq; habebant ægrotos, cum eis concurrebant ad Dei hominem Partheniũ, & virtute Domini nostri Iesu Christi, omnes reuertebantur sani. Simul verò cum eo aderat etiam Hypatianus, qui illo tempore erat Archidiaconus ciuitatis Heracleæ, quando hæc fiebant miracula. Quæ cùm vidisset, procidit ad pedes sancti viri, rogans eum cum lachrymis & dicens, quòd in prædio suo multa quidem sunt seminata, propter pluuiæ autem egestatem omnia sunt exiccata. Sed veni ad locum, dicebat, ò venerande pater, & ora Deum, vt terræ præbeat pluuiam, vt conseruetur vniuersa nostra patria. Venerandus verò & sanctus vir Parthenius, iuit prompto & alacri animo. Cùmq; venisset ad locũ, & vidisset omnia exiccata, lachrymatus est: flexisq; genibus diũ precans cum lachrymis, clementem Deum rogauit, vt pluuiam in terram demitteret ad fructus producendos. Benignus autem & clemens Deus, qui semper facit voluntatem eorum qui ipsum timent, cùm adhuc preces essent in ore eius, tectum fuit cælum nubibus: & descendit multa pluuiã, & satiauit terram. Ingressus autem ipse in agrum, quæsiuit habitaculum, in quo preces suas perageret. Archidiaconus verò Hypatianus, qui fuit etiam agri dominus, introduxit eum in vnum ex suis cubiculis. Qui pernoctauit illic in orationibus: & cùm manè accersijisset Archidiaconũ, dixit ei: Attende tibi, ò frater, non enim ignoras Episcopum tuum fuisse castigatum propter auaritiam. Ostendit enim mihi Deus hac nocte, te non multis post diebus futurũ Episcopum. Vigila de ergò, vt semper curam geras pauperum, hoc enim Deum placat super omnia.

Sanctum autem rogauit Archidiaconus, vt veniret in suum prædium, & benè precaretur agris & vitibus. Ingressus verò beatus in vnam maximam regionem, quæ nihil habebat, dixit ei: Cur non seminasti eam, cùm sit maxima? Archidiaconus autem lachrymans, dixit: Seminata quidem est, ò bone: sed mea peccata & pluuiæ defectus, eam, vt vides, exiccavit. Dicit ei sanctus: Quot modios tibi præbuit Deus ex hac regione? Ille dixit: Mille, ò bone. Sanctus autem dixit ei: Nè sis tristis, ò frater. Omnia sunt possibilia credenti. Sed Deus tibi dicit per me peccatorem, quòd si in tempore æstatis fructum, qui ex hoc agro nascitur, solũ triueris, inuenies sicut dixisti, mille modios: quoniam leue est in conspectu Domini hæc facere. Eum quoquè introduxit in vineam recens plantatam, erat autem omninò exiccata & exesa à vermibus, propter pluuiæ egestatem, erat verò locus satis amplus, vt caperet sementem octoginta modiorum. Beatus autem sale iniecto, totam vitem conspersit, & dixit Archidiacono: Esto bono animo: Nam Deus dat tibi ex hoc loco satis magnã benedictionem, sicut ei placet. Cùm verò ingressi essent in ciuitatem, iuit ad Episcopum, vt ei valediceret, & nauigaret. Ille autem ei processit obuiam, & eum est complexus. Ij verò cùm assedissent, sanctus dixit Episcopo: Annuncio tibi, ò domine, quòd post non multos hos dies excedes è corpore, & migrabis ad Dominum. Ecce enim Christus te accersit, qui est verus Deus noster, & bonum

bonũ successorem relinques, vt mihi reuelauit Dominus, dominum Hypatianum, tuum Archidiaconum. Dixit Episcopus: Fiat voluntas Domini. Et cùm se inuicem osculati essent in osculo sancto, Heraclea sanctus nauigauit Parthenius, & venit in suam ciuitatem Lampfacum.

Accidit autem non multis post diebus, vt morbo correptus Heracleæ Episcopus, in Christo requiesceret. Pro ipso verò factus est Episcopus dominus Hypatianus Archidiaconus, conuenienter ei, quod dixerat seruus Dei Parthenius. Cùm esset autem æstas, egressus Episcopus Hypatianus in agrum suum ad colligendos fructus terræ, & metendum id, quod erat natum ex exiccata & squalida regione, inuenit mille modios plenos frumento, conuenienter verbo serui Dei Parthenij. Similiter verò in tempore quoquè vindemiarum, ex plantatione exiccatarum vinearum Deus dedit magnam vini quantitatem. Qui cùm experientia accepisset euentum eius, quod sanctus prædixerat, decimam fructuum vtrorunq; nempe tam aridorum quàm humidorũ, nani impostam duxit Lampfacum, vt sancto offerret, maximas ei agens gratias. Ille autem noluit accipere, dicens domino Hypatiano Episcopo: Deo agens gratias in omnibus, eas distribue nostris fratribus. & cùm se inuicem salutassent, reuersus est sanctus Episcopus Heracleam, & distribuit frumentum & vinum suis fratribus, vt iusserat homo Dei. Episcopus ergò Hypatianus non cessauit vsq; ad finem vitæ, narrare omnibus Dei magnalia, quæ fecit cum ipso per seruum suum Parthenium.

Squalida  
regio vbe-  
res reddit  
fructus.

Cùm ergò in hac pia & angelica vita refulsisset in terra Dei seruus & vir venerandus Parthenius, & multos conuertisset à simulacris ad Deum viuum, perindè ac morbo arreptus, à Deo vocatus, requieuit in pace. Prædictus ergò Hypatianus Episcopus cùm audiuisset inclytum & venerandum patrem nostrum Parthenium ad Christum migrasse, relictis omnibus, quæ habebat in manibus, soluens ex ciuitate Heraclea, secundo vento cùm Deus iussisset, eadem nocte peruenit Lampfacum. Similiter etiam Cyzici episcopus, & episcopus Meliti, in qua fuerat natus: & Parij episcopus nomine Eustathius, & reliqui ex ciuitatibus, quæ erant circuncircæ. Sicq; cum psalmis & hymnis & spiritualibus canticis deposuerunt eum prope ecclesiam in oratorio, quod ipse ædificauit. Dormiit autem sanctus Christi seruus Parthenius septimo mensis Februarij, non parua nobis relicta doctrina per perfectam & immobilem eius in Deum fidem. Qui etiam post decessum sua ad Deum supplicatione non cessat facere miracula, demones expellens, leprosos mundans, & omnem morbum & ægritudinem curans virtute & gratia Domini & Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi: Cui gloria & potentia, nũc & semper & in secula seculorum, Amen.

S. Partheni-  
us decessit.

Honori sic  
sepelitur.

EPITAPHIUM RICHARDI REGIS ANGLIÆ, SCVLPTVM IN CIVITATE LVca Italia, vbi requiescit.



OROR Offonis regis, fuit mater beati Richardi. Beatus Richardus rex Angliæ, exul patriæ, spretor mundi, contemptor sui, pater sanctorum fratrum Vuillebaldi & Vuinibaldi, & beatæ Vualburgis virginis, terrenum regnum in caeleste mutauit. Deposuit coronam regiam pro vita perpetua. Exiit purpuram, & vilem induit tunicam. Regionum reliquit tribunal, & sanctorum quæsiuit limina. Dimisit sceptrum, & accepit baculum. Dimisitque filiam suam in regno beatam Vualburgam, atq; simul cum filijs peregrè profectus est. Et eis relictis apud sanctum Bonifacium martyrem gloriosum, tunc Archiepiscopum Moguntinensem, virum miræ sanctitatis, eò quòd Anglicus esset, de regno suo natus, idem sanctus rex exilio se vltiori \*, limina sanctorum trans alpes adiit, & loca deinceps magis deuia petijt solitudinum, Deo soli idem solus liberè vacaturus. Deindè post longa exilia, post multa certamina, post famis, sitis & frigoris multimodas ærumnas, in prouincia Italia, ciuitate Luca finitur pugna, dantur præmia, caelo recipitur anima, in beati Frigidiani basilica iuxta corpus eius ponuntur pia membra, vbi & miraculis coronat.

Suscipit rex  
pius cū filijs  
longinquã  
peregrinati-  
onẽ religio-  
nis ergò.

Moritur in  
& Italia.

rufcat. Cuius festiuitas septimo Idus Februarij celebratur. Locus etiam, in quo requiescit, his versibus adornatur:

Hic rex Richardus requiescit sceptrifer almus.  
Rex fuit Anglorum, regnum tenet iste Polorum.  
Regnum dimisit, pro Christo cuncta reliquit.  
Ergo Richardum nobis dedit Angliā sanctum.  
Hic genitor sanctæ Vualburgæ virginis almæ,  
Et Vuillebaldi sancti simul & Vuinibaldi.  
Suffragium quorum det nobis regna Polorum. Amen.

VITA B. EVGENII ET MARIAE EIVS FILIAE,  
AVTHORE SIMEONE METAPHRASTE.



8. FEBRUAR.

Iohan. 10.

In illo tempore erat vir quidam in Bithynia, nomine Eugenius. Is habebat vxorem valde honestam & Deum timentem, quæ peperit filiam vnicam, & vocauit nomen eius Mariam. Mortua autem eius vxore, educauit filiam suam Eugenius in bona & honesta vita. Cùm verò creuisset adolescentula, dixit ei pater eius: Filia charissima, ecce omnes meas facultates trado in manus tuas. Ego enim vado, vt saluam faciam animam meam. Cùm hæc autem à patre suo audisset adolescentula, dicit ei: Pater, tu vis te ipsum seruare, & me perdere. Nescis Dominum dicere in Euangelij: Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus? Rursus verò alibi dicit: Qui saluam facit animam, est tanquam qui creat. Hæc cùm audisset pater eius Eugenius, eius verbis valde fuit lætatus, flebat enim & eiulabat, cùm hæc diceret: & dicit ei pater eius: Filia charissima, quid possum tibi facere? Tu quidem es fœmina: ego autem volo ingredi monasterium: & quomodo potes mecum versari? Diabolus enim propter vos bellum gerit aduersus Dei seruos. Hæc cùm audisset eius filia, dixit patri suo: Domine mi pater: Non sic ingrediar, quomodo tu dicis: sed tondebo comam capitis, & induta veste virili, ingrediar tecum monasterium, nemine sciente, me esse fœminam.

Mariam tonderet pater eius, vocatq; Mariam, & dicit: Vnde dicitur in viro rum monasterium.

Maria curat dæmoniacos.

Beatus autem Eugenius, auditis ijs, quæ dicebat filia, valde lætatus, cùm omnia bona sua distribuisset pauperibus & mendicis, orphanisq; & viduis: & totondisset suam filiam, virili amictu eam induit, & nominauit nomen eius Marinum, hæc ei dans mandata: Vide filia, quomodo te sis conseruaturā. Futura enim es in medio ignis, non ingreditur enim fœmina in monasterium. Te ergo conserua Christo immaculatam, vt cùm impleuerimus id quod sumus polliciti, habeamur digni regno cælorum. Hæc cùm dixisset Eugenius, & precatus esset, assumens filiam suam Mariam in habitu adolescentis, ingressus est coenobium. Eis autem ingressis in monasterium, in dies proficiebat puella in omni virtute, obedientiaq; & humilitate & in maiori exercitatione. Cùm verò aliquot annos peregisset beata in monasterio, existimabant monachi eum esse Eunuchum, propterea quod esset imberbis & voce gracili. Alij autem existimabant, præ nimia exercitatione, & quod solum secundo quoque die comederet, eum esse voce aded tenui. Aliquo verò post tempore contigit eius patrem decedere: incrementum autem accepit eius exercitatio, obedientia & humilitas: aded vt ipsa quoque donū Dei acceperit contra dæmones. Vnumquenq; enim eorum, qui laborabant & vexabantur, manus eis imponens & orans, curabat protinus. Habebat autem illud coenobium quadraginta viros, omni virtute & sapientia exornatos. Singulis verò mensibus mittebantur quatuor monachi ad responsa monasterij, propterea quod ipsi haberent in alijs quoq; locis diuersas possessiones. Erat autem in media via diuersorium, & qui ibant & veniebant, propter itineris longitudinem illic requiescebant. Inter cæteros autem magnam eorum curam gerebat is, qui præerat diuersorio, eos seorsum accipiens. Inuidus verò & malignus diabolus, qui rebus bonis semper inuidet, mala autem ad se attrahit, agrè ferens huius beatæ in Deum amorem, pulcherrimamq; & honestissimam viuendi rationem, studuit aliquantulam ei labem inurere & eam affligere.

Quodam

Quodam itaq; die, Præfectus monasterij, accersito Marino, dicit ei: Frater Marine, scio tuam vitæ agenda rationem esse perfectam in omnibus, & præcipue in obedientia. Velis ergo tu quoq; egredi, vt ministres monasterio. Fratres enim agrè ferunt, te ad id non egredi. Hoc autem faciens, ô fili, maiorem accipies mercedem à benigno & clementi Deo. Etenim Dominus quoque noster Deus non dedignatus est ministrare suis discipulis. Hæc cùm audisset Marinus, se proiecit ad pedes Præfecti, dicens: Benè precare mihi venerande pater, & ego ibo quocunquè volueris. Egresso autem Marino & alijs tribus monachis vt ministrarent, diuerterunt, vt consueuerant, ad illud diuersorium. Qui autem præerat diuersorio, habebat filiam vnicam. Miles verò quidam ingressus diuersorium, ei attulit vitium: ea verò concepit. Præcepit autem ille miles, dicens: Si hæc res fuerit cognita, & te examinauerint tui parentes, vnde hoc factum sit, dic eis: Formosus ille iunior monachus mecum dormijt, & ex eo concepi. Postquã ergo egressus fuisset monachi simul cum Marino, rescivit pater puellæ filiam suam vtero concepisse. Qui rogauit eam, dicens: Vndenam hoc tibi factum est? Puella autem respondit, dicens: Iunior ille coenobij formosus monachus, qui dicitur Marinus, mecum dormijt, & me prægnantem reddidit.

Luc. 22.

Puella vitata in famam Mariam.

Cùm hæc autem audisset Præfectus diuersorij, cursu & cum magna ira venit in monasterium, eum accusans, & dicens: Vbi est ille planus, ille falsus Christianus, quem dicitis esse monachum? Ei verò factus est obuiam apocrisarius monasterij, & dicit ei: Benè venisti frater. Cur es aded tristis, & cur tam temerè loqueris? cessa parumpèr, rogo te. Respondens autem præfectus diuersorij, dicit ei: Percat hora, qua vnquam cognoui monachum. Hei mihi, quid mihi accidit? Quid faciam autem, nescio. Cùm verò hæc resciuisset Præfectus, eum accersijt, & dicit: Quid tibi vis frater? Quid es tristis? Præfecto autem monasterij dixit is, qui præerat diuersorio: Quid mihi volo? Deceterò nullum amplius videam aut conueniam monachum. Postquã autem à Præfecto rursus fuit rogatus is, qui præerat diuersorio, propter quam causam hæc dicis? respondit & dixit: Filiam habebam vnicam, in quam spem meam collocabam, quod ea esset requies mea senectutis. Ecce verò quid fecit Marinus: eam prægnantem reddidit, quem dicitis esse Christianum & piuum. Hæc cùm audisset Præfectus, stupefactus dicit ei: Quid possum tibi facere, cùm ipse non sit hic? Sed quando venerit ex ministerio, nihil est aliud quod agam, nisi vt expellam e monasterio. Cùm autem venisset Marinus cum alijs tribus fratribus, accersit eum Præfectus, & dicit ei: Abba, hæc ne est tua viuendi ratio & exercitatio? Quando diuersatus fuisti in diuersorio, attulisti vitium filie præfecti diuersorij. Huc autem veniens eius pater, tanquam per theatrum traduxit nos monachos. Marinus verò his auditis, se humili proiecit in faciem, dicens Præfecto: Condona mihi humili & peccatori propter Dominum, ô pater, quoniam tanquam homo erraui. Tunc Præfectus ei iratus, eiecit eum e monasterio.

Faretur crimen, quod non admisit.

Egressus autem beatus extra vestibulum monasterij, mansit sub dio, sustinens frigus & æstum annos tres. Qui ergo ingrediebantur & egrediebantur ex monasterio, rogabant ipsum, dicentes: Cur sic sedes, Abba, afflictus in vestibulo? Ille autem dixit eis: Quoniam sum fornicatus, propterea eiectus sum ex monasterio. Cùm verò venisset pariendi tempus filie Præfecti diuersorij, peperit puella filium masculum. Puerum autem tollens pater eius, venit ad monasterium: & cùm inuenisset Marinum sedentem extra monasterium, proiecit ei puerum, & statim recessit. Marinus verò sumens puerum in manus, dicebat lamentans: Hei mihi misero & abiecto: Ego certè humilis & nequam, accipio pro meritis meorum peccatorum. Cur autem hic quoque infelix puer mecum moritur? Cœpit verò accipere lac à pastoribus, & sic alebat puerum vt pater. Non satis autem erat Marino afflictio & pudor, quo afficiebatur quotidie: sed puer quoque flens & excernens, contaminabat & fordidabat eius vestes. Post spatium autem trium annorum, seditionem agitarunt omnes fratres, dicentes Præfecto: Pater venerande, sufficit fratri Marino poena, quam sustinuit. Deceterò rogamus, accipe eum rursus in monasterium: Maximè verò, quod coram omnibus confessus est lapsum suum. Cùm autem contradiceret Præfectus, & non persuaderetur eum accipere, cœperunt monachi ei rursus dicere: Nisi fratrem Marinum rursus acceperis in monasterium, ô pater, nos quoq; recedimus. Quomodo possumus à Deo petere, vt condonet nobis nostra peccata, cùm frater noster tres annos sub dio sedeat in vestibulo?

Fornicatam se dicit, sed longe alio sensu.

liii 3

Hæc

Hæc cum audisset Præfectus à monachis, dicit eis: Reuera propter peccatum, quod fecit, non est dignus huc ingredi: propter vestram tamen charitatem & preces eum accipio. & cum accersisset Marinum coram omnibus, dicit ei: Frater, non es dignus stare in primo tuo loco, propter peccatum quod fecisti: propter fratrum autem charitatem & preces, accipio te omnium postremum in regulam. Marinus verò cœpit Præfecto dicere cum lachrymis: Hoc quoque mihi magnum est, ô venerande pater, quod me dignum feceris, qui ingredere intra vestibulum, ut sic quoque dignus habear, qui seruiam sanctis meis patribus. Et cum eum accepisset Præfectus, immisit ad viliora & abiectiora opera monasterij. Is verò ea faciebat cum studio & magno metu & compunctione. Habebat autem puerum quoque Marinus, eum retrò sequentem & clamantem: Ta ta ta, & requirentem ea, quæ sunt pueris necessaria ad alimentum. Non solum enim his ærumnis & afflictionibus premebatur Marinus, sed etiam de alendo hoc puero erat valdè sollicitus. Cùm creuisset autem puer, degebat in monasterio, educatus in virtute & in temperantia. Porro verò sancto quoque & monastico habitu est dignatus. Sicq; proficiebat in humilitate & multa obedientia, ut amaretur ab omnibus.

Migrat à corpore.

Post hæc autem cum vidisset Dominus perfectam esse eius fidem & tolerantiam, & esse dignam regno cœlorum, accepit eam in æterna paradisi tabernacula, nemine sciente. Nam cùm is obiisset, & nec egrederetur ad seruitium monasterij, & nec ad psalmodiam regulam, rogauit Præfectus fratres, dicens: Vbi est Abbas Marinus? Ecce enim iam præterierunt tres dies, ex quo eum non vidi in psalmodia, neque in suo ministerio. Primus autem omnium inueniebatur in regula. Ingreddimini ergò eius cellam, & videte, num in aliquam ceciderit agritudinem. Cùm autem venissent fratres in cellam beatæ, ingressi inuenerunt eam consummatam in Domino, & puerum ei assidentem & flentem. Tunc prope egressi fratres, Præfecto renunciârunt, dicens: Frater Marinus dormijt. Ille verò cùm audisset, miratus est & dixit: Quomodo excessit eius anima, aut quam Deo allaturus est excusationem de ijs, quæ peccauit? Tunc de cæterò iussit, ut ei iusta facerent. Cùm autem venissent fratres, ut eum componerent ad sepeliendum, inuenerunt eum esse mulierem: & stupefacti, cœperunt omnes vna voce clamare: Domine miserere. Præfectus verò cùm tumultum audisset & conturbationem, rogauit, dicens: Quidnam hoc sibi vult? Illi autem dicit ei cum admiratione: Frater noster Marinus est sexu mulier. Cùm venisset ergò Præfectus, & vidisset rem admirabilem & præter opinionem, se humi proiecit, & tenens pedes beatæ, cum multis lachrymis clamabat, dicens: Ignosce mihi Domine Iesu Christe, quod per ignorantiam peccauit in sanctam & castam tuam sponfam. Et rursus procidens ad venerandas & sanctas eius reliquias, clamabat, dicens: Hic moriar ad sanctos & venerandos tuos pedes, donec audièro mihi esse condonata ea, quæ in te peccauit. Cùm is autem diù desleret & plangeret, venit ad eum vox de cælo, dicens: Si hoc quidem sciens fecisses, non tibi condonâsem: Quia autem nesciens hoc fecisti, peccatum fuit tibi condonatum.

Nota, procedens ad venerandas & sanctas eius reliquias.

Tunc surgens Præfectus à venerandis eius reliquijs, statim misit ad præfectum diuersorij, dicens: Veni citò ad nos, nam te volo conuenire. Cùm autem venisset Præfectus diuersorij, dicit ei Præfectus monasterij: Ecce frater Marinus est mortuus. Is verò dicit Præfecto monasterij: Deus ei condonet id, quod fecit in abiectam meam filiam. Dicit ei Præfectus monasterij: Pœnitentiam age, ô frater. Nam peccasti coram Deo. Sed me quoq; tuis verbis decepisti, & peccauit ego quoque propter te. Ecce enim Marinus re vera est mulier. Cùm hæc autem audiisset præfectus diuersorij, & præfecti verbis fuisset obstupefactus, mansit mutus & attonitus. Eum verò manu apprehendens Præfectus monasterij, duxit eum in locum, in quo iacebat beata Maria: & cùm eam honestè & decorè locasset ac composuisset, ei ostendit ipsam esse sexu fœminam, & eam fuisse temerè maledictis appetitam. Tunc cœpit diuersorij quoque præfectus deslere propter inopinatum ab eo visum miraculum.

Filia pandochei arrepta à dæmone, & suū conuersa, curatur meritis sanctæ virginis.

Post hæc autem iusta fecerunt sanctis & venerandis eius reliquijs, & deposuerunt in insigni loco monasterij, cum psalmis & hymnis & multis luminibus, octauo mensis Februarij. Statim verò venit filia Præfecti diuersorij à dæmone correpta, & confitens omnem veritatem, & dicens: Talis miles me fefellit, & persuasit, ut falsò accusarem hanc beatam. Deindè cùm appropinquasset loculo beatæ, Præfecto & fratribus rogantibus sanctæ venerandas reliquias, protinus ipsa hora fuit curata & mundata à dæmone.

ne. Tunc cùm vidissent miraculum, quod erat præter opinionem, laudârunt omnes clementem & benignum Deum propter signum, quod factum fuerat, & propter patientiam & tolerantiam beatæ, quod perstitisset vsque ad mortem, non aperiens se esse mulierem, propter regnum cœlorum. Et nos ergò, ô fratres dilecti, amulemur eius fortitudinem, constantiam & tolerantiam, ut inueniamus misericordiam & gratiam in futuro seculo, à magno Deo & Seruatore nostro Iesu Christo: Cui gloria & potètia simul cum patre & spiritu sancto nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

### VITA S. PAVLI EPISCOPI VIRDVNENSIS, GRAVITER ET FIDELITER IAM OLIM CONSCRIPTA: sed nunc demum in gratiam Lectoris reddita aliquantò Latiniori stylo per F. Laur. Surium: & quidem aliquot locis paraphrasticè.



Beatus Paulus Viridunensis ecclesiæ præful dignissimus, beatissimi Pauli Apostoli imitator egregius, quem non minus vita & moribus, quam nomine referre pro viribus conatus est, in Gallia Belgica parentibus ortus est non infima dignitate. Porro verò in ipsis annis teneris artium liberalium studijs, ut erat apud antiquos more receptum, adhibitus est bonæ indolis puer: & in ijs sanè breui tempore eos habuit processus, ut Grammatica, Dialectica, Rhetorica, cæterisque humanioribus disciplinis sic satis instructus videretur. Verùm ab ipso mundani fastus aditu (qui ut curis & angoribus discruciat sui studiosos, ità nihilominus aureos illis montes pollicetur) pedem suum maturè retrahens, nè si nimio illius semel esset amore irretitus, immani se præcipitio daret, totum se ad res diuinas contulit, & ad officia charitatis & misericordiæ, in templis quidem & monasterijs ijs, quæ ad diuinum cultum pertinent, intentus sedulo: benignè verò opem ferens miseris & pressis inopia, ad eum vt nihil sibi præter ea, quæ sunt ad vitam cultumque corporis necessaria retinens, facultates suas omnes in egenos, morbosos, nudos, sanæ sitique afflictos, in carcerem coniectos, alijsq; calamitatibus obnoxios conferret, nihil de craftino sollicitus, quem admodum à Christo didicerat. Vacabat interim ieiunijs & precibus, cum ijs cõiungens semper studium pacis & sanctimoniam, sine qua, ut ait Apostolus, nemo videbit Deum. Et si verò actiuosa vitæ cum Martha non segniter nauaret operam, at tamen contemplationis diuinæ audis, eam ceu partem meliorem, cum Maria arctius complecti cupiebat. Cumque hac in cogitatione diù noctuq; versaretur, modumque inquireret, quanam ad summum posset perfectionis apicem pertingere, diuinitus illius animo saluberrimum incidit consilium, ut cum magno illo patriarcha Abrahamo, indubitata in Dei benignitatem fide innixus, exiret è terra & cognatione sua, & ad exteras regiones ignotaque loca se reciperet, beatèque paupertatis amplissimis ditatus promissionibus, cum Christo Domino suo vulpibus foueas & volucris nidos suos habetibus pauperior effectus, non haberet vbi suum reclinaret caput. Accedebant huc Davidis regis & dicta & facta, quæ magno illi ad virtutem erant incitamento, contemplanti quem admodum ille tantus rex interdum purpura opertus regni negocia curabat, noctibus verò in cilicio & cinere cubans, laborabat in gemitu, lachrymis stratum rigabat suum, egenum mendicum & pauperem se dicitans, hisq; vtens vocibus: Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpsit me. itemque illis: Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ. & rursus: Ecce elongauit fugiens, & mansi in solitudine. His alijsq; inflammatus, mundi gloriam, ut rem inanissimam, putauit prorsus pro nihilo, ut quæ instar flosculi subito appareret, & paulò post marcesceret: cogitationibusque diuersum persuadere volentibus, eiusq; salutari proposito aduersis & contrarijs, opponebat illud Apostolicum: Nihil intulimus in hunc mundum: haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Huic iungebat illud ex Euangelio, quo perfectionem attingere cupienti mādatur vendere omnia quæ possideat, & dare pauperibus: itemque illud quo Christus Dominus propter nomen ipsius relinquenti domum, parentes, fratres,

Traditur studijs liberalium.

Valdè studet officijs charitatis.

Matth. 6.

Hebr. 12. Luc. 10.

Gen. 12.

Matth. 8.

Psal. 6.

Psal. 39.

Psal. 26.

Psal. 68.

Psal. 54.

1. Tim. 6.

Matth. 19.

Ibidem.



forores, filios, agros, centuplum pollicetur, & præterea vitam sempiternam. Addebat etiam illud, Nisi quis tollat crucem suam quotidie, & sequatur Saluatorem, oderitque patrem & matrem, &c. immò verò etiam animam suam, non posse Christi esse discipulum. His ergò omnibus eius feruenti voluntati stimulos & calcaria adhibentibus, inusitata peregrinationis & ignoti itineris sibijpsi laborem indixit, oblitusq; generis antiqua stemmata & superbam nobilitatem, reliquisq; charissimis parentibus, Christo duce proficiscitur è patria, nesciensq; quò pergeret, quippe viarum ignarus, tandem ad eremum Vosagi peruenit, eamq; posthabitis mundi rebus omnibus, letus ingreditur, Christo regi suo illic militaturus. Aiunt autem in ea solitudine multos habitasse anachoretas distinctis cellulis, quique demptis Sabbato & Dominico die, perpetuò soli degerent in arctissimo silentio, nisi vel morbus corporis, vel animæ salus secus postulasset. Horum ipsi optatissimam viuendi consuetudinem Paulus ita, vt animò iam pridem destinaret, modis omnibus amplecti voluit: sed quoniam nò est in hominis potestate vita eius, neque est consilium contra Dominum, & neq; currentis est neq; volentis, longè aliter euenit, atquè ille putarat. Futurus enim quandoquè pontifex & pastor ouium Christi, diuina id agente prouidentia, ad cœnobium potius peruenit, vt illic interim apud fratres de litescens, in schola virtutum probè exercitatus disceret, quod postea alios ex officio doceret. Erat namq; in illa eremo monasterium, quod Deo miserante hodieq; perseverat, monasticis institutis valdè insigne, Tabulecium antiquitus dictum, quòd se cœcis insar tabularum lapidibus primò ædificatum fuerit: at nunc verò Theolegium appellatur. Ad id cœnobium casu hospitij captandi causà diuertit Paulus, atq; ab Abbate & fratribus libentissimè acceptus est: Deinde ab oratione reuertenti ad hospitium, Abbas cum fratribus pedes manusq; abluunt, & cum multa deuotione & reuerentia omnia humanitatis officia impendant, orantq; vt aliquantisper velit apud ipsos permanere, & longo itinere defessa membra dare quieti. Annuit ille precibus eorum, & cum aliquandiu hæsisset apud illos, & ex crebris colloquijs cœpisset cognosci, Abbas rem diuinitus gerens existimans, vt eius vita posset alijs & exemplo esse & salutis, cogitatione suscepta de inuitando illo ad monasticam vitæ complexum, nè si fortè aliò se transferret, ipse eius sanctitatis ferret dispensia.

Quadam itaque die, cum de mundi huius contemptu, vt sepe aliàs, colloquia miscerent, Paulus animi sui cõsilium & intentionem, tum quis esset, qua causà ed aduenisset, quo mentis flagraret desiderio, quòd eremi habitationem, modò Christo annuente ipsi posset contingere, totius orbis vastitati anteponeret, sciscitanti Abbati perspicue indicauit, multum eum oblectas per Dominum, vt nè cuiquam alteri reuelet, locumq; ipsi velit inquirere aptum diuino seruitio, reperimentque ocyus demonstrare. Abbas hoc pacto adiuratus, nè illius votis aduersaretur, multum anxius formidare coepit, nè tanto viro cœnobium destitutum, maxima indè incommoda caperet, & iam non sua, sed ipsius Saluatoris ei exempla proposuit, vt eorum commemoratione posset illum permouere ad manendum in cœnobio. Ait Christum sub horam passionis suæ, cum humana ipsius natura à morte abhorreret, patrem sic orasse: Pater, si vis, transfer à me calicem istum: attamen non mea voluntas, sed tua fiat. Eundem etiam aliàs dixisse: Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me. Et satis quidem agebat Abbas his & id genus alijs adferendis, vt eum apud se retineret. At Paulus in sententia animi sui persistabat immotus, nec se ab ea vlla ratione deduci patiebatur. Id verò Abbas animaduertens, simul etiam considerans non ea Paulum esse fortuna vel conditione, vt posset cogere inuitum, confert se ad alia ex scripturis depromenda exempla. Erst, inquit, cum Abrahamo patriarcha exulem refecisti à paterno solo, & cum Dauide elongasti fugiens, vt maneat in solitudine, & denique vt vir euangelicus, patriam, parentes, agros, cognatos Christi & voluntate & amore reliquisti: at tamen noueris ad perfectionem capessendã quippiam adhuc tibi deesse. Quod si nõste cupis, audi Psalmistam ita dicentem: Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Vbi sanè per tribulationes in dorso nostro, & homines capitibus nostris impositos indicare voluit, non nostro nos viuere arbitratu, sed superiorum iussis humiliter parere debere. Huius exemplum in ipso Christo nobis illustrissimum proponitur, dicente Apostolo: Christus factus est pro nobis obediens usq; ad mortem. Si ergò verè illum imitari vis, sanctæ obedientiæ iugum mansuetissimis humeris accipe, & illud,

& illud, si sic necesse sit, ad supremum vsque vitæ diem fertò. Non enim crit discipuli illius laude digna exercitatio, quam magistri reuerenda eruditio non approbaret: nec debet sanè alijs velle præesse, qui prius subesse non didicerit.

His Paulus auditis, cessit abbas admonitioni: & quia par illi visum fuit, vt ipse potius prior rogare debuerit, quod Abbas ab illo petebat: toto corpore humili prostratus, negligentia & ignorantia suæ veniã precabatur, simul promptum se offerens ad omnia illius iussa exequenda. Itaque votis omnium cum Abbatis benedictione monasticum induit habitum, & vt verus Christi seruus, adiungitur illi cõgregationi sanctorum. Qualem verò deinde sese præstiterit, quàm moribus & vita sanctum & inculpatum, non facile quisquam explicauerit. Ab ipso nanque mutati habitus die, propè fidem excedere videbimur, si dicere velimus, quas cruces, quæ tormenta sibijpsi intulerit, dum vult corpus castigare suum & in seruitutem redigere. Neque enim vel tenuiter corporis indulsit valetudini, neque manu semel ad aratrum missa, voluit cum vxore Lot retrorsum respicere. Fuit verò etiam charitate præcipuus, castitate mundissimus, humilitate summus, prudentia solers, astutiam serpentis cum simplicis animi puritate coniungens. His itaque alijsque virtutibus cum polleret, amabatur ab omnibus, cunctis erat gratus & venerabilis, & pro eximia sanctitatis reuerentia, solo pastoris dempto nomine, insar magistri miro à fratribus affectu colebatur.

Sed nè tanta virtutum copia quasi sterilis & vacua videretur, neque lucerna tam illustis sub modio poneretur, sed luceret omnibus, qui in domo Dei sunt: cum iam eius fama longè lateque increbuisse, coeperunt multi ad eum confluere etiam ex longinquis regionibus, & se in eius tradere disciplinam non solum mediocri fortune, sed etiam præpotentibus ac nobilibus hominum filijs. In ijs autem Grimo, qui etiam Adalgisus dictus est, Dagoberti regis nepos, præ cælestis patriæ amore omnem huius mundi gloriam ducens pro nihilo, illi se tradidit instituendum: quippe cuius vitam, mores & actiones, ceu agrum fertilem, multa florum dinerforum gratissima amœnitate vernantem, & cui benedixit Dominus, à permultis iam didicerat virtutum omnium odoribus fragrare. Et illi quidem repente tanto est dilectionis ardore coniunctus, vt non nisi sola interpellate morte, ab illo se separari pateretur. Introductus autem à sancto viro in amœnissimos scripturarum campos, intantum breui profecit, vt disciplina & moribus magistrum æquiparare videretur. Et ille quidem in monasterio hoc Tabulecio siue Theolegio, quòd iure hereditario illius ditionis esset, cum magistro maiori libertate degebat, & de gramina virtutum, centuplicatum fructum retulit, adeò vt ad Diaconatus quoque gradum euectus sit.

Per idem autem tempus defuncto Ermenfredo Virduensi episcopo, idoneus successor mox inquirebatur, nè vacante diu sede, grex Domini, pastoris vigilantia destitutus, pateret moribus luporum. Ibi tum nõ defuit, qui ad aures principum perferret, intra regni fines, & quidem in monasterio supradicto degere Paulum monachum, qui idoneus sit cui cura pastoralis demandetur. Mox iubente rege ablegantur quidam ad Grimonem, qui illi dicant, vt vnà cum Paulo festinet venire ad aulam. Illum enim, diuina agente prouidentia, à palatinis, à clero & populo electum, vt sit Virduensem antistes, velleque regem, in sui erga illum amoris testimonium, illorum votis & sententiæ assentiri. Grimo ijs auditis, multa hilaritate perfunditur, refert ad patrem charissimum regis iussionem, nobilium, medicorum, denique omnium concordem & ab animis in ipsum propensissimis profectam electionem, hortaturque, vt quamprimum ad regis sese accommodet voluntatem. Tum verò Paulus, Tametsi, inquit, laudo illorum tale de me iudicium & existimationem, qua me tãto honore dignum arbitrantur: at fortassis tamen ignorant Canonum autoritate caueri, nè quis à sede sua transferatur ad aliam. Itaque cogitare debent, neque iussa regis, neque populi studium & fauorem tanti à me fieri debere, vt eorum causa sacri canones violentur. Satiùs igitur est, vt regis populiq; sententia ad alium sese transferat: nè si hominem ignotum & ad vulgi rumusculos falso prædicatum atque laudatum ecclesiæ Christi præfecerint, post sera ducti poenitentia, sese inconsultæ damnent temeritatis. Cum his verbis legatos regis à se vacuos dimittit, id se hac ratione sperans affecturum, vt & regis mutetur animus, & ipsi liceat optata sibi quiete. Sed infallibilis prouidentia Dei, qui illum suæ plebi pastorem destinauerat, & à longinquis regionibus eam ob causam ad hæc loca perduxerat, animo regis id con-

Venit in Vosagi solitudine.

Prou. 21. Rom. 9.

Tabulecium monasterii

Matth. 26.

Iohan. 5.

Psal. 54.

Psal. 65.

Phillip. 2.

Monasticum induit habitum.

Luc. 9. Gen. 19.

Matth. 5.

Grimo, nepos regis, se adiungit S. Paulo.

Ermenfredo Virduensi Episcopo.

S. Paulus recusat vltro oblatum episcopatum.

S. Paulus,  
frater S.  
Germani  
episcopi Pa-  
risiensis.

Bercharius,  
anticus  
scriptor.

Clibanum  
ille sus in-  
greditur S.  
Paulus.

Extrahitur  
ex monaste-  
rio, & com-  
pellitur susci-  
pere episco-  
patum.

Frasindum  
villam Grimoni  
donat eccle-  
siae Virdunensi.

consilij aspiravit, vt ex monasterio extractum, etiam inuitum & calcitrantem in ca-  
thedra collocaret, vti paulò post dicemus.

Interim hoc admonitum voluimus lectorem, hunc beatum virum Paulum fratrem  
fuisse S. Germani Parisiensis episcopi: & id quidem, vt ex scriptis accepimus, vitæ san-  
ctitas virtutumque excellentia liquidò testatur. Nè cui autem incredibile id fortasse vi-  
deatur, si nullius sit authoris testimonio confirmatum, operæ precium putamus Bercha-  
rij presbyteri verba huc adscribere. Is enim Bercharius, rogatus à Dadone Virdunensi  
episcopo, omnium superiorum antistitum eius ecclesiæ nomina & res gestas, quatenus  
nòsse potuit, mira breuitate conscripsit. Itaque de hoc nostro beato Paulo ad verbum  
sic habet: Post Ermenfredum tractus est de monasterio Tabuleio S. Paulus, qui fuit fra-  
ter Germani Parisiacensis ecclesiæ episcopi, & in ecclesia ista episcopus consecratur;  
cuius memoria æterna est. Nam nepos Dagoberti regis Grimo diaconus, qui & Adal-  
gisilus dicitur, cum fuisset à beato Paulo ab infantia reuerenter educatus, pro amore  
ipsius antistitis suam proprietatem, id est, Tabuleium monasterium S. Mariæ in Virduno,  
suo scripto & multorum fidelium scriptis, vt in sempiternum nostra ecclesia ipsum mo-  
nasterium habuisset, tradidit, roborauit, & omni autoritate firmavit. Frasindum verò  
villam pro sua pietate victui fratrum nostrorum delegauit. Sanctus verò Paulus Baso-  
nis villare de suis redditibus comparauit. Priuilegium etenim nostris canonicis de anti-  
quioribus villis fecit, & suis manibus & aliorum episcoporum ipsum sub diuina attesta-  
tione roborauit. De virtutibus autem istius sancti patris nostri mirabile audiuius, quòd  
adhuc monasticam vitam ducens, cum in pistrino fratrum obedientiam habuisset, &  
timeret nè hora statuta fratres panem habere potuissent, eiecto igne de clibano, ipse in-  
trogressus, cum cuculla sua clibanum purgavit, & panem illic ad coquendum ordina-  
uit, & sanus foras egressus, panem factum fratribus in refectorio tempore statuto distri-  
buit. Legi, & picta vidi multa miracula, quæ viuens in episcopatu egit, & post excessum  
positus in basilica S. Saturnini, Deo cooperante, satis fecit. Cæcos nanque illuminauit,  
claudis gressum præbuit, ægros à varijs infirmitatibus curauit. Et quid plura? Istam ec-  
clesiam dilatauit rebus temporalibus, & Deus omnipotens animam illius cum omni-  
bus sanctis in æterna gloria sine fine gaudere fecit. Hęc Bercharius, eius verbis prorsus  
nihil immutatis. Vera autem illum scribere, & eius autoritas, vt ait huius vitæ scriptor,  
& non spernenda antiquitas fidem facit. Verum his obiter commemoratis, ad narratio-  
nis ordinem reuertamur.

Legati regis vbi se sua spe frustratos, tantumque itineris frustra suscipisse viderunt,  
reuersi ad regem, quæ beatus Paulus dixisset, ordine explicârunt. Rex verò & ira & amo-  
re permotus, mittit satellites, vique è monasterio extractum, iubet vel inuitum creari  
episcopum, & ab episcopis consecratum in sede pontificia reponi. Quod etiam ita fa-  
ctum est, cum cæcis miro applausu gratulantibus & acclamantibus, ea sede esse dignissimū.  
At Grimo nepos regis, cernens re ipsa iam completum id, quod diu peroptasset, mirabili-  
ter exhilaratus, facultates suas omnes libenti ac prompto animo Virdunensi ecclesiæ le-  
gauit. Erat nanq; illis temporibus ea ecclesia adeò rerū inops, vt nemo ex clero, quem  
admodum Ecclesiasticus ordo postulat, Missarum solennia vel solitum Psalmodiæ pen-  
sum absolueret: sed propter penuriam ægrè quidē & cum multo labore per singulos di-  
es presbyter quispiam circumforaneus cōducebatur, isq; perfunctoriè parumq; decen-  
ter & preces horarias & Missæ officium complēs, deinde recedebat. Itidē faciebat &  
secundus, & tertius, & ceteri, donèc cōfuso ordine à nouissimo ad primū reditum esset.  
Id verò conspicatus Paulus episcopus, Grimonem charissimū accersit, animi sui dolo-  
rem ei exponit. Ille rursus beato viro & consiliū præbet, & auxilium: Tu quidē, inquit,  
Pater difficilem te reddidisti, inuitusque, rege iubente, ad hanc sedem pertractus es. Potes  
igitur iure apud illum conueniri de his, quæ te malè habent. Quæ verò mea sunt vel esse  
possint in prædijs, possessionibus, pecunijs, tibi libens permitto & trado, vt pro tuo voto,  
mearum facultatum ope fretus, Clerus diuino cultui, sicut tu præscripseris, ordine in-  
seruiat. Hęc vbi dixit, Frasindum villam victui fratrum delegauit: nullaq; interposita mo-  
ra, simul palatium adeit, & de ecclesiæ Virdunensis incommodis ad aures regis querelas de-  
ferunt, obsecrantes, vt ad Dei honorem & pro animæ suæ remedio, Virdunensi ecclesiæ  
vel res vel agros impartiri velit. Rex illorum pijs precibus nò difficulter annuit, & tum  
pecunijs tum possessionibus auctos & locupletatos, à se cum gaudio remisit. Porrò vitæ  
beatus

beatus deinceps Canonicos canonicè viuere voluit, & in illa sede permultis annis resi-  
dens, de virtutis studio nihil remisit. Et quidem dolendum est, hominum incuria de eius  
rebus gestis tam parum esse commendatum literis, aut certè ad posterorum notitiam  
non transmissa ea, quæ quosdam non ignorasse certum est, cum iam supra ex Berchario  
didicerimus, multa eum sancti viri miracula legisse: qui sanè eo nomine à quibusdam  
reprehenditur, quòd ea noluerit scripto comprehendere. Peruenit autem tandem vir  
sanctus ad id, quod diu concupierat, cuius causa tam multos in hac vita labores & su-  
sciperat & exantlârât, vt liceret, ruptis corporis vinculis, migrare ad illam supernam  
ciuitatem, quæ est patria nostra. Itaque confectus senio plenusque dierum, valedicens  
fratribus, in pace sanctæ Ecclesiæ felicem Christo spiritum reddidit 6. Idus Februarij, &  
in ecclesia beati Saturnini, vt iam antè dictum est, sicut iusserat, sepulturæ mādatus est,  
vbi meritis illius præstantur beneficia Domini nostri Iesu Christi, qui viuus & regnat  
in secula seculorum, Amen.

Abit à vita  
S. Paulus.

## DE SANCTA APOLLONIA VIRGINE ET MARTYRE, EX EPISTOLA DIONYSII ALEXAN-

*drini ad Fabium Antiochenum Episcopum, quæ est apud Euse-  
bium lib. 6. cap. 34. Historiæ Ecclesiast. interprete  
Iohanne Christophorsono Anglo.*



NON ex Imperatoris edicto (inquit Dionysius) persecutio  
apud nos incepta fuit, sed integro anno præuenterat. Nam  
vates (quisquis ille fuerit) malorum omnium, quæ huic ci-  
uitati acciderunt, architectus, infinitam gentilium turbam  
contra nos incitauerat impuleratque, atque adeò ad patri-  
am suam & antiquam superstitionem defendendam ma-  
gnoperè instigârât. Qui ab illo ad malevolentiam iritati,  
omnemque aucupati licentiam ad scelus patrandum, so-  
lam pietatem & verum cultum demonum suorum istum  
censuerunt, vt Christianorum cæde & sanguine suas cru-  
deles manus respergerent. Et paulò infra: Tum verò vno  
quasi animorum impetu omnes in piorum ædes irruere, & singuli quos sibi vicinos es-  
se cognouerant, properè educere, expoliare, diripere, & diuitias ac suppellectilem, si quæ  
erat preciosior, sibi seponere: si quæ vilior, sordidior & ex ligno confecta, in vijs dissipare,  
deinde exurere: adeò vt ciuitas illa veram speciem vrbs ab hostibus captæ despolia-  
tæque probè representaret. Fratres ergò desistere è via, & in loca separata ac solita  
ria se subducere, rapinam bonorum suorum similiter cum illis, quibus Paulus illustrè  
perhibet testimonium, cum gaudio suscipere. Atque haud scio, vtrum quisquam præ-  
ter aliquem vnum alicubi fortasse, hucusquè Dominum denegauerit. Apolloniam  
porrò virginem, id temporis cum primis admirandam, & admodum prouectam ætate,  
comprehendunt, maxillisque eius crudeliter diuerberatis, omnes dentes illi excutiunt,  
atque rogo in suburbij extructo minantur, nisi verba blasphemiarum vnà cum ipsis  
palam eloqueretur, se eam viuam crematuros. Illa paululùm temporis  
ad deliberandum præcata, & dimissa ex eorum manibus, sine  
mora insilit in rogam: sicque flammarum in-  
cendio absumpta est.

9. FEBRUAR.

Hebr. 10.

S. Apollo-  
nia vtrò se  
præcipiat  
in flamas.

MARTYR.

FEBRUARIUS. MARTYRIUM SANCTI ET GLORIOSI MARTYRIS CHRISTI NICEPHORI, Authore Simeone Metaphrasie.

FEBRUAR. 9.

Summus amor in summu muratus odium.



Deut. 19.

Luc. 6. Matth. 5. Matth. 6.

Duritia Sapricij.

Sapricius sicutur ad tribunal.

Psal. 95.

In illo tempore erat quidam presbyter in magna Antiochia Syriae, nomine Sapricius. Erat autem quidam quoque alius, qui appellabatur quidem Nicephorus: erat vero ordine laicus, & admodum germanus amicus eiusdem presbyteri. Sed; ambo sic mutuo diligebant, ut existimarentur esse fratres germani, nati ex vno utero: adeo ut esset excellens amor eorum mutuus. Cum longo autem tempore vixissent in hac affectione, bono & honesto infestus & sceleratissimus humani generis inimicus, eis invidens, talem inter eos peperit disensionem, ut nec in platea quidem velent sibi iniucem occurrere, ex demonico odio, quod inter se inuicem conceperat. Cum satis vero longo tempore ita fuissent affecti, ad se rediens Nicephorus, & cognoscens odium esse diabolicum: rogavit amicos quosdam, ut irent ad presbyterum Sapricium, & rogarent eum pro Nicephoro, ut ei culpam condonaret, & eum poenitentia ductum, acciperet propter Dominum. Ille autem noluit ei condonare. Is vero rursus misit alios amicos, ut ei reconciliaretur. Presbyter autem Sapricius ne eos quidem rogantes audire sustinuit. Rursus ergo Nicephorus rogavit alios quosdam amicos, & misit ad ipsum, ut ei dignaretur sui delicti veniam concedere: ut conuenienter diuino eloquio, in ore duorum vel trium testium staret omne verbum. Ille autem cum esset duro corde & implacabilis, & oblitus esset Domini nostri Iesu Christi, qui dicit: Remitte, & remittetur vobis. Et rursus: Si afferas donum tuum ad altare, & recordatus fueris, quod habes aliquid aduersus fratrem tuum, dimitte id, & vadens reconciliare fratri tuo. Et rursus: Nisi remiseritis hominibus delicta eorum, nec pater vester caelestis remittet vobis delicta vestra: omnibus eum rogantibus & petentibus, non condonauit fratri & amico suo. Non enim habebat in se charitatem & misericordiam. Quamobrem iure fuit priuatus regno caelorum.

Inprimis autem pius & fidelis Nicephorus, cum vidit Sapricium despexisse communes amicos, qui pro eo petentes, veniam non acceperunt, ipse currens ad aedes Sapricij, se proiecit ad pedes eius, dicens: Condone mihi pater, propter Dominum. Ille vero ei noluit reconciliari ut amico, & maxime cum rogaretur: & maxime cum deberet, etiam si non fuisset rogatus, a prima excusatione eum accipere, ut Christianus & presbyter, & qui professus erat seruire Domino. Cum haec autem sic fierent, repente existit persecutio & magna afflictio in Antiochia ciuitate, vbi ambo habitabant: & apprehenditur Sapricius ut Christianus, & traditur Praesidi: & stetit ante ipsum, & dixit ei Praeses: Quod est nomen tuum? Ille autem dixit: Vocor Sapricius. Dicit Praeses: Cuiusnam es generis? Dixit Sapricius: Sum Christianus. Praeses dixit: Es clericus? Dixit Sapricius: Locum tenes Presbyteri. Dicit Praeses: Augusti nostri & domini huius regionis & finium Romanorum, Valerianus & Gallus, iusserunt, ut qui se dicunt esse Christianos, sacrificent dijs immortalibus. Si quis vero despiciens, respuit hoc edictum, sciat se diuersis tormentis & supplicijis plectendum, & sic grauissima morte esse condemnandum. Sapricius autem adstans, dixit Praesidi: Nos Christiani, o praeses, Christum Deum habemus regem: Quoniam ipse est solus verus Deus & creator caeli & terrae & maris, & omnium quae sunt in eis. Omnes vero dij gentium demonia, & pereant a facie vniuersae terrae, qui non possunt alicui opem ferre, aut aliquem ledere aut impedire, cum sint opera manuum hominum. Tunc iratus Praeses, iussit eum proijci in cochleam, iubens eam vehementer versari. Cum is ergo adeo acerbè & inhumanè torqueretur, dixit Sapricius Praesidi: Carnis meae habes potestatem, animae autem meae potestatem non habes: sed Dominus Iesus Christus, qui eam creauit. Longo vero tempore tortus, sustinuit tormenta. Cum vidisset autem improbus & malitiosus ludex eum non persuaderi, tulit in eum sententiam, dicens: Sapricium Presbyterum, qui edicta contemnit Imperatorum, & non paruit, nec dijs immortalibus voluit sacrificare, ut qui a spe Christianorum non tulerit excidere, iubemus tradi supplicio capitis.

Cum

DE S. NICEPHORO MARTYRE.

Eccè pertis naciã, etiã post tantos cruciatus,

Cum ergo ipse esset egressus, accepta martyrij sententia, & festinaret ad caelestem coronam, audiisset autem sanctus Nicephorus, currens ei processit obuiam, & se proiecit ad pedes eius, dicens: Martyr Christi, ignosce mihi, quoniam peccaui in te. Ille autem nihil ei respondit: excepatum enim fuerat cor eius a malo demone. Sanctus Nicephorus eum rursus peruenit per aliam viam, & ei occurrit, priusquam ipse egrederetur e ciuitate, & rogauit eum, dicens: Martyr Christi, condona mihi ea, quae in te peccaui ut homo. Eccè enim decetero data est tibi corona a Christo, quem non negasti, sed confessus es nomen eius sanctum coram multis testibus. Ille autem durus & implacabilis, odio cor habens excepatum, neque ei dedit veniam, neque ei verbum voluit respondere, adeo ut ipsi lictores dicerent sancto Nicephoro: Tam stultum hominem nunquam vidimus. Vadit ad supplicium capitis: & quomodo petis veniam ab eo, qui iam est moriturus? Dicit eis sanctus Nicephorus: Nescitis, quid petam a confessore Christi: Deus autem scit. Et cum venisset ad locum, in quo erat interimendus Sapricius, rursus ei dixit Nicephorus: Rogo te martyr Christi, ignosce mihi si quid peccaui, ut homo. Scriptum est enim: Petite, & dabitur vobis. Sed eo haec dicente & quae sunt his similia, non audiuit sanus & durus amicus: nec flexus est sodalis asperrimus, nec fuit mollitus totus inflexibilis. Non enim audiuit illud: Diliges Dominum Deum ex toto corde tuo, & proximum tuum sicut teipsum: sed clausit aures cordis sui & corporis, ut aspis surda & clauda, quae non exaudiuit vocem incantantium. Propterea qui personam non respicit, & verax est Dominus, qui dixit: Si non remiseritis hominibus delicta eorum, neque pater vester caelestis remittet vobis delicta vestra. & In qua mensura metieris fratri tuo, in ea remetietur tibi: Dominus cum vidisset eum nulla tangi proximi misericordia, iure eum priuauit regno suo caelesti: immo vero ille seipsum alienauit a gratia caelesti & ab aeternis Dei bonis, propter iniuriam a fratre acceptam recordationem: & maxime quod in germanum & veterem amicum fuisset animo crudeli, immani & irreconciliabili. Tunc dicunt lictores Sapricio: Flecte genua tua, ut caput tibi amputetur. Dicit autem eis Sapricius: Quare? Dicunt ei lictores: Quoniam noluit dijs sacrificare, sed contempsisti edictum Imperatoris propter hominem, qui dicitur Christus. Haec cum audisset miser Sapricius, respondit licitoribus, hanc miseram & tristem vocem, dicens: Nolite me ferire. Facio enim, quae iusserunt Imperatores, & dijs sacrifico. Sic eum excecauit odium, & ab eo abduxit Dei gratiam. Qui enim per eiusmodi tormenta non negauit Dominum nostrum Iesum Christum, cum venisset ad finem mortis, & esset accepturus praemium & coronam gloriae & spei, negauit vitam aeternam, & fuit apostata.

Haec cum audisset sanctus Nicephorus, rogauit Sapricium cum lachrymis, dicens: Noli, o frater, noli transgredi & negare Dominum nostrum Iesum Christum. Noli omnino, rogo te ab eo deficere, & perdere caelestem coronam, quam per multa acquisisti tormenta & afflictiones. Ille autem noluit eum omnino audire, sed contendit abire ad interitum & tenebras vltimae mortis, & ad ignem, qui non potest extingui. Qui tanti precij gloriam in momento vnus horae ictus gladij perdidit, re vera fuit miser, excecat ab odio. Non enim audiuit Dominum nostrum Iesum Christum, dicentem in sancto Euangelio: Si afferas munus tuum ad altare, & recorderis quod frater tuus habet aliquid aduersus te, dimitte munus tuum ante altare, & vade primum, & reconciliare fratri tuo, & tunc veniens, offer munus tuum. Et rursus Petro principi Apostolorum, cum rogasset Dominum, Quoties, si peccauerit in me frater meus, dimittam ei? septies? Respondit Dominus: Non dico tibi, septies: sed, septuagies septies. Ille autem miser ne semel quidem voluit condonare fratri suo, & maxime petenti veniam & roganti. Et Dominus quidem noster & Deus iussit ex animo condonare vnicuique, & dimisso munere, quod Deo est offerendum, currere ad reconciliationem. Ille vero ne summis quidem labris condonauit ei, quem poenitebat: nec in animum induxit, ut ei roganti remitteret: sed clausit viscera sua a fratre suo, propterea clausae sunt ei fores regni caelorum, & recessit ab eo gratia diuini & viuifici spiritus, & perdidit magnam, preciosam, & gloriosam coronam martyrij. Quamobrem, o dilecti, nos quoque diligenter caueamus ab hac diabolica operatione, odij, inquam, & iniuriam acceptam recordatione, ut nostrorum quoque peccatorum detur nobis remissio a Domino Iesu Christo, conuenienter ei quod dicitur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Fidelis est enim qui promissit.

Matth. 7.

Matth. 19.

& 22.

Psal. 57.

Deut. 10.

Matth. 6.

Hic est odij fructus,

Matth. 5.

Matth. 18.

Odiu sumus me vitadu,

Matth. 6.

Kkk

Beatus

Beatus autem Nicephorus postquam vidit transgressum esse Sapricium, magna voce dicit liſtoribus: Ego sum Christianus, & credo in nomen Domini nostri Iesu Christi, quem iste negavit. Me ergo iam pro ipſo ferite. Liſtores verò non auſi sunt eum ferire absque iuſſu Præſidis. mirati sunt autem omnes, quòd se ita ad mortem tradiderit. Liberè enim dicebat: Sum Christianus, & dijs veſtris non sacrifico. Vnus autem ex liſtoribus currès, renunciauit Præſidi, dicens: Sapricius quidem pollicetur se dijs sacrificaturum: est verò illic quidam alius qui vult mori propter eum, qui dicitur Christus, clamans & dicens liberè: Christianus sum, & dijs veſtris non sacrifico, nec obedio edictis Imperatorum. Postquam hæc autem audivit Præſes, in eum tulit ſententiam, dicens: Si non sacrificat dijs immortalibus, prout iuſſerunt Imperatores, iubeo eum mori gladio. Sapricium verò ſinite abire. Tunc accipientes ſanctum Nicephorum, eum capite truncarunt, vt Præſes iuſſerat, nono menſis Februarij: & sic cõſummatus fuit in Christo ſanctus martyr Christi Nicephorus: & aſcendit in cęlos coronatus, per fidem in Christum, charitatemq; & humilitatem. Quoniam enim propenſus fuit ad charitatem & humilitatem, ideò fuit redimitus corona martyrij, & dignatus est referri in numerum martyrum: Ad laudem & gloriam magni Dei & ſeruatoris nostri Iesu Christi: Cui gloria & potentia nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

Nicephorus accipit coronam Sapricij.

### VITA S. ANSBERTI EPISCOPI ROTHOMAGENSIS, AB ANGRADO MONACHO SCRIPTA,

& dedicat a Hilberto Abbati Fontanellenſi.

FEBRUAR. 9.

Genus & patria Ansberti.



Traditur hęc rerum ſuadijs.

\* generoſiſſimam

Deſpondetur ei nobilis puella.

Nota preceſtam illuſtris viroginis.

A tempore quo ſceptra regni Frãcorum gubernabat Clotarius filius Clodouei regis & Bathildis reginæ vnã cum germanis ſuis, videlicet Childerico & Theodorico, ſanctæ recordationis eccleſiæ Rothomagenſis antiſtes Anſbertus, virtutibus clarus, ac ſacerdotio dignus, à patre Siuino, & pago Veliocaffino patrimonioque, vocabulo Calcegio, nobili erat ortus genere. Sed repudiato ſtemmate patrum, mox vt valuit, ſola conditoris paternitate elegit cenſeri. Denique præfatus genitor ipſius ſub prædictis regibus militauit, & vitæ præſentis cunctis mortalibus commune debitũ ſoluit. Sed hanc terrenæ dignitatis originem & patrum gloriam in beato viro non neceſſè remouere, cum omnis ei gloria de amore veritatis & cõtemptu fuerit mundi. Nam nobilitatem ſui generis in pueritiæ æuo iam quaſi ſatidiès, & ſolius Chriſti deſiderio anhelans, cunctos ſuperuacuos horrebat honores. Traditur deinde à parentibus magiſtris ſtrenuis, literis erudiendus. Eruditur ſine aliqua ſuorum inſtantia, fuerat nanq; in eo dulcis infantia, modeſta pueritia, grauis adoleſcentia. Qui cum adultus, pubertatis excederet annos, ſecularis eius pater, vt vnicum eum diligēs, venationibus eum occupari, & dulcedine ſeculi armari cupiebat. Sed quo oblectabatur grandæuus pater, adoleſcens filius per omnia ſatidiebat.

His diebus quidam illuſtris, Rotbertus nomine, generoſa ex ſtirpe proditus, gerulus fuerat annuli regis Clotarij, Cuius filiam \* religioſiſſimam ac nobiliſſimam Angadriſinam prædictus illuſtris Siuinus à præfato inſtyto Rotberto expetiit, volens eam ſuo iuueni filio Anſberto ſociari. Nec mora, præbens aſſenſum eius petitioni prædictus illuſtris Rotbertus, conſtituto die, caſto iuueni caſta deſpondetur & puella. Denique ambo integritatem mentis & corporis caſtè ſeruare cupientes, omnipotentem deprecabantur Dominum, vt voluptatum venena à cordibus eorum dignaretur repellere. Deinde orante beata Angadriſina virgine, vt ſpecioſitas illius in deformitatem verteretur, ilicò Dominus preces eius exaudiuit. Nam facies illius ita exulcerata ac immundiſſima lepra cooperta mox apparuit, vt à conſortijs hominum, quicumque eam vidiffet, extemplo ſegregandam decerneret. Medicorum deinde concurrit frequentia iuſſu genitoris, vt ſoboli charæ ſi quiuiſſent opitulari medelis, collatis præmijs, digni munerarētur. Sed quanto inſtantius huic operi inſiſtebant, tanto Chriſti ſponſa deformior vicerioſiorque apparebat. Tum pater diuinitus circa ſuam ſobolem hoc fieri intelligens, inquirebat ab ea,

### DE S. ANSBERTO EPISCOPO ROTHOMAGEN.

ab ea, vt rùm in virginitatis voto vitam elegiſſet deſinire. Opto, inquit, mi genitor, & totis niſibus exoro altiffimi pietatem, vt continentia & pudicitia, non effrenatæ luxuria, effici merear ſamula. Nam Chriſtus, quem concupiui ſponſum, ipſe mihi hanc corporis inferi moleſtiam, vt animæ tribuat nitorem. Qui mihi cuſtos erit perpetuus, & in virginitatis propoſito concedet perſeuerare perenniter. Delectat hæc vita præſens, pater pie, ſed decipit: quia omne quod in mundo eſt, vanitas eſt & concupiſcentia oculorum: & mundus tranſit, & cõcupiſcentia eius. Qui autem fecerit voluntatem Dei, manet in æternum: ſicut & Dominus manet in æternum. Hęc audiēs pater, illuſtrem accerſiuit Siuinum, & quæ circa præfatum ſuam ſobolem geſta erant, lucidè pandit. Ad hæc Siuinus reſpondit: Voluntatem Domini in omnibus ſequi oportet, neque eius nutui vllò modo contraire velle: cuius iudicia licet ſint occulta, ſemper tamen iuſta. Vocatus quoque aſſuit & beatus Anſbertus, vbi diſſociabilem condit libellum, vt ſancta virgo Angadriſina, nõ ſua, ſed Domini vocaretur ſponſa. Hoc factò, ad Rothomagum vrbem ſancto Antiftiti dirigitur Audoëno, vt eius benedictione percepta, & ſacro velamine operata, in virginitatis propoſito conſecrari mereretur. Quo patrato, priſtinæ pulchritudini & ſpeciei eleganti extemplo eſt reddita, ita vt cuncti audientes dicerēt, quia eam Chriſtus ſibi ſponſam elegiſſet perennem.

1. Iohan. 2.

Redit ei ſua pulchritudo ſacro accepto velamine.

Sequenti quoque tempore ſancta gubernatrix efficitur cœnobij, quod eſt ſitum in pago Bellouaceni, prope muros vrbis Bellouaci. Genitor quoque huius ſanctæ virginis, illuſtris Rotbertus, & frater eius Albertus, auunculi erant ſancti patris Lanberti ſucceſſoris in ordine regiminis beati Vuandregiſii, originem ducentes ex territorio Taranenſi. Ex quibus præfatus Albertus ſub prædicto abbate Lanberto ſequenti tempore in Fontanella monaſterio monachus efficitur.

Auunculi S. Lanberti, poſtea epiſcopi Lugdunenſis.

Post hæc vir Domini Anſbertus in aulam regis, licet nolens, à genitore perductus, ſicut erat acumine ingenij clarus, cœpit eſſe aulicus ſcriba doctus, conditorq; regalium priuilegiõrum, & gerulus annuli regalis, quo eadem ſignabantur priuilegia. Vbi poſt, pia doctrina atque humilitatis exemplis ad Dominum ſe conuertens, ſeculum relinquere, & ad monaſteria declinare curabat. Atque ita in laico adhuc habitu conſtitutus, prædicatione ſanctæ & ſapientiæ doctrina plures exhortando, inuitabat ad præmia felicitatis æternæ: ac ſic quotidie in Domino proficiens atq; ſuccreſcens, gratiam ſibi à Chriſto collatam augmentare curabat. Cum verò coram rege & principibus conſueto more diuerſa muſicę artis inſtrumenta in chordis & tibijs audiret perſonantia, aiebat ſibi: O bone conditor, quale erit te diligentibus canticum indeficiens in cœleſtibus audire angelorum, quamq; ſua ac delectabile ſanctorum choris concinentibus, & laudes tibi creatori indeficienter perſonantibus, ſi tantam mortalibus præbes induſtriam, vt peritia artis ac ſuauiſſimæ cantilenæ prouocent animos audientium, vt te Deũ creatorem omnium deuorè collaudet: Addebatque: Laudate Dominum omnes fideles in tympano Pſal. 150. & choro, laudate eum in chordis & organo, &c. vſque ad finem Pſalmi.

Anſbertus ſit magnus in aula.

Denique in aula regis manens, etiam euangelij non immemor, vbi ait, Niſi quis reliquerit omnia, non poteſt meus eſſe diſcipulus: Deo prouidente, & ſibi inſpirante, elegit militiam relinquere terrenam, & cœleſti regi militare. Tunc igne diuini amoris accenſus, ac ſancti ſpiritus lumine perſuſus, à palatio egreſſus, nullique ſodalium ac ſibi famulantium cõſiteri volens ſuam voluntatem, arripuit iter, quod ad prouinciã ducit Rothomagenſem, peruenitque ad Fontanellam cœnobium, ſitum in territorio Rothomagenſi, ſuper magnum fluuium Sequanæ, vbi ſacerdos Domini clarus Vuandregiſius monaſterium conſtruxerat, atque cum magna monachorum cohorte, ſub ſanctæ regule iugo laudabilem ducebat vitam. Cum verò in eodem monaſterio, iubente viro ſancto, ſecundum ordinem monaſticum in hoſpicio fuiſſet receptus, cœpit miniſtrum humiliter implorare, quatenus ſancti monaſterij patrem mereretur videre. Et cum miniſtri pio patri imperata nunciãſſent, tandem præfatum elegantem iuuenem in præſentiam ſuã adduci fecit. Tum humili proſtratus, Chriſtumque in tanto patre manentem humiliter adorans, poſtulabat ab eo monachum ſe fieri. Nam corpore & mente ſeculo ſe renunciatum aiebat, comamq; capitis ſui in Chriſti amore vt iuberet deponi, obnixè flagitabat. Audiens autem venerandus pater ſanctam & Deo dignam eius poſtulationem, inducias cõſulendi ſuper hoc dicebat habere ſe velle, vt ſicut apoſtolica & monaſtica docet regula, ſciret ad quod venerat. Quibus expletis, ſpiritualium fratrum con-

Reliqua clã aula, cõfert ſe ad monaſterium.



Murat habitum.

filia suscipiens inelytus pater, pia eius vota, veluti postulauerat impleuit, clericatusque habitu decoratum reddiderunt.

Hieronym. Epistola 4. ad Rusticum monachum.

Sicque ex eo tempore coepit ipse vir Dei amore sanctarum scripturarum legendo feruere, assidueque dulcissimos earum fructus intelligendo carpere. Cumque acumen ingenij in presato iuvene beatus pater Vuandregisilus pollere cerneret, diuersorum voluminum copiam concite ei tribui iussit. Quae cum sedule legendo percurreret, cuiusdam sancti patris sententiam reperit scriptam, continentem hunc modum: Monachus viuat in monasterio sub vnius disciplina patris, consortioque multorum, vt ab alio discat humilitatem, ab alio patientiam. Hec & cetera legendo percurrrens, oculosque lachrymarum imbre perfundens, tractare attentissime coepit, qualiter hec operando valeret implere. Primo quidem custodem omnium virtutum humilitatem in corde suo studuit fundamentum iacere, imitans illum, qui ait: Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et ita Christi iugo suauis & oneri eius leui deuota submittens colla, factus est in coetu monachorum cunctis humilior, omnibusque obediens, vigilijs frequens, orationibus assiduus, spiritu feruens, spe gaudens, Domino sine intermissione feruens, Cui etiam data erat ex compunctione cordis per infusionem spiritus sancti effusio lachrymarum. Et cum ante vigiliarum horas confurgens, precibus deuotis incumbens lassesceret, signo tacto ad excitandos fratres, quod laudes Domini decantarent, in conuentu orationis prior omnibus se presentabat: in hoc etiam, sicut & in ceteris actibus, imitabilem monachis viam demonstrans, ita vt vir Dei, qui regimini praerat loci, multos obiurgando corripere, & eorum pusillanimitatem redargueret, pro eo quod praefatus iuuenis nuper conuersus, in Dei opere & obseruatione legis eos preueniret. Et coepit eum charius diligere, sicut monastica docet norma, nitore religionis deuote polentem, omnibus modis diligendum. Quadam namque die in conuentu omnium monachorum, preclarum Domini sacerdotem Vuandregisilum humiliter exorabat, vt licitum sibi foret in opere manuum quotidiano cum licentia patris extra solitum fratrum opus insistere, vt sua mortificaret membra, quae erant sibi obstantia super terram. Hec eo implorante, gratias omnipotenti Deo fratres agentes, admirabantur super eius Deo digna deuotione. Cumque a patre spiritali, quod petierat, sibi indultum gauderet, coepit postulata cum magna implere deuotione.

Præclara de se præbet exempla.

Quodam enim tempore a climate meridiano, distans a presato coenobio passus fere quingentos, hortatu eiusdem viri Dei, B. Vuandregisilus vineam plantare & excolere coepit. Quo in loco presatus vir Domini Ansbertus, dum vna cum fratribus operaretur, Theodoricus adolescens, futurus rex, venatibus, vt sibi gentilium erat, insistens, ad presatum Dei hominem accessit, quia nouerat eum prudentem doctrina, humilem cultu, sanctissimam imitatione. Nam a sancto pontifice Audoeno Rothomagensis ecclesiae, iam fuerat presbyter consecratus. Quem idem homo Christi, & sancta benedictione muniuit, & sacerdotali autoritate de plurimis sanctae doctrinae hortamentis instruxit, insuper & regem eum futurum esse praedixit. Quo negante id futurum esse, respondit vir Dei: Scias, quia honore regni sublimaberis: sed noueris te multa aduersa in regno perpeffurum, sicque laboriosissime triumphum de hostibus tuis adepturum. Quod postea rei probauit euentus. Ad hec adolescens intulit Theodoricus: Si pia omnipotentis Dei ordinatio me in culmine dominantem constituerit regni, opto te dignum Deo fieri antistitem, vt perpetua sanctaque doctrina crescat Ecclesia fidelium. Cumque sacerdos indignum se tanto onere ferendo diceret, ipsumque ex successione hereditaria regni fastigia amplius conscendere debere intimaret, & ille adhuc dubitans permaneret, adiecit vir sanctus: In hoc noueris meis fidem accommodandam verbis, si hodie hyemali tempore locus, in quo tabernaculum consistit, qui nunc tritus ob vestigia calantium videtur, viridior produxerit herbam, sicque iuxta vestigia eiusdem tentorii, ceteris agri partibus viridior maneat in auum. Quod ita secundum sermonem hominis Dei euenisse, omnibus illud aduentibus indicium est, ita vt vsque ad hanc diem locus ille viridior reliqua agri parte appareat, in modum tentorii ibi quondam fixi, siue hyemali, siue aestiuo tempore. O magna & inelyta istius sancti gloria, cuius laudabile meritum tali voluit omnipotens signo demonstrare: vt qui veluti palma in domo Christi florebat, tali presagio virtutis manifestaretur populis. Et cum praedictus vir Dei ab opere manuum paululum vacasset, paruissimo refocillatus somno, rursum meditationi diuinae omni conatu erat insistens. Cumque

Ansbertus praedicit Theodorico adolescenti, illum regem esse futurum.

Locus perpetuo viridior.

Cumque

Cumque tantae humilitatis atque obedientiae seu deuotionis lumine radiaret, verae charitatis feruor omnium circa illum corda inflammauerat, vt miro a cunctis veneraretur affectu. Ipse vero semper ardens desiderio futurae gloriae, indeficiens erat in opere Domini.

Ergo opere precium videtur nunc narrare, qualiter vir sanctus in regiminis loco subrogatus & constitutus sit. Denique cum inelytus Domini sacerdos Vuandregisilus per viginti fere annorum spatia hoc coenobium a primo aedificationis die in regimine tenuisset, iamque foret in decrepita aetate positus, ante transitus sui ex hac vita diem languore correptus, ad extrema peruenit. Interrogatusque cum lachrymabili voce vniuersum agmen monachorum, quem ex semetipsis eligerent rectorem. Quibus fertur tale reddidisse eloquium: Duo sunt in presentia nostra, charissimi filij mei, hos subrogate rectores. Meumque fragilem recessum precibus vestris protegite, atque mearum admonitionum semper memento. Christo, summo pastori, vestri hodie curam committo, qui vos vsque in finem perenni tutela conseruet. Quo in celestis regni societatem ab angelicis choris suscepto, omnis caterua monachorum, Christi Domini exorat pietatem, triduanum celebrans ieiunium. Quo expleto, iubente Deo, eligit famulum Domini Lantbertum, religione preclarum & genere nobilem, ex territorio Taruanensi ortum: cuius genitor Erlebertus vocabatur, qui plurima praedia praedicto loco Fontanellensi in eadem Taruanensi regione felici munere largitus est. Erat autem venerandus pater Lantbertus charitate plenus, pudicitia supereminens, fide firmus, consilij prouidus, in bonitate laudabilis, in colloquijs affabilis, vultu & statura decorus, venerandus omnibus, & in Christi religione feruens: Et inspirante gratia diuinae charitatis, beatum Christi famulum Ansbertum idem venerabilis pater venerabatur vt patrem, diligebat vt filium. Eratque eis in Domino cor vnum, & anima vna. Is autem, qui regiminis susceperat curam, ad consulta sancti patris Ansberti, in tractando gregem Christi secundum normam patrum sanctorum, strenue cuncta atque irreprehensibiliter gerebat. Quorum exemplis pia actionis ac verborum sedulis exhortationibus plurimi excitati, carpebant itinera sanctae conuersationis.

Vuandregisilus obiit in Domino. Lantbertus succedit Vuandregisilo. Lantberti virtutes.

Huic venerando patri Lantberto Theodoricus rex, filius Clodouici regis & Bathilde reginae, largitus est patrimonium aliquod, cuius est vocabulum Dufera, quod situm erat ultra fluuium Rhodanum in regione, quae proprie vocatur Prouincia, eo videlicet modo, vt hoc praedium monachis in coenobio Fontanellae morantibus luminaria ministraret in ecclesia, in oleo & ceteris huius rei necessarijs. In quo loco praedictus pater egregium condidit coenobium monachorum, directis ex coenobio Fontanella monachis, qui illud laudabile opus diligenter executi sunt. Et de praedio paruo magnum habitum extat monasterium monachorum, & in illa regione ab alijs praecipuum. Quod per multa annorum curricula ditioni presati monasterij Fontanellensis subiectum erat, donec diuisione regni, & discordia principum, & incursione nefandae gentis Agarenorum, cum alijs venerabilibus locis aliquanto depopulatum tempore, finem subiectionis fecit.

Dufera attribuit monasterio Fontanellensi.

Sub huius etiam regimine, beatus Ermelandus ex praedicto monasterio Fontanella, rogante venerabili pontifice Paschario Nemetensis urbis, in eandem regionem Nemetensem ab ipso patre Lantberto directus, in quadam insula aluci Ligeris, quae vocabatur Antrum, iuxta nominis eiusdem proprietatem monachorum venerabile aedificauit coenobium. In cuius largitione praedictus antistes Pascharius statuit, vt post decessum eiusdem venerandi patris Ermelandi, ex monasterio Fontanella per cuncta succedentia tempora sibi instituatur rectores, vniuersi presati loci habitatores, veluti largitiones eiusdem loci, quae adhuc in presato monasterio Fontanella seruantur, apertissime declarant.

Monasterium ab Ermelandi do constructum.

Praedicto etiam patre Lantberto regimen loci tenente, beatus Christi pontifex Erenbertus Tolosae urbis, & sanctus presbyter Condedus & anchoreta, Britannia insula ortus, in praedicto monasterio Fontanella Deo dignum & nomen assumpserunt & habitum. Plurima enim de tanto patre, nisi ad alia festinassemus, Deo digna & loco vtilia, per eum & sub eius regimine gesta, dici poterant, quae in eius gestis olim plenius memoriae tradidimus posteris intimanda.

Erenbertus episcopus & Condedus presbyter petunt monasterium.

Quo vero ordine in Lugduno, celeberrima vrbe Galliae, pontifex sit subrogatus, breui sermone narrabimus. Defuncto igitur sancto Genesio, presule eiusdem urbis, cuius Deo dignam vitam laudabilia comendant gesta, illico pius rex Theodoricus & inelytus princeps Pipinus, Ansegisili filius, confobrinus videlicet beati patris Vuandregisili, cum

Lantbertus  
nolens sic  
episcopus  
Lugdunensis.

proceribus palatij salubre cōsiliū, diuina vtiq̄e prouidente iussione, in præfata vrbe cum vnanimi eiusdem regionis populi voto, eiusdem vrbis eum constituerunt antistitem. Sed cum diū, humilitate nimia renitens, nollet suscipere, regali iussione & sacerdotali electione compulsus, præfate metropoleos vrbs ordinatur pontifex. Sicq̄e ad eandem prouinciam cum honore sacerdotij sui condigno directus, humilitatis ac sanctæ prædicationis piæque actionis exemplis, gregem Christi sedulo moderamine irreprehensibiliter rexit. Ibiq̄, à Domino vocatus, vinculis terrenæ corruptionis exutus, ad supernæ ciuitatis gaudia feliciter migravit.

Ansbertus  
præficitur  
monasterio  
Fontanel-  
lensi.

In prædicto verò cœnobio Fontanella, post recessum sancti pontificis Lantberti, diuino nutu iuuante, vnanimis eiusdem congregationis monachi beatum Ansbertum sibi elegerunt præesse rectorem. Ipse autem post susceptam regiminis curam, assidue meditabatur, quale suscepisset onus, videlicet commissi à Domino gregis regere animas, & multorum seruire moribus. Et quia erat apprimè sanctarum scripturarum scientia imbutus, commissio sibi gregi indefinenter erogabat pabula æternæ viriditatis, verbis & actibus itinera monstrans sanctæ conuersationis. Erat enim sicut ceteris prælatus, ita cunctis humilior. In vestitu vilis, in cibo mediocris. Abstinentiæ iugi deditus, pudicitia ornatissimus, hilaritate cordis & corporis clarus, patientiæ virtute ac charitatis obsequio, eleemosynarumq̄e largitionibus abundantissimè cumulat. His virtutum sanctarum operibus adornatus, in medio fratrum veluti lampas refulgebat accensa. Quadam nanque die, cum more solito edicta legis diuinæ in conuentu omnium recitaret, ita ex affluentia eloquiorum illius nimio charitatis ardore reddita sunt audientium corda flammiuoma, vt plurimi ex illis ad lachrymas compulsis, immensas omnipotenti Deo gratias redderent, dicentes: Benedictus Deus, qui talem non nostris merito, sed suæ pietatis intuitu dedit nobis rectorem. Diligebatur enim à cunctis, vt verus pater: &

Amari ma-  
luit quàm  
timeri.

ipsi ab eo, sicuti deuoti filij. Ipse autem studebat semper plus amari, quàm timeri, & perwigili cura in animabus saluandis animū defigere. Cum igitur eiusdem beati viri prærogatiua meritorum longius claresceret, confluēbant passim ad eum plurimi, saluationis suæ salubria expetentes consilia. Et quoniam sacerdotij dignitate fulgebat, confluētiū ad se confessiones suscipiebat, monita eis salutis impartiens, quomodò salui esse possent, & vias iustitiæ sine defectu alicuius tēdij immobiliter retinerēt. Cuius doctrina & exhortationibus plurimi corroborati municiq̄e, ad conuersionis festinantes gratiam, plurima deferebāt dona in speciebus diuersis preciosorum metallorum, sed & possessionum prædia nonnulla, in diuersis sita territorijs: quæ cuncta curio susceptor, inspectis testamentis seu largitionibus eorundem fidelium, facillè reperit. Quæ etiam, vt multis liquidò patet, multimodam millenarij numeri effecerunt summam. Erat enim secundū Deū religionis sanctitate omnimodis ornatus: in seculi quoque astutia prudens: eiusque bonitatis ac religionis opinio longè lareque laudabilis, immò imitabilis vbiq̄e percucurrit.

Aedificia  
& beneficia  
in pauperes  
collata.

In præfato nanque venerabili Fontanelensi monasterio, inter felicia bonitatis suæ gesta, etiam xenodochium imbecillium ac decrepitorū pauperum, instar duodeni Apostolici numeri, constituit, deputatis eisdem rebus, quæ sufficienter præberent alimoniam. Alias quoque duas constituit in eodem monasterio pauperum Christi debiliū mansiones, quas in octonario ex multis sacro numero, singularim octonos habitare fecit. Quibus sine indigētia quotidianum largiri vitium perenniter censuit. Horum vacatio nulla erat alia, nisi horis constitutis diurnis nocturnisve, in domo Domini residere, orationi ac vacatiōi diuinæ deuotè insistere, ac tempore sancti sacrificij pro salute & saluatione populi Christiani, Ecclesiæque catholica vbiq̄e diffusa victimam salutarem offerre. O magna & inclyta istius sancti patris opera, quæ non tantum verbis volant, quantum virtutibus constant.

S. Audoēni  
obitus.

Sed his interim omiſſis, nunc iuuante superne pietatis gratia, narrare aggredior, qualiter idem vir venerandus pontificatus conscenderit gradum. His enim diebus contigit, vt beatus Audoēnus, Rothomagensis vrbs pontifex, plenus virtutibus & sanctis actibus, à Domino vocatus, migraret è mundo feliciter. In cuius exequijs beatus pater Ansbertus, vnà cum aliquibus monachorum suorum, clericorumq̄; ac sacerdotū Christi cohorte plurima affuit. Qui vigilias eius sacre depositionis solenniter celebrantes, dignis exequiarum honorarunt debita seruitute obsequijs. Post cuius sacrum transitum,

tum, nè ecclesia de pastore amisso iacturam pateretur, cuncti Rothomagensis vrbs ciues, missa petitione ad Theodoricum gloriosum regem, cum eius permisso & autoritate, beatum Ansbertum sibi elegerunt consecrari antistitem. Quorum electioni congaudens rex, quoniam in eodem sancto patre sapientiam affatim redundare & religionem pollere cognouerit, ilicò eorum annuens petitionis electioni, ex templo legatos dirigit, qui eundem Christi famulum regias perducerent ad aedes. Nec mora: legati ad beatum patrem Ansbertum peruēientes, mandata regis pandunt, ad aulam regiam ire compellunt. Morabatur enim præfatus rex in villa Clypiaco, quæ sita est in Parisiaco territorio, vbi conuentum magnum populorum habens, de vtilitate ac tutela regni tractabat, vt ad eius consilium, veluti agere consueuerat, (nam confessor illius erat) de regni negocijs tractaret. Sed cum supradictus vir Dei hoc audisset, ilicò agnouit, non aliud ista euocatione fieri, nisi electioni ciuium Rothomagensium in ipso, regem assensum præbere velle. Fertur etiam legatis regis respondisse causa eximie humilitatis, indignum se fore officio curæ pastoralis. Qui festinanter retulerunt regi, nunciando quale responsum acceperant. Secundò quoq̄; ad eum mittens rex, callidè intulit, nullo modo contra suam voluntatem, postquam vnà loquerentur, super ordine pontificatus agere se velle. At ille, vt erat sanctæ simplicitatis sapientia plenus, ad eundem regem ire deliberavit. Tunc eligentibus ciuibus præfate vrbs metropoleos, cum vnanimi voto sanctorum sacerdotum, regis & principum eligitur, trahitur, atq̄; in eodem palatio à S. Lantberto Archiepiscopo sedis Lugdunensis, alijsq̄; sanctis præsulibus, qui ad hoc generale placitum conuenerant, in pontificem consecratur ecclesiæ Rothomagensis, diuina vtiq̄e prouidente ordinatione, vt qui in paucis fidelis existerat, supra multa à Domino constitutus, abundantem daret suæ in tempore familiæ tritici mensuram.

Ei successore  
eligitur S.  
Ansbertus.

Ansbertus,  
regis cōfess.  
sacris.

Cōsecratur  
pontifex ec-  
clesiæ Ro-  
thomagen-  
sis.  
Luc. 12.

Deindè in pontificatus honore & onere sublimatus, cœpit opere sanctitatis amplius clarescere, prædicationis lumine vbiq̄; radiare, & veluti lucerna accensa, non iam sub modio, sed super candelabrum posita, errorum tenebris depulsis, viam veritatis cunctis monstrare, pietati & misericordiæ erga omnes operam dare, pauperum indefinenter curam agere, viduarum & pupillarum causas defendere, peregrinorum & hospitem susceptionibus magnoperè studere, eleemosynarum distributionem largiter & hilariter cunctis administrare. Hæc & his similia exempla subiectæ sibi plebi indefinenter festinauit monstrare. Floruit enim sub ipso Christi ecclesia, sicut monasterium antè floruerat. Creuit gratis, decreuit metallis. Aliquando enim ingrediens locum, vbi ecclesiæ thesauri reconditi erāt, ipsos sibi iussit præsentari & aliqua distribui, plurima reseruans, vt eleemosynæ pia largitio è sinu sanctæ matris ecclesiæ cum pietatis fructu benignè procederet. Nam quæ ociosè diū congesta fuerant, ad reprimendam famis validæ penuriam, quæ tunc populos vndiq̄e grauiter premebat, dignis tandem indigentium vibus deputauit, & dudum defunctis thesauros suos misit. Alieni temporis vitia, dispersionem fecit suam. Contigit enim tunc pauperum turbam præforibus conclamare, eleemosynam petendo. Quibus ille auditis, ac reminiscens diuinæ sententiæ dicentis: Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & nō exaudietur: largiter eis eleemosynam tribuit, cunctosque gaudentes redire fecit ad propria. Sicq̄; postmodum cum in sede vrbs suæ Missarum solennia solenniter celebraret, populi diocesis suæ vndiq̄e ad eum confluerant, virorum ac mulierum multitudo magna. Lecta autem sancti euangelij lectione, conuersus ad populum, multa cœpit eis venturam prædicere, aduersa simul & prospera esse cauenda, & vt nec vnum frangeret, nec alterum extolleret. Aeternæ felicitatis premia, auida intentione esse quærenda commonuit. Et cum multa eis præsentia ac futura per illustrationem sancti spiritus prænunciaret, ex tam excellenti prædicationis gratia sibi data, omnes compuncti & igne diuini amoris succensi, ad penitentiam agendam, & cætera bonorum operum exercitia peragenda accensi sunt, grates omnimodas agentes summo omnium bonorum largitori, qui talem eis non sui merito, sed propria pietate concesserat doctorem, vt eorum temperaret multiformiter mœrorem de eo, quem nupèr corporali visu amiserant, pastore. Et quia cuncta gaudebat ecclesia super pio pastore, vrbs congratulabatur egregio prædicatori, & patria omnis exultabat magnificè in tam sapiente ac prudente consiliario. Expletis autem Missarum solennijs, cunctos ciues, nobiles videlicet & ignobiles, introduci iussit ad præparata conuiuia. Vbi cum ordinatè & dispositè fecisset omnes

Frou. 21.

Multa ven-  
tura prædia  
cit populo  
in cōcione.

2. Cor. 8.

Marth. 25.

discumbere, ipse ad mensam pauperum refedit, imitans illum, qui cum esset diues, propter nos pauper factus est: qui etiam in retributione iustorum diciturum se esse promissit: *Quandiu fecistis vni de minimis his meis, mihi fecistis. O quam praeclarum pontificem, qui suae familiae duplicem dabat alimoniam quotidie, cum & corpora replebat cibo terreno, animasque reficiebat verbo diuino.*

Concordiae  
& charitatis  
quam  
fuerit stu-  
diosus.

Cum vero pro salute animarum attentissime vigilaret, etiam archidiaconos conuocans, de praedicatione populorum & ecclesiarum restauratione & honore, maximam gerere curam sedule commonebat. Censuram etiam, qui de vicis publicis canonico ordine ad partem pontificis per solui consueuerant, gratuita benignitate in restorationibus ecclesiarum benignissime presbyteris indulserat earundem Dei aedium. Studebat enim amore potius regere, quam terrore dominari. Denique vt primum pontificale potius est gradu, prima ei cura concordiae fuit, & praecipuus labor fraternam dilectionem inuolabilem custodiri. *Iam vero illam suam pro suam in omnes charitatem, nulla vnquam ad plenum effari valet lingua.*

Eius studii  
erga Fontanel-  
nellensium  
conuocatum.

Interea dum multimodam eius in omnes gratiam memoro, etiam super Fontanelensis coenobij sancta monachorum congregatione quantam sollicitudinem & peruigilem curam indefinenter habuerit, testatur inter reliqua prerogatiua eius gesta, etiam priuilegij sui autoritas, quam praedicti coenobij habitatoribus ob Dei amorem & sanctorum reuerentiam summa deuotione edidit. Denique cum sanctorum sacerdotum & omnium civium Rothomagensium electione & gloriosi regis Theodorici consensu, in pontificem consecratus fuisset, nimio dilectionis feruore, quem erga praedictum venerabile coenobium semper habuerat, priuilegij sui autoritatem eidem edidit, vt per succedentia tempora secundum sancti patris Benedicti regulam, & vt praecedentium regum, Clodouei videlicet & Clotarij, simulque Childerici & Theodorici priuilegiorum autoritates docent, ex semetipsis sibi perennibus temporibus abbatem eligerent. In qua etiam iustae alligationis verbo praesentes futurosque, qui ibidem Domino militaturi erant, constringit, vt sicuti sub eius regimine, ita & deinceps & ipsi & posterorum, secundum regulam sancti patris Benedicti fideliter Christo deseruirent. Quod si aliquando peccatis exigentibus aut negligentia pastoralis, a via rectitudinis & obseruatione regulae sancti Benedicti, in futuro deuiare conarentur aut cogentur, tunc conuocatio sanctorum sacerdotum, reliquorumque militum Christi vnanimiter fieret, eorumque per consilium in pristinum reducerentur statum. Si vero hac pontificali auctoritate postposita, qualibet cauillatione sinistram elegerint vitam ac conuersationem tenere, sub vinculo anathematis aeternaliter se damnandos scirent.

Flouit an-  
no Christi  
682.

Synodus  
Rothomagensis.

Facta est autem haec priuilegij autoritas sub anno Dominicae incarnationis sexcentesimo octogesimo secundo, Indictione decima, qui erat annus praefati gloriosi regis Theodorici tertiusdecimus, & praefati venerandi praesulis pontificatus annus quintus, in Synodo generali, Rothomago vrbe habita, vbi plurima Deo accepta & sanctae ecclesiae vtilitibus profutura disputata sunt. Affuerunt quoque & sancti pontifices, alijque venerabiles viri, ab ipso praecipuo praesule euocati, quorum subter tenentur nomina ascripta: Ansbertus archiepiscopus vrbs Rothomagensis, huic concilio praefuit & subscripsit. Radbertus episcopus. Regulus episcopus. Airadus episcopus Carnotena vrbs. Audoenus episcopus Pictaenensis vrbs. Aquilinus episcopus Ebroicinus vrbs. Cadoenus episcopus. Arnorius episcopus. Saluius episcopus. Desiderius episcopus. Fulcranus episcopus. Iohannes episcopus. Vuillebertus episcopus. Gerebaldus episcopus. Baiocassinus vrbs. Taurinus episcopus. Annobertus episcopus Sagiensis vrbs. Celsus abba. Audomarus abba. Scladio abba. Bosochindus abba. Genardus viccedominus gloriosus antefati magni pontificis. Ermentranus, Ferrocinctus & Fortianus archidiaconi venerandi. Aderat quoque presbyterorum residentium & diaconorum circumstantiam magnus numerus. Ragnomirus lector huius sancti Concilij gesta, & hanc priuilegij autoritatem, ipso sancto pontifice iubente, recognouit & subscripsit.

Confluentibus autem ad se potestatis, feruentia Christi mandata, deuoto animo seruati semper hortabatur idem praesul venerandus, magnasque Christo gratias agendas commonebat, qui morte & resurrectione propria mortem nostram spe resurrectionis animauit, aeternam vitam offerens, discusso aeternae mortis horrore. Sicque vitam suadebat

debat tenendam, ne vitae extrema timerentur. Inter reliqua autem bonitatis suae opera, quae in episcopatu gessit, qualiter etiam venerabile sancti antistitis Audoeni corpus Christo propitio in eminentiorem locum ecclesiae S. Petri, quae sita est in suburbano vrbs Rothomagensis, transfulerit, narrare aggredimur. Cum itaque de diuersis prouincijs plures congregasset artifices, condidit super eius sepulcrum repam mirae magnitudinis, preciosis metallis auri argenti que decoratam, gemmisque preciosis adornatam, sicut vsque in praesens humano visui apparet. Constituta ergo die, in solennitate ascensionis Domini, sacerdotum ac monachorum reliquorumque, clericorum adunata multitudine, ipsum sacrum corpus leuari fecit cum reuerentia magna & hymnorum laudibus clero personante atque in abside praefati S. Petri apostoli ecclesiae recondidit feliciter cum gaudio & honorificentia magna. Intererat autem in hoc sancto conuentu, inter alios viros venerandos, etiam clarissimus Genardus viccedominus, qui magna preparari fecit conuiuia, quia plebs innumera ad tam venerandi praesulis translationem sanctam vndique conuenerat. Completis autem Missarum solennijs, praefatus Genardus cum viris nobilibus, iussu sancti pontificis, ad conuiuandum refedit: pontifex vero clarus Ansbertus more solito cum peregrinis & pauperibus discumbens, cum ipsis epulari gaudebat. Nam ipsa die ministri officium gerens, pauperibus & egenis obsequium in eorum refectioe humiliter exhibebat. Erat enim iucunda facie hilarique vultu, quia minister esse meruerat pauperum: immo Christi Domini, qui illis, qui pauperibus benignè faciunt, praemia se largitum promissit aeterna. Magna illi inter haec aduenam & hospitem cura. Aderat praeterea munifico animo par substantia, pari fide ministrata. Et non solum indigentibus alimoniam tribuebat sufficienter, sed etiam tegumenta corporum & numismata largiter offerebat.

Transfert  
corpus S.  
Audoeni.

Inferuit  
pauperibus  
ad mensam  
sedentibus.

Hinc iam ex diuersis regionibus diuersarum personarum frequens ad eum concursus erat, quos per se & per probatos viros, & munere exhortationis, & benedictione pontificali Deo digna ditabat, & subsidia corporae necessitatis hilariter & sine defectu tribuebat. Mirabantur enim plurimi, vnde tam copiosa prodiret pij dispensatoris substantia. Nam etsi aliquando contigisset exhausti dispensationis substantiam, fides tamen semper mansit solida. In praedicta vero sancti praesulis Audoeni translatione veneranda, omnes eiues propriae vrbs Rothomagensis, necnon & habitatores monasteriorum circumadiacentium, clerici videlicet ac sanctimoniales, de dato ipsius praesulis venerando vbertim rescisi meruerunt. Factaque est deinceps per succedentia tempora in commemoratione beati pontificis Audoeni illius vrbs ciuibus haec dies solenniter celebris. Ipse autem egregiae conuersationis pontifex, semper reminiscens plebis sibi a Domino commissae, frequenter iuxta ministerium sibi traditum, parochias circumibat proprias, praedicationis sanctae rorem & pia conuersationis dulcedinem indefinenter eorum instillando mentibus. Qui etiam ad hoc diuini ministerij opus, probatae conuersationis viros semper secum retinebat, quorum iuuamine fultus, populum sibi creditum aeternae visionis deduceret ad regnum. Sic vnus praedicationis gratia dispensatores multos habebat.

Visitat sua  
dioccesin.

Sed humani generis hostis, aemulus semper bonorum, cuius inuidia mors propinata est homini, callidissima egit arte, vt vir splendidus mundo, splendidior in Christo, propria priuaretur pontificali sede, essetque detrimentum plebis, ablatio tanti pastoris. Nam cum inter principes Francorum saeva esset exorta discordia, ob multiformem regni diuisionem, callidus humani generis hostis malignorum contra Dei famulum fauere fecit inuidiam, qui Pipino principi fraudulenter suggererent, praefatum virum sanctum aduersus eum contraria tractasse consilia. Decedente enim de ordine principatus Vuarratone illustri, & eius filio ac supplantatore nefando Gislemaro, Pipinus praefectoriam administrationem Domino largiente adeptus est. Quo tempore incusatus apud ipsum principem, praefatus pontifex sanctus, iussu eiusdem exilio deportatur in Altummontem monasterium, quod est situm in territorio Hannoniensi super Sambre fluuio. Cui tempore illo praerat venerabilis Halidulphus abba. Nullo extante crimine, humiliter exilij subiit arumnam. Perueniens vero ad praefatum coenobium, cepit assuetis sanctae conuersationis ac pia religionis operibus cunctis eiusdem loci habitatoribus monstrare lucis exempla. Quos quidem in diuina religione feruentes inuenit, sed infra parui temporis spatium exemplo & doctrina sua feruentiores reddidit. Etenim

Gene. 3.  
Sap. 2.

Defertur  
apud Pipi-  
num ab  
aemulis.

Deportatur  
in exilium.

iciu.

ieiuniorum instantia ac vigiliarum proluxa pernoctatione indefinenter se affligebat, orationum ac lachrymarum imbre assidue rigabatur. Cui omnipotens hanc contulit gratiam, ut vniuersi loci habitatores, cernentes eius in Christo imitabilem deuotionem, ex templo eum vnico diligenter affectu, nulloque temporis intervallo, opportuno eius abesse vellet colloquio. Nam & infra ipsius ambitum cœnobij plurima habitatorum vtilitati dictauit opera, quæ hodieque eorum necessitati manent vtilia. Sed verus futia hostis antiqui instigante, malignorum aduersus eundem virum Dei accensa est inuidia, qui prædicto principi iterum moliebantur suggerere, ut maiora ei inferret exilij detrimenta. Quapropter præfatum venerabilem patrem Halidulphum accersiens idem præclarus pastor, ad prædictum excellentissimum principem vnâ cum alijs viris venerandis direxit, satisfaciens humiliter eius animi voluntati, adiciens etiam se non sua sponte episcopatus suscepisse gradum, sed iussione principum & electione ciuium humiliter suscepisse illud ministerium. Quapropter pergens prædictus cœnobij pater ad eundem inclytū principem, superno iuuamine fretus, petita concitè impetrare meruit. Reminiscens etiam idem princeps propinqui sui, sancti patris Vuandregifili, sub cuius sancta disciplina præfatus sanctus pontifex Ansbertus olim regulari ordine alius fuerat, quæcunque perperam gesta fuerant, clementer indulgit: insuper & ad sedem propriæ vr̄bis reuertendi licentiam tribuit. Sed nè hoc fieret, diuina vocatione præuentus est, ut in sequentibus dicemus.

Non potest  
quiescere  
inuidia.

Permittitur  
redire  
ad sedem  
suam.

Rediens autem præfatus venerandus abba Halidulphus, mandata principis pandit. Ad hæc idem sanctus pontifex: Gratias tibi bone Iesu, qui dirupisti vincula seruitutis, & tribuisti verba placentia in conspectu principis, & liberasti me de manu insurgentium contra me, & iniecasti mihi etiam in hac exilij ærumna vincula amoris tui. Memorans verò, quod alicubi legerat, quia magni viri multa patiuntur, & ut alios pati doceant, nati sunt in exemplum: semetipsum in spiritu humiliato & animo contrito incessanter affligere non cessabat, offerens altissimo quotidianæ laudis holocausta dignissima. Nam si tempore persecutionis Neronianæ aut Decianæ interfuisset, nulli dubium, quia pro confessione Christi Domini nec vim ignium, nec laniam bestiarum, nec eculei suspendium, postremò nec gladium pertimesceret persecutorum.

Sentiens verò ex reuelatione diuina, diem vocationis suæ imminere, (nam & angelicam super hoc meruit visitationem) misit iterum ad prædictum religiosum principem Pipinum humilem petitionem, ut licitum foret eius corporis membra ad cœnobium referri Fontanellense, vbi dudum regulari ordine Domino militauerat. Qui eius annuens petitioni, ut ita liberè fieret, ex templo concessit. Et licet pauci cum eo essent è suis, plurimum tamen confortabantur à Domino: quia valde minus indigebat idem pater humano solatio, qui fruebatur angelico obsequio. Die enim quinto Iduum Februariarum, imminente vocationis suæ hora, conuocans fratres, celebrari sibi sacra fecit Missarum solennia. Deindè perceptione corporis & sanguinis Domini se muniens, ac sanctæ crucis vexillo se cunctosque circumstantes signans, somno vltimo exceptus, in mortis quiete dormiens, transijt feliciter è mundo, & ab angelicis choris anima eius sancta, generosa, sincera, & ab omni contactu mundi incontaminata, in consortium Sanctorum & felicitatis perpetuæ, in perpetuum collocanda, suscepta est.

Sub obitum  
vult sibi  
Missam ce-  
lebrari, & se  
muniri eu-  
charistia  
signoq; S.  
Crucis.

Calli in ge-  
nibus & cur-  
bitis.

Cum verò post lauationem corporis ad induendum illud ventum esset, inuenerunt in poplitibus genuum & brachiorum cubitis, ob prolixam precum instantiam, obduratam cutem. Sicque quod egerat viuens, mortificans membra sua, caro pandebat defuncta. Itaque sanctum illud corpus magna fidei ambitione vestitum est, ac desuper linteis ceratis obuolutum: quia ipse prædixerat hoc sibi à Domino impetratum esse, ut ossa sua in prædictum Fontanellense cœnobium tumulanda deferrentur. Sicut enim sanctis altaribus Christi assistere consueuerat, ita indui eum fratres curarunt. Sed cum sudarium cera litum, capiti eius imponere vellet, visus est aperuisse oculos, effigiem præferens viuens, ita ut aliqui dicerent eum esse rediuuum. Nam ad spectus faciei eius multum erat roseo perfusus colore. Quidam verò dicebant, pro sudario cera imbuto quasi indignatum esse. Viderunt enim non sine sua gloria, gloriam Dei in sancto suo triumphantem. Nam & illa exequiarum religio, fidei deuotio erat. Et tam lætum erat talem habuisse patronum, quam graue talem amisisse. Postea sepeliunt eum cum decore & honorificentia summa. Cum verò lampas, liquore olei plena, ante eius

Honorifica  
eius sepul-  
tura.

sepulcrum à fidelibus accensa fuisset, & die noctuque indefinenter non solum arderet, sed etiam redundaret, & hoc factum fratres mirarentur, ac diuinæ deputarent gloriæ, posuerunt aliud vas, in quo distillantia eiusdem olei diuinitus elati refunderetur. Omnia & inclyta, pastor Ansberte clarissime, & felix gloria tua. Non enim indigebat meritum tuum signis probari, quia admirabilis & gloriosa tuæ conuersationis operatio, plena virtutibus, perpetuum sanctarum virtutum signum ministravit. Sed quid plura? Multa quidem signorum miracula in eodem loco per eum operari dignatus est Dominus.

Multa sunt  
miracula.

Cum verò septem decemque dierum orbita finiretur, legati, qui ad præfatum principem directi fuerant, reuersi sunt, licentia ab eo accepta, ut licitum eis foret eum transferri, quòd ipsius decreuerat voluntas, nullo eius sanctæ ordinationi resistente. Cumque sepulcrum eius aperuissent, & putarent venerabile illius corpus ob tam prolixi temporis intervallo iam foetere, tanta suauissimi fragrantia odoris inde manauit, quasi diuersis aromatum floribus ac balsami guttulis omnis repleteretur ecclesia. Et cum fratres, qui ad eum visendum ex propria prouincia aduenerant cum his, quos secum in exilio habuerat, ablatis ab eo vestibus, cum quibus in sepulcro reconditus fuerat, mutare eas vellet, noua eum indumenta indui cupientes, veluti fecerunt, inuenerunt in brachijs eius signum Dominicæ crucis, rosei coloris similitudinem gerens, ut patenter cunctis daretur intelligi, quia cuius arma viuens portauerat in corde, eius stigmata defuncti monstrarentur in corpore. Indutum deindè veste pontificali, positumque in lectica, prælatis ante ipsum aromatibus & incenso, susceperunt illud venerabile corpus ciues, qui aduenerant, Rothomagenses, monachi que cœnobij Fontanellensis: sicque gestantes onus, ouantes stentisque arripiunt iter. Comitabatur etiam prædictus venerabilis Halidulphus abba, cum plurima suorum frequentia monachorum, ac plebe innumera vtriusque sexus, cum sanctæ crucis vexillis diuersis, cereisque ac lampadibus, hymnorum nihilominus canticorumque diuinorum carmina in eius laude dulci modulatione canentes, & in dissonis diuersarum linguarum choris, amorem consonum habentes: quia ut valde lætum erat, talem habuisse patronum: ita suaue, recepisse patronum. Et cuius ossa sancta venerabiliter gestabant in terris, in caelestibus eius sibi patrocinia confidebant adesse. His fidelium turmis populorum preciosi confessoris venerabile corpus stipatum, & canticis honoratum, vsque ad Fontanellense perlatum est cœnobium. Halidulphus tamen venerabilis abba vnâ cum comitibus sancti itineris, qui sibi famulabantur, vsque ad Venittam villam regiam, quæ sita est in pago Bellouacensi secus fluuium Iseram, cum ingenti reuerentia profecutus est.

Signum Do-  
minicæ cruce  
in bra-  
chijs defun-  
cti.

Cum multa  
honore  
corpus eius  
ducitur ad  
Fontanellense  
cœnobium.

Cum autem iter ceptum carpentes, in villam, quæ dicitur Solemnium, quæ est posita super fluuium Saue in territorio Hannoniensi, causa hospitij, ob prolixi itineris fatigationem & refocillationem suam diuertissent: ibi accurrit quidam homo, filiam portans propriam, paralytico morbo membris dissolutam, quæ nec pedibus incedere valebat, sed quasi mortua videbatur, clamans, magnisque precibus stendo merita sancti præfulis implorans Ansberti, ut vnicam eius sanaret filiam. Cumque à ministris & custodibus sanctissimi corporis secus feretrum ipsius ea permissa fuisset nocte morari, totaque nocte illa vigilijs ac hymnis insisterent diuinis, manè facto, inuenit eam pater eius sanam. Atque ita gaudens, gratesque omnimodas Deo ac sancto persoluens præfuli Ansberto, cum filia propria ouans redijt in sua. Quam mirabilis Deus in sanctis suis, qui per famuli sui Ansberti gloriosa merita, huiusmodi fecit miraculum?

Paralytica  
curatur.

Cum ergo haberent loca denominata, ad quæ manendi gratia declinare debuissent, ad quandam accedentes villam, optabant in ea requiescendo venturam transigere noctem. Sed cum ad eam diuertere vellet, sanctissimi præfulis venerabile corpus veluti onus ingens inter manus ferentium immobile mansit. Dein addentes maiora hominum solatia, sed nihilominus, ut prius, immobile erat. Cumque diuinitus hoc intellexissent acitari, aliamque itineris se conuertissent in partem, illicò motu celeri, comitante virtute diuina, peruenerunt ad locum aptum, & ut creditur, Deo sanctoque antistite dignum ad manendum. Ac sic deinceps per cuncta pij itineris loca tribuit omnipotens cõgrua seruis suis adminicula, ad famuli sui membra deferenda. Venientes verò ad præfatam villam Venittam, illic affuerunt obuiam sancti præfulis corpori

Corpus san-  
cti non po-  
test loco  
moueri.

com-



comprovinciales vrbs Rothomagensis episcopi & sanctorum coenobiorum patres, cum venerabili Domini clero, propinquisque eiusdem sancti pontificis, ac innumera- bili vulgo vtriusque sexus cum deuotione magna: coeperuntque ante illud ire psallen- do. Indeque Halidulfus venerabilis abbas cum comitibus itineris sui, ad \* propria re- uertitur coenobij habitacula.

Illud quoque miraculum, quod in Fraxundo villa, quae sita est in pago Bellouacen- si, per eundem Christi famulum gestum est, placuit conscriptionis stylo tradere. Cumque ad eandem villam eius delatum esset sanctum corpus, illuc quaedam mulier à propin- quis catenata, quae spiritu vexabatur immundo, perducta est. Clamabatque per obsef- sam mulierculam spiritus immundus: Cur introduxistis, inquit, in hanc prouinciam Anbertum, seruum Iesu Christi Domini, qui me à proprijs expellit sedibus? Cumque appropinquasset eadem mulier, & tetigisset pallium, quo tegebatur gestatorium, cla- mans voce magna, meritis sancti Anberti pontificis statim euomuit cum cruore lan- guinis inimicum humani generis. Factumque est ibi grande miraculum. At illa grati- as agens omnipotenti Deo & sancto Anberto, per quem fuerat à pestifero spiritu cura- ta, reuersa est ad sua. Benedictus Christus Dominus, rex omnium saeculorum, crea- torque ac conseruator omnium sanctorum, qui ob famuli sui merita, talia dignatus est patrare miracula. In eadem denique villa ecclesia in honorem sancti Anberti episcopi à fidelibus est aedificata, eiusque grabatum in eadem ecclesia multo tempore mansit, si- gnaque virtutum ob merita eiusdem sancti ibidem fiunt diuina.

Cum verò iam transirent dies viginti & eo amplius, venerunt in Rothomagensi ter- ritorium, in locum, qui dicitur Paldriacus. Illicque cunctipotens Dominus, per meri- ta eiusdem sancti antistitis, simile superiori dignatus est ostendere miraculum. Nam mulier quaedam à daemone arrepta, à parentibus proprijs ad sancti patrocinia quaren- da, vinculis constricta, perducta est. Quae cum peruenisset ad grabatum, vbi sancti ser- uabatur corpus, ac tetigisset linteum, quo operiebatur, magnas dans voces ad sidera, illico gratia Dei ac meritis sancti Anberti, à daemone liberata ac sanissima esse ceta, in- columis proprii iaris repedauit ad habitacula. Sit Deo nostro gloria & honor & impe- rium, qui sic miraculorum signis in sancti antistitis meritis triumphat. Hic verò locus, in quo omnipotens istud fecit miraculum, erat patrimonium quorundam illustrium virorum, Bertholdi scilicet & Radamahti, distans à coenobio Fontanella millibus qua- tuor. Fertur verò, quia cum indè eleuare corpus sanctissimum conarentur, ita mansit immobile, quasi clauis ac retinaculis ferreis saxo niteretur ingenti. Cumque moueri non posset, talia possessor loci Radamahtus intulisse dicitur: Eugè Anberte, serue Christi fidelis, collocatus inter agmina Christicoliarum, memento nostri, quos in vita dilexisti, quosque seculi impugnant gaudia. Hic iam nobis te Christus reducit: idcirco hoc praedium offero omnipotenti Deo, tibi que praesul sanctissime cedo per cuncta saeculorum saecula.

Ipsè verò Radamahtus, vir honoratus, eiusque frater Bertholdus cuncta, quae posse- derant in predijs ac mancipijs, extemplo deserunt, ac beato antistiti Anberto, seque simul coenobio tradunt Fontanellae. Sicque iugum libertatis excutiunt, ac iugum Do- minicae seruitutis subditis ceruicibus ilico suscipiunt, monachicū pariter assumentes nomen & habitum. In praefata verò possessione eorundem virorū, scilicet in via publi- ca & lapidibus strata, quae iuxta eam iacet, ac Rothomagensem deducit ad urbem, vbi sanctissimi pontificis Anberti venerabile pausauerat corpus, in honorem & me- moriam ipsius à fidelibus crux ponitur lignea, vbi infirmi à diuersis languoribus, Do- mino largiente, meritis sancti Anberti plura frequenter perciperunt sanitatum muna- ra. Vbi circa diem pausationis suae aduentus eius ad eundem locum, quod est quinto Idus Martij, ad honorem & intercessionem eius plebes innumerae pia Domino solenni- ter persoluentes vota, vigiliarum videlicet ac diuinorum hymnorum, donorumque diuersorum, confluunt cum deuotione summa. Atque ibidem per merita ipsius mul- ta assidue fiunt miraculorum signa, quae magnitudine sui, relatoris transcendunt sci- entiam. Ibi enim amissio corporae lucis visum, ariditas gressum, ac retinacula linguae, verborum seriem, officiumque diu negatum aurium, recipit auditum, daemnumque frequens ab humanis corporibus fit expulsio.

Redeunte autem tempore die sexto Iduum Aprilium in eodem loco, vbi sanctae cru- cis

Multa sunt miracula meritis S. Ausberti.

Alia item daemoniaca sanatur.

Daemonia- ca liberatur meritis S. Anberti.

Corpus san- cti iterum haeret im- mobile.

Bertholdus & Radamahtus, viri il- lustres, pe- tunt mona- sterium.

Crux lignea statuitur.

cis vexillum fuerat erectum, mulier quaedam, quae per multa annorum curricula con- tracta extiterat, cum fide recta ad eundem pergens locum, pristinae sanitati est reddita: tellusque, quam diu debiles non presserant gressus, est stupefacta, se ab inualidis quon- dam tam subito contingi vestigijs. Agamus grates Deo nostro innumeras, qui propter iam dicti famuli sui merita, talia dignatur monstrare miracula. Sequenti quoque tem- pore in praefato loco ecclesia est constructa, in honorem sancti Anberti praesulis, augu- sto & polito opere, à venerabili Hilberto abbate, successore eiusdem sancti patris in or- dine regiminis.

Sed his omisiss, ordinem translationis praefati famuli Christi, conscriptionis profe- quamur stylo. Peruenientes denique cum corpore eius, qui eum transferebant, ad coe- nobium Fontanellam, intulerunt illud in ecclesiam sancti apostoli Pauli. Flebant au- tem senes & iuuenes: flebant pueri & infantes, omnisque monachorum chorus. Pos- tea verò accessit venerandus abba Hilbertus ad venerabile corpus, assumptis secum probatae vitae fratribus, ac merito sanctitatis ornatis, aestimans illud ob tam prolixi in- teruallum temporis (nam dies tricesimus instabat) subito foetere. Cumque sanctum illius caput velamine operum denudassent, tantae suauitatis fragrantia indè manauit, veluti si diuersorum aromatum ac thymiamatum odoribus vniuersa completeretur ec- clesia. Nam & facies illius ita in ruborem erat versa, quasi in sopore esset, viuentis ef- figiem gerens. Multi quidem sancti praesules & patres venerandi, reliquumque vulgus contemplati sunt: quia vniuersis, qui affuerant, fuit permissum hoc cernere stupendi miraculi signum. Deindè cum omni diligentia & timore in sindone munda ac pallio inuolutum, eius venerabile corpus posuerunt in sepulcro, quod eidem praeparauerant in eadem ecclesia sancti Pauli apostoli, cum laudibus iuxta sanctissimi patris Vuandre- gisili sepulcrum ad eius laenam, die quinto Iduum Martiarum, sub anno sexcentesimo nonagesimo quinto incarnationis Domini Dei nostri Iesu Christi: cui est honor & po- testas, decus & imperium per infinita saecula saeculorum, Amen.

Nota odo- rem & cor- lorem tam- diu desun- ti corporis.

DE S. SCHOLASTICA sorore beatissimi Benedicti Abbatis qua- dam habentur in eiusdem sancti Abbatis Vita cap. 33. & 34. Extat ea Tomo 2. mensis Martij die 21.

### VITA S. AVSTREBERTHAE VIRGINIS, PRI- MAE ABBATISSAE PAULIACENSIS, GRAVITER ET religiosè conscripta ab eius ferè aequali.



Postquam vniuersalis Dominus, humanae salutis author pa- riter ac redemptor, Gallorum feralia suae ditioni subiuga- nit colla, quartus à Clodoueo, qui primus Christianae reli- gionis normam, beato Remigio tradente, suscepit, Dago- bertus gloriosus princeps, nobilitate clarus, potentia praepotens, armis strenuus, regi regum Christo satis deuotus, regni Francorum, Deo sibi suffragante, suscepit habenas. Cuius tempore velut palma in Gallijs sancta mater reslo- ruit Ecclesia, diuersis sanctorum sacerdotum monacho- rumque virtutibus adornata, ac Deo dicatarum virginum, vti iuxta veridicam Pauli apostoli sententiam, vbi haec tenens abundauerat delictum, superabundaret gratia. Inter quos velut sidus caeteris micanti- us viri Domini Philibertus, monachorum egregius pastor, coenobiorum nobilis fun- dator, in saltu Gemmeticensi, ex praedicti regis Dagoberti largitione, monasterium à primo lapide fundauit, construxit, ac Deo famulantium monachorum nobili congre- gatione ornauit. Qua etiam tempestate, eius bonitatis fama succrescente, largitione cuiusdam illustris viri, nomine Amalberti, in fundo, qui Pauliacus nuncupatur, aliud coenobium struxit, distans à praefato Gemmeticensi millibus ferme decem, vbi ancilla- rum Dei haud parua congregacionem adunauit.

10. FEBRUA.

Religio flo- ret in Gal- lijs sub Da- goberto. Rom. 5.

Pauliacen- ce coenobium constructum.

Erat eodem tempore in palatio sapediti principis Dagoberti vir honestate vitae  
LIII valde

valde venerabilis, moribus honestus, sapientia clarus, consilio prouidus, priorem regum ex profapia oriundus, officio etiam, ut fertur, Comes Palatinus, nomine Badesfridus. Hic accepit uxorem Alemannorum regis ex profapia, nomine Framehildem. Erat verò elegans & ipsa facie, sed nimirum elegantior sanctitate. Horum autem conuersatio qualis quantave in terris extiterit, miraculorum gloria hodieque populis declaratur. Erant enim, ut diximus, in caducis seculi honoribus valde sublimes, sed animi probitate sanctiores, fide firmi, charitate præcipui, iustitia insignes, spe longanimes, eleemosynis dediti, pauperum in susceptione valde solliciti. His igitur talibusque virtutum floribus ornati, spiritus sancti templa meruerunt effici, ut post manifestissimis claruit indicijs. Nam quæadmodum, sicut in euangelicis inuenitur paginis, Elizabeth illa noua Domini præcursoris mater, spiritu sancto repleta, cõcessum sibi diuinitus natum antè sentire meruit, quàm videre: sic & hæc Deo acceptabilis mulier beata Framehildis, eodem illustrata spiritu, longè antè prolem suo sexui consimilem nascituram præsciuit, quæ in domo Domini & mater efficeretur, & columna Christiani populi. Denique adueniente tempore, quò in huius umbrosa caligine ex vterinis tenebris illa clara lucerna deberet prorumpere, supradicta genitrix angelica super hoc meruit honorari visione: cuius ex alloquio & nomen nascituræ virginis, cuius ve apud Deum meriti futura esset, addidit. Igitur Taruanensi territorio exorta ista puellarum gloria, à parentibus, ut sibi reuelatum fuerat, vocitatur Austrebertha, prius à Deo præelecta, quàm in matris aluo concepta: prius angelorum cœtibus cognita, quàm mundo nata. Necdum eius videbantur membra, & iam in populis eius præconabantur gesta. Diligenti demùm cura genitorum alitur, ac magistris strenuis imbuenda traditur. Puerilibus verò annis simpliciter domi transactis, talis tantusque in ea seruo excreuit sanctitatis, ut nulli foret dubium, quin antè ortum natiuitatis eam sibi Dominus in ancillam elegerit. Cœpit nempe toto nisu mundum postponere, voluptatum oblectamenta viriliter calcare, & celestia totis cordis medullis desiderare. Nam cum esset infra decennium, ita eam spiritus sanctus repleuerat, ut mense eius aut circa ecclesias aut monasteria anheleret. Meditabatur iam tunc in ætate rudis infantie, quod postea deuota compleuit.

Quadam verò die, cum vultum speciei suæ more infantium in aquis contemplaretur, ecce repente apparuit ei quoddam velamen capiti eius impositum. Quod signum apud eam instantum valuit, ut ex illo iam die hoc æstuarer desiderio. Et quanquam parentes eius mortali viro eam tradere vellent, illa immortaliam cupiens adherere, sibi metipsum tantum licet conscia, cum lachrymis semper in oratione deposcebat, ut quod ei Dominus in umbra fuerat dignatus ostendere, in veritate completeret. Nec enim ab eo tempore se passa est ab hac intentione quiescere, donè quod oculis perspexerat, mente conciperet, gratiaque opitulante diuina, opere adimpleret. Accensa siquidem illo igne euangelico, quem Saluator noster Iesus Christus, ad separandum filium à patre, filiamque à matre sua, mittere veniens, ardere voluit super terram, ita in secreto peccatoris sui latens, inextinguibili durauit ardore, ut non diebus neque noctibus à colloquijs diuinis vel oratione cessaret, quousquè tempus aptum & congruum inueniret, ut habitum sanctimonialis desideratum consecratumque perciperet. Et fortè iam legerat, aut lectum audierat, ad quorundam exprobrationem apostoli Iacobi dictum: Si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo. Considerauit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit. Discat igitur, qui nesciunt, huius beatæ Dei famulæ exemplo, hanc sanctæ scripturæ imitari sententiam, ut non comparentur viro obliuioso: & non solum auditores verbi, sed etiam factores existant. Comparentur, si placet, potius huic Dei famulæ, quæ quidem in speculo considerauit vultum natiuitatis suæ, sed non est oblita quid viderit. Qui ergò illam imitari voluerit, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, erit beatus, si in facto suo permanferit.

Procedente igitur tempore cum parentes eius, qui felicibus actibus eius partim fauebant, arrhabone pro amore seculi recepto, tempus præfinitum & diem statuisent nuptiarum, illa in angustijs posita, cogitare cœpit quid agerè. Mœsta verò, iter furtim arripuit, germano secum fratre, licet paruulo, assumpto. Cumque pergerent simul, interrogata ab eo quò tenderet, respondit se ad villam, quæ proxima erat, ituram. Veniens

Virtutes Beate  
defridi &  
Framehildis.

Luc. 1.

Austrebertha virgo  
nascitur.

Eius virtutes in  
tenuitate.

Luc. 12.

Iacob. 1.

Parentes voluerunt eam  
iungere matrimonio.

Veniens igitur ad flumen, quod dicitur Quantia, ubi pons erat, ita flumine exuberante, aquarum abundantia totum repleuerat, ut superiorem pontem illic absconditum sub se vnda teneret, & facultatem eundi omnibus itinerantibus penitus denegaret. Tunc demum confessa est fratri, quò ire cupiens festinabat. Erat his temporibus vir sanctus, magni apud Deum meriti, Audomarus nomine, Taruanensis vrbs pontifex, in cuius diocesi puella nobilis originem traxerat. Ad hunc ipsa tunc properabat, sacro velamine conseranda. Habebat etiam secum multos sui itineris comites. Qui ut viderunt transeundi difficultatem, omnes pauore conterriti, non ausi sunt ingredi: sed habito consilio, ut redirent itinere quo venerant, cœperunt à loco abscedere. Non enim ibi vel modicum quidem nauigium poterat transire. Sancta igitur Dei famula, Christo deuota, sancti spiritus gratia illustrata, oratione facta, signum salutis præmitens, pontem vndis submersum ingreditur, hortaturque ceteros, ut se sequerentur. Iam enim natura elementorum quodammodo inter se commutata, facta est eis aqua sub pedibus instar ligni solida: porro lignum velut aqua liquidum. Transiit igitur Dei famula cum vniuersis comitibus illæsa, quasi sicco calle in vndis nihil mali perpessa. Amne verò transmissa, quantocumque properantes, perueniunt ad hominem Dei, pro uolutaque puella ad pedes eius, quod desiderabat obtinuit. Consecrata nanque est Christo, & accepto velamine, adhæsit anima eius post ipsum, ipsamque suscepit dextera Christi. Inuaniunt ergò deinceps quaesita est copulari viro terreno, quæ iuncta erat Christo in celo. Vir autem Dei cum cognouisset parentes eius hac re esse perturbatos, assumpta secum Dei famula, consolandi gratia eos visitare studuit, eorumque commotos animos verbis pacificis delinuit, eosdemque mansuetos & mites redditos, ad charitatem pristinam reuocauit. Pater filiam, fratres amplectuntur sororem, deosculanturque eam singuli, Deum in commune glorificantes. Diuina quippe dispensatione actum est, ut qui prius illudentes eam despexerant, summa post deuotione venerentur. Aliquando ergò cum in domo parentum commorata fuisset, cœpit implorare matrem & fratres, ut totum ipsius non amplius impedirent, sed potius adiuuarent eam, ut monasterium posset ingredi, & sanctis sociari virginibus, sub potestate scilicet alterius victura.

Quod illi benigne assentientes, non solum abeundi liberam ei tribuunt potestatem, verum etiam cum ea pergentes, ad monasterium vsque perducunt. Est autem ipsum monasterium super fluuium, qui dicitur Somma, constructum: nominatur autem Porcus. Ibiq; præerat spiritalis mater, nomine Burgosedis. Cui cum indicassent omnia, quæ gesta erant, gauisa valde, suscepit eam in filiam, ceterisque sororibus aggregauit. Beata quoque Dei famula ouile Christi ingressa, ouibus sanctis adiuncta, sancta est omnis effecta. Primam quidem virtutum humilitatem, ita in suo corde pro fundamento inseruit, ut non solum spiritali matri, sed etiam cunctis sororibus quasi ancilla seruiret, omnibusque se subdens, obsequium cunctis reddebat ut debitum famulatum: inferiorum se proclamans, viliorum se iudicans, deteriore se ceteris fatebatur: se peccatricem, se infelicem esse pronuncians, quæ iam tam prolixum tempus expenderit, seculo seruiens, non Deo. Illas potius dicebat esse beatas, quæ infatigabili intentione disciplinis regularibus militantes, Christo regi placere studerent: hoc nutrimento educatas fuisse, ut etiam certamine incentiuæ carnis deuicta, iam contra spirituales nequitias, Deo auxiliante, sufficerent pugnare. Sed quia semper humiles ditat gratia sua cuncti-potens Deus, factum est, ut quanto illa vilior atque despectior in oculis suis fieret, eo gloriosior apud Deum, apud homines verò honorabilior appareret. Nam eligentibus cunctis, consentiente matre, licet inuita, Præposita constituitur. Quo ex facto cœpit magis humiliari, magisque de virtute in virtutem proficere, patientiam contra immites opponere, pusillanimitas longanimitatem ostendere, minus cautis grauitatem, indolis ut doceri queant demonstrare, somniculosus non verbis, sed factis vigilias prædicare, signum qualecunque insonuisset, prima adesse.

At verò circa obedientiæ virtutem qualis fuerit, monstrabitur sequenti exemplo. In eodem nanque monasterio erat consuetudo, ut vicissim à sororibus coquerentur panes: Sed dum hæc Christi famula die quadam in ordine vicis suæ hoc in opere laboraret, habebat secum vnam tantum adolescentulam, quæ apud eam fuerat educata, & hoc miraculum narrare consuevit, quæ hucusque viuit in corpore. Cumque clibanus

Crucis edito signo, ambulat cum multis super aquas.

S Audomarus eam virginem Christo consecravit.

In cenobio viuunt sanctissime.

Eius humilitas.

Fit Præposita.

Eius obedientia.

Ardentem  
clibanum  
prorsus il-  
læsa ingre-  
ditur.

Matth. 5.

2. Thef. 2.

Præficitur  
monasterio  
Pauliacensi.

Appetitur  
gladio, & se

fuiſſet incenſus, & panes in promptu ad coquendum parati, igneque extracto, deinde à fauillis vel prunis, quæ remanſerant, debuiffet mundari, faſciculus, qui erat in ſummitate ligni colligatus, caſu igne aduſtus eſt totus. Quod ubi Dei famula aduertit, collidens inter ſe manus, aliusque ingemiſcens, ait: Væ nobis, quid actura ſumus? Panes peribunt. Opus enim hoc modò reparari non poteſt. Et currens feſtina, obſeruit oſtium domûs. Deinde ſigno crucis munita, medium inter ignium vapores clibanum ſola ingreditur, arreptisq; manicis, quibus in brachijs vtebatur, clibanum omnem mundauit. Egreſſa demùm, officium diligenter compleuit, & nec vnum quidem capillum capitis, nec denique ſimbriam veſtimenti eius eſt auſus ignis attingere. Tunc præcepit puellæ, vt patefaceret oſtium domûs, multisque conteſtata eſt eam ſermonibus, nè cuiquam quod viderat indicaret. Quo facto miraculo, nè fortè præſumptionis incurreret vitium, cuidam ſeruo Dei quod fecerat indicauit. Vir autem ille altioris ingenij, intellexit gratiam Dei, & cuius ſimplicitatis eſſet hæc, cui virtutem tantam Dominus præſtitiffet, diſſimulare volens, quaſi increpando reſpondit, dicens: Noli filia, noli hoc iterare, aut aliquando repetere, nè fortè tenteris à fatana. Sed quia, vt ſcriptum eſt, non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita, ipſo viro Dei referente, ſorores hoc poſtea didicerunt. Voluntatis autè Dei minimè fuit, vt curſum vitæ ſuæ in hoc monaſterio ipſa Dei famula conſummaret. Plures tamen, per annos quatuordecim ibi degens, ſuo ſaluauit exemplo.

Erat illis temporibus vir vitæ valdè venerabilis, Philibertus nomine, cuius ſuprà meminimus. Qui rogatus à quodam viro potentiſſimo, nomine Amelberto, eò quòd illo in tempore eius opera atque doctrina in fide & religione erant ſpectata, & ſingularis ab omnibus habebatur, monaſterium, quod in fundo proprio, qui Pauliacus dicebatur, idem Amelbertus conſtruxerat, filiamque ſuam paruulam, quæ Aurea dicebatur, cum alijs Deo ſacratuſque Chriſto inibi ſeruire deuouerat, ad regendum ſuſcepit. Et licet vir Deilectione frequenti caſdem Dei ancillas inſtrueret, prædicatione ſancta doceret: tamen quia neceſſitas expoſcebat, vt talibus rudimentis ab eodem ſexu regularis diſciplinæ norma inhareret, prædictus Dei famulus, audita iam fama famulæ Chriſti Auſtreberthæ, nuncios ad eam mittere ſtudiuit, duos videlicet ex monachis ſuis, vt ad hunc locum venire deberet. Dei autem famula, licet iam multo tempore exaſtuans, deſideraret eiſdem ſancti viri inſtitui diſciplinis, tamen vt columna immobilis & firma, ſancti Pauli recordans ſententiæ, dicens: Non citò moueamini, neque per ſermonem, neque per epiſtolam: ignorans an fortè Deo placeret, ire ad modicum reſuſcitauit. Reuerſis autem nuncijs, vir Dei per ſemetipſum ire compulſus, ad Dei famulam feſtinauit. Ibi verò tunc orta eſt ſancta contentio. Nam omnes illæ famulæ Dei ſentes & euilantes, leuauerunt in ſublime voces, dicentes: Cur hodiè nos ſancte pater decipis? Cur noſtro lumine ablato, in tenebris nos derelinquis? Ad hæc ille reſpondens, dicebat: Nolite, filia, nolite ita dicere. Vos enim in tenebris nullatenus remanetis: quia voſiſpæ luminaria mundi eſtis. Nolite ergò prohibere, ex veſtro lumine alios participare: ſed potiùs præſtolantiſque charitatem impendite. Multa ergò & alia hiſ ſimilia cum Dei famulabus prædicâſſet, tandè altercatione ſubmota, paceq; reddita, vicit ſpirituſ ſanctus per os viri Dei: & ſic acquieuerunt omnes, deoſculanturq; eam ſingulæ, omnes Dominum benedicentes. Duabus itaque ſororibus ex ipſis ſecum adhibitis, perrexit cum homine Dei: à quo regiminis curam in eodem loco illicò ſuſcepit.

Iam verò aduerſus eius ſanctam doctrinam, nè ibidè conualeſceret, quanta calliditate diabolus fuerit operatus, adiuuante Domino diſſeramus. Illa nanq; rigorem propoſiti ſui fortiter tenens, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinabat: & quod ore cæteris prædicabat, ipſa priùs illis videntibus faciebat. Illæ autem velut equus indomitus, necdùm loro tractus, ſi quid cauſa ſalutis Dei famula faciebat, omninò vitabant contingere. Intantùm enim præualuerat antiqui hoſtis verſutia, vt magno eam odio habentes, etiam interficere molirentur. Sed cum, Domino prohibente, hoc facere nequiuiffent, ſuperueniente prædicto magno ſeculi, non Dei, viro Amelberto, ſtricto mendacio grauiffimè eam accuſauerunt. Ille autem, vt erat mente crudelis, vultu terribilis, credens mendacijs, adductam ad ſe Dei famulam, verbis duriffimis coepit increpare. Repletusque furore, arrepto gladio, quo erat accinctus, impetum fecit in eam. Illa exiſtimans congruum tempus eſſe martyrij, nequaquam cor ſomineum, ſed virile ſe ha-

ſe habere oſtendens in pectore, ſubtiliſſimum illud velamen, quo in capite vtebatur, collo circumdans ſtrictius, manum tetendit, inclinatoque vultu ceruicem præbuit percuffori. Attonitus ille, vt aiunt, diù ſtetit immobilis, admirans conſtantiam foeminae, quam in nullo vnquam viro vidiffet: pauensque multum, recondidit gladium in locum ſuum. Qua ex re colligi poteſt, ſi hæc illis temporibus extitiſſet, cum à ſordibus idolorum terra martyrum ſanguine lauaretur, non expectatis miniſtris carniſicum, vt inuita traheretur ad victimam, ſed vtrò ſe truncandam ingerens, prima omnium victimarum, palmam ſanguinis occupâſſet. Certè nec illud Babylonicum ſupplicium pertimeſcens, ſeptupliciter caminum accenſum pro cælorum regno ingredi dubitâſſet, quæ pro paucis panibus, nè damnum monaſterio inferret, ardentem ignem ingreſſa eſt. His autem indicijs probauit Chriſtus Dominus, famulam ſuam non formidâſſe martyrium. Nam non illa martyrio, ſed ei martyrium deſuiſſe probatur.

Rexit autem beata Auſtrebertha idem coenobiū per plura curricula annorum, quod, vt antè diximus, antiquo vocabulo nominatur Pauliacus: quod quidem tunc temporis paucum fuit & modicum, ſed poſt paululùm, factum eſt magnum. Non enim minor numerus, quam viginti quinque ancillarum Dei, erat cum ea: quæ ei ita mente & corpore adhaerebant, vt vſque in diem vocationis earum, nec vna quidem ex eis ab ea quieſcit ſeparari. In quo videlicet loco præſatus Dei famulus miro modo monaſterium adificauit, quod in honore vel nomine Dei genitricis Mariæ dedicauit. Sed & alias ibi baſilicas S. Petri, & S. Martini, aliorumque ſanctorum conſtruxit: domos quoque ad habitandum, ſicut decet ſanctos, omnemque opportunitatem velociter præparauit. Quo viſo, ſancta ac beatiſſima Auſtrebertha bonitatem Dei in ſe recognoſcens, vel qualiter erepta eſſet ſicut paſſer de laqueo venantium, vel quomodo ei locus ſubito præparatus eſſet ad habitandum, multarum animarum cura ſuſcepta, qualem quantamque ſe præſtiterit, proloqui lingua nec vlla valebit. Quanta eam charitas adornauerit, bonitas ei ſucceſſerit, puritas mentis & ſimplicitas cordis in ea refulſerit, longanimitas circa omnes flagrauerit, frugalitas creuerit, non eſt noſtræ facultatis euoluere. Erat enim frequens in lectione, pernox in vigilijs & oratione, ieiunijs prompta, veſtimentis viliffima, in tribulationibus conſtantiffima, in tentationibus fidentiffima.

Omnibus Quadrageſimis, præter dies Dominicis, non niſi ter intra hebdomadam comedebat. Caſtigabat enim corpus ſuū & ſeruituti ſubigebat, abnegans ſemetipſam, crucem ſuam ferebat, Dominumque ſequebatur. Amabat cunctos, & diligebatur ab omnibus. In cunctis modeſta, omnibus iucunda ac hilaris apparebat. Si fortè, vt aſſolet, rixa orta fuiſſet, paucis ſermonibus cunctorum animos mitigabat. Parcitem ciborum vltra humanum modum ſequebatur, ſobrietatis illi nunquam deerat. Caſta, cauta, manueta, quieta ſatis in omnibus erat. In colloquutione commoda, in conferendo gratiffima. Si quis certè ad eam ſe caſu iunxiſſet, nunquam niſi cõpunctus corde ab ea recedebat. Nam omnes per circuitū habitantes, eius exemplum & doctrinam ſequentes, non ſolum filios aut filias offerre Deo ſtatuerunt, verumetiam multi ex eis cõiuges proprias relinquentes, monaſteria expetierunt, ſponſi ſponſas abiecerunt, ſponſeq; eos, à quibus cauſa ſanctitatis contempte ſunt, contempſerunt. Humilitatem verò, quam ſemel beata virgo aſſumpſerat, nullatenus deſeruit. Nam cum ei moris eſſet, vt ſicut bonus paſtor ſuper gregem Domini vigilaret, & die noctuq; circumiens, nè quid cuiquam forte accidiſſet, inſpiceret, die quadam matutinis expletis, cum ſorores feſſis corporibus poſt laborem ſe in lectulis collocâſſent, in ipſo lucis crepuſculo cum aurora terrâ perfunderet, & ipſa volens cognoſcere, an cunctæ quieſcerent, pergredebatur leniter per dormitorium, inſpiciens lectulos ſingularum. Euigilansq; Præpoſita, neſciens eſſe Dei famulam, valdè eam increpauit, dicens: Cur ita agis ſoror? Quare inquietas quieſcentes? Vade, inquit, ad crucem. Illa autem gauifa, cucurrit quantocyus, ſtetitq; immobilis, pfallens, donè hora competentis, ſigno tacto, conſurgerent omnes. Præpoſita verò cum cognouiſſet, quod fecerat, cadens ad pedes eius, veniam precabatur.

Alio quoque tempore dolor grauiffimus cuidam ſorori acciderat, ita vt pars vna faciei altius intumeſcens, oculum penè abſconderet. Sed cum hanc ancilla Dei ex more viſitâſſet, ſtatim vt contigit maxillam, cuncto dolore & tumore ſublato, reſtituta eſt ſanitati. Initio autem Quadrageſimæ, mediæ noctis tempore, facta eſt vox ad quendam ſororem dormientem, dicens: Surge ſoror, curre velociter, dic Abbatiſſæ vt ſurgat, & ad opus

percuffori  
vtrò præ-  
bet cadens  
dam.

Dan. 3.

Virtutes eius  
eximia:

Matutinas,  
dicit nocturnas  
preces.

ad opus Dei sorores excitet. At illa sopore nimio depressa, surgere neglexit. Secundò autem vox delata est, dixitq; similiter: nec tunc illa surrexit, iterumq; obdormiuit. Tertio porrò veniens vox ipsa, cum quadam indignatione increpauit eam, dicens: Cur ita dormis soror, mœsto sopore soluta? Vsq; quò tantum somno deprimeris, vt tertio tibi iussio repetenda sit? Surge, inquit, dic Abbatisa, vt surgat, signumq; tangat, & ad opus Dei sorores excitet. At illa currens festina, timens & tremens, inuenit eam in ecclesia vigilantem, dixitq; ei omnia, quæ circa se fuerant facta. Statimq; signo dato, sub vnus momenti spatio inuentæ sunt omnes in ecclesia congregatæ, ita vt præter duas infantulas alia nulla deesset. Miratæ sunt valde quòd omnes tam subito adessent, quòd nunquam aliàs contigisse meminerant. Mox verò imposito psalmo, ecce media pars dormitorij concussa, protinus corruit. Territæq; sonitu, quasi magno tonitruo, conticuerunt omnes, cœperuntque egredi, vt viderent quidnam accidisset. Dei autem formula prohibuit eis, dicens: Nè vna quidem ex vobis præsumat ecclesiam egredi, sed potius reuertimini, & agite opus Dei, psallentesque & orantes, complete officium nostrum. Ipsa verò signo crucis munita, luminari præeunte, ecclesiam est egressa. Cùm verò cognouisset euentum rei, de infantulis cœpit esse sollicita. Et ecce vnà inuenta est subtus mensam ipsius, altera in fenestra diruta. Paries enim domus ab vtraq; parte fenestræ vsque ad fundamentum corruerat: fenestra verò, quæ innocentem seruauerat, immobilis stabat. Quomodo autem in illud locum peruenerint, aut à quo delatæ fuerint, Deum licet non lateat, nobis tamen vsque hodiè manet incognitum. Quædam verò soror, vnus ex infantulis consanguinea, præceptum sanctæ matris Austreberthæ transgressa, egrediens ecclesiam, periculo imminente se tradidit. Cùmq; huc atque illuc discurret, si fortè vel cadauer alicubi reperire potuisset, ruina materiæ super ipsam rucite, oppressa corruit, totumque eius corpus ita quassatum est, vt non solum capitis, verum etiam totius penè corporis ossa confringerentur. Crepitante verò sono ruina secundæ, & voce sororis audita, cucurrerunt penè omnes, atque in stragulo inobedientem colligentes, ad valetudinarium deportauerunt. Vbi cùm ab Austrebertha diluculo fuisset visitata, membra conuassata beata mater oleo benedicto perungens, pristina eam reddidit sanitati. Domus autem illa, quæ in capite Quadragesimæ fuerat diruta, ante Dominicæ resurrectionis solennitatem, auxiliante potius Deo dilectæ Abbatisæ, quam cœmentariorum studio, in melius est restaurata.

Infantulas in monasterio.

Soror immoderata opprimitur ruina parietis.

Oleo benedicto eam sanat Austrebertha.

Prædicat diem obitus sui.

Fit magnus concursus ad mortem. Sumit corpus Domini.

Igitur quia de vita & virtutibus sacratissimæ virginis pauca prælibando perstrinximus, nè legentibus fastidium ingeramus, nè ue friuola fortè æstimentur, qualiter peracto vitæ præsentis curriculo, certamine bono certato, cursu consummato, fideque seruata, sancta illa anima carne soluta sit, breuiter exequamur. Cùm igitur omnipotens Deus, suorum fidelium pius remunerator, beatam virginem Austrebertham è seculi huius ærumnosa caligine ad sempiternam immensamq; beatitudinem decreuisset euocare, leni febre correpta, Deo amabilis ægrotare cœpit. Congregatis itaque in vnum sororibus, prædixit imminere diem sui obitus, & quòd die Dominico, qui septem ferè diebus aberat, ad Dominum esset migratura, indicatum sibi esse dixit reuelatione angelica. Ex thesauro igitur cordis sui multa diuinarum scripturarum proferens testimonia, instruebat eas de his, quæ sunt de regno Dei, de contemptu mundi, de gloria iustorum, de pœnis reproborum. Patientiæ verò & charitatis vinculum omni admo-nebat studio retinendum, dicens in illorum Christum non posse cordibus habitare, qui flammam inuidiæ accensit, proximorum vrentur profectibus. Dehinc libato osculo, ac pacatis omnibus, mater venerabilis ad assuetum nobile cilicij stratum reuehitur, paucis, quibus superuixit, diebus non cessans multiplicare sibi à Domino traditam talenti pecuniam.

Superueniente porrò die Dominico, quia iam eius bonitatis ac virtutum fama per Galliam longè lateque claruerat, confluxerunt ad eius transitum cateruatim sacerdotes & clerici, abbates & monachi, necnon & vtriusque sexus populi multitudo. Interea imminente beatæ remunerationis hora, accersitis ad se omnibus, sancta ac venerabilis mater, vltimum eis vale faciens, singulos iuxta sui ordinis dignitatem, nè cœptum sacræ religionis iter desererent, hortabatur. Percepto demùm Domini corporis sacramento, & sanctæ crucis munita vexillo, ouibus sibi à Christo creditis iterum valedicens, ait: Eia in Christo mihi dilectissimæ sorores & filiæ, en ego hodiè ingredior viam vniuersæ

vniuersæ terræ: vos si me veraci charitate diligitis, mearum admonitionum per omnia memores estote, & cœptum religionis iter nolite deserere. Christo summo vestræ curam committo: ipse vobis pastor, ipse & perennis custos. Ad hanc vocem sanctimonialium cœtus crine resolutus & nudatis pectoribus, querulosis aiebant singultibus: Cur nos domina, cur nos mater sanctissima tam citò deseris? cui pastoralis curæ vigilantiam committis? Ecce tu hodiè patriam adis gloriæ interminabilis, & nos in hac conuale plorationis desolatæ cui relinquis? tuis tecum precibus nos magis assume. Magis enim tecum volumus mori, quàm tua cœcata absentia, in hoc mundo viuere. Quarum fletibus pia mater mota, huiusmodi fertur fudisse orationem: Deus immortalis, angelorum & hominum rector, tu harum ancillarum tuarum, pe timus, sis perennis custos, & quas hæcenus sub mea custodia seruasti, amodò & vsque in finem custos Israël, qui non dormitas, custodire dignare. Ecce ego ad te venio, quæ amaui: ad te propero, quem desiderauit: ad te sitio peruenire, quem semper ardentissimo amore dilexi. In te confido, non erubescam: in te spero, non confundar. tu meum suscipe spiritum in pace sempiterna, nè aduersum me preualeant inimici iacula. Sed & hoc precor, rex æterne, vt quicumque meæ memoriam in terris habuerint, pacis & salutis commoda de celo largiri eis digneris. Quo dicto, quia iam remunerationis hora instabat, paululum conticuit. Interim cunctis, qui adstabant, psallentibus & Sanctorum nomina seriatiim subnectentibus, illa virtute, qua valuit, voces psallentium interrupit, dicens: Silete, fratres mei, silete. Nunquid non conspicitis, quantæ iucunditatis processio aduenit? Certè quorum inuocatis nomina, adest Sanctorum multitudo copiosa. Cùmque in hoc, quod videbat, mentis sitientis obtutus figeret, sancta illa anima carne soluta est. Transiuit autem gloriosa virgo quarto Iduum Februariarum, die Dominica, aurora incipiente, eadem videlicet hora, qua Christus ab inferis victor resurrexit. O verè sancta & venerabilis virgo, in cuius sacro transitu angelorum adest multitudo, martyrum purpurata processio, virginum quoque, vt liliū, candidata concio: quibus sociata virgo eximia, exultat & lætatur in seculorum secula.

Psalm. 129.

Videt beatam virginem in caelis.

Sepulta verò est in beati Petri principis Apostolorum basilica, vbi per plurima annorum requieuit curricula. Quo in loco quanta miraculorum prodigia meritis excellentissimæ virginis post eius gloriosum transitum fidelibus ostendere dignatus sit Dominus, nostris reor non posse expleri sermonibus. Nam ibidem ex obsessis corporibus demonia fugantur, ceci illuminantur, manus informes reformantur, claudis gressus redditur, vis omnium febrium pellitur, infirmitatum genera multa curantur. Adsit nobis virgo eximia, sui memoriam celebrantibus, impetret delictorum veniam sibi famulantibus, & post huius vitæ terminum suis sacris precibus nos ad sanctorum perducatur consortium, Amen.

Miracula ad eius monumentum.

PROLOGVS THEOBALDI EPISCOPI, SANCTITATE ET DOCTRINA CONSPICVI, IN VITAM beatissimi Guilelmi Confessoris, Comitum Pictaunorm, & Eremitæ.



Aulus seruus Iesu Christi & Apostolus, prædicator veritatis & doctor gentium, olim scribens ad Hebræos, inter cetera dicebat ad eos: Non habemus hinc manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Si non habemus hinc manentem ciuitatem, quid hinc exire formidamus? Si futuram inquirimus, quid hinc residere curamus? Si igitur hinc non habemus ciuitatem manentem, futuram arden ter inquiramus Hierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas, & cuius participatio eius in idipsum, quam numerus cohabitantium non angustat. Sed ad querendum diligenter, & inueniendum efficaciter quis tam idoneus? Multi enim quarunt, & non inueniunt, eò quòd malè querunt. Vox malè querentis: In seculo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea: quæsiui, & non inueni illum. Vox non inuenti: In gregibus suis & in armætis vadent ad querendum me, & non inuenient me: ablatu enim sum ab eis. Vox quæsiui,

Heb. 13.

Psalm. 126.

Cant. 3. Osee 3.



Luc. 2. Quæsti, sed non inuenti: Quid est, quodd me querebatis? (loquitur ad requirentes eum in comitatu pompæ secularis) Nesciebatis, quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse: Propter hæc & huiusmodi clamat Esaias, & hortans dicit: Quærite Dominum, dum inueniri potest. & iterum: Si quæritis, quærite. Omnis enim qui quærit, inuenit. Si ergo, fratres charissimi, futuram ciuitatem inquirere debemus, qui manentem hîc non habemus, ad quærendum diligentissimè, & inueniendum ardentissimè, duobus quasi stimulis indigemus, verbis videlicet & exemplis. Verba enim sapiētium quasi stimuli, & quasi clauis in altum defixi. At quoniam multi multa loquuntur, quæ & verisimiliter operantur, hodiè verificatur, quodd stultus verbis non corripitur: quia, teste beato Gregorio, plûs mouent exempla, quàm verba. Sermo quidem viuus & efficax, exemplum est operis: sed vbi inter mortales exemplar cælestis beneficij à mortalibus poterit inueniri, cum non sit, qui faciat bonum, non sit vsque ad vnum? Ego dixi in excessu meo, ait quidam: Omnis homo mendax. Attendi & auscultati, ait Jeremias: nemo quod bonum est loquitur, & in Osee dicit: Non est veritas, & non est scientia Dei in terra. Maledictum & mendacium, homicidium & furtum inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Et quoniam sic abundauit iniquitas, refrigescit charitas multorum. Et Paulus scribens Timotheo, magister discipulo, Apostolus episcopo, quoddam in loco dicebat: Habentes alimēta & quibus tegamur, his contenti simus. Vbi forma hæc? In Biblia theologorum, non in conscientia multorum: in libris, non in viris: in membrana, non in anima: in codice, nō in corde. At de viro iusto scriptum reperis, quoniam lex Dei eius in corde ipsius, non in codice. Quærebamus virum zelatorem Dei, & curatorem Christi, & non neglectorem sui: malorum extirpatorem, bonorum plantatorem, mœrentium consolatorem, errantium eruditorem, patriæ saluatorem, delinquentium correctorem, qui Moysen se exhiberet Aegyptijs, Eliam idololatris, Eliseum auaris, Phinees fornicantibus, Iohannem regibus, Petrum mentientibus, Paulum blasphemantibus, Christum negantibus: & ecce in inueniendo defecimus. Vix enim inuenitur, qui se ipsum saluum facere possit, vt taceam de salute aliorum. Optimus est hodiè, qui non est nimis malus. Iam in terra cæcorum monoculus rex est: quia vbi omnes foetidi sunt, vnus foetor minimè sentitur.

Iob 5. Quia ergo, vt dictum est, ad futuram ciuitatem inquirendam, verborum & exemplorum stimulis indigemus, vocemus si sit qui respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertamur. At quoniam rara avis & preciosa in terra vir sanctus & iustus, maximè cum deploret iustus Micheas, dicens: Perijt sanctus de terra, & iustus in hominibus non est: libet ex his, qui empti sunt de terra, sanctis videlicet, qui modò sunt in terra eius, ad excutiendam mentis nostræ desidiam, in memoriam reducere illustrissimum ducem ac Comitum sanctum Guilelmum, virum Deo deuotum, à carnalibus semotum, in spiritalibus totum: in quo debile principium melior fortuna secuta est. Ipse erat lucerna ardens & lucens, simul & coruscans: ardens in verbis, lucens in exemplis, coruscans in miraculis. Ipse spretis omnibus propter Christum, vitam eremiticam ducens, fratribus suis infirmis, prout poterat, erat largus, delicatis compatiens, fortioribus moderatus, peruersis seuerus, pœnitentibus misericors, bonis optimus. Ceterum vitam eius ante me curauerunt meliores me magis sparsam colligere, nè periret, quàm depingere, vt in audientiam deueniret. Inter quos præcipuus sanctus Albertus, viri Dei protodiscipulus, & primitiæ frugum eius, aliqua in parte digessit, benè quidem & luculento satis stylo, vt potè quantum licuit pictori quidem optimo, sed aliàs occupato: cuius dicta non repeterem, sed de ommissis solùm ab eo narrationem texerem, nisi à capite resumere tu iuheres Pri or venerabilis Prouincialis Franciæ, & tecum Ordinis tui fratres, omnisque vestra, nostrisque domestica Ecclesia sanctorum. Erant quidem in multis cœnobiorum vestrorum collegijs, qui digna satis, immò digniori vestirent narratione materiam: sed hoc est de vestre religiōis ac humilitatis xenijs, vt de vobis parua, de alienis maiora præsumatis. Et vtinam quod Benedicto Gregorius, quod Martino in laudando Seuerus Sulpitius, hoc in attollendo præconijs suo posset esse Guilelmo peccator Theobaldus. Vos denique fratres, qui tantum opus subire me fecistis, orationum vestrarum clypeos exponatis, vt voluntaria oris mei beneplacita semper faciat Deus: ego verò in hoc opere veridicè magis, quàm opinatè, loqui semper studebo.

Albertus primus discipulus s. Vuilhelmi scripsit quædam de vita eius

VITA

VITA BEATI VVILHELMI DVICIS, COMITIS  
ET EREMITAE, AVTHORE THEOBALDO  
Episcopo. Caput I.



Scribitur vitam serui tui, prout tu dederis & inspiraueris, Domine Deus, qui das cunctis affluenter, & vbi vis, spiras: inprimis admonitos esse cupio cunctos, qui lecturi sunt vel etiam audituri, nè eos scandalizent tyronis primordia, quæ reuera per se sumpta, ducere sufficerent in abominabilem horrorem, si non sequerentur conuersionis præconia, quæ omnibus nobis proponuntur ad imitationem vitæ melioris. Non enim est insultandum Vvilhelo auertenti ex proprijs, sed potius exultandum Christo, ex Basan conuertenti. Etsi vtrique iubeatur in hostia cauda cum capite offerri, tolerabilius tamen est in oculis diuinæ maiestatis, a cephalum quàm excaudatum animal immolari: hoc est dicere: Vtile est ad salutem viro iusto innocenter inchoare, fideliter consummare. Quod si vtrunque non volumus, melius est, vt benè finiendi, quàm benè incipiendi gratiam consequamur. Nusquam enim, qui tantum benè cœperit, saluandus legitur, sicut qui perfectauerit vsque in finem. Denique sicut præcoquas desiderat anima Domini, qui tamen cor contritum & humiliatum non despicit, & reliquæ cogitationis diem festum agent ei, qui in nostro genere fragmenta iuuentutis non abijcit. Scriptum quippe est: Quacunque hora ingemuerit peccator, cunctarum iniquitatum eius amplius non recordabor. Hæc idcirco prælibata sunt & præscripta, vt non abominetur militis sequitia, sed regis commendetur clementia. Fuit siquidem præfatus miles natione Pictauius, ex Comitum prosapia ex Pictauiensium prouincia oriundus: Ibi conceptus & natus, ibi & alitus est secundum parentum magnaia, qui præclari genere & opibus, præclarum filium, secundum seculi dignitatem non infimam, præclarissimè educare curauerunt. Qui seculi gloria atque pompa arridente & iridente, in corde tenaciter illectus, meditabatur à puero, & vt irà dicam, à cunabulis, malitia supplente ætatem, quod postea effectui manciparet. Natus illustris ex illustribus natalibus, & educatus secundum morem magnorum, qui sunt in terris, reprimebatur à concepto facinore, cum parentum & custodum timore, tum ætatis imbecillioris infirmitate. Et quidem Vvilhelmi infantia parum cognita nobis est, excepto quodd ex sequentibus præsumimus, crescente ætate creuisse simul & malitia apud Deum & homines. Quando enim plenitudo temporis venit, incepit apparere quid esset in iuene, & factus vir, euacuauit quæ erant paruuli. Denique sacrum militiæ professus & adeptus non facer cingulum, ab omnibus baronibus terra vnanimè susceptus est ad Pictauiæ Comitatum, Aquitaniæque Ducatum, quorum vterque sibi debebatur iure & titulo hereditariæ successionis. Factus ergo miles, fretusque Comitum fastigio, factus est eo insolentior, quo nobilior, quo locupletior, quo fortior, quo honoratior, quo formosior, vniuersisque famosior. Denique ex parentela generosus, ex fortuna pecuniosus, ex natura virtuosus, ex fama gloriosus, ex opifere speciosus, insolentissimus omnium extitit, dyscolus atque fastuosus. Genus clarum, corpus aptum, forma elegans, iuuenilis decor, prædia, palatia, immensa supellex & infula dignitatum, carni in eo, non spiritui, militabant. Proceritas corporis tanta erat, quodd magis videbatur gigantea quàm humana. Vix ei in vno prandio sufficiebant cibaria, quanta alijs octo iuuenibus fortissimis crât alimenta. Nusquam se per totam illam prouinciam absentauit à prælio, quandiu in armis fuit: sed affectu pugnæ solitarius, armigerorum destitutus subsidio, armatus multoties incedebat. Et cum nollent dimicare, trahebat vel inuitos ad certamen. Diceres rediuinum Belis idolum in comedendo & bibendo: crederes ipsum Nemrod potentem & robustum venatorem coram Domino in præliando. Extraneis malus, suis peior, pessimus sibi. Denique proprij germani vxorem, Herodiana rabie debacchatus, ad instar Herodis contra ius & fas incestu impudētissimo fertur per triennium & amplius tenuisse violenter. Si quis incestuoso se tantquam Iohannes exhibiturus, de tota vicinia diuertisset ad eum, conuicijs laceffitus, inanis & vacuus recedebat. Confidebat in viribus proprijs: verum non est, quodd fortis

FEBRYA. 10.  
Iacob. 1.  
Iohan. 3.

Psal. 67.  
Leui. 1.

Matth. 10.  
Mich. 7.  
Psal. 50.  
Psal. 57.  
Ezechi. 8. in.  
LXX.

Genus s.  
Guilelmi.

Dux Aquitaniæ & Comes Pictauiensium.

Statura sua gens & imensa eius voracitas.

Dan. 14.  
Gene. 10.

Matt. 14.  
Abutitur vxore fratris sui.

Hier. 9.  
Psal. 43.  
Ibidem.  
Psal. 32.

fortis gloriatur in multitudine virtutis suæ. Confidebat in mirabili & optimo mucrone: sed decantet iustus, Et gladius meus non saluabit me. Et iterum: Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos. Confidebat in equo fortissimo: sed fallax equus ad salutem. Erat autem ad succendendum flammeus, ad ignoscendum ferreus, ad consolandum faxeus. Diceres ignem vrentem in irascendo: diceres securim vel asciam in deiciendo. Ecce hæc sunt instrumenta artis diabolicæ, quibus onustus Comes, currebat aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armabatur. Quæ tanto diligentius sunt nobis enumerata, quanto diuinæ clementiæ in reuocatione peccatoris mirabiliter placuit operari. Quis inter hæc animduerret prophanum mutandum in sanctum, Saulum in Paulum, Saul in prophetam, lupum in agnum? Hæc sanè mutatio dexteræ excelsi. Qui producit mel de petra, oleumque de saxo durissimo, ipse fecit hoc. Non fecisti Domine taliter omni nationi, & iudicia tua non manifestasti eis. Si quis ex mortuis ierit ad eos, ait quidam, poenitentiam agent. Omnes ergo poenitentiam agere in fauilla & cinere debent, quandoquidem Dominus patiens & multum misericors mittit ad eos tyrannum, quadruplici morte compeditum, & mirabiliter ad odorem ignis spiritus sancti solum & abire permittit, vt non sit qui se abscondat à calore eius. Iam impletum cernimus Esaiæ vaticinium, dicentis: Babylon dilecta mea, posita est mihi in miraculum. Id autem de reliquo prosequamur.

Deut. 32.

Luc. 16.

Esa. 21.

*Vt B. Bernardus S. Vuilhelmi conuersionem exoptarit. Cap. 2.*

Anno Christi 1175.  
S. Bernardi insignis laus.

**E**O tempore fundatum est monasterium Clarquallis, & ibi vnà cum venerabilibus fratribus suis familiari spiritus sancti consilio ad regimen domus Abbas est Bernardus ordinatus, qui intantum vita, virtutibus & doctrina clarus effulsit, vt nullus ei in orbe secundus existeret ingenio, moribus, ore, stylo & virtutibus: quinimò sanctorum catalogo annumeratur, & apud superos presentialiter honoratur. Hic est, qui in diebus suis hereses extirpauit, hereticos confundebat, schismaticos reuocabat, erroneos instruebat, discordes concordabat, bonos promouebat, malos increpabat, & principes arguebat. Hic igitur in spiritu vehementi audiens famam sepè dicti Vuilhelmi Comitis, velut aquila perspicax, vbi fuerit cadauer, statim adesse desiderans, superni flaminis instinctu premonitus, cogitabat cum muliere euangelica, drachmam perditam reperire, & ouem erraticam ad pascua deserti reuocare. Ponensq; animam suam in manibus suis, deliberauit se vel ad tyrannum profecturum, vel ad se per nuncium gratia mutæ colloctionis Comitem vocaturum. Sed quid ageret? Si vocaret eum dilectus Domini in dilectam Claraualem, vt illum introduceret in cubiculum genitricis suæ, presu-me-bat probabiliter discolum ducem non venire. Si ad eum pergeret, iam propositum suum frangeret, de quo se nouerat ad Petrum diaconum Cardinalem sic scripsisse: Salua vestra omniumq; bonorum reuerentia, mihi propositum est, nequaquam egredi de monasterio, nisi certis ex causis. Ad tempus ergo sedit solitarius, tacens & quietus, negocium committens supernæ dispositioni. O virtutem viri, O animi puritatem: nec affectantis publicum, nec formidantis tyrannum pro eius salute. Si fugiebat publicum quousque affectasset cathedræ fastigium? Deus meus, quot & quantæ Ecclesiæ cathedrales, proprijs orbatæ pastoribus, eum in pontificem elegerunt? Sed non plùs delectabat eum mitra & annulus, quàm rastrum & sarculus. Fugibundus itaque publici, negocium committebat, vt dictum est, supernæ dispositioni. Cum autem placuit ei, qui segregauit Vuilhelmum à seculo, & vocauit per gratiam suam, vt multos filiorum Dei auersos, exemplo suo conuerteret ad Dominum Deum ipsorum, concurrere fecit causas ordo ille diuinæ sapientiæ, cuncta complectens, vt Bernardo Vuilhelmus occurreret, quem volebat & querebat. Occurrit autem hac occasione:

Luc. 15.

Epistola 17.

Multos episcopos reuerentia S. Bernardus.

*De electione Innocentij Papæ II. Cap. 3.*

Anno Domini 1130.  
Schisma.

**C**irca idem tempus Dominus Papa Honorius ingressus est viam vniuersæ carnis. Nec mora, conuenientibus electoribus & dissidentibus Cardinalibus, facta est diuisio in Ecclesia Dei, alijs eligentibus Innocentium, alijs Petrum Leonis, quem vocarunt Anaclerum. Sed pars Innocentij consilio sanior, zelo feruentior, merito probabilior, numero copiosior. Pars autem Anaclerti infirmior, audacior, violentior, non ratione virtuosior. Ipse etiam Innocentius fama, scientia & vitam sum-

summo pontifice dignus habebatur. Petrus verò Leonis à longinquis adspirationibus & machinationibus fraudulentis ad hunc apicem conscendere nitentur. Pars autem catholica, omnibus circa electum suum ritè peractis, circa Lateranense palatium non ita morabatur, sed acerrimè à Petri satellitibus infestabatur. Et quia vi humana tueri se non poterant, eedere salubriter elegerunt. Premissi in Gallias fuerunt nuncij, qui Gallicanæ ecclesiæ intempere negocij veritatem, & hortarentur episcopos, vt accingerentur ad vltionem, partem schismaticam damnantes, & vnitati catholice subscribentes. Conueniunt Stampis omnes Pontifices, Barones & Abbates, vocato ex nomine à rege & pluribus episcopis sancto Abbate Clarquallis. Fuitque vnica omniū consilia & sententia, vt negocium ecclesiæ Dei Abbati sancto imponeretur, & ex eius ore tota causa pensaretur. Qui diligenter profecutus electorum merita, electi vtriusque vitam & famam, electionisque ordinem, aperuit os suum, & spiritus patris sui impleuit illud. Vnus ergo omnium ore locutus, suscipiendum ab omnibus Innocentium nominavit, & ratum esse omnis pariter Ecclesia congregata clamauit. Laborabat eo tempore schismaticorum oppressione tota Burdegalsium prouincia, & non erat in tota Aquitania, qui Vuilhelmo principi posset resistere: intantum animum eius induraucrat Deus. Persuadente siquidem Gerardo Engolismensi episcopo, & instillante in eius dissensionis semina, factus erat schismaticis author & defensor. Quicumque enim susceptioni Petri Leonis non subscribebat, persecutionibus exponebatur, ita vt exulare cogeretur. Sibilabat enim in auribus Vuilhelmiducis crebris suggestionibus Gerardus predictus, tanquam vulpes astutissima & serpens antiquus atque tortuosus. Fuerat siquidem diutius in partibus illis Apostolicæ sedis legatus, nò solum per totam Burdegalsiem ac Turonicam prouinciam, sed quicquid à collibus Iberorum vsque Ligerim completitur ac claudit Oceanus, eius paruerat imperio. A quo tanto magistratu, tunc non modicum se dolebat deiectum. Ad Petrum ergo Leonis misit pro restituenda legatione, deiectionem suam ferre non valens: & ipse ei fide iurata deuotus obediret, principemque terræ & quoscunque posset, ad eius imperium inclinaret. Gausus homo perditionis, celeriter annuit & libenter. Gilone Tusculano episcopo Cardinale, qui solus ei de Romanis adhaererat, ad hoc misso specialiter, aggreditur ilicò Vuilhelmum Comitem marsupijs pecuniosis, pulsat animum eius suggestionibus venenosiss, & hominè arundineæ leuitatis seducit & corrumpit. In primis episcopus Pictauiensis Vuilhelmus, catholicus & honestus, de sede sua violenter expellitur, & quia Petrus Leonis abdicabat, condemnatur, alijs existentibus causis priuatis, ob quas ei Comes infensus, libèter eum persequitur. Obsecro igitur, vt nulli sit onerosum vel graue, si quiddam animo incidens obiter attigero, vel si prius gesta, breuiter repetiero.

Is fuit Ludouicus VI. Crassus.

Vide quantum tribuitur sanctissimo viro.

Gerardus episcopus incitat Guilhelmum ad schisma.

Guilhelmus Pictauiensis episcopus profligatus.

*Vt B. Bernardus primò ad se vocarit Vuilhelmum. Cap. 4.*

**A**nte hos dies apud multos, fama vbiq; perstrepete coeperat audiri, quòd seductor ille machinabatur aduersus Ecclesiam Dei. Et missi sunt à latere Innocentij Papæ, tunc agentis in Gallijs, B. Bernardus atque venerabilis Iosinus Suesionensis Episcopus, vt tam ipsum, quàm principem Vuilhelmum super his constanter conuenirent. Qui Pictauiam vsque peruenientes, predicto inuasori salutaribus monitis suaserunt, sed non persuaserunt. Quomodo enim persuaderet ei, qui iam eodem principe persuaso, impudèter in ecclesiam catholicam cõicia despumabat, Innocentium vituperabat, Anaclerum suum preconizabat, non obediens ei, erroneos & acphalos affirmabat? Vnde factum est, vt animati & armati in insaniam schismatici, ex eodie publicè persecutionem Catholicis intentarent. Interea dum hæc ageretur, Abbas sanctus in quodam monasterio ordinis sui, cõstructo de nouo in Pictauiam, morabatur. Qui de Domini misericordia confusus, nuncium ad Comitem direxerat intrepidus, supplicans, vt ad se necessaria colloctionis gratia dignaretur properare. Quem mox Comes vt audiuit, deposita quodammodo ferocitate leonina, & assumpta mansuetudine columbina vel ouina, ad auditu auri obediuit. Venit filius prodigus ad patrem, etsi nondum reuersus ad se. Venit Saulus ad Ananiam, etsi adhuc cæcus peruersusque: cum omnium gaudio susceptus est ab Anania, tanquam Saul, quæritans asinas, à Samuele propheta. Mox qui in spiritu & virtute Eliæ deuenerat, accensus est quasi ignis, & verbum eius quasi facula ardebat, cupiens in spiritu vehementi contere naucm Tharsis. Inclumque

Persecutio catholico-rum.

Cões Guilhelmus venit ad S. Bernardum. Act. 9. 1. Reg. 9.

Comes nihil flectitur verbis S. Bernardi.

Intērat mi nas sancto viro.

Hortaris, passiue dicit.

Carnotēsis Episcopus cum S. Bernardo ita dicit.

Cōuenitur Pertinaei.

Vna Ecclesia extra quam nulli salus. Num. 16.

Nihil efficitur apud Comitem.

sumque septem diebus continuis in quodam loco secretiori Comitem, de morte & vita, de poenis malorum & premijs bonorum, de vita & exemplis beatorum suo illo modo ignito ardēter tepidum instruebat. O si calidum audisses ad frigidum sua verba proferentem, diceres ignem succendentem vepres criminum, diceres gladium carnes deuorantem, crederes malleum petras conterentem. At quoniam nondum suscitauerat eum Deus, in malcuolam eius animam non intravit sapientia pro tempore illo, sed cor eius indurabatur quasi lapis, & quasi malleatorum incus stringebatur, dētibus suis fremebat & obfirmabatur, nec adhuc de peccatore iusti desiderium complebatur. Audiebat de conuersione morum admonentem, sed non exaudiebat. Audiebat ab inferis excitantem, & dissimulabat. Audiebat à schismaticorum congregatione reuocantem, & exire recusabat. Interim tyrannus esurire compellebatur, quia eicibus in sapore confectus & abundantia negabatur, cui assueta relinquere difficile videbatur. Dormitabat etiam anima eius præ radio documenti salubris & inauditi, vtpotē cui rationis peribat iudicium, quia schismaticorum veniebat negotium, transiens cordis in affectum. Quid plura? Induratus Pharaō surgit in scandala, seruo Dei phreneticus conuiciatur, & eum priuare se vertice, si extra claustra reperiret, comminatur. Vndē ferocem leonis sanctitiam agniculus tremebundus expauens, immunem suā doctrinā tunc eum abire permisit. Dic mihi, o homo, si intelligis hominis Dei salutare documentum? Medicus est, qui te hortatur: phreneticus es, qui hortaris: portas gladium, & vibras hastam manu furiosa. Sine modō, sine Abbatem sanctum recedere: tu interim contempta cedro & Libano, sub umbra rhamni tui, occupatoris scilicet auarissimi, requiesce: sed veniet tempus & non tardabit, quando suspirabis absentem, quem paruipendis præsentem. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Regresso ergō viro Dei, & in proprio nidulo Clarquallis collocato, factæ sunt per prædictos Gilonem Cardinalem & Gerardum occupatorem, quas supra meminimus, deiectiones episcoporum atque sedium occupationes.

De secunda Comitum conuentione apud Pertinacum. Cap. 4.

**A** Vdiens huiusmodi venerabilis Gaufridus Carnotēsis episcopus, vir virtutis, plenus spiritu consilij & fortitudinis, cui à Domino Papa Innocentio Aquitanie legatio fuerat commendata, vehementer indoluit, & succurrendum periclitanti Ecclesie, postpositis alijs negocijs, sine morē dispendio, decreuit. Abbatem ergō Clarauallensem obnixè rogans petit & obsecrat, vt sibi ad tantorum malorum eliminationem succurrat. Videns excusationes frustra extendi, assensit & annuit. Ibant igitur simul, & sicut condixerant Abbas & legatus, ingressi sunt. Aquitanie fines. Significatum est interim comiti Vuilhelmo per viros illustres & solennes nuncios, qui minus ad eum accedere verebatur, quōd Bernardus Clarauallensis & Gaufridus Carnotēsis, cum alijs multis episcopis & religiosis, eius colloquium præstolabantur: quorum esset studium, vt de pace Ecclesie & malorum remotione in communi tractaretur. Suafum est illi atque persuasum, nē tantorum declinaret colloquium, quorum communicato consilio, facile posset fieri, quod difficile videbatur, & repentino prouentu possibile redderetur, quod modō impossibile videbatur. Itaque apud Pertinacum hinc inde conuenerunt. Inprimis ergō de ecclesie diuisione, scissuræ ac discordiæ obstinatione, quæ in sola confederat Aquitanie regione, multis modis serui Dei Comiti proposuerunt, & se multiplici ratione vallauerunt: Ecclesia, inquiunt, vnica est, & quicquid extra illam est, quasi extra arcam Noë, diuino iudicio naufragari atque interire necesse est. Adducunt in medium exempla pessimorum Core, Dathan & Abiron, quos ob piaculum schismatis viuentes terra absorbit. Addunt quoquē, in nulla scriptura authentica se legisse, pesti schismatis Dei aliquando defuisse vindictam. Vuilhelmus ad hoc sano in parte cōsilio vsus, respondit se Innocentio facillimè posse obedire, sed ad restitutionem episcoporum, quos expulerat, nulla ratione posse consentire, tum quia eum implacabiliter offenderant, tum quia se pacem eorum nullo tempore suscepturum iurauerat. Sed dum vicissim per internuncios sermo pertraheretur, incausum se mutuo verbis occupabant, & facti velut æs sonans aut cymbalum tinniens, nihil proficiebant. Seruone deterebant diem, & in ventum verba proferebant. Angustabatur in semetipso Domini seruus, & quia non explebatur de principe, quod cogitauerat, anxiebat in eo spiri-

spiritus eius, in se cor eius turbabatur. Quid ageret athleta Christi? Deficiente humano præsidio, recurrit ad diuinum vir diuinus: ad arma fortiora confugiens, efficacius est munitus.

De tertia conuentione. Cap. 6.

**A** Ccedens ad altare sanctum vir sanctus, pro gente non sancta supplicandum inter Missarum solennia dignum duxit. Intrauerunt ecclesiam, quibus diuinis interesse licebat mysterijs. Vuilhelmus Comes cum suis adherentibus præforibus sustinebant. Sacrificabat igitur & orabat hora sacrificij ea quidem, qua consueuerat, sanctitate cordis ac puritate animi. Ritè ergō consecratione peracta, pace data & in populum diffusa, homo Dei, iam se non agens vt hominem, corpus Dominicum patenæ superposuit, secumque portauit. Egrediebatur itaque forās ad Ducem foris manentem, vt loqueretur in idipsum, ignitis oculis, ignita facie, ignitum portans eloquium, nec supplex, sed minax ac verbis terribilibus principem terribilem est aggressus: Rogauimus, inquit, te, & rogantes que ad pacem sunt Ierusalem, contempsisti. Supplicauit tibi in altero conuentu, quem iam tecum habuimus, seruorum Dei coram te adunata & prostrata multitudo, & despexisti. Væ qui spernis, nonne & ipse spernis? Ecce post seruos, ad te Dominus omnium supplicaturus aduenit: ecce filius virginis, caput Ecclesie, quam tu persequeris: post membrorum preces, caput ad te processit. Adest iudex tuus & tuorum, in cuius nomine curuatur genu omnium celestium, terrestrium ac infernorum. Adest testis & iudex tuus, in cuius manus est ille tuus spiritus deuenturus. Nunquid & illum spernes? Nunquid ipsum, sicut seruos eius, contemnes? Vniuersi, qui aderant, lachrymabantur, & orationibus intenti, rei exitum præstolabantur, & omnium expectatio suspensa, aliquod diuinum fieri celitus arbitrabatur. Vidēs Comes Abbatem procedentem in spiritu vehementi, & in manibus tenentem sacratissimum corpus Domini, dirigit & expauit, metusque membra trementia per totum dissoluit, atque velut extra mentem positus, ad terram vsque prosternitur. Eleuatusque à suis militibus, rursus in faciem corruit, nulli loquens, & in nullum intendens. Qui comprehendit sapientes in astutia sua, & regum balteum dissoluit, ipse fecit hoc. Verè non est sapientia, non scientia, nec consilium contra Dominum. Tunc vir Dei propius accedens: Surge, inquit, & sta supra pedes tuos, & diuinam ausculta sententiam. Præfens est episcopus Pictauensis, quem ab ecclesia violenter expulisti: vade iam, reconciliare patri, & in osculo sancto pacis cum eo iungito foedera. Innocentio subdere, & cleo à Deo tanto pontifici pare, sicut ei obedit omnis Ecclesia sanctorum. Auditis his tyrannus, sacramentorum præsentia superatus, & autoritate spiritus sancti victus, nec audebat respondere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur, nec poterat reddere vnum promille euangelizanti verbum virtute multa: sed statim occurrens, recepit episcopum pacis ad oscula, iniiciens manus in Abbatis vincula. Et quod amplius est, eadem manu, qua prius eum expulit, cum totius exultatione ciuitatis ad sedem propriam reduxit. Iam fortis impegit in fortem, & fortior superueniens, fortem superauit. Iam deinceps Abbas cum Comite familiaris loquens & suauis, nē ad impios ausus & tam temerarios deinceps exurgeret, nē Dei patientiam in tantis flagitijs iritaret, nē pacem reformatam in aliquo violaret, paternè commonuit. Tanto ergō malo obruto, & Gerardi schismate in cineres redacto, Bernardus cum gaudio Clarauallē regressus est. Vuilhelmus verò audito eo, multa interim faciens, deinceps minus crudelis extitit. Multa mala fecisti, o tyranne, iam aliquando compescere: iam mutatus in vase electionis à vase contumeliæ, conuertere. Tempus est vt reuertaris ad eum, qui te fecit, vt te videntes & ex bonis operibus considerantes, glorificemus Deum in die repentinæ tuæ visitationis. Nam oportet te in habitu vili Apostolico conspectui præsentari, & plenum virtutibus in vasta solitudine Stabuli Rodis sepeliri. Dicamus ergō, quando & qualiter.

De meditatione Vuilhelmi. Cap. 7.

**P** Ost recessum viri Dei, potens Dominus de lapidibus filios Abrahæ suscitare, coepit mentem Comitum ad compunctionem & veram poenitentiam mirabiliter excitare, & Oriens ex alto, sedentem in tenebris & umbra mortis, misericorditer visitare. Prædicti siquidem patris admonitio crebrius in mentem ipsi-

Nota certissimū documentum corporalis præsentie Christi in Eucharistia

Esa. 3.

Philip. 2.

En schisma tico & agnotit in seipso præsentiam corporis Christi. 1. Cor. 3. Job 12.

Prouer. 21. Romano Pontifici præter omnia Ecclesia sanctorum.

Matth. 3.

M m m venie-

Cometes dicit ad se. **veniebat, & memoria priorum gestorum & dictorum animo non excidebat: sed vram mal mundissimum ad presepe positum, plenissime, quæ audiërat & viderat, ruminabat.**

Luc. 12. **Resoluebatur in calefcentis affectionis incëdium, & in meditatione eius exardescibat ignis, quem Dominus venit mittere in mundum. Formabat ante mentis oculos Bernardi constantiam, fortitudinis audaciam, virtutis eminentiam, prudentiæ solertiam, temperantiæ parsimoniam, iustitiæ sanctimoniam, & imaginabatur bestiam, sua verba tam efficaciter resonantem. Nec mirum, si in ipso vincebatur Amalech, id est, si caro spiritui subdebarur: quando rediuuus Moyses leuans in oratione puras manus, pro Vuilhelmo assidue precabatur. Deus meus, quotiës homo tuus totas noctes peruigiles in oratione duxit & insomnes, flens largiter & effundens sicut aquam cor suum ante conspectum tuum, pro quo & de quo loquebatur tibi bona? Certè non poterat tantarum perire filius lachrymarum. Dicebat enim sibi ipsi adspiciens in visu noctis & rigans lachrymis stratum suum: Heu me, quid animi habebam, quando illum contemnebam? Clamabat ad me, & non exaudiebatur: stabat, & non respiciebam: Mutabar ei in crudelem, & in duritia manûs meæ aduersabar illi. Væ mihi, quia peccavi in sanctum Dei, dum deprecaretur me, & non audiui. Quis mihi dabit pennas sicut columbæ, & volabo ad eum, & cum ipso deceterò requiescam? Veruntamen si iniquitates meas obserua ueris pater, ante faciem eius totiës ad iracundiam prouocatam, non sustinebo. Nõnne cor meum ardens erat in me ipso, dum loqueretur mihi vtilia, & aperiret suum os me docedõ? Beati sunt, qui eum audiëruñt, & in amicitia eius decorati sunt. Nunquàm sic locutus est homo, sicut ipse loquebatur, & in labijs eius gratia diffundebarur. Talia dicebat intra semetipsum, & huiusmodi cogitationes ascendebant in cor suum. Ecce Benjamin lupus rapax, qui manè comederat prædam, iam vesperi diuidit spolia. Iam de comedente exit cibus, & de forti egreditur dulcedo. Non longè est à cibo spiritali, qui paratus est dare preciosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Cùm ergo fortia atque præclara arma pœnitentiæ sub iugo Christi decreuisset assumere, ad quem proponenda sibi pœnitentia pergeret, cœpit hæsitare: sciens, quicquid per se sine confessore voluntariè assumeret, vanæ gloriæ & præsumptioni, non mercedi, militare: & solum, si ceciderit, subleuantem non habere, & qui sibi se magistrum constituerit, stulto se discipulo subiugare. Sæpissimè subiit animum eius, venerabilem Bernardum præ omnibus eligere, sed propter iniurias illi illatas, oclusum sibi reditum prospiciens, ad eundem verebatur aduentare.**

Exod. 17. S. Bernardi instantissimæ preces ap. Comitæ.

Eccle. 4.

*De accessu Comitæ ad solitariū. Cap. 8.*

Eremitæ illorum temporum. **ERant tunc temporis in diuersis mundi climatibus viri religiosi, potentes virtute, & fortes robore: qui Deum præ oculis habentes, cælum appetentes, infernū metuentes, ad extremum iudicium contremiscentes, à communi vita aliorum segregabant semetipsos: nec cõtenti strata publica præceptorum, ingrediebantur mundissimam, rectissimam ac strictissimam semitam consiliorum. Nec sufficiebat circa communia languere viris perfectionis, sed adspirabant ad cacumina supererogationis. E quibus alij regularem, alij monasticam, alij anachoreticam, alij eremiticam ducentes vitam, vni Domino seruebant, vni regi militabant. Sed & in regione eadem, quæ talem nobis protulit ciuem sanctorū & domesticum Dei, nõ defuere viri spirituales, habentes spiritum prophetiæ, propositum spirituale: qui, nè cum salutis periculo viuerent in seculo, viuebant in eremo, & oculis desiderantibus Christum, nil aliud dignabantur adspicere. Hi tales & si pauci numero, de malitia tamen patriæ & furia Pictauiæ traxerunt nihil, nõ magis, quàm de sale marino pisces maris. Non longè erat à loco, in quo Vuilhelmus talia meditabatur vt columba, quidã de numero talium, vitã eremiticam ducēs, & miræ admodum simplicitatis homo. Sola enim, q̄ Dei sunt, cogitās, & mundū ab immūdo discernere nesciēs, sanctæ rusticitatis, quæ solum sibi prodest, sanctimonia rutilabat. Ad hūc solitariū mox soliuagus miles ire cœpit, & eū diligēter quæsiuit, donè inueniret. Cogitabat intra semetipsum, qualis esset ista deuotio, quã ad eū ferebat, & quid de ipso ageret omnipotēs, nõ plenè ipsemet cognoscebat. Replebatur stupore & ecstasi in eo, quod cõtingerat illi, penè somnium suspicatus. Quid plura? Venit ad pastore agnū factus de lupo, sed eū verebatur adunare pastor trepidus ouili Dominico. Requiebat instantèr portū naufragus, medicū fauciatus, Ananiã Saulus in Paulū prostratus. Sed quid ageret**

Eremita quidam miræ simplicitatis.

ageret Ananiã? Audiërat à multis de hoc viro, quanta mala fecisset ecclesijs & ecclesiasticis personis, & nesciebat futurū vas electionis, vt nomen Christi portet coram gentibus & regibus & filijs Israëli. Abscondebatur ergo columba tremēs ab accipitre & niso, fugit ouis tremebunda veniente lupo. Metuebat enim sibi impropèrari à Domino: Si videbas furem, currebas cum eo. Quia tamen perseuerabat pulsans, propter improbitatem surrexit & exiuit, intuitusque in eum toruo lumine, hæsitando admirans, ait: Imple, crudelis & dire tyranne, cur Christi seruos conaris infestare? Nunquid tibi parum est hætenùs ceteros impugnasse, nisi etiã presumas Christi seruos molestare? Recede, recede: iam ab hac stultitia quiesce, desine tu iuuenis senem laceffere. Qui hætenùs orbem terrarum habuisti infestum, quid tibi ad eremum? Nihil tibi & loco illi: nec est societates alterius ad alterū, non plùs quàm luci ad tenebras. Cui timidus heros respondit: Non maleuolus te deposeo, sed cor pœnitens gero, & delictum meum maximū emundari cupiens, iniquitatem meam coram te recognosco. Pro excessibus igitur præteritis corrigendis & prauis actibus abiiciendis, acturus pœnitentiam, adproperaui. Considero quæ feci, & nolo quæ facturus sum, moderari. Quot in me habui oblectamenta, tot offerre Deo paratus sum ad tuæ voluntatis arbitrium de memetipso cordis & corporis holocausta. Quapropter noli prohibere per Christum te obsecrantem, & ad tuam iussionem, fatissimè cupiētem. Gustem per tuum ministerium, gustem, inquam, quàm dulces sit vitijs non feruire, qui in me ipso didici, quàm amarū sit vel expertum esse vitia, vel velle vitium experiri. Sed ille timens velle eum sibi illudere, & fuisse immundum sciens, & iam purificatum nesciens, fertur respõdisse: Non ego te ligo vel soluo, neque falcem in messem alienam mittõ. Sum homo solis la tebris dignus, soli mihi iudex, soli arbiter & accusator constitutus: quatenùs monstret actio, quod habet professio, & monachi nomen solitaria mihi cõuersatio interpretetur. Quod tam securus fateor, quàm certus experior. Veruntamen si vera sunt quæ exponis, ad quendam alium singularis sanctitatis hominem festinare te consulo, qui longa experientia temporum iam suffultus, & in discretione spirituum iam excultus, ante me cognoscitur renūciãsse seculo. Iuit, & in auditu auris obediuit: sed ille nihilo minùs, ob auditam eius crudelitatem, pœnitentiam Vuilhelmi verebatur. Fuit tamen, qui consilium daret auidè quærenti, & cupidè recipienti. Quid ni reciperet, qui totiës ignem denegatum quasi digito mendicans quæretabat?

Psalm. 49. Durè accipitur Comes ab eremita. Offerit se ad fatissimè hem.

*De consilio duorum solitariorum super eius conuersione. Cap. 9.*

ERat eodem loco & tempore alius solitarius vir, valdè discretus & sanctitate conspicuus. Hic sicut scientiæ scintillabat perspicuitate, ita quoque vitæ rutilabat sanctitate. Vnde factum est, vt vtriusque concursu luminis, Deo clarus in scientia, & populo celebris ex fama redderetur. Ad hunc solitariū secundus solitarius militem mox soliuagum destinauit, quem tamen dilationis affectum tædio, nihil in itinere retardauit. Quid mirum? Diligebat ardentèr, currebat velociter, & ideò perueniebat celeriter. Omnia bibebat cum suauitate, secundum antiquum prouerbium: interm omnia facilia & propè nulla faciebat amor. Amanti enim nihil est difficile, restante anima, quæ canit in sanctarum nuptiarum epithalamio dulci: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter vbera mea cõmorabitur. Venit ergo ad hominem Dei, quem amoris pennulæ subleuabant. Reuclauerat autè Dominus auriculas solitarij, antequàm veniret beatus Vuilhelmus. Vbi verò Dei hominem nouit in spiritu propinquare, causam aduenientis memoriter tenens, magis ac magis omnipotentis clementiam cœpit lachrymabiliter implorare, quatenùs impium ab iniquitate dignaretur, sicut promissit, reuocare. Postquàm igitur aduentasse Comitèr vir sanctus accepit, cum gaudio spiritus sancti eum in pace suscepit, causamque itineris indagare solerter cœpit. Cui ille penetrabilia cordis aperiens, totum propositum conuertendi cœpit fiducialiter enucleare, nec fuit verbum in cordis cubiculo, quod ei voluërit occultare. Diceres rediuuum hominem, qui inciderat in latrones, fauciatum & spoliatum, quem pertransierat sacerdos & Leuita, Samaritani misericordiam præstolari. Sed quid egit Samaritanus? Viso eo, non præteriuit, sed misericordia motus est, & curam illius egit. Nam appropinquans, alligauit vulnera eius vinculis alligaturæ salutaris, infundens oleum consolationis cum vino mordaci epithematis. Doctus erat cum vnguentario Salomonico, facere pigmenta sua.

Nullos reseruit labores tantus princeps, iam conuersus ad Dominum, Cant. 1. Totum peccatum suum aperit Eremita. Luc. 10. Eccl. 38.

M m m 2 ta sua



ta suauitatis, & vnctiões conficere sanitatis. Mox mirum in modum, proposito Comitit diligenter intellecto, sicut gaudium est angelis Dei in celo super vno peccatore conuerso: sic & isti gaudium cumulatam est super poenitentem Comite & peccatore tam peruerso. Post aliquatulum ergo temporis & monita vitæ ac salutis, iam securius locutus est senior, dicens: Reuertere in domum tuam vnde existi, & nemini dixeris quod concepisti. Volo enim te esse cautum, & declinare inanem gloriam, quæ est virus virtutum & demonium meridianum. Postea indutus cunctis armis militaribus, quibus antea malefacere presumpisti, ascensoque meliori equo, cui haetenus insidere consueuisti, ad me clanculum solus festinabis in habitu tali. Et post hæc salutare consilium, cooperante Domino, tibi impendam pro meo posse. Talia dicebat medicus infirmum curaturus, nec amplius exprimebat, quia sciebat quid ipse esset facturus. O medici prudentiam. O viri sapientiam. O spiritum, qui loquitur. Statim enim vt ad eum introiit Vuilhelmus, non dixit: O inique, ô immunde, ô adulter, ô schismaticæ, ô incestuose. Portabat gladium vt secaret vulnus, sed ægrotanti non ostendebat, nè medicinam repentina necophytus abhorreret. Abscondebat intus ferrum diuisionis, non sub velimento tegminis, sed sub velamento narrationis. His auditis, B. V. uuilhelmus, cui omnis mora erat longa nimis, gratias agens Deo, domum regressus est. Sed & monitorum salutarium præceptoris sui non surdus aut obliuiosus factus auditor, religiosæ sollicitudinis suæ nulli extraneorum aut propinquorum voluit esse relator. Didicerat enim scriptum esse: Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Domestici tamen eius, rem penitus ignorantes, vt eum viderunt cum rebus indictis ad suum redire præceptorem, felicibus eius actibus inscij execrabili ter maledicentes, æstimabāt eum progressurum ad consuetæ acquitiæ scelus & furorem.

Vide mirabile eremitæ consiliū.

Matth. 6.

Gen. 22.

Deut. 25. Apoc. 18.

Matth. 3.

Ieiunium. Oratio. Eleemosyna.

Nota quid vir sanctus pro satisfactiõne imponat Comiti iauerit poenitentem.

De lorica ad eius carnem adstricta. Cap. 10.

Interea dum hæc agerentur à Comite, vir Dei quendam fabrum doctum tractare fabrilis, cum instrumentis fabrilibus ad se de vico proximo clam accersuit. Sicque prouisum est, vt in termino iniuncto Vuilhelmus ad virum Dei rediens, fabrum cum circulis catenisque & vinculis ferreis vincire paratum, quem nesciebat, reperiret. Ingressus ergo Vuilhelmus ad solitarium, nec solitarium, sed cum fabro reperies, obstupuit intantum, vt dicere posset: Ecce faber & vincula: vbi est victima vincienda? Sed respondetur ei cum Abraham, quod Dominus sibi prouideret holocausti victimam. Holocausti dixerim, an holouincti? Vtrunque si dixerim, non me poenitebit. Veritatem enim dicam. An non holocaustum, in quo ardor charitatis consumebat rubiginem vitiarum? An non holouinctum, quod decem ligamentis constringitur circulo ferreorum? Mox vt intrauit, audiuit patrem spiritualem dicentem sibi: Fili Vuilhelme, auctoritate sacrorum canonum salubriter admonemur, nè falsis poenitentis laicorum animas decipientes, in infernum protrahi patiamur. Veritas est irrefragabilis, & negare nõ possumus, quod nullum malum impunitum manet, sicut nullum bonum irremuneratum. Aut enim Deus punit, aut homo. Modus autem puniendi, secundum modum præteriti delicti debet extendi. Dicit enim veridica scriptura: Iuxta mensuram delicti erit & plagarum modus. Et iterum: Quantum glorificauit se & in delicijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum. In huius signum præco iudicis horrabatur agere fructus poenitentia, non quoscunque, sed dignos fructus poenitentia. Melius est ad momentum temporaliter cruciari, quam supplicij addici sempiternis. Si ergo verè poenites, & omnino ad remissionem peccati præteriti, ad euasione futuri iudicij, & ad adeptionem caelestis fastigij suspiras, talem poenitentia distinctionem, tamen citra condignum, tibi impono: Inprimis, quia ieiunium domat pestes carnis, oratio pestes mentis, eleemosyna verò ad omnia valet, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futura: per hæc tria emplastra preciosissima tibi indico posse redire ad patriam claritatis æternæ. More ergo perfecti, ibis & vendas omnia, quæ habes, & dabis pauperibus: vt exoneratus & nudus, sequi possis non habentem vbi caput suum reclinaret: qui exultauit vt gigas ad currendam viam. Deinde, quia omnia ista extra te sunt, propria lorica ferream ad carnem super nudum præcipio te portare omnibus diebus vitæ tuæ. Post hæc, quia in factis tuis offendisti plurimos, maximè tempore schismatis sub Petro Leonis, & non sufficit bona conscientia quo ad Deum, sed requiritur etiam bona fama, quo ad proximos:

num: nudis pedibus Apostolico conspectui te presentabis, vt secundum eius arbitrium satisfacias Domino, à quo pro tuis sceleribus longè lateque anathematis es opprobrio condemnatus. De orationum verò pondere & mensura nihil impono, cõfidens in Domino, quod processu temporis, cum dilatato pede amoris viam mandatorum Dei currere cooperis, vnctio eius docebit te non solum de orationibus, sed etiam de omnibus. Et quoniam frater, qui adiunatur à fratre, quasi ciuitas firma est, vt alter alterius onera portemus: deinceps pro inuicem, vt saluemur, Dominum exoremus. His dictis ab homine, Comes accepit verbum salutis, non iam vt ab homine, sed magis ab angelica lingua, immò vt à diuino flamine seu mystico spiramine. Reuerà non alius fuerat, qui talia deprompserat, quàm spiritus patris eius, quos eius impleuerat, & talia pronuncia dictauerat. Mox mirum in modum totus in Dei amorem succenditur, & sine dilationis procrastinatione inter manus fabri & solitarij vetus Comes exuitur, vt nouus miles Christum, qui noua facit omnia, nouiter induatur. Nudatus proprijs vestibus, sine confusione & reuerentia, in medio duorum in nomine Iesu congregatorum constituitur, & lorica propria fortiter ad carnem connexa superuehitur, firmiterque per totum corpus decem catenis seu vinculis artificis magisterio subtiliter constringitur, nè processu temporis facile dissoluatur. Post hoc asperrimo cilicio desuper contegitur, ferrumque galeatum subtiliter, vt solui non valeat, capiti militis imponitur: sicque spiritalibus armis onustus, à suo præceptore dimittitur, & abire permittitur. Iam depositis armis carnalibus, & assumptis spiritalibus telis, dicere poterat is cum Apostolicis viris: Arma militiae nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo.

Prou. 18. Iacob. 5. Ecce tibi formã persectæ conuersionis.

Nota aspectu vestium in tã illustri viro.

2. Cor. 10.

De accessu eius ad Eugenium Papam. Cap. 11.

Longam cum homine nouus homo moram non traxit, sed peccatore sitibundo velociter in propria rediens, dispensij impatiens, & velocitati operis inhians, omnia bona terrena antè possessa sibi detraxit. Res, quas in sua potestate habuit, vendidit & pauperibus erogauit: quas verò ad manum non habuit, ex corde proiecit & contempsit. Dispersit ergo & dedit pauperibus paupertatis amator, in breui futurus pauperum non solum amicus, verum etiam & imitator. Herentis in salo nauiculæ funem potius studebat præcidere, quàm soluere. Adspiciebat enim in remunerationem, paupertatis cupiens assequi præmium, quod est regnum celorum. Nihil ex omnibus ille quondam opulentus sibi retinere voluit, distribuens singula, nè cordi vel manibus adhereret macula. Sicque factum est, vt omnibus suis simul & semel pro Domino spretis, pauperibus terram, sibi celum diuideret. Narrat textus euangelicus & cum magno exultationis tripudio recitat, Petrum piscatorem Christo dixisse: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Benè Petre, & non ad insipientiam tibi. Non enim sequi poteris oneratus eum, qui exultauit vt gigas ad currendam viam. Sed scire velim, quæ sint omnia, quæ te iactas reliquisse. Piscator eras, victum manu & arte quærebas, diues non fueras, nauem & retia tantum distrupta possederas. Quid ergo te iactas tam confidenter omnia reliquisse? An omnia reliquisti, qui affectum possidendi deposuisti? Certè Vuilhelmus noster nonne eodem tecum spiritu dereliquit omnia, qui voluntatem habendi deseruit? Nihil minus in hac parte fecit à magnis Apostolis, qui non nauem, sed orbem: non retia, sed palatia: non pauperiem, sed gloriam velut stercora arbitratus est, vt Christum lucrifaceret. Omnibus ergo pro Christo percalcatis, nudis plantis, illo suo vestitu ferreo atque asperrimo circumdatus, rutilans in luto margarita, dominum Papam visitauit. Quid ni visitaret bonos in mundo, quem visitauerat oriens ex alto? His diebus præsidebat sanctæ sedi Apostolicæ beatæ memoriæ Eugenius Papa tertius, q de sub ferula beati Bernardi assumptus, Papatûs Romani monarchiam tenebat, laudabiliter quidem & sincerissimè, vt potè talis ac tanti patris discipulus. Veruntamen quia bonorum vita malis oppidò solet esse infesta, & quia eleemosynam carpit inuidia, aduersus eum quorundam Romanorum adulterina plantatio, viperea progenies rebellauit. Quorum aduersus se malitiam machinantem humanitatis reformidans, in superiorem Galliam cedens, salubriter se recepit. Vbi Rhemis celebrato concilio, rei que publicæ negocijs peractis, Ecclesiasticæ potestatiuè dispositis atque ordinatis, inter cetera sententiam antiqui anathematis, in Vuilhelmum Comitem dudum latam, renouauit.

Abijcit omnes res suas.

Matth. 5.

Matt. 19.

Psal. 18.

Adit Romanum pontificem, vt erat ab eremita iussus.

Eugenius habet Synodum Rhemis.

Galat. 1.

Ecl. 10.

Osculatur Comes p. des Eugeni Papæ.

Vide cõfessionẽ corã Pontificẽ. Garcio, barbara dicitõ famulum significat.

re curavit. Ignorabat enim iam conuersum atque mutatum in virum alterum. Interim Vuilhelmus audiens dominum Apostolicum in Gallias aduentasse, gauisus est valdè. Nec se capiens præ gaudio, ignorabat adhuc voluntatem Dei fuisse, vt sibi occurreret quem querebat. Accessit itaque Paulus factus ex Saulo, vt videret Petrum, non iam in se, sed in suo vicario. Intrauit vir obediens ad Simonem Petrum, sed non, vt fieri assolet, per Simonem magum. Nihil pauper Christi ostiarijs dedit, qui in terris ex omnibus nihil possedit. Nec fuit, qui ab intraturo pecuniam exigeret, testante scriptura, quia qualis rector ciuitatis, talis & populus eius. Suscitauit Dominus super populum suum virum, qui argentum non querebat, & aurum non velle: sed sagittis paruulos interficeret. Intrauit ergò liberè, qui in libertatem spiritus vocabatur, & prostratus solo tenus sacra eius vestigia reuerenter osculabatur. Vultus in terra figebatur, oculus lachrymabatur, os pedes deosculabatur, manus amplexabatur, & lingua de profundissimo corde talia loquebatur: Heu mihi, pater mi: Heu mihi, pater mi. Pater Abraham, misere-re me, & resuscita animam meam, quia multipliciter peccaui. Pater, peccaui in caelum & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: non etiam mercenarius, sed spurius seu porcus: quia relicto pane filiorum, indignum me feci pane garcionum, onerando miserum ventrem animæ de siliquis porcorum. Ego miser homo, descendens ab Hierusalem in Hiericho, incidi in latrones, qui percutientes vulnerauerunt me in natura imaginis, tollentes à me pallium diuinæ similitudinis. Quapropter suscipe, queso te, de Aegypti partibus reuertem, & reduc ad pascua deserti ouem oberantem. Absolue de regione dissimilitudinis ad patrem fugientem. Pater mi, pater mi, currus Israhel, & auriga eius.

De obiurgatione Eugeni Papæ. Cap. 12.

Eccè qd facit cor contritum & humiliatõ, quod Deus spernerenõ potest.

Matt. 26.

Gene. 27.

1. Cor. 11.

Luc. 18.

**H**is auditis, Dominus Apostolicus fertur respondisse: Quis enim es tu? At ille: Ego sum, inquit, Comes Vuilhelmus, peccator & impius, quem pro meis meritis iuste quidem tu cum prædecessoribus tuis anathematis mucrone percillere decreuisti, & velut membrum putridum à corpore Ecclesiæ præscidisti. Homocidia, adulteria, sacrilegia, & omnia opera nefaria, quæ de me incestuosò & schismatico tibi dicta sunt, vera sunt. Si iniquitates à Domino obseruentur meæ, maior est iniquitas, quàm vt veniam merear. At quoniam misericordiæ Christi non est numerus, tu qui vicarius Christi es, miseri miserere, & patrem misericordiarum, quem representas in terris, iure imitare. Peccaui super numerum arenae maris, multiplicata sunt peccata mea. Sed dum vivo, & spiritus regit hos artus, sana me medicamento poenitentiae, cui commissum est vice Christi super terram soluere & ligare. Peccaui & verè deliqui, sed libera me, vt non vadam ad interitum, neq; descendam in corruptionem, qui claudendi & aperienti cælum hominibus adeptus es dominationem. Ad hæc expauit Dominus Apostolicus, & vltra quàm credi potest, admiratus est. In mentem ei veniebat factum Iacob & Esau: quorum vnus ante conspectum Isaac alterum se simulabat. Arbitratus aliqua sub specie Iacob sibi velle illudere, sciensq; angelum satanæ in angelum lucis se solitum trãfigurare, fertur respondisse: Comitẽ quidem Vuilhelmum peccatorem coram Domino sepe audiui, sed eum facientem nunquam cognoui, & ideo si vera sunt, quæ tu dicis, ego non noui. Sed esto. Aut tu es in persona Vuilhelmus, aut tu nõ es. E duobus vnus est: aliter esse nõ potest. Si tu nõ es, & voluisti mihi illudere, indignationem Dei omnipotentis & nostram incurras, eò quòd Christo Domini reuerentiã debitã exhibere nõ curas, sed subfannationem eius procuras. Si verò tu ipse es, & nõ alius, quomodo poenitentem te esse simulas? Quomodo potest Aethiops mutare pellem suam, & pardus varietatem suam: ita & tu potes benè facere post iniquitates tãtas. Fratris torum incestu maculasti, in orbe schismata seminasti, nequitijs tuis climata mundi perturbasti. Et tibi post hæc de plena poenitentia cordis quomodo credam? Maledixi tibi, & eris maledictus. Scio tamẽn dominum magna, immò maiora tibi posse facere, quia omnipotens est: sed inueteratum dierum malorum ad plenum poenitere, despero. Surge itaque de medio, vade ad dexteram siue ad sinistrã. Ad hæc timidus Vuilhelmus surrexit, & ad modum publicani euangelici stetit à longè, non audens faciem in virum leuare, dixitque: Reuerã Vuilhelmus Comes ego sum, peccator nimius, & ad tuam dignationẽ missus ob taxationem satisfactio-

factiois. Sed ex quo credere non vis, saltem largire mihi gratiam benedictionis tuæ, & Apostolicæ beneficium absolutionis. Quod si non obtinero, & per incuriam tuam neglectus fuero, Deus, in cuius conspectu sto, sanguinem animæ meæ de manibus tuis requirat, qui sinum viscerum paternorum reuertenti filio prodigo præcludere nõ formidas. Perditio mea tibi imputetur in cumulũ perditionis, & videat hæc super te omnia videns Dominus ultionum. Cùm audisset hos sermones Papa religiosus, magis timuit, vt potè homo conscientie multum scrupulosæ. Cognoscensque viri constantiam, & Christi infinitam misericordiam, cogitabat intra se, quòd nec criminis quantitas, nec facti enormitas, nec temporis breuitas, nec horæ extremitas excludunt à venia. Aperiens ergò os suum, dixit ad Vuilhelmum: Patriarcha Hierosolymitanus scio quòd prudens vir & magni consilij sit: ad ipsum te mitto, & potestatem super animam tuam loco meĩ sibi commito. Salutato igitur humiliter summo pontifice super infusa gratia benedictionis Apostolicæ, Hierosolymam profectus est.

Nullos resusat labores pro obtinenda venia.

De accessu eius ad patriarcham Hierosolymitanum. Cap. 13.

**I**n diebus illis sancta terra Hierosolymitana in manibus erat Christianorum, & peregrinis omnibus liber patebat ingressus. Vuilhelmus igitur ingressus in sanctam ciuitatem, postquam sepulcrum Christi gloriosum cum puritate & deuotione visitasset, requirere coepit à ciuibus venerabilem vrbs primatem. Factum est autem per diuinam voluntatem, vt & ipse esset Hierosolymis his diebus. Ad quem cùm introductus esset Vuilhelmus, se & causam itineris, totumque negocium seriatim ac per ordinem eidem patefecit. Patriarcha autem viso Vuilhemo, gauisus est valdè. erat enim ex magnis temporibus cupiens eum videre. Audiẽrat siquidem, famæ clamoribus vbiq; prestrepentibus, multa mala de ipso: & videns, quoniam magnificasset Dominus misericordiam suam cum ipso, congratulans & exultans, Dominum benedicebat in ipso. Fuit & alia familiaris causa, quare Vuilhelmum venerabilis Primas tenaciùs sibi copulabat & dulciùs adstringebat ac ampliori reuerbatur honore. Nam confessus est, & non negauit, se fuisse filium cuiusdam de seruientibus Vuilhemo, cui fidelissimè famulanti multa bona Vuilhelmus fecisset, ac immensa donaria munificus contulisset. Ob hanc causam beneficii accepti non immemor filius, preparabat se libenti animo ad rependendum vicem vicariæ benignitatis. Nec se capiens præ gaudio super inopinata conuersione Ducis & euentu insperatæ salutis, quibus poterat abundantiam lætitiæ propalabat gemitibus & suspirijs. Conuersusque ad Dominum, procidit in faciem suam & adorauit, dicens: Benedictus es Domine, qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim: qui viuificas mortuos, & vocas ea, quæ non sunt, tanquàm ea quæ sunt. Scio Domine, & verè scio, & idipsum bonitati tuæ cõfiteor, quòd verè poteris de lapidibus filios tibi suscitare, qui post tempestatẽ tranquillum nõsti facere. O quam nouissimus heri, o quàm primus hodiè. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ tuæ. O mirificata & confortata scientia tua ex me. O flatus spiritus tui, vt fluant aquæ. Si quis potest abyssum imperscrutabilem penetrare, poterit & iudicia tua viasq; inuestigabiles comprehendere. Iudicia siquidem tua, abyssus multa. Nunc ergò Domine benigne fac in bona voluntate tua cum eo, & quod dignatus es incipere, fac cum eo signum in bono. Fiat per gratiam tuam cor eius immaculatum, vt quod coepit mirabiliter, felici perseuerantia studeat complere, & ad obseruantiam boni sanctique propositi de bono in melius certatim feruere. Ducas eum per spiritus tui vnctionem cælestia diligere, & supra sidera conuersari, cui iam inspirasti terrena despicere, paupertatisq; stigmata feruentiùs emulari. Quod eidem prestare digneris tu, qui es Deus deorum & Dominus dominorum, regnans & imperans in secula seculorum. His dictis, Vuilhelmum cum ingenti suscepit gaudio, & eum satisfactiois salutaris vinctulis alligauit. Cùmq; niteretur eum cohabitantẽ retinere secum, vir Dei iam fugiens publicum, nullatenus acquieuit, sed magis solitariam vitam ducere prælegit. Quod & factum est. Nam infra breue tempus intra ambitum atrij domus suæ arctissimam specum de super coopertam fecit fabricari, schemate quidem vili, instar vmbraculi in vineis & tugurij leproforum. In quam ædificatione sic constructa, præsentẽ Primatẽ, Vuilhelmus lætissimè & glorianter quasi in carcere se retrusit, & nouem annis continuis cum nimia ciborum parsimonia se recluserit. Intus ergò sedebat solitarius & tacebat, quia leuauerat se super se. In-

Aperit oia patriarchæ Hierosolymitano.

Patriarchæ summa gratulatio de comitis mutatione. Dan. 3. Rom. 4. Math. 3. Rom. 11.

Psal. 35.

In specu digi annis nouem in mirabili abstinentia &c.

Thren. 3. tū dixerim, quia cunctis, qui foris sunt, dicitur: *Væ, væ.* Sedebat in angulo domatis non diligens pedes suos mouere. An non tibi videretur Vuilhelmus fuisse de numero eorum, quibus dictum est: Sedete in ciuitate, quoadusquē induamini virtute ex alto? Econtrā de reprobo dicitur: Non quieuit, & Domino non placuit. Sedebat etiam solitarius, & sedendo tacebat, nolens sedere cum consilio vanitatis. Sedebat ergo solitarius, & sedendo tacebat, sciens cultum iustitiæ esse silentium. In silentio enim & spe, erit fortitudo vestra: & idē obmutescens, silebat etiam à re bona. Quamplures viderat in peccatum incidisse loquendo, vix quempiam tacendo. Er quia silentium cogit cælestia meditari, rectē super se poterat eleuari. Ab omni strepitu secularium quies perpetua, ad illos excessus Pauli perducit, de quibus dicit: Siue sobrij sumus, vobis: siue mente excedimus, Deo. Domine Deus, qui ostendere consueuisti populo tuo dura, quanta illic demonstrasti famulo tuo mira, & ostendens ei tribulationes multas & malas, referasti visiones consolatorias & bonas? Quæ abscondebas à sapientibus & prudentibus, paruulo referasti, & prætermisisti immundis peccatoribus, mundicordem crebrō visitasti.

*De habitatione eius apud Patriarcham. Cap. 14.*

**B**eatus itaque Vuilhelmus in illo humili tugurio constitutus, Deo & hominibus gratus efficiebatur & dilectus, gratumque se hospitem exhibebat apud Patriarcham, ita vt diceret ei Patriarcha: Experimento didici, quod omnibus bonis spiritualibus repleti sumus ad introitum tuum, & ob gratiam tuā benedixit nobis omnipotens, sicut benedixit domui Aegyptij propter Ioseph. Ipse autem verus Ioseph nihil nouerat ibi, nisi tugurium suum, in quo claudebatur, & tegumentum, quo operiebatur, & panem arctum aquamque breuem, quibus reficiebatur. Domus erat, cella: potus, aqua: cibus, panis nigerrimus: habitus, ferreus & asperimus: lectus, antrum: culcitra, solum: capitale, saxum: coopertorium, testum. Taliter se habuit per nouennium continuuum, cui viuere Christus erat, & mori lucrum. Vitam istam ducebat in patientia, sed futuram cum desiderio expectabat. Degebat pauper in cella, diues in conscientia, thesaurizans in cælo, & nihil habens in mundo. Securius dormiebat pauper in terra, quam diues in auro & purpura. Sæpe noctes peruigiles in oratione ducebat, & cum tandem aliquando ad necessitatem naturæ tenuissimo somno opus esset, lachrymis stratum suum prius irrigabat. Leuabat puras manus in oratione, flecebat genua roborata in supplicatione, plorabat coram Domino in peccatorum amarissima recordatione, per singulas noctes lachrymis cor lauabat, cinerem tanquam panem māducabat, omnes dies suos in amaritudine animæ recogitabat. Exercitatur in diuinis, quotidie meditari in lege Domini, refici parciū, orare frequentius: Quando meditabatur, cordis suspirio rapiebatur in patriam: si quando loquebatur, os eius leuabatur supra sidera. Eloquia eius eloquia casta, ignita & igne examinata, nec crederes humanam linguam, sed angelicam propter sapientiam & spiritum, qui loquebatur. Si quis religiosus aut literatus ad eum aliquando diuertisset, monita salutis erogaturus, aut descripturis locuturus, non solum, vt assolet, calefaciebat affectum, sed & illuminabat intellectum purificatum, intantum audita eloquia diuina memoriæ commendabat. Vnde factum est, vt sic scripturas audiret ardentem, sic legeret feruenter, quasi esset in crastino moriturus. Manibus pectus, genibus pauimentum tundeat, votis & deuotis precibus celos cumulabat, lachrymis genas rigabat, gemitibus & suspirijs tugurium mugiebat. His & alijs similibus exercitationibus assuetus, coepit angelorum iucundari aspectibus, erudiri visitationibus, commoneri suggestionibus, sedulitate consolati. Ingenti cura magnoque tripudio angeli intererant psallenti, aderant oranti, inerant meditati, supererant quiescenti, præerant operanti. Sollicitē conuerso congaudebant, tristem confortabant, ignorantem instruebant, tentatum protegebant, & in omnibus ipsi prouidebant. Quid est homo, ait quidam, quod memores eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum? Reuerā Domine magnificas Vuilhelmum, apponis erga eum cor tuum, geris pro illo solitudinem, curam illius habes. Denique immittis ei spiritum tuum, promittis vultum, angelos mittis in ministerium. Ecce hæc fuerunt in dilecto Dei conuersionis imitanda primordia: ecce poenitentis veneranda præconia. Multa quidem & alia laude digna tam in occultis quam mysticis reuelationibus, internis & secretis

secretis cōsolationibus seruo Dei in eodem loco contigisse præsumimus, sed inde coniecturas sequi non audemus, qui certitudinem non habemus. Nam ante nos nullus unquam in vita eius hoc digessit. Ipse etiam pater sanctus non edidit, discipulorum nullus interrogauit. Perstringentes ergo stylum, ad certiora veniamus.

*Vt à suis sollicitatus sit ad resiliendum à proposito. Cap. 15.*

**F**actum est autem cum homo Dei ibi moraretur, vt vbique terrarū requirerent eum cognati & noti. E quibus alijs lustrantibus prouincias, vrbes, populos & terras, alij maria transfretarent, extendentes se longē ad insulas remotissimas & ignotas. Cumque diutissime frustrata fuisset sollicitudo quærentium, tandem tumores veridicos acceperunt de eo à peregrinis quibusdam. Arreproque itinere, valedicentes Pictauiæ, aliqui eorum Massiliam venerunt, & ascendentes mare in nauibus, vento prospero in urbem Hierosolymam celeriter ac feliciter applicuerunt, & sic tandem ad suum Comitem Hierosolymam peruenerunt. Post istos & alij veniebant, & alijs reliqui succedebant, & multiplicabatur indies aduentium multitudo. Omnes autem, qui præcedebant & qui sequebantur, vnanimiter eum increpabant, & talia loquebantur: Quid agis domine? quid insanis o Vuilhelme? Quis te fraudulentus fraudulenter circumuenit & nequiter fascinavit, vt respiceres in huiusmodi vanitates & insanias falsas? Quid tibi deerat in Comitatus fastigio, suffulto vndique subsidio amicorum? Quiesce iam ab hac stultitia, quiesce ab hac capitis melancholia. Non enim potes, etsi multum velles, in rigore proposito perdurare. Ecce terram tuam alieni deuorant, nec est qui eis possit resistere. Qui si te præsentem cernerent, non auderent vel mutire. Non poteras melius amicos deprimere, & inimicos exaltare, quam sic te damnabiliter absentando. Animaduerte, quæsumus, propter absentiam tuam plebes tribulari, viduas desolari, innocentes conuassari, nocentes grassari, orphanos spoliari, virgines violari, senes periclitari, ecclesias depradari, monasteria depauperari, homicidia & latrocinia iugiter exerceri. Quomodo dissimulas exire? quomodo tardas vindicare? quomodo taces, videns impios conculcantes iustiores se? Iam iuuentutem tuā in gloria mundi consumpsisti, tardē & non ad profectum tibi poenitentiam incepisti. Iam quod superest vitæ tuæ, in flore mundi expendere curato. Veni, & corona te rosis, antequam marcescāt: Fruere creaturis, quæ sunt, antequam senescas. Post tanta scelera, post tot illecebras, post tantas iniquitates & peccata quam partem habebit in te Deus desuper? Hæc & huiusmodi in auribus Comitis Sirenes & vluæ quotidie sibabant, & inimici hominis domestici eius talia fabulabantur. Diceres rediuuuum Iob, cui insularunt reges: intantum insultabant Vuilhelmo quotidie domestici eius & affines. Vnde factum est, vt impetum superuenientium amicorum, frequentiam propinquorum & infestationem notorum ferre non sustinens, eorum inquietationem per fugæ remedium cogitaret declinare, & seorsum ab incurfibus turbulentis, actionibus inordinatis, sermonibusque incompositis semetipsum segregare. Quod factum est. Nam vale dicto hospiti, clanculum recedebat, & solitarius ibat, quocumque instar Eliæ eum spiritus duceret. Mox mirum in modum ad eius subuersionem omnia viscera sua concussit inimicus, & illicita, quæ prius per os amicorum suggererat, vt eius consensum obtineret, in memoriam eius redire procurauit hostis antiquus. Diabolo ergo reuocante ad ruminanda præterita, & mundi concupiscentia illicente oculos ad præsentia, factus est minus diligens, extendendo se tepidius ad futura: Imaginabatur in cubili suo gloriam, quam dereliquerat: verebatur ignominiam, quam assumpserat: recordabatur ab amicis quæ audierat, & comparans visis audita, miserabiliter intepuerat. Qui etsi ad primos insultus non est persuasus ad vomitum remeare, exinde tamen coepit aliqua de rigore proposito relaxare. Hanc autem tepiditatis tentationem permisit cum Dominus sustinere, vt posteris daretur exemplum calcædi præsumptionem, & resiliendi in propriam miseriam: quia à nobis solum fragilitatem habemus & defectum, à Deo autem nostro fortitudinem & profectum. Dum igitur sic animo vacillaret, facta sunt quæ sequuntur.

*Vt à proposito nonnihil deflexerit. Cap. 16.*

Con.

**C**ontigit his diebus, vt Vuilhelmus, peragratis superioribus partibus Tusciae, intra confinia Lucensium deueniret. Ciues autem Lucenses similitate quadam oborta aduersus vicinos eorum, castrum quoddam ex illorum colonia fortiter obsidebant. Cumque viribus vel industria nullatenus praevalerent, casu Vuilhelmum contigit eò peruenire: & iter faciens per medium illorum, obsidionis causam quaesivit ab occurrentibus. Qua diligenter cognita, suadente diabolo, prorupit in haec verba: Casso labore bellatores hi consumuntur, inuanum castrum subuertere moluntur. Non magis videtur hominibus istis ad pugnam conuenire, quam bubus aut asinis ad lyram. Haec si mihi pugna concederetur, infra paucos dies & diruta moenia exterminarentur, & castrum expugnaretur. Audiuit haec quispiam, & nunciauit alijs, & illi alijs, quousque verbum innotuit his, qui videbantur in exercitu gerere principatum. Et fuit commune consilium, vt Vuilhelmus à ciuibus vocaretur in medium. Vocatus adfuit, & sicut de Saule legitur, ab humero & sursum eminebat super omnes. Et visa proceritatis eius longitudine, magnarumque virum fortitudine, cognouerunt eum virum bellicosum & in bello doctissimum. Suasum est illi à ciuibus atque persuasum, intantum vt poenitentiae oblitus, expugnationis triumphum eis in crastinum promitteret affuturum: & sic suggestione diabolica ad damnosam militiam sponte respiciens, corde cum filijs Israëlin Aegyptum reuertebatur. Cumque se militares induisset habitus, sequenti nocte transacta, summo mane omnino se lumine priuatum reperit oculorum. Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur scriptura: *Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi.* Verè nò Vuilhelmus esset exceptus à numero filiorum, adunatus est numero flagellatorum. Nolebat pius Dominus seruum suum tantis praeteritorum laborum fructibus spoliari, & fecit, vt vexatio daret intellectum auditui. Qui supponit manum suam nò collidatur iustus, ipse fecit hoc. Videns igitur rediuius Saulus plaga caecitatis se esse percussum, pudibundus & valde confusus, luce clariùs perpendit, ab angelo fatanà sibi fuisse illusum. Et compunctus corde intrinsecus, quòd semel manum mittens ad aratrum, respexisset retrò, desiniuit ad Dominicam militiam se protinus rediturum, & nunquam in perpetuum ab ea recessurum: Et recogitans quanta quotidie beneficia praestat inuitis pater misericordiarum, ex totis praecordijs se totum contulit ad rogandum Dominum, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: Domine Deus meus, inquit, qui es lumen indeficiens, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, per te, quaeso, tenebrae cordis mei illuminentur, & oculi corporis mei misericorditer aperiantur. Aperi Domine oculos tuos, & vide desolationem meam. Aperi oculos meos, vt videam consolationem tuam. Oculos quos culpa claudit, poena aperiat: & qui propria miseria praesumpsit, ex tua largifluae bonitatis misericordia videat. Non enim ad consumptionem peccantium emittis manum tuam: sed si corruerint, ipse saluabis. Vix sermonem beatus Vuilhelmus finierat, & ecce protinus sensit super se Dominicam visitationem. Mox enim per spiritus sancti gratiam, qua tarda molimina nescit, ex insperato lumen amissum recepit. Sicque ad Dei militiam regressus est coactus, à qua stulte digressus fuerat spontaneus. Non mirum, si famulo Christus corporis & animae lumen restituit, qui tot caecorum multitudi postmodum restitutionem visus obtinuit. Gratiam, quam alijs erat impetraturus, in seipso primitus est expertus. Postquam autem facto die Lucensium multitudo ad eum secundum conditum & placitum conuenit, ea, qua potuit, dissimulatione pertransijt. Intimauit eis, se esse poenitentem & seruum Dei, & dedicat ad seruendum Deo viuenti, militare deceterò non licere. Et in hunc modum valescians Lucensibus, & transiens per medium illorum, ibat. Postea suam perscrutans tepiditatem, & imminet suspectam habens imbecillitatem, reuifere proposuit Hierosolymorum sanctam ciuitatem.

Hic iam non nihil retrò respicit.

1. Reg. 70.

Percutitur caecitate obtemeritate. Prou. 3.

Esa. 28.

Iob 30.

Recipit visum.

*De reditu eius in Ierusalem, & abscessu in solitudinem asperam. Cap. 17.*

**V**IR ergò Dei Vuilhelmus, resumptis spiritalibus viribus, dimissis Lucensibus, tendere coepit ad priorem locum, & ad domum Patriarchae reuertit, unde prius exierat. Contigit autem, vt cum iter faceret secus litus maris, caperetur à praedonibus Saracenis & piratis. Et videntes eum hominem imbellem

bellem & nudum, agnouerunt ex circumstantijs, Christi famulatu deputatum. Cumque undique perscrutantes, inuenissent loriatum, festinarunt exuere & spoliatum dimittere. Sed vbi loriam circulis, vt praedictum est, alligatam & carni iam inhaerentem distrahere nullatenus valuerunt, valedicentes ei more barbarico, illa sum liberè dimiserunt. Qui prosperè veniens Hierosolymam, in prius quidem tugurium se recepit, & sicut prius per biennium continuum se reclusit, excepto, quòd districtiori vita solito artius se afflixit. Ex praeteritis discens praesentia pensare, coepit amplius propriae fragilitatis ruinam formidare. Sed nec muscae morientes, quae perdunt suauitatem vnguenti, defuerunt ibidem. Viro posteriorum oblitò, & se in anteriora extendere cupienti, affuit, sicut antè, notorum & propinquorum multitudo tumultuosa, & rebellis infestatio non quieuit opponentium se spiritali viri proposito lingua venenosa. Quid hic agis, inquit, insane? quid consilium amicorum irritum putas & inane? Ad hoc Christi famulus, diligentior effectus solito, sepebat aures suas spinis, & nec benedictionibus nec maledictionibus motus, neque seducebatur blandimentis, neque conuenticbatur minis. Audiebat serpentes sibilantes, & non exaudiebat: percipiebat canes lastrantes, & dissimulabat: perpendebat ranas coaxantes, & vocibus incantantium cor claudebat. Ecce patet, post lapsum quam cautus Vuilhelmus fuerit contra reciduum. In hoc opere fortior, meo iudicio, & praeclearior inuenitur, quam qui omni tempore seruata innocentia, delicta noxia nunquam experitur. Credo autem, quòd in hac parte iudicium Dei mecum faciat. Nam si rerum precium ex raritate pensamus, facilius inuenies, qui innocentiam seruauerunt, quam qui peccati sui condignam poenitentiam egerunt. Habet quidem Christus multos milites, qui fortissimè coeperunt, steterunt, vicerunt. Paucos autem, qui de fuga conuersi, rursus se periculo ingesserunt, quod euaserunt: rursus aduersarios fugarunt, quos paulo ante fugerunt. Sed quanto pauciores, tanto (cum omne rarum sit carum) qui huiusmodi sunt, aestimantur praecleariores. Vnus è numero talium idem iste strenuissimus & sanctus vir fuit, qui à principio cum non saperet, sapuit: & postea cum saperet, apostatando desipuit: sed postremo cum desipisset, respiscere festinauit. Videns igitur vir Deo plenus, quorum sepulcrum patens est guttur, eorum se morsibus & dentibus patere, ob nimiam eorum infestationem cogitauit occultè discedere, & in solitudine quadam propinqua ad vitam solitariam agenda se Domino consecrare. Et factum est ita. Nam ecce elongauit fugiens, & mansit in solitudine. In qua procul amotus ab hominibus, more anachoretarum solitariè aliquandiu habitauit. Et sicut ab hominibus se elongauerat cohabitatione corporali, ita etiam secessit conuersatione spiritali. Accendebatur spiritualiter in meditatione, eleuabatur intellectualiter in oratione, domabatur inexorabiliter in carnis afflictione, scrutabatur caelestem Ierusalem subtiliter in contemplatione. Circumbat per plateas caelestes vir angelicae puritatis, & eius sublimitas in excelsis habitabat, angelos considerabat, apostolos salutabat, martyres exorabat, confessores visitabat, virgines sortegestantes in excessu mentis honorabat. Si quando ad actiones temporalium & administrationes necessitatum suarum corporalium descendebat, interpolatis morulis & vicibus raptim & velut iaculatim quoddam suspirium emittebat. Cumque reddidisset vt breuius poterat, Marthae vel Liae, quod debebat, iam tunc diffusius & securius inter Mariam & Rachelis amplexus castissimos stringendum se recipiebat. Si loquebatur ei dilectus, ad vocem amici eius anima liquefiebat. Si loquebatur dilecto, tenebat eum nec abire permittebat. Si dilectis sodalibus loqui decernebat, per eos amore se languer dilecto nunciabat. Haec fuerunt beato Vuilhelmo pascua spiritalis alimoniae in illa interiori solitudine deserti, postquam à priori apostasia coepisset ad Christi seruitium conuerti.

*Vt abierit in Liualiam, & ad montem de Pruno. Cap. 18.*

**P**OST haec vir Domini in omnibus pavidus, & propriam fragilitatem semper habens suspectam, recordatus est scriptum esse, sicut à quodam probò viro in loco prioris tugurij fuerat eruditus: Melius est duos simul esse, quam vnum. & Vx soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem. Et reuera hoc cogitando vir Dei non errauit: quia malum, quod nemo videt, nemo arguit. Vbi enim non timetur reprehensor, tentator accedit securius, & iniquitas perpetratur licentiùs. Volens ergò

Redit in specum suam. Ecces. 10.

Itèrùm illi citur ab amicis. Surdo canunt Sirenes.

Psal. 54. Degit in solitudine anachoretarum in solitudine.

Cant. 5. Cant. 3. Cant. 2.

Ecces. 4.

sc in



se in laboribus corporis exercere, quatenus diabolus inueniret occupatum, deliberauit beati Iacobi apostoli limina visitare. Et inuento nauigio per Dei misericordiam, qui in oculis nauarum sine nauulo contulit ei gratiam, transferebat & venit in Hispaniam. Visitat. S. Iacobum. & ingressus Compostellanam ciuitatem, cum omni deuotione tanti apostoli uisitauit ecclesiam, & effudit sicut aquam cor suum ante conspectum apostoli, cuius suffragantibus meritis & intercessionibus petebat deduci & adduci in montem sanctum aeterni tabernaculi. Vbi cum aliquandiu apud quasdam personas religiosas, eum charitatiue detinentes, fuisset demoratus, in Tusciam reuertitur, Pisanorum partes ingreditur, & in Speluncam horridam ingreditur in Liualia, & socij se illi adiungunt. sylua, qua Liualia nuncupatur, speluncam horribilem reperit. In hanc descendens Domino famulaturus recipitur, sed in breui tempore sociorum sibi religiosorum numerus copulatur: cum quibus illo in loco aliquanto tempore religiosè uiuentibus conuersabatur, hospiteq; construitur ad Dei uenerationem & pauperum Christi refectionem. Sed non post multum temporis feruor eorum coepit paulatim tepescere, & qui spiritu coeperant, in carne probati sunt consummari: & tanto in religionis culmine positi deficiendo facti sunt deteriores, quanto ibidem proficiendo facti fuissent meliores. Compellebantur à viro Dei Vuilhelmo renunciare illicitis, conuicijs & iniurijs affligere patrem imitabilem. Inter dycolos Deicola non proficiebat, intantum eius reuerentiam illorum prauitas detestabatur. Sed quid ageret norma iustitiae, virtutis insigne, alumnus disciplinae, professionis forma? Hospitale cuidam viro religioso, Petro nomine, qui adibus malorum non consenserat, commendauit, & sic de illo loco ad alium prudentissimè discessit. Reuerà spiritalis medicus meritò eos despexit aegrotantes, quos de medicamento suo fieri vidit deteriores. Matth. 10. Ezech. 36. Quid nisi despiceret persequentium insaniam, qui mandatum acceperat, se uiente persecutione in vna ciuitate, fugere ad aliam? Quid restabat, nisi domum exasperantem deserere, cum propter eam soleat praedicatorum lingua palato adhærere? Venit ad montem de Pruno. Recessit igitur prudens de concilio malignantium, excusso pulcre pedum illis in testimonium. Veniensq; ad montem, qui de Pruno nuncupatur, in sylua opacissima sub quodam modico tugurio solitarii Domino famulatur. Ibidem arctissima vita voluntariè assumitur, contemplationi simul & actioni insistitur, & vnus manus ponitur in ambobus. Ibi cellula construitur, hortulus concluditur, areola diuiditur, humus oleribus feritur, & arborum diuersa species inferitur, vinea etiam propaganda plantatur. Sed & à viro Dei terror & horror serpentum venenosorum cellam inquietantium procul repellitur, omnisque infestatio immundorum spirituum potenter abigitur: Nec minus in expugnatione prauorum hominum virilis extitit, quam daemorum. Opinioni siquidem eius fama vndique crebrescente, sociorum multitudo, Deo famulatura, illi copulatur, & à falsis fratribus, inuidiae facibus accensis, inuidiae virus multiplicis toleratur. Vnum tamen de insultibus daemorum ibi toleratum, distinctè & ordinatè commemoramus, arbitrati stylo potius exprimendum, quam silentio supprimendum. Iob 9.

*Detentatione daemone sub specie proprii genitoris. Cap. 19.*

**Q**uadam igitur nocte, cum solus suo illo solito & ignito modo meditationibus inuigilaret, & in orationibus intentus pernoctaret, contigit vt ei fatanas inuideret. Inuidit, & adfuit, nec satellitum immundorum fraudulentam multitudinem defuit. Et quem à rigore sancti propositi per se aliàs non valuerat emollire, cogitabat innumerabili daemorum multitudine circumdatus, tentando circumuenire. Conuenerunt igitur in vnum aduersus Domini famulum, vt multitudine vincerent, quem vincere fortitudine non poterant. Prima igitur vigilia noctis, cum surrexisset in principio vigiliarum suarum, & effudisset sicut aquam cor suum ante Dominum, audiuit subito exercitum aduenientium daemorum, qui quasi totam vallē occupantes, phaleris equorum & sonitibus crepitaculorum perstrepebant. Nunc anima-

animalia crederes vociferantia: nunc volatilia cantibus varijs audires garrimenta: nunc sibilabant vt serpentes: nunc hinniebāt vt elephantes: modò rugiebant vt leones: iam vlutibus pugnantium tota sylua resultabat: iam strepitibus militantium vallis omnis resonabat: modò clamoribus aucupum & venantium totum nemus tremebat. Accedentes autem propius, cellam eius circūdederunt, & in modum coronae rediuiū Dauid fatanas & eius satellites cinxerunt. Mox mirum in modum circa illius cellam more militari coeperunt hastis inter se congregari, & duello de victoria certare. Daemones ei sunt infecti. 1. Reg. 23.

Ex illis autem vnus ceteris clarior & virtute robustior, apparuit in specie proprii genitoris, & ad Vuilhelmum dicere coepit cum vociferatione clamoris: Daemon in patris figura ei loquitur.

Cerne senescentem fili Vuilhelme parentem.

Exi continuo patre rogante tuo.

Germinem non humili genitus, me respice fili,

Nec mea despicias vota, precesq; pijs.

Exi Vuilhelme: tu nanque resumere per me,

Terras & dotes, praedia, regna potes.

Iam sat seruisti, superest tibi gloria Christi:

Praemia non poteris perdere, saluus eris.

Iam patrem sequere, iam iamque tu miserere.

Ad tua regredere, viscera mota gere.

En generis soboles nostri stat, turbaque fratrum,

Cum quibus in theatro ludere saepe soles:

Fratres cum cuneis notorum respice tristes:

Exi, nè distes, associandus eis.

Illis iungèris pompa, folioque fruèris:

Cinget te generis turba, beatus eris.

Armigerorum turba decorum glorificabit.

Seruorumque chorum copia larga dabit.

Cernendum moestum te spectat turba nepotum,

His saltem praesta, quaesumus, antidotum.

Fili mi, quid habes animi leuitate cadendo?

Magnanimi non est, perimi se velle latendo.

Quarere vilia, spernere gaudia, te ne remordent?

Eccè placentia sunt tibi tristia, prospera sordent.

Ferrum, cauma, famem, frigus fers atque ligamen.

Nec florens aeras te mouet, aut pietas.

Postpositis igitur furij, mihi sanus obedi:

Nè tardes ergò, concitus ipse redi.

Hæc & huiusmodi princeps daemiorum in aures eximij principis suggerens suadebat, sed Christi miles verba deceptorum paruipendebat. Licet enim inauditis ante nouellis monstris fuisset aliquantulum perterritus, protectus fortitudine Dei, nihil ad hæc respondit penitus. Mentem eius firmam in Domino nec terrores concusserunt, nec blandimenta seduxerunt. Videns ergò diabolus suam nihil prauelere industriam, contemni non ferens occultam fraudulentiam, sese conuertit ad quantam permiffus est apertam violentiam. Dolebant etiam angeli fatanae, à Vuilhelmo sibi illudi, qui illudendi non venerant, sed potius illufuri. Et effractis cellulae ianuis, in multitudine copiosa audacter intrarunt, & extra domum trahentes, verberibus acriter ceciderunt. Conquassatis ergò & contractis vniuersis membris corporis eius ab iniqua caterua, supra dorsum eius fabricante, abièrunt, semiuiuo relicto & paululum respirante. Nihil mouetur daemone praestigij. Dire ab illis verberatur.

*Visitatur à virgine Maria, & ceteris virginibus. Cap. 20.*

**R**ecedentibus igitur malitiae satellitibus, & disparentibus operarijs tenebrarum, athletam suum in sua tribulatione consolari dignatus est pater misericordiarum, & pius Dominus, qui nouit pios eripere de tēratione, secundum multitudinem dolorum in corde suo, eius lætificauerunt animam multiplici consolatione. Nam subito missæ sunt curare vulnera eius tres puellæ, renitentes inestimabiliter specie generosa, secum portantes vnguenta preciosa. E quibus vna ceteris

Nnn

præcla-

Bestissima  
virgo Ma-  
ria illi appa-  
rens, eius  
sanat vul-  
nera.

Matth. 12.

Hæc ferè  
sunt D. Ber-  
nardi in  
Homil. in  
Euangelio,  
Missus est,  
&c.

præclarior & facie venustior rutilabat, quæ militem Christi cohortando, sermone dulcissimo mitius blandiebatur. Hæc erat, sicut ipso postea referente cognitum est, genitrix Dei, domina mundi, regina cæli, virgo Maria. Merito ad eum angelorum domina mittitur de cælis, qui puritate angelica rutilare nitebatur in terris. Iuste quidem Dei filius matrem destinavit corporalem, ad sanandam in terris matrem suam spirituales. Qui, inquit, fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, soror & mater est. Prædictæ ergo virgines ignem vehementem circa fauciatum mira celeritate succenderunt, corpusq; illius dulciter calefactum, suaviter vnixerunt. O mira vnguenti suauitas. O mira vnguentum efficacitas. O mira vnctionis & salutis celeritas. Sub omni enim celeritate incolumitati pristina restituerunt, & sic eo salutato & hortato, discesserunt. Felix contritio, quam pia manus puellaris alligat: Felix fractio, quam virginalis palma consolidat: Felix vulneratio, quam digitus genitricis Dei perungit & sanat. Reuerà pater sancte, iam non debent esse in memoria angustia priores, quas mitigauerunt tantæ Virginis consolationes exteriores & interiores. Quid te animi habuisse suspicemur, cum odoratus tuus pascebatur aromatis effusione, auditus recreabatur virginis allocutione, visus reficiebatur tantæ pulchritudinis admiratione, tactus leniebatur tantæ dulcedinis respersione? Deceterò in periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam potes securius inuocare, deuotius cogitare, iucundius salutare: nec vnquam debet à corde recedere, nec ab ore excidere. Et nos quidem seruuli tui, si insurgant venti tribulationum, si flumina tentationum, si scopuli persecutionum, hoc solum post filium habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad eius misericordiam sinum. Cæteris in virtutibus eius congaudemus ei: sed misericordia miseris sapit dulcius, misericordiam amplectimur charius, recordamur sapius, crebrius inuocamus. Quis misericordiam eius longitudinem, latitudinem, sublimitatem & profunditatem queat inuestigare? Omnibus omnia facta est: sapientibus & insipientibus copiosissima charitate debitorum se fecit. Tanti ergo certaminis victoriam & refocillationem consolatoriam, cum antiquo patris Antonij certamine videmus non modicam habere conuenientiam. Huius autem tam dulcissimæ visionis arcanum nulli vnquam, quoad viueret, voluit pandere, excepto solo ministro eius tunc temporis, Petro nomine, qui postea Prior factus montis de Pruno, ad exemplar sibi in monte monstratum, domum dignè satis satagat regere. Huic soli negare non poterat labilis gloriæ percalcator, qui huius rei notitiam & signum, quippiam operis intus factitando, acceperat, sedulus magistrus explorator.

#### De hospita à febre sanata. Cap. 21.

Multa pati-  
zur à falsis  
fratribus.

Interea videns diabolus per seipsum clam vel palam ad seducendum virum Dei suam nihil versutiam præualere, molitus est per alios, quod per se non poterat adimplere. Cum enim omnibus Deo seruientibus infestus sit, quos, Deo protegente, proprijs viribus euertere non potest, ad illos decipiendos aliorum solet vti opera. Conuertens igitur se ad ad acriorem læsionem & minus tolerabilem pugnam serpens antiquus, nouit scriptum esse, quod nulla pestis est efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus. Immisit itaq; in cor sodalibus & falsis fratribus, qui cum ipso morabantur, vt inuidia cordis, conuicijs oris, molestijs & iniurijs operis eum incessanter insectarentur: & ita factum est. Postquam verò malignantium persecutiones diu longanimiter sustinuit, tandem eorum nequitijs cessit, & abiit, atque in syluam Liualiam, vbi prius hospitale construxerat, redijt. Sed & fratres loci eiusdem, instigante diabolo, non minus eum persecuti sunt, immò plùs etiam, quam antè, & cœperunt ei conuicijs illudere, & eum opprobrijs saturare. Improperia exproperantium Eliseo, ceciderunt super eum, quia multum dissimilis erat vita eius operibus illorum. Cum ergo mortiferum virus inuidiæ cogitaret humiliter declinare, cœpit infirmus & debilis corpore quò tenderet æstare. Et ecce subito, sicut ipse postea referre consueuerat, vox ad eum de cælo sonuit, quæ in montem Petritium iuxta Castellionem Burianensem, eum ire præcepit. Nec mora, ad obsecundandum mandantis imperio, licèt infirmus artubus & corpore debilissimus, statim accingitur, & tandem paulatim ad nominatum locum peruenit. Cumq; ibi per aliquot dies refedisset quietus & solitarius, superuenerunt pastores plurimi, qui de tota vicinia illic statutis diebus conueniebant frequen-

tius. Quorum frequentiam & inquietudinem vir solitarius ferre non sustinens, egressus inde, iustrato vndiq; loco, tandem Castellionem deuenit, vbi amore & intuitu Iesæ Christi, à quodam viro mansueti, qui erat incola loci illius, honestissime susceptus est, & in domo eius refedit multis diebus hospitatus. Erat vir ille honestus, habens vxorem & familiam, & de bonis temporalibus sufficientem mediocritatem. Erant ambo iusti in conspectu Domini, vt legitur de parentibus præcurforis, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. Apud hos Vvilhelmus per longum tempus vsus hospitio est, eorum beneficio humaniter sustentatus. Factum est autem vindemiarum tempore, vt infirmus & ieiunus circa horam diei nonam diceret hospiti suæ: Ecce, inquit, longo corporis dolore, temporis calore ac ieiuniorum continuorum pondere confectus tabesco, & nè per meam incuriam deficiam, pertimesco. Tibi ergo humiliter supplico, ad refectioem vespertinam mihi aliquid curato præparare. Cui illa respondit: Viuit Dominus & viuit anima tua, quia hodiè tibi ministrare non possum, incommodo febris grauissime prostrata. Velle quidem adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Mox ille passionibus hospiti vehementer compassus, inuocauit super eam nomen Christi, & sub omni celeritate febris à foemina pellitur, sanitasque pristina restituitur. Nec mora: ad viri Dei surgit imperium, & quod iussa fuerat, sedulè, ab hospite fideliter & deuotè parat edulium: nec solum die illo, sed prout potest, eidem ministrat deinceps omnibus diebus vitæ suæ. Hoc ipsamet, Dominum in seruo glorificans, alijs consuevit enarrare non ingrata, etiam à nemine interrogata.

#### De tugurio sancti viri in stabulo Rodis. Cap. 22.

Post hæc vir verè humilis, nolens reputari, nec mirabiliter prædicari, laudationemq; sui ferre non valens, apud quos huiusmodi fecerat signum, non acquieuit vterius commorari: Et recedens clanculè, ad ecclesiam sancti Nicolai perrexit, & ibi modico tempore cum venerabili viro Guidone presbytero permanfit. Nec multò post eius beneficio & auxilio fretus, in vallem, quæ dicitur Stabulum Rodis, ad habitandum est introductus. Erat autem Stabulum Rodis, solitudo quædam penitus inculta & horribilis valde. Ibi recepit semetipsum in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis. Anno Dominicæ incarnationis 1155. mense Septembri, mediante adiutorio virorum nobilium castri Burianensis & dicti domini Guidonis sacerdotis, erectum est viro Dei, prout ipse voluit & optauit, mapale modicum & tugurium vile in loco, qui dicitur Stabulum Rodis. Ibidem per annum fermè & dimidium superuixit, & pauperrimè degens, vitam asperissimam duxit. Hæc fuit vltima mansio & statio viri Dei. Ibi corpus terræ, spiritum verò tradidit æternæ requiei. Ibidem poterat decantare, iustus cum iusto, comes cum rege: Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Ibi in tanta innocentia ingressus est, in tanta simplicitate conuersatus est, in tanta puritate animi demoratus, vt inter feras bestias, serpentes & dracones degeret securus & illæsus: Volucres cæli cum illo vescebantur, bestia ferocissima, deposita quodammodo rabie naturali, mansuetæ reddebantur, nihilq; ei nocentes, quasi ratione vtentes, cum reuertebantur: animalia quantumcunq; syluestria, sacra eius vestigia humi prostrata deosculabantur, & omnia reptilia, ad iussum eius obedientia, ibant & reuertebantur. Diceres Eliam inter coruos, ouem Christi inter lupos, Lazarum inter canes, Danielem inter leones, Moysen inter serpentes, Dauidem inter vrsos, Ioseph inter Aegyptios, Benedictum inter volucres. Non immeritò cum omnibus sanctis congruentiam quandam habuit, qui omnium iustorum spiritu plenus fuit. Etiam spiritu prophetiæ ibidem cœpit clarere, sicut sequentia docebunt. Erat iisdem temporibus sanctus Albertus, cuius in Prologo fecimus mentionem, bonæ indolis adolescens, viri Dei minister, & eius disciplina perfusus, ambulans cum eo, intrans & exiens, & conuescens familiariter. Hunc ergo præuidens in spiritu, virum spiritus & virtutis futurum, die sancto Epiphaniæ in discipulum & fratrem recepit, secum Domino militaturum. Vndè in libello, quem idem dominus Albertus de vita patris visu & auditu percepta cõpendiò descripsit, inter cætera sic ait: Post hoc, Epiphaniarum tempore ego inutilis & indignus Albertus, vitiorum multorum labe prægrauatus, à sua sanctitate sum receptus. Nec fraudatus est à desiderio suo vir desideriorum, proficiente in hoc eius discipulo, vt postmodum

multorum pater fieret filiorum. Intantum siquidem magistri discipulus factus est in melius amulator, ut signorum & prodigiorum fuerit effectus mirabilis. Ipso referente, de vita & miraculis patris Vuilhelmi multa cognouimus, quæ præsentis opusculo inserere dignum duximus. Quæ tanto à nobis certius fide indubitata tenenda sunt, quanto ab eo, qui vidit & audiuit, diligentius sunt relata. Et sicut diximus à principio, ardebat in verbis, lucebat in exemplis, micabat in miraculis. Et quoniam plura mouere solent exempla factorum, quam dicta verborum: inchoemus à verbis, mediemus in factis, & terminemus in signis. Verba igitur B. Vuilhelmi huiusmodi fuerunt, sicut prædicti retulerunt eius discipuli, B. Albertus & Prior montis de Pruno venerabilis Petrus, qui oculis suis gesta eius viderunt, & auribus sermones audierunt.

*De doctrina & sermonibus beati Vuilhelmi. Cap. 23.*

Humilitas  
sancti viri.  
Iob. 15.

Luc. 17.

Gene. 18.  
Exod. 4.  
Esa. 6.  
Iob. 42.  
Luc. 1.

Gene. 3.  
Gen. 25. 26.  
Hebr. 12.

Luc. 18.

2. Thef. 3.

Psal. 38.  
Psal. 18.

Rom. 6.

**I**N primis ergo more religiosorum ad omnia se inutilem & iniquum beatus Vuilhelmus assidue fatebatur, quia in conspectu Domini nec cæli mundi sunt, quem admodum in Iob legimus. Nec solum seruū maleuolum se esse, cui tortura opus est, exteriori pronuntiabat effatu, sed etiam intimo cordis sentiebat affectu. Iam Euangelij surdus non erat auditor, in quo discipulis præcepit Saluator: Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Nec mirum, si seipsum reprehendebat coram Domino: quia quanto perspicaci mentis acumine Deum contemplantur limpidius, tanto propriam paruitatem penitius perspiciebat. Vnde Abraham post diuinæ familiaritatis fastigium se puluerem fatebatur. Moyses post rubi miraculum, impeditoris linguæ se pro testabatur. Esaias post concentus Seraphici auditum tripudium, pollutum se labijs asserbat. Iob etiam post auditum diuinum iudicium, in fauilla & cinere sese reprehendit. Ad extremum virgo Maria, post electionis in matrem Dei priuilegium, se ancillam humilem profitebatur. Ex quibus omnibus statuitur, quæ dicta est, irrefragabilis veritas, videlicet quod ubi maior Dei familiaritas & notitiæ diuinæ acutior perspicacitas, ibi clarior & profundior propriæ paruitatis cognitio & humilitas. Asserebat etiam seruū Dei aquā in mensura bibere debere, nec licere etiam in minimis voluntatem corporis adimplere. Cibum & potum ad solam necessitatem restringebat, superfluitatem etiam in rebus vilibus condemnabat. Producebat exemplum in medium, & confirmabat testimonijs scripturarum. Sub Adam, inquit, per pomum, non per rhombum, vniuersale factum est excidium. Esau reprobatus est, appetendo lentis, non carnis, edulium. Sub Moyse populus in deserto prostratus est propter aquæ, non vini, desiderium. Denique & de vtraque vita ad vtriusque hominis condimentum breue longumque pariter documentum adferebat, breue in syllabis, longum in sententijs. Dicebat ergo in doctrina sua, sibi calitatis infusa: Seruum Dei aut orare, aut laborare, aut semper debere cælestia cogitare. Si ad superficiem verborum respicias, valde sunt simplicia: si te ad medullam intus conuertas, multiplex spiritualis latet intelligentia. Non immerito orationem præmisit: quia oportet semper orare, & non deficere, sicut veritas in Euangelio dicit. Congruè autem laborem subiunxit, quia ociositas inimica est animæ, & quia qui non laborat, secundum Apostolum, non manducabit. Iam verò in meditatione cælestium rectè conclusit, quia in meditatione iusti, ignis charitatis exardescit. Ideò decantabat vir iustus Domino: Et erunt ut complacent eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Parum dixi, & pro sublimitate sermonis, omnis expositio inferior est. Post hæc, Non regnet, inquit, peccatum in nostro mortali corpore: & vix illis, qui concupiscentijs suis obediunt. Ociositatem arguebat, auaritiam reprehendebat, inanem gloriam vilipendebat, & lasciuiam condemnabat, inuidiam detestabatur, detractionem relegabat, murmurationem execrabatur: superbiam suffocandam, iracundiam reprimendam, factis & dictis suadebat. Diuitiarum instantiam fugiendam, paupertatem voluntariam appetendam, suo illo seruore spiritus dogmatizabat. Dicebat insuper, seruū Dei omni hora, cogitata, dicta, gesta debere circumspicere, nè in ipsis contingeret oculos creatoris offendere. Docebat etiam, viros spirituales fugere somnolentiam, stratum eorum, durum, rigidum & breue esse debere, nè se, quod velint, liberè possint extendere. Addebat nihilominus, omnibus superfluis refecatis, indulgendum esse corpori in solis necessarijs, salua regula voluntariæ paupertatis. Quanti fratres,

fratres, inquit, in Aegypto, quam multis annis Domino sine piscibus seruiērit? Quantis tyrannis, in inferno positus, abundè sufficeret extra infernum saccus Hieronymi, tunica Benedicti, matula Eulalij, lachrymæ Arsenij, nuditas Apostoli, olla Elisei? Sed vix nobis miseris, inquit, qui fortitudine mentis eneruati, & fragilitate corporis prægrauati, superfluitatem conuertimus in necessitatem. Iam non est, quod se immisceat charitas, ubi totum occupauit vanitas. Moriebat quoque, de nulla necessitate, tribulatione aut iniuria conquerendum, seu murmurationis notam aliquatenus incurrendam: sed quicquid acciderit, ferendum æquanimiter, & in omnibus diuinæ largitati, cuius hæc xenia sunt, gratias agendas. Sacerdotes Dei vice Christi suadebat honorare, præceptis eorum obedire, nec ea discutere, defectus eorum non iudicare, voluntati eorum propriam nequaquam antepone, aut in aliquo præiudicare. Sacerdotibus tamen proprium prælatum suadebat superponere, obedientiam patri spiritali vsque ad mortem impendere, nisi, quod absit, contra Deum aliquid præcipere videretur. Nullius quippe iussio potest obuiare à Deo prohibitis, nullius prohibitio præiudicare præceptis. Ecce hæc sunt verba oris eius: quæ licet nuda, catholica tamen & vtilissima suis auditoribus de plenissimo fonte pectoris propinabat. Hæc prædicta Albertus referre consueuerat se vidisse magis eum opere facientem, quam ore suadentem. Et de eius quidem factis & operibus ipse prosequitur sequentia.

*De factis eius & modo viuendi. Cap. 24.*

**I**N primis beatus Vuilhelmus pro commissis criminibus assidue precabatur, & pro ipsis diluendis plerumque lachrymabatur. Et sicut peccando membra sua seruire iniquitati ad iniquitatem exhibuerat, ita poenitendo eadem seruire cogebat iustitiæ in sanctificationem. Et sicut filia Babylonis misera, caro videlicet, ei retribuērat: sic ei retributionem suam poenitendo retribuere satagebat. Et quia læta carne sese in culpas merferat, ipsa nunc afflicta ad veniam redibat, fame & inedia corpus excrucians. Quantum glorificauerat se & in delicijs fuerat, tantum sibi tormentum & luctum dabat. Quotidie, etiam diebus festinis, ieiunabat, & post protracta ieiunia, modico & simplici cibo debilia membra refocillabat. Ternis diebus in hebdomada exiguo pulmento & vino modico, iuxta doctrinam Apostoli, se reficiebat, sed adeò diluto, ut sapore penitus ablato, colorem vni tantummodo retineret. Cæteris diebus aqua & pane viuēbat, ijs ad condimentum crudas herbas superaddens. Pro mensura cibi quandam paropsidem, & pro quantitate potus scyphum ligneum habebat: intantum cibum & potum in modo & mensura sumebat, quam etiam nunquam excedebat: sed de ea potius mensura sæpè aliquid voluntariè sibi subtrahebat, adeò corporalia sibi negando, magis ac magis apperebat spiritualia. Beati namque, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Sic enim primogenita Israëlis viuificantur, Aegypti primogenita ab exterminatore suffocantur. Hoc discretionis moderamine vir Dei vsus est assidue vsque ad finem vitæ suæ. Tantæ abstinentiæ virum, ministris eius narrantibus, vix quispiam potuisset inuenire, etiam si cuncta orbis climata perlustrasset. Cilicinis superloricam vestibus diebus & noctibus utebatur, in quibus, præter asperitatem & frigus, tanto laniatu afficiebatur, ut horroris abominatio quibuslibet cernentibus incuteretur. Nuda humo cubabat, ligno capiti supposito, verus Christicola. Mira illi erga vniuersos lenitas, mira charitas, patientia atque humilitas supra modum humanum. Ira eius, in manu eius: vocata veniebat, exiens, non erumpens. Nutu, non impetu, ferebatur: iussa, non excussa, progrediebatur: utebatur illa, non vrebatur: mouebatur ea, non turbabatur. Interioribus animi motibus præsidebat ut dominus, nulli subiacebat ut mancipium. Vnde solitus erat de ipso referre beatus Albertus: Tantæ patientiæ, tantæ humilitatis & parsimoniæ neminem vidi vnquam. Denique exteriorem hominem ad præscriptum interioris componebat, omnia secundum exemplar, quod ipsi in monte monstratum erat, faciens. Ab occurso faciei cognoscebatur sensatus: intantum sapientia relucebat in vultu illius. Vultum eius vniiformem nec mœror fuscabat, neque vicissitudo in diuersa mutabat. Si amictus corporis & risus dentium & incessus hominis enunciant de eo, verè per omnia Vuilhelmus nunciari poterat esse sensatus homo. E contra de quibusdam irrationabiliter viuētibz dicitur in Psalmo: Sciant gentes, quoniam homines sunt. Homo sensatus erat, qui in sapientia manet ut sol, cum stultus

Sacerdotibus ut defecandum.

Rom. 6.

Psal. 136.

Apoc. 18.

1. Tim. 5.

Matth. 5.

Eius mira abstinentia.

Ire domitor egregius.

Eccle. 19.

Eode sensatus per est vultu.

Eccle. 19.

Psal. 9.

Eccle. 27.

vt luna mutetur. Sicut sæpè docuerat, hunc morem sibi statuerat, vt semper aut laboraret, aut meditaretur, aut oraret. Neque enim credibile est, vt vir sanctus aliter viueret, quàm doceret. In ipsa ægritudine vltima, qua & mortuus est, laborabat: in extremis positus, lecto doloris decumbebat: & tamen stans aut sedens, orabat assiduus, & voce interclusa, labia motibus agitabat: ad eò ad superna animo indefesso suspirabat. Sed iam nunc post viri sancti dicta & gesta, stylum conuertamus ad miracula, tam quæ obitum præcesserunt, quàm quæ sunt subsequuta.

*Primum miraculum viri Dei. Cap. 25.*

**P**rimum ergò miraculum, quod per seruum suum Dominus fecit, ipse fuit. Si enim mirabile est, sanitati restituere corpora vel membra corporis quandoquæ moritura: quanto mirabilius est, sanare animas sine fine victuras? Et si mira res est iustificatio impij alterius, quanto magis suis ipsius? Scriptum quippe est: Miserere animæ tuæ placens Deo. Si plus est facere ex impio pius, quàm creare cælum & terram: an non miraculum facit magnum, qui se Dei gratia de profundo liberat vitiorum, & quæ retrò sunt obliuiscens, in anteriora se extendit? Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, dicit Iacobus, & operit multitudinem peccatorum. Magnum igitur miraculum facit, qui se vel alium de peccato conuertit. Et tanto, me iudice, operatur mirabilius, quanto in regionem dissimilitudinis abiërat remotius. Qui sarcina paupertatis & inediæ premitur, qui in vilitate humilitatis & aduersitate calamitatis constituitur, non longè à Deo ponitur: quia mala, quæ nos hîc premunt, ad Deum ire compellunt. Sed diues & nobilis, potens & rigidus in prosperis, tanto longius à salute collocatur, quâto talium reditus ad conuersionem & lamentum probatur rarior. Talis fuit Vuilhelmi conuersio, cuius de longinquo facta est reuocatio. Dominus enim per Esaiam dicit: Vocans ab Oriente auë, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. Sed quia hoc miraculum satis claret ex præcedentibus, iam ad frequentia festinemus.

*De puella febricitante, & curata. Cap. 26.*

**I**n diebus illis pater sanctus, vir Domini Vuilhelmus cum suo discipulo Alberto solitarius & quietus in suo residebat eremitorio: & quidam vir, Michius nomine, victum ei de Castellione, charitatis studio, semel vel bis in hebdomada deportabat. Huius viri puella laborabat febribus, quæ pro charitate panem à viro Dei benedici, & sibi adferri rogabat. Cuius cum desiderium prædictus vir viro Dei cum intercessione supplicationis aperuisset, mox vir Dei, præsumptionem fugitans, mittere quod rogabat, recusauit: ad eò se peccatorem & omnium virtutum expertem sentiebat. Sed nè pia oratio nunciij turbaretur, qui signum aliquod desiderabat videre, sanctus Albertus preces suas studuit interponere. Dicebat ergò, periculum esse negare, quod pro charitate expetebatur, nec aliud id esse, quàm de misericordia Dei hæsitare. Cum audisset hos sermones vir beatus, qui semper erat pauidus, perterritus expauit, & madentibus genis erumpens in gemitum, panem oblatum signauit, sicq; particulam in nomine Domini puellæ febricitanti destinauit. Qui degustatus, in Trinitatis nomine tribus puellis febricitantibus beneficium sanitatis est operatus.

Vir sanctus non nisi corpore pulsus vult edere miraculum.

*De lampade cadente, & non confracta. Cap. 27.*

**A**lio tempore, cum nocte quadam more solito vocasset Albertum ad orationem, parua & tenuissima lampas iuxta lectum suspensa, casu in pavementum corruit, commota propter murium corrosionem. Et ecce oleum perditum est & effusum, sed mira Dei voluntate, vasculum integrum & illæsum permansit. Quod natura habuit, olei monstra uit effusio: sed quod creator potuit, lampadis fragilis patefecit integritas. Qui statim surgens, discipuli somnolentiam feruenter increpauit, & Christi nomen benedictum in secula, cum hymnis & laudibus exaltauit.

Lampas corruptens nihil læditur.

*In morte habuit spiritum prophetiæ. Cap. 28.*

Nec

**N**ec prætereundum est, quòd cum ad sanctissimum sui corporis festina ret obitum, accepit prophetiæ spiritum. Erant ambo solitarij habitantes vnus moris in tugurio, discipulus & magister. Vuilhelmus ægrotabat ad mortem, & Albertus famulabatur vt minister. Et cognoscens discipulus, quia magister moreretur, vt ad terram viuentium migraret, lachrymabiliter talia ad eum loquebatur: Heu heu, qualiter vnicum deseris filium pater? Nunquid post te superstes poterò viuere? Nunquid soliuagus in hac obscura solitudine poterò remanere? Si contingat recedere, quò accedam? Si contingat residere, quid agam? quò me vertam? Penitus ignoro, quid sim facturus, quò iturus, vel quos comites habiturus. Consule tu pater tuæ ouiculæ, quam vsque modò seruasti tam sedulè. Si desolatam non formidas deserere, putas poterit luporum euadere morsus? Si pastor recedit & vadit, lupus insidians accedit & inuadit: & mirabile est, si ouicula solitaria secuta incedit & euadit. Pater amantissime, nè me solum deseras, nè me desolatam derelinquas. Pro tuo solius consortio parentes & omnia terrena reliqueram, & in corde meo præponderabat tua sola grata præsentia omnibus, quæ deseruëram. Quid ergò erit, si te miserabilis amitto, pro quo solo cuncta dimisi? Ad has voces Vuilhelmus, super filium pia gestans viscera, blandè consolatus est eum, dicens inter cætera: Sustine, fili mi, paulisper, sustine, & noli ingemiscere, quoniam antequàm spiritus meus egrediatur è corpore, meliorem me socium tibi Dominus transmittere curabit. Hęc dixit, & post hoc quiescens, aliquanto tempore superuixit. Post paululum respiciens discipulus secundum arbitrium suum mortem magistri imminere, exclamando cœpit iterum dicere: En moreris, & promissum tuum erga me irritum facere non vereris. Cur quæ processerunt de labijs tuis, sic facis irrita, relinquendo me solitariam & superstitem in hac vita? Eccè iam egredieris extra præsens seculum, & solitariam deseris me famulũ tuum. Cui rursus magister fiducialiter dixit: Esto constans: Dixi tibi, Sustine paulisper: nè ægrè feras: ipse veniet quem desideras. Vix beatus Vuilhelmus sermonẽ compleuerat, & egresso de tugurio discipulo, vir illustris & prudens Reinaldus, medicinæ peritissimus, secularibusque affluens delicijs aduenit, qui Alberti socius olim in scholis fuerat. Quo viso, Albertus occurrit in amplexus eius alacriter, & salutauerunt se mutuo verbis pacificis familiariter. Tunc Reinaldus secretò dixit Alberto: Doleo, mi frater, super tam proximo transitu magistri tui. Didicerat siquidem mortem in ianuis ex ore ministri. Adiecitque: Cupiebam omninò mundo valefacere, & omnia mundana propter Christum relinquere, & vobiscum vitam solitariam ducere. Ad hanc vocem Albertus præ iubilò & exultatione cordis in terram procidens, genu flexit, & subleuatis in cælum oculis ac manibus, cum fletibus dixit: Gratias tibi ago Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui meæ incredulitati subuenisti, & promissum magistri mei dignanter adimplere voluisti. Et conuersus ad Reinaldum: Noli, inquit, frater formidare. Ego in omnibus paratus sum tibi obedire, & Dominus reget nos, qui omnibus confidentibus in se paratus est subuenire. Vade ergò festinus, & nè cuncteris, & te ipsum manibus trade domini mei, antequàm à nobis transeat ad gaudia æterna. Quo peracto Domini prouidentia, vir Dei propheticè dixit Reinaldo vera quidem verba, sed breuia: Vade, inquit, nè tardes redire fili, & confortare, & noli diffidere: quia spiritus mammonæ totis viribus à sancto proposito te studebit retrorsum abducere. His dictis, egressus est Reinaldus, & postmodum reuersus.

Predicit Alberto sociũ adfuturũ.

*De morte beati Vuilhelmi. Cap. 29.*

**P**ost hęc sciens beatus Vuilhelmus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset poenitentiam quoad vixerat, in finem dilexit eam. Subijt ergò animum eius, vt Albertum diluculò Castellionem pro sacerdote citò dirigeret, qui ipsi poenitentiam imponeret in extremis. Iussione ergò facta discipulo, tantus eum inuasit horror & pauor frigoris, quòd vix explicare valet sermo doctoris. Frigus enim prævalidũ, flante Borea, solito asperius inhorruerat, gelu nimium iter scopulosum cõstrinxerat, & densa nix omnia cooperuërat, atq; viam dealbauerat. Sed cõfortatus à magistro discipulus, relicis calcæis, nudis ac teneris plantis cœpit ire: diffidens tamen, licet de iussione sollicitus, trepidabat obedire. Sed o miram fidem magistri, quæ cunctantem discipuli diffidentiam superaret. Nulla vis alioris vel niuis eum

Albertus in acerrimo gelu nudis pedibus iter omni.



illæsus per-  
agitt. omnino aut læsit, aut contristauit, aut quicquam molestiæ intulit. Dereliquerat autem  
ignorāter, priusquam ad sacerdotē pergeret, supra magistri caput paucillum cādela ar-  
dentis, quam cum sacrdote rediens ardētem, vt prius, reperit, & in nullo imminutam  
solo omnipotētis Dei miraculo. Mox Vuilhelmus de manu sacerdotis omnia sacramē-  
ta Christi ritē suscepit, ea quidem reuerētia & deuotione, qua spiritualiter à spiritu Do-  
mini accepit. Postea appropinquante hora exitus sui, subito, licet incredibile videatur,  
primus pallor, qui ex cilicio, ferro, squalore ac inedia corpori eius obreperat, totus ab-  
cessit, vultuq; clarificato ac lætis oculis, inuisus antea color accessit. Iam deinceps ope-  
rabatur in eo, cuius pater vsq; modò operatur assidue, Dominus noster Iesus Christus,  
qui reformabit corpus humilitatis nostræ cōfiguratum corpori claritatis suæ. Defun-  
ctus viuere, & viuēs mortuus videbatur, cui viuere Christus fuerat, & mori lucrū. Post-  
ea sciens Albertus, quòd ea quæ de magistro suo sunt, sinē sortiuntur, inceptit dicere an-  
tiphonam, quæ in egressu decedentium dicitur: Subuenite sancti Dei &c. Pallebat eti-  
am cum eo venerabilis sacerdos, quem pro imponenda pœnitentia, de Castellione vo-  
cauerat: qui vt videret finem, cum solitarijs duobus remanserat. Ipse verò transiens ad  
patrem, in medio illorum iacebat, & irreuerberatis oculis ac manibus sursum inten-  
debat, inuidumq; in oratione spiritum, gemitibus ac suspirijs inenarrabilibus suspen-  
debat. Interim Albertus p̄parans funeris exequias, cantando plorabat, & plorando  
cantabat, non ignorans, pium & salubre, orare pro defunctis, & super mortuos produ-  
cere lachrymas. Cùm venissent ad locum illum: Occurrite angeli Domini, exiuit spiri-  
tus eius, & reuersus est ad Dominum, qui dedit illum, & à carne soluta sancta eius ani-  
ma, appositus est ad patres suos, ambulans cum Deo, & obdormiēs in Domino. Sic mo-  
riens in pace quietissimū sustinuit obitum, vt nullis notari posset indicijs momentum,  
quo emisit spiritum. In ipso mortis articulo magis videbatur obdormiens, quàm obiēs:  
post mortem verò soporatus potius quàm exanimatus. Non ei, vt assolet, accidit oris  
oppilatio, non frontis rugatio, non oculorum suffossio, nō narium contractio, non nasi  
exinanitio, non hiatūs apertio, non dentium commotio. Extenti pedes & combinatim  
demissi lacerti eius, & cruce signati, erecti sensus omnes, & quasi in aëra subleuati. Ni-  
torem coloris in facie, sicut in diebus iuuētutis, receperat, & omnis decoloratio solisq;  
adustio recesserat. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.

*Desepultura & miraculis eius. Cap. 30.*

Gene. 30. **C**ernens Albertus cum Ioseph verum Israël obijisse, ruit in faciem animo con-  
sternatus, & tenens pedes veri Iacob, amplexando eius sacra vestigia, reueren-  
ter osculabatur. Rursus autem refricatus est dolor de solitaria desertione: rur-  
sus interpellatus est pater de promissi tardatione: At ille introierat in poten-  
tias Domini, & iam potentior factus erat ad impetrandum. Non ergò passus est diutiùs  
discipulum sua expectatione fraudari. Nam Reinaldus, cunctis facultatibus suis in pau-  
peres distributis, assidue quod à viro Dei audierat & viderat, animo æstuante reuoluit,  
& citò post eius obitum ad Albertum rediens, quod Deo promiserat, exoluit. Veruntam-  
en grauissimæ dæmonum persecutiones, iuxta p̄sagium S. Vuilhelmi, in conuersio-  
nis primordijs non defuerunt ei: quibus ingruentibus, mox fugiebat ad tumulum viri  
Dei. Et quandiu ibi erat, sicut postea referebat, nullas hostium molestias metuebat, se-  
curior, quàm inter amicorum cateruas permanens. Post hæc corpus B. Vuilhelmi à di-  
scipulo & presbytero more Christiano ad sepulturam p̄paratur, & in hortulo, quem  
ipse, dum viueret, proprijs manibus coluerat, gleba illa sanctissima, super aurum precio-  
sissima, terræ commendatur. In quo loco postea humili schemate constructum est ora-  
torium, vbi morbidis & varijs depressis lāguoribus multiplex à Domino p̄statur be-  
neficium, & propè est Dominus petitionibus omnibus piè B. Vuilhelmum inuocātium.  
Ibidem cæcis restitatur visus, surdis auditus, claudis incessus, leprosis munditia, languis-  
dis conualescentia, mutis loquela: ibi furiosis dementia tollitur, & restituitur sanitas. In  
summa, de quacunque tribulatione clamantes, in quacunque necessitate ad locum il-  
lum properantes, S. Vuilhelmi patrociniū sibi sentiunt adfuisse. Obijt verbi incarnati  
anno 1136. 4. Idus Februarij, & sepultus est in Stabulo Rodis vir Dei Vuilhelmus, Dux &  
Comes illustris & magnificus, Domino coronante in cælis spiritum, & ornante in ter-  
ris corporis sepulcrum sequentibus signis.

PASSIO

PASSIO BEATISSIMORVM MARTYRVVM SA-  
TURNINI PRESBYTERI, DATIVI, FELICIS, AMPELII,

& multorum aliorum, conscripta ex Aëlis publicis, quemadmodum testatur  
auctor: cuius Appêdicem, quam Aëlis attexuit, sustulimus, quòd acerbè  
& calumniosè in Episcopos Mensuriū & Cecilianū inuebatur.



Vi religionis sanctissimæ fide exultat & gloriatur in Chri-  
sto, quiq; Dominica veritate gaudet, errore damnato, vt  
Ecclesiam catholicam teneat, sanctamq; communionem à  
prophana discernat: acta martyrum legat, quæ necessariò  
in archiuo memoriæ conscripta sunt, nè seculis transeunti-  
bus obsoleceret gloria martyrum, & damnatio Tradito-  
rum. Aggredior itaque celestes pugnās, nouaq; certami-  
na, gesta per fortissimos Christi confesores, bellatores in-  
uictos, martyres gloriosos. Aggredior, inquam, ex Aëtis pu-  
blicis scribere, nō tam ingenio p̄ditus, quàm ciuili, quo il-  
lis sum amore coniunctus: Consultè quidem hoc faciens,  
duplici scilicet modo, vt & imitatoribus eorum ad martyrium animos p̄paremus, &  
quos viuere in perpetuum, atq; cum Domino Christo regnare confidimus, etiam con-  
fessionis eorum pugnās atq; victorias, cùm in literis digerimus, æternæ memoriæ con-  
feramus. Sed non inuenio, fratres dilectissimi, quibus vt ar exordijs, quòve principio lau-  
dis aggrediar sanctissimorum martyrum felicissimam confessionem. Magnis enim re-  
bus magnisq; virtutibus rapior, & quicquid est, quod in ipsis adspicio, hoc totū diuinum  
atq; cæleste admior. In deuotione fidem, in vita sanctitatem, in confessione constanti-  
am, in passione victoriam. Quæ res quanto solæ in suis virtutibus fulgent, tanto sunt  
omnes in singulis martyribus clariores. Placet igitur in principio causam ipsius belli  
tractare, totiusq; mundi discrimen necessariò breuiter omni celeritate discurrere, vt  
agnita veritate, & p̄mia martyrum, & pœnas quis nouerit Traditorum.

Temporibus nanque Diocletiani & Maximiani, bellum diabolus Christianis indixit  
isto modo, vt sacrosancta Domini testamenta, scripturasque diuinas ad exurendum pe-  
teret, basilicas Dominicas subuerteret, & ritus sacros cœtusq; sanctissimos celebrari  
Domino prohiberet. Sed non tulit exercitus Domini Dei immane p̄ceptum, sacrile-  
gamq; iussionē perhorruit: & mox fidei arma corripuit, descendit in prælium, non tam  
cōtra homines, quàm cōtra diabolum pugnaturus. Et quanuis tradendo gentilibus scri-  
pturas Dominicas atq; testamēta diuina, prophanis ignibus comburenda, à fidei cardine  
cecidere nonnulli, cōseruando tamen eas, & pro ipsis libenter suum sanguinē effun-  
dendo, fortiter fecere quamplurimi. Quiq; pleni Deo, deuictō ac prostrato diabolo, vi-  
dricem palmam in passione gestantes, sentētiam in Traditores atq; eorum consortes,  
qua illos ab Ecclesiæ communionē p̄cidant, cuncti martyres proprio sanguine consi-  
gnabant. Fas enim non fuerat, vt in Ecclesia Dei simul essent Martyres & Traditores.  
Aduolabant itaque vndique uersum ad certaminis campum immensa agmina cōfesso-  
rum, & vbi quisque hostem repererat, castra illic Dominica collocabat. Nanque in ci-  
uitate \* Alutinenſi in domo Occani Felicis cùm bellica caneret tuba, Dominica signa  
gloriosi martyres crexerunt: ibique celebrantes ex more Dominica sacramenta, à Co-  
loniæ magistratibus atque ab ipso stationario milite apprehenduntur: Saturninus pre-  
sbyter cū filijs quatuor, id est, Saturnino iuniore & Felice lectoribus, Maria sanctimo-  
niali, Hilariano infante. Itaque Dativus, qui & senator, Felix, alius Felix, Emeritus, Am-  
pelius, Rogatianus, Quintus, Maximianus, Thelica, Rogatianus, Rogatus, Ianuarius,  
Cassianus, Victorianus, Vincentius, Cæcilianus, Restituta, Prima, Fua, Rogatianus,  
Quinalius, Rogatus, Pomponia, Secunda, Ianuaria, Saturnina, Martinus, Dantus, Felix,  
Margareta maior, Honorata, Regiola, Victorinus, Pelusius, Faustus, Dacianus, Matro-  
na, Cæcilia, Victoria, Herectina, secunda Matrona, Ianuaria.

Hi apprehensi, producebantur alacres ad forum. Adhuc in primum certaminis cam-  
pum prior Dativus ibat, quem sancti parentes candidum senatorem cælesti curiæ ge-  
nerunt. Ibat etiam presbyter Saturninus, numerosa vallatus propagine liberorum.  
Cuius

II. FEBRUA.  
Alij 12.

Actus mar-  
tyrum le-  
gendr.

Persecutio  
Christianor-  
um.  
Vnde tradi-  
scripturas  
diuinas.  
Vide crimē  
Traditorū.

\* Abitiazū

Nomina  
sanctorum  
martyrum.

Arma san-  
ctorum mar-  
tyrum.

Diuino mi-  
raculo feri-  
pruræ fer-  
uantur.

Datiuus su-  
speditur in  
eculeo.

Thelica  
martyr for-  
tissimus.

Matth. 5.

Insultat  
Proconsuli  
& tortori-  
bus.

Inter tor-  
menta eius  
ardentes  
preces.

Cuius partus partem sibi sociam martyrio destinavit, partem sui nominis pignus Ec-  
clesiæ relinquebat. Hos agmen Dominicum sequebatur, in quo fulgebat caelestium  
splendor armorum, scutum fidei, lorica iustitiæ, saluationis galea, & gladius biffons fer-  
mo Dei: quorum presidio fulti, spem victoriæ fratribus promittebant. Sed iam ad supra-  
dictæ ciuitatis peruenerunt forum. Ibi primum aggressi confessionis palmam, magistrat-  
us elogio sustulerunt. In isto namq; foro iam pro Dominicis scripturis dimicauerat ce-  
lum, cum Fundanus, ciuitatis quondam episcopus, scripturas Dominicas traderet ex-  
iurèdas. Quas cum magistratus sacrilegus igni apponeret, subito imber sereno celo dis-  
funditur, ignis scripturis sanctis ad motus extinguitur, grandines adhibentur, omnisq;  
ipsa regio, pro scripturis Dominicis, elementis furentibus deustabatur. De hac igitur  
ciuitate martyres Christi exoptata prima vincula susceperunt: directique ad Carthagi-  
nem alacres ac leti, per totum iter hymnos Domino canticaq; psallebant. Qui cum ad  
officium Anulini tunc proconsulis peruenerent, starentq; in acie constantè, fortiter se-  
quentes imperus diaboli Dominica constantia retundebant. Sed cum non contra omnes  
simul milites Christi diabolica rabies preualeret, singulos in certamina postulauit. Quo-  
rum certaminum pugnas non tam meis exequar, quam martyrum dictis: vt & sequentis  
hostis audacia in tormentis atque in ipsa sacrilega inuectione nocetur, & Christi Do-  
mini prepotentis virtus in tolerantia martyrum atque in ipsa confessione laudetur.

Cum igitur ab Officio Proconsuli offerrentur, suggerereturque quod à magistrati-  
bus Alutinensem transmissi essent Christiani, qui contra interdictum Imperatorum  
& Cæsarum, collectam Dominicam celebrassent, primum Proconsul Datiuum inter-  
rogat, cuius esset conditionis, & vtrum collectam fecisset. Qui cum se Christianum, &  
in collecta fuisse profiteretur, author ab ipso collectionis sanctissimæ postulatur. Sta-  
timque iubet Officium eundem in eculeum subleuare, extensumque vngulis prepara-  
re. Sed cum carnifices iussa crudelia atroci velocitate complerent, starentque sequentes  
in dictis, & denudatis ad vulnera martyris lateribus, erectis vngulis imminerent, subito  
se per medium Thelica fortissimus martyr tormentis subiecit & clamauit, quia Chri-  
stiani sumus nos: Nos, inquit, collegimus. Statimque Proconsulis furor exarsit, & inge-  
miscens, spiritali gladio grauiter vulneratus, martyrem Christi grauissimis ictibus tutu-  
dit, in eculeum suspensum tetendit, vngulis perfridentibus laniauit. At contra glorio-  
sissimus martyr Thelica, media de ipsa carnificum rabie huiusmodi preces Domino cum  
gratiarum actione effundebat: Deo gratias: In nomine tuo Christe, fili Dei, libera ser-  
uos tuos. Talia precanti Proconsul: Quis est, inquit, author tecum congregationis ves-  
træ? Qui crudelius sequenti carnifici clara voce respondit: Saturninus presbyter & omnes.  
O martyrem, primatum omnibus dantem. Non enim presbyterum fratribus pretulit, sed  
presbytero fratres confessionis consortio copulauit. Quarente igitur Proconsule Sa-  
turninum, ostendit: non quod illum prodiderit, quem secum aduersus diabolum pari-  
ter dimicare cernebat: sed vt illi panderet, integrè se celebrasse collectam, quando cum  
ipsis etiam presbyter fuerat. Manebat igitur, cum voce Dominum deprecans, & prece-

ptorum euangelij memor, inimicis suis veniam martyr in ipsis corporis sui laniamentis  
poscebat. Inter ipsos namque vulnerum grauissimos cruciatus, tortores pariter & Pro-  
consulem his vocibus exprobrabat: Iniuste facitis infelices: contra Deum facitis. Deus  
altissime, noli illis consentire ad hæc peccata. Peccatis infelices, aduersus Deum faci-  
tis. Custodite precepta Dei altissimi. Iniuste agitis infelices: innocentes laniatis. Non  
sumus homicidæ, non fraudem fecimus. Deus miserere. Gratias tibi ago: pro nomine  
tuo da mihi sufferentiam. Libera seruos tuos in captiuitate huius seculi. Gratias tibi  
ago, nec sufficio tibi gratias agere. Et cum ictibus vngularum concussa fortius latera  
fulcarentur, profluensque sanguinis vnda violentis tractibus enianaret, Proconsulem  
sibi dicentem audiuit: Incipies sentire, quæ vos pati oporteat? Et adiecit: Ad gloriam.  
Gratias ago Deo regnorum. Apparet regnum æternum, regnum incorruptum. Domine  
Iesu Christe, Christiani sumus: tibi seruimus. Tu es spes nostra. Tu es spes Christiano-  
rum. Deus sanctissime, Deus altissime, Deus omnipotens, tibi laudes pro nomine tuo  
agimus. Cui talia oranti tum à diabolo per iudicem dictum est: Custodire te oportuit  
iussionem Imperatorum & Cæsarum. Defatigato iam corpore, forti atque constanti  
sermone victor proclamauit: Non curo, nisi legem Dei, quam didici. Ipsam custodio,  
pro ipsa moriar, in ipsa consummor, præter quam non est alia. Talibus itaque dictis  
glo-

gloriosissimi martyris in suis tormentis, magis ipse Anulinus torquebatur. Cuius tan-  
dem rabies ferocitate faginata, postea reclusum in carcere, \* passione condignum mar-  
tyrem destinavit. \*passioni

Post hæc Datiuus à Domino in certamine erigitur, qui Thelicæ ad fortissimè præ-  
lium de proximo coniunctus est. Qui cum pendendo in eculeo extensus, se voce sepius  
reperita Christianum esse, & collectam fecisse fortiter proclamaret, emerfit sanctissimæ  
Victoriæ martyris frater, vir sanè togatus, sed à religionis Christianæ sanctissimo cultu  
ipsis temporibus alienus. Qui suspensum in eculeo martyrem, profanis vocibus haete-  
nùs arguebat: Hic est, ait, domine, qui per absentiam patris nostri, nobis hic studentibus,  
sororem nostram Victoriam seducens, hinc de splendidissima Carthagini ciuitate  
vnà cum Secunda & Restituta, ad Alutinensem Coloniam secum vsque perduxit. Quiq;  
nunquam domum nostram ingressus est, nisi tunc, quando quibusdam persuasionibus  
puellares animos illiciebat. Sed non tulit Victoria, clarissima martyr Domini, colle-  
gam & comartyrem suum falso appeti senatorem. Statimq; Christiana libertate pro-  
rumpens, Nullius, inquit, persuasione profecta sum, nec cum ipso ad Alutinensem Co-  
loniam veni. Hoc possum per ciues probare. Omnia mea sponte atque voluntate perfe-  
ci. Nam & in collecta fui, & Dominicum cum fratribus celebraui, quia Christiana sum.  
Tunc impudens aduocatus maledicta exaggerabat in martyrem. Et contra martyr glo-  
riosus de eculeo, cuncta vera responsione soluebat.

Inter hæc Anulinus ardescens, premi vngulas in martyrem iubet. Statim carnifices  
nuda preparataque ictibus latera cruentis vulneribus inuenerunt. Aduolabant truces  
in manus iussis velocibus, secretaque pectoris, diruptis cutibus visceribusque diuulsis,  
nefandis adspectibus adnixa crudelitate pandebant. Inter hæc martyris mens immobi-  
lis: & licet membra rumpantur, diuellantur viscera, latera dissipentur, animus tamen  
martyris integer inconcussusque perdurat. Denique dignitatis suæ memor Datiuus,  
tali voce preces Domino sub carnifice rabiente fundebat: O Christe Domine, non con-  
fundar. His dictis beatissimus martyr quod à Domino poposcerat, tam facile meruit,  
quàm breuiter postulauit. Denique mox Proconsul mente concussa, lingua volente par-  
cere prosiliuit. Cessauere carnifices: fas enim non erat, martyrem Christi in commarty-  
ris suæ Victorie causâ torqueri. Nam cum contra eum Pompeianus suspitionis indignæ  
seus accusator accederet, calumniosamque coniungeret actionem, despectus à mar-  
tyre est & percussus. Quid agis hoc in loco diabole? Quid contra martyres Christi ad-  
huc vsque conaris? A senatore Domini ac martyre, & potestas simul & forensis rabies  
superata est. Sed clarissimus martyr etiam pro Christo tortus, cum interrogatus, vtrum  
in collecta fuisset, profiteretur constantè & diceret, cum collecta fuisset, se superuenisse,  
& Dominicum cum fratribus congrua religionis deuotione celebrasse, authoremq;  
eiusdem collectionis sanctissimæ vnum fuisse, in sese Proconsulem rursus acrius exci-  
tauit. Cuius recrudescente sequitia, geminata martyris dignitas iteratè vngulis sulcanti-  
bus exaratur. At martyr ad vulnerum cruciatus sequissimos pristinam suam repetens ora-  
tionem, Rogo, ait, Christe, non confundar. Quid fecit Saturninus est presbyter noster.

Huius cum latera, duri trucidisque carnificis magistra crudelitate monstrante, adiun-  
ctis vngulis raderentur, Saturninus presbyter ad prælium postulatur. Qui caelestis re-  
gni contemplatione considerans parua admodum ac leuia suos commartyres sustine-  
re, congregari etiam ipse taliter coepit. Nam dicente Proconsule: Tu contra iussionem  
Imperatorum & Cæsarum fecisti, vt hos omnes colligeres? respondit presbyter Satur-  
ninus: Domini spiritu suggerente, securi Dominicum celebrauimus. Proconsul ait:  
Quare? Respondit: Quia non potest intermittere Dominicum. Qui mox, vt hæc dixit,  
contra Datiuum statim iubet aptari. Expectabat interea Datiuus laniamenta corporis  
sui potius, quàm dolebat: & cuius ad Dominum mens animusque pendebat, nihil do-  
lorem corporis aestimabat: sed tantum Dominum precabatur, dicens: Subueni rogo  
Christe: habe pietatem, serua animam, custodi spiritum meum: non confundar: rogo  
Christe: da sufferentiam. Cui cum à Proconsule diceretur: Ex hac splendidissima ciuitate  
magis debueras alios ad bonam mentem vocare, & non contra precepta Imperato-  
rum & Cæsarum facere: fortius atque constantius acclamabat: Christianus sum. Qua  
voce diabolus superatus, Parce, inquit. Simulque illum in carcerem tradens, passioni  
condignæ martyrem reseruauit.

At

Datiuus di-  
uissimè tor-  
quetur.

Saturninus  
presbyter  
vocatur ad  
cruciatus.

Datiui egre-  
gia constan-  
tia.

Emeritus  
proflit ad  
certamen.

At verò presbyter Saturninus, recenti martyrum sanguine delibutus, cum penderet in eculeo, admonebatur in eorum fide persistere, in quorum cruore perstabat. Hic cum interrogaretur, vtrum author ipse esset, & omnes ipse adunasset, & diceret, Etiam: ego presens in collecta fui: Emeritus lector ad certamen exiliens, congregante presbytero, Ego sum author, inquit, in cuius domo collecta facta fuit. At Proconsul, qui iam toties victus fuerat, imperus Emeriti perhorrebat: & tamen in presbyterum versus, *Quare contra preceptum, inquit, faciebas Saturnine? Cui Saturninus: Intermitti Dominicum non potest, ait. Lex sic iubet. Tunc Proconsul: Non tamen debuisti prohibita contemnere, sed obseruare potius, & non rem facere contra preceptum Imperatorum. Et meditata iam diu in martyribus voce, terrorem suae irae commouit, cui non pigro paretur obsequio. Nam carnifices in senile corpus presbyteri ruunt, & grassante rabie, rupta neruorum connexione, discerpunt illud in gemiscenda supplicia & noui generis in sacerdotem Dei exquisita tormenta. Videres quasi in pabulo vulnere famis rabie sequere carnifices, apertisque visceribus, ad horrorem videtium inter ruborem sanguinis, ossa nudata pellere, & nec inter moras torquentium, exclusam animam corpus supplicio pendente deserere. At tali voce Domium presbyter precabatur: Rogo te Christe, exaudi, Gratias tibi ago Deus, iube me decollari. Rogo Christe, miserere: fili Dei subueni. Cui Proconsul: *Quare contra preceptum facis? Et presbyter: Lex sic iubet: lex sic docet, inquit. O admiranda satis ac predicandi presbyteri doctoris diuina responsio. Legem sanctissimam etiam in tormentis presbyter predicat, pro qua libenter supplicia sustinebat. Legis denique voce deterritus Anulinus: Parcam, inquit: eumque in custodiam carceris redigens, exoptato supplicio destinavit.**

Emeritus  
constantif  
simè respō  
det.

At verò Emerito applicito, In tua, inquit Proconsul, domo collecta facta sunt contra precepta Imperatorum? Cui Emeritus, sancto spiritu inundatus, In domo mea, inquit, egimus Dominicum. At illi: *Quare permittebas, ait, illos ingredi? Respondit: Quoniam fratres mei sunt, & non poteram illos prohibere. Sed prohibere, inquit, illos debuisti. At ille: Non potui, ait, quoniam sine Dominico non possumus. Statim enim ipse in eculeo iubetur extendi, extensusque vexari. Qui cum validos ictus innouato carnifice pateretur, Rogo, ait, Christe subueni. Contra Dei preceptum facitis, o infelices. Et interloquenti Proconsuli, Non oportuerat te eos suscipere, respondit: Non potueram, quin susciperem fratres meos. At Proconsul sacrilegus, Sed prior, inquit, erat iussio Imperatorum & Caesarum. Contra religiosissimus martyr: Deus, inquit, maior est, quam Imperatores. Rogo Christe: tibi laudes. Christe Domine, da sufferentiam. Cui talia precanti, hæc Proconsul iniecit: Habes ergo scripturam aliquam in domo tua? Et respondit: Habeo, sed in corde meo. Et Proconsul: In domo, inquit, tua habes, an non? Emeritus martyr ait: In corde meo illas habeo. Rogo Christe: tibi laudes: libera me Christe: in nomine tuo patior. Breuiter patior, libenter patior: Christe, non confundar. O martyrem, Apostoli memorem, qui legem Domini conscriptam habuit, non attramento, sed spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. O martyrem, legis sacrae idoneum diligentemque custodem, qui Traditorum facinus perhorrescens, scripturas Dominicas ne perderet, inter secreta sui pectoris collocauit. Quo cognito, Proconsul, parce, inquit: eiusque confessionem in memoriam vnà cum ceterorum confessionibus redigens, Pro meritibus vestris omnes, inquit, secundum confessionem vestram poenas meritas persoluetis.*

Felicis cer  
tamen.Præclara  
martyrum  
vox.

Sed iam ferina rabies, ore cruento tormentis martyrum saginata, languebat. Sed cum Felix nomine & passione processisset in prelium, aciesque Domini omnis incorrupta inuisitaque persistaret, tyrannus mente prostratus, voce demissus, anima & corpore dissolutus, Spero vos, inquit, hanc partem potius eligere, qua possitis viuere, vt iussiones conseruetis. Contra quæ confessores Domini, inuisiti martyres Christi, tanquam ex vno ore dixerunt: Christiani sumus: non possumus nisi Domini legem sanctam vsque ad effusionem sanguinis custodire. Qua voce percussus inimicus, Felici dicebat: Non quero, an Christianus sis, sed an collectam feceris, vel scripturas aliquas habeas. O stulta iudicis & ridenda interrogatio. Christianus, inquit, vtrum sis, tace. Et addidit: Si in collecta fuisti? Respondit: Quasi Christianus sine Dominico possit, aut Dominicum sine Christiano celebrari. An nescis satanas, in Dominico Christianum, & in Christiano Dominicum constitutum, vt nec alterum sine altero valeat esse? Cum nomen audieris, frequentiam Domini

mini disce: & cum collectam audieris, nomen agnosce. Denique cognosceris à martyre & rideris: tali responsione confunderis: Collectam, inquit, gloriosissime celebrauimus: ad scripturas Dominicas legendas in Dominicum conuenimus semper. Qua confessione confusus grauitè Anulinus, fustibus cæsum exanimem, cælesti concilio martyrem properantem ad siderea tribunalia, expleta passione, confociat.

Sed Felicem sequitur alius Felix, nomine pariter & confessione atque ipsa passione consimilis. Pari etenim virtute congressus, etiam ipse fustium lesione quassatus, animam in tormenta carceris ponens, superioris Felicis est martyrio copulatus. Post hos suscipit certamen Ampelius custos legis, scripturarum diuinarum fidelissimus cõseruator. Hic, querente Proconsule, an in collecta fuisset, hilaris atque securus alacri voce respondit: Cum fratribus feci collectam, Dominicum celebraui, & scripturas Dominicas habeo mecum, sed in corde meo conscriptas. Christe, tibi laudes refero: exaudi Christe. Qui cum hæc dixisset, ceruicibus contusus, quasi iam in tabernaculum Dominicum cum fratribus relegatur. Hunc sequitur Rogatianus. Qui confessus Domini nomen, supradictis fratribus iungebatur ille fesus. Quintus verò applicitus, egregie nomen Domini magnificeque confessus, cæsum fustibus in carcerem truditur, condigno martyrio reseruatus. Hunc sequebatur Maximianus, in confessione par, in congressione consimilis, in victoria triumphis æqualis. Post quem iunior Felix, spem salutemque Christianorum Dominicum esse proclamans. Cum similiter etiam ipse fustibus cederetur, Ego, inquit, deuota mente celebraui Dominicum, collectam cum fratribus feci: quia Christianus sum. Qua confessione meruit fratribus etiam ipse sociari.

At iunior Saturninus, martyris Saturnini presbyteri progenies, in certam optatum festinus accessit, properans patris virtutibus gloriosissimis adæquari. Cui cum Proconsul furibundus, diabolo suggerente, dixisset, Et tu Saturnine interfuisti? respondit Saturninus: Christianus sum. Non à te quero hoc, ait, sed vtrum egeris Dominicum. Cui respondit Saturninus: Egi Dominicum, quia Saluator est Christus. Quo nomine Saluatoris audito, Anulinus exarsit, & in filium, patrium instaurat eculeum. Extensaque Saturnino, Quid, inquit, Saturnine profiteris? Vides vbi positus sis? Habes scripturas aliquas? Respondit: Christianus sum. Proconsul verò ait: Ego quero, an conueneris, & an scripturas habeas. Respondit: Christianus sum, aliud non est nomen, quod post Christum oporteat nos sanctum obseruare. Qua confessione diabolus inflammatus, Quoniam permanes, inquit, in obstinatione tua, etiam te oportet tormentis affici: Dic, an aliquas scripturas habeas. Et ad officium dixit: Vexa illum. Ibant in adolescentis latera paternis vulneribus lassos lictores, & adhuc humectantem in vngulis patrium sanguinem, cognato filij cruori miscebant. Videres per hiantium vulnerum sulcos de lateribus antea genitoris sanguinem fluere, & cruorem filij paterno permixtum vngulis rotantibus emanare. At iuuenis gemini sanguinis admixtione recreatus, medelam potius, quam tormenta sentiebat: & recepta in tormentis fortitudine, fortissimis vocibus exclamabat: Scripturas Dominicas habeo, sed in corde meo. Rogo Christe, des sufferentiam. Spes est vitæ. Anulinus inquit: *Quare contra preceptum faciebas? Respondit: Quia Christianus sum. Quo audito, Parce, inquit. Et statim cessante tormēto, in patrium confortium relegatur.*

Interea mergebat in noctem horis labentibus dies, & consumptis cum sole tormentis, defecit atra tortorum rabies, & cum sui iudicis crudelitate languebat. Sed legiones Dominicæ, in quibus Christus, perpetuum lumen, armorum cælestium corusco splendore fulgebat, fortius atque constantius in certamina profliebat. Cum verò aduersarius Domini tot martyrum preliis gloriosissimis victus, tantisque ac talibus congressionibus superatus, desertus à die, comprehensus à nocte, deficiente iam carnificum rabie, profligaturus cum singulis congredi vterius non valeret, totius exercitus Domini animos percontatur, deuotasque confessorum mentes tali interrogatione propulsat: Vidi stis, inquit, eos qui perseuerauerunt, quid sustinuerunt, vel quid in sua confessione perstantes, adhuc habeant sustinere. Et ideo qui vult ex vobis ad indulgentiam peruenire, vt saluus esse possit, profiteatur. Ad hæc confessores Domini, gloriosi martyres Christi, læti ac triumphantes simul, non ex Proconsulis dictis, sed ex victoria passionis spiritu sancto feruentes, fortius clariusque, tanquam ex vno ore, dixerunt: Christiani sumus. Qua

Alteri Fel  
icis agon.Ampelij  
martyriū.Item Ro  
gatiāni  
Quinti.Maximiani  
Felicis.

Saturnini.

Inuisita cõ  
stātia & in  
superabilis  
confessio

O o o o

voce

sanctorum voce prostratus est diabolus, & concussus Anulinus cōfususque, omnes sanctos in carcerem trahens, illos martyrio destinavit.

Et nē deuotissimus foeminarum sexus, florentissimusque sacrarum virginum chorus certaminis tanti gloria priuaretur, omnes foeminae, Christo Domino auxiliante, in Victoria congressae sunt & coronatae. Etenim Victoria sanctissima foeminarum, flos virginum, decus & dignitas cōfessorum, honesta natalibus, religione sanctissima, moribus temperata, in qua naturae bonū candida pudicitia relucebat, respondebatque pulchritudini corporis fides pulchrior mentis, & integritas sanctitatis, ad secundam palmam restitutam se in Domini martyrio letabatur. Huic nanque ab infantia iam clara pudicitiae signa fulgebant, & rudibus adhuc annis, apparebat rigor castissimus mentis, & quaedam dignitas futurae passionis. Denique postquam plena uirginitas ultimum aetatis tempus expleuit, cum puella nolens & reluctans in nuptias a parentibus cogere retur, inuita mque tradere sponso predo suggereret, clam se per preceps puella demittit, aurisque famularibus supportata, incolumis gremio terrae suscipitur. Neque fuerat postmodum pro Christo Domino passura, si pro sola tunc pudicitia moreretur. Liberata igitur nuptialibus tedis, illuſoque simul cum parentibus sponso, media penē de ipsa nuptiarum frequentia prosiliens, ad aedem pudicitiae portumque pudoris ecclesiam intacta uirgo confugit: ibi consecrati Deo dicatque capitis in perpetuam uirginitatem, sacratissimum criam inconcussa pudore seruauit. Hec ergo ad martyrium properans, florentem pudicitiae palmam triumphali dextera prefebat. Nanque interroganti Proconsuli quid profiteretur, clara voce respondit: Christiana sum. Et cum a Fortunatiano fratre rogato eiusque defensore, uanis argumentationibus mente capta esse diceretur, Victoria respondit: Mens mea est: nunquam mutata sum. Ad hęc Proconsul: Vis ire, inquit, cum Fortunatiano fratre tuo? Respondit: Nolo, quia Christiana sum: & illi sunt fratres mei, qui Dei precepta custodiunt. O puellam, diuinæ legis autoritate fundatam. O uirginem gloriosam, aeterno regi merito consecratam. O beatissimam martyrem, euangelica professione clarissimam, quae Dominica voce respondit: Hi sunt fratres mei, qui Dei precepta custodiunt. Quibus auditis, Anulinus deposita iudicis autoritate, ad puellae persuasionem descendit. Consule tibi, inquit. Vides enim fratrem tuum prouidere cupientem salutem tuam. Cui martyr Christi: Mens mea est, inquit: nunquam mutata sum. Nam & in collecta fui, & Dominicum cum fratribus celebraui: quia Christiana sum. Mox cum hęc Anulinus audisset, furis agitur exarsit, & puellam, sacratissimam martyrem Christi, in carcerem unā cum ceteris relegans, passioni omnes reseruauit.

Sed Hilarianus adhuc supererat, vnus de natis presbyteri martyris Saturnini, qui etatem suam paruulam ingenti deuotione vincebat. Hic patris fratrumque triumphis appropinquans iungi, diras tyranni minas non tam exhorruit, quam in nihilum duxit. Huic cum diceretur, Patrem tuum aut fratres tuos secutus es? subitō breui de corpore uox iuuenilis auditur, & angustū pueri pectus ad confessionem Domini totum aperitur in voce respondentis: Christianus sum, & mea sponte atque uoluntate cum patre meo & cum fratribus feci collectam. Audiebas patris Saturnini martyris uocem per dulcis filij meatus exire, & confitentem Christum Dominum linguam, de fratris exemplo secuturam. Sed Proconsul stultus, non intelligens contra se, non homines, sed Deum in martyribus dimicare, nec quia in puerilibus annis ingentes animos sentiebat, putabat puerum tormentis infantiae posse terri: denique amputabo, inquit, & collum tibi, & na sum, & auriculas, & sic te dimitto. Ad hęc Hilarianus puer, patris fratrumque uirtutibus gloriosus, qui iam didicerat a Maioribus suis tormenta contemnere, clara uoce respondit: Quicquid facere uolueris, fac, quia Christianus sum. Mox in carcerem recipi etiam ipse iubetur, ingenti que cum gaudio uox Hilariani auditur, dicentis: Deo gratias. Hic certaminis magni pugna perficitur: Hic diabolus superatur & vincitur: hic martyres Christi de passionis futurae gloria aeterna iugi congratulatione latantur.

Vide ueri  
voces.

Hilariani  
pueri uiri-  
lis animus.

Mirabilis  
constantia  
uirginia.

Marth. 12.

Victoriae  
uirginis en-  
comion &  
certamen  
egregium.

987  
VITA S. SEVERINI ABBATIS AGAVNENSIS,  
PER FAVSTVM PRESBYTERVM CONSCRIPTA,  
*sed quod in plerisque uideretur esse uerbosior, per F. Laurentium  
Surium redacta in compendium.*



Beatus Seuerinus, religiosus Dei cultor, parentes habuit generis nobilitate conspicuos, qui cum a prima aetate in literis & pietate instituendum curarunt. Tandem eouſque in scientia & uitae integritate progressus est, ut dignus existimatus sit, qui insigni Agaunensium monasterio, ubi fortissimus Christi martyr Mauritius quiescit, Abbas praeficeretur. Virtutum enim eius bonus odor iam longē lateque se diffuderat, & cunctis eum celebrem reddiderat atque uenerabilem. Carnis uel generis splendorem longē superabat mentis generositate & uirtutum gloria. Feruebat nanque in illo Dei amor, animi inuicta cernebatur patientia, edomandae carnis ingens studium, & multa cibi potusque parsimonia. Insistebat acriter & strenuē sanctis precibus, sciens scriptum esse: Petite, & accipietis. Magna illi aderat animi compunctio, qua fiebat, ut esset semper ad caelestia suspensus, uertimque lachrymans, uota sua Domino ardentem offerret, cum Apostolo cupiens dissolui, & ruptis corporis uinculis, ad illam beatam patriam proficisci, & esse praesens ad Dominum. id enim multo melius. Sed inter hęc omnibus se praebat affabilem, qui consilij aut solatij captandi causa ad ipsum accessissent: infirmis quoque fratribus adhibebat paternae adhortationis fomenta: ita quidem sibi & Deo intentus, ut tamen aliorum salutem nulla ratione negligeret.

Ea tempestate Clodoueus rex Francorum in acrem febrem incidit, quae multo tempore eum uehementer afflixit. Ut autem ad eum perlatum est rumor sanctitatis beati Seuerini, hortantibus eum amicis, misit homines, qui uirum Dei cum omni humilitate obsecrarent, ut ad ipsum accedere, & suis precibus sanitatem a Domino ipsi impetrare dignaretur, quandoquidem medicorum opera omnis frustra in ipsum collata, nihil diuturno morbo remedij attulisset. Fuit hoc ita diuinitus procuratum, ut uir sanctus occasione ad regem professione suscepta, illis in locis permultorum salutis & utilitati proficeret. Nec ea res molesta fuit regis medicis: immo uero Tranquillinus, illustris uir & in arte medica bene uersatus, regem admonuit, ut uirum sanctissimum ad se accerseret: simul exponens regi uirtutes beati uiri, quam multi ab eo curarentur varijs oppressi morbis, & a demonijs vexati. Ita factum est, ut quemadmodum diximus, rex ablegaret suos ad uirum Dei, qui celeriter curarent illum adesse Parisijs, ubi rex tum morabatur. Et illi quidem, quos miserat rex, diligenter in eam curam incubuerunt, ut regis iussa exquerentur: & cum ad Agaunense monasterium peruenissent, Abbatis appellandi copiam sibi fieri poposcerunt. Ille uero accessit ad eos, salutatusque est ab eis admodum reuerenter, & his uerbis compellatus: Dominus noster, tuae aeternae prosperitatis deuotus amator, Clodoueus rex te multum saluere iussit, precaturque, uti nē graueris ipsum inuisere. Nam ualde difficili conflictatur aegritudine, & spe bona nititur, fore ut tuis sanctis precibus a Domino obtineat pristinam uirium incolumitatem. Medici enim nihil sua arte & industria efficere potuerunt.

His auditis, uir sanctus, ut erat pijsissimus, mox respondit, se regis precibus minimē defuturum. Id uero tanto propensius fecit, quod iam antē uisione & reuelatione angelica cognouerat se aliud migraturum, alibi que & uitae finem, & corporis sepulcrum habiturum. Postea rem ad fratres omnes coenobij refert, cum multa cordis pietate, compunctione & beneuolentia, multisque cum lachrymis ita eos alloquens: Ego quidem, fratres mei dilectissimi, iam discessurus, ualde me commendo orationibus uestris: petoque, & obsecro, ut sicut haecenus, ita deinceps quoque fides integra, spes inconcussa, & feruens charitas perseuerent apud uos. Confidite, queso, in Domino, & agite uiriliter, & confortetur cor uestrum in gratia Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro. Quod ad me quidē attinet, notum uobis facio fratres mei, quod in hac mortali carne me post-

O o o o 2

hac

FEBRVA. II.

Fit Abbas  
Agaunensis.

Iohan. 16.

Philip. 1.

Clodoueus  
rex cum ad  
se euocat.

Reuelatio  
ne dicit  
alibi se mor-  
iturum.

VITA



hac visuri non estis. Mihi enim diuinitus patefactum est, in castro Nantonienfi me non multo post ex hac vita decessurum. Hec cum ille dixisset, magnus omnium repente letus & fletus ortus est, aiuntque ad illum: Abba pater, ne derelinquas nos, neque deseras gregem tibi a Christo Domino commendatum, quem hucusque paterno affectu benignè & amanter fouisti. Dolebant certè vehementer tantum patrem sibi auferri, maximè quod audiissent non se illum amplius conspecturos in hac vita. Ille verò sic eos lachrymantes mœrentesque considerans, Nolite, inquit, fratres mei, nolite hac de causa contristari. Oportet enim nos diuinæ parère voluntati. Deindè iubet itineri necessaria præparari, eosque blandè consolatus, impertita quoque benedictione, profectus est.

Peruenit autem in ipso itinere ad oppidum Niuernense, ibique orandi causa templum ingressus est: cumque à custodibus esset seiscitatus, vbi episcopus esset, illique respondissent, cum iam diu grauius decumbere, loquendi quoque & audiendi beneficio priuatum, toto anno è lecto surgere non potuisse, & neque sacrificasse interim, neque populo benè precatum esse: vir sanctus misericordia permotus, ad Eulalium p̄rificem lecto inheerentem festinus accedit, visoque illo se prosternit, diuque Dominum feruenter orans, è terra surgit, dicitque surdo & muto episcopo: Loquere, oro, mecum sacerdos Domini. Tum ille: Sit, inquit, nomen Domini benedictum in secula, qui per te me miserus est. Et S. Seuerinus porrigens ei manum, Surge, ait, serue Dei in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui te propterea castigauit, vt saluum faceret: idèò flagellauit, vt coronaret. Hodie mecum in altari sacrificabis, & pro more populo benedictionem largieris. Sub his verbis totus sanus surrexit Eulalius, laudes gratesque agens Deo, qui per seruum suum Seuerinum ab ipso mortis limine ad vitam & sanitatem ipsum reuocasset: eademque die Missam celebrauit, & populo benedixit. Multi sanè viso tanto miraculo obstupescabant, agebantque gratias Deo pro restituto sibi pastore. Et illo quidem die mansit apud eum B. Seuerinus, diuinis cum illo laudibus vacans: postridiè verò illi valefaciens, coeptum prosequatur iter, tandemque Lutetiam perueniens, in ipsa vrbis porta leprosum conspicit, valdè miserum & omni consolatione destitutum. Eum igitur ad se vocat, osculatusque, peramantèr, dicit illi: Quid tibi vis præstari fili mi? simulque sp̄to eum liniens, & Dominum inuocans, lepram omnem prorsus ab illo expulit. Ibi tum erumpit omnes in laudem Dei, qui per seruum suum talia efficeret. At vir sanctus humanos vitans fauores, properè indè abiit templum versus, ibique se dans orationi, à Deo opem postulauit: indè ad regis aulam se confert, eoque salutato, procumbit in precibus, ijsque absolutis, casulam, qua indutus erat, super regem ponit, & confestim febre profligata, rex surrexit incolumis, gratias agens Deo, & flexis genibus eius seruum Seuerinum venerans, cuius precibus salutem repente esset consecutus.

Mansit autem aliquandiu apud eum beatus Seuerinus, multosque tum aulicos, tum ciues Parisienses, depulsis morbis & malis, quibus premebantur, fusa ad Deum prece, saluti reformauit. Legebantur ceci, post longas tenebras cæli lumē adspicientes, surdi se audire gratulabantur, claudi ingrediebantur alacres, muti tacentia diu ora in creatoris laxabant laudes, dæmoniaci à teterrimorum spirituum vexatione se gaudebant absolutos. Eiusmodi verò mirificis operibus vir Dei creuit apud omnes præclara sui estimatione, & laudabatur Christus in fideli seruo suo. Rex quoque Clodoueus potestatem ei fecit, quātam veller pecuniam accipiendi ex thesauris ipsius, & pauperibus largiendi. Tum præterea è carceribus abeundi copiam fecit omnibus, quos vir Dei censuisset dimittendos: quorum sanè ingens fuit numerus. Attulit ea res multis incredibilem iucunditatem, quia iam nihil expectarant aliud, nisi vt diuersis affecti supplicij interimerentur.

At verò vbi sensit homo Dei aduentare tempus, quo cum morte vita esset commutanda, immò verò à morte corporis huius, & ab hoc exilio migrandum ad veram vitam & ad patriam charitatis æternæ, regi & Parisiensibus valedicens, ad Castrum Nantonienfem properauit, vbi oratorium erat ex lignis constructum, in quo presbyteri duo Paschasius & Vrsicinus Deo ministrabant, de quibus illi Dominus significarat, quòd illorum opera esset mandandus sepultura. Ad illos igitur accessit, & comiter eos alloquens, indicauit se propterea eò aduenisse, vt illic vita functus, ab illis sepeliretur. Deindè etiam commendauit illis Faustum presbyterum, fidelem vt ipse eum vocat, necessitatis sue mini-

Fratres multum dolent eius abitu.

Eulalium episcopum suum, multum lectoq; decumbentem sanat.

Leprosum curat.

Clodoueu regē à febre liberat.

Abit ad Castrum Nantonienfem.

ministrum, qui triginta annis assiduus in eius ministerio fuisset: itemque Vitalem monachum, discipulum suum. Porro presbyteri illi Paschasius & Vrsicinus honorificè virum sanctum exceperunt, qui iam ad imminens huius vitæ supremum diem sese cum multis lachrymis assiduè precibus religiosè preparabat, vt posset venienti iudici letus & expeditus occurrere. Postremò vbi ventum est ad vndecimum mensis Februarij diem, felicem spiritum in manus sui efflavit creatoris. Vt autem testati sunt, qui morienti aderant, totus ille locus, in quo decubuit, multo lumine circumdatus fuit ea hora, qua decessit. Postquam autem obdormiuit, Paschasius & Vrsicinus corpus exanime, ita vt moris erat, abluerunt, indutumque vestibus summo cum honore in supradicto oratorio terra condiderunt: vbi hodieque ad eius sepulcrum multa præclara fiunt miracula, glorificante Christo seruum suum. Postea, vbi defuncto Clodoueo, filius eius Childbertus regnum obtinuit, recordatus ille virtutum beatissimi Seuerini, & quemadmodum patrem Clodoueam à molestissima febre repente liberasset, omnino rationi consentaneum putauit, vt super eius monumentum ædes augustior & sublimior fabricaretur. Idque eo iubente curatum & effectum est, templumque iam constructum idem rex etiam regijs muneribus auxit, cupiens apud Deum sancti viri precibus adiuuari & eius patrocinia promereri.

Moritur vir sanctus.

Miracula ad sepulcrum eius.

**SANCTI PATRIS NOSTRI IOHANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI, Encomium sancti Meletij Archiepiscopi Antiocheni, & de studio eorum, qui conuenerant. Citatur hoc Encomium à septima Synodo, Actione 4. Extat autem in Metaphraze.**



Er venerandum & sacrum hunc gregem oculos vbique circumferens, & vniuersam ciuitatē adspiciens hinc presentem, nescio quem prius beatum pronunciem: sanctum ne Meletium, quòd vel post mortem tanto honore fruatur: an vestram charitatem, quòd tantam in vestros Pastores beneuolentiam etiam post decessum ostēditis. Beatus enim ille, quòd tantum amorem vobis omnibus potuerit immittere: Beati vos quoque, quòd cum charitatis depositum acceperitis, eam ei, qui deposuit, integram hucusque perpetuò conseruaueritis. Quintus enim annus iam præterijt, ex quo ille migravit ad Iesum, quē desiderabat: & perindè acsi heri & nudius tertius eum vidissetis, tam seruēti amore ad eum hodie accessistis. Propterea beatus ille est hodie iudicandus, quòd tales genuerit filios. Beati autem estis vos quoque iudicandi, quòd vobis obtigerit, vt talem patrem haberetis. Egregia est radix & admirabilis: sed fructus quoque, nō sunt indigni hac radice. Et enim quomodo radix quepiam admirabilis, quæ latet in sinu terræ, ipsa quidem non apparet: per fructus autem ostendit vires suæ virtutis: Itā etiam beatus Meletius in hac capsâ cōditus, ipse quidem non cernitur à nobis oculis corporis: per vos verò, qui estis fructus, ostendit vires suæ gratiæ. Et nos quidem sileamus. Sufficit enim dies festus & feruor vestri studij, ad tuba clariorum proclamandum sancti Meletij in vos amorem tanquam in filios. Sic enim vestras mentes accendit ad suū amorem, vt vel ad solum nomen incallescatis, & excitemini ad ipsam appellationem.

FEBRUA. 12. Exemplar Aloyij excusum habet 14. sed puto mendum esse.

Propterea ego quoque nunc non temerè, sed studio & dedita opera, id in meis verbis annexo assidue, & perindè ac qui spiam, qui coronam texti auream, margaritas deindè inferens, gemmarum frequentia præclarius efficit diadema: itā ego quoque beato eius capiti coronam texens encomiorum, veluti margaritarum quarundam frequentiam, orationi adtexo continuationem eius appellationis: sperans fore, vt sic eam iucundior reddam & splendidior. Solent enim amantes eorum, quos amat, vel nuda completi nomina, & incallescere ad ipsas appellationes. Quod vobis quoque in hoc beato vsuuenit. Nam cum eum à principio in ciuitatem ingressum exceperitis, vnusquisque, filium suum appellabat ab illius appellatione: per appellationem existimans vnusquisque, in domum

Meletij nomen quàm gratū Antiochenis.

domum suam sanctum illum introducere, patresque, auos & proauos, matres pretereuntes beati Meletij nomen imponebant liberis, quos pepererant. Naturam enim vincebat amor pietatis, & deinceps qui nascebantur, non ex naturali solum beneuolentia, sed etiam ex affectione ad illam appellationem, erat chari parentibus. Ipsum enim nomen, & ornamentum cognationis, & adium tutelam, & inuocantibus salutem, & amoris solatium esse existimabant: & perinde ac si quidam, qui sedebat in tenebris, cum una lampas cōspecta fuerit, multas accendentes lucernas, unusquisque infert in domum suam: ita etiam cum illa appellatio, tanquam lumen incidisset in ciuitatem, unusquisque tanquam lucernam accendens, introduxit in domum suam beati tunc illius nomen, veluti quendam thesaurum bonorum innumerabilium, per illius afferens appellationem: eratque id, quod fiebat, doctrina magna charitatis & pietatis. Nam cum assidue cogentur meminisse illius appellationis, illum quoque sanctum complectebantur animo. Habebant enim hoc nomen tanquam arma quaedam, quibus fugabatur quæuis à ratione aliena affectio & cogitatio: fuitque id adeo frequens, ut ubique in biuijs, in foro, in agris & in vijs hoc nomen vndique circunsonaret.

Vide anti-  
quū vsum  
imaginum  
apud Chri-  
stianos, &  
earū vene-  
rationem.

Meletius  
ab hereticis  
expellitur.

Antioche-  
norū cha-  
ritas in Me-  
letium.

Non ad nomen autem solum adeo fuit affecti, sed ad ipsam etiam figuram corporis. Quomodo enim fecistis in nominibus, hoc etiam fecistis in illius imagine. etenim in palis annulorum, & in simalacris, & in thalamorū parietibus, & ubique sacram illam multi expresserunt imaginem, ut non solum audirent sanctam illam appellationem, sed etiam ubique viderent figuram corporis, & eius excessus duplicem haberent consolationem. Etenim cum primum fuit ingressus, fuit expulsus à ciuitate, inimicis veritatis eum expellentibus: Deus vero id concessit, simul & illius virtutē & vestram volens ostendere. Cum enim ingressus, sicut Moses in Aegyptum, liberasset ciuitatem ab errore heresis, putridisque membris & immedicabilibus à reliquo corpore amputatis, integram restituisse sanitatem ecclesie multitudini, inimici veritatis non ferentes correctionem, cum mouissent eum, qui tunc imperabat, expulerunt eum ex hac ciuitate, expectantes fore, ut veritate essent superiores, & euerterent correctionem eorum, quæ facta fuerant. Euenit autem contra, quam expectabant: magisque fuit euidentis vester zelus, & replenduit demonstratio illius scientiæ, ad docendum accommodata. Illius quidem, quod triginta diebus, nec ijs quidem integris, tantum potuit, ut postea irruentibus spiritibus innumerabilibus, illa beata & inconcussa manserit illa doctrina. Feruor autem vester se aperte ostendit, quod triginta, & nec ijs quidem integris, diebus, tam accurate suscepistis, quæ deiecta fuerant ab illo, semina, ut ad profundū mentis radices transmiseritis, & nulli deinceps illatæ decepterō cesseritis tentationi.

Operæ precium est autem, ne illud quidem pretermittere, quod accidit in eius persecutione. Nam cum Præses ciuitatis curru vectus exiret per medium forum, & prope fecisset sedere illum sanctum, lapides niue crebriores vndique in caput Præsidis ferebantur, ciuitate nequaquam ferente separationem, sed potius volente priuari vita presentis, quam videre sanctum illum auelli. Quid ergo tūc fecit ille beatus? Cum vidisset iactus lapidum, complexus suis vestibus, contexit caput Præsidis: simul & inimicos pudore afficiens ob insignem mansuetudinem, & suos docens discipulos, quantā ostendere oporteat patientiam in eos, qui iniuria afficiunt: & quod non solum nihil oporteat eis mali facere, sed etiam si ab alijs eis immineret periculum, id quoque omni studio propulsare. Quis tunc non fuit obstupefactus, vidēs & insanum amorem ciuitatis, & summam philosophiam, lenitatemque & mansuetudinem Meletij? Erant enim admirabilia ea, quæ tunc acciderunt. Pastor abigebatur, & græges non dispergebantur. Gubernator expellebatur, & scapha non mergebatur. Agricola fugabatur, & vitis plus fructus ferebat. Quoniam enim vinculo charitatis eratis inter vos inuicem colligati, non illatæ tentationes, non impendentia pericula, non viæ longitudo, non diturnitas temporis, neque quidquam aliud potuit vos disungere à beati pastoris Meletij consuetudine. Sed expellebatur quidem, ut esset procū à filijs: contigit autē contrarium. magis enim vobis constringebatur vinculis charitatis: & cum secum vniuersam accepisset ciuitatem, iuit in Armeniam.

Et erat quidem corpus positum in patria, mēs verò & cogitatio, veluti à quibusdam pennis, in altum elata à gratia spiritūs, & apud vos perpetuo degens, vniuersum hunc populum circumferebat in suis visceribus. Quod ipsum quoque vobis vsu veniebat. Nam

Nam cum hinc sederetis, & vrbe circumscriberemini, spiritu charitatis in Armeniam quotidie euolantes, & sanctum vultum intuentes, & beatam vocem audientes, sic reuertebamini. Et propter hanc causam, concessit Deus cum statim expelli à ciuitate, ut, sicut dixi, ostenderet Deus vestram fidei firmitatem inimicis, qui vos bello oppugnabant: & illius in docendo peritiam. Illud autem hinc est apertum. Nam post primam reuersus persecutionem, non triginta solum dies, sed etiam menses, & annum vnum & duos & plures hic est versatus. Nam cum satis magnum dedisset argumentum vestræ circa fidē firmitatis, dedit vobis potestatem iucundē & securē fruendi patre. erat enim maxima voluptas, frui illo sancto vultu. Non enim solum docens nec loquens, sed etiam solum videretur, satis erat ad introducendam omnem virtutis doctrinam in eorum, qui videbant, animam. Quando enim ad vos veniebat, & vniuersa ciuitas ei obuiam processerat, alij quidem prope accedebant, & pedes præhensabant, & manum osculabantur, & vocem audiebant: alij autem prohibiti à multitudine, ipsum solum videntes, tanquam qui sufficientem benedictionem ex aspectu accepissent, & non minus habuissent, quam qui prope fuissent, contenti recedebant: & quod fiebat in apostolis, hoc in eo quoque contingebat. Quomodo enim in Apostolis, qui progredi & propius accedere non poterant, cum umbra eorum extenderetur, & tangeret eos, qui procū erant, eandem attrahebant gratiam, & sani similiter recedebant: Ita nunc quoque, qui non poterant accedere, tanquam aliquam spiritalem gloriam à sancto illo capite emissam, & ad eos, qui longissime aberant, peruadentem sentientes; etiam ab eo omni benedictione ex solo aspectu repleti, omnes discerebant.

Reuertitur  
ab exilio.

Astor. 1.

Cum autem visum esset communi Deo vniuersorum, eum vocare ex vita presentis, & eum referre in chorum angelorum, nec hoc quidem factū est temere. Sed ipsum quidem vocant litera Imperatoris, cum Deus mouisset Imperatorem. Vocant verò ipsum non in propinquum locum, sed in Thraciam. Quamobrem? Ut & Galatæ & Bithyni & Cilices & Cappadoces, & omnes, qui Thraciam habitant, nostra bona cognoscerent: Ut qui erant ubique terrarum Episcopi, tanquam ad archetypum exemplar, ad illius sanctitatem intuentes, & apertum exemplum ab illo accipientes, sui in hoc munere officij certissimam & clarissimam haberent regulam, quemadmodum oporteat administrare & regere ecclesias. Nam propter vrbs magnitudinem, & quod illic resideret Imperator, multi ex multis locis orbis terræ illuc tunc conueiebant. Episcopi autem ecclesiarum, propterea quod ecclesie à longo bello & tempestate respirantes, acciperent principium pacis & tranquillitatis, literis Imperatoris omnes illuc vocabantur. Tunc ergo hic quoque sanctus illuc accedit. Quomodo enim in tribus pueris accidit, quando erant publico præconio renunciandi & coronandi, extincta vi ignis, fastu tyranni conculcato, confutato omni genere impietatis, ex vniuerso orbe terræ erant eis congregati spectatores. Nam qui ubique terrarum erant satrapæ, consules, & legati, vocati quidem erant propter aliam causam, illos autem spectauerunt athletas. Ita etiam tunc accidit. Propter aliam enim causam vocati episcopi, qui ubique terrarum administrabant ecclesias, accesserunt, & sanctum illum sunt contemplati: adeo ut beato Meletio præclarum fieret theatrum.

Dan. 3.

Postquam autem eum adspexissent, & accurate eius didicissent pietatem, sapientiam atque zelum fidei, ut qui perfectam & absolutam in se haberet omnem virtutem, quæ decet sacerdotem, tunc eum ad se vocauit Dominus. Factum est verò id quoque, ut leuius ferret nostra ciuitas. Nam si hinc emisisset animam, futurum erat intolerabile pondus calamitatis. Quis enim sustinuisset videre beatum illum, extremum ducentem spiritum? Quis sustinuisset videre illa cilia oculorum deprimi, osque claudi & mandata edere nouissima? Quis hæc adspiciens, non à se discessisset magnitudine calamitatis? Nè hoc ergo accideret, prouidit Deus, ut in aliena regione animam emitteret: ut tempore, quod intercessit, hanc maximam præmeditati calamitatem, cum videremus ingredi corpus, nè animo consterneremur, cum mens iam esset assuescenda luctui. Quod etiam factum est. Cum enim venerandum illud corpus excepit ciuitas, luxit quidem & valde euilauit: sed luctum citò repressit, tam propter causam, quam diximus, quam propter eam, quæ est dicenda.

Meletij ab-  
soluta vic-  
tus.

Abit è vita.

Benignus enim & clemens Deus misertus nostri doloris, alium citò nobis dedit Pastorem, qui pulchrè exprimebat & conseruabat formam omnis illius virtutis. Qui cum

sedem ascendisset, humili & lugubri veste nos statim exiit, & dolorem extinxit. beati autem Meletij magis renouabat memoriam: & dolor quidem flaccescebat, amor vero accendebatur vehementius, & omnino sublata fuit animi ægritudo. Quamquam in amissione eorum, qui sunt charissimi, non ita solet euenire. Sed quando quis filium charissimum, vel etiam reuerendum maritum amiserit mulier, quandiu quidem eius feruentem conseruat memoriam, vehementior luctus alitur in animo. Quando vero succedens tempus luctum emollierit, simul cum vehementia doloris extincta est etiam, quæ vigeat, memoria. In hoc autem beato Meletio accidit contrarium. Nam animi quidem ægritudo fuit omnino eiecta, recordatio vero non simul abiit cum dolore, sed aucta est vehementius. Testes autem estis vos, qui post tantum tempus, non secus ac apes fauum, circumuolatis corpus beati Meletij. Causa vero erat, non à natura ortus in illum amor, sed discretionis rectæ ratiocinatio. Propterea non fuit morte extincta sancti Meletij memoria, tempore non emarcuit: sed augetur & maius accipit incrementum, non eorum solum, qui viderunt, sed etiam eorum, qui non viderunt. Est enim hoc quoque admirabile, quod qui fuerunt illius vitæ tempore iuniores, ij quoque accenduntur ad idem desiderium. Atque vos quidem senes in hoc solo superatis eos, qui non viderunt, quod cum eo versati estis, & fructum percepistis sanctæ eius consuetudinis. Qui autem non viderunt, vos superant, quod cum virum non adspexerint, ostendunt in ipsum non minus desiderium.

Studium & amor Antiochenorum in defunctum Meletium.

Oremus itaque omnes, tam magistratus quam priuati, tam mulieres quam viri, tam senes quam iuuenes, tam serui quam liberi, hunc beatum Meletium harum precum socium accipientes, (est enim ei nunc maior fiducia, & amor in vos feruentior) vt hæc nobis augeatur charitas, & nos omnes dignemur, quomodo hinc sumus prope arcam, ita illic quoque posse esse prope beatum & æternum eius tabernaculum, & consequi bona æterna, quæ sunt ei reposita. Quæ detur nobis omnibus consequi, gratia & clementia Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria & potentia simul cum sancto & viuifico spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

## NICEPHORI BEATISSIMI PHILOSOPHI ET ORATORIS, ORATIO FVNEBRIS, SEV VITA EN-

*comio contexta, magni inter Dei Pontifices & admirabilis inter Patriarchas, Antonij. Habetur in Metaphrasæ.*

12. FEBRVA.



Hic ergo non poterat, vt eorum, qui in fide prius præclari extiterunt, non rursus tempus, etiam si videretur conuenisse, foetus similes afferret: & per extremum partum, rebus ipsis & factis, præcedentium fructuum comprobaret admirabilitatem. Cum enim factor ab initio humanam fabricatus esset naturam, & bonorum seminum ei indidisset materiam, non fuit, vt ea cum tempore consenesceret, sed vt in dies repubesceret, & ferret foetus germanos præcedentibus, supernæ cognitionis minimè adulteratam nobilitatem in se ferentes. Virtus enim non accipit dimensionem ex eo, quod est tempore posterius aut prius: sed ex pura & incorrupta mente eorum, qui se rectè gerunt: quomodo is, qui nunc oratione laudandus est propositus, qui quotidianis accessionibus ascendit totas scalas virtutum, & peruenit ad summum.

Sed oportet, huic, qui per totam vitam in virtute se exercuit, eos, qui per totam vitam in dicendi facultate studium posuerunt, contexere coronam: qui quidem sunt lingua boni & potentes: & admirari res præclare & rectè ab eo gestas: me autem silentio longo os meum cõprimere, & linguam vinculo continere: & dum alij oratoris officio fungerentur, me in numerum referri auditorum: & eorum quidem reuoluere memoriam, quorum inspectio & experientia, non longo abhinc tempore, poterat esse magistra, vt veritati possem verum & firmum ferre testimonium: eorum vero, quæ ignorantur,

tur, narratione per orationem percipere cognitionem. Non autem lingua inerudita, & ægritudinis animi nube confusa mente, aggredi tantæ rei magnitudinem, timentem periculum, quod imminet ijs, qui suscipiunt ea, quæ sunt supra vires. Natura enim ita est comparatum, vt verba res non possint assequi. Hic autem nunc, vbi & longissimum tempus dimensum est virtutem, & floridissimum pratum imitantur rectè facta, cum omnia tractare nulla possint ratione, meritò refugiunt. Neque enim suum ingenium, nec rerum ignorantes magnitudinem, sperantes tamen se potius aliquid accipienturos, quam duros, existimant se virtutum magnitudinem esse suam celaturos imbecillitatem. neminem enim iudicare orationes, stupefactum rerum admiratione. Quamobrem sperant fore, vt simul & lateant, & prædicentur, dum propter horum connexionem habentur in admiratione. Sed quoniam mentis, quæ inter omnes principatum obtinet, vincit sententia, quæ post exequias censet iusta patri esse tribuenda, eius indicendo gratiæ vniuersum permittentes, (quæ, etsi necesse sit, ad non assequi, omnino quod deficit, adjiciet, vel potius orationi integram præbebit correctionem) accedimus ad narrationem, veluti quoddam fundamentum patriam primo loco ponentes.

Verba res assequi non possunt.

Sed patriæ & Maiorum nollem facere mentionem: quoniam nec aliquid eorum, quæ ad carnem pertinent, caelesti illi & carnis propemodum experti, & qui solam nouerat patriam supernam ciuitatem, in quam ciues adsciscuntur, qui sunt virtutis operatores, scimus fuisse proprium. Sed quoniam eum, qui propter nos massæ nostræ assumptione factus est sicut nos, vniuersi opificem videmus & Dominum, admisisse patriam & Maiores, & humilis Bethleem magnitudinem omni lingua prædicari, nec in sancto quoque Pontifice fas esse statui prætermittere: sed in eo potius iucundè immorari, reddendo quodammodo gratiam alimentorum. Sed in alijs quidem fortasse, patriæ & genus proposita, laudem ex arte afferunt: in eo autem, de quo in præsentia agimus, partus potius suis, ex quibus ortus est, donat gloriam immortalem, infernè remittens splendorem, similiter solarium radiorum reuerberationibus. Patria ergo, quæ sit vna, non potest inueniri. Nam Asia quidem & Europa gloriam inter se partitur: hæc quidem propter Thraciam, illa vero propter Phrygiam, eius ortum sibi vendicantes. Cum res autem sit inter eos controuersa, apparet alia tertia patria, nempe regina vrbium, quæ etiam eum aluit, vlnis suis amplectens, ex quo ferè à puerilibus fascijs eum euolui contigit, vt qui ei postea futurus esset decus & ornamentum. Et hæc quidem, vt potè caput, ei facile & prompto animo cedit, sperans fore vt fruatur gloria. Asia vero agrè fert quidem, sed non vsque ad immoderatam fertur contentionem: se reginæ autem submittens, & Maiorum eius contenta gloria, à quibus sunt huic fontes generationis: quos genus ducentes ex Phrygia, propter munera imperatoria, quæ obtulerunt in exercitu Imperatoris, habuit regina vrbium habitatores, animo quidem fortes, fortes autem corpore, & eius, qui ex ipsis erat gignendus, prius in se describentes fortitudinem contra vitia & constantiam.

Patria S. Antonij episcopi.

A quibus ortus huius pater, ab ipsis parentibus ab ineunte ætate, tanquam Samuel, & habitu Dei forti dedicatur, & re ipsa: & ad generis successionem lege matrimonij coniungitur mulieri, honestæ quidem animo, honestæ vero omnibus moribus, & corporis specie non afferente dedecus nobilitati animæ: & quæ, vt semel dicam, animi & corporis dotibus, marito qui erat in vtrisque insignis, nulla in re erat inferior. sed erat biga insignis, biga veneranda, biga, quæ beata censebatur: coniugium, quod multorum oculos conuertebat ad admirationem: parum quidem carni, plurimum autem Deo viuens, & ijs, quæ verè ad Deum ferunt, factis & rectis actionibus: pro quibus & per quæ, tanquam aliquod præmium virtutis, dignati sunt sacrum fructum producere. Qui in materna quadam possessione, quæ non multum aberat à ciuitate, in qua habitabant, vrbanos tumultus, & Iconomachorum, quæ tunc vigeat, rabiem declinantes, in lucem editus, magis pietate alebatur quam lacte. Cum autem iam incepisset balbutire, parentibus iucundam exhibuit admirationem. Balbutienti enim linguæ nihil ferè aliud præbebat loquendum, nisi quæcunque erant mystici nostri cultus, quantum à molli & tenera pueri natura potest exprimi & è labris progredi: & hoc paulatim crescens cum augmento corporis, simul etiam crescentem habebat admirationem: & quinque id videbat, erat propheta futuri.

1. Reg. 2. Parentum eius encomion.

Cum ad quintum autem annum peruenisset, literarum figuras doctus à sancto spiritu,

Nota tan-  
tillæ ætatis  
mores mi-  
rabiles.

ritu, (neq; enim venire ad ludimagistrum, puerorum irrisiones & alias pueriles ineptias declinans, in animum induxit) omnes sacras orationes, maximè quæ non mysticè ac secretò prolata, sacrifici voce perueniunt ad aures eorum, qui initiantur, ingeniosè memoriter pronuncians, deceterò etiam res ipsas imitabatur ac repræsentabat: panem proponens, & manu tenens thuribulum: perindè ac si non sustineret sacra anima, quo minùs etiam in imperfecta ætate operaretur res diuinas, & ante tempus perfecti-  
onis ea, quæ ad perfectionem pertinent, inchoaret: & sacrosancto puero pro quo uis lu-  
do erat opus & studium, parùm quidem matrem comitanti, magna autem ex parte in  
his seorsum occupato. Postquam verò illa ad beatam, & quæ nunquam senescit, mi-  
grauit hæreditatem, cum patre versabatur tunc, se exercens in sacris discendis psalmis.  
Ingenij autem felicitate, intelligentiam quidem quam pro ætate maiorem, maturio-  
rem autem, quam pro tempore ætatis, dabat spectandam staturam corporis: mentem  
verò eius, quod est bonum & honestum, capaciolem, quam quantum consentaneum  
esset, vtrunque admittere dimensionem temporis.

Hinc cum ad annum peruenisset duodecimum, ad res diligentius considerandas se  
applicans, (ò mentem stabilem, ò bonum propositum) genus vitæ discreuit & elegit:  
alijsq; reiectis, ad monasticam intuens, flagrabat cupiditate. Rerum enim principia à  
fine dijudicata, præbent tutam electionem eius, quod est melius. Non enim quod pro-  
portione ætati responderet, procedens habuit iudicium: sed in iuuenili corpore canam  
ostendebat intelligentiam, per ea, quæ operabatur, suam cū eo, quod est bonum & ho-  
nestum, indicans coniunctionem: & ijs, ad quæ se extendebat, significabat incorruptæ  
mentis stabilitatem: & gloriam quidem despicens, respiciens autem quidquid non fert  
ad Deum, elegit eam, quæ fert ad ipsum, asperam quidem, sed quaestuosam viam, & quæ  
sola potest bonos mercatores transmittere ad illam verè preciosam margaritam. Scie-  
bat enim diuino amore priùs capta anima, ad id solum, quod desideratur, omninò con-  
tendere, & omnia nihil ducere, quæ nihil faciunt ad id, quod queritur. Quod enim toto  
animo electum est ad acquisitionem, est firmum ac stabile: Quod autem est firmiter  
acquisitum, promptum est ad conseruandum. Qui enim semel fuerat incitatus ad id,  
quod est honestum, tanquam ab aliquo carcere à virtute parentum, perpetuo ferebatur  
impetu, Deum quærens, & ad ipsum contendens.

Dehinc deducitur ad virum sanctum, qui præerat sacro monasterio, & erat insignis  
virtute: cui magnam acquirebat gloriam actio & contemplatio, quæ corporis & ani-  
mæ motus disperiebant. Qui cum eum statim sibi coniunxisset, & vt, quæ esse potest  
in iuvene, virtutem præuideret, eum traduxit ad suum habitum & amictum: tanquam  
quadam tabula ei suis propositis virtutibus, eumq; suo exemplo informans, factio poti-  
us quam sermone fuit ei doctor bonarum disciplinarum. A quo exercitatus in orbe  
disciplinarum, attraxit dulce fluentum diuinarum scripturarum, externæ ebrietatis  
crapulam repellens illo institutore, & deceterò nunquam conuersus, admouet ma-  
num aratro exercitationis, profundos profcindens sulcos virtutis, & ad fructus feren-  
dos rectè præparans. Et noctes quidem habebant linguam, precibus & hymnis vacan-  
tem, & diuinarum rerum meditationi: dies autem manus vehementer inseruientes  
ijs, qui simul cum eo exercebantur. Apertè enim sciebat, quòd alij labores magnum  
quidem, (quidni enim?) sed non tantum, lucrum præbent. Qui autem conferuntur  
ad proximo deseruendum, multiplicem fructum ferentes, quod à Deo datum est vni-  
cuique talentum, multiplicant: cuius summa est charitas, quæ est fons bonorum: à quo  
qui sordes abstergit riuus profluens, splendor splendoris Deo sistit, id quod est ad eius  
imaginem, diuina imitatione per commiserationem describens indelebile. Optimè  
enim apud se & sapientissimè diuidens, hanc charitatem per totam vitam adhibuit so-  
ciam: per quam anima à sensilibus euolans, reuertitur ad primam dignitatem.

Hanc firmam posuit basim. Super eam domus virtutis stabile & firmum iecit fun-  
damentum. Per eam neque vanæ gloriæ admisit vestigium. Sui enim ipsius amorem  
solet hoc vitium consequi. Nam quod tenetur sui ipsius amore, omninò etiam tenetur  
gloriæ cupiditate. Sui autem amore non tenetur, qui fratres diligit. Est ergò vitio su-  
perius, quod seruit per charitatem, & in seruitutem redigit feras, quæ intus sunt, bestias,  
animi, inquam, perturbationum furiosos impetus: neque vlliræ deest aditum, vt qui  
tanquam freno aliquo eam repelleret, & pulchrè veheretur & ferretur ad virtutem.  
Neque

Vide quid  
sentiat de  
monacha-  
tu.

Fit mona-  
chus.

Eccè vigili-  
as, preces &  
hymnos.

Matth. 25.  
Charitas,  
fons bono-  
rum.

Est alienus  
à vanaglo-  
ria.

Ab ira.

Neque omninò aliquid indulisit cupiditati, à proximi & rei creatæ charitate traducens  
ad effectorem, quod quidem est vltimum expetendorum, & primum desiderandorum.  
Per hanc, minimè adulteratam conseruabat liberalitatem, ab ineunte ætate repellens  
contrariam eius affectionem: & cum ab ea conciliatam secum habitatem acquisisset  
commiserationem, Dei omninò factus est. Sic ergò se rectè gerens ab ineunte ætate,  
erat in ore omnium, & conuertebat ad se omnium oculos.

Iam autem in genis florente lanugine & coronante vultum plenum gratia, quæ in  
agendo versatur, philosophiæ pratium in eo simul pulchrè florebat. & in corde dispo-  
nens ascensionem, perfectiore consilio perfectiora aggrediebatur opera. Consultabat  
verò, non diuina Musa, non Demosthenis vtens vehementia: sed diuina quadam pru-  
dentia & hominem superabat, & vbiq; inueniebat magnam possessionem, rem, in-  
quam, diuinam, nempe quæ deos facit charitatem, vel potius quam habebat proferens,  
ad scopum ferebatur, negociali Hermogenis arte nihil indigens. Per hanc ei aderat  
morum lenitas & moderatio, grauitas, mansuetudo, simplicitas, suauitas, serpentis pru-  
dentia contempterata columbæ synceritate. Hinc etiam fiebat, vt sciret mensuram ser-  
monis & silentij, & motum manûs, & gressum pedis, & gustus camum, & terminum  
visus, & amussim odoratus, & cautionem auditus: vt in pura & secundum naturam  
specula maneret anima, & non mors, nempe is, qui suo vitur arbitrio, per fenestras ad  
ipsam latenter ascenderet, vt est in prouerbio. Et deceterò vnum erat ei studium, vt  
carnem efficeret seruire spiritui, & venari feras cogitationum, & antra repurgare, in-  
uestigantibus mentis notionibus, sobrijs & vigilantibus veluti canibus, mentis celeribus  
ad meliora motionibus.

Quamobrem nihil magnum existimabat eorum, quæ annunt ad interitum, & qui-  
bus innatum est, vt tempore diffluant: non gloriam, non diuitias, non ipsam, quæ est in  
dicendo, sapientiam: sed vnica habebat diuitias, nempe virtutem & veram cognitio-  
nem, quam re ipsa conciliare solum scit philosophia. Sciebat enim, quòd etiam si phi-  
losophia sit eorum, quæ sunt, cognitio, actio tamen est ascensus veræ contemplationis:  
Ex contemplatione autem, eorum, quæ sunt, exquisita consideratio. Actione ergò vi-  
detur veram acquirere philosophiam. Talis erat quidem nouus Ioseph, regula tempe-  
rantia: qui aduersus vitia & demones clara crexit trophæa: & fuit quidem ipse præclarus,  
multos autem præclariores reddidit suo exemplo. Quid mihi Socraticæ ad hæc ad-  
monitiones, aut leges Platonicæ, aut vniuersa virtus gentilium, quæ ficta specie exer-  
cetur? Quis Solon legum decretis, vt hic monitis actiue philosophiæ, quæ re ipsa & fa-  
ctis loquuntur, deduxit homines ad meliora studia? Quis Epimenides in rebus diuinis  
adeò sapiens, vitæ diuinæ multis fuit occasio? Per quem fuerunt quidem morte affecta  
vitia: purgata autem fuit anima & corpus: resplenduitque vita quæta & remota à ne-  
gocijs: in quo & iræ fabricabatur camus, & frenum linguæ, & partium animæ exerce-  
batur concentus. Ex quibus, & per quæ, pulchrè efficiebatur vnum genus, quod anti-  
quæ pulchritudinis diuinos emittebat splendores.

Cum autem præcedente tempore ad virilem peruenisset ætatem, & virilius actiuam  
exerceret philosophiam, lætus eius præceptor propter incorpoream vitam in viri cor-  
pore, & tanquam propria glorians, eum ducit ad illum, qui tunc tenebat clauum Pon-  
tificalem ciuitatis regiæ, vt initiaretur chrismate presbyterij. Qui non solum per gra-  
dus intermedios eum deduxit ad indumentum sacerdotij, sed illius testimonio cum  
etiam ordinauit, vt præfesset monasterio: & deceterò nouo Mosi traditur populi re-  
ctio, vt qui parua philosophia collegerit multam pulchrè pascendi peritiam. Virtutis  
enim statuebat perfectionem non solum in eo esse sitam, vt ipse se rectè gereret: sed  
vt etiam ex quadam redundantia esset omnibus regula. Non sunt enim tam sonore tu-  
bæ eo tempore, quo stat instructa acies, ad milites ad pugnam excitandos, vt virtutis  
sudores eos, qui sunt subiecti, excitant ad acie decernendum aduersus inimicos, qui  
percipiuntur intelligentia. & quomodò dux exercitus aduersus hostes omnem mo-  
pet aciem, quando ipse pugnam inceperit, factis suos excitans ad virtutem: ita etiam, qui  
sunt exercitus duces aduersus vitia, cum fuerint redimitti præclaris coronis victoriæ,  
efficiuntur omnibus efficax admonitio.

Hinc erat ei perpetua propemodum inedia, & vigilia, & quæ nunquam intermitte-  
batur præcatio: ex quibus & per quæ erat corporis maceratio, & in carne vita carnis  
expers, citia.

A cupidi-  
tate.

Res fluxas  
& caducas  
aspiciatur.

Initiatur  
chrismate  
presbyterij.

Eccè viri  
sancti pijs-  
sima exer-  
citia.



expers & tranquillitas cogitationum. Hinc eorum, quæ oportebat, erat sincera discretio & iudicium, & omnium simul voluptatum contemptio, & hyemis ac æstatis tempore corpus suum vna amicare tunica, humi quæ cubatio, & mensa nullo apparatu instructa, vt quæ pane & oleribus exciperet exercitatorum: non vt multos, ad aliquot annos, sed à teneris vnguiculis, à prima ineunte ætate perducta vsque ad vltimam & senilem. Hinc erat austeritas temperata suauitate, & lenitate asperitas: vt neque, reprehensio esset inutilis propter austeritatem, neque disciplina non pateret aditus propter asperitatem: adeo vt esset quidam per omnia bonorum concentus admirabilis. Licebatque videre (illic enim mea versatur cogitatio) tempore diuini mysterij stantem sacrificum ante ordinem monasticum, non secus atque Samuelem illum scribit oratio: totumque Deo affixum & tribunali, & cum Deo versantem immaculatis mentis applicationibus, & diuinis contemplationibus effectum totum diuinum, & pulchra mutatum alteratione. Mihi verò videntur diuinæ quoque virtutes eum circumstare & ei ministrare, ô diuinum sacrificium, ô perfectum efficiens mysterium, ô vita, quæ ab eo degebatur, qui in corpore erat tanquam incorporeus.

Hæc videns eius pater secundum carnem, desiderauit mutare vitæ habitum, & indumentum induere monasticum. Nam quod ad virtutis rationem attinet, ei ferè nihil deerat, vt cuius à meliori institutione tota vita penderet. Idque non per aliam manum, sed per illam sacram manum, cuius ipse fuerat agricola, hanc quoque gratiam cupiebat accipere. Pro omnibus alimentis postulabat, vt filij manu initiaretur, & suam viuendi formam mutaret. Regenerat ergo eum, qui genuerat: & ei, qui ortus corporis fontem præbuerat, animæ filius puram efficit regenerationem. & cum aliquot annos fortiter iugum traxisset monasticum, plenum dierum, plenum virtutum, plenum gratiarum, tanquam maturum aliquem fructum, in cælestia horrea, cum aduenisset tempus, cum bona spe transmittit, laborum dignas coronas accepturum. Atque sic quidem admirabiliter res eius se habebant. Neque enim fieri potest, vt omnia describat oratio.

Oblatum autem tempus tanquam lucrum accipiens, misericordis animi, quod iam diu ante conceperat, fontes aperuit, & riuos emisit misericordie, soluentes squalorem pauperum: expromens quidem, si quid redundabat, ad illorum usum: expromens autem multa quoque ex necessarijs. Non enim in ijs, quæ redundant, impertiendis, sed in ijs etiam, quæ desunt, ille veram statuebat misericordiam. & communis simul proposita erat vtilitas diuitibus & pauperibus: his quidem soluens inopiam: illos autem eripiens ab inuidia, quæ est reposita ijs qui nulla mouentur misericordia, communis benefactor, communis curator magistratibus & priuatis, omnium mentes suo exemplo transformans & componens ad meliora. parum quidem verbis, factis verò plurimum prouocans ad virtutem. Vnde etiam erat reuerendus magistratibus, reuerendus ijs, qui erant in dignitatibus, atque ipsis adeo Imperatoribus: recteque, ei procedebat vniuersum opus administrationis, nemine repugnante. Ex his autem non erat incredibile, quod Deus ad communem vtilitatem multa quoque per ipsum fecit admirabilia, etiam si quantum per virtutem erat potens facere miracula, tantum vt ea celaret & tegetet, nonnumquam cum fecisset, ænigmatibus & vmbis assequeretur. Sed quod ad multorum venit cognitionem, & factum esse creditur, persequi tentabit oratio.

Nolebat vna ciuitate, etsi sit tam magna, suam circumscribi commiserationem: sed ad quantam Sol adspicit, eam contendebat extendere. Hinc manus scatentis misericordia participes erant Scythæ & Thraces, & cum alijs Mysi quoque, qui sunt in Asia. Quinetiam cum ad eos, qui exercebantur in Olympo, quibus studium erat se fortiter gerere aduersus vitia & demones, aliquando transisset, & quidquid auri habebat in manibus, in usus eorum consumpsisset, reuersus est ad ciuitatem, apud se agitans & vndique considerans, vndenam rursus vestigal compararet pauperibus. Sed non fuit eum Deus diu esse anxio animo. Rem autem facit, vt solet, admirabilem, & eum liberat à solitudine. Quidam enim ignotus, simulatque ingressus est ciuitatem, siue homo, siue angelus, qui formam hominis susceperat, transeunt per porticum ex quodam angiportu accedens, ei tradit auri manipulum: & cum dixisset, Accipe, quod infumas in usus eorum, quorum curam geris, dicto citius euolauit & recessit. & manus quidem habebat aurum, oculi autem non poterant assequi eum, qui præbuerat. Hoc est non leue signum illius cum Deo coniunctionis: hoc est non leue indicium illius magni & excelsi

Ecc. 46.

Pater eius vitam complectitur monasticam.

Benignitas Antonij in egenos.

excelsi animi: hoc Abrahæ benedictionis habuit multiplicationem, quod fuit hospitali dexteræ veluti quadam sementi. Propter hæc bona magnus rectè se gessit Antonius. Hæc manui pauperum amanti, ne suppeditans egeret, fuit occasio. Cum qua re Croesi quidem illius Lydi felicitas, & aurei lateres, neque fabula Midæ potest conferri: Eum autem, cum in his esset, adspiciebat ciuitas, & virtutum non celabat magnitudinem, neque egregia facta terræ mandabat: fama verò excipiebat: & licet non adesset, cum omnibus ipsis factis ostendebat: & propemodum responsa ab ore omnium excidentia, futurum tanquam præsens prædicabant. Hæc canebantur in multis ciuitatibus, canebantur in agris, dicebantur in montibus, in antris, in gentibus. Per omnes enim peruadebat miraculum, & erat communis orbis terræ narratio. Hæc Ecclesiæ Christi sponsæ mouebant amorem, ardebatque sitiens eum, quem diligebat: & quærebat tempus coniunctionis, & præuidens tempus desponsionis, spe dulci iucundè ducebatur. Sciebat enim fore, vt precedentis sponsi dignitate minimè videtur: sed cum transierit sacrosanctum virum, qui ab infantia ad Deum vocabatur, eum, inquam, qui ex corona nominatus fuit Stephanus, ei, qui ex fascijs est sacrosanctus, sacrosanctè coniungatur, qui ex illius priuatione ab ea acceptum mœrorem soluet.

Cum itaque aduenisset tempus, quo hæc fieri oportebat, suffragia vniuersi cœtus Pontificum & sacerdotum, & eorum, qui vitam agebant monasticam, & ipsius quoque Senatûs, ad dignum sponsæ Christi ecclesiæ sponsum ferebantur. Hoc quoque magnus videns Imperator, in omnem partem circumferens oculos cogitationis, semper curam gerens eius, quod vrgebat, vt qui pulchrè sciret metiri præteritum, & id, quod adest, considerare, & per vtrumque de futuro certam facere coniecturam, confirmauit electionem: vel potius Deus per ipsum obsignauit vniuersum: & tanquam quempiam victoriam consecutum athletam transmittens ad Olympiam, euehit ad sedem Pontificalem, maiora habiturum certamina & coronas præclariores. Et deinceps habebat sponsa Christi eum, qui rectè tenebat leges sacerdotij, & viuere speci indigentium, & abundè effundebat misericordiam, & erat manibus pauperum propositus: qui in rebus diuinis initiabat, & ijs, qui initiabantur, exemplar virtutis, imaginem fortitudinis, simulacrum temperantiæ, & iustitiæ ostendebat regulam: qui vitam magis, quam linguam, proferebat magistratam.

Sed non fuit contentus ijs, quæ præcesserunt: non ad relaxationes adspexit, vt aliquis alius: neque pepercit senectuti: sed sudores succedebant sudoribus, & labores laboribus, & sanctis curis curæ magis sanctæ: & perinde ac alatus quispiam, virtute sancti spiritus, in senili corpore assumit vigentem animi alacritatem, & obit omnes Christi ecclesias, tum precibus Deum placans, tum eas, quæ tempore laborauerant & malè erant affectæ, pro viribus recreans: eosque, qui è suggestu in inopiam deciderant, copiosis succurrens suppeditationibus, & quotidianis prouentibus distribuens eleemosynam innumerabilibus pauperibus. Quamobrem & qui laborabat inopia, lætum diem agebat, & hospes obliuiscatur patriæ, & orphanus non lachrymabatur, & viduitatis ferream fornacem extinguebat vidua. Quis tantam curam gessit iustitiæ? Quis iniuria affectis magis fuit salutaris? Quis eorum, qui iniuriam faciebant, sic propulsauit imperus? Quis lites composuit? Quis nimis erectum detraxit supercilium? Quis superbum & arrogantem animum traduxit ad moderationem? Omnia & per omnia ipse suo exemplo complanabat, salutare medicamentum effectus morbis animæ. Sed quis ex pauperibus, cum adspersisset lachrymis forum iudiciale, vt ius suum obtineret, cum paupertate abijt, deslens quod ius suum non posset assequi? Quanam autem vidua, quis orphanus, si venissent in ipsius conspectum, aut ipsam postea desleuit orbitatem, aut non leuatus fuit calamitate? Omnibus aderat sua prouidentia, malum, quod vnicuique afferebat molestiam, suis auferens beneficijs, verbis consolans, auro opem ferens, tegens vestibus. Videbant etiam quædam supra rationem in ipso conuenire, quæ secundum naturam non conueniunt: austeritatem & suauitatem, humilitatem & grauitatem, seueritatem & lenitatem. Quorum alia quidem applicabat ijs, quibus vis afferebatur: alia autem ijs, qui vim afferebant: & alia quidem erant medicamenta, quæ superbiam & fastum detrahebant eorum, qui aduersus proximū attollebant supercilium: alia autem recreabant id, quod erat afflictum.

His ecclesiæ cœtus traducebatur ad meliora, Deusque propitius, & magnus Imperator

P p p

rator

Gen. 12.

Fama virtutum eius vbiq; celebratur.

Eligitur in Episcopū.

Obit omnes ecclesias.

Eius eximie virtutes.

rator gaudens delectabatur. Incorrupti verò animi videns in suffragio iudicium, quod in rebus ipsis falli non posset, cum per ipsum statuisset vetus Ecclesiæ vlcus seu schisma ad cicatricem deducere, in vnum cogit Orientalia & Occidentalia: & cum philosophiæ florem arte dicendi temperasset, linguam profert salutem, & iusta persuasione, læto vultu & ridentibus oculis soluit offensiones, & re ipsa ostendit, quantum inter sit inter Regem in doctrina educarum, & potestatem, quæ eius non est particeps: tunc maxime temperans viuentem Ecclesiæ craterem in Pontifice, qui mensam proposuit, actiua philosophiæ bonis lautam & refertam. decebatque & Imperatoris Philosophi, & Pontificis in agendo industrij illud magnum & admirabile opus esse & studium, per quæ est incorruptum iudicium, & tribunal muneribus impollutum, & continuorum iudiciorum sapiens excogitatio: per quæ & liberè loquitur & sic se gerit iustitia, & locum non inuenit aduersaria: per quæ & reprimi poterant orphanorum lachrymæ, gemitusque viduarum, omnisque malignæ & dolosæ machinationis nodi dissolui, & dux exercitus imperium accipere, præmium virtutis, & è turpi lucro manum præbere mundam communia & publica, & diues non sustinere bonorum publicationem, & pauper nulla affici contumelia, & agricola sulcos iucundè profcindere, non timens vectigalium exolutionem agri, cuius fructus non percepit. Horum manus in calum extensæ, & riuilachrymarum emissi ex oculis, Deum iam olim placauerunt, & quam, qui eis erant subiecti, iustam iram in se suis peccatis prouocauerunt, eam lachrymarum fluentis (O benignam & clementem mentem) sedatam immutârunt, & lachrymas omnium represserunt, fufis misericordiæ lachrymis, & sua in eos, qui erant eiusdem generis, misericordia, è superis diuinam attraxerunt misericordiam, & terræ faciem, quæ squalore & siccitate interibat, diuinas miserationes coegerunt renouare.

Hæc sunt philosophicæ mentis facta præclara, quæ sunt germana factis Mosis & Aaronis, conferenda cum factis Eliæ & Elisæi, similia factis Dauidis & Samuelis. Magnum illius virtutis indicium, quod tunc curam sustineret pontificalem, quando Imperator à pueris laute nutritus iustitia, non se dans voluptatibus, non recusans labores, quorum fructus synceram asserunt voluptatem: sed se doctrinæ dedicans & eloquentiæ, philosophiam magis quàm alta bona, vt quæ propter ipsam conferantur, eligendâ esse ducens, concionantem mouebat linguam, quæ profundebat verba melle suauiora, similia verbis Solomonis, conferenda cum Dauidis: quo tempore magis apponebat mensam verborum quàm ciborum, & dogmatum, tanquàm ex fonte aliquo, fluctum copiosè emittebat, & scripturæ profunditatis citra offensionem latens sensus ab eo inuestigabatur, & vniuersus bonorum chorus poterat loqui liberè.

Cum in his esset homo Dei, & florentem doctrinam videret cum virtutibus in Imperatoris anima, quæ iuuenili utebatur corpore, & vestigia antiquæ felicitatis, & vniuersum alium consequentem statum tam ciuilem quàm œconomicum, & quacunq; de iudicio rerum habita oratio, morum tribuit disciplinæ, gaudio totus diffundebatur, & Deum laudabat, rem eam ducens esse occasionem gratiarum actionis, & dicens se ab Imperatore lubenter superari: qui etsi mundanis obruatur sollicitudinibus, accuratius tamen res assequitur, quàm ij, qui in spiritalibus rebus consenserunt, tum ingenij felicitate, tum dicendi facultate: & cum alijs, ea quoque apprimè sciat, quæ pertinent ad animam, tanquàm qui non solum corporibus, sed etiam animis imperet solertia ingenij & mentis acuminè. Vnde etiam tanquàm sui pudore affectus vir ille admirabilis, omnem sui curam despiciebat in ætate illa senili, corpus omnino negligens & ea, quibus sciebat id recreari, & quæ ad opem ferendam animæ in certaminibus virtutis, corpus minimè læderent.

Quamobrem in longa inedia, & vincendo dolores corporis, suscipiebat labores, qui vires corporis superabant, quod quidem est naturæ inimicum, & quod auersatur ars medicinæ: etsi esset eius corpus calidius temperatione, & significaret non esse ei aptum, quod deficit. Nè videretur tamen esse remotus à natura hominum, quid sit? Anima nonnunquam veluti in se contracta, & ad Deum excedens, vi naturæ, veluti consultò procurans corpori relaxationem, parùm remittebat laborum tenorem perpetuum. Hoc autem ijs quidem, qui rectè nolebant intueri, esse visum est ostentatio: ijs verò, qui erant recti corde, & non tardi ad adspiciendum vetera patrum exempla, virtus & summum virtutum, & re vera ad Deum excessus & emigratio. Talis cursus, talis vita,

Imperator à puero iustitiae nutritus,

S. Antonius etiam senex negligit corporis curam.

talia eius rectè facta. In necessitatibus tolerantia, in fortunæ casibus magnus & excelsus animus, in laboribus perpetua constantia, in ærumnis fortitudo, in laboribus, pro virtute, animi alacritas, in imbecillitatibus robur, in morbis, minimè omnino cedere & consumi.

Sed venit morbus vltimus, & aderat excessus, & quæ ad excessum pertinent: & humana arguebatur imbecillitas, intima penetrante febre & depascente humorem naturalem, & dissolvente vires illas adamantinas. Ille autem benigno adspectu, omnes prosequens benedictionibus, vltimam dedit salutem: & cum lingua esset impotens, sacra manus obsignauit eas, quæ dici non poterant, benedictiones. Deusque eum vocabat ad supernum tabernaculum, & chorus angelorum eum quærebat, qui ipsum in terra rectè est imitatus: à venerandoque & sacro corpore diuina separata anima vesperè, cum accenduntur lucernæ, cum lampade virginitalis plena oleo, sublatus fuit ad magnam lucem. Nox deinde est consecuta, & fit miraculum, quod potest conferri cum ijs, quæ vniuersam fuerunt, miraculis, quod publicabat illius germanam ad Deum fiduciam, & apertè describens magnitudinem virtutis. Nam cum consuetum signum ex alto Patriarchæ decessum, circa magnum templum ciuitati significasset, mulier pauperula, quæ per manum beneficio afficientem sibi quotidianum parabat alimentum, cum ex vehementi lapsu crus haberet fractum, in tugurio facto ex foeno & palca iacens immobilis, audita causa eius, quod significabatur, tristi nuncio repente voce priuata, ad apoplexiam tendebat & paralyticam. Cum autem parùm respirasset & ad se redisset, fleuit & euilauit miserabiliter: & lamentari incipiens, tragicè deplorabat calamitatem, appellans benefactorem, seruatorem, nutrimentum esurientium, nudorum tegumentum, opes indigentium, dicens: O duram & immanem hanc noctem, in qua extincta fuit benigna lux pauperum. ô tristem noctem, quæ obscuras offudit tenebras oculis pauperum. O Eua prima parens, & inobedientia, & inuidia, & serpens, & mors, humanæ naturæ poenæ inuitabiles. O simul mecum nutrita paupertas, quæ perpetuò assides & acerbè inuadis, non habes ergò amplius venerandam & sacram manum, quæ tuam à nobis expellat deformem feritatem. Securè deinceps inuade, insulta iacentibus: cum corporis confractio spes quoque est confracta vitæ, perijt pauperum viaticum. O quamnam Erinny's meas pedum plantas mutilauit, vt nec funus quidem, quod effertur, possum consequi eius, qui multos extraxit à sepulcro molestiarum?

Cum hæc & plura alia, vt est verisimile, desiendo diceret muliercula, & acerbis perfunderetur lachrymis, molestiaque & doloribus ei vires defecissent, somno opprimitur, & dulci somnio videt accedentem Patriarcham, manu signum crucis in eius fractura effingentem, & dicentem: Iam es curata, & citra impedimentum tibi licet ingredi: & euauisse protinus ab oculis, somnium autem fuit res ipsa, & quæ fuit in somnis visio, est veritas. Nam cum à somno esset experrecta, etsi dolores ei amplius nullam afferrent molestiam, rei tam admirabili & tam præter opinionem non poterat credere mulier, sed putabat se adhuc ali somnio. Sed cum perfectius excitata sustulisset dubitationem, lata exiuit, gratias agentibus vocibus narrans miraculum, & salutem sibi datam publicè celebrans. Alia quoque mulier, quæ laborabat diuturna plaga occulti morbi, non secus atque illa quæ laborabat profluuio sanguinis, tactu loculi suffragatur salutem, & liberationem à longo tormento inuenit breui momento temporis. Quis Aesculapius, quis Chiron tale temperauit medicamentum? Quanam medendi disciplina potest inueniri huiusmodi genus curationis?

Sed venerandum quidem & sacrum corpus, cum multorum manus vix tandem effugisset, alias aliunde partem aliquam festinantes accipere: (confluebat enim vndique multitudo, omne genus, omnis ætas, vtpotè quod cum appropinquarent exequiæ, imbecilli plurimi violento impetu studebant rapere aliquam partem, & salutis animæ sibi aliquod auferre viaticum) robore tamen & studio eorum, quibus sapienti consilio impositum fuerat, vt hæc reprimerent, postquam mandatum est sepulcro, & natura terræ soluit debitum, & lutum datum est pulueri, ne sic quidem fuit figulus lutum inhonoratum, sed etiam conditum sepulcro, honorat miraculo. Quidam enim ex ijs, qui præerant texendæ lanæ sericæ Imperatoris, correptus morbo lateris, cum vidisset præcisam sibi omnem spem salutis, & medicum dies numerantem, & horas obseruantem, & tempus curiosè inquirentem, & his tempus terentem: vxorem autem & liberos eum

Catalogus virtutum eius.

Excedit è corpore vir sanctus,

Mulier calamitosa eius obitum validè deplorat.

Curatur à S. Antonio per visum.

Matth. 9. Nota efficaciam loculi.

Morbidus  
fanatur  
oleo.

vltrimis adspergentes lachrymis, & dolorem grauiorem efficientes eiulatus. Cùm ergo hæc vidisset, & omni humana ope morbum potentiorum, confugit ad diuinum eius seruum Antonium: & cùm se vnxisset oleo, quod lumen alebat in loculo, (nam cùm esset fidelis, habebat modicum, quod acceperat) morbum statim fugat, & fruitur curatione: & præter omnem spem accedit ad loculum, confitens, & beneficium clara voce prædicans.

2. Cor. 2.

Exod. 16.  
1. Reg. 17.  
March. 15.

Multiplicatur  
panes  
magno mi-  
raculo.

Cùm verò capsa Pontificis, octauo die post iusta facta, quoniam non rectè se habere videbatur, mutaretur in meliorem, nouus quidam & insignis odor vnguenti sacratissimi, impleuit sensum eorum, qui aderant, tacitè honorans eum, qui iacebat, & describens eam, quæ ei intercedebat cum Deo, coniunctionem & familiaritatem. Nam qui hac caruncula, in quam cadit interitus, Christum magnificauerat, & mysticus quidam bonus odor ei fuerat ostensus, vt prius describitur Apostolicis cloquijs, meritò etiam dignatur gratia, quæ spirat vnguentum, virtute immortalæ prædicante operationem. Nonus autem magnificentius præbuit miraculum, ad beneficium pauperum, qui ab ipso de more alebantur, vel potius à Deo per ipsum, qui etiam per Moysen in deserto alimentum pluit admirabile: & viduæ Sarephtanæ, aduentu Prophetæ, paruum multiplicauit viaticum: quinque verò panibus, quinque millia: & rursus septem, aluit quatuor millia, & certos testes, quæ satietati reliquiarum superfuerunt, sportas præbuit. Miraculum autem erat hæc quoque additamentum ciborum, qui distribuuntur pauperibus. Id verò erat panis & frumentum coctum, non numero quidem indefinito, sed quantum definita mensura distributum, solebat sufficere mille animabus. Quinetiam erant omnes eadem mensura, quæ solebant: ijdem cophini, qui acceperunt: eadem manus eorum, qui ministrabant. Et numerus quidem fuit consumptus eorum, qui tesseras ferebant manibus, (ijs enim prius distributis, numerabatur mille hominum multitudo) remanserunt autem tres cophini, qui suffecerunt pauperibus, qui venerunt absque tesseras.

Eccè quanta  
potestate  
præditi sint  
sancti post  
mortem.

Cuiusmodi autem fuit id miraculum, quod factum est in Leonem patricium, qui præerat militibus numeris, dicatur à nobis. Vir ille laborabat difficultate anhelitus, quod causis, quæ affluerunt, obstructa essent instrumenta, & anhelitus liberum nõ haberet meatum. Quibus cùm adeò grauius obsideretur, tenuemque & imbecillam vocem ederet, aderant quidè, qui ad eum genere artinebant, maximè eiulantes: eos enim qui sunt gloria insignes, mors magis exagitat. ei autem nusquam erat morbi solutio, nisi à solo diuino Pastore. Accedit enim ad eum dormientem, & cùm eum è lecto excitasset, rogauit quemadmodum morbus se haberet. Qui tangens caput & membrum, quod dolebat, non paanicum remedium, neque medicamenta Chironis suis applicat manibus, (nam neq; alijs est ex his rebus curatio) sed cùm adhibuisset preces morbo conuenientes, & incomparabilem malorum nostrorum curatorem Christum inuocasset, ille quidem liberatur à graui morbo: verus autem fuit precum euentus. proinùs enim conualuit, absque impedimento miraculum aperiens, & in tota domo suam salutem celebrans. Hæc sunt facta Pontificis in eius dormitionem. Quæ autem in oratione à me sunt prætermissa, in iuuenili eius ætate facta miracula, ea narrabo repetens.

Monastici  
habiti  
quinam ir-  
rideant.

Cùm olim esset ætate iuuenis, & Dauidicam pulsaret citharam in templo Diui Theodori martyris, quod erat situm super quoddam cœmeterium, in quod proiecebantur cadauera condemnatorum, vidit quosdam duos ad spectu deformes, (solent enim plurimum tales, quales sunt, apparere) apud se iracundè dicentes: Abeamus hinc. Præsentem enim adolescente, non sustinebimus hæc manere. Qui quidem repente aufugientes, simul cum hoc verbo euauerunt. Hoc ostendit potestatem, quæ prius sancto in eos data fuerat. Hoc quoque secundum conscribatur, quod præcedenti fuit æquale tempore. Mulier illustris, in equo transiens per monasterium cum mundo muliebri, prope fracta, delapsa est in terram. Nam cùm diuinus Antonius tunc esset inter adolescentes, & improvisè esset è porta egressus, contigit currum repente conturbari, quod eam ex alto deorsum deturbasset, nisi eam seruassent, qui cum ipsa ambulabant. Illa autem conturbata eo, quod acciderat, venerandum ludificabatur habitum, vt in rebus huiusmodi solent, qui sunt pusilli & abiecti animi. Cui dixit is, qui erat perfectus in iuuentute: Mulier, noli eum incessere maledictis. meis enim manibus venies ad hunc habitum.

tum. Hæc dixit sanctus: & cùm multi anni præterijissent, ad effectum peruenit prædictio, cùm ipse quidem beatus horum esset oblitus, mulier verò ei reuocasset in memoriam, & aperuisset eum esse, qui hæc tunc ei denunciasset. Hæc sanctorum Deus, qui omnia facit & transformat, qui dat alimentum omni carni, qui aperit manum, & implet omne animal benedictione: qui glorificat eos, qui ipsum glorificant, & est mirabilis in sanctis suis. Sed quoniam breui calice orationis, tanquam magno mari, admirabilis Antonij & magni inter Patriarchas paruam vitam hausimus, agè ex doctorum comparatione discamus discipulum.

Psal. 144.  
1. Reg. 2.

Adam habetur in admiratione, vt principium & radix generis. Sed hic quoque fuit princeps & author multorum, qui non sunt nati ex coniunctione corporum, sed sunt multiplicati spiritali coniunctione: quibus non obtigerunt poenæ paternæ damnationis: sed donorum potius hæreditatem, nempe vitam æternam, non mortem, sibi conciliârunt: per quam exprimitur vera & germana paterna cognatio. Et illi quidem cessit ferarum natura: sed non eorum, qui intus erant & cohabitabant. Hinc serpens & inuidia & dolus mortem sunt fabricati. Hic autem imperio rationis cùm quidquid est ferum & agreste, reddidisset obediens, nullum inimico ad fraudem aptum reliquit instrumentum. Abel fuit primus operator Deo acceptorum sacrificiorum: sed cruentorum, & partis, quæ caret ratione. Hic autem sacrificus incruenti sacrificij, cuius illa erant typus & vmbra ratione sacrificans & spiritu, & quotidie seipsum immolâs, à ratione alienarum animi perturbationum mortificatione, erat inuidia superior & eius foetibus, dolo & cæde, & vniuersa denique simili catena. Magnus fuit Seth: sed habuit nepotes ex coniunctione cognationis, quæ fratrem occiderat, qui magnitudine corporum describebant delicti magnitudinem. Hic verò illius quidem virtutem superauit: ijs autem, qui ex ipso nati erant spiritaliter, nullum ferè dedit aditum per bona sua præcepta & monita, vt essent vitij participes. Enoch & Noë, ille quidem beatus ducitur propter translationem: hic autem, quod omne genus animantium conseruârunt in diluuiò. Noster verò hic quoque exemplis non inferior, est moribus superior: & translatio non habet latitiam, quæ spe mortis interrumpatur, sed vitæ æternæ successio puram percipit voluptatem: & seruat arcam, non plenam animantibus rationis expertibus: sed Ecclesiam, cuius illa sunt imagines, omni genere & ætate rationis participum refertam.

Gen. 4.  
Incruentum  
sacrificium,  
Euchari-  
stia.

Gen. 4.

Gen. 5.  
Gen. 7.

Gen. 12.

Cum Abraham, vocationi eius, qui ipsum vocauit è paterna domo, emigrando peregrinus effectus, paruit vsque ad mortem. Sed ille quidem fugiens errorem cultus dæmonum, quem fugere vel ipsa docet natura, & mens, quæ dominatu deterioris non omninò perdidit vim iudicandi, tenebras & mortem luce commutauit, & pietate impietatem, quæ sunt res per se expetendæ vniuersæ naturæ, quæ est particeps rationis. Hic autem à pueris lacte pietatis enutritus, & viuens in ijs, quæ erant expetenda, (nullius enim rei fugiendæ ne vestigium quidem vllum vnquam admiserat) perfectiori iudicio quærebatur magis pium statum & magis eligendum: vita vitam, & luce lucem, & eligendis, vt semel dicam, permutans magis eligenda. Quantum verò interest inter eligenda, & ea quæ sunt magis eligenda: tantum etiam omninò interest inter eos, qui eligunt. Sed Abraham quidem eos hospitio accipiens, qui transibant per Mambre, semel imprudens hospitio accepit angelos. Hic verò totius orbis terræ pauperes perpetuò excipiens, Christum hospitio per totam vitam excipiebat, qui ineffabili benignitate ea, quæ sunt illorum, sibi attribuit: per quæ non in specie angelorum, sed in rei veritate, omnium effectricem Trinitatem in animam admittens, non habuit promissionem vnus filij, qui carnali præter spem erat nasciturus coniunctione: sed vt multorum potius filiorum, actiuæ philosophiæ coniugio, in spiritu vocaretur pater, habuit promissionem, & præter spem vidit multiplicationem dignam promissione, vt qui non trecentorum vernarum irruptione, multorum regum represserit impetum, sed virili impetu tripertitæ animæ, vniuersam euerterit aciem eorum, qui inuadebant, & tyrannicè id, quod est cognatum, per voluptatem redigebant in captiuitatem, sub ficta regni specie.

Gen. 18.

Matth. 25.

Gen. 14.

Gen. 22.

Cum Isaac ascendit, cælestem patrem sequens iubentem, non in tumultum aliquem, sed in montem virtutum, onustus lignis continentiæ. Per quæ in ara cordis desiderij ad Deum ignem accendens, se hostiam præbuit acceptam. Inuenio autem eum valdè ef-

Gen. 28. se Iacob imitatum, non solum in eo, quod non fictis moribus varie vitam suam instituerit: sed etiam in eo, quod recessit a patria, & in aliena regione degere statuerit: sed non propter cohabitationem mulierum sororum, sed propter virtutum sororum desiderium, contemplationis, inquam, & actionis: ut actione particeps esset contemplationis: & quae quidem ad vnum fontem, nempe ad primum bonum, referuntur & erigunt: per quas multiplicatione insignium, non a ratione alienarum pecudum, sed ratione praedictarum, euasit insignis inter Patriarchas.

Exod. 28. Aaron fuit primus Pontifex, sed typici & vmbrae tabernaculi. Hic autem veri, & cuius illud erat figura. Cum Moise fuit dux noui Israelis. Cum Samuele fuit sacer ab infantia, & ad senectutem vsque Deo seruans. Imitatus est Dauidis mansuetudinem, &

1. Reg. 17. si vis, etiam fortitudinem: ut qui non aduersus Goliath, hominem quendam magnitudine corporis gloriantem, se recte gesserit: sed aduersus Goliath, qui percipitur intelligentia, malignum, inquam, & carnis expertem daemone, cum virga continentiae egressus est & virga fidei, & preclarum erexit trophaeum. Elias effugit insidias Iezabelis. Hic autem insidias impudentis peccati. Habuit cum Elisaeo duplicem spiritus gratiam, ut qui monasticis & sacerdotalibus donis esset ornatus. Et ut eos, qui intercedunt, omittamus propter multitudinem, Iohannis, vitam non agens solitariam, in media ciuitate imitatus est philosophiam. Hic quoque, quod ad se attinebat, habebat mensam absque vilo apparatu, & hic ex pilis contexta veste corpus tegebat, & veluti quadam pellicea zona, nempe perturbationum animi mortificatione, lumbos suos constringebat, & ad eum confluere non vna ciuitas, neque vna gens, sed turbae plurimae populo frequentis ciuitatis, collectae ex omni genere gentibus & ciuitatibus, tam Orientales quam Occidentales: non aqua tingenda, sed spiritali purificandae mysterio, quod peragebatur diuinis instrumentis illius manus & linguae, & initiabat eos, qui dignabantur communiione deificae participationis.

3. Reg. 19. 4. Reg. 2. Matth. 3. Apostolorum autem sequens doctrinas & traditiones, & eis suam vitam semper componens, factis germanum confirmauit martyrium, in eo quod martyrum zelum haberet pro pietate, & quotidie sua moretetur conscientia, monasticorum laborum diuturna & acerba peressione: quod martyrica virtute nulla in re est abiectus. Omnium ergo sanctorum & iustorum, illorum quidem mores, horum vero cursum, aliorum autem actionem, simul vero omnium, ad primum bonum, vehementissimum & constantissimum imitatus est desiderium. Quo nunc aperte fruens, protegas & defendas, o diuinum & sacrum caput, sacrum gregem, & tuis precibus corrobora sceptris pietatis, & manum praebas pie potentiae, mundi curas cum eo participans: & intercedas apud Deum assistens sine intermissione, pro eo, quod orasti cum esses cum ipso, & eius vitae interestes: & mundanam ei conferues nauem in tuto portu diuinae tranquillitatis, omnes sedans turbines & tempestates improborum, & obruens insultus inimicorum, tam eorum, qui sub oculos cadunt, quam qui non cadunt: In Christo Iesu Domino nostro: Cui gloria & potentia nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Vita monastica, martyrium.

VITA SANCTI PATRIS NOSTRI MARTINIANI, EX SIMEONE METAPHRASTE.

15. FEBRU.



Martinianus adolescens pecciterum.

PROXIME ciuitatem Caesaream Palaestinae, mons est, qui vocatur Locus arcae. In eo ergo monte sita est solitudo, in qua habitant multi viri, qui vitam agunt monasticam. Inter quos cognouimus etiam beatum & virtute praeditum Martinianum, habitantem in hoc monte. Hic ergo beatus cum ab ineunte aetate Deum amasset, multa suscepit certamina aduersus inimicum. Insignis itaque specie corporis, & aetate iuuenis, ut qui esset circiter octodecim annos natus, relicta ciuitate & ijs, qui in ipsa habitabant, & eorum tumultibus, se tradens quiete & solitariae vitae, venit ad hanc solitudinem, & in ea habitauit, viginti & quinque annos, vitam in ea agens angelicam. Quamobrem dignus quoque fuit habitus,

bitus, qui a Deo acciperet dona curationum, multosque curauit Dominus per sanctas eius preces. Multi enim qui vexabantur a demonibus, cum ad eum venissent in monte, liberati sunt ab insultu demonum. Multi quoque, qui tenebantur febribus, ab hoc viro benedicti, affecuti sunt curationem, & multa alia miracula fecit Dominus per eius preces. In dies autem proficiebat hic beatus Martinianus in optima sua exercitatione, & in omnem partem peruadebat optima & pulcherrima fama huius sancti viri: omnesque audientes, ad eum veniebant in monte, ut ab eo iuuarentur.

Sed bono infestus humani generis hostis diabolus, non passus est videre in adolescente canam virtutem: & primum quidem coepit ei diuersas excitare tentationes, & per multiplices visiones visum est ei terrere hominem. Deinde etiam per antiqua eius arma, per quae Adam eiecit a paradiso, machinatus est eum quoque eijcere a bono proposito. Quodam itaque die psallente beato Martiniano, inimicus mutatus in maximum draconem, eius cellam subitus subiens, coepit acriter & vehementi studio fodere partem eius cellae a fundamentis, tanquam qui vellet eam euertere. Beatus autem cum sine vlla perturbatione impleret suas preces, per fenestram adspiciens, dixit ei: Vere te decet serpere supra terram. Quid frustra laboras, o infelix? me tuae non terrent visiones. Habeo enim Iesum Christum, qui mihi fert opem, & vincit tuas visiones, & tuam conculcat potentiam. Diabolus autem cum haec audisset, in turbinem mutatus, dixit fugiens: Expecta me, expecta Martiniane, & hic te deijciam. Inueni enim artem, per quam sum te deicturus, & te tua spe frustraturus. Nisi enim te humilem & abiectum reddidero, fieri non potest, ut a te recedam. Tantam enim in te fero iram, ut eam portare nequeas, & te a tua cella educam, & te deijciam non secus ac folium a vento deijcitur: & videam, quis sit qui tibi opem ferat. Haec cum dixisset diabolus, euauit. Vir autem sanctus tam erat quietus, quam si nullum spectrum vidisset omnino: sed letabatur, & glorificabat Dominum in meditatione & cognitione diuinorum eloquiorum.

Nihil terretur spectris & minis daemone.

Accidit vero quodam die, ambulantis quibusdam in ciuitate Caesarea, & inter se loquentibus de diuina viuendi ratione beati Martiniani, & magis magisque admirantibus fortitudinem eius & tolerantiam, ecce transiens mulier quaedam meretrix, audiit quae dicebant. Quae suggestionem fatanae viris appropinquans, dixit eis: Quis est is, quem inter vos admiramini? aut quae sunt eius recte facta, aut quamnam habet is viuendi rationem? Quem ego si voluero, tanquam folium ab arbore detraham. Quodnam est enim eius laude dignum studium, quod se tanquam agrestem feram conclusit in solitudine, non valens ferre cupiditates carnis & offensiones, & non adspiciens mulierem, ne habet quidem cupiditatem? Scitis autem omnes, quod si non adsit ignis, foenum non vritur. Sed si igni prope sito foenum maserit incombustum, hoc est admirabile & magni facientium. Ita etiam de illo dicendum est. Si cum ego ad eum iuero, is me adspexerit, nec a proposito suo fuerit dimotus, nec in me fuerit offensus, neque motus fuerit eius animus propter meam pulchritudinem, tunc is erit admirabilis, non solum apud homines, sed etiam apud Deum & angelos. Haec cum dixisset, & cum viris illis pactum fecisset de viro illo generoso, iuit domum, & exutis suis vestibus, lacris se pannis induit, & pannosum velum capiti suo imposuit, & se fune cinxit: & accepta pera, in eam immisit omnia sua ornamenta & vestes elegantes, & cum aduersa speraret, accepta pera, profecta a ciuitate, venit in montem vento ingruente & pluuia.

Cum autem fuisset prope eius cellam, coepit miserabili voce rogare virum sanctum, sic dicens: Miserere mei serue veri Dei, & ne sinas me miseram consumi a bestiis, a via enim aberravi, & incidi in hanc solitudinem, & nescio quod vadam. Ne me ergo despicias, quae sum in tali necessitate, neque me abomineris infelicissimam peccatricem. Nam ego quoque sum Dei figmentum. Rogo tuam sanctitatem, ne me miseram & errantem amandes venerande & sancte pater. Haec ea dicente, & his plura cum fletibus & ciulatus, beatus cum aperuisset fenestram & adspexisset, & vidisset eam in tali habitu, nempe pannis obsitam & imbre madefactam, motus est animo & dixit apud se: Vae mihi misero peccatori, nunc adest cordis mei probatio, & vel a praeepto excidam, vel a proposito. Si enim est mulier, quae opprimitur necessitate & eam despexero, & non eam in cellam introduxero, deuorabitur a bestiis, & maculabit meam animam. Sin vero sit tentatio & huc ingrediatur, timendum est, ne me pellat a praeepto. neque scio quid agam, & manibus in caelum sublatis, dixit: In te Domine speravi, ne pudore afficiar in

Diabolus p. procaec fecit minam insidiatur sancto viro.



æternum: neq; irrideant me inimici mei, neq; sinas me dominatu teneri à maligno: sed conuenienter tuæ voluntati serua me in hac hora, & protege me ab inimico manu tua valida: quoniam es benedictus in secula, Amen.

Intromit  
tit foemina  
yrgete con  
scientia.

Eccè qd fa  
cit peccadi  
occasio.

Hęc cum dixisset, aperuit ostium, & eam introduxit in cellam: & cum ignem accendisset, dicit ei: Mulier, calefce & attende tibi ipsi: tecum enim non manebo, & cum attulisset daçtylos, quibus ipse reficiebatur, (stabant enim duæ palmæ extra cellam) ei apposuit, & dicit: Comede, & cura te ipsam: mane hęc, & cràs vade domum in pace. & deinde cum eam sic fuisset, ingressus est in cellam interiorem, & clausit ostium, & cum psalmos cecinisset tertia hora noctis & orasset, humi dormijt vt consueuerat. Illa autem nocte ingressus satanas, eum valde cõturbauit in carnis inflammatione. & cum manè surrexisset, egressus est è sua cella, vt mulierem emitteret & deduceret. Illa verò cum circa mediam noctem surrexisset, & omnia sua ornamenta è pera eduxisset, se ornauit ad decipiendum beatum Martinianum, laceris pannis inieçtis in peram. Vir autē sanctus cum eam vidisset sic ornata, nõ agnouit eam: & cum obstupefactus diu obmutuisset, dicit ei: Quænam tu es, & vndenam huc es ingressa, & quis hic est diabolicus habitus?

Illam verò respondens, dixit ei: Ego sum, domine mi. Dixit ei sanctus: Et quana de causa est mutatus tuus habitus, vt quæ es vesperè miserabilis, & nũc superba? Illa verò dixit: Ego domine mi, sum ex Cæsarea ciuitate Palæstina: quæ cum audiuissem de tua iuuentute, & quòd talem habeas corporis pulchritudinem, siq; adeò speciosus & formosus, cor meum valde exarsit propter tuã pulchritudinem, & accessi vt te viderem, & explerer tua pulchritudine. non enim temerè tantum confeci itineris. Quodnam est aut, domine mi, hoc vestrum importunum ieiunium? & quanam de causa talem vestram iuuentutem & nitidam ætatē maceratis afflictione & intempestiua abstinentia? Quanam scriptura dicit, non esse comedendum, nec bibendum, nec legitimum in eundem matrimonium? Non dicit Paulus Apostolus: Honorabiles nuptiæ & cubile immaculatũ? Quis ex Prophetis aut Patriarchis non fuit iunctus matrimonio, & factus est heres regni cęlorũ? Non Enoch ille magnus & admirabilis, coniunctus matrimonio, sublatus est in cęlos, & non vidit mortem vsq; in hodiernum diem? Similiter autē ille quoquē Abraham insignis & sanctus inter Patriarchas, nõ habuit tres vxores, & Dei amicus est vocatus, & ipsum Deũ vidit in tabernaculo, & cum eo excepit eius angelos? Isaac verò non habuit vxorem, & regnum cęlorum est affecutus? Rursus autem Iacob non habuit duas vxores & duas concubinas, & valuit luctari cum angelo, & vidit Deum facie ad faciem, & dignus fuit habitus regno cęlorum? Moses autem ille magnus & princeps Prophetarum & Dei seruus, non habuit duas vxores, & cū Deo est locutus, & genus Hebręorum liberavit ex acerba seruitute Aegyptiorum? Similiter verò Dauid quoquē & Solomon & omnes, qui fuerunt eis similes, nunquid legitimo coniuncti matrimonio, & susceptis liberis, digni sunt habiti regno cęlorum? Hęc dicens mulier, & virũ tentans, & eius manus cõtrectans emollijt & eneruauit eius bonam cogitationē, & cœpit eum deturbare in barathrum peccati & interitũs.

Hebr. 13.  
Vide argum  
mẽta cõtra  
cælibatũ, &  
cognosce  
authorem  
satanam,  
Gen. 5.  
Gen. 18.

Gen. 24.  
Gen. 31.

Eneruatur  
virile pecc  
blanditijs  
satanæ.

Iohan. 8.

Respondens itaque, dicit ei: Si te accepero vxorem, quò te ducã, aut vnde alam, cum nihil habeam? Ego enim, vt vides, pauperẽ vitam, nihil possidēs, vixi hucusquẽ omnibus diebus vitæ meæ. Respondens aut mulier, dixit ei: Domine mi, tu solum mihi assentire, & mecum habita, & fruar tua pulchritudine, & tua iuuentute. Habeo enim domum, & aurum, & argentum, magnasq; & præclaras possessiones, seruosq; & ancillas. Quorum omnium ego te dominum constituam. solum modò assentire meo scopo, & mecum habita. magno enim amore tuĩ cor meũ vritur. Hęc ea dicente, vel potiùs hęc eo loquente, qui fuit homicida à principio, nõpe diabolo, cœpit vir dimoueri à bono suo proposito, & inflammari ad carnis cupiditatem: & deceterò de peccato cum ea loquebatur, vt id cum ea faceret. Deinde dicit ei: Mulier, expecta me parumpèr. Quoniam solent aliqui huc ad me venire, & à me benedici: spectabo iam vias, nõ fortè aliqui ad nos veniant, & nos inueniant in hac actione. & si Deum celare nõ possumus peccatum, inter homines saltem nõ nos indecorè geramus, eos offendentes. Hęc cum dixisset, egressus est è cella sua: & stans supra excelsam rupem, vias considerabat.

Illo autem considerante, & diligēter quoquẽ versùs spectante, benignus & clemens Deus, qui non vult aliquem perire, non despexit eius laborem susceptum à iuuentute & precationem, sed ei tulit opem. Nam cum staret supra rupem, & vias consideraret, auertit

auertit cor eius, vt mutaretur à mala eius cogitatione, & immisit in eum bonã mentem: & descendens ex petra, inuenit sarmēta arida. Quæ cum accepisset, ingressus est in cellam suam, & cum ea iecisset in mediam cellam, accepit ignem & accendit sarmenta. Magna autem flamma accensa & in altum sublata, solutis suis calceis, in mediũ ignem insiliens, cœpit comburi toto corpore. & cum valde esset ab igne combustus, & ei dolerent pedes, egressus est è fornace: & veluti secum depugnans, dicebat: Quid est Martiniane? R eçtè te accepit hic ignis, qui est ad tempus, & hęc acerba pœna. Si autem potes hęc pati, accede ad hanc mulierem. Ipsa enim, vel per eam potiùs diabolus ignem æternum conciliat. Non est enim hęc causa, sed is, qui eam mouit, vt impediret bonũ tuum propositum. Cogita ergò æternũ illud supplicium, ò Martiniane, vermem qui non potest sopiri, stridorem dentium. Hic enim ignis, qui est ad tempus, & cadit sub aspectum, ab aqua extinguitur, & dum ardet, habet lucem: æternus autē ignis & qui nunquã definit, neq; vnquã ab aqua extinguitur, neq; vllam habet lucem. Illi vermes nunquã cessant. Angeli, qui præfunt supplicijs, in puniendo nunquã defatigantur, suntq; planè immisericordes. Cogita hęc omnia, ò Martiniane, & si ea potes sustinere, accede ad mulierem. Hęc autem dicebat ille sanctus, ei in memoriam reuocans æternum supplicium: cumq; parũ remississet labores, rursus ingressus est in fornacē, & stetit in medio ignis: & valde combustus, exijt è fornace, & cecidit humi. nõ poterat enim stare, cum se omni ex parte vssisset. Tunc ex toto corde suo ingemisces, dixit Deo cum lachrymis: Domine Deus meus, esto mihi propitius propter assensum meum & impetum ad peccatum, qui examinas corda & renes. Tu enim es examinador cordium & renum, & tu cognoscis cor meum Domine. Quoniam te dilexi à iuuentute mea, & te desideravi, & propter te corpus meum igni huic tradidi. condona mihi, qui es solus benignus & clemens Deus: quoniam tu es benedictus in secula.

Hęc cum dixisset humi iacens, non poterat enim ampliùs stare propter plagas vstionis, cœpit hęc canere: Quam bonus est Deus Israel ijs, qui sunt recto corde. Mei autem penè moti sunt pedes, propemodũ effusi sunt gressus mei. & cum psalmum implēset & precatus esset, ad se rediēs mulier & veluti surgēs è somno profundissimo, cum apud se considerasset, quòd propter animæ salutē, corpus suum igni tradidisset, & recordata esset suarum malarũ & improbarum actionum, exiit omnem suum mundum vestimentorum, & omnia ornamenta sua iecit in ignem, & laceris pannis è pera eductis, se eis induit: & deinde prõciēs ad pedes beati Martiniani humi iacentis, cœpit cum multis lachrymis clamare & dicere: Ignosce mihi serue Dei, quæ sum humilis & peccatrix. Tu enim domine scis varias artes & fraudes diaboli: sed ora pro me peccatrice, rogo tuam sanctitatem, vt per tuas preces salua fiat miserrima mea anima. Hoc aut apertè scias, me non esse aliquando reuersuram in meam ciuitatem, neq; ingressuram domum meam, neque esse visuram faciem mei cognati, aut mala esse via ambulaturam, sed conseruaturam esse meam animam. Scias verò hoc quoquẽ, ò domine, quòd quomodò diabolus contendit, vt ego aduersus te militarem, ita ego quoquẽ militabo contra ipsum, in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui mundauit meretricem, & cum pudore afficiam. Arbitratus est enim fore, vt me cõtra te in hunc montē sustolleret: sed me cõtra ipsum sustulit, & expectans fore, vt te vincerem, à me habendus est ludibrio. & ea hęc dicente, assidè manabant lachrymæ ex eius oculis.

Beatus autem Martinianus respondens, dixit ei: Dominus Deus meus condonabit tibi peccatum, ò mulier. vade in pace, & quomodò dixisti, decerta pro tua salute, milita aduersus voluptatem carnis per poenitentiam, & sic poteris malignum pudore afficere. Mulier verò respondens, dicit ei: Rogo te, dic mihi, quò vadens potero esse salua? Sanctus autem dicit ei: Vade Hierosolyma: & cum vèneris ad sanctam Bethleem, quære illic virginem sanctam, nomine Paulinam, quæ ædificauit templum Domini nostri Iesu Christi: & ingredi ad ipsam, & renuncia ei, quod factum est: & poteris apud eam esse salua. Illa verò surgens, adorauit eum, dicens: Ora pro me peccatrice, ò venerande pater, semper propter Dominum. Beatus autē Martinianus cum dolore surrexisset è solo ex plagis vstionis, dedit ei paucos daçtylos ad viã solatium: & cum eam è cella eduxisset, & ostendisset viam, quæ ducit Hierusalem, dicit ei: Vade in pace mulier, & serua serua tuam animam, & decerta pro tua salute. Vide nõ retrò conuertaris. Nemo enim, qui manum misit ad aratrum, & conuersus est retrorsum, aptus est regno cęlorum.

Luca 9.  
Non est re.  
spiciendum  
Nè retrò.

Redicidò  
ad sanam  
mentem, &  
se projicit  
in ignem.

Si hecco.  
gitarent sa.  
laces apo.  
stata nõ  
stronũ tem  
porum.

Psalm. 7.  
Ierem. 17.  
Apoc. 2.

Psalm. 72.

Detestab.  
lis mulier  
respiciẽto  
to corde.

Nè ergò retrò conuertaris, hoc est, ad huius mundi voluptates: sed attende tibi ipsi, nè iridearis: & persevera in poenitentia. Deus enim est eorum, qui agunt poenitentiam. Ea autem his auditis, sermum suum auxit, dicens: Spero in Christum, in quem sperarunt gentes, & pudore non sunt affectæ, quòd diabolus partem in me non inueniet. Cumque sic precata esset, & adorasset Dei seruum Martinianum, ab eo recessit. Beatus autem cum eam signasset signo crucis, dixit: Dominus Deus meus custodiet animam tuam, & seruiabit te in finem. Hec cum dixisset, ingressus est in cellam suam, humique cecidit, & spirabat ac precabatur. Mulier verò ibat deslens ac precans, vt Dominus eam deduceret ad vitam æternam & salutarem. Et illa quidem nocte cum non potuisset permeare latitudinem solitudinis, mansit in loco, ad quem venit. Manè autem cum surrexisset, ambulabat flens & orans.

Meretrix  
in mona-  
sterio duri-  
ter vitam  
agit.

Facit mira-  
cula.

Nota pœ-  
nitentiam  
meretricis.

1. Tim. 2.

Vana iactan-  
tia & ming  
demonis.

Psal. 67.

Cum itaque triginta millia ambulasset, alto vespere peruenit Bethleem: & cum venisset in monasterium beatæ Paulinæ virginis, ingressa ad eam, renunciauit omnia, quæ fuerant consecuta. Illa autem cum audisset, Deum glorificauit, qui est clemens & misericors, & eam lubes accepit in monasterium, & eam indies instituebat in ijs, quæ pertinent ad salutem. Ea verò vsque ad eò perseverabat in fortitudine & exercitatione, vt beatissima Paulina sepe eam admoneret & diceret: Parce tuam carnem tanta affligere abstinentia, vt possit vsque ad finem sufficere. Illa verò magis magisque intendebat, nulla in re remittens laborem exercitationis. Itaque circa eius finem petijt à Deo hæc gratiam, vt ei ostenderetur, an accepta esset eius poenitentia. Benignus ergò Deus curaciones effecit per eius preces. Quodam enim die mulier quædam, cui grauiter dolebant oculi, in monasterium venit vt curaretur. Volens ergò beata Paulina probare eius poenitentiam, dicit ei: Filia, accede ad Christum, & ora pro ea, vt per tuam intercessionem ei Dominus præbeat sanitatem. In paucis itaque diebus, cum ea precata esset, sanata fuit mulier. Quæ etiam mundo renuncians, seipsam collocauit in eodem monasterio. Hec autem beata Zoë (hoc enim erat nomen eius) cum duodecim annos vixisset in monasterio, fuit in Christo consummata perfecto cursu. Toto enim tempore suæ exercitationis vinum non bibit, oleum non comedit, nec vnam, nec alium fructum: sed solum panem & aquam, eaq; non ad satietatem, sed solum vespere comedens, & nonnunquam secundo die. Ea autem humi quoque dormiebat. Hic est finis huius beatæ, & hec sunt eius certamina.

Sed necesse est, vt nos reuerentes ad vitam beati Martiniani, narremus præclara eius facta ad multorum vtilitatem. Post septem ergò menses curatus fuit à plagis vitionis, & ratiocinari coepit apud se, dicens: Reuera nisi ex hoc loco recessero, & iuero in locum ignotum & occultum, non me sine malignis requiescere. Deinceps ergò debeo talent locum habitare, ad quem fieri non potest vt mulier ingrediatur. Cumq; hec apud se esset ratiocinatus, surrexit & orauit, sic dicens: Domine Deus, qui es Dominus celi & terræ, qui nõ vis aliquem perire, sed omnem hominem esse saluum, & ad agnitionem venire veritatis, præsto sis ad prouidendum id, quod est conducibile meæ humilitati: neq; finas animam meam perire in finem, sed ser mihi opem Domine Deus virtutum, & esto mihi via, vita, & virga, & pera, & panis. Hec cum dixisset, & totum corpus suum obsignasset, egressus est ex illa cella, & profectus est ad mare. Exclamauit autem demon ante eum, dicens: Fortitudinem suam iactent meæ virtutes: & sit nomen meum præclarum, quòd contra te fui fortis. Nam & te à cella expuli, & corpus tuum igne combussi, & te fugitiuum effeci & captiuum. Et rursus dicit ei demon: Fugis Martiniane? quocumque autem iueris, illic adero: & quomodo te hinc fugauit, ita etiam te fugabo, vbicumq; volueris habitare, & à te nõ recedam, donec te planè humilem & abiectum reddidero. Beatus verò respondens, dicit ei: Imbecille & miser, existimasti me esse à te expulsam à mea cella? an putasti me angore confectum recedere? Absit: sed vt magis conculcem & nihili faciam. Et rursus ei dicit sanctus: Infelix, non tibi suffecit primus & secundus insultus tentationis: aggredere adhuc semel. Officinam, quam aduersus me cõstruxeras, eam dissolui, & Deo meo obtuli. Vnde etiam illa te repurauit tanquam fimum & lutum, & cõculcauit tuas improbas & malitiosas vires, & nec eius quidem vmbra potes amplius appropinquare. eod; hec dicente, ab eo euauit diabolus. Beatus autem coepit hunc psalmum psallere: Exurgat Deus & dissipentur inimici eius, & fugiant à facie eius, qui oderunt eum, & psallens inibat viam, quæ ducit ad mare.

Cum

Cum autem venisset ad portum, inuenit nauclerum quendam timentem Deum: & cum accessisset, dicit ei: Frater, scis ne aliquam paruam insulam in medio mari, in qua nemo habitat? Nauclerus aut respondens, dicit ei: Quam de causa me interrogas, & quid vis? Dicit ei beatus: Volo quierem agere ab hoc mundo & ab hac vana vita, & non inuenio locum, in quo quiescam, & fugiam maligni offensiones. Dicit ei nauclerus: Est in mari rupes angusta, admodum excelsa & terribilis, & quæ satis longo spatio distat à terra. Si quis enim fuerit proximè illam rupem, terram nõ videt amplius. Dicit beatus: Tali loco valde delector, & eum desidero, ad quem maximè non possit mulier accedere. Dicit ei nauclerus: Et videntem es habiturus nutrimentum? Dicit ei beatus: Pactum inter nos inibimus. Tu mihi victum suppeditabis, & ego pro te ad Deum intercedam. Quinetiam operabor sedens super rupem: ad me solum adfer ramos palmarum, & eos contexam meis manibus: quos tu à me tolles & vendes, & ad me adferes alimentum. Porro autem mihi quoque accipies amphoras, in quibus aquam reponamus: & cum panem fegerimus & refrigerauerimus, eum immittemus in amphoras. Venies verò tu in anno bis aut ter, ad me adferens panem & aquam. Hec cum audisset nauclerus, & cognouisset eum esse virum spiritalem, prompto & alacri animo cum eo conuenit, se omnia esse facturum. Et cum paruam accepisset nauiculam, & beatum in ea accepisset, recta contenderunt ad rupem, cum ventus esset secundus, & vespere ad locum peruenerunt. Beatus autem cum locum vidisset valde aptum, valde ei letatus est animus: & cum Deo egisset gratias, & nauclero benedixisset, ascendit super rupem. Cumq; ascendisset, psallebat, dicens: Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi: & exaudijt deprecationem meam, & eduxit me de lacu miseræ & de luto limi. Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Cumq; psalmum implisset, & precatus esset, dicit nauclero: Abi in pace frater, & adfer ad me amphoras & panem & aquam. Dicit ei nauclerus: Visne adferam etiam tibi ligna, vt faciamus tibi paruam tabernaculum? Sanctus autem non passus est: sed erat sub dio sedens supra petram: & æstu quidem torrebatur, algore verò concresecbat. Tunc nauclerus ad suos reuersus, attulit omnia, quæ ei iusserat beatus: & ad eum ter quotannis adferere panem & aquam. Beatus autem Martinianus veluti requieuit egressus è mundo, lætabaturque & Dominum glorificabat in meditatione scripturarum & bona vita.

Martinianus  
in mari de-  
git solus in  
rupe.  
Psal. 39.

Sub dio  
semper ma-  
net.

Vexatio de  
monis.

Irridetur à  
sancto.

Psal. 67.

Eccè noua  
& mira re-  
tatio,  
finas

Sed sceleratus & malignus diabolus ne sic quidem cessauit iustum bello laessere, sed illic quoque coepit ei inferre tentationes. Nam cum vna nocte mare mouisset & fluctus excitasset, ei ostendebat quòd fluctus ferebatur supra eius caput quindecim cubitos, & demon clamauit, dicens: Nunc te suffoco in aquis Martiniane. Beatus verò respondens, dicit citra vllam perturbationem: Imbecille & infelix, cur frustra laboras? Tua enim spectra me non terrent, neq; tuæ minæ me timore afficiunt. Spero autem in nomine Domini mei Iesu Christi, quòd te ad finem vsq; pudore afficiam. Cumque hec dixisset, coepit psallere: Saluum me fac Domine, quoniam intrarunt aquæ vsq; ad animam meam. Infixus sum in limum profundi, & non est substantia. Veni in profundum maris, & procella me obruit. Cumq; psalmum implisset, orauit, dicens: Domine Iesu Christe, fili vnigenite patris inuisibilis, qui propter nostra peccata serui formam accepisti, & in terram descendisti, exaudi me. Certè Domine, qui increpasti mare, & continuisti eius, qui nequit cohiberi, impetum: Qui increpasti ventos, & vicisti ea, quæ vinci nequeunt: Quoniam tibi omnia cum tremore obediunt, exaudi me, & fac cessare eam, quæ aduersus me excitata est, tentationem & fluctum maris, & pudore affice diabolum, qui impudenter aduersus me erigitur: quoniam omnia potes Domine, & te solum decet gloria in secula, Amen. Eo ergò hec dicente & orante, ab eo euauit diabolus, & mansit ab eo illæsus. Sex itaq; annos sic debebat sanctus supra petram, omnem laborem & perpeffionem sustinens pro salute suæ animæ.

Sed sic quoque ab eo non quieuit malignus, sed ei aliam intulit tentationem, priore grauiolem. Nam cum quodam die obseruasset malignus & immundus demon nauem venientem, quæ portabat viros & mulieres, vento confregit nauem & allisit ad petram, & suffocauit omnes, quæ erant in nauis, præterquam vnam puellam. Vna enim puella, quæ erat longè formosissima, potuit apprehendere tabulam, & seruari. Et cum appropinquasset petra, vbi sedebat beatus, ab ea pependit, & coepit clamare: Miserere mei serue Dei altissimi, & porrige mihi manum auxilij, & serua me ab hac aqua, & nè

sinas me perire in profundo. Beatus autem Martinianus videns non aliunde eam posse habere salutem aut auxilium, dixit subridens: Hoc quoque est maligni machinatio. Reuerà non vinces promptum meum & alacre animi studium, ô diabole. Deindè dicit apud se: Væ mihi peccatori, rursus mihi adest cordis probatio. Quid ergò faciam? Si eam dimiserò in aquis, in eis suffocabitur, & maculabit meam animam in die iudicij. Sin autem eam assumpsero, non expedit mihi esse cum ea. Reuerà hæc est in longè grauiori necessitate, quàm prima. Nam illa quidem cum esset in terra, poterat sepe seruari: hæc verò non potest aliunde seruari. & cum suos oculos in cælum extendisset, dixit: Domine Deus meus, in quem speraui à iuuentute mea, nè sinas me perire, sed provide id, quod est vtile animæ meæ. Cumque hæc dixisset, tradidit ei manum, & eduxit eam ex aqua.

Cum autem animaduertisset eam esse speciosam, dicit ei: Igni cum foeno nequaquam benè conuenit. Non possum ego & tu hinc simul esse: malignus enim in me operatur putrefactionem. Sed tu hinc mane, neque quicquam timearis. habes enim panem & aquam, & quomodo comedebam ego, tu quoque comede, vt tibi sufficiat, donec veniat nauclerus, qui adfert ad me panem & aquam. adhuc enim restant duo menses, post quos huc veniet: & cum huc venerit, narra ei quid acciderit. Is verò te hinc educet, & deducet in tuam ciuitatem. Cumque hæc dixisset, mare obsignauit signo crucis, & dixit: Domine Deus meus, qui increpasti ventos & mare, eaque tibi cum tremore obedièrunt, me quoque adspice & mei miserere, & nè sinas me perire. Ecce enim Domine, confidens in sancto tuo nomine, me in mare proieci. Mâlo enim mori inconsideratè, quàm cum corporis perturbatione cõsuetudinem habere cum muliere. Ad puellam autem conuersus, dixit: Esto salua mulier. Dominus custodiet animam tuam filia, ab omni insultu diaboli, & te conseruabit in finem. Quæ cum dixisset, se statim iecit in mare. Statim autem eum duo delphines exceperunt, & in terra deposuerunt. Puella verò, donec excessit ex oculis eius, videbat ipsum ferri super aquas, neque sciebat amplius, quid factum esset. Beatus autem Martinianus in terrâ egressus, orauit dicens: Ago tibi gratias Domine Deus meus, quòd fecisti misericordiam in meam humilitatem: sed etiam vsque ad finem nè me relinquant bone Domine & benigne.

Hæc cum dixisset, dicit apud se: Quid faciam, nescio. In montibus non me finit fatanas, nec in mari. Deceperò bonum est mihi meditari dictum Euãgelij & hoc facere. Docet enim Dominus, sic dicens: Si persequatur vos ex hac ciuitate, fugite in aliam. Amen enim dico vobis, non finietis ciuitates Israël: Quæ cum dixisset, cœpit fugere, & dicere: Fuge Martiniane, nè te comprehendat tentatio: fuge monache: sicque fugiens, & se ipsum persequens, finijt dies vitæ suæ, nunquam ferens neque peram, neque virgam, neque duas tunicas, neque æs in zona, neque aliquid aliud portans ad vsum corporis ex ijs, quæ debent in seruire homini. Sed vbicunque ingrediebatur in ciuitatem aut in pagum, querebat quisnam esset in ea vir pius, & illuc veniebat: & sumens quæ necessaria erant ad alimentum, exhibat. & sic fugiens & persequens, perfecit dies suos: & vbicunque eum deprehendisset vespere, seu in monte, seu in solitudine, seu in petra, illic manebat. Duos ergò annos currens & se persequens, pulchrum impleuit cursum, cum centum & sexaginta quatuor ciuitates obijisset.

Cum autem esset decepterò migraturus ad Dominum, venit Athenas. Porro beato Episcopo, qui illic erat, reuelatum est de decessu beati. Beatus verò Martinianus ingressus ecclesiam, cum presciuisset horam mortis suæ, cadens supra scamnum, dicit ijs, qui illic erant: Vocate ad me citò vestrum Episcopum. Illi autem eum existimauerunt esse stultum. Eo verò adhuc magis rogante, ei obedièrunt, & iuerunt ad Episcopum, dicentes ei: Domine, homo quidam iacet in ecclesia super scamnum, & nescimus si ne stultus, aut quis sit. Nobis certè dicit: Vocate ad me citò Episcopum vestrum. Pius autem ille Episcopus dicit eis: Stulti estis vos. Ille enim & me & vobis est altior. & surgens protinus, properè iuit in ecclesiam. Beatus verò cum eum vidisset, non potuit quidem surgere, sed manus suas extendit supra solum, & sic debitum honorem ei reddidit. Episcopus autem abundantiosem ei honorem tribuit, dicens: Iam pridem Deus mihi est pollicitus, se suum seruum mihi esse ostensurum, & qui est à mendacio alienus, impleuit quæ dixerat. Tu autem quando habitabis in regno cælorum, meæ quoque animæ recordare, rogo te. Sanctus verò respondens, dicit ei: Benedic me venerande pater, & ora pro me,

Edito crucis signo, mittit se in mare, & delphinorum tergis ad litus euehit.

Matt. 10.

Perpetuam suscipit pergrinationem.

Venit Athenas, ibique moriturus, vocat ad se Episcopum.

me, vt inueniam fiduciam, dum sistar ante terribile tribunal Christi. Hæc cum dixisset, sustulit oculos suos in cælum, & dixit: In manus tuas Domine commendo spiritum meum: & cum totum corpus suum obsignasset, dicit Episcopo: Commenda me Deo pater. Quod cum dixisset, subridente vultu, Domino emisit spiritum, cum cursum consummasset, & fidem seruasset, propositæ coronæ accepta promissione, dignatus regno cælorum.

Quis non miretur hunc sanctum & fortem athletam? Quis non beatum pronunciet inuidum eius cursum & vitam plenam fiducia? Quis non narret & stupeat eius admirabilem, quæ ex virtute agebatur, viuendi rationem? Quomodo ad finem vsque decertauit pro salute suæ animæ? Quin etiam martyrium suæ decertationis ipse sibi cõstruxit. Nam cum non adesset persecutio, neque Imperator, neque Præses persequens, ipse sibi extruxit martyrium, vt qui aduersa fronte cum diabolo bellum gesserit, & conculcauerit insolentem eius exultationem. Ipse ergò fuit suus & persecutor & rex & carnifex se ipsum torquens, & martyr decertans, & athleta coronatus, & iustus renūciatus. Quid ergò eum vocabis martyrem? Certè. Et enim vt fortis martyr & athleta ignem cõtempit: & quod est admirabile, ipse sibi ipsi accedit fornacem, & per hunc ignem sensilem conculcauit ignem æternum: & quam aduersus ipsum mulierem excirauit diabolus, eam per preces fecit perfectam Dei ancillam, animamque à reprehensione alienam & puram Deo obtulit.

Sed oportet nos de illa quoque puella, quæ fuit relicta super rupem marinam, vobis narrare, quemnam finem acceperit, & quemadmodum finem vitæ suæ peregerit citra vllam, quæ in eam caderet, reprehensionem. Et enim propter eam rursus conceptæ beati preces non manserunt inefficaces, sed eam ad finem vsque conseruauerunt. Ipsa enim relicta supra petram, sic comedebat, sicut ei iussit sanctus. Cum autem venisset nauclerus, qui afferebat panem & aquam, & appropinquasset petræ, & vidisset puellam stantem, existimauit esse spectrum: & timore affectus, cœpit à petra recedere, remis agens nauiculam. Illa autem clamans, dicebat nauclero: Nè timeas, ô frater, sum enim reuerà mulier, & sum Christiana. veni prope me propter Dominum, & narrabo tibi verum. Illo autem minùs fidente & magis timente, ipsa iurabat, dicens: Per regem Christum, sum Christiana. Deceperò veni prope me, & tibi ordine narrabo, quid acciderit. Tunc nauem suam adduxit nauclerus, & dixit ei: Vbi est, qui hic erat, monachus, aut quid ei factum est, quòd recessit? Quis verò te huc adduxit? Puella autem cum se signasset, narrauit ei, quæ ipsis acciderant.

Nauclerus cum audisset, dicit ei: Veni huc, vt te hinc educam, & ibis in tuam ciuitatem. Mulier autem respondens, dicit ei: Nè, rogo te, domine mi, nè me eicias ex hac petra: sed fac mecum misericordiam & clementiam, & vadens in tuam ciuitatem, affer ad me pileum & virilem tunicam, contextam ex pilis, & panem & aquam, quomodo afferebas ad beatum, & eandem mercedem accipies à Domino Christo. Non est enim apud Deum distinctio masculi & foeminae, sicut dixit Paulus Apostolus: Omnes vos vnū estis in Christo Iesu. Nè ergò me abomineris humilem & abiectam, quæ volo salua fieri. Nisi enim benignus Deus me voluisset esse saluam, ego quoque cum omnibus perijsem in mari. Volente ergò Deo me seruare, tu nè me perdas, quoniam sum foemina. Memèto, quòd qui finxit Adam, is Euam quoque creauit, & ipse ambos est fabricatus, & in vltimis diebus per sanctam virginem est manifestatus. Age ergò, rogo te, vade in tuam ciuitatem, & quomodo prædixi tibi, affer ad me virilem tunicam, & pileum, & panem, & aquam, & lanam, & adduc huc vxorem tuam, vt cum illa verba faciam de lana, & vt illa me induat virili habitu: & Dominus Deus meus erit tecum omnibus diebus vitæ tuæ, & dabit tibi in hac vita misericordiam & remissionem peccatorum: in illa autem, fiduciam & gloriam ante tribunal Christi.

Hæc cum audisset nauclerus, & vidisset eius in Deum desiderium, dicit ei: Ecce ego faciam omnia, quæcunque mihi mandasti. solùm esto fortis & strenua, & Dominus implebit desiderium tuum. Quæ cum dixisset, mouit suum nauigium, & iuit in suam ciuitatem: & accipiens vxorem secundo die, & quæcunque ei iusserat, accessit ad puellam. Et cum mulier ascendisset supra petram, adorauit puellam, procumbens in faciem, & eduxit omnia ex naui. Puella verò rogauit virum, vt recederet in nauiculam, vt virili habitu indueretur. Cum ipsa autem secessisset, simul exiit vestes muliebres & muliebrem im-

Totum se signans & subridens, moritur.

Virgo in rupem relicta vt se gesserit.

Eccè quàm propi erat veteres sancti ad se signo Crucis obsignandos.

Galat. 3.

Induit se  
virgo vestē  
virilem, ex  
pilis con-  
textam.

becillitatem, & virili se accinxit prudentia, & induit vestes viriles, nempe pileum & virilem tunicam, contextam ex pilis, & stans precata est Dominum, dicens: Domine, qui exaudisti omnes sanctos tuos à seculo, exaudi me quoque peccatricem, & consumma me in hoc loco & habitu, nulla affectam ignominia, & conserva meam animā, & confirma cor meum, & corpus meum corrobora, & deduc mentē meam & animam ad hoc, vt tibi placeam, & impleam tua mandata, & ijs, qui mihi obediērint, prabe Domine bonam mercedem: quoniā es benedictus in secula, Amen. Post hęc autē dicit mulieri: Rogo te domina: dum panis & aqua ad me affertur, fac vt lanam quoque ad me afferas, & cum paraucro, reddam tibi, nē panē gratis comedam. Has quoque meas vestes tibi habe ad meū monumentum. Hęc cum dixisset, dimisit eos in pace.

Nota virgi-  
nis diurnas  
& noctur-  
nas preces.

Tertio autem quoque mense accedebant ad eam nauclerus & vxor eius, ei offerentes, quæ necessaria erant ad alimentum. Beata autem exultabat, & glorificabat Dominum in veneranda & bona agendæ vitæ ratione. Fundebat verò interdū quidem, duodecim preces, noctū autem viginti quatuor. Alimentum autem eius erat, in duobus diebus libra panis, & aquæ poculum vnum. Sicque perfecit cursum suum, in bona viuendi ratione. Erat autem, cum venit ad petram, nata annos viginti quinque: in petra verò vixit sex annos. Duobus autem mensibus, antequam veniret nauclerus & vxor eius, tradidit beata Photina Christo spiritum suum, cum peregisset cursum suæ exercitationis in sincera fide & bona vitæ agendæ ratione, vt etiam ipsi nauclero de ea reuelaretur.

Moris san-  
cta virgo  
Photina.

Postquam autem impletum fuit tempus duorum mensum, accessit nauclerus cum sua vxore, & inuenit eam mortuam, & decorē honesteque iacentē, & manus habentem in formam crucis, osque honestē clausum, & similiter oculos diligenter clausos, & vt semel dicam, eam tam honestē iacentem, vt ipsi putarent eam dormire. Accedentes verò, eam inuenerunt mortuam, & Deum glorificauerunt. Erat autem eius vultus post tot dies tanquam flos matutinus, suauem odorem emittēs: & cum adorassent venerandas & sanctas eius reliquias, acceperunt in nauiculam, & tulerunt Cæsaream ciuitatem Palestinæ, & renunciarunt ei, qui tunc erat Episcopus, vitam quam ex virtute egerat. Quamobrem iussit ipse Episcopus eam sepeliri in loco honesto & insigni, cum lampadibus & hymnis diuinis: Ad gloriam Dei omnipotentis & Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria & potentia, cum patre & sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Vultus de-  
functæ vi-  
uidus,

**MARTYRIUM SANCTI VALENTINI PRESBYTERI ET ASTERII, ITEMQUE MARI ET MARTHE, Audifax & Habacuc nobilium Persarum: cuius fides facit anti-  
quissima martyrologia & vetusti MS. Codices.  
Stylum nonnihil correximus.**

14. FEBRVA.  
Peregrina-  
tio religio-  
nis ergo eti-  
am antiqui-  
us fiebat.



Edictum  
Claudij cō-  
tra Christi-  
anos.

Temporibus Claudij, venit quidam de Perside, Marius nomine, cum vxore sua Martha, & filijs Audifax & Habacuc Christianis viris ad orationem Apostolorum. Cumque venissent Romam, ceperunt corpora sanctorum per carceres & sepulturas sollicitē & curiosē inquirere. Interea veniunt in castrum trans Tyberim, & in carcere cōspiciunt hominem venerabilem, nomine Quirinū, qui iam multa verbera pro nomine Christi perpassus fuerat, & facultatibus suis nudatus. Ad quem venientes, miserūt se ad pedes eius, obsecrantes, vt oraret pro eis. ibique manserunt diebus octo, de facultatibus suis ministrantes beato Quirino, & lauantes pedes eorum, qui vinculis erāt confritti, & in capita sua vel filiorum suorum ipsam aquam effundentes. Eodem tempore iussit Claudius, vt si qui Christiani inuenti fuissent aut in vulgo, aut in custodia, sine interrogatione punirentur. Ipso autem edicto promulgato, tenuit ducentos sexaginta duos Christianos via Salaria, qui arenam fodientes, damnati fuerant pro nomine Christi: quos extra muros portæ Salariae duci, & in ciuitatis amphitheatro militum sagittis iussit interfici. Hoc cum factum fuisset, cōtristati nimis Marius & Martha vxor eius cum filijs suis, venerūt ad locum, vbi corpora sanctorum interfecta fuerant, vna cum beato Iohanne presbytero, & inuenerūt super corpora eorum ignem superpositum. Itaque ceperunt corpora subtrahere & sepelire cum lintheaminibus ex facultatibus suis: quia locupletes erant, sepeliērunt autem ea in crypta via Salaria in cliuo cucumeris. Simul etiam sepeliērunt tribunum quēdam Claudij, nomine Blastum: & in eodē loco vigilias & ieiunia cum orationibus multis diebus cum beato Iohanne celebrauerunt.

Audiens hęc Claudius, curiosē iussit inquire Marium & Martham vxorem eius: sed non inuenit eos, quod occultē isthuc facerent. Venientes verò Romam ad castrum, requirebant beatum Quirinum. Quem non inuenientes, contristati sunt nimis. Inuenerunt tamen quendam presbyterum, nomine Pastorem, qui enarrauit eis rem omnem, & vt noctū interfectus fuerit gladio beatus Quirinus, & iactatus in Tyberim, corpusque eius remanserit in insula quadam. Pergentes igitur noctū cum familia sua & beato Pastore presbytero, colleg erunt corpus eius, & terra condiderunt in cœmeterio Pontiani in crypta, octauo Calend. Aprilis. Deindē beati, Marius & Martha cum filijs noctū audiunt in loco quodam trans Tyberim in cœnaculo multitudinem Christianorum psallentium, multumque letati, pulsantianuam cœnaculi. Illi autem timentes, noluerunt aperire. Eodem in loco erat episcopus, nomine Calixtus. Qui cum audisset pulsantes, dixit ad sanctos Christi: Confortamini, nolite timere: Christus pulsat ostium nostrū. Aperiamus ergo os nostrum, & plus confortati, collaudemus Dominum, quia ipse nos vocat. Et confestim ipse perrexit, & aperuit ostium. Quem vidētes Marius & Martha cum liberis suis, miserūt se ad pedes illius. Ea re animaduersa, omnes Christiani gauisi, & se se inuicem osculati sunt.

Porro beatus Calixtus sic orauit ad Dominum: Deus pater Domini nostri Iesu Christi, qui dispersa congregas, & congregata conseruas: auge fidem & fiduciam seruis tuis per Christum Dominum nostrum, qui viuit cum te Deo patre omnipotente & spiritu sancto in secula seculorum. Et responderūt omnes, Amen. In eodem autem loco mensibus duobus manserunt absconditi. Interim apprehendit Claudius quendam venerabilem presbyterum, Valentinum nomine, & vinxit compedibus & catenis: Indē post biduum iussit eum sibi presentari in palatio suo iuxta amphitheatrum. Qui cum presentatus fuisset ad spectibus eius, dixit ad eum: Quare non fruēris amicitia nostra, sed illis potius iungeris, qui sunt hostes reipublicæ nostræ? Satis quidem mirandam tibi sapientiam audio: & tamen cum sis sapiens, offendis in superstitionem vanitatis. Respondens Valentinus presbyter, dixit: Si scires donum Dei, gauderes & tu, & reipublica tua, refutaresque demones, & idola tua manufacta, & cōfitereris vnum Deum patrem omnipotentem, & Iesum Christum filium eius, creatorem omnium rerum, qui fecit celum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt. Respondit quidam Iureconsultus qui adstabat Claudio, & dixit voce clara ad beatum Valentinum presbyterum: Et quid de deo Ioue vel Mercurio? Respondit Valentinus presbyter: O homines miserrimos & turpes, qui tempore vitæ suæ semper in spurcitijs, impuris voluptatibus & contumelijs corporum suorum malē vixerunt. Sed tamen ostende mihi genealogiam eorum, & videbis quam turpes fuerint. Respondit ille alta voce: Blasphemauit deos & gubernatores reipublicæ. Eo die sic satis patienter audiebat Claudius, dixitque Valentino: Si Christus Deus est, quare mihi non explicas, quod verum est? Respondens Valentinus presbyter, dixit: Audiat pietas tua, o rex, & salua erit anima tua, & reipublica tua augebitur, & hostes tui profligabūtur, tuque in omnibus victor, & hic regno fruēris, & in illo seculo futuro. Hoc tantum admonco, vt te poeniteat nisi sanguinis sanctorū, credasque in Christum, & baptizeris. Itā enim saluus eris. Tum verò Claudius dixit adstantibus: Audite cives Romani & cœtus reipublicæ, quam sana doctrina ab hoc homine promitur. Respondit Calphurnius præfectus, & voce clara dixit: Seductus es princeps doctrina falsa. Num verò æquum id esse potest, vt relinquamus, quæ à cunabulis nostris coluimus & adorauimus?

Precatio  
Calixti Epi-  
scopi.

Valentinus  
comprehē-  
sus, compedibus & ca-  
tenis illi  
regatur.

Valentini ad  
Claudium  
oratio.

Claudius  
respondet in  
Christiani-  
smum.

Eādē hora mutatum est cor Claudij, & cum dolore animi tradidit Valentinum Calphurnio præfecto, dicens: Patienter audi eum, & si sanum consilium non est, quod profert, fac in eum, quod in sacrilegum legibus sancitum est. Sin verò rectē consulit, audia-

Mutat ver-  
bis præfecti.



tur iusta postulatio eius. Tunc Calphurnius p̄fectus suscipiens Valentinum presbyterum, dedit eum cuidam Asterio principi suo, dicens: Si poteris eum mollibus sermonibus inflectere, intimabo doct̄inam tuam Claudio, & eris amicus eius, & augeberis opibus & facultatibus. Accipiens ergo eum Asterius, duxit in domum suam. Qui cum introisset in domum Asterij, genibus positus, orauit dicens: Deus omnium rerum visibilium & inuisibilium factor & creator generis humani, qui misisti filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, vt nos de presenti seculo liberares, & de tenebris ad lucem veram perduceres Christum, qui nobis p̄cipiens dixit: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: tu conuerte domum hanc, & dona ei lumen post tenebras, vt cognoscat te Deum verum & Christum Iesum in vnitare spiritus sancti in secula seculorum, Amen.

Math. II.

Iohan. I.

Oratio S. Valentini ad Deum.

Iohan. 9. Iohan. 11.

Cecam illuminat, &amp; credit Asterius cum vxore sua &amp;c.

Audiens hoc Asterius princeps, dixit ad Valentinum presbyterum: Miror prudentiam tuam, vt dicas, quia Christus vester lumen est. Respondit Valentinus, voce clara, dicens: Et verè, quia Dominus Iesus Christus, qui cōceptus est de spiritu sancto, & natus de Maria virgine, lumen verum est, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Respondens Asterius, dixit: Si illuminat omnem hominem, modò probabo, num Deus sit, aut certè fallaciam tuam cōcrebo. Habeo filiam adoptiuam, quam diligo à cunabulis, quæ ante duos ferè annos \* epithematis foedata est: ipsam adducam ad te, & si curata fuerit, omnia quæcunque p̄ceperis, faciam. Respondit Valentinus presbyter: In nomine Domini nostri Iesu Christi adduc eam ad me. Currens verò Asterius anxius, adduxit puellam cæcam ad beatum Valentinum presbyterum. Eleuans autem manus in cælum, oculis madentibus lachrymis, dixit: Domine Deus omnipotens, pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, qui misisti filium tuum Dominum nostrum, vt nos de tenebris ad lucem veram perduceres: te inuoco ego peccator & indignus. Sed quia omnes vis saluos fieri, & neminem perire, ego deprecor misericordiam tuam, vt cognoscat omnes, quia tu es Deus & pater & creator omnium, qui cæco nato oculos aperuisti, & foetentem Lazarum de monumento suscitasti: te inuoco, qui lumen es verum, & Dominus omnium principum & potestatum: non mea voluntas, sed tua fiat super hanc famulam tuam, vt digneris eam illuminare lumine intelligentiæ tuæ. Et posuit manum super oculos eius, dicens: Domine Iesu Christe, illumina famulam tuam, quia tu Deus lumen verum es. Et cum hoc dixisset, aperti sunt oculi eius.

Hoc cum vidisset Asterius, cecidit cum vxore sua ad pedes beati Valentini, & ait: Per Christum, per quem lumen cognouimus, quod scis facias, vt saluetur anima nostra. Respondit Valentinus: Ergo facite, quod dico: & si ex toto corde creditis, cōstringite omnia idola, & ieiunate, & remittite culpas omnibus, & baptizetur vnusquisque in confessione sua, & saluus erit. Indixit verò eis triduanum ieiunium. Et quia Christianos multos habebat Asterius in custodia, relaxauit omnes. Triduo consummato, die sancto Dominico baptizauit Asterium cum omni domo sua. Et vocauit ad se sanctum Calixtum episcopum, & consignauit Asterium cum omni domo sua animas promiscui sexus ferè sex & quadraginta. Hoc posteaquam audiuit Marius & Martha vxor eius cum filijs, nempe cæcam illuminatam à B. Valentino, & propter illuminationem eius omnem domum Asterij credidisse, venerunt cum gaudio ad domum Asterij, gratias agentes Deo, fueruntq; ibi diebus triginta duobus. Post hos dies requisitum Claudius Asterium principem: Porro nunciatum est illi, illuminatam esse puellam in domo eius, & hoc signo per motum, baptizatum esse in nomine Christi cum omni domo sua per Valentinum presbyterum. Qui iratus, misit milites, & tenuit omnes, quos inuenit in domo eius. Qui cum adducti fuissent vincij, inter quos erat Marius & Martha, Audifax & Habacuc nobilissimi ex Perside, qui venerant ad orationem sanctorum Apostolorum, iussit Persas quidem separari à congregatione eorum, Asterium verò cum omni domo sua duci in ciuitatem Ostiam, & illic eum poenis excruciatum interfici: Mariam autem & Martham, Audifacem & Habacuc suo iudicio reseruari. Valentinum autem presbyterum fustibus cædi, & capitalem subire sententiam. Qui decollatus est via flaminea sub die XVI. Calend. Martiarum. Cuius corpus collegit matrona quædam Sabinella, & sepeliuit in eodem loco, vbi capite cæsus est.

S. Valentini capite plectitur.

Iussit deinde Claudius presentari ad spectibus suis Mariam, Martham, Audifacem & Habacuc.

habacuc. Qui cum presentati fuissent, æstimans eos pecunijs cumulatōs, sic illos aggreditur: Vnde estis? Respondit Audifax, filius eorum maior: De Perside. Claudius dixit: Quam generis obtinetis nobilitatem? Respondit Audifax: Ego & Habacuc, quantum ad carnem, filij horum sumus. Claudius dixit: Ob quam causam huc venire voluistis? Respondit Audifax: Desiderio desiderauimus ad pedes Apostolorum orationis causa occurrere. Claudius dixit: Et quæ sunt vobis facultates, vt tantos itineris velletis sumptus facere? Responderunt Marius & Martha: Dominus omnipotens nouit, quia nobiles nati sumus ab omni antiquitate. Nam vt scias nos nobiles esse, ego filius sum Imperatoris Maromeni, & hæc filia est Cusuntis subreguli. Claudius dixit: Quare iudicium parentum vestrorum non sequimini, potiusque deseritis deos, quos patres vestri coluerunt, & hominem mortuum queritis? Respondit Marius: Nos famuli Christi, seruos & Apostolos eius venimus exorare, vt ipsi interuenire dignentur pro nobis. Claudius dixit: Facultates vestre p̄stō sunt? Marius respondit: Facultates nostras dedimus ei, qui ad breue tempus eas nobis dedit, Domino nostro Iesu Christo. Claudius audiens hunc sermonem, iratus, tradidit eos vicario Musciano, dicens: Si non sacrificauerint, & reliquerint superstitionem hanc, diuersa eis tormenta adhibeto.

Nota antiquam de uotionem.

Eadem die iussit sibi in Tellure gremium preparari, & omnia genera tormentorum adferri. Cumque adducti fuissent sancti martyres in conspectu eius, furore repletus, dixit: Intimatum vobis est, quid p̄ceperint principes nostri, & omni rei publicæ? Respondit Audifax: Nescimus. Muscianus vicarius dixit: Ergo vultis cognoscere decretum? Responderunt Marius & Martha: Desideramus audire, quid iussu tibi fuerit. Muscianus vicarius dixit: Deferantur tormenta. At vbi allata sunt, dixit: Omnia genera tormentorum in vos expendentur, si decreto non obtemperaueritis. Sin verò iussis principum obediētes vos p̄bueritis, & natales vestri renouabuntur, & dignitates obtinebitis haud vulgares. Hæc enim iusserunt victores reipublicæ, vt sacrificeris dijs sine mora, & fritis amici principum. Respondit Audifax filius maior, & dixit: Sultam rem locutus es. Dicit Muscianus ad Mariam, Martham & Habacuc: Vos quid dicitis? Responderunt: Omnes quasi vno ore locuti sumus. Muscianus vicarius iussit expoliari eos, & fustibus cædi: Martham verò stare ante eos. Qui cum cederentur, sub voce p̄conis dicebant cædentes: P̄cepta principum contemnere nolite.

Sancti martyres sustulerunt.

Martha autem gaudens, dicebat: Filij mei, constantes estote. Marius verò laudabat Dominum, dicens: Gloria tibi Domine Iesu Christe. Muscianus vicarius iussit eos deinde leuari à terra, & suspendi in eculeo. Qui dum attraherentur fustibus canabinis, voce clara clamabat Audifax filius maior: Gloria tibi Domine Iesu Christe, qui dignatus es annuerare nos seruis tuis. Iratus verò Muscianus, iussit ignem ad latera eorum apponi, & vngulis ferreis radi. Illi autem vultu alacri clamabant: Gratias tibi agimus Domine. Post hæc iussit Muscianus eos deponi de eculeo in conspectu Marthæ, & manus eis p̄cidi: quibus p̄cisus, coepit sanguis emanare. Martha autem colligens sanguinem mariti & filiorum, caput suum illo liniebat cum gaudio. Deinde iussit Muscianus, vt manibus colligatis per ciuitatem circuducerentur sub hac voce p̄conaria: Deos blasphemare nolite. Clamabant autem Marius, Audifax, & Habacuc: Non sunt dii, sed demones, qui & vos perdent & principem vestrum. Eodem die tulit sententiam, vt capite punirentur. Itaque ducti via Cornelia milliario tertio decimo ad Nymphas Catabassi, ibi in eodem loco decollati sunt sub arenario, Marius, Audifax & Habacuc. Martham verò in puteo necari p̄cepit. Quorum corpora iussit concremari, ne sepultura afficerentur. Matrona verò, nomine Felicitas, rapuit corpora eorum semiu-

Vruntur &amp; lacerantur eorum latera.

Manus amputantur.

Decollantur.

sta, & in p̄dio suo sepeliuit: Martham verò leuauit de puteo, & iunxit corporibus sanctis sub die 13. Calendarum \* Februariarum, vbi p̄stantur beneficia Domini nostri IESU Christi vsque in hodiernum diem.

\* Martiarum.

Q 999 3 PASSIO

PASSIO SANCTI VALENTINI EPISCOPI INTERAMNENSIS, EX PERVETVSTIS MS. CODICIBUS, quibus etiam antiquissima Martyrologia adstipulantur. Aliquot locis stylum modicè mutauimus.

14. FEBRUARII. Psal. II.



Craton Rhetor,

Propheta loquitur ad Deum: Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. In ipsa ergo multiplicatione illi specialiter ad Deum pertinent, qui vitam suam vouerunt creatori, ita ut corpus & animam interitissimam Christo faciant. Unde beatus vir Interamnenis episcopus, sanctus Valentinus, bene viuendo meruit virtutibus adherere, quae virtutes latentem hominem omnimodò credentium animis tradiderunt. Igitur Athenienses quidam nobiliter nati, Proculus, Ephebus & Apollonius scholastici viri, apud Graecos Latina studia desiderantes, apud Cratonem ciuem suum, oratorem vtriusque linguae, in vrbe Roma hospitabantur, cuius & magisterio & hospitio fouebantur. Factum est autem, ut vnicus Cratonis filius, Cheremon nomine, iuuenis scholasticus, eam incurreret egritudinem, ut incuruato dorso, caput inter genua deprimeretur. Cumq; omnes penè medici, qui in vrbe Roma erant, nulla ei possent ratione succurrere, extitit quidam Fonteius Tribunianus, qui diceret vitium eiusmodi acrius suo accidisse germano, & curatum esse à quodam sancto Valentino episcopo & ciue Interamneni, hortabaturq; transmitti ad eum. Denique & ipse puer, ex quo curatus est, non illum deseruit, dicens, se nimio eius bonitatis affectu constrictum.

Audiens hæc Craton, mittit ad illum nobiles viros, amicos suos, qui illum rogarent, ut ad vrbe Romam dignaretur venire. Quem cum venientem Craton hospitio recepisset, ostendit ei filium suum Cheremonem, & coepit petere, ut sicut curauit germanum Fonteij, ita & huic succurreret. Cui sanctus Valentinus episcopus dixit: Tu si vis, curabitur. Et Craton ad eum: Dimidiam, ait, partem substantiæ meæ tibi dare constitui, si tu eum ab hac calamitate liberaueris. Cui sanctus Valentinus respondit: Miror te magistram prudentem non aduertisse quod dixi: Tu si vis, curabitur. Nam si credideris in Christum meum, fides tua preciosior erit Deo, quam tu ipse, qui in rebus viliissimis & vanis spem collocas tuam, credens effigies malignorum hominum, in ligno aut quocunque metallo expressas, aliquam diuinitatem habere: qui suo merito hoc obtinuerunt, ut non possint dii credi, cum sordidissimis actibus & crudelissimis occupati, nullum tempus immune ab sceleribus habuerint. Sed si fidem, quam insinuo, ab hac defendas iniuria, & in Deum illam inuisibilem & omnipotentem conferas, dabitur salus filio tuo, quam postulas: censum verò tuum, cuius mihi partem dimidiam polliceri voluisti, offer pauperibus, qui orant pro filio tuo: mihi autem nulla ratione persuadere poteris, ut pro salute eius aliquid aliud abs te quam fidem expectam. Crede ergò filium Dei, verum Deum esse, Iesum Christum, & omnibus renuncia simulacris, & videbis saluum filium tuum. Dicit ei Craton: Licet ignorem, quo ordine religio vestra teneatur, at hoc tamen auditio ne accepi, vnumqueng; fide sua saluari, nec prodesse alteri alterius fidem, nec cuiquam obesse alienam infidelitatem. Sanctus Valentinus episcopus dixit: Certæ causæ sunt conuersationis humanæ, quæ alios pro alijs nec liberari faciant, nec perire. Neque enim in fide dubijs pater, filio potest obesse fidei. In his ergò causis, quas necessitas flagitat, sanitatem querens, dum patitur, pater pro filio, soror pro fratre, pro seruo dominus: & filium patri esse redditum, & fratrem sorori, & seruum legimus domino restitutum. Igitur pro eorum interitu hi, qui cruciabantur, fidem integram acceperunt ad hoc, ut efficerentur vtrique fideles, & salus temporaliter data corporibus, acquireret animas in æternum: sicut & factum est, cum Centurio morientem seruum suum reciperet, & filiam mortuam archisynagogus ad vitam reuersam adspiceret, & sorores Lazarum, iam sepulturam quatruiduanam habentem, quem lugebant & flebant, vocè Domini suscitatum esse gauderent. Sunt & multa alia, quæ in nouis & veteribus sacris voluminibus isthuc affirmant, fidem alterius alteri profuisse, & infidelitatem aliorum alijs nocuisse, quæ nunc memorare longum est.

Matth. 9. Luc. 8. Iohan. II.

Hæc

Hæc & his similia multa sancto Valentino episcopo prosequente, Craton orator cecidit ad pedes eius, dicens: Credo, quod ille, quem prædicas, verus sit Deus, & præter ipsum non sit alius, qui imperet languori, ut abscedat: imperet morti, ut fugiat: imperet vitæ, ut redeat. Sanctus Valentinus episcopus dixit: Fides Christiana non tantum verbis, sed & operibus demonstratur. Dicit ei Craton: Quæ sunt opera, per quæ fides possit ostendi? Sanctus Valentinus dixit: Ut abrenunciatur idolis manufactis, quorum effigies adoratur in templis, & ab omni peccato lotus fonte purissimo, Deo filius adopteris. Craton dixit: Aqua, quæ sordes corporis lauat, quomodo poterit peccata mundare? S. Valentinus dixit: Aqua per mysterium inuocata Trinitatis, spiritum sanctum in se recipit, & per ipsum vniuersa peccata & crimina dimittuntur. Dicit ei Craton: Dum disputatio nostra longius tenditur, vita filij mei Cheræmonis breuiatur. Dicit ei S. Valentinus: Nisi credideris ea, quæ nec audire potuisti aliquando nec videre, saluus esse non poterit filius tuus. Dicit ei Craton: Quid est, quod ego nec audire potui, nec corde concipere? S. Valentinus dixit: Nunquid audisti aliquando virginem concepisse, virginem peperisse, virginem post partum permanuisse? Audisti aliquando aut vidisti quempiam sicis pedibus vndarum pelagus pertransisse, imperasse ventis, tempestatem iussu composituisse, postremò crucifixum, mortuum & sepultum, die tertia resurrexisset, atq; multis videntibus in cælos ascendisse, angelis testantibus, ita ut ascendit, denuò venturum ad iudicium? Si hæc credis, accede & baptizare, ut possis ad salutem filij tui pertingere, & per ipsum ad vitam perpetuam peruenire. Dicit ei Craton: Quancunq; dixeris, quantalibet verborum copia vsus fueris, ex hoc vno poterit veritas colligi, si saluetur is, propter quem dicuntur.

S. Valentinus dixit: Quoniam sapientia mundi, in qua tu magister esse vidéris, stultitia est apud Deum, & non potes tam perfecte credere, quam fides ipsa deposcit, da mihi fidem tuam sub hac pollicitatione, ut si filius tuus per meam fidem saluus euaserit, tu per salutem filij tui cum omni domo tua conuertaris ad Christum. Tunc Craton vocauit coniugem suam cum omni familia, & prostratus pedibus eius, promisit, si ille saluus foret, omnes credituros in Christum: Erant autem in hoc spectaculo Proculus & Ephebus atque Apollonius, quos supra dictum est in Graeco perfectos, ad Latina studia se contulisse. Hi itaq; simili modo oratoris sui filium Cheræmonem cupientes saluum fieri, se credituros affirmant. Tunc S. Valentinus iussit sibi cubiculum preparari, & vnus dici atque noctis silentium fieri: & clausit ostium super se & puerum Cheræmonem, qui iam triennio ita toto corpore incuruus, complicatus atque glomeratus iacebat, ut caput inter genua defixum haberet, nec vlla pars corporis sua libertate frueretur. Erant enim eius brachia simul & crura contorta, nec vllus medicorum scire potuit, quo nomine is morbus appellaretur. Porro S. Valentinus, vir Dei, fide plenus, clauso, ut diximus, ostio, stratoque humi cilicio, tulit puerum Cheræmonem de lecto, & reposuit seminecem in eo cilicio, in quo ipse orare consueuerat, & per totam noctem in Dei laudibus & oratione manenti, lumen circa mediam horam noctis tantum apparuit, ut hi, qui in spectaculis erant circa cubiculum, putarent intus flammam accendi. Sed spatio vnus horæ transacto, surgens sanissimus puer, simul coepit voce clara in Dei laudibus incolumis concrepare. Audientes autem illum parentes eius Domino canere, cuius per tres annos solum gemitum audierant, mugituq; reddentè, omnes simul gaudentes, fores ut referret eis sanctum Valentinum exorant. At ille dixit: Nisi compleuero statutum orationis numerum & hymnorum, non vobis aperiam. Sed cum iam aurora finem nocti imponeret, S. Valentinus referat claustra cubiculi, & Cheræmonem iuuenem parentibus, ac si nihil perpeffus fuisset, ab omni egritudine liberum assignat. Tunc Craton cum coniuge & omni domo sua credidit, & baptizatus est. Cheræmon autem ut vestigia sancti Valentini relinqueret, nulla potuit ratione adduci. Proculus verò & Ephebus atq; Apollonius, abijcientes studia humanæ sapientie, ita se contulerunt ad Dominum, ut vltra penitus nihil humanarum legerent literarum: sed conuersi ad Dominum, spiritualibus se studijs tradiderunt magistro, cuius non tantum verba, sed etiam facta probarentur mirabilia.

Interea per hos consuebat multitudo scholasticorum ad Christum, ita ut Abundius Præfecti vrbs filius animo duceretur, ut tota fidei plenitudine Christi se famulum publica voce clamaret. Hinc verò indignatio penè omnium senatorum accensa est, &

Q 999 4

tentus

Fides Christiana etiam operibus declaranda est.

Matth. 14. Matth. 8.

Acto. 7.

1. Cor. 5.

Puer contraclus, sic repente sanissimus.

Craton cum tota domo sua baptizatus.

S. Valenti-  
nus necca-  
tur.

tentus S. Valentinus episcopus atq; virgis caesus, compellebatur sacrificare daemonijs, & post diurnam caedem custodiae mancipatus. Videntes autem cum constantiorem fieri, & in ipsa caede & custodia gloriari, & omnium, qui per ipsum Christo crederant, animos confirmare, medio noctis silentio eiecitum de carcere decollauerunt iussu furiosi Placidi, urbis Praefecti. Tunc a Procuro, Ephebo atq; Apollonio ablatum corpus venerandi Christi martyris, ad suam ecclesiam Interamnæ urbis nocturno itinere transferunt, ibiq; in suburbano empto terræ spatio non longè ab eadem ciuitate sepulture honestissimæ tradiderunt: vbi cum quotidianis vigilijs in Dei laudibus permanerent, tenti à gentilibus, custodiae sunt traditi consulari Leontio. Qui agnoscens Proculum, Ephebum atq; Apollonium, multos è populo, quos conuerterant, habere fautores & amicos, timensq; nè violenter ei à populo tollerentur, noctis medio suis eos iussit tribunalibus praesentari. Quos cum vidisset nec blandimentis decipi, nec terroribus frangi, iussit eos capitalem subire sententiam. Ipse autem statim fugiens cum officio, quod pergeret, non permisit sciri. Tunc omnis populus iustum quidem de nece eorum, sed gaudium de martyrio habuerunt. Porro martyres sancti à beato Abundio non longè à corpore S. Valentini sunt sepulti, collaudantes Dominum Iesum Christum, qui viuit cum Deo patre & sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

VITA ET MIRACVLA SANCTI PATRIS NO-  
STRI AVXENTII ABBATIS, AVTHORE SI-  
meone Metaphraste.

14. FEBRVA.

Matth. 20.



Rom. 15.  
Psal. 30.

V M antiqui patres & factis & verbis fuerint insignes, & diuersis operibus eorum, qui in vinea, quæ percipitur intelligentia, manè simul & hora tertia & sexta similiter & nona vocati sunt, sanctorum ad ædificationem corporis Ecclesiae labores conscripserint: non est absurdum, nos quoq; qui propter socordiam & inscitiam ab eis longè sumus remoti, verè conscribere iustorum virorum vitam, qui circa horam vndecimam in eadem vinea laborarunt, ad vtilitatem fidelium, qui legunt & audiunt: vt qui volunt habere piam rationem ducem vitæ praesentis, constanter sequantur viam Patriarcharum, Prophetarum & Apostolorum, Martyrumque & iustorum: cum eorum quidem virtutibus contendentes, suffulti autem & stabiliti eorum orationibus. Quæcunque enim prius scripta sunt, vt dicit diuinus Paulus, scripta sunt ad nostram admonitionem. Eo ergò freti, qui dixit: Dilata os tuum, & implebo illud, conuertamur ad propositam narrationem.

Auxentius  
dat se mili-  
tie, & simul  
etiã pietati.

Tempore Theodosij iunioris, XXXV. anno eius imperij, fuit vir quidam nomine Auxentius, qui erat relatus in numerum quartæ scholæ fortissimorum & Christi amantium scholarium: ex genere quidem orientali, in pietate autem & omni Christiana doctrina eruditus, roburque corporis & fortitudinem in ipsa forma gestans, morumq; modestiam & virtutem gerens in animo, dogmaque habens sanum in fide Apostolica, & plurimum studium in generalibus vigilijs pernoctationum. Quoniam verò quæ ante hæc ab eo facta sunt, nos latuerunt, ab hoc fundamento initium ducamus orationis. Hic ergò sanctus & diuinus vir Auxentius, habebat patrum Byzantij in militiam relatum, oprione numeri. Quem requirens cum ascendisset ex Syria, & non inuenisset, propterea quod prius decessisset, militauit scholaris. Cum ergò esset in exercitu insignis, frequenter etiam versabatur cum ijs, quorum celebrabatur exercitatio & virtus: maximè autem cum quodam Iohanne monacho, qui prope Septimum stabat in Clubo, cuius etiam vestigijs insitebat, tanquam nubes Christi, simul cum quodam, qui vocabatur Seras, viro omni ex parte honesto, & Marciano, qui tunc erat laicus sanctæ Nouatianorum, haud ita multo post mortem vnitus fuit Ecclesiae catholice, & factus fuit oeconomus sanctissimæ magnæ ecclesiae Constantinopolitanæ: & Anthimo viro magno & admirabili, qui tunc erat ordinarius decanus diuini palatij, deinde factus fuit Diaconus, & postea etiam Presbyter: qui etiam post decessum eorum, qui prius dicti sunt, ornauit, & eum lætitia in hymnis & canticis, per choros virorum & mulierum,

rum, celebrauit easdem pernoctationes, quibus assidebat beatus Auxentius. Vt plurimum autem & simul congregabantur in sancta Irene, quæ sita est ad mare, \* domi-  
cubantes & vigilantes, & fontes lachrymarum effundentes, persequentes in ieiunijs  
& orationibus. for. \* humi

Cum ergò quodam die cum eis venisset in vnam congregationem, antequam inciperet glorificationem, noctu situm eum vexante, aquam petijt ab vno ex ministris: qui currens in Diaconicum, dicit oeconomo, Dominum Auxentium cum reliquis viris bonis petere potum. Iussus ergò in vase temperare vinum benedictionis, ad eum attulit. Postquam autem id accepit magnanimus Auxentius, ori admouens refecit naturalem sitis necessitatem: & sic prius dicto pio Marciano, qui petierat, reliquum tradidit. Ille verò cum labris admouisset, & sensisset esse vinum, ægrè ferens, quod præter morem talis potus esset eis allatus, proximo vocem emisit: Vinum est, ô frater. Memoratus autem ei dicit Auxentius: Nè ægrè feras, inquit, Dei dona. nam nos quidem aquam petijmus. Sin autem Dominus Christus eius loco vinum præbuit, gratias agamus, & nè ægrè feramus. Etenim cum vinum defecisset in nuptijs, per suam gratiam Iohan. 2. aquam mutauit in vinum. Sic alter quidem ostendit inuitus perfectam, quæ ei aderat, abstinentiam: alter verò lubens conculcauit fastum vanæ gloriæ. Rursus autem quidam ex viris bonis, qui sequebantur, se pauperem esse significans, molestus erat beato Auxentio, petens ab eo indusum benedictionis gratia & paupertatis. Is verò dicit ei: Ora, vt Dominus mittat, & à me accipies. Non enim superaerant ei vestimenta, pro-  
preterea quod quæcunq; in eum incidebant, daret pauperibus. Ille verò promissionem  
arripiens tanquam schedulam, assidue exigebat. Auxentij li-  
beralitas in  
pauperes.

Quamobrem cum multum ei esset molestus, & vna vespera rursus ab eo esset admonitus, dicit ei: Adsis frater, in loco opportuno accepturus petitionem. Postquam autem fuit in loco occulto, exiit se tunica, qua erat indutus, & dedit ei, & mansit in sola penula. Post hymnum verò dictum, ambobus recedentibus, sensit quod factum fuerat, qui prius dictus est vir pius, & dicit ei: Vniuersane vita tua ita agitur, & hæc est charitas tua, vt carens tunica, nobis non confidas? Quamobrem tanquam subridens dicit ambobus: Ab eo, qui mihi sapissimè vobis praesentibus impudenter parabat insidias, vix tandem sum liberatus. Sed rogo vos, vt eamus ad dominum Iohannem monachum, qui est in Clubo, visuri Dei gloriam. Cum itaque inter eos conuenisset, post vnum diem ad eum veniunt, & vident eum, qui tunicam acceperat, adesse tristem. Finis autem precibus, dicit beatus Iohannes, tanquam amicis suis & familiaribus: Orate fratres pro hoc mendico. Nam quos habebat viles pannos, abstulit aliquis & aufugit. Beatus verò Auxentius læto vultu coepit ei, qui id fecerat, benedicere. Dicit autem ei vir iustus, sicut Balaam Balac: Iussit te execrari, & tu ei benedixisti? Respondens Num. 23. autem beatus Auxentius, dicit mendico: Redde vota tua Domino frater, quot habebas indusia? Ille verò respondit cum fletu: Septem, & id, quod mihi præbuisi. Dicit ei beatus Auxentius: Quoniam ergò cum septem haberes, non fuisti contentus, sed vnū, quod habebam, tantam mihi molestiam exhibens, accepisti, hoc effecit, vt illa quoque fugerent: Cum eum ergò placidè redarguisset, & cum ijs, qui simul erant, ferculum accepisset, recessit.

Quodam verò die in palatio procedens, videt quendam teneri & trahi à militibus: orans autem, dicit de more: Qui liberas mendicum à manu eius, qui sunt ipso forti-  
ores, veni nunc quoque ad dandum auxilium. Quæ cum dixisset, effecit vt is relaxaretur. Venit ad nos tempus, quo simus ociosi & nihil agamus. claudamus nostras officinas. Nota mira-  
bilem chari-  
tatem Au-  
xentij.  
Cum verò audisset, & eorum esset misertus Christi miles Auxentius, die sequenti di-  
uertit in vnam ex illis officinis, mutato habitu, vt fertur de Serapione, & dicit: Quam  
mercedem mihi dabit, & stabo in vestra officina? Illi autem dixerunt: Ludificaris nos  
iuuenis. quomodo tibi dabimus mercedem, cum simus pauperes? Respondens verò,  
dixit eis: Laborabo vobiscum, accipiens quotidie tres pholes. Illi autem læti eum ac-  
ceperunt. Qui cum fuisset illic tres dies, valde creuit & floruit illa officina. Acceptis  
itaque nouem pholibus, recessit ab illis. Is autem ea dedit pauperibus. Dolore verò  
affecti sunt opifices illius officinae, egresso admirabilij effectuore Auxentio. Tres enim  
dies, quos illic egit, non gustauit neque panem neq; vinum, nec aliquid aliud: adeo vt  
mira-

**Deut. 5.** mirarētur, qui illic erant, & dicerent ei: Cur non comedis & bibis nobiscum? Is verò dicebat eis: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod egreditur per os Dei. Illi verò siluerunt, non ausi amplius ei esse molesti, renunciarunt autem omnem copiam & prosperitatem, quæ facta est per preces eius in officina sua, Deum glorificantes.

**Curat dæmoniacam Auxentius.** Rursus verò aliquot post diebus, veniente ipso in palatium, occurrit ei quædam mulier prægnans passis crinibus, clamans: O vis, quæ affertur ab Auxentio, qui comedit dæmonia. Viginti annos latui in hac creatura, & eius transitus me abduxit ab huius vnguibus. Sic enim per me transijt tanquam ensis, & me discerpit: & ecce separor ab hac creatura post spatium viginti annorum. Equo autem suo subditis calcaribus Christi seruus Auxentius, nè cognosceretur ab hominibus, festinabat transire, celans quæ in se erat, gratiam. Immundus autem spiritus sequebatur eum, dicens: Quid me trahis? egredior. Congregatæ verò sunt circa eum multæ turbe, ad eum ut suspirans & flens beatus orauerit, vt ea curaretur. Hoc autem factò, & ea statim mundata, illæso foetu, (erat enim grauida) stupebant omnes & admirabantur, Deum glorificantes qui talem potestatem dedit seruis suis aduersus immundos spiritus.

**Fugit ad desertum loca.** Postquam autem hæc facta sunt, non volens Christi miles Auxentius laudari ab hominibus, sed encomijs celebrari ab angelis, spiritu præuidens in sanctissima Ecclesia nascituram vani dogmatis hæresim, Nestorij, inquam, & Eutychis, relicta terrena militia & aula Imperatoris, cum magno gaudio peregit id, quod olim desiderabat. Nam ab omnibus, quæ ad vitam huius mundi pertinent, & magno studio ambiuntur, copijs, inquam, & splendore, & alijs rebus materialibus, & ab ipsa regia ciuitate se separans, proficiscitur ad partes desertas Bithyniæ: & cum ascendisset ex transuerso montis, qui vocatur Oxea, qui distat circa decem millia à Chalcedone, stetit supra petram, extolens sanctas manus, Deumq; glorificans, & dicens: Tu Domine singulariter in spe collocasti me. Cum ipse verò circa vnum mensem fuisset in montis latere supra petram, ascenderunt illuc pueri gementes & clamantes, quoniam cum pascerent oues, eas perdidissent: & cum vidissent virum iustum, valde sunt mirati, existimantes eum esse feram agrestem, & fugerunt. Indutus enim erat veste contexta ex pilis & pellibus, imitans vitam Iohannis præcursoris & Baptistæ. Cum eos autem aduocasset beatus Auxentius, dixit: Nolite timere, filij. sum enim homo vobis similis. Quid verò queritis?

**Psal. 4.** Dicunt pueri: Greges nostros, eos enim amisimus, & idè affligimur. Christi autem seruus Auxentius misertus, orauit multas horas. Cum verò ipsis pueris benedixisset, dicit eis: Ite ad sinistrum latus montis, & inuenietis vestros greges. Respondentes autem pueri, dicunt ei: Ter circumiuimus montem hunc inaccessum, & non potuimus eos inuenire: & quomodo nunc inuenientur? Sanctus autem dixit eis: Ite, vt dixi vobis, in nomine Domini ad sinistrum latus montis, & eos inuenietis. Euntes verò, eos statim inueniunt: & cum domum venissent, renunciarunt suis parentibus: Cum perdidissimus greges, & ter Oxeam montem circuissemus, & eos non inueniremus, adspeximus virum in veste ex pilis, & graui timore affecti, fugiebamus. Ille autem nobis aduocatis precatus est, & cum accepisset causam, propter quam flebamus, iussit nos euntes ad sinistrum latus montis inuenire pecudes. Cum sic ergò fecissemus, eas statim inuenimus.

**Vide etiam asperitatem vestitus sancti.** Cum hæc autem audissent parentes illorum puerorum, congregatis viris ex ijs, quæ erant circumcincta, prædij, supplicantes ad eum iuerunt, & inueniunt beatum solum stantem supra petram, & Deum precantem: & omnes vno ore eum rogauerunt, vt ascenderet supra verticem montis, & oraret pro eis. Sanctus verò persuasus eorum adhortationibus, iussit eis edificare paruam cellam, & Clubum extra cellam, in quo etiam fuit inclusus lætus corde, psallens & dicens: Factus sum sicut passer solitarius in tecto. Frequenter ergò ascendentes, sinebantur eius precibus. Nam per paruam fenestram eis benedicens, & consulens quæ pertinent ad salutem, lætos dimittebat. Cum ergò Dei in eo scaturiret gratia, & eius fama in omnem partem peruaderet, quædam Comitissa ad eum venit è Nicomedia, repente excæcata: & procidens ad eius pedes, dixit: Miserere mei serue Dei Auxenti, & sana meos oculos. Beatus autem præsentibus ijs, qui conuenerant, dixit: Ego quidem sum homo peccator, & ijsdem affectionibus, quibus vos, obnoxius. Si verò creditis, quod qui eum, qui erat ab ortu cæcus, curauit, hanc quoquæ

**Iohan. 9.**

quoq; rogantem non despicit, sincere pro eius salute deprecemur. Cum autem omnes orassent, sanctus tangens eius oculos, dixit: Sanat te Iesus Christus lux vera. Cumque ea statim respexisset, & pauperibus, qui in eo loco assidebant, plurima erogasset, eam dimisit sanctus lætantem & Deum glorificantem. Hoc fuit principium miraculorum eius in monte Oxea.

**Curat dæmonicos.** Eorum autem, qui ab immundis vexabantur dæmonibus, magna aduentabat multitudo, partim quidem ex indigenis, partim autem ex alienis: ex quibus plurimi per eius preces, fideliter accedentes, & dignè poenitentiam agentes, sunt curati. Non sustinens verò nullam curam geri eorum, qui assidebant in monte, & eorum, qui longi interualli labore erant afflicti, cum ipse nullo egeret eorum, quæ oblata fuerant, iussit panes afferri hora sexta, & dari ijs omnibus. Cum decem autem annos illic esset versatus, & plurima peregisset certamina, nõ aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, & principes tenebrarum mundi huius, vt dicit Apostolus, aduersus spiritalia nequitiae: & ea vicisset fide per patientiam, vir quidam fidelissimus ex ijs, qui aliquando fuerant eius familiares, cum soleret ad eum accedere, & ex eo magnam caperet vtilitatem, dicit cuidam alij ex eadem quarta schola: Volo die sequenti ire ad dominum Auxentium. Veni tu quoquæ, & plurima fruamur vtilitate. Ille autem diabolico quodam instinctu ab eo alienus, non solum non fuit persuasus, vt iret, sed etiam eum coepit maledictis incescere & irridere, eum vocans planum & impostorem, & mercedem præbentem ijs, qui se simulant esse dæmoniacos ex tribus & sex philibus, vt videantur argui ad multorum deceptionem. Cum alter verò his esset obstupefactus, & maius studium adhibuisset, postquam eum increpauit & iuuit, moderatè cum eo egit, ita vt incredulum secum assumeret, & cum eo ascenderet. Quem etiam persuasum, vix tandem secum sursùm duxit. Sed cum ad eum venissent, vt solèbat, hora tertia excepit eos, qui accedebant. Neq; enim licebat indiscriminatim ei exhibere molestiam, nisi in tempore solito: in quo eos, qui aderant, primum adhortabatur ad glorificationem. Deindè sic verbo gratiæ adhortans & benedicens, vnumquemq; dimittebat. Cuius quidem glorificationis expressas quoq; ab eo laudes dicemus postea. Læto ergò vultu ei, qui ad eum accedebat cum fide, dixit quæ erant conducibilia, cum altero, qui erat incredulus, ne verbum quidem locutus. Quamobrem postquam fuit dimissus, pluribus rursus maledictis beatum Auxentium infestatus est incredulus, vt qui gloria causa, & non virtutis, quidquam faceret.

**Castigatur obrectator.** Cum ipsi autem ad Hemerum descenderent ad nauigandum, (hoc est autem emporium Chalcedonis) puer increduli sit obuiam scissa tunica, eiulans & lamentans. Cum verò causam sciscitatus eius dominus, non quam primum intellexit, puero præ timore & mœrore id, quod acciderat, narrare differente: hoc autem solum dicente, Res mala nobis accidit, ò domine: acriter & vehementius respondens eius dominus, dixit: Dic, quid sit: furtumne in me est admissum, an passus sum incendium? Puer dicit: Nequaquam: sed filia tua domi grauius vexatur à dæmone, ad eum vt nos eam non possimus superare. Tunc ille stimulo motus conscientie, coepit faciem percutere & vellere capillos, & magna voce clamare: Væ meæ incredulitati. Eo autem se diu lacerante & lamentante intolerabiliter, alter, qui cum ipso erat fidelis, dixit ei sicut Seruator Iairo: Solum crede, & salua erit puella. Cum ille verò incredulitatem perfecta fide correxisset propter hanc occasionem, & clamaret: Credo Domine, ser opem meam incredulitati: traicientes simul venerunt domum. Qui cum vidissent calamitatem, & puellam, quæ vexabatur intolerabiliter, & inuocantem beatum Auxentium, clamabant omnes cum fletibus & eiulatibus. Deindè dicit amicus patri puellæ: Agè ò amice quomodo cumq; poterimus eam vinciamus, & transmittentes deferamus ad sanctum virum, cum ipse à Deo possit impetrare eius curationem.

**Marc. 5.** Cum hoc autem fecissent, & viro sancto appropinquarent, puella coepit efferari, & mirandum in modum furere, & latrare vt canis, & perindè ac si traheretur ab aliquo, maiori cursu currere. Cum verò peruenisset ex aduerso fenestram cellæ beati, constitit, & ibi grauius torquebatur. Et qui sequebantur, cum valde deslerent calamitatem, & ipsa valde vexaretur, aperiens fenestram sanctus pater noster Auxentius, & eam grauius aspiciens, dixit: Tribus philibus, aut sex philibus. Qui autem aderant, cum iterum hanc vocem à sancto dictam audissent, se cum patre puellæ humi proiecerunt, etiam



clamantes: Misere serue Dei altissimi, & ignosce. Omnium enim Dominus & Seruator Christus per te prauider ea, que per te dicuntur & fiunt, vt qui in te habiter, qui es eius famulus. Beatus itaq; mansuetudine reprimens seueritatem, omnibus propè accersitis, dixit patri puellæ: Si etiam reliquis, vt tu dixisti, mercedem præbeo ex tribus & sex philibus, filiæ tuæ quantum dedi? Ille autem rursus flens vehementer, se projiciens in terram, petebat veniam. Cùm itaq; esset precatus beatus Auxentius, & crucem, quæ super baculum erat in eius manibus, misisset per vnum ex ijs, qui apud eum perfecterant, fecit cessare puellæ vexationem, & docuit omnes, qui conuenerant, non oportere non habere fidem Dei admirabilibus, quæ ab ipso fiunt in vnaquaque generatione per eos, per quos ei videtur. Patriarchæ enim & omnes Prophetæ, & similiter etiam Apostoli, erant homines, & à diuina incitati gratia, conuenienter diuino Apostolo, extinxerunt vim ignis, obstruxerunt ora leonum, & fecerunt omnia, quæ deinceps scripta sunt. Porro verò ipsa quoq; vox Domini, quæ nos adhortatur vt credamus, sic dicit: Omnia quæcunque precantes petitis, credite quòd accipietis, & erunt vobis. Benigno ergò Deo præbente quando vult & per quos vult, non oportet nos esse incredulos. Cùm itaq; vnam hebdomadam iussisset puellam manere cum parentibus, precatione armatis & ieiunio, & ipsam sanam restituisset, dimisit eos in pace, iubens vt irent frequenter ad sanctissimam ecclesiam.

Notent hec heretici, qui Sanctorum merita & miracula impudenter negant. Hebr. ii. Marc. ii.

Crebra iuramenta puniuntur lepra.

Oleo sancto curat leprofos.

Aliquot autem post diebus ascenderunt ad eum duo quidam viri laborantes elephantia, qui à Deo per ipsum petebant sanationem. Sanctus verò dicit eis: Quòdnam est vestrum peccatum, quòd hæc plaga in vos incidit? Illi autem hæc audientes, proclamarunt ad eius pedes, dicentes: Misere nostri serue Christi, & ora vt nos curemur. Respondens verò beatus, dicit eis: Hoc vobis accidit, ò fratres, propterea quòd frequenter iuratis. Sed deceterò oportet vos desistere ad iram prouocare Dominum Deum vestrum. Quæ cùm dixisset, & omnes esset ad precandum adhortatus, ipse quoq; flexis suis sanctis genibus ad aliquot horas, & effusis multis riuus lachrymarum, surgens accepit oleum sanctorum, & eos vnxit à vertice vsque ad pedes, dicens: Sanat vos Iesus Christus: Ego enim sum homo peccator. Statim autem sunt sanati, & domum redierunt cum gaudio, Deum laudantes, & ei tribuentes gloriam, & omnibus renunciantes: Vidimus hominem, qualis nec fuit in antiquis generationibus. Dixit enim nobis omnia peccata nostra: & cùm pro nobis multum ad Deum desleuisset, nos curauit vngens sancto oleo.

Sanat duas foeminas.

Rursus autem duæ mulieres ad ipsum venerunt è Phrygia: quarum vna quidem habebat coxam, percussam ab immundo spiritu: altera autem habebat legionem demonum, quæ etiam tertio à monte lapide coepit clamare & dicere: Quid mihi tecum rei est, ò Auxenti, quòd me castigans traxisti à Phrygia? Nescis me esse legionem? Sed scis rursus legionem angelorum te circumdare noctes & dies: qui quidem accipiunt tuas preces, quæ nos vrunt, & eas offerunt altissimo, per quas etiam punimur. Ecce etiam post triginta annos me separant ab hac creatura. Hæc ergò & his plura dicens, accessit proximè cellam, in qua beatus erat inclusus, & eam discepit spiritus ante fenestram, & fecit eam obmutescere. Sanctus autem cùm despexisset, & eam vidisset, iussit vni ex ijs qui aderant, ei dare manum & eam erigere. iacebat enim humi tanquam mortua. Cùm verò surrexisset, rogabat sanctum cum altera muliere, vehementer flentes & ad eius genua procidentibus, vt à Deo impetraret, vt ipsas curaret. Sanctus autem dicit eis: Vnde hæc huc venistis, & quis de me vobis dixit, quòd possim vos sanare? Quæ verò læsam habebat coxam, dixit: Ego, ò domine, huc veni per reuelationem. Quæ autem habebat legionem, dixit ei: Ego nescio, quomodo venerim. Quamobrem misere mei, quæ triginta annos vexor à legione. Earum itaque misertus beatus, cùm Deum vehementer orasset cum lachrymis, eas curauit. Illæ autem propter insignem suam grati animi virtutem, permanerunt in monte Oxeæ, in quo stabat beatus, domum non reuertentes.

Quidam verò alius paralyticus ad eum est allatus, iacens super currum. Parentes autem eius proni ceciderunt, rogantes beatum Auxentium cum magno fletu, vt eorum miseretur, & eum curaret, dicentes: Propter multa nostra peccata hoc accidit filio nostro. Sanctus autem Auxentius dixit eis: Et creditis, quòd per me humilem & abiectum potest Deus eum curare? Illi verò dixerunt: Certè angele Dei. Fuiisti enim missus

missus ad nostram salutem, & credimus omnia apud Deum esse possibilia. Sanctus autem dixit: Secundum fidem vestram fiat vobis: & accepto oleo sanctorum, cùm totum corpus eius per se vnisset, & eum sanum reddidisset, tradidit eum suis parentibus. Qui quidem abiierunt læti in domum suam, laudantes Deum & glorificantes propter magnalia, quæ fecit per sanctum seruum suum Auxentium in filium eorum vnigenitum.

Oleo sancto medetur paralytico.

Paucis autem post diebus venit mulier quædam ex Claudiopoli, filia cuiusdam cuius, quæ habebat demonem, formæ serpentis similem, vt quæ sibilaret solum, & non posset loqui, nisi vt canis: propterea quòd eam desolasset satanas. Quam cùm vidisset Dei seruus Auxentius, fleuit acerbè, dicens: Hei mihi, quomodo redactum est genus hominum in seruitutem alieni? Ipsa enim non est hoc passa propter sua peccata, sed propter multam sæuitiam & in homines malevolentiam aduersarij: & clausa fenestra cellæ, spatio trium dierum non conuenit aliquem, sed rogabat benignum Deum, vt conculcasset tyrannidem draconis. Eo autem orante in cella, coepit draco loqui, rugiens in muliere, & dicens: O ab vtero, qui te edidit, mihi infeste Auxenti, quomodo non combussisti tuam parentem, sed natus es ad mei exterminationem? Riuus enim tuarum lachrymarum me comburunt, & preces tuæ, tanquam tela arcus, discepserunt mea intestina. Non potes me separare ab hac creatura. Nam valde amo eius crines & eius cæterem, & deceterò ex ea non egredior. Compressus autem statim fuit aer, extiteruntq; fulgura & tonitrua, & valde magnus imber. Mulierem verò discerpens draco, & ei os obstruens, eam proiecit humi, ab ea egressus. Cùm fenestram autem aperuisset beatus post tres dies, vidit eam iacentem tanquam mortuam: & cum iussisset ijs, qui adstant, eam erigere, & solam reclinare, adhortatus omnes ad orationem, cùm sanctas suas manus multas horas fustulisset, clamabat cum omnibus: Gloria tibi Domine, Gloria tibi Domine, Gloria tibi Domine. Mulier autem iacebat muta, non dans homini responsum. Post preces verò iussit eam coram se adferri: & cùm dedisset ei potum ex oleo sanctorum, statim locuta est: & cùm surrexisset, ambulauit, vsq; ad suam fenestram à monte non separata, sed precibus & sancto perpetuò assidens, & Deo agens gratias, qui eam sanauit.

Mulier dæmoniaca liberatur.

Muta loquitur.

Post huius autem decem & nescio quot annos, cùm iam decessisset fidelissimus & orthodoxus Imperator Theodosius minor, imperassetq; venerandus & Christi amans Marcianus, fuit magna confusio & perturbatio circa dogma veræ nostræ fidei, sicut etiam coepimus dicere superius, cùm esset beatus Auxentius recessurus à rebus huius vitæ. Quidam enim Eutyche Presbyter & Archimandrita vnus ex monasterijs vrbis regie, conabatur renouare deliramenta & verba, quæ fuerant refutata & abolita à sanctæ & beatæ memorię episcopis, à Basilio, inquam, magno beatoq; & luminari orbis terræ, & Gregorio inlyto Theologo, & Iohanne Chrysostomo, & ijs similibus. Cùm ergò alij quidem eius dogma sequerentur, alij verò eadem sentirent, quæ Nestorius, adeò vt venirent in periculum dogmata fidei catholice, videns magnus & Orthodoxus Imperator Marcianus Ecclesiam in magna confusione & perturbatione, decernit vt Episcopi totius ferè orbis terræ venirent Chalcedonem, ciuitatem Bithyniæ.

Cùm omnes ergò conuenissent Episcopi, adeò vt essent numero sexcenti triginta, iusserunt etiam conuenire beatum Auxentium Imperator & Episcopi. Cùm autem magnus & diuinus pater noster Auxentius resisteret & nollet descendere, dicens non esse monachorum docere, sed potius doceri: hoc verò ijs solis conuenire, qui sunt honorati pontificatu: misit Imperator Marcianus quosdam ex monachis & Clericis, qui erant circumcirca, simul cum militibus, res eius cognoscentes: & iussit, vt nisi vellet sua sponte venire cum eis, inuitum adducerent. Illi autem cùm accessissent, eum maximè urgentes, nequaquam persuadere, adeò vt conuersi sint ad eum incessendum maledictis, & affirmarent eum non sapere. Conabantur itaque eum vi exturbare: sanctus autem eis cedebat, sed nondum perfecta mente, absq; superna voluntate. Nam cùm duxissent artifices ad globum, in quo erat soluendum, & totum diem permansissent, nihil potuerunt facere. Manè verò dicit eis: Dicite mihi fratres & patres, in quam re male credo: & deinde sic prouidentia Dei globus aperietur. Illi autem dixerunt: Quòd cùm pius Imperator Marcianus, pius, qui vbiq; sunt, Episcopos congregauerit ad vtilem considerationem dogmatum sanctissimæ Ecclesiæ, tu non vis venire. Seis enim eam, quæ nunc est, confusionem: cùm alij quidem sentiant cum Nestorio & schisma

R r r r

moli-

moliantur, propterea quod vocem Deiparentis auferant à casta & veneranda virgine & matre Domini: alij verò Eutyche vel Apollinaris potius tumentur dogmata, & consententur Dominum Iesum Christum non perfectè carnem suscepisse ex semine Dauid: sed visione eum fuisse hominem, prodigiosè afferunt.

Confessio  
Auxentij  
de filio Dei.

Hæc cum beatus audisset Auxentius, dixit: Ego confiteor verbum perfectè carnem suscepisse ex virgine, non experta opus nuptiarum: & ipsum adoro, vt qui sit filius vni-  
genitus: qui cum patre quidem est expers principij, quod attinet ad diuinitatem: in vltimis autem diebus ex ea visus est, quod spectat ad humanitatem. Solum enim hominem, vt nonnulli nugantur, filium Dei confiteri, est impium. Hæc cum dixisset, & eos vidisset instare, & manibus in cælum sublatis iussisset intensionem fieri precationem, non tradidit seipsum. Illis autem insultantibus, & globum dissoluere rursus aggredientibus, & nihil omninò valentibus efficere, beatus cum signasset globum, & ter dixisset, Benedictus Dominus, miti voce imperauit artificibus, & sic eius voluntate sublatis tabulis, quæ erant clauis affixæ eius fenestræ, cum eiecerunt. Adhæterunt verò iumenta & currus, vt eum collocarent, vbi vellet ascendere. Cum autem recusasset locari super iumentum, strato curru, sanctum in eo reclinarunt. erat enim imbecillus & deiectus toto corpore, ex nimia exercitatione, & maximè ex laboribus, adeò vt exiret sanies eum vermibus. Inter quos quidam, nomine Theophilus, acri fide accurrens, cum vidisset effluxisse vnguem magni digiti dexteri eius pedes, eum abstulit. Sanctus verò dolens, dixit: Frater, ego quoque sum homo, obnoxius iisdem quibus vos affectionibus, nè mihi exhibeatis molestiam. Cum autem cum magno tumultu imperarent bobus ij, qui missi fuerant, vt emouerent currum, & nihil efficere, diu animalibus manentibus immobilibus, ceperunt eos crudeliter verberare, & simulis pellem eorum sauciare. Aegrè ferens ergò beatus, cum iussisset eos cessare, & cruce, quam vt solebat habebat in manibus, signasset animalia, & eis statim imperasset, ea fecit iter ingredi.

Crucem  
nu gestat,  
& ea facit  
miraculū.

In via autem occurrit agricolis desidentibus & lamentantibus propter suas bestias, quod scilicet paterentur sicut homines, vexati ab immundis spiritibus. Misertus itaque beatus, cum omnes iussisset intentos esse orationi, & ex imo corde suspirasset, & Deo supplicasset, eas curauit. Quædam autem mulier passis capillis ei mox occurrit in via, quæ etiam ad eum attulit infantem circiter trium annorum, qui possidebatur à dæmone. Iustus verò cum eum vidisset, cepit manus extendere, & lachrymas effundere, & dicere ijs qui aderant: Nè existimetis, o viri, qui corde estis submersi, hunc puerum peccasse, & vexari ab immundo spiritu: sed hoc propter nos contigit & propter nostram conuersionem. erat enim vultus infantis ponè conuersus. Cum ergò precatus esset beatus Auxentius, & increpasset immundum spiritum, inspirans in faciem infantis, eum curauit. Egresso enim maligno & execrando dæmone, fuit eius vultus sicut prius restitutus. Cumq; eum sanum recepisset mulier, domum redijt læta, & Deo agens gratias. Rursus autem in via puella quædam, neptis Dorothei Comitis, ex peregrinatione venit eques, vexata à sauo dæmone. Quam etiam à modico spatio allisit humi immundus spiritus ex basternio. Cum autem surrexisset, scissa veste concurrat ad currum, in quo erat beatus, latrans & clamans: Quid tibi rei mecum est, Auxenti? Quid me vis? Quid me persequeris? Vtinàm abortum fecisset vterus, qui te peperit ad nostrum exitum. Ecce enim cum quatuordecim annos latuerim in hac creatura, studeo me ab ea separare. Cum autem vidisset Christi seruus, athleta Auxentius eius nuditatem, cum vexaretur à dæmone, magna ira percitus, non fuit eam loqui: sed cum increpasset immundum spiritum, clamans magna voce, dixit: Egredere immunde spiritus ex hac creatura, in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui incarnatus fuit ex spiritu sancto & Maria virgine. Stridens itaq; & eiulans dæmon, exijt protinus ex puella, cum nec ei quidem fuisset omninò permissum nugari per creaturam.

Pellit dæ-  
monem.

Item aliū.

Eius mira-  
cula præsti-  
gias vocant  
increduli.

Milites autem cum clericis & monachis, qui consequebantur ex monte, cum viderent signa, quæ per ipsum faciebat Seruator, admirabantur, & magis dubitabant, quam crederent, dicentes ei: Hæc facis, vt oculis appareant, o illufor Christi. Sanctus autem subridens, dicit eis: Ego non sum Christi illufor, sed seruus Dei, credens in sanctam eiusdemq; essentia & indiuiduam Trinitatem, consitensq; Deiparentem, sanctam & incorruptam virginem. Cum verò peruenisset ad prædium, quod dicitur Sycides, iuuenis quidam, nomine Gregorius, ex pago Lyddorum, habens spiritum immundum, ac-

cessit

cessit ad sanctum in eandem possessionem, ad eius pedes procidens, & dicens: Miserere mei serue Dei altissimi, quoniam vexor à maligno dæmone. Beatus autem Auxentius, imposita manu eius capiti, cum esset precatus, spiritum quidem non finit loqui, vt ipse autem exiret, per Christi gratiam procurauit. Malus verò dæmon egressus, latebat sub spina propter viam, vt reuertente adolescente, ad eum rursus rediret. postquam autem percussi sunt boues, & ipsi currum erant moturi, cognoscens beatus in sancto spiritu, dixit adolescenti: Adolescens, caue nè eas per viam sinistram, per quam iuisti. Illic enim à spinis est absconsus, qui te expectat, malignus: sed vade ad dexteram, Deo agens gratias, & dicens: Gloria patri, gloria filio, gloria spiritui sancto, qui locutus est per suos Prophetas.

Cum autem iam accessissent in martyrium sancti Thalelai, eum sequentes pauperes ex monte Oxæ, simul descebant & lamentabantur, & amplectebantur sancta eius vestigia. Videns verò Christi discipulus Auxentius intolerabilem luctum cordis eorum, dixit eis: Abite filij, & sedete in monte in pace, ego enim sum vobiscum. Nam etsi corpus meum abducunt, at meus spiritus est inter vos, nec vos vnquam relinquam. Atq; milites quidem hæc aegrè ferebant: pauperes autem reuersi sunt in montem, sicut eis dixit Christi seruus. Cum in curru autem venisset ad monasterium, quod erat in Phelio, repente iuuenis quidam nomine Isidorus, cepit vexari à dæmone, & clamare: Væ tibi Auxenti, qui non dedisti mihi potestatem vlciscendi impios deorum hostes, qui te suscipiunt, ad meam & meorum perniciem. Tuus enim transitus omnia sanctificauit: & fugauit ex nobis plurimos. Dixit autem ei beatus: Tace & obmutesce, qui malis gaudes, dæmon in Christi nomine. Deduxerunt ergò eum in curru virum iustum, & eum introduxerunt in ecclesiam sancti Iohannis. Stans ergò orauit horas aliquot, propterea quod non posset genu flectere ob vibices, qui erant in suis pedibus. Postquam autem impleuit suas preces, eum introduxerunt in inferius triclinium, vndique clausis ianuis. Eo verò intus precante, foris fuit curatus Isidorus, qui vexabatur à dæmone.

Isidorus dæ-  
moniacus,  
sanus fit.

Quædam autem mulier, vxor Maximiani Aurigæ, putans beatum Auxentium esse in monte Oxæ, venit, ferens oneratis animalibus oleum, vinum, panem, caseum, legumina, stupam & ceram. Et magno quidem dolore est affecta, cum sanctum virum illic non inuenisset. Distribuit verò omnia pauperibus, qui in eo loco persecrabant. Eius enim puella, quæ vexabatur ab immundo dæmone, ab ipso affecuta fuerat curationem: & beato viro valdè erat dedita. Mirata ergò, quod vi propemodum deductus fuerat à monte, & degeret inclusus in monasterio, quod est in Phelio, venit illuc meditans eloquium scripturæ, quod dictum est in pulcherrima Sapientia Solomonis, & impletum in vita sanctissimi patris nostri Auxentij: Examinemus iustum, quoniam inutilis est nobis, & aduersatur operibus nostris. Nam cum condemnasset eum tanquam maleficum, incluserunt, non concedentes, vt quisquam eum conueniret. Cum fidelissima ergò huic foemina beatum videre non licuisset, aut eum conuenire, abiit flens domum, & marito suo omnia renuncians. Constantinus autem Dux exercitus & Artabius Comes, qui soliti erant venire ad sanctum virum, venerunt vbi erat, vt fruerentur solita vtilitate. Qui cum eum conuenissent, & ab eo consecuti essent benedictionem, rogauerunt nè daret occasionem ijs, qui malè sentiebant: sed spe in Deum omnia quidem probaret, quod bonum autem est teneret, ad vniõnem & concordiam sanctissimæ & catholicæ Dei Ecclesiæ. Sanctus autem dicit eis: Fiat voluntas Dei sicut in celo & in terra. Rogauerunt verò beatum, vt aureos aliquot acciperet, qui dedita opera ab eis adferebantur. Ille autem id non sustinuit, dicens eis: Pauperibus, qui sunt in monte Oxæ, & fratribus meis in Domino, eos date. Ego enim habeo omnia, & abundo per gratiam Dei. Valdè verò magna sunt ex hac re affecti molestia, qui erant in loco Monachi. Sed illi quidem Christi amantes impleuerunt, quod eis fuerat mandatum. Plurimi autem cum decæterò audiissent, beatum de monte esse deductum & illic degere, eò venerunt.

Sap. 2.

Vir sanctus  
post tot mi-  
racula, in in-  
feria afficitur.

1. Theff. 5.

Cum verò ad eum accessissent Monachi monasterij, rogabant tentantes, quare non comederet. Ille autem dixit eis: Quoniam experimentum queritis Christi, qui in me loquitur, qui non est infirmus, sed potens in nobis, scriptum est: Non in solo pane uiuet homo, sed in omni verbo, quod egreditur per os Dei. Quodam itaq; die aperuerunt

2. Cor. 13.  
Deut. 3.

R r r r . 2

runt

Diuinitus  
alitur.

runt domum, in qua erat, & posuerunt in ea sportam betarum, & sportam dactylorū, & sportam diuerforū bellariorum, omnia autem certa mensura: & eum rogabant, vt ex eis sumeret. Cū itaq; candelam fecissent, & puerum apud eum manere iussissent, inluserunt eum vna hebdomada. Et candelam quidem inuenerunt non consumptam & ardentem: puerum verò rogāruēt, quidnam faceret, & videntem aleretur. Is autem dixit eis: Cum eo quidem vidi glorificantium multitudinem: quinetiam ingredientem columbam & eum pascentem. Vermes autem, qui cadebant è suis pedibus recolligens, eos rursus imponebat vlceribus. Quoniam autem puer à sancto iussus nemini dicere, quæ viderat, rursus coactus fuerat effari, febre arreptus, vno post die decessit.

Monachi  
valde ho-  
spitales.

Cū hæc autem facta essent, deductus fuit à Monachis & Clericis, & quibusdam alijs viris præclaris ad Ruffinianas, prope sanctos Apostolos, in monasterio beati Hypatij, illic iussus agere silentium. Cum magno verò gaudio eum exceperunt, qui illic erant Monachi cum eorum Præfecto, viro vndiquaque optimo & gratia Dei dignato, vt qui esset Christi discipulus. Ab illo autem tempore non clausurunt fores monasterij, propter multitudinem eorum, qui affluebant, partim ex hac regione, partim autem ex longè beatissima Constantinopoli: sed omnes benignè excipiebant promptoque & alacri animo, plurimas accipientes oblationes: magnum verò propter victum facientes apparatus, ad eò vt fieret illud monasterium tanquam Abrahamæ tabernaculum. Omnes enim ferè, seu dignos seu indignos, tanquam angelos Dei accipiebant. Beatum autem Auxentium cū in alto triclinio cancello inclusissent, rogabant vt oraret pro mundi & ipsorum salute, omne ei ministerium, & ijs, qui ad ipsum concurrebant, impigrè offerentes, propter cuiusvis boni operis à Deo promissam remunerationem.

Multos cur-  
rat Auxen-  
tius.

Multi enim, qui immundos habebant spiritus, & lunatici, infirmi que & paralytici illic affidebant, & illic curationem petentes per seruum Dei Auxentium, omnes curabantur. Vnde etiam quædam Comitissa, cū de hoc beato audiisset Auxentio, contendit venire & eum adorare. Chalcedone ergò venit, equo vecta. Et cū fuisset prope sanctos Apostolos, descendit ex equo, & pedes venit in monasterium. Cū autem esset ascensura, vbi erat beatus, rupta veste & abiectis ornamentis suis, coepit clamare: Quid mihi rei tecum est, Auxenti Vermipes? pulchrè abscondebatur in eius intestinis: & ecce me eduxisti post viginti annos. Eam enim ingressus sum, cū esset duodecim annos nata, nec me cognouit quispiam ad hoc vsque tempus, & me inuitum ab ea separas. Signifer verò & magnus pater noster Auxentius, cū increpasset malignum & immundum spiritum, & iussisset eum obmutescere, & è creatura non erumpere, à Deo supplex petijt, vt faceret suam cum ea misericordiam. Cū autem dedisset ei de olco sanctorum, & eam ieiunare iussisset quadraginta dies, sanam eam dimisit Christus, eam curans per eius orationem. Multa verò præbuit pauperibus & monasterio sancti Hypatij.

Comitissa  
demonem li-  
beratur.

Post hæc autem pius Imperator, misso dromone ex Hebdomo, quòd illic esset Proccensus, ad se accersijt beatum Auxentium: & cū eum vidisset toto corpore afflictum ex exercitatione, magnam in eum ostendens reuerentiam, dicit ei: Scio te esse Dei seruum, domine Auxenti, & debes consentire sanctæ & œcumenicæ Synodo ad hoc, nè tu fias author offensionis ijs, qui eam volunt admittere. Sanctus autem respondens, dicit Imperatori: Quis sum ego canis mortuus, quòd vt cum sanctis pastoribus connumerer, iubet tua potentia, qui non recuso pasci, & doctrina egeò? Imperator verò postquam plurima cum eo esset locutus, dixit: Considera quid expediat, & nè nos afficiat molestia. Nam nec nos quidem quidquam præter id, quod oportet, sed vt decet, ad sanctissimæ Ecclesiæ vnionem, & non destructionem, Concilium congregauimus. Hæc cū dixisset Imperator, & preces ab eo petijisset, eum dimisit. Cū verò venisset beatus Auxentius in monasterium sancti Hypatij in Ruffinianis, & vidisset illuc magnam affluxisse multitudinem, coepit omnibus præcipere, vt abstinerent à theatris, vt quæ essent causa impudicitiae, adulteriorum, & falsi testimonij, periurijq; & blasphemiae, & omnium denique, quæ sunt prohibita & Deo minimè placent: sincerè autem credere in sanctam, & quæ est eiusdem essentiae Trinitatem, & confiteri Dominum nostrum Iesum Christum suscepisse carnem ex sancto spiritu & Maria semper virgine & Dei parente, & assidere sanctissimis ecclesijs, in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus. Quidam verò ex multitudine, qui accesserant, febricitantes & horrentes, dignati contactu eius manūs,

Tactu ma-  
nūs suæ cur-  
rat febrem.

Imperator  
loquitur  
cum Auxen-  
tius.

manūs, sani sunt redditi. Ei autem significatum est adesse puellam quandam recens nuptam, quæ in thalamo correpta fuit ab immundo dæmone, & se diuellit & comedit. Sanctus verò cū eam iussisset ascendere, dixit lachrymans: O malam vestram phalangem, quæ generi hominum semper insidiatur. obmutefce maligne spiritus, & egredere è Dei creatura, sine perturbatione & vlla iniuria. Perindè ergò ac si in soporem esset resoluta puella, ab ea recessit dæmon. Cū autem surrexisset, abijt rursus sana in domum suam, lætans & Deo gloriam tribuens.

Dæmonem  
è puella iu-  
bet abscer-  
dere.

Cū verò rursus mittens Imperator eū accersijisset, rogauit an assentiretur sanctæ Synodo, & cum sancta communicaret Ecclesia. Dixit autem beatus: Quomodo possum communicare, si non confiteatur esse Dei parentem semper virginem? Dixit ei Imperator: Si videris, quæ sunt rectè confirmata & stabilita à Synodo ad destructionem reliquarum hæreseum, tū ne quoq; assentieris? Respondit sanctus: Si nihil agressa est hæc sancta Synodus, quod tendat ad euertendum Concilium trecentorum decem & octo patrum, qui erant Nicææ, sed perfectam enunciauit carnis susceptæ œconomiam Seruatoris nostri Iesu Christi, & quæ conuenit virgini Dei parentis, vocem non rursus abstulit, communico & assentior, Deo agens gratias & vestræ pietati. Hæc cū audijisset Imperator, osculatus est venerandum & sanctum eius caput: & sic deindè iussit eum cum maximo honore venire in magnam & sanctissimam Dei Ecclesiam. Quamobrem magna eum populi consequebatur multitudo. Significans autem Imperator Archiepiscopo Constantinopolitano, quæ ab eo dicta fuerant, iubet ei legi omnia, quæ à sancta Synodo fuerant definita.

Qui cū diligenter & accuratè acta legisset, & persuasum habuisset, quòd Dei voluntate, quæ aduersus Nestorij impias nugæ, & Eutychis manifestum furorem decreta fuerant, sancta confirmauit Synodus: quando quidem illa quidem direxit aciem aduersus eos, qui negabant essentiam vnigeniti Dei filij: hæc autem aduersus eos, qui infirmant & conuellunt Dei œconomiam, dicendo quòd cū Deus esset ex Deo, Dei filius, coæternus & eiusdem essentia, & similiter atquè pater carens principio, in vltimis diebus nostræ vnitus natura, carnem suscepit immutabiliter, inconfusè, indiuiduè. Nam cū quidam planè emotæ mentis, quæ propter nos facta est, Seruatoris dispensationem ausi essent corrumpere, humanæ naturæ susceptionem putantes esse visionem: quidam autem celeste corpus Dominum detulisse prodigiosè asererent: alij verò duarum, quæ definiuntur, naturarum commixtionem & confusionem, & alij mutationem Deum passum esse nugarentur, reliqui autem virginem Deiparentem nominare recusarent: qui in hac magna & Œcumenica Synodo erant sancti patres, omnium, quos antè scripsimus, euertentes hæreses, non ex suis syllogismis, sed ex diuinis scripturis, & præclaris, qui antea fuerunt, doctoribus, magnum pietatis mysterium obsignantes, confirmauerunt vnicum & vnigenitum Dei filium, conuenienter fidei trecentorum decem & octo sanctorum patrum, propria sua natura esse inaccessum: hoc enim labefactant Arriani, aduersus quos fuit illa Synodus Nicæna: & quæ postea fuit in vrbe regia, Synodum 150. Patrum aduersus Macedonianos, vt qui cum spiritu sancto pugnant, scripturæ testimonijs munitam comprobauerunt: & decæterò aduersus eos, qui abolebant Seruatoris nostri Iesu Christi œconomiam, vt qui visione & non veritate esset incarnatus, & nudum esse hominem, qui natus erat ex sancta virgine & Deiparente Maria, nugati fuerant: aduersus eos, inquam, vacarunt, & ex synodalibus beatissimi Cyrilli Alexandrini, & Leonis sanctissimi Archiepiscopi Romani, & omnium, qui fuerunt eis similes, vt quæ beatiss. Petri conuenirent confessioni, congruenter ei, quod est, Tu es Christus filius Dei viui: excelsum quandam columnam meritò erexerunt, ad Math. 16. confirmanda recta & vera dogmata. Nam & aduersus eos dirigunt aciem, qui œconomia mysterium conantur distrahere in duos filios, & eos, qui patibilem vnigeniti filij Dei audent dicerent diuinitatem, expellunt à sacro cœtu: & ijs resistunt, qui duarum naturarum in Christo inducunt confusionem: & eos, qui celeste corpus aut alicuius alterius essentia dicunt esse ex nobis ab eo acceptam serui formam, tanquam delirantes eijciunt: & eos, qui duas quidem Domini naturas fabulantur ante vnionem, post vnionem verò, vnam, feriunt anathemate: vnum & eundem filium concorditer confitentem, Dominum nostrum Iesum Christum, perfectum in diuinitate, & perfectum in humanitate: Deum verè, vnum & eundem: & hominem verè, ex anima rationis com-

Vides &  
scripturis,  
& Patrum  
sententijs  
vsam tantā  
Synodum.

pote & corpore: qui est eiusdem essentiae, cuius pater, quod attinet ad diuinitatem: & eiusdem essentiae, cuius nos, praeter peccatum, eundem, quod ad humanitatem: ante secula quidem natum ex patre, in ultimis autem diebus, propter nos homines & propter nostram salutem, ex Maria virgine & Deiparente, quod attinet ad humanitatem: vnus & eundem filium vnigenitum, & Dominum Iesum Christum in duabus naturis, inconfuse, immutabiliter, indiuidue: qui pie cognoscitur & adoratur ab omnibus fidelibus: quoniam sanctus quidem Iohannes conscribens principium Euangelij, dixit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Sanctus vero Matthaeus: Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham: & ijs conuenienter, qui postea secuti sunt sancti Patres, diuinitatem & humanitatem vnus filij Dei docentes, tradiderunt omnibus: quomodo etiam dicit diuinus Paulus: Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus ad euangelium Dei, quod prius annunciatum fuit per Prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo, qui factus fuit ex femine Dauid secundum carnem: definitus filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri. Qui etiam rursus dicit reuerentius: Quoniam enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et haec interpretans, subiugit: Quomodo enim in Adam omnes moriuntur, ita etiam in Iesu Christo omnes viuificabuntur. Haec ergo cum legisset & admisisset beatus, in diuina satisfactione & spiritali intelligentia assensus, abiit Ruffinianas. Non oportet autem nos ex ignorantia maledictis insectari aut calumniari hanc sanctam Synodum: sed potius, quod manifestum est & verum agnoscere admittere.

Itaque cum sancti quidem Patres haec concorditer in Synodo declarassent & definiissent, & vnusquisque ad suos reuerteretur, noluit beatus Auxentius redire ad priorem montem, sed in alium asperiores & altiores, propiores autem Ruffinianas, nomine Scopem, rogauit eos, qui conueniebant, ipsum deducere. Sicque in priori habitu eius desiderium implentes, cum fratribus, qui erant ex monasterio, in quo est versatus, cum psalmis & hymnis & canticis spiritalibus, eum deduxerunt: & cum globum ex lignis fecissent, tanquam auem sublimem volantem, ipsum in eo incluserunt, vniam solam sinentes fenestram, ad conueniendum eos qui accedebant, eo ritu quo prius. Quibus bene precatus, & vnumquemque osculatus, omnes dimisit in pace, relictus rursus, tanquam passer solitarius supra tectum, Deo agens gratias propter consuetam quietem & glorificationem.

Non alienum autem existimamus atque adeo vtile, singulatim narrare, quae hinc ei contigerunt tentationes ab immundis & malignis spiritibus. Vna enim nocte eo orante, accedentes demones innumerabiles, diuersarum visionum species praeseferentes, strepentes, rugientes, minantes, non potuerunt mentem eius terrere. Cum eum ergo plagis affecissent, putabant fore, vt se deturbaret per fenestram, cum vi magna tumultum edentes, & seipsos magis quam illum conturbantes, inconditis vocibus exclamantes: Quid tibi cum nostris desertis? Recede a rebus nostris, male enim es periturus. Sed beatus Auxentius fortiter ferens, crucis figuram in eos exprimens, reddidit imbecilliores. Cum fuisset autem mane, vt Deo placuit, ex sepe dicto emporio Ruffinianarum, & eo, quod illic erat, monasterio, accesserunt plures monachi & mundani, vt benedictionem ab eo consequerentur, & fruenter pulcherrima eius contentione. Cum vero propter nimiam immundorum spirituum afflictionem vix tandem eis aperuisset fenestram, & verbis vsus esset apud eos consolatorij, rogauerunt causam tantae imbecillitatis. Cum is autem dixisset, non esse afflictionem corporis, sed diabolicam operationem, id cognoscetes, qui aderant, siluerunt. Frequentius autem accedebant ad eum visitandum, maximè qui erant ex monasterio. Nos vero, ne in immensum cresceret oratio, reliquas tentationes, quae in priori monte & in hoc factae sunt in eum, narrare recusauimus. In angelum enim lucis mutatus malignus, vt dicit Apostolus, putabat se eum decepturum, sed non facile capi poterat beatus: sed pulchre resistebat, cum esset valde peritus doctrinae diuinarum scripturarum. Vnde etiam ijs, qui ad ipsum conueniebant ex clarissima Constantinopoli, & reliquis eius loci hominibus, erat valde mitis & placidus, & ad eos consolandos accommodatus, vt si quis alius: omnes aduocante eius verborum virtute, & eius fama trahente eos etiam, qui procul erant remoti.

Vt

Vt ergo consueuerat, eos qui mane veniebant, dimittebat post horam tertiam: & qui postea, post sextam. Non sinebat autem in ocio considerare eos, qui accesserant: sed erant intus cum ipso, dum ipse legeret aut oraret. Conueniebat enim sine intermissione ad ipsum multitudo, maximè ex Ruffinianis & reliquis emporijs, propter eius beneficia, quae accipiebant per curationem eorum, qui aegrotabant & laborabant. Multi enim gratia Domini nostri Iesu Christi, dum ipse illic esset, curati sunt demoniaci: & quotidiè, vt semel dicam, curabantur. Quosdam autem versus ex duobus aut tribus dictis, valde iucundos & viles, cum simpliciori & minus curioso ritu descripsisset, faciebat omnes eos psallere. Nam cum primus sepe dictus esset per successionem, rursus quoque iussu beati incipiebant alterum: & deinde post secundum, tertium, & reliquos ordine. Consentaneum autem fuerit eorum, quoque dicta inserere narrationi, ad eorum, qui legunt, vtilitatem. Sunt vero haec: Mendicus & pauper laudamus te Domine. Gloria patri, gloria filio, gloria spiritui sancto, qui locutus est per Prophetas. Cum eo autem exercitus in caelis hymnum emittunt, & nos quoque, qui sumus in terra, glorificationem: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus. Plenum est caelum & terra gloria tua. Et deinceps: Creator omnium, dixisti, & facti sumus: mandasti, & creati sumus. Praeceptum posuisti, & non praeteribit. Seruator, agimus tibi gratias. Et rursus: In anima afflictia tibi procidimus, & rogamus te Seruator mundi. Tu es enim Deus eorum, qui agunt poenitentiam. Et rursus: Qui sedes super Cherubim & caelos aperuisti, miserere & serua nos. Deinde: Exultate iusti in Domino, intercedentes pro nobis. Gloria tibi Christe, Deus sanctorum.

Atque multitudo quidem eorum, qui aderant, tam diuinitum quam pauperum, & tam virorum quam mulierum, seruorumque & liberorum, ex cantico, a vana gloria alieno, a beato definito, haec psallebat numerosè: alij quidem eorum vsque ad horam tertiam, & dimittebantur in spiritali exultatione: alij autem perseuerabant vsque ad horam sextam. Ipse vero decetero per se eis acclamabat finem hymnorum trium puerorum, Ananiae, Azariae, & Misael, qui sunt in Propheta Daniele: Benedicite omnia opera Domini Domino: respondentibus omnibus, Laudate & superexaltate eum in secula. Cum autem hymnum implisset, conuenienter gratiae Dei, qui ipsi aderat, eos qui aderant consolabatur, sic dicens:

Omni tempore propter facultates & copias, in astutijs & negocijs rerum, quae ad hanc vitam pertinent, corpus consumentes, debemus etiam propter res spirituales aliquam partem tribuere glorificationibus, vt Dominus Iesus Christus, & nostra opera dirigat, & vitam nostram aedificet. Oportet ergo menti nostrae, quae ita est occaecata, vt neque diuinarum scripturarum doctrinam admittat aut intelligat, adhibere ducem piam rationem, & praecipue timorem Dei, qui recte suo fungitur officio per frequentem orationem, ad hoc, vt relictis rebus terrestribus, & in quas cadit interitus, suspiciat. Qui enim est animo perspicax, & mente eruditus, non corporeis solum mandat oculis inspectionem eorum, quae cernuntur: sed animae quoque, atque adeo multo magis, oculis intueri considerationem eorum, quae non cadunt sub aspectum: eorum quae intelligentia percipiuntur, contemplans quidem sine errore substantiam: fugiens autem errantem & improbam vitae affectionem, & sensus diligenter exercens ad boni & mali discretionem. Homines enim, qui a cura & studio eius, quod est verè bonum, defecerunt ad amorem corporum, in inanimam pecuniae materiam, quae lapsa est per auaritiam, estque inanis & superuacanea, & in ventrem omne suum studium posuerunt. Vnde nobis quoque verus lapsus contigit. Qui ergo ab his defecimus, erigamus animum ad ea, quae sunt diuiniora. Fruamur illa magnificentia, quae est supra caelos quidem elata, promissa est autem omnibus electis: & nihil mali patiamur a lapsu affectionis, sed efficiamur digni bonis aeternis. Deus enim nos fecit libero arbitrio praeditos, neque seruientes ulli externae necessitati: sed liberè nostro arbitratu eligentes, quod nobis placet. Hanc enim calamitatem, qua nunc tenetur humanum genus, fraude induci attraximus, non a Deo factam. Deus enim mortem non fecit, neque delectatur interitu viuorum: sed quodam modo nos homines sumus mali creatores. Quomodo enim lux Solis est communiter proposita omnibus, quibus adest vis videndi: potest autem, si velit quispiam, claudens oculum, separari a dono lucis: non quod Sol in illo effecerit tenebras, sed quod radij splendorem auersatus, tenebras sua sponte attraxerit: & quomodo si quis

Rrrr 4

domini



domum sibi construens, nullum luci aditum præbeat intrinsecus, obscuram domum efficit: Ita nos quoque in natura habentes bonum & honestum, nostro arbitratu innovamus, quæ sunt præter naturam, nostra sponte malorum experientiam, in boni & honesti auersione, electione nostra & instituto fabricantes. Malum enim extra propositum, propria substantia consideratum, nullum est in rerum natura. Quidquid enim à Deo creatum est, bonum est: & omnia quæcunque fecit Deus, sunt valde bona. Sed quoniam eo modo, qui dictus est, peccare vitæ nostræ fuit excogitatum: & consequenter ex parua occasione in nos maximum est effusum vitium, ad eò vt diuina illa animæ pulchritudo, quæ facta erat ad imitationem primariæ, tanquam ferrum est nigrescens rubigine vitij, non amplius nobis propria à natura ad imaginem conseruata gratia, sed ad extremum peccati transformata, vt propterea nobis perierit dignitas incorruptionis, quæ est secundum imaginem: debemus omni studio à mortuis operibus recurrere ad opera vitæ per pœnitentiam, vt nostram recipiamus naturam summo Dei munere. Si ergò à nobis expurgemus sordes, quæ à vitio inuruntur, & quæ latent in anima, illustremus pulchritudinem, tunc fit intra nos regnum Dei, & est intra nos.

Per pœnitentiam reformatur natura peccato deprauata.

Hoc autem dicens, ostendit quòd bonum Dei non est separatum à nostra natura, qui liberum habemus arbitrium: sed est in vnoquoque ignoratum quidem & latens, quando à curis & voluptatibus huius mundi suffocatur: inuenitur autem & cognoscitur, quando ad illum solum nostram conuerterimus cogitationem. Hoc enim etiam in drachmæ, quæ perijt, inquisitione nobis Dominus ponit in Euangelijs. Si enim accensa lucerna nostræ cogitationis, quæ latent & perijt, drachmā inquisierimus, sub stercore eam omnino inueniemus. Stercus verò intelligere oportet sordes carnis. Quibus ablatis, & per bonæ vitæ curam ac studium repurgatis, fiet manifestum quod queritur: & cum inuenierit anima, quæ est per boni priuationem vidua, id quod perierat, gaudet gaudio ineffabili: & ad talis lætitiæ societatem cõuocat omnes vicinas, nempe proprias facultates per sensus, dicens: Mihi cõgratulemini, quoniam inueni drachmam, quam perdi: hoc est, id, quod erat ad Dei imaginem, quod perdi per peccatum, recepi autem per pœnitentiam. Si est ergò hæc intelligentia eius, quod queritur, inuentionis, nempe diuinæ imaginis restitutio, quæ nunc est absconsa in fordibus animæ, studeamus illud fieri, quod erat protoplastus in prima eius vita: nudus quidem ab amictu mortuarum pellium, reuelata autem facie & libera gloriam Domini specularans. Per quam ergò rationem extra paradysum eiectionis sumus, expulsi simul cum primo pariete, per contrariam ascensionem licet nobis reuerti ad antiquam beatitudinem. Nam tunc quidem voluptas, quæ ingressa est per deceptionem, dedit initium lapsui. Nunc autem vitæ puritas, per doctrinam Christi mādatorum & curam bonorum, nos illic rursus restituit. Sed quoniam est paradysus viuendum, & purum habitaculum, nos verò carnales & mortales & sorditati peccatis: nec in hac regione esse possunt, qui mortis tenentur potestate: necessè est modum aliquem & rationem inuenire, vt cum fuerimus extra hæc potestatem, acquiramus ciuitatem, quæ potestatem mortis non extimescit, vt æternis quoque bonis fruamur.

Luc. 15.

Cum hæc & his plura beatus diceret Auxentius, ex ijs, qui conuenerant, non solum viris, sed etiam fœminis, plures diuino amore fauciati, volebant renunciare rebus mundanis & malis, & per ipsum Christo Domino adherere. Ille autem eos magis admonēbat, vt vitam suam corrigentes, dispensarent eas, quas habebant, facultates: & non in presentia quidem bonum & honestum expetentes, postea verò labētes, reuenterentur tanquam canis ad vomitum, nempe rursus ad imbecilla & egena huius mundi elementa. Cum maxima enim cautione & non leui consideratione oportere eum, qui vult ad præclarum hoc opus accedere, tanquam iam moriturum, & simul expellentem omnem voluptatem corporis. Deinde panibus de more distributis, sicut in priori monte, omnes dimisit. Quidam autem ex eis stabiliori armati cogitatione, illic perseuerabāt, quæ quotidie illic suppeditabatur, contenti benedictione. Si quis enim volēs aliquid ad sanctum afferret, nihil accipiebat præter oleum & ceram: iubebat autem id rursus dari mancipi, qui illam faciebat suppeditationem. Plurimi enim ex ijs, qui morbis aliquibus laborabant, & qui egebant, illic permanebant, vt quibus subueniretur per beneficentiam eorum, qui accedebant. Maximam verò molestiam & plurimum laborem sustinebat ab ijs, qui erant dæmoniacy: ad eò vt quosdam ex eis (non enim omnes, sed eos, qui erant digni) per suas preces curauerit Dominus.

Nihil ab ali quo accipit, præter oleum & ceram.

Quòd

Quòd autem rei faciendæ & pecuniæ amplificandæ nullam haberet rationem, verè sciet, tam qui legit, quam qui audit, quòd cum post eius decessum deberet pistori plusquam centum numismata, admonitus ab eius successore & discipulo, de quo suo loco dicitur, quidam Christi amās & pius ea soluerit. Aemulantes autem & beatam ducentes quidam hanc diuinam eius vitam, negocium ei exhibebant, vt ab eo initiarentur & consecrarentur eius habitu. Cum itaque dedisset tunicam ex pilis contextam aut pelliceam ex ijs, quibus erat indutus, precabatur dicēs: Vade frater, quòd te ducet Dominus. Inter quos ex numero eorum, qui illic perseuerabant, Basilius quidam nomine hoc perijt. Cum largus ergò esset beatus & fratrum valde amans, ei benè precatus, & data quam induerat pelle ouilla, eum dimisit. Ille autem longius abiens ad viginti millia, cum in quodam colle curasset cellam sibi ædificari, illic habitauit. Post aliquod verò tempus accedentes dæmones, eum ad eò inuasere, vt eum propemodum fecerint expirare. Ad quem cum qui ex locis, quæ erant circuncircæ, venerāt ijs, qui pascebant pecora, abijissent, & consuetas eius preces, dum sepe clamassent, non essent assecuti, cellæ fenestra vi aperta, vident eum mutum & pronum iacentem: & existimantes eum esse mortuum, rursus accurrentes, suis renunciarunt. Qui cum ascendissent, inuenerunt eum ferè semimortuum, & nec valentem omnino loqui, sed solum parum respirantem. Cum autem corpus eius vidissent fauciatum, curru citò allato, eum in ipso imponunt, & ducunt ad beatum Auxentium. Qui cum post horam nonam despexisset fenestra, & eum vidisset, voce dixit apertiore: Frater Basili. Cum is ergò eum vocasset, & ille non exaudisset, tertio magna vi clamauit: O, tibi dico frater Basili. Cum is autem citò assedisset, dicit ei: Surge, accipe potestatem aduersum tentatorem, non amplius timens improbos & imundos dæmones. Iussit itaque eum surgere, & sumere venerandum corpus & viuificum sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & statim rursus reuerti in suum locum. Qui cum abijisset, & hoc modo non amplius fuisset tentatus, & se tribus annis fortiter exercuisset, in pace migravit ex hac vita.

Basilius, discipulus Auxentij, valde ceditur à dæmonibus.

Sed post eius aduentum monachis & mundanis, qui aderant, & omnibus reliquis dixit beatus: Dæmones hominibus inuidentes, o fratres dilecti, perpetuo machinantur nobis esse impedimento in bonis operibus, & maximè in temperantia & continentia, humilitateque & beneficentia, orationeque & silentio, lenitateque & patientia, paceque & tolerantia, & charitate in proximum, qua nihil est maius. Obijciunt enim ijs quidem, qui volūt esse temperantes, diuersas quasdam & inter se discrepantes species, & corporis titillationes: quomodo etiā abstinentibus, ventris appetitiones: & ijs, qui volūt humiliter de se sentire, vanam gloriam: ijs autem, qui in animo habent benefacere, suorum potius curam: ijsque, qui orant, & agunt silentium, diuersas animi perturbationes & multitudinem veterum negociorum: ijs verò, qui se in lenitate exercent & tolerantia, opponunt animi angorem atque timiditatem, & omnem suam improbitatem: paci autem & patientiæ, odium & malevolentiam, per quam perdit eam, quæ est in Christo, charitatem, & omnes, vt semel dicam, fructus sancti spiritus, quos enumerauit Apostolus, Galat. 5. stolis, per contraria conantur euertere. Sed qui sunt muniti gratia Domini nostri Iesu Christi, permanent immobiles. Quamobrem non est mirandum, quando nos plagis conscindunt. Quando enim per cogitationes & reliquas corporis perturbationes non possunt nos deturbare, tunc per se exercitatorum terrent petitionem. Qui sepe simile signo crucis repressi, desunt se esse victos. Nos ergò nē cedamus, & illi deijciuntur: Nos resistamus, & illi euertuntur: Nos Dominum inuocemus, & dissipatur vniuersum eorum consilium. Est enim stadium, certamen & martyrium, vita cuiuslibet Christiani, qui vult ingredi conuenienter præceptis nostri Seruatoris: & maximè eius, qui est insignis in vita monastica, vt dicit Apostolus: Non est nobis colluctatio aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus principes tenebrarum mundi huius. Præcipio autem vobis, dicens, induere armaturam Dei, vt possitis resistere insidijs diaboli, & loriceam fidei, & galeam salutis, & gladium spiritus docet ipse nos possidere: vt per hæc inuicta arma, quæ non cadunt sub aspectum, resistamus cogitationibus, quæ videri nequeunt, & per eas inimicis, quomodo dicit: Cogitationes destruentes & omnem altitudinem, quæ erigitur aduersus Dei scientiam, & omnem cogitatum captiuantes ad Christi obedientiam, qui semper vincit in nostra imbecillitate diabolicam audaciam, & non permittit nos tentari supra id quod possu-

Dæmones, vt nos operantur, pugnet vniuersis modis.

Galat. 5.

Signo crucis vincuntur dæmones.

Ephes. 6.

Ibidem.

2. Cor. 10.

1. Cor. 10.

posu-

possumus, sed præbet euentum per tolerantiam, vt nos possumus sustinere. Nam absque eius auxilio nos infirmi & imbecilli, & quibusuis volucris & pecudibus captu faciles. Dignati autem eius auxilio, qui imbecilli, fortes: qui abiecti, gloriosi: qui terreni, cælestes: qui mortales, immortales reddimur per multitudinem eius miserationum, & æterni regni heredes efficiamur.

Cum satis ergo vtilitatis percepissent, qui germanè audiebant, læti descenderunt, gratias agentes vniuersorum Domino nostro Iesu Christo. Porro autem hoc quoque præcipiebat beatus, vt non solum die Dominico, sed etiam die parasceues singulis hebdomadis feriantur, si posset fieri: maximè quibus quotidianus victus abundè suppetit: hunc quidem in ieiunio & precatione, propter passionem Seruatoris: illum autem in conuiuio & sacramentorum participatione, propter eius resurrectionem. Quamobrem si quando contigisset ipsum habere operarios, aut etiam eius successorem, de quo suo loco dicemus, hos duos dies iubebant feriari: die quidem parasceues cum impensis mercedem quoque præbentes, Dominico autem solum impensas. Illucescente verò die sabbatorum, familiares suos cum ijs, qui inueniebantur, Pater iubebat tota nocte vigilare. Cum de more ergo in quadam nocturna vigilia ipse intus precaretur, & reliqui foris permanerent, aperta fenestra beatus, cum Benedictus Dominus Deus, ter vehementer dixisset, & suspirasset, & caput in terram inclinasset, dicit: Quod erat in Oriente luminare, ô fili, Simeon pater noster dormijt. Cum ij autem propter psalmodiam non sensissent, quod dictum fuerat, valdè flens beatus, rursus dicit eis: Sanctus pater noster, Ecclesie columna & firmamentum Simeon, requieuit, & nulli culpæ affinis & munda eius anima, me inutilem & sordibus inquinatum, non est dedignata præteriens salutare. Hec cum audissent & valdè essent percussi, non potuerunt respondere, sed siluerunt, signantes noctem, in qua hæc dicta fuerant. Cum autem paucis post diebus hoc ad pium Imperatorem Leonem in principio sui imperij relatum esset, & omnibus id esset notum, diligenter scrutati qui audierant, inuenerunt fuisse certum, quod sanctus dixerat, vt quod diuina gratia prædixisset per reuelationem in consummatione sancti Simonis. Valdè ergo obstupefacti & Deum glorificantes, in hoc quoque docti suere, Deum posse omnia.

Quod verò hæc à nobis, non sola motis coniectura, dicta sint, sed quæ accuratissimè didicimus ab vno ex eius ministris, ea etiam persecuti sumus. Nemo ergo dubitet. Nam qui nos de hoc instruxit, erat quidem lingua barbarus, vt qui esset ortus ex Myfia, mente autem honestissimus, vt qui perseuerans apud beatum Auxentium, non vinum biberit, non oleo vsus sit, non pulmento, non fructu, non denique villo alio. Nam præter panem & aquam & semina, quæ non coquebantur, eaque non ad satietatem, quauis ferè nocte, nihil comedebat aut bibebat. Interdiu autem paruas quasdam cruces ex siliquis valdè elegantes, suis manibus assidue faciebat. Qui autem ascendebant, eas accipiebant gratia benedictionis. Ipse nobis hæc ore suo significauit, qui etiam, postquam dormijt beatus, cum moribus loco quoque successit. Rursus ergo pluribus congregatis, & prædicta consueta regula hymnum dicentibus, cum beatissimus Auxentius aperuisset fenestram, & vt consueuerat, precum finem fecisset, respondens vnus ex ijs, qui aderant, dixit: Rogo te Domine, benedic & precare, quod cum tribus mensibus vnâ pro mercede menstrua ouem accipiam, ea perdita, frustror mercede vnus mensis: ad macellarium enim ferèbat, quæ macerentur. Ad hæc subridens, respondit beatus: Mihi hoc dicis, vt qui sim solitus diuinare, aut qui greges possideam? Ille dixit: Nequaquam, sed adoro te, vt ores, & inueniatur. Deindè cum paululum intermisisset, Alypius quendam clara voce, vt solebat, beatus accersijt. Cum duo ergo inuenti essent eiusdem nominis: Tibi, inquit, dico, qui stas à sinistris. Scio te non esse suffuratum ouem, sed inuenisse. vade ergo, & redde. Hic enim, qui perdidit, dat vobis ad sumptum sex pholes, vt vos congregemini. Qui cum fecisset, vt iussus fuerat, recepta oue, Domino egit gratias, qui per sanctos suos facit magna & inuestigabilia, gloriosaque & admirabilia, quorum non est numerus.

Quodam autem die cõgregata multitudine tam rusticorum quàm ciuium, & beato ea discrente, quæ pertinebant ad salutem, quidam qui aduenerat rusticus, dixit ei: Bonus dies tibi domine mi. Cum ille autem honestè arrisisset, (erat enim reuerà lepidus) & dixisset, Bonum tibi tempus: qui aderant, apud se ridebant. Ille verò dicit eis: Est sermo

Sabbatis tota nocte vigilat cum suis.

Simonis Stylitæ mortem indicat suis.

Nota rara abilitia.

Cruces in precio sunt apud pios.

Tob 9.

sermo scripturæ, ô fratres: Responde insipienti ad eius insipientiam. Si dixisset, Benedic: Dominus te benedicet, sicut consueuimus. Ipse est enim, qui honorem per suos seruos in se accipit, & vnumquemque remuneratur mercede suæ gratiæ: Quoniam autem bonum diem mihi attribuit, is contrà accepit bonum tempus. Cum sic correxisset non solum eum, qui offenderat, sed etiam reliquos omnes: intrò ingressus, rursus siluit. Seruatoris autem nostri Iesu Christi opem ei ferente gratia, multi demoniaci ad eum veniebant, sua quidem sponte & per se querentes curationem. Quos quidem oleo sanctarum reliquiarum irrigans, quartumque & parasceues diem maximè iubens ieiunare, cum oratione intensa & sincera fide, curans dimisit. Inter quos quidam ab eo sunt deprehensi, qui turpis lucri gratia se simulabāt esse demoniacos. Quos quidem sanctus vehementer increpauit, dicens: Nisi essetis dignati dono sancti baptismatis, immedicabilis demonis dominatus vos tenuisset.

Quædam verò nomine quidem Eleuthera, mente autem splendidiore suam coronans appellationem, quæ piæ inprimis Pulcheriæ fuerat cubicularia, solebat ad eum venire, & cum omnibus, eius fruebatur precibus. Ea, cum esset ipsi animus diuino amore faucius, quas habebat sanctorum reliquias, deposuit apud beatum. Deindè tētabat simplex ei persuadere, vt vitæ monasticæ ab eo initiatam, auelleret à turbulētis huius mundi negocijs. Eo autem varijs modis differente, & dicente, eam, se rectè gerendo, & beneficentia vtendo, etiam in mundana vita posse placere Domino: illa non cessabat ei negocium exhibere, vt hoc assequeretur. Postquam verò perspicaci oculo animaduertit firmitatem & immobilem eius constantiam, & quæ nunquam deficiebat, compunctionem, voluntate Dei, qui vult omnes esse saluos, annuit sanctus, & in campo suburbani, qui distabat circa vnum milliarium, nomine Cyreta, iussit intereā perseuerare vacantem meditationi diuinarum scripturarum. Atque hæc quidem se in Domino iucundissima explente voluptate, & omnem laborem corporis lubenter ferente ob gratiam, quæ à Deo patre ei suppeditabatur: cõiunx quoque alterius cuiusdam Pantepitropi, nomine Cosmia, accedens rogabat eum, cum illa locaretur recedens à corruptione. Cum autem plurimis admonitionibus non potuisset ei persuadere, vt marito coniungeretur, eius quoque necessarijs eam cum minis ad id incitantibus, neque quidquam proficientibus, propter insuperabilem eius in Deum amorem: id animaduertens sanctus, iussit hanc quoque versari cum priore. Quinetiam vxor cuiusdam Arcotrophi, omnibus relictis, suam exigens salutem, rogabat sanctum, ne eam expelleret. Quam cum satis instruxisset, vt fieret templum Dei, quomodo ostendit eius vita, quæ postea est consecuta, iubet eam admitti. Non multo post autem dat eis habitum, ad exercitationem planè accommodatum: vt qui tunicis ex pilis contextis eas induerit, & magnis quibusdam pallijs: adeo vt reuereretur quispiam, vel solum videns tantam tristitiam. Nondum enim in his partibus talis vnquam habitus apparuerat.

Deinceps ergo ab eo tempore aliæ quidem ad eam rem accedebant: aliæ quidem, quæ ab ingenuis adducebantur parentibus ad custodiam virginitatis: aliæ autem, theatro & scenâ relictis, diabolo renunciantes, & Christo cum magno fletu & laboriosa lamentatione se coniungentes: adeo vt breui tempore cõgregatæ sint plusquam septuaginta, & decetero iusserit beatus domum oratoriam eis ædificare. Citra vllam verò intermissionem in die parasceues & in die Dominico eas accersens, & de virginitate & pudicitia eis verba faciens, rogabat eas, admonens & eis persuadens, vt obliuiscerentur omnium, quæ sunt in vita iucunda, vtpotè quod sint iucundiora & incomparabilia bona, quæ sunt in promissionibus: & ne attraherentur à carnis voluptatibus. Nam & si miserem & placidam naturam dedit creator in mulieribus, at nos rursus dignatus est meliori instituto, vt bono id, quod est melius, præferentes, pro naturali matrimonio, in quo solum est crescere & multiplicari & replere terram: opponitur autem ei viduitas & orbitas liberorum, & ad virum conuersio cum seruitute intolerabili: mysticas & admirabiles, & in quas non cadit viduitas, nuptias eligamus, sponso vnitæ immortalis, forma specioso præter filios hominum. Quamobrem non oportet intueri ad alium, qui sit in terra speciosus, cum filij Dei specie non sit alia speciosior. Si autem & diuitiæ & insigne ornamentum à marito procedit, quid eo ditius, qui est celi & terræ Dominus, & præbet spiritum & vitam? Si verò sponus est claro genere natus, quid est rege angelorum clarior & gloriosior? Si autem est sapiens & arripiendus ac amplectendus coniunx, quid est sapiens

Nota hoc genus curationis, quo expulit dæmones.

Nota habitum hunc religiosorum sceminarum.

Adhortatio eius ad continentiam. Gen. 1. & 3.

Psal 44.

sapientius opifce omnium, tam quæ sub adfpectum cadunt, quàm quæ nõ cadunt? Cuius coniunctio, suis sponfis est gaudium ineffabile: ijs autem, quæ ordinem deserunt, est supplicium inuitabile. Huius despoñationis nulla est voluptas carnalis experientia: sed vniuersæ virtutis, beneficentiæque & concordia, cum ea, quæ percipitur ex ieiunio, vigilijsque & animi fortitudine.

Magnum continentia certamen, sed & inges premium.

Maiori verò cautione & diligentia est opus, quòd ijs quidem, qui in mundo vexantur à libidine, in promptu est remedium per legitimum consensum. Virginibus autem & continentibus, si propensæ sint ad voluptates, graue est naufragium & grauis casus. Est enim magnū certamen temperantiæ, quoniam magna quoque est eius corona. Sed quo est maior labor, eo est etiam maior merces. Si eam ergò non tradideritis torpori & segnitia, in vestris membris frustra laborabit voluptas, fores obsidens. Audiet enim à vobis, quòd id, quod peccati quidem est iucūdum, est breuissimum, æterna autem est grauitas supplicij. Recede à nobis: cælesti enim sponso desponsæ sumus Christo, vt nos virgines castas exhiberemus. Statuite ergò ratiões vestras, custodes huius thesauri, in sensibus mandata Christi semper feretes: primum autem virginitatis & temperantiæ sanctificationem, nè fortè eius latrones ascendant per fenestras, & ingrediantur per auditum, nè persuasã mente tanquàm ianitore, & aperta virginitate, clanculum vobis vestram eripiant letitiam, & faciant virginitatem quauis viduitate miseriores. Est verò hoc magnum & graue peccatum ijs, qui faciunt. Non est enim par peccatum, tunicam frangere, & purpuram: Imperatoris imaginem rumpere, & priuati. Dei enim imagines, sunt virgines, ipsum habentes descriptum in cogitationibus: in quas audere aliquid admittere, est facinus tyrannicæ amentia: & idè virgini, quàm ei, quæ fornicatur, vitium afferre, est magis sceleratum. Non est enim par libido in eam, quæ prostat, & in eam, quæ est Christo coniūcta. Non est enim par furtum vasis forësis, & sacerdotalis. Vas aurem sacerdotale est virgo, & purpura, quam nulli alij licet induere, præterquam regi & Domino vniuersorum.

Virgines violare quam sit immane scelus.

Incommoda matri monij.

Quòd si etiam vos legitimum mouet matrimonium, audite eius calamitates, & quæ in eam pronanciata sunt sententiæ, à quibus vos estis liberata, remota per virginitatem à mala suspicione patiendi crimina mariti fornicantis, qui habet potestatem prohibendi, nè eas, quòd tibi expedit: de alimèto disceptandi, tanquàm nõdum vxori: ei, quæ peperit, exprobrandi, Cur non est masculus, sed foemina foetus, quem peperisti? Quòd si sit etiam masculus, cur non formosus? Maior restat cura: nondum est ablatatus, & de educatione magna est cõtentio. Sin autem creuerit, nè ægroter, nè fortè moriatur: quòmodò etiam si viuat, maior est sollicitudo, nè nõ fiat eruditus, nè malus euadat, nè eueratur ab aliquibus, nè in improborum pertrahatur consuetudinem, nè à bestijs mutilatur, nè, dum proficit, in inuidiam vocetur & seditionem. Vndenàm suppeditabunt, quæ sunt necessaria? Vndenàm comparabunt, quæ pertinent ad contrahendum matrimonium? Vndenàm suppeditabunt, quæ faciunt ad eius decus & ornamētum? Vndenàm alet ministros? & deniquè à reliquis, quæ huc & illuc distrahunt, curis & sollicitudinibus: nè dicã dolores partus & naturæ necessitates. Reuera, vt dicit diuinus Apostolus, innupta curat quæ sunt Domini, ab his omnibus liberata, sola autē ornata in corruptione, cuius suppeditator est & persecutor Iesus, & qui vos potest custodire in tolerantia, & augere in spe bona. Custodite ergò vos ipsas in ea, in qua vocata estis, vocatione, vt virgines. Christo exhibeatis, vt etiam bona æterna cõsequamini gratia Dei, qui vos vocauit in suum regnum & gloriam.

1. Cor. 7.

Morif vir sanctis.

Preciose ei reliquia.

Postquam autem cessauit ab adhortatione, benè precatus, eas Christo commēdauit, iubens omnibus, vt die sequenti veniret ad synaxim, quæ circuncircà erāt, hymnis sanctificans. Postquam ergò venisset in monasterium, quod extrucebatur, intensis suis precibus, cum multitudine, quæ eum sequebatur, ascendit in montem: vbi post tres quidem dies ægrotauit, post alios verò decem est mortuus. Congregata ergò multitudo piorum virorum ex clero, & ijs, quæ circuncircà erant, monasterijs, cum ijs, qui erant amantes virtutis, ex mundanis, ei iusta fecerunt quattodecimo mensis Februarij. Atque volentibus quidem aliquibus, & maximè ijs, qui erant ex monasterio beatiissimi Hypatij, in quo versatus est, cum descēdisset propter Synodū, preciosas eius reliquias deponere, in templo sanctorū Apostolorum, quibusdam autem in templo S. Zacharia, quod est aliquot milliarijs illinc situm in prædio, quod dicitur Theatrum, quæ ab eo congregata fuerant mona-

monasteria, ijs, qui aderant, supplicabant cum multis lachrymis, nè pater separaretur à filijs. Tunc Dei voluntate ad eorū, qui illic erant, salutem, in oratorio ab eo condito instar monasterij, eum deposuerunt. Cuius monimentum per multiplicem Christi benignitatem efficit curationes vsque in hodiernum diem.

Consummatus autem fuit sanctus noster Presbyter & Archimandrita & magnus inter exercitatores Auxentius in imperio pij & Christi amantis Zenonis, Februarij mensis xiiij. Fuit verò depositus in prædicto monasterio, ad gloriã Dei nostri, qui operatur dona in sanctis suis. Quoniam eum decet gloria cum patre & sancto spiritu, nūc & semper & in secula seculorum, Amen.

MARTYRIVM SS. FAVSTINI ET IOVITAE, CVI ETIAM ANTIQVISSIMA MARTYROLOGIA fidem conciliant: Et certè Ado episcopus proluxè illud describit.



Beatissimi viri Faustinus & Iouita, nobilissimis in ciuitate Brixiana orti parētibus, fidem Christi, quam religiofamente didicerant, instanti sollicitudine prædicabant. Erant enim non solū germanitate carnis coniuncti, sed etiam virtute spiritus ita vniti, vt concordibique studio Christū annunciatēs, copiosam regionis illius multitudinem ad veræ fidei cultum perducerēt. Erat siquidem eo tempore eiusdem Brixianæ ciuitatis episcopus, Apollonius nomine, qui ob metū persecutionis sese in abditis occultabat. Is cum studiosos Dei ardentissimum feruorem erga prædicationis studium habere conspiceret, ad se accersitos, Ecclesiasticis eos gradibus sublimauit. Deniquè Faustino, quia maior natū erat, presbyterij officij tradidit: Iouitam verò iuniorem natū, ministrorū Christi numero sociauit. Susceptis itaque beati viri Faustinus & Iouita diuini ministerijs, coepere nihilominus tanto propensius verbo prædicationis insistere, quanto magis eos ipsa etiam sacerdotalis dignitas inuitabat. Cumque innumerabilem quotidie populum Christo acquirerent, nec esset aliquis, qui eorum doctrinæ repugnaret, coepit opinio prædicationis eorum ad vicinas etiam prouincias se circunquaquè diffundere.

Faustinus sic presbyter & Iouita diaconus.

Eo itaque tempore Italicus Comes, qui Rhetiarum populis præerat, cum esset pagannissimus, & supra modum dæmoniæ cultibus occupatus, lumen, quod ipse cecitatis suæ inuolutus tenebris reſpuebat, moliebatur etiã in sano studio à suæ prouinciæ hominibus arcere. Vnde factū est, vt veniente Adriano Imperatore in partes Liguria, ad fluum Adduam ei occurreret, ac talibus apud eum ore sacrilego niteretur cõuestionibus: Inuictissime Imperator ac triumphator, inquit, consule Romanæ rei publicæ tuæ, cõsule sacratissimis dijs nostris. Sunt duo viri in ciuitate Brixiana, qui nescio quæ Christum prædicantes, plures iam à magnorum deorum nostrorum ceremonijs auerterūt. Hos nisi vestri numinis censura coërcuerit, certum est, eorum subuersionibus diuinam in his locis obliterari culturam. Audiens talia Imperator Adrianus, dat ei, vtpotè quem tenebat studiosissimum sui erroris fautorem, huiusmodi per sacram scriptionem potestatem, vt vbiquè Christianos inuenisset, aut dijs eos inclinaret, aut diuersis supplicijs exterminaret. Accepta itaq; Italicus Comes, vt optauerat, sequendi in Christianos potestate, processit iturus Brixiam, sicut inſerat Adrianus. Qui mox vt in ciuitatē ingressus est, misit Liberium consiliarium suum ad Faustinum & Iouitam, qui eis imperialem facerēt innotescere sanctionem. Quos cum in fide nominis Christi persistere immobiles comperisset, repletus indignatione, præcepit militibus, vt eos comprehensos suis adſpectibus præsentarent.

Sistuntur martyres corā Italicocomite.

Qui cum adducti essent, ita eos Comes Italicus allocutus est: Inuictissimus Imperator sacris suis iussis cõstituit, debere omnes Christianos ad deorum nostrorum religionem conuerti. Si qui verò eius inuēnti fuerint repugnare præceptis, diuersis in eorum cõtumaciam animaduerti supplicijs. Vnde equū est, vos, o Faustine & Iouita, tam salubribus monitis colla submittere, & relicto nouo superstitionis errore, ad veterē sacrorū deorum, quam status reipublicæ cõstituit, repedare culturam. Beatissimi Faustinus & Iouita

Sfff dixit.

dixerunt: Tempus nostrum aduenit, vt exultare potius, quam terri, debeamus. Vnde scire te certius volumus, quia neque fidem Domini nostri Iesu Christi, qua semel imbuti sumus, vilo possumus modo relinquere, neque huiusmodi preceptis obedire. Audiens hec Italicus Comes, iussit eos in carcere custodiri vsque ad Adriani Imperatoris aduentum, qui in proximo sperabatur venturus. Quinta igitur die cum introisset Adrianus Imperator Brixiam, retulit ei Italicus Comes de beatissimis Faustino & Iouita, quod iussis eius obtemperare contempserent, & quia ad eius audientiam clausi reseruentur in carcere. Adrianus Imperator dixit: Et quali progenie orti sunt, vt ad nostram maiestatem audiendi reseruentur? Italicus Comes respondit: Ex praclaro genere originem ducunt. Nam parentes eorum caput senatus in hac ciuitate fuerunt, qui tantam dijs nostris exhibuerunt reuerentiam, vt sicubi comperissent esse Christianos, summo eos flagrantis zeli studio persequerentur. Isti vero qua infania dementes effecti sunt, nescio, vt oblinata cordis intentione deos nostros blasphemantes respuant, & Christum, qui a Iudeis ligno affixus asseritur, colant. Adrianus dixit: Isti homines mihi plurimum necessarii sunt, vt per eorum supplicia multos ad eorum nostrorum religionem conuertam.

Adducuntur etiam in Imperatoris conspectum.

Tunc precepit eos eductos de carcere, suis presentari ad spectibus, quibus & dixit: Est ne aliquis Deus Sole prestantior, vt relicto eius numine, ad alium vos quasi potiorē debeatis conferre? Beatus Iouita respondit: Nos verum Deum veneramus & colimus, qui est Deus celi & terrae & vniuersae creaturae: qui & ipsum Solem constituit, ac dedit illi officium, vt luceat per diem, sicut & lunae stellarumque ordinibus, vt tenebras illuminent noctis. Adrianus dixit: Consultius facitis, si nostram impleatis voluntatem, vt primi in nostro palatio esse possitis, quam in hac infania perseuerantes, acerbissima morte consummemini. Sanctissimi Faustinus & Iouita dixerunt: Non facimus rem nefariam, quae nos ad interitum perducat aeternum. Adrianus dixit: Nefarie facitis, cum vos Christianos esse denunciatis, vt exclusa a vobis tranquillitatis nostrae gratia, infamiae macula denotemini. Sanctus Iouita respondit: Optimè nos profiteamur & denunciamus esse Christianos. nam gratia tua nobis vitanda est, vt ad aeterni regis gratiam peruenire possimus. Adrianus Imperator dixit: Nimis duro corde estis, quos verba mea inclinare non possunt. Pietas enim nostra erga vos est: ideoque vos optamus modis omnibus effici meliores, vt dignam habeatis apud nos militiae potestatem. Beatus Faustinus respondit: Dignam habemus militiam, quam nobis Christus noster tradidit. Nam militia vestra cum tempore finienda est, quia & vos ipsi cum tempore deficietis. Nostra vero militia in aeternum permanet. Adrianus dixit: Iam satis est, quod vos patienter sustinui. Aut sacrificate deo iniuncto Soli, aut permulta faciam in vos tormenta expendi. Faustinus & Iouita responderunt: Nos sacrificamus Deo viuo, qui Solem in ornamenta constituit. Sol autem, quem nobis adorandum praecipis, a Deo vero nobis in obsequium datus est. Tunc Adrianus ira commotus, iussit eos ante templum Solis perducere. Erat autem statua Solis auro perfusa, habens in capite radios ex auro puro. Quibus dixit Adrianus: Videtis gloriam iniuncti Solis? Accedite, & sacrificate ei, vt dignos vos habeat in conspectu suo, & liberi efficiamini ab his, quae vos expectant, tormentis. Beatus Faustinus respondit: Nunc videbis gloriam Dei nostri, vt cognoscas hunc inualidum esse, quem tuum deum confiteris. Tunc vna voce pariter dixerunt: Sol cognouit occasum suum: posuisti tenebras, & facta est nox. Adrianus dixit: Quid est, quod submurmuratis? Accedite propius, & sacrificate deo iniuncto Soli. Tunc Iouita conuersus ad statuam Solis, dixit: Nos adoramus Deum, qui regnat in caelis, qui Solem lucere constituit: tu autem cum sis statua in adpectu tantum Solis, transfigurare in effigiem picis ad confusionem eorum, qui te quasi deum adorant.

Psal. 103.

Solis statua sic instar fuliginis.

Redigitur in fauillam.

Cumque haec dixisset, illico facta est statua vt fuligo in conspectu populi. Radij autem, qui in capite illius erant, tanquam carbones mortui decidebant in terram. Cernens Adrianus talia, dixit: Quid est, quod video? Italicus Comes dixit: Praeceptis ministris, vt ei restituant splendorem, lubet ergo Adrianus ascendere ministros cum spongijs, vt superductam fuliginem eidem statuae detergerent. Quod dum ministri conarentur efficere, tota simul in fauillam resoluta est, vt nihil penitus ex ea remaneret. Beatus vero Faustinus ait ad Imperatorem: Animaduertis quod factum est deo, quem colis? Quomodo ad nihilum redactus est? Tunc iratus valde, iussit eos ad bestias damnari.

Cumque introduci essent in medio ludj, Adrianus dixit ad Italicum: Introducantur ferrea sequissima, ad quarum adpectum statim timore deficiant. Conuersus vero Adrianus, dixit

dixit ad martyres: Animaduertite, o Faustine & Iouita, quia iam in morte estis constituti, & propè est, vt acceleretur finis vitae vestrae. Consentite itaque mihi, & sacrificate deo Saturno siue Dianae, vt à ferarum moribus possitis absolui. Sanctus Faustinus respondit: Saturnus, quem dicitis, homo fuit pollutus immaniissimis sordibus, qui suorum ferunt carnes vorasse filiorum. Diana vero turpis extitit mulier, quae pudore abiecto, succincta more venantium, feras dicitur infecuta. Hòsne tales nobis praecipis ad summi Dei iniuriam adorare? Adrianus Imperator dixit: In morte estis constituti, & adhuc in blasphemijs perseueratis? Tunc conuersus ad satellites suos, imperat eis, vt quatuor aduersus athletas Christi leones admitterent. Dimissi sunt itaque leones, quorum erant oculi flammanes, & ad spectus terribiles. Qui venientes cum grandi velocitate, proiecerunt se ad pedes sanctorum, dantes intolerabiles fremitus, ita vt contremisceret populus paganorum. Ipsi vero demisso in terram capite, lingebant sanctorum vestigia. Cernens Adrianus, quod gerebatur, iussit ministris suis, vt dimitterent leopardos. Qui & ipsi venientes ad locum, vbi serui Dei stabant, volutauerunt se ad pedes eorum. Videntes haec populi, clamauerunt, dicentes: Tolle magos de medio nostri, vt possimus liberè deos adorare. Adrianus amplius ira stimulatus, ait ad ministros: Dimittite ad eos versus, ponentes prius tamen circa latera eorum faculas ardentes, vt cum exusti fuerint, dolore eos instigante, ipsos deuorent. Fecere ergo ministri, vt sibi fuerat imperatum, dimiseruntque versus. Qui cum ad seruos Dei appropiassent, leones & leopardi faciebant in ipsos ministros impetum, & ita eos moribus suis conciderunt, vt ne vnus quidem viuus euaderet. Electi autem Dei stabant inter bestias securi, quibus ait Adrianus: Animaduertitis, Faustine & Iouita, quia miserationem suam adhuc deus Saturnus, cui iniurias intulistis, erga vos exhibet, & idcirco à feris minimè contingimini? Faustinus respondit: Erubescite Christianorum tyranne. Non enim, vt tu putas, Saturnus tuus ab his feris nos eripuit, sed potius verus Deus ille, cui nos seruimus, qui regnat in caelis.

Vbi itaque sunt minae, quas nobis intendebas? Ecce ferae, quas cum grandi ad nos feritate misisti, adorantes Deum, iacet ante pedes nostros prostratae, nihil feritatis habentes. Sed si qua adhuc habes fortiora, accelera, vt in omnibus te victum esse cognoscas. Adrianus dixit: Nolite virgere, quia iam duriora preparata sunt, quae vobis adhiberi praecipiam. Tunc quidam sacerdos, Orphetus nomine, qui consanguineus erat Imperatoris, dixit ad eum: Si iuber pietas vestra, tollentes iniunctum deum Saturnum, eamus ad eos, vt liberentur à feris, & sic poterimus lucrari animas eorum. Adrianus dixit: Facite, sicut vobis videtur. Tunc Orphetus vnà cum alijs sacerdotibus, necnon Italico Comite, tollentes Saturni statuam, pergebant ad locum, vbi erant sancti inter bestias positi.

Qui cum propius accessissent, continuo ferae insilientes super eos, vniuersos suis moribus peremerunt, clamantibus paganis ad dicentibus: Deus Saturne, adiuua ministros tuos. Statua quoque ipsa, bestiarum conculcata pedibus, suorum iacebat foedata sanguine sacerdotum. Audiens vxor Italici, Afra nomine, virum suum à feris interceptum, cum magna velocitate venit ad theatrum, & ita cum clamore dicebat Adriano: O quales deos colis Adriane, qui nec sacerdotes suos, nec seipsos potuerunt liberare. Quapropter & ego misera ob vestram perfidiam vidua facta sum. Quid multa? Videntes populi, quod erat factum, magnificabant Deum Faustini & Iouitae, & multi ex eis crediderunt in Domino: inter quos simul etiam Calocerus, qui erat in officio Imperatoris, cum multis officialibus suis crediderunt Christo. Sed & Afra, coniunx Italici, relicto errore idolo-latriae, credentiū sociata est numero. Adrianus Imperator ait ad martyres: Si verus Deus est, quem colitis, exite liberi à feris. Beatissimi athletae responderunt: Et in hoc tibi ostendemus potentiam Domini nostri Iesu Christi. Tunc conuersi, dixerunt ad bestias: In nomine Domini imperamus vobis, vt exeat extra ciuitatem, neminem omnino contingentis. Quae statim à conspectu eorum, velut oves mansuetissimae recedentes, portas ciuitatis egressae, montium deserta petierunt. Adrianus vero fortissimos Christi milites praecipit retrudi in carcerem.

Postera igitur die iubet sibi in Capitolio Adrianus sedem parari: quod cum sanctos Dei adduci praecipisset, compellebat eos Iouithura imponere. Qui cum immobiles in fide Christi persisterent, iussit Adrianus ignem copiosum accendi, & in medium incendij eos projici. Stabant vero bellatores Christi inter flammam immobiles, & expansis manibus hymnum dicentes. Ampliori ergo dehinc Adrianus indignatione correptus, magos eos

Dimittuntur in eos leones, sed nihil illos laedunt. Item leopardi.

Item versus.

Ferae deuorant Italicum Comitem cum multis alijs.

Calocerus, Afra & alij multi crediderunt in Christum.

Mittunt in flammam martyres illae.



esse & sceleratissimos in clamitans, precepit eos rursus in carcerem trudi, & nullum penitus ad visitationem eorum admitti, ut famis penuria interirent. Angeli autem Domini in tempestate noctis silentio descenderunt ad eos, quorum aspectus in modum radiorum Solis, tenebras effugabat. Qui confortantes beatissimos Christi athletas, ab oculis eorum lapsi sunt. Iubet itaque post hec Adrianus tribunal ante templum Martis preparari, & ibidem sibi beatissimos Faustinum & Iovitam exhiberi. Cumque esset Calocerus, ut eos exhiberet, ecce occurrit sanctis martyribus totum officium Caloceri, & precebat eos cum magna reuerentia, usque dum venirent ad fanum Martis. Cernens vero Adrianus omnes ex officio pari consensu sanctis habere reuerentiam, suspirans, animique dolore permotus, recepit se in palatium, & iussit Faustinum & Iovitam in scio populo ad se adduci, quibus & ita dixit: Existimatis, quod & me vanum per maleficia vestra faciatis, sicut & populum fecistis? Unde nisi sacrificaueritis, per diuersas vos facia vincitos trahi ciuitates, & per varia demum tormenta viuendi vobis terminum imponam. Beatus Faustinus respondit: Quocumque nos duci preceperis, semper in nomine Domini nostri te scies confundi, quia Saluator noster, qui nos protegit, semper nobiscum est. Adrianus dixit: Probabitur tunc, cum vehementiora vobis adhiberi precepero tormenta. Beatus Iovita respondit: Quascunque nobis poenas adhibueris, non timebimus mala, quoniam Dominus suscipiet nos. Tunc precepit eos iterato in carcerem claudi usque ad diem profectiois suae, mandans ministris, ut nullum ad eos ingredi permitterent. Sed & carcerem annuli sui impressione obsignari precepit. Omnis vero populus, qui crediderat vna cum Calocero & officialibus eius, inquirentes beatum Apollonium, qui propter metum infidelium occultabatur, inuenerunt eum non a longe a Brixiana vrbe absconditum.

Apollonius episcopus latitando declinat rabiem persecutionis.

Cui cum omnia, quae gesta fuerant, retulissent, Deum benedicens Apollonius, iuit pariter cum eis ad cuiusdam montis remotiorem locum: ibique eis iuxta morem fidei seriem tradens, baptizauit eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: & confortans eos in Christo, dimisit a se. Nunciatum est autem Adriano, quia Calocerus & officium eius credidissent. Qui iratus valde, precepit eos comprehendendi, & vincitos sibi in circo presentari, & ait ad Caloceram: Calocere, quae te dementia inuasit, ut inuicem, qui in palatio meo sunt, te abiectiorem redderes? Conuersus quoque ad officium eius, dixit: Dicite, morti destinati, qua vos insania compulsi, deos nostros reliquistis, ut inter damnatios puniri non metuatis? Illi ad hec responderunt: Non timemus huius seculi mortem, quia adiutor noster Deus est, qui regnat in caelis. Tunc furore nimio successus Adrianus, iussit eos circumduci, & in eodem loco decollari. Quod cum factum fuisset, venit Apollonius cum Christianis, & rapuit corpora eorum, & digne tradidit sepulturae sub die xij, Calend. Decembrium.

Faustinus, Iovita & Calocerus vinciti ducuntur Mediolanum.

Calocera vero precepit Adrianus vna cum Faustino & Iovita catenis adstrictos post se ad Mediolanensem ciuitatem, quod erat profecturus, adduci. Cumque portas ciuitatis beati martyres fuissent egressi, persecutus est eos omnis populus Christianorum vna cum sancto Apollonio episcopo, & venerunt cum eis usque ad fluuium, qui dicitur Melja: & ibi confortantes se inuicem, dataque sibi pace, multis cum lachrymis separantur. Porro beatissimi athletae Faustinus & Iovita, vna cum Calocero vinciti catenis, sub custodia perducti, die tertio Mediolanum sunt ingressi. Statimque Adrianus iubet sibi in thermis Herculanis tribunal parari, & in conspectum suum fortissimos Christi martyres, sic ut erant fatigati ex itinere, exhiberi, sperans infelix robustissimos Dei milites, fessos iam labore viae, suis obedituros preceptis. Ad quos inflata voce sic locutus est: Scitis miseri, quomodo translati estis de ciuitate vestra? Vel modò conuertimini ad sacrificia deorum magnorum, ut liberi a poenis esse possitis, & inter primos in nostro palatio computari. Beati martyres responderunt: Sacrificium offerimus Deo nostro, qui nobis in omnibus praebet auxilium. ceterum securus esto, quia demonijs, quae colis, non sacrificamus, promissiones tuas pro nihilo putantes. Adrianus hec audiens, stimulis furoris exagitatus, iussit eos supinos alligari, & supra ora eorum fistulas poni, & liquefactum plumbum infundi: quod eorum guttura penetras, vocem simul eis & vitam extorqueret. Faciunt ministri imperata: sed mox resiliens plumbum in eos, qui illud infundebant, dispersebatur: sanctos autem in nullo contingebat incendium.

Cernens id Adrianus, magis infremuit, iussitque eos in eculeo torqueri, & circa late-

ra

ra eorum laminas ardentes adhiberi. Quod cum ministri fecissent, exclamans Calocerus, dixit: Orate pro me beatissimi martyres, quia grauiter comburo ab his flammis. Sanctus Faustinus dixit: Sustine modicum Calocere: adest ecce angelus Domini, ferens auxilium tibi. Nec mora, affuit adiutorium Domini, confortatusque Calocerus, gratias Christo coepit referre, asseuerans se dolorem minimè sentire. Adrianus dixit: Calocere, verè ignem non sentis? Calocerus dixit: Verè tibi dico, quia flammarum tuarum incendia prorsus non sentio. Adrianus dixit ad officium: Afferre stupam, resinam & oleum, & circa eculeos ignem supponite, ut cum ipsis pariter eculeis concrementur. Cumque ministri sibi imperata perfecissent, cernens Adrianus prolixam circa eculeos flammam diffundi, astimans sanctos Dei vehementer aduri, precepit eis acclamari: Vel modò sentite fortissimorum deorum virtutem. Beati vero martyres vultu letissimo benedicebant Dominum, ita ut cunctis patenter innotesceret, quia nequaquam eos incendium molestaret. Videntes autem populi, qui assistebant, tanta mirabilia, clamare coeperunt: Verè magnus est Deus Christianorum. Et multi ex ipsis crediderunt in Domino. Confusus igitur Adrianus, & iam nesciens quid ageret, iussit eos celerius ad carcerem trahi: & dehinc post aliquot dies profectus Romam, precepit inuictos Christi martyres per singulas quasque ciuitates ferro vincitos secum pertrahi, quatenus & Christianis eorum exemplum metum incuteret, & Dei athletas itineris labore conficeret. Caloceram vero tradidit cuidam Antiocho, Alpium Cotiarum rectori, precepiciens illi, ut eum ad immolandum compelleret: aut si in sua sententia persisteret, diuersis excruciatum supplicijs, morti addiceret. Accepto itaque Antiochus Calocero, proficisci ad Alpes Cotias parans, ante se eum vincitum premissit.

Calocerus in poenis confortat.

Multi creditur in Domino.

Sed quia res ita exigebat, ut Antiochus cum Adriano proficisceretur, Fabricium quaedam qui eius vices perageret, ad Alpes Cotias direxit, a quo beatus Calocerus multa pro Christi perpeffus nomine, ad extremum reductus Mediolanum, ibique fortis in fide, martyrium constanter accepit. Porro beatissimi martyres Faustinus & Iovita, Romam perducti sunt, trahentes vbi que per predicationis officium populum ad Christum. Quibus non longe ab Vrbe positus, Calimerus quidam, iam Christi fide imbutus, occurrit, eosque in vehiculum suum, quo ipse sedebat, ascendere per suavitatem, Urbemque cum eis ingressus est. Cuius fidem beati martyres explorantes, permisi a custodibus, petierunt a Romano pontifice, qui eodem tempore occultus ad Catacumbas morabatur, ut Calimerus Episcoporum honorem traderet, eumque ad Mediolanensem populum, qui in Christo crediderat, confortandum dirigeret. Quod & factum est. Verum quia longum est, beatissimorum Christi martyrum Faustini & Iovita omnem textum passionis seu miraculorum exponere, ad gloriosum eorum exitum veniamus. Denique cum apud urbem Romam ab Adriano Imperatore dijs immolare compulsi essent, & fortissima, suffragante Deo martyribus suis, cordis intentione restitissent, ac multum, tam robore suae constantiae, quam verbo fidei, Christo populū acquisissent, nouissimè tradidit eos Adrianus Aureliano Comiti, dicens: Tolle istos deorum nostrorum contemptores, & reduc eos in ciuitatem Brixianam, & ibi eos, nisi sacrificauerint, interfice. Qui suscipiens beatissimos martyres, vincitos ferro ad ciuitatem Brixiam reduci precepit. Quibus occurrentes Christiani cum sancto Apollonio antistite, nimia de eorum regressione exultatione gauisi sunt. Tunc Aurelianus Comes iussit sibi beatos martyres exhiberi. Quos cum de immolandi deorum sacrificijs compellisset, beati martyres responderunt: Nos libenter parati sumus pro nomine Domini nostri Iesu Christi potius mori, quam tuis obedire preceptis. Audiens hec Aurelianus, iussit eos foras ciuitatem duci, & ibidem decollari. Ducti sunt ergo fortissimi martyres Christi extra portam ciuitatis in via Cremonensi, ibique genibus positus, a gladiatoribus decollati sunt, susipientes momentaneam mortem, ut vitam acquirerent sempiternam. Facta sunt autem hec tam in Brixiana, quam in ceteris urbibus vel regionibus sub Adriano Imperatore. Et consummata est gloriosissima eorum passio sub die quintodecimo Calendarum Martiarum, regnante Domino nostro IESV Christo &c.

Hunc Ado vocat Saprini, & primicerium Scholae Caesardidatorum.

Calimerus ordinatur Mediolanensis episcopus: quem Onuphrius scribit v. fuisse eius vrbs episcopum.

Faustinus & Iovita decollantur.

CERTAMEN S. APOSTOLI ONESIMI, DISCIPLINARI SANCTI APOSTOLI PAULI PRINCIPIS Apostolorum, ex Simeone Metaphraste.

FEBRU. 16. Sic enim habent Martyrologia, Romanū, Bedæ, Vitarum &c. Ephē. 6.



Actatur seruire quoque genus, agnitum propter pietatem, quando fide contritis diaboli stimulis, malum seruum, qui a domino defecit, falsa circumdatum potentia arguerit. Qui enim liberalibus moribus seruitutis tristitiam submisit, inuenitur dominus exitiosi demonis, qui tyrannis deletur, conuenienter ei, quod dicit diuinus Apostolus, succin- gus lumbos in veritate, & indutus lorica iustitiæ. Tale quidem enim Romæ factum est, quæ creditur esse prima & maxima omnium ciuitatum, quæ sunt in orbe terrarum: cum satanas quidem ampliore suam rabiem in seruos Dei extendisset, Seruator autem noster Iesus Christus germanis suis famulis latenter suas explicasset gratias. Multiplices enim demonum machinationes, variè celestibus consumebat auxilijs, & mentem eorum, qui ad ipsum accedebant, faciebat robustiorem in sania minantium: nunc quidem par spirituale, gratiæ Apostolicæ coronis, in quas non cadit interitus, redimens aduersus cultum simulacrorum: nunc autem efficiens, vt principes Romani Senatûs à delicijs discederent & diuitijs, propter meliorum desiderium.

Onesimus sicutur Romæ ad tribunal.

Colof. 4.

Sed cum oporteret genus quoque seruire superare tyrannidem exitialium demonum, nè aduersus seruum bonum videretur conseruus se extollere, in altum elata superbia, ducitur beatus Onesimus ad tribunal Romæ, Tertullo tunc Præfeti vrbis obtinente potestatem: qui communem quidem quandam induerat potestatem aduersus Christianorum genus, iustis tyranni ad pios persequēdos excitatus: duplicatum verò suum odium in hunc virum iustum aperuit, quæ laude ei danda erant, trahens ad vituperationem. Quoniam enim diuinis & pudicis doctrinis vxorem eius, qui videbatur ei frater, docuerat continentiam, & veræ & viuificæ in Deum fidei memoriam eius animo impresserat, sanctum quidem vocabat præstigiatorē: adulterum autem eum, qui decreta temperantiæ moderato animo prædicabat. Hic est enim Onesimus, qui Apostolicis decoratur testimonijs. Hic est, qui theologicæ & veræ Pauli linguæ persuasit, vt literis pro eo intercederet apud Philemonem dominum suum. Hic est, qui seruilis necessitatis tristem humilitatem, pijs moribus & bonis actionibus ad mentem excitauit liberam. Hic est, qui inutilem quotidianam vitæ decepit deceptionem, & suis in Apostolos ministerijs, ad pietatis altitudinem totum seipsum extendit: quomodo eos, qui legunt, docent literæ ad Philemonem, quæ apertè sic habent: Rogo te pro meo filio, quem ego genui in vinculis meis, Onesimum aliquando tibi inutilem, nunc autem tibi & mihi utilem, quem misisti. Tu autem eum, hoc est, mea viscera, accipe: quem ego volebam apud me retinere, vt pro te mihi seruiret in vinculis Euangelij. Sine tua autem sententia nihil volui facere, nè tuum bonum esset veluti ex necessitate, sed voluntarium. Fortasè enim propterea à te separatus est ad tempus, vt cum reciperes aternū: non amplius vt seruum, sed supra seruum, fratrem dilectum, maximè mihi. Quanto autem magis tibi in carne & in Domino? & quæ deinceps sequuntur.

Onesimus, Pauli & filius & frater.

Atque sufficerent hæc quidem, quæ per tot laudes procedunt, ad aperiendum thesaurum bonorum, quæ aderam Onesimo. Non sunt enim adulatoris, nec falsa alicuius testimonia, sed Præconis veritatis, qui sanctus est munere Apostolico. Eundem ergò vocat & filium & fratrem: filij quidem appellatione, sui in eum amoris ostendens magnitudinem: per fraternitatem autem, æqualem ei conseruans honorem in Deum fiducia. Qui præsentia enim sua leuauit vincula, & tristitiam exhilarauit consuetudine, & corporalibus ministerijs Apostolici corporis alleuauit labores, quomodo non viatico pietatis onustus erat, peruenturus ad talem finem doni, in quod non cadit interitus? Atque hunc quidem, qui sic animam in Dei pietate præclare exercuit, ieiunio autem & orationi corpus assuefecit, vt in stadio pietatis incorruptionis corona aduersus malignum apertè redimiretur, tunc adductum ad tribunal Tertulli cum Romulo adiutore & Papia spiritali commilitone, interrogauit Tertullus, dicens: Quis es? Respondit Onesimus: Christianus. Dixit

Dixit autem Præfetus: Cuius conditionis? Respondit: Olim quidem famulus, vt est consentaneum, hominis: nunc verò gratus seruus boni Domini & Seruatoris nostri Iesu Christi. Dixit Præfetus: Et quænam est occasio tuæ tam facilis in alienum dominium translationis? Dixit Onesimus: Cognitio veritatis & odium cultûs simulacrorum. Dixit Præfetus: Quanto precio fuisti translatus in tam nouum dominium? Dixit Onesimus: Dei filius Iesus Christus, precioso suo sanguine empro meo interitu, me transfudit ad incorruptionem, quemadmodum scriptum est: Scientes, quod non corruptibilibus auro aut argento redempti estis à vana vestra conuersatione, tradita à patribus: sed precioso sanguine, tanquam agni immaculati Christi.

Onesimus sicutur Præfeto, & illi præclare respondet.

1. Pet. 1.

Dixit Præfetus: Quamnam hanc vanam conuersationem vestræ annuncient scripturæ, ostende rebus ipsis accommodans. Dixit Onesimus: Adulterium, quod proprie paucas cupiditates ad infinitum supplicium alit suos operarios. Auaritiam, quæ propter nullum bonum armatur in proximum. Præstigias, quæ cohabitant cum demonibus & sunt inuentrices spectrorum, & sunt radices vniuersi que insidiarum. Arrogantiam, quæ per nouam mentis agitationem, in immensum elata est factum aduersus potentiores. Inuidiam, quæ Cain cum multis alijs docuit esse fratricidam, & in ijs, qui ipsam possident, perniciosas seminavit cogitationes. Maledicentiam, linguam effrenatam, quæ tanquam nubem quandam, in omnes extendit irrisionem. Simulationem, veritatis inimicam & amicam diaboli, & quod est hebes ad amicitiam, & velo pretenso est absconsum, pusillanimitas vitium, inferens errantem mentis conceptionem: per quod Euam quoque, vt arbitror, supplantauit malignus. Iram, maledicti inuentricem, malarum autem plagarum effectricem, & vulnerum procreatricem, & matrem cædis. Ebrietatem, quæ cohabitata cum intemperantia, & est foror voluptatis, & inuentrix turpis sermonis, aliena à bona cogitatione: quæ est indecora & habitu & oratione, & dissoluit decorem eorum, quæ sunt secundum naturam.

Vana conuersatio quid sit, explicatur.

Gen. 4.

Gene. 3.

Post hæc autem omnia, quæ materialis & mundanæ constitutionis est cisterna, & eorum, quæ dicta sunt, mater, idololatriam: quæ quidem est fundamentum fornicationis, magistra veræ Dei ignorationis, inuentrix egestatis, rationis animæ occæcatio, architecatrix suavis deliciarum titillationis, aliena ab honestate: quæ cum Domino pugnat vniuersorum, & aggreditur excindere terminos veri Dei cultûs: quæ est dux mortis & ministra draconis, esca malorum, virtuti contraria, fugiens incorruptionem, & prædicans interitum, & circa terram & tartarum proponens spem ijs, qui ad ipsam intuentur, amica sanguinis, duxque & princeps inuidiæ: quæ Dei ignoracione illaqueat eos, qui sunt simplices moribus: quæ tenebrarum quidem & vmbra est germana conciliatrix, à lucida autem gratia est aliena: quæ laqueis inhonestæ actionis confringit eos, qui ipsi seruiunt: quæ est argumentum turpis & blasphemij sermonis, quæ ad vanam exercet gloriam eos, qui sunt ei dediti: quæ est operatrix saltationis, cupiditatis carnalis conciliatrix: quæ canos senis probro afficit & ignominia, ad indecoram tibiam iubens saltare eum, qui est consistentis ætatis: quæ honestatem excindit virginitatis, per indecoram capillorum solutionem: quæ eas facit scænicas, quæ domi sunt honestæ, pudori dedicatæ: quæ ferro & ense suos dies festos commiscuit: quæ animalium immunditijs & sanguinis effusionibus annunciat sordes suæ impudiciæ: quæ eas, quæ honestè celantur, partes corporis, turpiter publicat in media ciuitate: quæ viri aperit pudenda, & quæ non fas est, indicat mulieribus: quæ masculi excindit naturam, ad cultum effœminati demonis: quæ sua effecit mysteria ex cædibus & adulterio & puerorum amoribus: quæ instar cymbæ in maximis fluctibus varijs modis agit mentes hominum: nunc quidem venenatos serpentes gustare suos mystas adhortans: nunc autem docens ea, quæ diuelluntur, coli ab ijs, qui diuellunt: quæ alijs piscem renunciat: quæ alios adhortatur, vt aliorum deos comedant: quæ bouem sacrificat, & bobus offert holocausta: quæ oui ouem sacrificat: & eundem efficit & deum & bestiam: quæ homini mactat hominem, & cædem facit pro sanitate: quæ inanimis animata offert ad sacrificium, & sculpto lapidi mactat hominem, qui factus est ad Dei imaginem: quæ sordida animalia & malas escas rationis expertibus fraudibus in deos retulit: quæ est turpia efficiens dedecus, & muscam ex verme habet principium sui ortûs. Quid enim opus est dicere, quod vel cepè diuinum honorem tribuit idololatria, ab animalibus ad materiam inanimam variè transiens deceptionibus, vt summa cecitate hominum

Idololatria quot malorum causa sit & conciliatrix.

Gen. 1.

minum ignorantiam deducat ad inferos? Itā etiam fecit lapidem ut Deum honorari, & lignum, partim quidem colere iussit profanis legibus: partim autem edixit, ut in ara vreretur ad manifestam probationem impietatis eorum, qui ipsi parent.

Cum hanc ergo, per tot absurda procedentem, impiam idololatriam effugissem, & eius malitiæ satellites forti animo conculcasssem, veluti ex maris tempestate peruēni ad portum pietatis, ancoris cymbam substantiæ mei corporis in tuto & stabili loco faciēns quiescere, nempe vita nulli culpæ affini, fide in Deum, & charitate in proximum.

Summa totius scripturæ diuinæ.

1. Tim. 2.

In his enim vtrisque simul coniunctis, credimus contineri vniuersam mentem doctrinæ caelestis. Quamobrem te quoque, adhortor, o Tertulle, amoris in fratres legem volens extendere, dimittas quidem has omnes, quæ sunt ad tempus, visionis suauitates, & instar somnij sensum citò prætereunt: celeri autem mente decæterò accedens ad vniuersorum inspectorem & opificem Deum, & errorem quidem soluas: fide verò fias saluus, & ut scriptum est, venias ad agnitionem veritatis. Nō enim delectatur Deus morte eius qui offendit: sed pœnitentia eorum, qui accedunt, abstergit præcedentia scelerata. Dixit Præfectus: Videris non solum metu tormentorum repressus, nolle venire ad sacrificandum, sed etiam nos ad tuam trahere deceptionem. Dixit Onesimus: Neque tua probabilis oratio, o aliene à veritate, etiam si secum adferat persuasionem, neque tua tantum possunt tormenta, etiam si ea efficias terribilia, ut in spe futurorum bonorum non perseuerem per ea, quæ à te mihi offeruntur. His & quæ sunt huiusmodi, hactenus agitatis, Præfectus quidem beatum Onesimum cum ijs, qui cum ipso erant, tenebrosæ iubet tradi custodiæ & afflictionibus, quæ producent dolorem tormentorum, ut singulorum probrorum ac pœnarum illatio, ad impietatem traduceret eius fidem. Ille autem iustus, ut qui iam esset amplexus delicias, quæ sunt in paradiso, magis lætabatur ijs, quæ in ipsum facta fuerant, non secus ac aurum, quod per ignem & visionem efficitur magis probatum ad sui purgationem.

Onesimus in carcerem conijcitur.

Cum ergo afflictio in carcere producta fuisset ad totos decem & octo dies, extrinsecus quidem affluens populus, magis corroborabat beatum ad veram in Deum fidem: Tertullus autem studens quod fiebat reprimere, sub prætextu clementiæ, eos expellit è ciuitate. Onesimus verò cum Apitione, strenuo in vero Dei cultu commilitone, cum peruenisset Puteolos, non cessabat viuificam prædicare gratiam ijs, qui accedebant.

Multos conuertit ad Christum.

Cum complures ergo hoc modo venissent ad agnitionem veritatis, ægrè fert quidem Tertullus id, quod factum fuerat, & ad immensam iræ speciem, ut est verisimile, armatur à dæmone. Huius autem satellites, quorum manibus impia fuerat cura commissa, sanctorum manus lignis affixerunt, in dorso eos torquentes, & in hoc habitu Præfecto, cædem spiranti, sanctos ad tribunal adduxerunt. Tertullus autem venenatis diaboli furoribus agitatus, rursus interrogauit, toruo ad spectu se putans territurum beatum Onesimum: Quid te mouit, inquit, o ferro & igne digne, ut meam clementiam in immensam tibi reconderes fiduciam, & malū malo, ut videtur, addens, deinceps ad inexorabile in te intenderes supplicium? Dixit Onesimus: At ego existimabam te decæterò effectum amatorem meliorum, mihi quoque concessisse potestatem, ut docerem, ut per omnes absque vilo impedimento currens gratia, nullum eorum, qui crediderant, redderet expertem doni Dei. Hæc lepida verba, tanquam dicta per ludibrium, accipiens Tertullus, iussit beati corpus vehementer extendi à quatuor, & virgis cedi per ignominiam strenuum athletam pietatis.

Ceditur virgis atrocissimè.

Cum longum autem tempus, dum hæc fierent, prætercurreret, & ligna quidem sanguinem & carnem corporis simul attraherent, pia autem illa anima magis corroboraretur ex desiderio bonorum, quæ expectantur in cælis, minabatur Tertullus se corpus eius esse membratim dissidurū, nisi vellet sacrificare. Ille autem vir fortis, & propter pietatem planè inexpugnabilis, cum suam mentem tanquam murum aliquem validum opposuisset tormentis, erat immutabili sententia, ne omnino quidem propter minas suam inclinans fiduciam & loquendi libertatem. Postremò ergo, cum totum corpus disruptum esset tormentis, & vidisset Tertullus eum iacentem supinum, iubet eius tibias & femora confringi: & sic coronam incorruptionis consummatus beatus Onesimus à Deo accipit ad bonorum remunerationem 15. Calendas Martias.

Corpus eius in theca argentea reponitur.

Quadam autem mulier, quæ erat ex genere Imperatoris, cum thecam construxisset ex argento, in ea imposuit reliquias martyris, ex sua in sanctum memoria, æternorum

rum bonorum sibi mercedem comparans: Quam detur nobis omnibus consequi, gratia & clementia Domini nostri Iesu Christi, cum quo patri cum sancto spiritu gloria, potentia & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

## MARTYRIVM S. IVLIANÆ VIRGINIS ET MARTYRIS, AVTHORE SIMEONE METAPHRASTE.



TIAM ciuitatum pulcherrima, Nicomedia, inquam, cum, 16. FEBRVA, qui impiè imperauit, Maximianus lubenter in ea degeret, erat dedita cultui idolorum. Ex ea ergo vir quidam ducens originem, nomine Eleusius, qui erat vnus ex senatu, & amicus quidem Imperatori, amicus autem dæmonibus, despondet puellam specie formosam, genere claram, moribus probam & laudabilem, temperantiam sibi maximè vendicantem, & scientem eam esse suum ornamentum, & quod est omnium maximum & perfectissimum. In Christum magnam pietatem possidentem, etsi ex parentibus ad hoc non bonam haberet occasionem. Nam cū quidem erat pater, equè & amicus gentilibus, & Christianis inimicus inexpugnabilis. Mater verò erat in confinio vtriusque, nempe & gentilium erroris simul & pietatis, & neutri tribuens plus, quàm alteri. Sed non sic honestissima Iuliana, (hoc enim erat nomen puellæ) sed videns cælum, terram, aërem, mare, ignem, querebat eum, qui ea est fabricatus, & per ipsa, quisnam esset, valde prudenter didicit, sapientem Paulū habens magistrum. Inuisibilia enim eius, inquit, à creatura mundi operibus intellecta conspiciuntur. Rom. 1. Propterea ergo dicebat: Vnus est Deus verus, & eum oportet adorare. Alios autem nunquam deos dixerit Iuliana, neque cultum & honorem eis tanquam dijs tribuerit. Hæc dicebat, & verbis conuenientia efficiebat opera. Atque ab alijs quidem curis abstinere: His verò tribus suam vitam disperiebat, orationi, & templis Dei, & lectioni sacrarum scripturarum: & sic totum transiegit tempus, quod fuit inter sponsalia.

Iulianæ virginis præclaræ doctores.

Rom. 1.

Cum autem Eleusius vrgeret & properaret ad nuptias, hæc sapiens, & quæ acrem illum amatorem potens erat depellere, ad eum mittens, Noli, inquit, te parare ad nuptias, sciens fore, ut me non sis aliter ducturus, nisi prius Præfecti munus acceperis ab Imperatore. Hæc dicens, apertè ostendebat se talem habere scopum, ut si ille quidem non pareret, aut fortè etiam non posset, hæc non imbecilla ei esset occasio ad repellendas Eleusij nuptias. Sin autem eum ad hoc haberet morem gerentem, & qui id assequi posset, secundo aliquid ei imperaret, cui si paruisset & id fecisset, & illam in seipsum erat lucraturus. Sin verò non paruisset & hæsitasset, & se primum, deinde eius quoque perderet nuptias. Quod autem talis esset eius scopus, mox ostendet oratio. Nam ille quidem, quoniam captus erat summo eius amore, cum omnem mouisset lapidem, & plurima pecunia emisset magistratum, mittit ad puellam, significans & se ei sponsum euasisse clariorem, & iam postulans nuptias. Illa verò (necessariò enim aperit, quod animo agitabat) Dicite, ait ijs, qui missi fuerant ab Eleusio: Hæc quidem rectè se habent: tu autem nisi meum Deum adoraucris, & quem ego colo Dominum, tu quoque, tuum esse fueris confessus, quare aliam, quæ tecum habitat. Hoc enim est vel solum Iulianæ fundamentum, & qui non eadem, quæ ego, opinatur, vadat ad aliam. Atque illi quidem renunciârunt: ille verò fuit ira commotus, & cum patrem eius accersiuisset, omnia narrauit, & verbis quoque adiunxit minas.

Cum autem hæc ille audisset, qui erat ipse quoque deditus gentilium falsæ religioni, non minori, quàm ipse, furore percitus, & rem resciuisset non solum præter spem, sed etiam præter opinionem, dolore quidem afficitur ut pater, irascitur verò propter nouam religionem: & statim cum domum venisset, primum quidem nihil asperum nec acerbum dicit virgini, dubitans nè sic magis eam incitaret ad constantiam: sed iucundè potiùs & paternè, Dic mihi, inquit, filia charissima, & grata lux meorum oculorum, quanam de causa ægrè fers nuptias, & repellis Præfectum? Illa verò, veluti in auribus quodam percussa stimulo: Desine, inquit, pater, iuro enim meam spem, Dominum meum Christum, si non prius fuerit meæ opinionis, neque erit mearum nuptiarum particeps.

Quid

Pater Iulianæ idololatra, valde ei successerit ob religionem.

Constantia  
virginis.

Quid enim fuerit hoc aliud, quam corpore omnino coniunctos, esse hostes animis? Non tolerabilis ira patrem inuadit, & Desipis ne, inquit, & amas tormenta? Tormenta dixi? Per maximos deos Apollinem & Dianam, feris & canibus tuum corpus obijciam deuorandum. Martyr vero, Quid cunctaris? inquit: veniant canes, veniant ferae, atque adeo multae mortes, si fieri possit, pro vna. Lætabor enim, sæpè pro Christo moriens, & accipiens multas remunerationes. Rursus autem ille callidus generosam virginem variè inuadens, terrorem statim relinquit & asperitatem, & ad primam viam reuertitur, cum & paternum desiderium & hinc religio ex æquo eum distraherent, & vt se in omnem partem verteret, efficerent. Et idè persuasione & blanditijs eam rursus studebat inducere.

Pater eam  
in carcere  
trudit.

Cum autem illa quidem minimè cederet, ille verò pergeret esse molestus, martyr aliquid aliud loquitur, quod plenum erat fiducia & loquendi libertate: Nunquid tu quoque eris, dicens, tuis dijs similis, aures quidem habens, minimè autem audiens? Non hæc tibi dicens paulò antè, iusiurandum quoque intuli, nihil mihi rei fore cum Eleusio, si non prius ei persuasum fuerit, vt Christum adoret? Postquam eam pater audiuit sic dicentem, eam tradit in custodiam. Deinde cum eam nocturnè rursus accessisset, faciebat periculum, num tempus aliquid detraaxisset de eius constantia. Postquam verò rursus exclamauit generosa, Non sacrificabo idolis, non adorabo sculptilia: Christum solum adoro, Christum colo: vbi vidit apud eam nihil efficere blanditias & minas, accessit ad periclitandum ea, quæ sunt grauiora: & cum plagas infixisset, non quas paterna dimensa est misericordia, sed quas tumentis animo largiebatur: deinde eam tradit sponso, vt ea vereretur vt volet.

Afficit ver-  
beribus.

Traditur  
sponsa Pre-  
fecto.

Cum ergò contempto sponso contemnentem sponsam liceret iudicare, vt qui talem suscepisset magistratum, ipse quidem primò æstuabat animo & stridebat dentibus. Postquam autem ea fuit introducta ad tribunal, & formæ pulchritudine omnium in se conuertit oculos, illius quoque ira eius specie obtunditur, & iram mitigauit cupiditas, & tanquam qui meditatus esset dicere omnium iucundissima & mollissima, Crede mihi, dicebat, o mulierum suauissima, & cum meas elegeris nuptias, liberare ab acerbis tormentis. Quòd si etiam nolis dijs sacrificare, nos tibi nullam vim adferemus: tu solum mihi annue nuptias. Ad hæc martyr Christi, Neque vlla nos, inquit, oratio, neque tormentum, non ipsa denique mors persuaserit tibi prius coniungi, quam tu factus fueris mei Christi partium, & consummatus fueris eius diuino baptisinate. Sed hoc quoque faceremus, o charissima, inquit Præfectus, nisi graue ab Imperatore nobis immineret periculum. Si enim tale quid veniat ad notitiam Imperatoris, non solum honore, sed cum ipso vita quoque priuabit. Deinde tu quidem, inquit illa virgo præclara, hunc mortalem, & qui est ad tempus, regem, & qui est dominus tantum corporis, non etiam animæ, times: ego autem immortalem & Dominum omnium regum, & qui omni spiritui & animæ dominatur, nihilifaciam? & matrimonio coniungar cum ijs, qui ipsum afficiunt iniuria? An non tibi esse videtur iniuria, si quis è tuis seruis accedens, amicitiam inierit cum tuis hostibus, & cum eis inierit matrimonia? Nè ergò fallaris, neque vtaris ambagibus, arbitrans fore, vt tu me persuadeas. Sed si velis quidem, ipse quoque ad Deum meum accede. Sin minus, at tu me interfice, manda igni, cæde flagellis, trade bestijs, vtere quomodocumque volueris. Tu enim es mihi abominandus, & tuum matrimonium est societas cum inferis, & sepulcrum positum in oculis.

Durissimè  
S. virgo fla-  
gellatur.

Hæc cum audisset Præfectus, & igni ignem addidisset, ignem iræ, igni amoris, totus ignis apparebat, & furore agitabatur. Talis enim est amor, si fuerit contemptui habitus. Et propterea graue tormentum intulit egregiæ illi virgini. Id verò erat eiusmodi, vt à quatuor loris extensa, aridis quidem neruis, viridibus autem viminibus ipsa diu à multis verberaretur. Vbi autem defessi quidem erant illi, qui verberabant: ei verò punitio erat potius confirmatio eorum, quæ dixerat, vt quæ nihil omnino ostenderet muliebri nec illiberale, iubens licetores cessare Præfectus, Sed hæc quidem, inquit, o Iuliana, sunt initia & proœmia tormentorum. Tu autem ex his de alijs quoque capiens coniecturam, accede magnæ Diane sacrificatura. Sin minus, postquam passa fueris, scies omnino te de rebus tuis non bonum cepisse consilium. Illa verò agrè ferens, quòd putaret se posse ei persuadere: Fac, inquit, o tu planè stulte & amens. Nam me habebis magis paratam pati, quam tu sis paratus facere. Cum sic dixisset, acerbioris orati-

orationis poenas luit grauissimas, suspensa quidem capillis capitis, magna autem diei parte pendens, adeo vt propter violentam extensionem aulsa quidem sit pellis à capite, vultus verò sit valde perturbatus, & super frontem tracta fuerint supercilia. Prefectus ergò etiam post supplicium verba rursus adhibuit, ei spem præbente amore, & vt id, quod valde vellet, expectaret persuadente.

Postquam autem ille multa dicens, visus est inaniter canere, & ad cor quidem nihil dicere, foris autem solum aures implere, molestia rursus affectus est impius: & rursus consequenter præclaræ martyri adhibita sunt tormenta. Iussit enim laminas ferreas valde candentes imponi eius axillis & lateribus. Deinde lateribus quoque alligari manus, & aliquod aliud ferrum transfidigi per media eius femora, & sic colligatam vel potius confixam, abduci in carcerem. Illa verò cum & tam acerbum pertulisset supplicium, & abducta esset in carcerem, humi iacens, Domine Deus meus omnipotens, clamabat, qui es inuicidus in potentia, qui fortis in operibus, aufer à me has afflictiones, & ab ijs, qui me circumdant, libera doloribus, vt Daniele à leonibus, vt tres pueros, & Teclam ab igne & bestijs. Pater meus & mater mea dereliquerunt me: tu autem Domine nè recesseris à me: sed quomodò olim quoque fugientem Israël per mare conseruasti, mari verò inimicos eorum obruisti: irà nunc quoque me serua. Eum autem, qui aduersus me bellum gerit, confringe rex inuide, & per eum, aduersarium, & qui nos conatur supplantare, satanam.

Cum preces adhuc essent in labris, ad eam accedit, qui sub aspectum non cadit, omnium hostis & inimicus, simulans se esse angelum Dei: Grauiora, dicens, o Iuliana, & valde grauiora & planè intolerabilia aduersus te Præfectus parauit supplicia. Tu autem solummodo cum te eduxerint è custodia, accurre & statim sacrificata. Neque enim sustinebis suppliciorum nimiam acerbiratem. Illa autem, Et quisnam tu es? rogauit. Malignus verò, Sum, inquit, Dei angelus: & quoniam is magnam tu ducit rationem, mittit me ad te, magnificiens vt tu pareas, & non corpus tuum multis tormentis intereat. Ignoscet enim tibi, si paruèris, cum sit benignus, propter multam carnis imbecillitatem. Perturbatione & terrore martyr propter hæc fuit plena. Nam eius, qui apparebat, videbatur quidem forma angeli: consilium autem apertè inimici. Cum ergò valde & miserabiliter ingemisset, & lachrymis impleret oculos: Domine mi, inquit, omnium, quæ sunt, effector: quem solum quidem laudant virtutes caelestium, horret verò aëreorum multitudo dæmonum: nè me despexeris, quæ propter te sum passa: nec mihi prætextu salutis, malignus amarum aliquod temperet poculum: sed ostende mihi, quisnam sit, qui hæc dicit, & qui se fingit tuum esse famulum. Dixit, & statim exaudivit is, qui inuocabatur, & vox extitit calidus: Conside Iuliana: ego enim sum tecum. Eum autem apprehende, (do enim tibi aduersus eum vires) & ex eo disce, quisnam sit.

Sic preces vox quidem est consecuta, vocem verò miraculum. Statim enim soluta quidem sunt vincula: cecidit autem ferrum à femoribus. Illa verò humo statim exurgit, & sit sui iuris: & cum sic soluta essent illius vincula, vincus videbatur is, qui apparuerat. Quem cum martyr strenuè tanquam seruum comprehendisset, qui grauiora petrauerat, duxit ad examinationem, dicens: Quisnam es, & vnde, & à quo missus? Illi autem (validum enim, quod sub aspectum non cadebat, vrgebat flagellum) coegit verum dicere, cum esset omnino amicus mendacij: & omnia simul recenset, eum, qui miserat, quòd scilicet esset satanas: se, qui missus fuerat, nempe quòd esset primus ex eius dæmonibus: causam, quòd per ipsam malignus magnum vulnus acceperat. Præterea, quòd ipse esset ille ipse, qui Eux olim perniciosum dedit consilium, & ad fratris eadem Cain incitauit, & qui induxit parricidium, qui suggessit Nabuchodonosori, vt excitaret statuam, Herodi puerorum occisionem, Iudæ prodicionem & deinde laqueum. Ego, inquit, etiam lapidationem moui aduersus Stephanum: aduersus Petrum autem & Paulum, illius quidem capite demisso in terram crucifixionem, huius verò ense interceptionem. Postremò ego sum, qui persuasi Hebræis, vt essent cultores idolorum: Solomonem autem sapientem infatuauit, & effeci nefariorum amorum ludibrium.

Hæc postquam audiuit Iuliana, aliud quoque fecit admirabile. Alia vincula & plagas imposuit dæmoni. Omnino autem is etiam, qui absque his, ineuitabilibus illum constrinxit vinculis, & effecit vt teneretur manibus, non est incredibile eum procurasse, vt vinculis rursus ligaretur à sancta, & sentiret plagas. Atque ille quidem admirabiliter

Ligat &  
verberat  
dæmonem,  
ter

Suspendi-  
tur diu ca-  
pillis capi-  
tis.

Vritur la-  
minis can-  
dentibus.

Dan. 6. & 5.

Exod. 13.  
& 14.

Diabolus  
sub angelis  
specie ei ap-  
paret.

Apprehedit  
dæmonem.

Gen. 3. & 4.

Dan 3.  
Matt. 2. 26.  
& 27.  
Act. 7.



ter grauem dolorē sentiebat, & rogabat, vt solueretur à vinculis, & relaxaretur à plagis. Quoniam verò non soluebatur, deslebat calamitatem, Hei mihi, dicens: Quid de me fiet? Quò fugiam? Multos quidem decepi: multis autem intuli afflictiones, & multorum fui causa malorum, carcerum, publicationum, plagarum, cōflagrationum, exiliorum, & postremò mortis acerbæ. Sed nullus eorum me omninò superauit. Hęc verò tanquàm mancipio etiam vincula imposuit, & plagas incussit, & me detinet. Sed ò pater & princeps noster, quomodò non cognouisti id, quod erat euenturum? Quomodò misisti? Quomodò ignorasti hoc malum inexpugnabile, quòd virginitate nihil sit excelsius, & martyris precibus nihil fortius?

Cùm verò is sic examinaretur, misit Præfectus, qui Iulianam educeret è carcere, si modò ea viueret. Illa ergò ducebatur: malus autem dæmon ab ea trahens, sequebatur. Martyr verò stetit ante Præfectum, primam seruans pulchritudinem, & perindè ac si nihil mali sustinisset, neq; in obscuro carcere inclusa fuisset: sed perindè ac si fuisset in thalamo, & benè & lautè curata fuisset & accepta. Dixit autem Præfectus: Dic mihi, inquit, Iuliana, Quando & à quo has didicisti præstigias: & quanam arte ita contempsisti tormenta, vt nullum serues eorum vestigium? Ars quidem, inquit, ò Præfecte, nulla est: sed diuina quadam & ineffabili potentia, quæ non solum te, sed patrem quoquè tuum satanam pudore affecit, me verò ambobus effecit potentiorē, nempe & tuo furore & improba illius arte: sic hęc quidem Christus vestras vires eneruauit, illic autem tibi & tuo patri & vestris asseclis ignem parauit terribilem, & tetrum tartarum, & tenebras, & vermem, & quæ nec mente potest aliquis comprehendere, nec persequi oratione.

Cùm ignem audisset Præfectus, ignem contra ipsam parauit, qui est ad tempus scilicet, & extinguitur. Accendit itaq; fornacem lignis & sarmentis, & qualibet materia, quæ facillè potest vri & igne consumi. Vbi autem vehementer arsit, præclaram virginem in eum iniiciunt. Illa verò ad Deum intuebatur, & lachrymas emittebat ex oculis, & hæc parua guttæ, fluuios imitatur, ignem extinxerunt. Maximo itaque sunt obstupesci miraculo, totus populus Nicomediensium, & viri numero circiter quingenti, vna voce & mente exclamauerunt: Vnus est Deus, Vnus, inquam, Deus, qui est Deus martyris Iulianæ: Ipsum nos quoq; colimus, & gentiliū cultui renunciamus. Veniat ensis, veniat ignis, veniat quæuis alia mors & cuiuscunque generis. Atq; eos quidem statim accepit ensis, cùm sic iussisset Præfectus, nullo relicto, qui non fuerit in Christo consummatus. Eiusdem quoq; exitus fuere sociæ centum & triginta mulieres: Neq; enim viris visæ sunt inferiores, quòd attinet ad pietatem.

Adhuc autem ira feruens Præfectus, iubet Iulianam rursus iniici in leberem, multo igne bullientem. Diuina verò gratia eum propemodum effecit martyri lauacrum laborum, non autem qui membra liquefaceret & dissolueret: Ijs verò, qui circa ipsum ministrabant, Chaldaicam aliam fornacem. Nam cùm repente erupisset lebes, & circuncircatè tanquàm ab aliqua machina esset effusus, admirabiliter & præter opinionem perdidit eos, qui circumstantabant: & cùm eos iuste punisset, & stultis ostendisset experientia, qualis in ipsos, & qualis apparuerit in martyrem. Cùm sic fuissent consumpti lictores, Præfectus non tulit quod acciderat, neq; omninò tolerandam reputauit calamitatem. Quod autem eum præcipuè malè habebat, erat, quòd nec potuit quidem vnam superare puellam. Quod verò fuit indicium eius egritudinis, vestem quidem suam lacerauit: multa autem verba in suos deos emisit præ dolore. Cùm ergò supplicia inferens, nihil proficeret, ita magis videns martyri crescere constantiam, fert in eam sententiam, vt ense mortem subeat.

Procedit autem rursus quoq; tentator, qui ab initio ad martyrem accesserat fatanas, & longè plura passus quàm faciens, & procul stans, (adhuc enim timebat, & plagarum meminerat) eius morte gaudebat, & ad cædem incitabat lictores. Cùm autem virgo illa fortis eum toruis adspexisset oculis, ille, Hei mihi, clamans, me fortè vult rursus apprehendere manibus, euauit. Et ille quidem cùm multi adessent testes, metum sic confessus, aufugit: Gloriosa verò victrix Iuliana, tanquàm non ad mortem duceretur, sed potius ad solutionem mortis, ambulabat alacri vultu, lætis oculis, & animæ internam exprimens voluptatem, cum ijs, qui cum ea ambulabant, multum differens, & persuadens, nullum esse neq; ex bonis præsentibus preciosius, neq; ex tristibus validius dile-

Mittitur S. virgo in fornacem.

300. viri credunt in Christum, & occiduntur.

Item scemio nã 130.

Dan. 3.

us dilectione in Christum. Hęc dixit, & factis ipsis obsignauit, quæ dixerat. Postquam enim fuit in eo loco, vbi oportebat eam accipere consummationem, primùm quidem se erexit ad orationem, deindè & collum inclinavit ad cædem, eandem seruans animi lætitiā, & nihil omninò triste ostendens. Ità victoria insigni ei caput amputatur.

Mulier autem quædam, nomine Sophia, fortè fortuna tunc transiens Nicomediam, & ad magnam urbem proficiscens Romam, illas sacras secum accipit reliquias: easq; domum portans, excitat martyri templū dignum eius certaminibus. Paulò post excrandus quoq; Eleusius meritas luit pœnas. Nam cùm in mari nauigantem sæui quidam venti deprehendissent, & ingentem tempestatem excitassent, ipsam quidem nauem vnà cum viris in mari submergunt. Cùm alij autem omnes essent submersi, ipse vt maiorem acciperet calamitatem, à mari quidem seruatur: in quendam verò locum desertum abijcitur, & fit miser cœna canibus.

Tale fuit Iulianæ martyrij stadium, & talis pro Christo finis eam est consecutus: quæ Eleusio quidem desponsa fuerat circa nonum annum ætatis, Christi autem fuit sponsa, & per martyrium ei fuit coniuncta, cùm nata esset decem & octo annos. Rex verò erat tunc quidem impiorum Maximianus: noster autem, id est, fidelium, qui est semper Deus & Rex, Dominus noster Iesus Christus: Cui gloria & potentia nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

### MARTYRIUM SANCTORVM ET GLORIOSORVM CHRISTI MARTYRV M, LEONIS ET PAREGORIJ, qui martyrium subierunt Patavis: ex Simeone Metaphraste.



VARIÆ quidem sunt diaboli machinæ aduersus seruos Dei: magis varium autem & maius est vnigeniti auxilium in suos ministros. Nam ille quidem non carnem & sanguinem obicit ijs, qui sunt natura Christiani, sed spiritualia nequitia. Christi autem auxilium suos efficit fortiores aduersus diabolum. Satis verò probatur id, quod dictum est, ex generosorum martyrum Leonis & Paregorij tolerantia. Nam cùm beatus Paregorius fuisset prius consummatus in tolerantia in Domino, & multorum laborum requiem inuenisset regnum calorum, beatus martyr Christi Leo, eius quidem qui fuit consummatus, certamen beatum esse ducebat: ipse autem afficiebatur magno dolore, quòd non fuisset consecutus idem certamen, cùm esset communis via eis proposita.

Illis verò diebus contigit Proconsulem Lollianum electum ab Imperatoribus, venire vsque ad eos, cùm reatio esset eo tempore penès Procuratorem urbis, qui erat Patavis. Celebrans autem sceleratus Procurator diem festum Serapidis, & congregans concilium impiorum, consultabat aduersus Christianos, & cogebat omnes ad cultum insanum idolorum. Cùm multi verò concurrerent, & metu humano tenerentur, egrè tulit quidem beatus Leo, ne audire quidem sustinens impiorum audaciam. Apud se autem differens, egressus est ad locum, in quo iacebant reliquie beati martyris Paregorij. Cùm autem fuisset in illo loco, in quo peragebant festum execrandū & impium, qui eo digni erant, vnusquisque eorum, qui videbant, tam ex ipsa statura, quàm ex vultu & veste, & ex eo, quòd non assentiretur malis, quæ ab ipsis fiebant, existimabat eum esse Christianum & planè reuerendum. erant enim ei moderata omnia. monasticam enim vitam exercuerat à iuuentute: & ideò deditus fuerat continentia, castitati & temperantia. Indumentum autem eius erat ex pilis contextum, & planè re ipsa vitam æmulabatur Apostolicam, & fuerat imitator sancti Iohannis præcursoris.

Cùm ergò accessisset ad locum ei propositum, & preces sudisset consuetas, domum est reuersus: & cùm fuisset ingressus, & de more precatus, & panem sumpsisset, manebat apud se, nihil aliud meditans, quàm præclara facta pij Paregorij. Cùm hæc autem apud se animo agitare, paululum in somnum est resolutus, vt rerum sibi futurarum gloriam adspiceret. Quomodò enim Patriarcha Ioseph vidit, quæ à Deo essent sibi inferen-

T t t

Gen. 37.

feren-

Læta progreditur ad mortem.

Sacræ eius reliquie Romam transportantur.

18. FEBRUA. Licet in Aloysij Tomo non sit assignatus dies.

Leo à iuuentute fuit monachus egregius.

ferenda: ita etiam beatus Leo vidit per spiritum sanctum rerum sibi futurarum euentum. Visus est ergo videre, cum esset vehemens tempestas, & torrentes magno impetu defluerent, Paregorium & se stare in medio torrente: & licet esset fluentum valde periculolum, se proijcere & accurrere ad beatum martyrem Paregorium, qui ingrediebatur iter ad martyrium. Itaque postquam visionem adspexisset, excitatus, apud se euentus faciens coniecturam, coniecit ea, quae erant euentura. Scipsum autem beatum pronunciabat, quod aliquanto tempore versatus esset cum beato Paregorio.

Deinceps ergo ad eum accedebat, tanquam ad fidelissimum aliquem socium certaminis, sed per medium forum, & per id, quod dicebat Tychæum: & cum venisset ad locum, vidit lucernas & cereolos accensos circa delubrum: & eorum quidem, qui accenderant, misertus est, ut qui decepti essent: cum propius verò accessisset, contriuit lucernas suis manibus, & cereos conculcauit pedibus, eis dicens: Si deos existimatis habere vires, scipsum defendant. Mystræ autem iniquitatis, coetu congregato impiorum, clamabant aduersus sanctum Leonem, ut qui auerteret eam, quæ à Fortuna erat oblata in ciuitatem, beneuolentiam. Cum verò creuisset tumultus, & fama esset per totam ciuitatem eius, quod factum fuerat, & peruenisset ad aures Procuratoris, qui tunc administrabat rempublicam, sua usus iniquitate, iubet milites obseruare eius reditum, & virum comprehendere. Et sanctus quidem Leo est reuersus, per se considerans id, quod erat euenturum, oculos mentis ad Deum extollens. Milites verò cum propè accessissent, & eum apprehendissent non resistentem neque tumultuantem, adducunt eum ad Procuratorem. Ille verò tanquam immanis quædam fera, vorans sanguinem, plenus furore, mouebatur aduersus martyrem.

Leo à militibus comprehēditur nō inuitus.

Egregia S. Leonis fortitudo.

Matth. 7.

Vite æternæ via cur angusta dicitur

Postquam autem vidit propè esse beatum Leonem, statim ei obiecit audaciam, quæ usus fuerat aduersus lucernas, dicens: Mihi vidēris, o fenex, vel ignorare vires deorum cælestium, quod eorum euertās religionem: aut insanire, ut qui facias præter id, quod videtur diuinissimis nostris Imperatoribus: quos secundos seruatores & deos optimè facientes nos vocamus. Ad hæc dixit Leo sanctissimus: Multos cælestes deos dixisti, o Procurator. Veritas autem non ita habet, est enim vnus Deus cælestium & terrestrium, Dominus noster Iesus Christus, filius Dei viui, qui non habet opus, ut sic colatur ab hominibus. Spiritus enim contritus, & anima, quæ consuevit humiliter de se sentire, sunt apud Deum in magna existimatione. Lucernæ autem & cerei, qui circa simulacra accenduntur, sunt vani & inanes: quoniam sentire non possunt lapis & æs & lignum, quæ ab hominum arte sunt extructa & fabricata. Si verò, o Procurator, eum qui verè est Deus, intelligeres, non hanc materiam nullo sensu præditam honorāsses honore sufficientum. Cessa ergo in his frustra laborare, & lauda Deum vniuersorum, & eius filium vniuentum, Dominum nostrum Iesum Christum, seruatorem mundi & opificem animarum nostrarum. Ad hæc dixit Procurator: Non respondisti in præsentia ad crimina, quæ tibi obijciuntur, sed alia dixisti pro alijs. Nam cum de dijs accuseris, prompto & alacri animo doces de Christianismo. Dijs autem gratia, qui non suerunt te latere, cum hæc ausus fueris. Aut ergo agnosce deos, & imple corū sacra, eorum qui adsunt, parens sententiæ: aut da pœnas eorum, quæ ausus es admittere.

Ad hæc dixit Martyr: Mihi quidem fuisse iucundum, nullum hinc esse lapsum à cælesti cognitione, non solum tantam multitudinem. Quoniam autem video multos impiè insanisse, nè putes me esse vnum ex his, cum sim Christianus. Ego enim, qui intus habeo præcepta Apostolica, his vtar ad obedientiam. Sin autem propter hæc pœnas à me exigis, nè differas. Non enim propter tormentum, quod à vobis existimatur grauissimum, cauebo: sed omnia sum paratus sustinere, nè quis det diabolo in nos locum aliquem. Sin verò non omnes eadem, quæ nos, sentiunt, hæc sola vita viuunt. Futura enim vita acquiritur per has afflictiones. Sic enim dicit scriptura, arctam esse viam, quæ ducit ad vitam æternam. Dixit Præfectus: Si tu ergo confiteris arctam esse viam, quæ est apud vos, transi ad nostram, quæ est lata & melior. Dixit autem sanctus: Non eam dixi esse adeò arctam, ut non capiat eos, qui illa ingrediuntur. Multi enim pulcherrimam hanc viam sunt ingressi. Sed dicta est angusta, quæ cum afflictione, angustia & necessitate & pro iustitia persecutione inicitur ab ijs, qui ad eam accedunt. Ijs verò, qui ea sua sponte suscipiunt, fides est latissima, deducens ad proprias virtutes. Cur non autem pronuncias, viam quidem, quæ apud nos dicitur angusta, esse latissimam ad salutem: cum didice-

didicere, quod ex fide vnus parentis nostri Abraham, multitudo innumerabilis iustificatur in fide, requiescens in eius sinu: viam verò, quæ est apud vos lata, esse angustam per incredulitatem? Est autem hoc verum. Virtutes enim, cum sint diuersæ & latæ, sunt imperitis arctæ & inaccessæ.

Hæc ergo & his plura sancto differente Leone, & Christianismi rationem strenuè confirmante, impiorum Iudæorum & gentilium exclamauit multitudo, rogans nè ei concederet loqui, quæ vellet. Dicit autem Procurator ad ea, quæ dicta sunt à multitudo: Ego nunc ei do potestatem loquendi liberè, & communem amicitiam polliceor, si dijs pareat. Dixit autem sanctus Leo: Si meorum quidem verborum oblitus es, o Procurator, rectè rursus interrogas. Sin verò meministi, scias fieri non posse, ut assentiar adorandos esse deos, qui non sunt natura. Tunc his verbis ira motus, iubet cædi flagris venerandum corpus martyris. Cum autem multitudo plagarum esset innumerabilis, & maior, quàm ut id sustinere posset humanum corpus, fortissimus athleta Christi Leo, nullo ex ijs, quæ siebant, quidquam afficiebatur, ne minimum quidem emittens suspirium, totam enim mentem suam & desiderium conuertebat ad Dominum. Dicebat autem Procurator: Parua sunt, o Leo, hæc, quibus affectus es, tormenta, si conferrantur cum futuris. Decæterò mihi pare, & dijs offer, quæ sunt lege constituta sacrificia. Dixit sanctus Leo: O Iudex, quod sæpè prius dixi, non recusabo rursus dicere: Neque hos noui deos, neque vnquam in animum inducam, ut eis sacrificem: ut qui sciam præcepta sacrarum scripturarum. Dij enim, qui cælum & terram non fecerunt, perant à facie terræ.

S. Martyr cæditur flagris.

Jerem. 10.

Ad hæc dixit Procurator: Hoc solum dic: Magni sunt dii, & liberaberis à tormentis. Parco enim tibi, tuam respiciens canitiem, & alium habitum corporis. Dixit sanctus Leo: Hoc ipse quoque dixerim, eos re vera esse magnos & idoneos ad perdendas animas, quæ ipsis credunt. Dixit ira percitus Imperator: Iubeo te trahi per petras, tanquam furore correptum, & sic mori acerbè. Dixit beatus Leo: Quiuis mortis modus est mihi iucundus propter regnum cælesti. Eam enim voco vitam & salutem, quæ postquam hinc excessero, dabit mihi ut habitè cum sanctis martyribus. Dixit Procurator: Pare o Leo edicto Imperatorum, & dic, dii seruatores: quoniam es alioqui citò acerbè moriturus. Dixit autem sanctus Leo: O Iudex, mihi vidēris esse valde imbecillus, qui solum assidue mihi verbis mineris, præter verba autem nihil facias. Cum verò propter hæc seditionem agitasset multitudo, valde perturbatus Procurator, iussit sanctum quidem capi pedibus, trahi autem in torrentem, in eo vltimum daturum supplicium.

Procurator, legendum sententio.

Cum itaque sententiam pronunciasset Procurator, statim serui peccati & ministri tenebrarum, beatum Leonem traxerunt in torrentem inhumanè & crudeliter. Tunc sciens esse impletum suum desiderium, ad Deum extollens oculos, sic coepit dicere: Domine Iesu Christe, ago tibi gratias nunc & in secula, quod me non diu separaueris à famulo tuo Paregorio, sed mihi velocem occasionem dederis eum sequendi. Lætor ergo ijs, quæ facta sunt: nempe quod pro meis prioribus peccatis nouum viaticum accipio martyrium, & quod in manus angelorum tuorum meum trado spiritum, in æternum liber conseruandus à iudicio improborum. Atque pro ijs quidem, quæ in me sunt, esto ijs, qui ausi sunt, propicius: eis autem concede, ut te agnoscant Deum vniuersorum: quoniam non vis aliquem perire, sed omnes esse saluos & venire ad poenitentiam. Quinetiam cui libet, qui inuocat nomen meum, condona Domine sua peccata, & colloca eum, vbi videat lucem vultus tui: Quoniam tu es Deus solus, patiens, & multa misericordiæ: & te decet gloria in secula seculorum, Amen.

Precatio martyris sub morte.

1. Tim. 2.

DE SS. Martyribus Maximo, Claudio, Præpedigna & duobus filijs eius, quorum martyrium incidit in 18. Februarij diem, videat Lector Tomo 4. Historiam S. Susannæ, 11. Augusti.

VITA SANCTI ET GLORIOSI ET ADMIRABILIVM OPERVM EFFECTORIS, PATRIS NOSTRI  
Auxibij, Archiepiscopi Solensis, qui fuit discipulus sancti benedicti, Apostoli & Euangeliste Marci, ex Simeone Metaphraſte.

19. FANRVA.

Roma patria Auxibij.



Deut. 32.

Num. 12. Gen. 39.

Abhorret a matrimonio.

Fugit parentes &amp; patriam.

Act. 15.

**V**OLO vobis narrare, patres & fratres dilecti, admirabilem & præclaram vitam venerandi & sancti patris & Archiepiscopi Auxibij, qui fuit effector operum admirabilium. Vereor autem hoc facere, propterea quod sit indignum, vilis & abiecta oratio. Hic enim primus, tanquam Sol quidam lætus, exortus est in hac ciuitate, illuminans eos, qui sedebant in tenebris erroris simulacrorum, radijs diuinae doctrinae: & tanquam lucida lucerna in fordido loco, diuino oleo irrigatus, luxit in hac ciuitate, donec Christus illuminauit eos, qui in ea habitabant, & exortus est lucifer in cordibus eorum. Sed date mihi, rogo vos, veniam. Ego enim miser, qui sum rudis sermone & scientia, existimaui necessarium, cum sint multa & admirabilia beati Auxibij facta & virtutes, narrare pauca vestrae charitati, quomodo audiui & accepi à viris venerandis, & qui ætate processerant, vt dicit diuina scriptura: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. Incipiamus ergo, Deo adiuuante, pulchram narrationem & animæ vtilem.

Hic ergo beatus Auxibius ortus quidem fuit ex magna ciuitate Romanorum. Eius autem parentes erant quidem valde diuites, sed gentiles religione. Fuerunt verò eis duo filij, beatus Auxibius & eius frater Themistagoras. Beatus autem Auxibius erat valde vrbani & mitis, sicut Moyses. erat verò mente quoque casta & pudica, sicut beatus Ioseph. & vt semel dicam, erat omni virtute ornatus, scitus puer, ætate proficiens. pater autem eius eum erudijt omni externa sapientia. Cum fuisset verò ætatis legitimæ, voluerunt eius parentes eum matrimonio vxori coniungere. Beatus autem Auxibius, cum mentem haberet diuinam & perfectam cogitationem, vitamque, quam agebat ex virtute, & carnis castigationem, ad hæc contradicebat. A multis enim de Christo audiebat, & desiderabat fieri Christianus. Parentes autem eius cum hæc audiuisent, ei succensebant. Et pater quidem cogebat minitans: mater verò blandiens, consulebat vt hoc faceret. Videns autem beatus Auxibius hanc illorum voluntatem, quæ afferebat impedimentum bono suo instituto, voluit Roma recedere.

Cum hoc itaque statuisset, neque vili quidquam dixisset, paucis post diebus se subdixit à suis parentibus: & cum in portum descendisset, inuenit nauem nauigaturam in partes Orientis. Omnibus itaque relictis, pauca pecunia sumpta ad se alendum, nauem ingressus est. Cum Roma autem soluissent, post aliquot dies venere Rhodum: & cum illinc traiecissent in mare, quod est in Pamphylia, venerunt in Cyprum, & appulerunt in quendam vicum, qui vocatur Portus, distat autem circiter quatuor milliaria à ciuitate Solensium, beatum Auxibium diuina ducente prouidentia, ad ædificationem & salutem multarum animarum. E nauis verò egressus, versabatur in vico, qui vocatur Portus, vt se recrearet à nauigatione. ab ea enim fuerat valde iactatus & defatigatus. Accidit autem, vt Barnabas Apostolus Christi, in secunda sua circuitione veniret Cyprum, postquam ipse à Paulo fuerat separatus, faciei visione, non cordis. Cum Marcum autem secum assumpsisset, appulerunt Lapethum. Obcuntes verò totam insulam, venerunt Salaminam, quæ nunc dicitur Constantia, vt dicit Marcus. & cum inuenissent Heraclidem insulæ Archiepiscopum, & eum agnouissent, docuerunt eum quemadmodum oporteat prædicare Christi Euangelium, & constituere ecclesias, & ministros in eis: & eum valere iubentes, dimiserunt in pace. Cum autem cursum peregisset Barnabas, & martyrij corona fuisset redimitus Constantiæ, Marcum quoque de medio tollere conabantur iniqui Iudæi. Fugit verò Marcus, & persecuti sunt eum vsque ad Ledron: & cum inuenisset speluncam, & eam esset ingressus, ibi latuit tres dies: & post tres dies recessit ex illo loco, & montem peruadens, transijt per Limnetem. erant autem cum eo Timon & Rhodon: & cum iuisent in vicum, qui vocatur Portus, inuenerunt in eo

in eo bearum Auxibium, qui Roma recens venerat.

Cum autem contigisset eos sibi inuicem occurrere, rogauit beatus Marcus Auxibium, è quam esset ciuitate. Ille verò dicit: Ex magna vrbe Roma, propterea quod factus fuisset Christianus. Apostolus autem Christi Marcus, videns eum teneri Christi desiderio, & esse fidelem & eruditum, descendens ad fontem, eum baptizauit in nomine patris & filij & spiritus sancti. & postquam ipse fuit baptizatus, imponens ei manus, dedit spiritum sanctum. & cum eum ordinasset Episcopum, & docuisset quomodo oporteat prædicare Christi Euangelium, misit in ciuitatem Solensium, ei mandans & dicens: Fili Auxibi, quoniam ciuitas est dedita cultui simulacrorum, & nondum susceperunt Dei eloquia, sed versantur in tenebris erroris simulacrorum, fac hoc, quod tibi dico. Nemo iam cognoscat te esse Christianum, sed simula te illorum vti religione: & procedente tempore incipies eis rectè loqui tanquam infantibus, sermone eos tanquam lacte alens, donec cum perfecti euaserint, sint solidi nutrimenti participes. Cum hæc & his plura dixisset magnus Apostolus & Euangelista Marcus Auxibio, eum dimisit in pace. Inclytus autem Marcus cum nauem inuenisset Aegyptiam, eam ascendit cum Timone & Rhodone, & nauigantes iuerunt Alexandriam, & illic annunciabat & docebat regnum Dei.

Ex Limnete autem profectus beatus Auxibius & iter faciens, percontatus venit Solos. erat verò prope portas ciuitatis, ad partem occidentalem, templum Iouis, qui falsò apud eos vocatur deus: in quo etiam habitabat sacerdos. & cum per locum illum transiret beatus Auxibius, vidisset autem sacerdos Iouis eum esse hospitem, cum benignè domi suæ accepit hospitio, & ei mensam apposuit. Mansit ergo apud eum illo die, & die sequenti eum sacerdos interrogauit, dicens: Undè venis, & quænam est causa, quod huc ueneris? Respondens autem S. Auxibius, dixit ei: Romanus sum: cum mihi verò vsus esset nauigare in Palæstinam, descendi in Limnetem: & cum accepissem huius ciuitatis pulchram esse habitationem, sciscitatus huc ueni, & lubenter in ea habito, sed si facis mecum misericordiam, maneam apud te, donec inueniam locum, ubi habitem. Dicit autem sacerdos: Mane feliciter. Mansit ergo in loco, qui appellatur Iouis, aliquanto tempore, non ostendens se esse Christianum, sed simulans se illorum vti religione, hæc apud se reputans: Si diabolus transfiguratur in angelum lucis, vt eos, qui ei credunt, ad se attrahat, blandisq; & compositis verbis à luce transfert ad tenebras, vt iam faciunt eius ministri: quanto magis debemus nos transfigurare in homines obnoxios iisdem affectionibus, vt eos abducamus à potestate tenebrarum & diaboli, & transferamus ad admirabilem & terribilem lucem agnitionis Iesu Christi filij Dei?

Hæc autem & his similia apud se cogitans & faciens Dei seruus Auxibius, mansit in loco prædicto. Cum verò pauci dies præterissent, dicit beatus Auxibius sacerdoti Iouis: Frater, habeo quod tibi dicam. Ille autem dicit: Dic. Ei itaque dicit: Quanam de causa colitis deos, cum sint ligna & lapides? Os habentes, non loquuntur: oculos habentes, non vident: & aures habentes, non audiunt: neq; odorantur oblatum sibi sacrificium. Quem autem colunt Christiani, ipse est verus Deus, vt audiui ab aliquibus Christianis. Multas enim fecit virtutes, sicut audiui. Hæc ergo cum Iouis audisset sacerdos, compunctus fuit à verbis Auxibij, & non amplius sacrificabat idolis, sed de cetero docebatur à beato Auxibio. Hoc modo satis longo tempore fecit latenter ingrediens in ciuitatem, & secretò docens, & rursus recedens: & exiens, manebat extra ciuitatem in prædicto loco Iouis. Dum ipse ergo versaretur in illo loco, erat Marcus apostolus Alexandriæ, prædicans Dei Euangelium: qui, postquam multi crediderunt & fuerunt baptizati, exijt ad querendum Paulum Apostolum: & cum eum inuenisset & adorasset, accepit eum Paulus cum magno gaudio. Tunc Paulo narrauit Marcus, quæ Barnabæ euenissent, & quemadmodum pulchrum cursum confecit, martyr effectus Salaminæ. Quod autem Paulus verè Marcum exceperit, ipse mihi fert testimonium, scribens ad Colos. Salutat vos Marcus consobrinus Barnabæ. & dicit Timotheo: Assumens Marcum, duc tecum. est enim mihi utilis ad ministerium. Mansit ergo Marcus cum Paulo vsque ad eius decessum.

Cum verò accepisset Paulus, excessisse Barnabam ex hac vita humana, & nullum esse apostolum, qui in Cypro doceret & annunciaret Christum: id animaduertens, misit Epaphram & Tychicum & quosdam alios in Cyprum, ad Heraclidem insulæ Archie-

Auxibius à Marco baptizatur & ordinatur Episcopus.

Auxibius manet apud Iouis sacerdotem.

2. Cor. 11.

Sacerdos Iouis fit Auxibij discipulus.

Colos. 4. 2. Tim. 4.

episcopum, ad eum scribens, vt Epaphram quidem Paphi constitueret Episcopum: Tychicum autem Neapoli. & similiter vt alios in vnaquaque ciuitate dignos constitueret Episcopos. Descende autem etiam in ciuitatem Solorum, & in ea quere virum Romanum, qui vocatur Auxibius. Eum Solis constitue Episcopum. Sed vide, ne ei imponas manus ad ordinandum. iam enim dignatus est sacerdotio, ordinatus a Marco. Cum autem accepisset literas beatus Heraclides, quae ad eum missae fuerant a magno Apostolo & orbis terrarum luminari Paulo, & eas legisset, statim nihil cunctatus, fecit quod iusserat: & cum venisset in ciuitatem Solos, & quaesuisset beatum Auxibium, ei significatum est, in quonam loco habitaret. Egressus vero extra ciuitatem in locum, qui vocatur Louis, inuenit eum illic sedentem. & cum se inuicem salutassent, dixit beatus Heraclides: Fili Auxibi, ad te missus sum ab Apostolis Christi. Quousque delitescis in hoc loco, & te non aperis? Quousque abscondis lampadem sub modio, & non eum potius ponis supra candelabrum crucis, vt luceat in hac ciuitate? Agedum de caetero sis praeco veritatis, illumina eos, qui sunt obscurati errore simulacrorum. Quandiū occultas pecuniam, quam accepisti a Domino tuo? Et lucrare septuplum. Stude ipse quoque audire: Eugē serue bone & fidelis, in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam. Non audiuisti diuinam scripturam dicentem, Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent? Semina in hac presenti hyeme, vt illic metas in exultatione in pace. Nē timeas eos, qui occidunt corpus: sed time potius eum, qui potest animam & corpus perdere in gehenna. Ipse enim dixit: Ecce ego mitto vos, tanquam oues in medio luporum. & rursus: Quando tradent vos Praesidibus & Regibus, nē sitis solliciti, quomodo aut quid loquamini. Sanctus enim spiritus docebit vos, quae oporteat loqui.

Matth. 23.  
Psalm. 125.  
Matth. 10.

Ibidem.

Hac & his plura cum sanctus dixisset Heraclides, assumens sanctum Auxibium, ingressus est Solensem ciuitatem, & suis precibus, impressit in terra figuram ecclesiae, pondere quidem paruam, sed magnam Dei gratia: & cum eum docuisset omnem ecclesiasticam regulam & formam, sicut ipse dixerat ab Apostolis, commendauit eum Domino: & cum eum iussisset valere, iuit cum pace in propriam ciuitatem, Dominum glorificans. Sanctus autem Auxibius statim nihil cunctatus, coepit aedificare ecclesiam. & postquam eam dedicauit, ingressus, & se pronum humi deiciens, coepit clamare & dicere cum lachrymis: Domine omnipotens Deus, qui fecisti caelum & terram, mare & omnia, quae in eis sunt, qui finxisti hominem, puluerem è terra accipiens, & eum tua honorans imagine: inuidia autem diaboli deceptum, non es auersatus in finem, o bone, sed ad nos misisti vnigenitum tuum filium, Dominum nostrum Iesum Christum ad salutem & restitutionem generis humani: qui in hac preciosa cruce triumphasti de principibus & potestatibus diaboli: qui sanctis discipulis & Apostolis dedisti virtutem ex alto, & dedisti eis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici: corrobora me quoque tuum famulum, & da mihi audaciam, vt liberè & sine metu praedicem verbum tuum, & eos illumina tua gratia, vt conuersi ab errore diaboli, agnoscant te solum verum Deum & quem misisti Iesum Christum. Certè benigne & clemens Domine, fac vt inhabitet sanctissimus tuus Spiritus in hac sancta domo, quae est aedificata in sancto tuo nomine, eamque stabili & confirma, immobilem eam conseruans in tua fide, vsque ad consummationem seculi. Tu enim dixisti Domine, Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Conuerte Domine hunc gregem tuum errantem ad sanctam mandram tuam Ecclesiam, bone pastor qui posuisti animam tuam pro tuis ouibus: extende dexteram tuam omnipotentem, brachium tuum excelsum & terribile, & quod non cadit sub adspectum, & baculo tuae preciosa crucis expelle Domine lupum rapacem & sanguinem vorantem ex tuo grege. Certè Domine Iesu Christe, congrega errantes, medicare aegrotantes, vni omnes in vnum, vt sit vnus grex, vnus pastor. Porro autem mihi quoque humili & abiecto aperi portam verbi per tuam clementiam, dum extendo manum meam ad signa & miracula, per vnigenitum tuum filium Iesum Christum Dominum nostrum: Cum quo tibi gloria, honor & potentia, cum sancto & immortalis tuo spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Concionatur ad Solenses.

Cum vero peregrisset preces, è solo surgens, iuit ad locum publicum ciuitatis, & coepit docere regnum Dei: & cum magna fuisset ad ipsum congregata multitudo, docebat

bat eos beatus Auxibius, dicens: Viri fratres & patres, audite me, & credite in Dominum nostrum Iesum Christum, quem ego annuncio vobis, ipse est enim Seruator & refugium omnium, qui credunt in ipsum. Rogo vos & obsecro, accipite lucem cognitionis, extollite in altum oculos mentis vestrae, & obliuiscimini à patribus traditae cōuersationis, & cognoscite eum, qui est verè Deus & creator vniuersorum, qui potest seruare & perdere animas vestras. Hec & his similia docēs beatus Auxibius, & publicè praedicās, multis persuasit, vt deponerent quidem vanum errorem simulacrorum, crederent autem in Dominum nostrum Iesum Christum per eius suauem & pulcherrimam doctrinam. Data est autem ei quoque à Deo gratia curandorum aegrotorum & expellendorum imundorum spirituum. Quamobrem in dies adiciebatur magna turba, credēs Domino: & baptizabatur ab Auxibio in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, ei peccata confitentēs. Quicunque verò habebant aegrotos, afferebāt eos ad beatum Auxibium. Qui cum eis manus imposuisset, oēs ab eo curabantur in nomine Domini nostri Iesu Christi. Cum haec autem didicissent agrestes regionis, qui erant circuncircā, veniebant in ciuitatem, & afferebant secum suos aegrotos. Ille verò curabat omnes per inuocationem intemeratā & viuificā Trinitatis, & credentes baptizabantur.

Multi Solenses credunt in Christū.

Erat autem vir quidam ex agro quodam, qui vocatur Solopotamius, cui nomen Auxibius. Is cum audisset de beato Auxibio & eius doctrina & de viri virtute, ad eum venit, & se abiecit ad eius pedes, eum rogans & dicens: Venerande pater & bone magister, da mihi Christi signaculum. Venerandus autem & sanctus Christi Pontifex Auxibius, cum diuinas accepisset scripturas & eum docuisset de patre & filio & spiritu sancto, eum baptizauit in nomine sanctae & quae est eiusdem essentiae Trinitatis. Mansit verò hic Auxibius è Solopotamio cum sancto & admirabilium operū effectuore patre nostro Auxibio toto tempore vitae suae, ab eo discens. Fuit autem hic quoque vir venerandus & admirabilis, proficiens in Dei sapientia & gratia, sequens magistri vestigia, & ambulans in timore Dei, doctorem suum imitans in omnibus. Quodam autem die exijt hic Auxibius discipulus beati Auxibij, extra ciuitatem ad partem Orientalem in locum, qui vocatur Tarichi, ad meditandum. Qui cum venisset ad quādam arborem, sedit sub vmbra eius, & decumbēs dormijt. Dum verò dormiret, ecce formicarum multitudo circa caput eius imposita erat, tanquam corona. Cum autem venisset in locum beatus Auxibius, & id adspexisset, valdè fuit miratus, & in corde suo conseruauit, quae vidit. Genus enim formicarum, significat excitare oportere pigram & socordem mentem ad alacre & promptum animi studium ad bona, sicut dicit Solomon: Vade ad formicam o piger, & amulare vias illius. Corona autem ei praesignificabat dignitatē sacerdotij. erat enim discipulus sessurus super sedē boni magistri & pastoris. & excitato discipulo, ingressus est in ecclesiam, eratq; decetero discipulus subiectus magistro in omnibus, & eum obseruabat, tanquam bonus seruus Domino seruiens. Beatus ergo Auxibius nō cessabat diū & nodū rogare benignum Deum pro salute & conuersione populi, assiduè eos docēs & admonens. Et grex quidē Domini nostri Iesu Christi crescebat, & in dies multiplicabatur: perniciosi autem inimici nostri, in dies minuebatur.

Prou. 6.

Post haec autem cum audisset Themistagoras, frater beati Auxibij, vbinam is ageret, accessit ipse quoque Solos simul cum sua vxore beata Timo. Erat enim haec quoque mulier admirabilis & planè studiosa virtutis. Cum verò venissent in ecclesiam, se sunt inuicem complexi: & fuit magnum gaudium propter eorum aduentum & amborum congressionem, & decetero in episcopatu docebantur, & per catechesim instituebantur à beato Auxibio. Qui deinde eos baptizauit in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ordinauit autem S. Auxibius beatum quidem Themistagoram, diaconum sanctae ecclesiae: beatam autem Timo eius vxorem, diaconissam ipsius ecclesiae. Ex quo enim acceperūt sanctum & salutarem baptismum, se à se inuicem separarunt ex consensu, propter regnum caelorum, & ambo decetero tanquam fratres processerāt ad impatibilitatem. Cum prouidentia ergo & Dei gratia aduenisset in ciuitatem Solorum, & omnes ferè credidissent Domino nostro Iesu Christo, per adhortationem & doctrinā sancti patris nostri & Archiepiscopi Auxibij, ei opem ferente sancto spiritu, animaduertēs Auxibius paruam esse ecclesiam, si ratio habeatur eorum qui in eam ingrediuntur, statuit aedificare maiorem ecclesiam in nomine benigni & clementis Dei: & flexis suis genibus, diū orauit, vt Deus eū adiuuaret: & suis precibus, cum descripsisset formā sanctae ecclesiae, benigno

Themistagoras venit ad Auxibium fratre suū.

Etiā in orientali Ecclesia promoti ad diaconatum, de consensu vxorum, seruauit perpetuam continentiam.



Deo fauente & adiuuante, admirabile hoc templum magnumque excitauit: hoc est, hanc sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam, eam omni ornamento exornans, tanquam sp̄sam Christi Dei nostri. O bonum pastorem & magistrum, qui pulchrè pa- nit gregem Christi. O splendidum luminare, quod illuminauit eos, qui sedebant in tenebris erroris simulacrorum. O peritum medicum, qui eos qui fuerant sauciati à diabo- lo, curauit per inuocationem sanctæ Trinitatis. Non solum enim morbos corporis cu- rabat beatus Auxibius, sed etiã occulta animæ vulnera medicabatur per sanctū spiritū: nempe cogitationes destruēs, & omnem altitudinem, quæ extollitur aduersus Dei sci- entiam, imitans magnum Apostolum Paulum, qui omnibus factus est omnia, vt omnes saluos faceret, quotidie moriens propter Christum, qui pro ipso mortuus erat & resur- rexerat.

2. Cor. 10.  
1. Cor. 9.

B. Auxibi-  
us mansit  
virgo.

Hic ergo beatus Auxibius virginitatem exercuit à tenera ætate, Eliæ cursum perse- quens. Cum precatione autem & ieiunijs eam auxisset, & fide fuisset roboratus, & spe ductus, consummauit in charitate. Hanc dilexit Auxibius, & eam ornauit, & ab ea fuit or- natus, & in vita presenti collegit fructus laborū. Nam cum dilexisset virginitatem cum magna abstinentia, & honorasset sacerdotium, ei sedes excelsa traditur, induitur talari tunica, vt seruus Christi, corona decoris ei caput ornatur. Cum sponsa virgo ei esset credita Ecclesia, eius sponsus appellatur per gratiam: & cum seminasset in spiritu san- cto, ex eo metit vitam æternam. Quis ergo, o dilecti, non admiretur & laudet fortem Christi athletam Auxibium, quod solus pugnauit & superauit inimicum, & rapuerit ma- gnā prædam ex eius moribus? Sibi enim mācipatos omnes habebat inimicus, ingres- sus enim sanctus in ciuitatem Solorū, nullum inuenit Christianum, & omnes Christia- nos fecit per Dei gratiam. Quomodo enim rex, qui misso aliquo duce exercitū ad ciui- tatem, quæ ei resistit, primū quidem mittit speculatores: deinde is circumfidet ciuita- tem, postquam eam explorauit, donc eam ceperit & subiecerit regi: Itā etiã fecit bea- tus Auxibius. Missus enim à cælesti Rege in hanc ciuitatem ad bellum gerendum cum inimico, non prius apertè ingressus est in ciuitatem: sed tanquam speculator, idololatræ habitum ferens alienigenis, intrinsecus autem habens arma crucis occulta in pharetra cordis, & adspiciens simulacra, quæ ab eis colebantur, rursus secedebat extra ciuitatem. Hoc autem fecit longo tempore, & quod est admirabilius, habitans in templo inimici, nempe Iouis, illic primū cœpit vincere. Nam cum Iouis sacerdotem per catechesim initiasset, eum latenter baptizauit, & euertit templum simulacrorum: & tunc decetero liberè ingressus in ciuitatē, tanquam fortis miles, manibus in cælum sublatis, & seipsum componens in figuram venerandæ crucis, sicut Moses, Amalec quidem fudit ac profligauit, qui percipitur intelligentia, nempe diabolū: liberauit verò eos, qui detineban- tur sub eius potestate. Nam cum omnes cōuertisset à tenebris idololatriæ & interitū, ad admirabilem lucem agnitionis filij Dei, subiecit eos Regi cælesti.

Nota, vt se  
in crucis  
formā cō-  
posuerit.  
Exod. 17.

Oratio mo-  
rituri ad  
Clerum.

Acto. 20.  
Traditiones  
tenendæ.

Quamobrem cum omnia rectè gessisset, & fuisset præstantissimus præco veritatis, & quinquaginta annos honorasset sacrificium, postquam multos docuit & illuminauit fi- de in Christo, venit deinde ad finem vitæ suæ: & accersito vniuerso suo & venerando Clero, dixit eis: Patres & fratres & filij, inclinate aures vestras ad verba oris mei. ecce ego ingredior viam patrum meorū, quomodo omnes, qui sunt in terra, decetero vo- bis animum adhibete filij. State in fide firmi ac stabiles. Nemo vos decipiat verbis vanis & inanibus. Vos scitis, quātas afflictiones sustinui in hac ciuitate, noctū & interdiū ro- gans benignum ac clementem Deum, vt aperiret mihi ostium verbi, ad significandum vobis mysterium Christi. Qui est autem à mendacio alienus & solus verus Deus, non despexit meas preces, sed vos apprehendit, & cum agnouisset: porrò autem nunc fratres & patres, vos cōmendo Domino & verbo eius gratiæ, quod potest adificare, & dare he- reditatem in omnibus sanctificatis. State ergo firmi & immobiles in fide: & validè tene- te Traditiones, quas à me accepistis: & quæ ex vobis elegit sacerdotem benignus & cle- mens Deus, ne vos eius pudeat, quoniam est ex vobis, & manet vobiscum, vt vos curet. Hec ergo & his plura cum dixisset, apprehendēs Auxibium, eius à Deo honoratum di- scipulum, osculatus est eum, & dicit: Fili & frater Auxibi, Te elegit benignus Deus hic sacerdotem. Tu verò decetero pasces gregem Christi, quem acquisiuit proprio suo san- guine. Hec cum magnus dixisset Auxibius, vnumquenque eorum est osculatus eius di- scipulus, qui fuit etiam successor. Tertio autem die audita est fama per totam ciuitatem, quod

quod Auxibius sanctus eorū pater & magister est à vita humana excessurus, omnesq; simul congregantur cum fletu & planctu in ecclesia. Quos quidem cum vidisset & eis esset benè precatus, & deinde eos valere iussisset, tradidit in pace Domino suum spiri- tum, decimonono mensis Februarij.

Tunc accipientes venerandas & sanctas reliquias sancti patris nostri & Pontificis Auxibij, viri pij cum clero suo, cum eis iusta fecissent cum vnguentis & suffribus & omni alia cura ac diligentia, eum deposuerunt in loculo, quem ipse beatus Auxibius si- bi preparauerat, & extra arcam sic inscripserat: Adiuro vos per sanctum corpus & san- guinem Iesu Christi, nemo aperiat hanc arcam, donc consummatus fuerit frater me- us Themistagoras. Postquam autē fuissent depositæ venerandæ & sanctæ reliquiæ sancti Patris nostri Auxibij in loculo, adueniens Dei gratia in sanctas eius reliquias, fecit ex ipsis scaturire fontes curationum. Multi verò illo quoque die sunt curati à varijs mor- bis & spiritibus immundis. Cum autem audissent, qui circuncircà habitabant, viri & mulieres, de gratia curationum, quæ fiebant apud sanctas reliquias sancti Patris nostri Auxibij, magno studio veniebant in ciuitatem, vbi sitæ sunt sanctæ eius reliquiæ. Cura- bantur verò omnes gratia Domini & sancti intercessione.

Cum autem ij quoque audiissent, qui Paphum habitabant, fieri multas curationes per sanctissimum & beatissimum patrem nostrum & Archiepiscopum Auxibium, con- gregati viri numero quadraginta, qui vexabantur ab immundis spiritibus, è Papho pro- fecti, in Solensium ciuitatem veniebāt. Cum ij verò venissent in quendam locum, qui circa quindecim milliaria distabat à ciuitate, occurrit eis sanctus Auxibius: & cum ex eis exegisset malos & immundos spiritus, curauit omnes per Dei gratiam ei datam. Viri autem illi, cum sensissent curationem, nempe quod per sancti Auxibij obumbrationem mandati fuissent ab immundis spiritibus, cursu venerūt Solos, & eis exposuerūt omnia, quæ in via euenerunt: & omnes, his auditis, benignum & clementem Deū nostrum lau- dauerūt, qui talem dedit gratiam seruo suo Auxibio, & cum accessissent, qui curati fu- erant, in locum, vbi sitæ erant sancti reliquiæ, se pronos in faciem proiecerunt ante lo- culum, laudantes sanctum, & Deo emittentes hymnos gratiarum actionis, qui gloriam tribuit suo famulo: & deinde redierūt in pace in suam ciuitatem, letantes & Deum glo- rificantes. Vndè etiam ex eo tempore celebrant Paphij sanctam memoriam sancti Pa- tris nostri Auxibij vsque in hodiernum diem.

Cum autem vidisset beatus Themistagoras frater sancti, miracula, quæ fiebant in lo- culo, in quo sitæ sunt venerandæ reliquiæ sancti Patris nostri & Archiepiscopi Auxibij, & è sancta eius capsâ perpetuò manare vnguētum cum miraculis, arbitratus se esse in- dignum, qui deponeretur cum beato Auxibio in vno loculo, iureiurando adegit Cleri- cos sanctæ ecclesiæ, dicens: Patres & fratres, adiuro vos per Deum viuum & per sancti virtutem, vt post meū decessum nemo audeat aperire loculum sancti patris nostri Au- xibij propter me: sed in alio loco ecclesiæ sepelire humile & abiectum meum corpus. Quamobrem vsque in hodiernum diem sic mansit sanctus loculus non apertus, sed ob- signatus signo Christi, qui ipsum glorificauit, magnumq; & præclarum reddidit. O bea- tam capsam, in qua est repositus thesaurus, qui non potest eripi, ex qua perpetuò scatēt fontes curationum. O venerandum & sanctum tumulum, qui congregat fidelem popu- lum ad Dei honorem & gloriam: memoriam autem preciosarum, quæ in eo habitant, reliquiarum. O patrem & pastorem & magistrum & bonum medicum, qui in æternum memoratur cum encomijs. O ciuitas Solorum, qualem habes defensorem, & thesau- rum, qui non potest consumi, in te repositum: & luminare, quod extingui nō potest, So- le letius. Nam Sol quidem à nubibus & nocte sepè tegitur: Luminare verò beati, noctū & diū lucem habet, quæ non deficit, illuminans eos, qui versantur in tenebris, & letifi- cans vniuersam ciuitatem, & curās ægrotos per Iesum Christum, qui sanctos suos glo- rificauit. Ego autem quousquē laudo sanctum? Quidquid enim dixerō, non potero lau- dare pro dignitate sanctum patrem nostrum & admirabilem operum effectorem Au- xibium. Hic verò decetero finiamus orationem, laudantes patrem & filium & sanctum spiritum: cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

De S. Gabino martyre habetur in Gestis S. Susannæ  
martyris, Tomo 4. die 11. Augusti.

MARTY-

**MARTYRIUM S. SADOOTH EPISCOPI, ET  
CENTVM VIGINTIOCTO, QVI CVM EO SVBIERE**

*martyrium in secundo anno persecutionis: ex Simeone Metaphraſte.*

20. FEBRU.

Viſio S. Sa  
doth,Preſclara ci-  
us adhor-  
ratio.Sapores rex  
multos cō-  
prehendit  
Chriſtia-  
nos, & diē  
affligit.

Ostquā sancti Simeonis fuit perfectum martyrium, eius loco successit sanctus Sadoth in ciuitate, quæ dicitur Salec & Ctesiphon, quæ sunt regie apud Persas ciuitates. Is quodam die vidit visionem terribilem: & apud se miratus, conuocauit clerum suum, Presbyteros & Diaconos, (erāt enim occulti propter timorem regis) & incipiens eis narrare, dixit:

Vidi hac nocte in somnis scalas stātes cum magna gloria, quarū principium erat in cęlo. super eas autem stabat sanctus Episcopus Simeon cum magna & infinita gloria: ego verò stabam infra in terra, & me vocans cum magno gaudio, dixit mihi: Ascende ad me Sadoth, ascende, nē timeas; ego enim heri ascendi, tu autem crās ascendes. Ab illa verò hora credidi fore, vt assumar ad venerādam & pulcherrimam Christi confessionem. Quod autem dixit, Ego heri ascendi, tu verò crās ascēdes: significat eum quidem anno superiore subiisse martyrium, me autem hoc anno futurum martyrem & occidendum. cœpitque eos admonere & adhortari ex sacris scripturis, dicens: Fratres mei dilecti & patres, Deum amemus ex tota anima, & Dominum Iesum Christum ex tota mente: & induti lorica fidei, nō timebimus omne malum. Mors autem & cędes si ad nos venerit, non formidemus: sed vnusquisque nostrū bellum gerat pro viribus, & deceret vt perfectus athleta. Nam siue moriamur, moriemur vt perfecti: siue viuamus, viuemus vt iusti. Quod si etiam moriamur, moriamur propter nostrum Seruatorem Iesum Christum. Cū ergo ensis det vitam, adeste, & eam rapiamus; & quoniam micat gladius, æternæ vitæ opes nobis comparemus. Quandiū enim est dies, celeri pede pergamus ad mansionem regni cęlestis, vt abundantiorē honorem & gloriam æternam consequamur, & omni futura generatione nobis nomen & gloriam relinquamus. Fratres, oremus Deum nostrum, vt citò nobis impleat hanc visionem, Nam cum gaudio & desiderio & magno amore, accipit spiritalis aduentum talis mortis: neque timuerit aliquis, qui fuerit preparatus. Carnali autem est terribilis & formidandus eius aduentus. Spiritalis non timet mortem, vt qui vitam possideat spiritalem: Carnalis verò caligat & tremit, vt qui carnalem vitam habeat. Qui sunt viri boni, promptoq; & alacri animi studio, talem mortem persequuntur, vt ex ea vitam æternam possideant. Qui sunt autem ignaui & pigri, ij, ea visa, se abscondunt. Qui Deum diligunt, ad Deum exceſſerunt. Qui verò mundum, manent in mundo: illi quidem resoluti ad lætitiā & exultationem, hi autem ad afflictiones manentes & suspiria.

Secundo autem anno nostræ persecutionis, venit Sapores rex Persarum in dictam ciuitatem Salec & Ctesiphontem, & apud eum fuit accusatus Episcopus & athleta Sadoth: quod quidem interpretatum, idem est, quod regis amicus. reuera enim dilexerat cælestem Regem Christū ex tota anima sua & totis viribus. Sanctus enim Sadoth, cū esset perfectè continens, plenusque fide & iustitia, fuit imitator sancti Simeonis, cuius erat successor. Mittēs ergo rex Sapores, cum comprehendit cum clero suo, & cum alijs clericis finitimę regionis & monachis, numero centum vigintiocto: & omnes simul vincti catenis ferreis, inclusi sunt in carcere, in loco obscuro & tetro, quinque mensibus sustinētes magnas afflictiones. Impij enim eorum tibijs impositis funibus, lumbisq; & humeris, lignisque constringentes, eos vsque ad eò contenderunt & torserunt, vt ossa eorum non secūs atque ossa lignorum, quę constringuntur, stridorē emitterent, & magnum eis dolorē affererēt. Eos autem valde torquentes & immisericorditer, eis subindē dictabant: Adorate Solem, & facite voluntatem regis, & viuete. Respondens verò sanctus Sadoth tāquā ex ore omnium, dixit: Nos Christiani in vnam fidem, & vnā potentiam & veritatem credimus, & vnum testamur testimonium, & vnum Deū adoramus, factorē cęli & terrę, & ei seruimus ex tota anima & potestate nostra. Solē autē, qui fuit ab eo creatus, nō adoramus. Sed nec ignē honoramus. Qui enim ea fecit Deus, ipse ad ministerium dedit nobis hominibus: nec ex tuo scelerato edicto euadimus transgressores, ex quo

quo mors nobis à te imminet, quæ nos ab hac caduca vita liberās, dūcit ad vitam æternam. Nē ergo vel tātillū distuleris nos occidere, neque parcas ante tuos oculos effundere nostrū sanguinem. Tua enim in nos lenitas & paciētia, nobis procurat interitum.

Rursus ergo dictum est sanctis, tāquā ex ore regis: Si voluntatem meam non feceritis, & edicta mea non audieritis, eccē ad vos peruenit pessima hora vestri interitūs. Respondentes autem sancti, tāquā vnō ore dixerunt: Nos non perimus apud Deum nostrum, neque morimur in Christo eius: sed nos viuificat beata & æterna vita sua, & dat nobis ad hereditatem & requiem immortale regnum, & quod nunquā terminatur. Deceret nobis celeriter adferre mortem, qui parati sumus prompto & alacri animo mori propter Deum nostrum. Neque enim Solem adoramus, neque ignem, neque audimus hęc iniqua iussa regis, quoniam sunt plena morte & interitu. Cū autem vidissent stabilitatem & constantiam eorum fidei & confessionis, tulerunt in eos sententiam. Cū verò audiissent beati Christi martyres in se datam esse sententiam, vt omnes simul gladio ferirentur, se forti animo pararunt ad cędem & ad mortem. Regis autem magistratus eos vinctos eiecerunt extra ciuitatem. Sancti verò martyres cum magno gaudio & lætitia sic psallebant & dicebant: Iudica nos Deus, & discerne causam nostrā à gente non sancta, & ab hominibus dolosis & qui bibunt sanguinem, serua nos: Quoniam tu es fortitudo nostra & spes nostra.

Cū autem peruenissent ad locum, in quo erant consummandi, vno animo ora sua aperientes, dixerunt: Benedictus es Deus, qui nos dignatus es hac gratia, & non nostras preces habuisti contempnui: sed dedisti nobis hanc preciosissimam coronam martyrij. Scis enim, Domine, nos eam quęsiuissē. Et Benedictus Deus noster, vnigenitus filius tuæ bonitatis, qui seruauit nos, & vocauit ad vitam æternam. Nē sinas ergo nos Domine affligi in hoc mundo, sed confirma coram te in æternum propter tuam clementiam, & dignare nos lauari in precioso baptismo sanguinis nostri: quoniam tu es solus Deus glorificatus, & vnigenitus tuus filius, & sanctissimus tuus spiritus in secula, Amen. Hęc cū precati essent beati, interempti fuerunt ab iniquis: neque cessauit ex ore eorum glorificatio, donēc vltimus fuit interfectus. Consummati sunt autem 128. martyres viceſimo mensis Februarij. Venerandum verò & gloriosum episcopum & athletam Sadoth duxerunt vinctum in aliam patriam, quæ vocatur Bethuza, in ciuitatem, quæ vocatur Bethlapat, & illic amputarunt venerādum & sanctum eius caput. Consummati sunt autem omnes sancti & gloriosi martyres in pace, laudātes & glorificantes Dominum nostrum Iesum Christum: quę decet omnis gloria, honor & adoratio cum patre & sancto spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

**VITA S. EVCHERII EPISCOPI AVRELIANENSIS, EX INSIGNI MS. CODICE, SED MUTATO**

*nomibil stylo per F. Laur. Surium, descripta. Auctor fuit beato*

*viro contemporaneus, tametsi nomen ignoratur.*

**CAPVT I.**



Vit vir vitæ venerabilis. ac Deo dignus, Eucherius nomine, parentibus ortus iuxta seculi dignitatem nobilibus, & (vt credimus) Deo acceptis: quippe qui talē genuere prolem. Cuius ortum, sicut à veracissimis viris, vel ab germanis sororibus eius, quæ vitæ sanctitate præcellunt in cœnobio sanctarum monacharum, sito iuxta urbem Aurelianensem, referentibus didicimus, ad posterorum notitiam transmittimus. Noctē quadam illius genitrix, cū ab ecclesia expletis nocturnis hymnis domum redisset, proprium ingressa cubiculum, quieti se dedit: viditque in somnis toro suo virum adstantem, miri cādoribus vestibus indutum, capitis veneranda canitie splendidum, oculis instar gemmarum coruscantibus terribilem, sibiq; dicentem: Aue Deo dilecta, benedictum in vtero tuo ferens puerum, olim in hac vrbe à Deo electum futurum antistitem. Cui venerabilis matrona, Obsecro te, inquit, vt benedictionem tuā ore mihi largiaris, priusquā à me discedas. Intueor enim vultum tuum

Alacriter p  
Deo mori  
cupiūt mar-  
tyres.

Psal. 42.

Precatio  
martyrum  
sub morte.Cædunt  
128. mar-  
tyres.Item S. Sa-  
doth.

20. FEBRU.

Viſio ange-  
lica matri-  
cius oblata.

tuum veluti angelicum. Air illi angelus: Rectè quidem cernis: ego enim angelus Dei sum, missus ab eo, vt benedicam proli, quæ est in vtero tuo. Et quia admonenti ambiguitatem non opposuisti, sed à Deo missum me credidisti, iam nunc benedicam tibi & semini tuo ex te nascituro. At illa expegefacta, immensas sanctæ Trinitati referebat gratias, atque marito suo tantæ reuelationis gaudia per ordinem explicauit. Ille verò hæc audiens, timore & gaudio perfusus, in gratiarum actione permanens, rei expectabat euentum. Nato autem puero, atque secundum tempus congruenter excrecente, propter honorem diuinæ reuelationis, quam ab angelo acceperat, episcopo Ansberto, qui id temporis in Augustodunensi vrbe sanctitatis officio fungebatur, regenerandum Domino sacris cum fontibus obtulit. Atque ille cum gratulatione eum accipiens regenerauit, & proprijs manibus de sacra vnda suscepit, septiformi spiritu imbuit, atque cum honore, vt dignum fuit, maximo remeare permisit ad parentes.

## CAP. II.

**C**VM igitur anni septem completi fuissent, Domino prouidente, literarum studijs traditus, omnes etiam anteriores facillè antecelluit, & quemadmodum fons largiter scaturiens, breui implet amnem: ita hunc gloriosissimum virum omnis scientia scripturarum, quicquid legendi vel audiendo didicisset, affatim inundauit: cumque vniuersam sacrorum canonum doctrinam perscrutatus esset, incidissetque in Paulinum locum illum, vbi ait Apostolus, Preterit figura mundi huius: & alibi, Sapietia huius mundi apud Deum stultitia reputabitur: relinquens militiæ secularis cingulum, ad celi & celestium rerum cultores se cõtulit, & in monasterio Gemetico regularis vitæ institutum complexus est.

## CAP. III.

**E**O tempore Suauaricus eius patruus, qui Aurelianensis ecclesiæ populum pontificali honore fultus regebat, ex hac luce migravit. Tum verò omnis eius loci plebs pariter congregata, Domino annuente, ad Carolum, inclytum Francorum principem, legatos cum muneribus & humili precè mittit: qui cum velocitate eius presentia oblati, pedibusque illius aduoluti, non sine lachrymis ita eum alloquuntur: Domine & princeps inclyte, quæsumus vt ijs, quæ plebs Aurelianensis tibi suggeri voluit, auditum clementer accomodes: Dominus & pastor noster, venerabilis Suauaricus, vocante Domino, de hoc mundo migrasse cognoscitur. Obsecramus igitur pietatis tuæ clementiam, vt nepotem eius Eucherium famulis tuis plebi Aurelianorum pontificem iubeas constitui. Ille verò postulationem eorum benignè suscipiens, disponente Domino, ratum habuit, quod ab eo humiliter poscebant, atque ex aula sua virum fidelem misit, qui beatum Eucherium è cœnobio, in quod se contulerat, euocaret, & si non spontaneum, vel inuitum ad urbem Aureliam perduceret, vt ibi episcopus ordinaretur. Quo comperto, vir sanctus mœstus & afflictus, flere cœpit coram fratribus, dicens: Cur me, dilectissimi fratres, permittitis laqueis implicari huius seculi, qui mundum & gloriam eius respicere volui, vt vestigijs Christi Domini mei, liber ab omnibus, possem inherere? Tunc fratres ad hanc vocem præ gaudio, non tamen sine mœrore, flere cœperunt: præ gaudio quidem, quod ex eorum ouili suo gregi Dominus pastorem prouidisset: cum mœrore autem, quod in eius absentiam consentire modis omnibus formidarent. erat qui ppe charus & acceptus omnibus.

## CAP. IIII.

**P**ORRò benedicente Abbate, omnibusque fratribus prosperitatem illi à Domino precantibus, egressus è cœnobio, Aureliam peruenit, moxque accessit vicinarum ciuitatum episcopi, omnisque clerus & populus, in pontificali cathedra eum per omnia dignum præfulem collocant, gaudentes quod talem tantumque virum sibi à Domino pastorem concessum viderent: maximaque exultatione perfusi, vnusquisque redijt in sua. Ille autem accepta ea prouincia, non honoris, sed oneris loco eam habuit: atque deinde cœpit ecclesias excolere, clerum diligere, plebem sua prædicatione corrigere, cœnobio circumquaque constructa frequenter circumire, atque in eis commorantes omni charitate & humanitate prosequi. Itaque tanto erga eum omnis clerus & populus amore tenebatur, vt omnes summa cum deuotione eius se subderent obsequio seruitutis. Erat enim mente tranquillus, vultu serenus, adpectu amabilis, corpore decorus, omnibusque bonis acceptus. Crescebat interim fama eius longè lateque, per orbem: cumque opinio eius passim vulga-

vulgaretur, inimicus humani generis inuides gloriæ eius atque sanctitati, corrupit quosdam malignitatis suæ veneno, permouitque eos, vt inuidia excæcati, suggererent Carolo principi, vt virum beatum cum omnibus illi sanguinis propinquitate coniunctis, in exilium relegaret, illorumque honores, partim suis vrbibus adijceret, partim in suos satellites conferret. At Carolus ea suggerentibus ita respondit: Nostis gentem hanc ferocissimam & bellicosam, multisque opibus instructam: itaque quæ consulitis, non sine hesitatione possum exequi.

## CAP. V.

**I**NTEREÀ gens nefanda Ismaëliarum ad depopulandam prouinciam Aquitaniam ingressa, cunctam vastans supellectilem, oppida & castella nititur expugnare. Audiens verò hoc Carolus princeps, collectis Burgundionum Francorumque populis, obuiam illis cum copioso pergit exercitu, cæsisque illis, cum ingenti præda domum reuersus est. Cumque Aureliam peruenisset, Ligeris alueum transiens, prandiaque parata relinquens, Parisios proficiscebatur, iussitque beatum Eucherium se sequi. At ille tametsi sciret insidias sibi preparatas, nequaquam renuit: non tamen principis, sed Dei obtemperans præceptis, spontaneus periculo se dedit, subiiciens se, sicut beatus Petrus Apostolus ait, humanæ creaturæ propter Deum: siue regi, tanquam præcellenti: siue ducibus, tanquam ab eo positus ad vlciscendam prauitatem malorum, vt canatur laus bonorum. Anno itaque decimosexto pontificatus sui Aurelia egressus, & Lutetiam quoque ex principis voluntate prætergressus, Venum fiscum publicæ dictionis ilicò aduolauit: moxque celebri sermone vulgatum est auribus principis, adesse sanctum sacerdotem: quem ille à suis militibus iussit comprehendere, & cum propinquis reliquis Coloniam in exilium deportari. Ille verò vt virtutum sibi augmenta cummlaret, reddebat gratias, sacrosanctæ subditus Trinitati. Vbi autem Coloniam peruenit gloriosus Christi sacerdos, tanta ibi & sacerdotum & cleri & populi benignitate fruebatur, vt cunctis illorum opibus, quicquid indè illi facere libuisset, haud aliter atque propitijsviti illi liceret. Quod cum ita fieret, Carolum principem latere non potuit. Itaque metu perterritus, nè fortè illorum subsidij & auxilijs adiutus, munitiora regni loca seu castella occuparet, clam tutiori loco in Hasbania Roberto Duci tradidit custodiendum. Qui sanè illum cum maxima gratulatione suscipiens, permisit manibus illius omnem supellectilem suam, vt sicut ei placeret, facultas illi suppeteret tam egenis, quam in cœnobijs commorantibus indè tribuendi. Dederat enim ei Dominus gratiam coram illo, velut beato Ioseph quondam coram Pharaone. Petijt autem à prædicto Duce, vt sibi in ecclesia beati Trudonis confessoris pro ipso & fidelibus eius copiam deprecandi tribueret: quo impetrato, sacerdos Dei inclytus die noctuque Dominum precabatur, vt cum electis eius in aula gloriæ ipsius coronari mereretur.

## CAP. VI.

**V**ERUM cum scriptura dicat, Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domino eius: quod princeps Carolus contra hunc virum Deifecit, episcopatum crudeli violentia ei adimendo, tum etiam aliarum ecclesiarum res vsurpando, id iusto Deo iudicio reddidit in caput eius. Namque hic vir Dei in oratione positus, ad alterum seculum est raptus, & inter cetera, quæ Domino ipsi ostendente conspexit, vidit hunc Carolum in inferno inferiori torqueri, eique interroganti ab angelo ductore eius responsum est, quia sanctorum iudicio, qui in supremo mundi die cum Domino iudicabunt, quorumque res abstulit & exercitui suo distribuit, ante illud iudicium anima & corpore sempiternis poenis est deputatus, simulque cum suis peccatis recepit poenas propter peccata omnium, qui res facultatesque suas ob honorem & amorem Dei ad sanctorum loca in luminaria diuini cultus fouenda, inque alimoniam seruorum Christi ac pauperum pro animarum suarum salute contulerant. Porro vir Dei ad se rediens, sanctum Bonifacium & Fulradum monasterij sancti Dionysij abbatem, summumque regis Pipini capellanum ad se vocauit, eisque hæc reuelans, hoc signi dedit, vt ad sepulcrum Caroli principis irent, & si corpus eius illic non inuenirent, ea quæ dicebat, verà esse crederent. Illi verò pergentes ad monasterium, vbi Caroli cadauer humatum fuerat, tumulumque illius aperientes, subito draconem exire indè viderunt, totumque sepulcrum intus inuentum est velut incendio atrum.

## CAP. VII.

Vvvv

SAN-

Baptizatur ab Ansberto episcopo

Multum proficit in literis.

1. Cor. 7. 1. Cor. 1.

Fit monachus.

Carolus Martellus is fuit.

Vide quam adspiret ad pontificatū.

Obtinet cathedram Aurelianensem.

Agareni vultant Aquitaniam.

1. Pet. 2.

S. Eucherius deportatus in exilium.

Gene. 47.

Prou. 17.

Habet hæc etiam Paulus Aemylius lib. 2. de rebus gestis Francorum. 1. Tim. 5.

Abit à vita  
S. Eucherij.

**S**anctus autem Eucherius sexto exilij sui anno, ipso glorioso transitus sui tempore, diuini luminis perfusus claritate, corpore integræ conuersationis intactus, carnis vinculis absolutus, emigrans ex hoc mundo, victor intrauit in cælum: ibique à Domino pro laboribus & operibus bonis diadema accepit gemmis fulgētibus variatum, floribus immarcescibile, de core & varietate inæstimabile. Sepultus est in ecclesia beati Trudonis Confessoris Christi, & cum magno decore, vt dignum erat, ab omnibus tumulatus. Lingua verò nostra non sufficit vllis verbis ea omnia expromere, quæ post eius obitum miracula ab eo gesta sunt: sed pauca, quæ veridica relatione didici, silere minime audebo. Mulier quædam, quam ipse vir sanctus de gentilitatis errore sua admonitione reuocauerat, cuiusq; filium de sacro fonte susceperat, ad tumulum eius ceræam candelam pondere libræ vnus ex deuotione collocauit & incendit: eaque per tres dies & noctes perpetuo arsit, nec extincta est. Die verò tertio custos templi ceram eius candelæ liquefactam redegit in massam, atque ecce in eius manibus in tantam molem creuit, vt idem omnino pondus pristini cerei inueniretur.

Miraculū.

Aliud miraculum.

**P**reterea sanctimonialis quædam, quæ vir sanctus ob vitæ illius castimoniam familiariter dilexerat, pro facultate sua ad caput ipsius sancti candelam, humani corporis staturam æquantem, apposuit, accensamq; reliquit. Vespere autem transacto, custodes ecclesiæ, vt moris est, foribus obseratis, ardentem illic dimiserunt. Ad declaranda ergo beati viri merita, cum intempesta nocte omnes sompore tenerentur, super tumulum illius, qui pallio opertus erat, cecidit, & vsq; ad extremam sui partem combusta est. At custodes expergesciti, vt viderūt cinerem in pallio, stupore & admiratione attoniti, formidabāt, nè quid eius ignis absumpsisset: excussoq; cinere diligēter scrutantes, ita ipsum pallium illesum compererunt, vt nec tenuis maculæ vestigium in eo appareret.

Oleum in lampade  
augescit.

**N**vper etiam miraculum quoddam innotuit, quod nequaquam silentio tegendum arbitror. Quidam ex famulis viri Dei, quem ipse à gentilitatis perfidia conuersum, Christi baptisimæ purificauerat, à quodam Dei famulo vas vitreum commodatò accepit, idq; oleo implens, ad caput sancti viri sublimè suspendit & accendit. Cœpit autem paulatim liquor augeri, & in pauimentum instar riuulorum dilabi. At custodes cœnobij, viso tam insigni miraculo, reuulerunt cōgregationi. Porro fratres concito gradu basilicam ingressi, ad tanti miraculi conspectum gaudio perfusi, certiq; de meritis sancti Eucherij, vase supposito, Dei donū suscepere. Tandem paucis diebus euolutis ita copiose manauit, vt lampades septem inde impletæ, licet pariter arderent, nihil tamen imminerentur. Ex ipso autem sanctitatis liquore quicumq; agrotus ex deuotione manibus sacerdotum vagitur, statim recipit sanitatem, quacunque etiam detineatur infirmitate. Hoc verò miraculum nemo ambigat hodiequæ fieri.

Festus dies  
S. Eucherij.

**P**ost anniuersarium verò diem obitus eius, cum vigiliæ vel matutini hymni à Clero omni solenniter celebrati fuissent, Abbas ipsius monasterij cœpit esse anxius pro cibis, clero populoque qui ad celebranda solennia confluerant, apponendis. Egressus autem vnus ex clericis, qui fuerat viro sancto familiaris, ad fluuium iuxta monasterium præterfluentem, annuente Domino, tantam piscium multitudinem in eo natæ conspexit, quantam se nemo illic aliquando vidisse meminisset. Accurrit itaque citissime, & renunciat Abbati & fratribus, quid ipsi cōcessum esset videre. Itur ergò, retia iaciuntur, tantaq; piscium multitudo temporis puncto capitur, vt non solum Clerus, sed etiam populus vniuersus, qui ad eius conuenerat solennitatem, sufficienter, immò etiam abundè exatiatus, gratias pro sancti merito sacrosanctæ referret Trinitati. At verò prolixo operis est totam pertexere historiam, quales quantasq; virtutes per eius interuentum ibidem Dominus operari dignatus est. Nam cœci multi receperunt visum, claudi plurimi gressu restituto, adepti sunt sanitatē, demones quoque sine numero fugati. Augentur dona plurima, præstantur vndique, donante Domino, petentibus vota congrua. Vnde oro clementiam sanctissimi patris, vt mihi pigro & indigno scrulo suo, qui plurima ex ijs, quæ de illo audieram, prætermisi, & hæc pauca commemorare non omisi, apud Dominum patrocinari in omnibus non desistat, ipso largiente, qui viuunt & regnāt in secula seculorum, Amen.

Multa miracula post  
obitū eius.

VITA

VITA S. PIPINI, PRIMI DVCIS BRABANTIAE, ex Codice MS. grauitè, vt apparet, conscripta.



**V**enerabilis Pipinus Dux Brabantia ex patre Carolomanno principe & matre Emegarde, fuit Maior domus Fraciae sub Clotario rege Francorum & Dagoberto eius filio. Quæ dignitate, parum à dominatione ac sublimitate regia differente, præditus, omnia prudēti dispositione ordinabat: præstabatq; tam in bello fortitudine, quàm iustitia in pace. Erat erga regem fidei seruantissimus, erga populum verò veritatis tenacissimus: atque in discernenda vtrorunque causa firmissimo animi iudicio persistens, neque munera populi ad subuertēdum ius regium respiciebat, nec gratiam regis ad obruendam populi iustitiam attēdebat. Siquidem regem Deum regi homini præferēbat, cuius mandato prohibitum nouerat, vultum potentis honorare, vel personam pauperis in iudicio attendere. Tam ergò, quæ plebis erant, plebi deferēbat: quàm quæ regis, regi restituebat. Studebat ad normā diuinæ iustitiæ omnes iudiciorum suorum sententias dirigere.

Quæ res vel maxime hinc arguitur, quoniam beatum Arnulphum pontificem Metensium, quem in timore ac dilectione Dei nouerat excellentem, omnium cōsiliorum vel negociorum suorum socium assumēbat. Hoc adiutore fretus, aequitatis freno cohibebat, si quando neglecto iure, potestate regia abuti voluisset. Defuncto quoque prædicto viro Dei, sanctum Cunibertum, antistitem Colonensium, pari sanctitatis fama illustrem, curabat in hac negociorum administratione participem habere. Perpedere ex hoc possumus, quo aequitatis ardore succensus fuerit, qui tam circumspectos consiliarios, tamque incorruptos arbitros elegit. Quia enim prauitatem execrans, rectis & honestis studijs intētissimus extitit, semper vsus est in exercitio operis sanctorum virorum consilijs, & eorum fretus meritis. Beatus igitur Pipinus primò regum Austrasie, postmodum ipsius Austrasie inferioris præpositus & dux gloriosus, erat lingua & natione Teutonicus. Decus ergò & gloria Teutonicorum, speculum & norma Brabantinorum, via & exemplar morum, beatus iste pater patrum Pipinus, egregius dux, postquam domum regiam & inferiorem Austrasiam, suæ fidei commissam, strenuissime gubernasset, vocatus est ad patriam sine fine duraturam, recepturus suæ fidelitatis mercedem condignam. Cuius mors tãto dolore totam Austrasiam percudit, vt planctui eius planctus regum nequaquam conferri possit.

Fuerat namq; probatissima vitæ ac purissimæ famæ, sapientiæ domicilium, cōsiliorum thesaurus, defensio legum, controuersiarum finis, munimentum patriæ, curiæ decus, via ducum, & disciplina regum. Qui profectò si exemplo sancti Iob laudes suas prædicare voluisset, ex persona Sapientiæ, quæ ipsum vberissime repleuerat, verissime & absque iactantiæ vitio dicere potuisset: Per me reges regnant, & conditores legum iusta discernunt. Huius autem beati viri corpus eo honore, quo decuit, in ciuitate sua Landis conditum est, ibique diu iacuit, donec diuino instinctu viri fideles illud ad locum eminentiorem & celebriorem transfulerunt, non patientes thesaurum tam preciosum humilimi viculi loculo occultari, statuentes præclaram lucernam non sub modio, sed super candelabrum reponendam, vt luceat meritis & signis omnibus, qui in domo Dei sunt, vt cernere datur vsque in præsentem diem. Vt autem ostenderetur, quanti meriti esset apud Deum, tale fertur in die translationis eius cōtigisse miraculum. Nam cum veneranda eius ossa de tumulo vbi dudum reposita erant, leuaretur, vt ad ciuitatem Niuellensem, locum videlicet eius reuerentiæ competentiorē, transferrentur, cum copiosis id actum est cereis, sicut decuit, ardentibus. Cumq; de Landis vsq; Niuellam populus fidelis per tantum terræ spatium venerandas reliquias cum luminaribus prosequeretur, & aura esset multum ventosa, ne vnus quidem cercorum vi extinctus ventorū extitisset perhibetur, quousque peruentum est ad locum optatum. Ipsius itaq; sacre reliquiæ collocatæ sunt, vt decuit, in capla decenti iuxta feretrū filia suæ sanctæ Gertrudis, quæ singulis annis in diebus Rogationum circumferuntur à Clero, ad laudem Domini nostri Iesu Christi, cui est laus & gloria in secula seculorum, Amen.

Vvvv 2


VITA



VITA, & MARTYRIUM S. MONTANI ET SOCIORUM EIVS, LUCII, IULIANI, VICTORICI, FLAVIANI &c.

scriptum eleganti stylo partim ab ipsis martyribus, partim ab alio quodam, qui presens interfuit. Est certe historia lectu digna, apparetque hos martyres S. Cypriani fuisse discipulos, & paulo post illum pro Christo passos esse.

24. FEBRUA. Quidam vocant 18. Maij.



Donatiano & Primolo in carcere obeunt.

Prou. 21.

Ignis diuinitus extinguitur. Dan. 3.

for. & com. minuent.

Certamen sequitur p. miu. nempe corona.

Psal. 118.

Dilectissimi fratres, nobis nihil aliud est agendum, quam vt de Dei seruis & Christo eius dicamus, & de multitudine fratrum cogitandum: quanquam ratione hic amor per hoc officium ad has nos impulerit literas, vt fratribus post futuris & magnificentia Dei fidele testimonium, & laboris tolerantiam per Dominum memoriam relinquere. Post popularem tumultum, quem ferrox vultus Presidis in necem concitauit, postque sequentis diei acerrimam persecutionem Christianorum, apprehensimus Lucius, Montanus, Flavianus, Iulianus, Victoricus, Primolus, Renuus, & Donatianus catechumenus, qui baptizatus in carcere, statim spiritum tradidit: necnon & circa Primolum similis summationis exitus contigit. Nam & ipsum ante paucos menses habita confessio baptizauit. Igitur apprehensus nobis, & apud Regionantes in custodia constitutus, sententiam Presidis milites nunciabant, quod die hesterno ardens, nobis interitum minaretur. Nam vt postea quoque verissimè cognouimus, exurere nos viuos cogitauit: sed Dominus, qui solus de incendio seruos suos potest liberare, in cuius manu sermones & corda sunt regis, furentem à nobis Presidis fauorem vertit: & incumbentes precibus assiduis tota fide, statim quod petiuimus accepimus: accensusque in exitium nostrae carnis ignis extinguitur, & flamma caminorum ardentium Dominico rore sopita est. Nec difficile credentibus fuit, noua posse ad vetera exempla contingere, Domino in spiritu pollicente: quia qui gloriam istam operatus est in tribus pueris, vincebat & in nobis.

Tunc à proposito suo, Domino volente, costructus, mitti nos in carcerem iussit. Quò deducti, non expauimus foedam illam loci caliginem: moxque carcer tenebrosus, spiritu prolucente, resplenduit, & contra obscuritatis deformia, & caeca noctis contacta, instar diei, fidei deuotio candida luce vestiuit, & ad summum ascendebamus locum poenarum, quasi ascenderemus in celum. Quales illic dies duximus, quales transigimus noctes, exponi nullis sermonibus possunt: nec tormeta carceris vlla affirmatione capiuntur: sed veremur atrocitatem loci, vt est, dicere, quia vbi tentatio est grandis, ille vbi maior est, qui eam vincit in nobis, & non est pugna, qua non sit, Domino protegente, victoria. Nam & occidi seruis Dei leue est: idè mors nihil est, cuius aculeos & conuiuens contentionemque, deuincens Dominus, per crucis trophæum triumphauit. Sed & causa nulla armorum est, nisi quòd miles armandus est: nec armatur, nisi quòd congressio est: & in coronis nostris premium idè est, quia certamen precessit: nec datur palma, nisi congressione perfecta. Sed paucis diebus visitatione fratrum nos refrigerauimus. Nam omnem noctis laborem, diei solatium legitimeque abstulit. Tunc Reno, qui nobiscum fuerat, somno appreheso, ostensum ei est produci singulos. Quibus prodeuntibus, lucernae singulae prefebantur. Cuius autem lucerna non precesserat, nec ipse procedebat. Et cum processimus nos cum lucernis nostris, expergefactus est. Et vt nobis retulit, letati sumus, fideles nos cum Christo ambulare, qui est lucerna pedibus nostris, & sermo Dei.

Post ipsam noctem dies nobis hilaris augebatur. Et continuo eadem die subito rapti sumus ad Procuratorem, qui defuncti Proconsulis partes administrabat. O diem latum, gloriam vinculorum: o optata votis omnibus catena. O ferrum honorabilius atque preciosius optimo auro. O stridor ille ferri, qui strepebat, dum trahitur per aliud ferrum. Loqui nostrum futurum solatium videbatur: atque nè hac iucunditate tardiùs fruermur, à militibus, vbinam nos Preses audire vellet, huc atque illuc per totum forum circumducti sumus. Tunc nos in secretarium vocauit, quia necdum hora passionis aduenerat. Vnde prostrato diabolo, victores sumus in carcerem reuersi, & ad alteram victoriam

am reseruati. Hoc itaque prelio victus diabolus, ad alteras se astutias vertit, fame nos & siti tectare molitus. Et hoc suum prelium multis diebus fortissimè gessit, ita vt quod magis secum facere aduersarius putabat, ægrotatum copia ad Solonem fiscalem & aquam frigidam laboraret. Hic autem labor, hæc inopia, hoc necessitatis tempus ad Deum pertinuit, dilectissimi fratres. Nam qui nos tectari voluit, ipsum vt allocutionem in ipsa tentatione haberemus, se ostendit. Nam Victori presbytero, commartyri nostro, qui statim post hæc eandem visionem passus est, ostensum est hoc. Videbam, inquit, puerum huc in carcerem introisse, cuius fuit vultus perlucidus super splendorem inenarrabilem, qui nos deducebat per omnia loca, vt exiremus: egredi tamen non potuimus, & ait mihi: Adhuc modicum laboratis, quia nunc impedimini. Sed confidite, quia ego vobiscum sum. Et adiecit: Dic illis, quia gloriosorem coronam habebitis. Necnò ad Deum suum spiritus properans, & anima iam proxima passioni, sedes suas requisit. Nam hunc eundem Dominum de paradiso interrogauit, vbi esset. Cui ille ait: Extra mundum est. Ostendit illum, inquit, mihi. Qui ait illi: Et vbi erit fides? Cumque hic per humanam pusillitatem diceret, Quod me mandas, tenere non possum: dic signum, quod eis dicam. Respondit ei Dominus, & ait: Dic illis signum Iacobi: Letandum est, fratres dilectissimi, vt patriarchis, etsi non iustitia vel laboribus adæquari possimus. Sed qui dixit, Inuoca me in die pressuræ, & eximam te, & clarificabis me: ad clarificationem sui & fletus post preces, ad se habitas, commemoratus est nostris, prius miserationis suae denunciatis munus.

De hoc enim sorori nostrae Quartillosæ hæc nobiscum posita ostendit: cuius mulieris & maritus & filius ante triduum passi erant. Ipsa quoque hæc residens, propinquitatem suam velociter subsecuta est, quæ in hunc modum, quod vidit, exposuit: Vidi, inquit, filium meum, qui passus est, venisse ad carcerem: qui sedens super labrum aquarium, ait: Vidit Deus pressuram vestram & laborem. Et post hunc introiit iuuenis miræ magnitudinis, qui ferebat phialas duas singulis manibus, lacte plenas, & ait: Bono animo estote, commemoratus est vestri Deus. Et ex phialis illis, quas ferebat, dedit omnibus bibere. Quæ phialæ non deficiebant. Et subito allatus est lapis, qui fenestram diuidit medius: sed & claræ fenestræ ipso medio allatae, liberam celi faciem admiserant. Et posuit iuuenis ille quas ferebat phialas, vnâ ad dexteram, alteram ad sinistram, & ait: Ecce & satiati estis, & abudat, & tertia adhuc phiala superueniet vobis. Et abiit altera dies, quæ post hanc visionem eluxit. Expectantes autem eramus horam illam, quando fiscalis non cibus, sed penuria & necessitas inferretur: quia cibus nullus nobis suberat. Nam & altera die ieiuni manseramus. Subito autem vt sitientibus potus, esurientibus cibus, desideratum martirium obuenerat: ita laboribus nostris refrigerium Dominus per Lucianum charissimum nobis præbuit: qui disrumpo catenarum obice, velut per duas phialas per Herennianum hypodiconum & Ianuarium catechumenum, alimentum indeficiens omnibus ministravit. Hoc subsidium ægros & laborantes nimium suffulsi. Eos quoque qui per eundem laborem, hoc est, per incommodum Solonis & frigida aquæ ægritudinem iam inciderant, ab infirmitate reuocauit. Cuius tam gloriosis operibus omnes apud Deum gratias agimus.

Iam nunc, dilectissimi fratres, & de amore, quem in nos inuicem habemus, aliqua dicenda sunt: nec instruimus, sed admonemus: quia sicut simul vnanimis sumus, ita & apud Dominum vnâ viuimus & oramus. Tenenda est concordia charitatis, & dilectionum vinculis inherendum est. Tunc diabolus prosternitur, tunc à Domino, quicquid postulatur, accipitur, ipso pollicente ac dicente: Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petieritis à patre meo, contiget vobis. Nec alio modo vitam æternam accipere & cum Christo regnare poterimus, nisi fecerimus quod precepit faciendum: pro quo & vitam promissit, & regnum. Eos denique hereditatem Dei consequi, qui pacem cum fratribus tenuerint, suo magisterio ipse Dominus enunciat, dicens: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Quod exponens Apostolus, ait: Vt simus filij Dei. Si autem filij, & heredes: heredes quidem Dei, coheredes autem Christi. Si quidem compatimur, vt commagnificemur. Si hæres non potest esse, nisi filius: filius autem non est, nisi pacificus: hereditatem Dei habere non poterit, qui pacem Dei rumpit. Et hoc non quasi admoniti dicimus, aut sine diuina ostensione suggerimus.

Vvvv 3 Nam

Fame & siti sancti Cōfessores tentantur. Locus obsecratus & mendosus.

Visio.

Psal. 49. for. & flexus

Visio Quartillosæ maritima.

Præbetur tandem cibus Cōfessoribus.

Matth. 19.

Regnū Dei nō obtinetur, nisi qui pacis & charitatis sunt studiosi. Matth. 5. Rom. 8.

Nam cum Montanus cum Iuliano habuisset sermones aliquos ob eam mulierem, quæ ad communionem oppressit, quæ nec communicabat: cumque post correptionem, quam in eam congeserat, in rigore ipso discordiæ mansisset: ostensum est eadem nocte Montano hoc: Visum est, inquit, mihi venisse ad nos centuriones. Cumque deduceret nos per viam longam, peruenimus in campum immensum, in quo occurrunt nobis Cyprianus & Leucius. Peruenimus autem in locum candidum, & facta sunt vestimenta nostra candida, & caro nostra commutata, candidior est facta vestimentis nostris candidis. Itaque autem perlucida fuit caro nostra, ut oculorum visum ad intima cordis admitteret. Et respiciens in pedus meum, video quasdam sordes, & experrectus sum in visione. Et occurrit mihi Lucianus, & retuli illi visionem, & ait illi: Scis quoniam sordes illæ, illud est, quod non statim concordiavi cum Iuliano? Et in hoc experrectus sum. Quare de re, fratres dilectissimi, concordiam, pacem, unitatem omni virtute teneamus: imitemur iam hinc esse, quod futuri sumus. Si nos inuitat iustos promissa premia, si terret iniustos poena predicta, si cum Christo esse & regnare cupimus, quæ ad Christum & regnum ducunt, illa faciamus. Optamus vos bene valere. Hæc omnes de carcere simul scripserunt.

Sed quia necessè erat omnem actum martyrum beatorum pleno sermone complecti, quia de se & ipsi minus dixerant, & Flavianus quoque priuatum hoc nobis munus iniunxit, ut quicquid literis eorum deesset, adderemus, necessariò aliqua subiunximus: Cumque per plurimos menses reclusi fuissent in carcere, & fame ac siti diu laborassent, tandem serò produci iubentur, & ad prætorium Præsidis adiuuari. Et omnibus quidem gloriosa voce professis, cum Flauiani adiutorium reclamaret amore peruerso, nugans eum diaconum, quod confitebatur inter ceteros, id est, Lucium, Montanum, Iulianum, Victorium, dicta sententia est, Flavianusque rursus receptus est. Et quantum haberet plenam doloris materiam, quod scilicet de tam bono collegio separatus est, tamen fide & deuotione, qua vixit, credebatur id fieri, quod Deus vellet, & tristitiam solitudinis destitutæ, religione sapientiæ temperabat. Dicebat etiam, Cum cor regis in manu Dei sit, quæ causa mœroris est, aut quare succensendum putem homini, qui hoc loquitur, quod iubetur? Sed de Flauiano postmodum plenius.

Interim ceteri ducebantur ad viciniam locum. Cœcurus vndique gentilium & omnium fratrum fuit. Qui quantum obsequentes alijs & ceteris Dei testibus pro religione & fide, quam Cypriano docente didicerunt: tunc tamen officio pleniori & copia maiore conuenerant. Erat illic videre martyres Christi, felicitatem gloriæ suæ, vultus hilaritate restantes: ita ut possent prouocare ad propria virtutis exempla, etiam si tacerent. Sed nec sermonis largitas defuit. Nam exhortationibus suis singuli plebem corroborauerunt: Et Lucium quidem propter ingenitam lenitatem, & probam ac modestam verecundiam, infirmitas etiã grauis & labor carceris fregerat: ac propterea cum comitibus paucioribus solus ante præcessit, nè multitudo nimiam pressuræ de fusione sanguinis inuideat: qui tamē & ipse nō tacuit, sed comites suos quomodò potuit instruxit. Cui cum dicerent fratres, Memento nostri: Vos, inquit, me memento. Quanta martyris humilitas, de gloria sua nec soli sub ipsa passione presumere? Iulianus quoque, & Victorius insinuata diu fratribus pace, & commedatis omnibus clericis, maxime eis, qui famæ carceris visitauerant, ad passionis locum cum gaudio & sine pauore venerant. Sedenim Montanus, corpore & mente robustus, quantum & ante martyrium gloriosus, quicquid semper veritas postularat, constanter & fortiter dixerit sine vlla exceptione personæ: tamen de martyrio proximo crescens, prophetica voce clamabat: Sacrificans dijs eradicabitur, nisi Domino soli. Et hoc frequenter iterabat, insinuans & inculcans, non licere, deserto Deo, ad simulacra & manufacta figmenta accedere. Hæreticorum quoque superbiam & improbam contumaciam retundebat, contestans eos, ut vel de copia martyrum intelligerent Ecclesiæ veritatem, ad quam redire deberent. Deinde lapsorum abruptam festinanter negationem pacis ad plenam poenitentiam & Christi sententiam differebat, nec non integros quoque ad tutelam integritatis exhortans: State fortiter, fratres, & constanter militate, dicebat. Habetis exempla: nec vos lapsorum perfidia destruat ad ruinam, sed nostra tolerantia magis ædificet ad coronam. Virgines quoque singulas admonebat, ut sanctitatem suam tuerentur. Generaliter omnes docebat, ut Præpositos venerarentur. Præpositis quoque ipsis concordiam pacis insinuans, nil esse melius aiebat, quam Præpositorum vnanimem voluntatem: tunc & plebem

for. & obrepit, Viso Montani,

Prou. 21.

Montani  
p. clara laus.

posse ad sacra obsequia prouocari, & ad vinculum dilectionis animari, si rectores plebis pacem tenerent. Hoc enim est propter Christum pati, Christum etiam exemplo sermonis imitari, & esse probationem maximam fidei. O exemplum grande credendi.

Cum autem iam carnifex immineret, & gladius super ceruices eius libramento nutante pendere, expansis ille manibus ad Deum, voce clara, ita ut non tantum ad totius plebis aures, sed & ad gentiles quoque ipsos sonus vocis euaderet, orauit, rogans & deprecans, ut Flavianus, qui per suffragium populi de comitatu eorum remanserat, sequeretur die tertio. Et quod precis suæ fidem faceret, manulem, quo oculos fuerat ligaturus, in partes duas discidit, & iussit alteram reseruari, qua Flauiano oculi post crastinum ligarentur: Sed & in medio eorum solum seruari iussit, ut nec sepulturæ consortio separaretur: & perfectum est sub oculis nostris, quod Dominus in Euangelio suo repromisit, ut qui tota fide peteret, quicquid peteret, impetraret. Nam post biduum, secundum quod postulatum fuerat, Flavianus quoque productus, gloriam suam passione perfecit. Quoniam tamen, ut supra dixi, etiam ipse mandauit, ut bidui moram memoratis causis iuberemus, faciendum erat necessitate maiore, quod fieri merito deberet, etiam si non iuberetur. Post suffragia illa, post voces, quibus quasi pro salute eius amicitia inimica surrexerat, reuocabatur in carcerem virtute robusta, mente inuidia, fide plena. Nihil de animi eius vigore mutilauerat remanendi quidem contemplatio, quæ quemuis posset mouere. Itaque fides, quæ imminentem passionem tota deuotione præsumperat, temporanea impedimenta calcabat. Hærebatur lateri eius incomparabilis mater, quæ præter fidem, qua ad patriarchas pertineret, in hoc etiam se Abraham filiam comprobauit, quod filium suum & optabat occidi, & quod interim remansisset, contristabatur glorioso dolore.

O matrem, religiosè piam, o matrem inter vetera exempla numerandam. O Machabæicam matrem, nihil enim interest de numero filiorum, cum perindè & hæc in unico pignore totos affectus suos Domino mancipauit.

Sed ille collaudans matris animum, ut dilationem suam non doleret, Scis, inquit, mater merito castissima, ut semper tentauerim, si confiteri contigisset, martyrio in eo frui, & frequenter catenatus videri, & sæpè differri. Si ergò contigit, quod optavi, gloriantum est potius quam dolendum. Et cum ad carceris ianuam veniretur, difficilius multo & tardius quam solebat, aperiebatur, obnitentibus etiam carcerariorum ministris: ita ut videretur obfirmatum, spiritu quodam repugnante atque testante, indignum esse, carceris sordibus cum foedari, cui cæleste habitaculum pararetur. Quia tamen diuinitatis corona dilata, dignas causas habebat, iam cæli & Dei hominem inuitus carcer admisit. Qualis illic mens fuit biduo illo, quæ spes, quæ ve fiducia, cum martyris Dei animus & de collegarum petitione præsumeret, & de sua crederet passionem futuram? Dicam, quod sentio. Dies ille post biduum tertius, non quasi passionis, sed quasi resurrectionis dies sustinebatur. Admirans erat denique turba gentilium, qui vocem Montani petentis audierant. Postquam verò produci tertio die iussus est, rumore cognito, consuebant increduli & perfidi, fidem martyris probaturi. Egrediebatur de carcere Dei testis, iam ad carcerem non reuersurus. Communis omnium magna lætitia, sed magis habebat in animo suo certum, quod & fides propria & petitio antecessorum suorum extorqueret Præsidi vel inuitam, licet populo reclamante, sententiam. Vnde & occurrentibus fratribus & salutare cupientibus, fide rota pollicebatur, quod in Fuscano cum omnibus pacem facturum esset.

O magna fiducia, fides vera. Ingressus deinde prætorium, cum miraculo omnium in custodiarum loco stabat, expectans donec vocetur. Illic nos in latere eius constituti eramus, iuncti penitus hærentes, ita ut manus manibus teneremus, exhibentes martyrij honorem, & contubernij charitatem. Ibi discipuli eius suadebant, cum lacrymis etiam, ut præsumptione deposita, sacrificaret interdum, postea quicquid vellet, facturus: nec incertam illam & secundam mortem plusquam præsentem vereretur. Et hæc gentilium verba sunt, qui dicebant vltimi furoris esse, magis mortem malle temere, quam viuere.

Sed ille gratias agens, quod amicitia duce, quantum in ipsis erat, consultum sibi vellet: tamen & de fide & de diuinitate non tacuit, dicens, multo melius esse primo in loco, quantum ad libertatem integritatis pertinet, occidi, quam lapides adorare.

VVVV 4

Tunc

Matth. 17.

Gene. 22.  
Mira sanctæ  
mulieris  
fortitudo.  
2. Mach. 7.

Vides hic  
familiarem  
admodum  
martyribus  
fuisse huius  
historiæ au-  
thorem.  
temerè,

Tunc deinde summum esse Dominum, qui omnia imperio suo fecerit, ac propterea solus colendus sit, addens & illud, quod gentiles minus credunt, etiam si de diuinitate quid sentiunt, viuere nos etiam cum occidimur, nec vinci morte, sed vincere: ipsos quoque, si vellet peruenire ad conscientiam veritatis, etiam Christianos esse debere. His illi retursi & reuerti, postquam nihil per suadelas obtinere potuerunt, ad crudeliorem se misericordiam contulerunt, certi eum a proposito voluntatis suae vel tormentis deponi posse. Et cum admoueri iussus esset, interrogatus a Praefide, quare mentiretur se diaconum, cum non esset, mentiri se negavit. Et cum Centenarius diceret, notariam sibi datam esse, qua contineretur eum fingere, respondit: An non est verisimile me mentiri, & illum verum dicere, qui notariam falsam dedit? Qui cum reclamante populo accidente, Mentiris: iterum a Praefide interrogaretur, an verè mentiretur, respondit: Quod est compendium mentiendi? Ad hoc populus exasperatus, torqueri eum iteratis clamoribus postulauit. Sed Dominus, qui ferui sui fidem sciebat, non est passus probati martyris corpus tormenti alicuius vel leui laceratione pulsari. Cor enim regis ad sententiam statim flexit, & testem suum, vique ad mortem fidelem, consummato cursu & agone perfecto, coronauit.

It hilari ad mortem Flauianus.

Visto oblati Flauianus no.

Exinde iam gaudens, quia per sententiam datam passionis suae erat certior, etiam iucundo colloquio fruebatur. Et sic effectum est, vt iuberet hac scribi, & ad propria verba coniungi: addi quoque ostensiones suas voluit, quarum pars ad moram bidui pertineret. Cum adhuc, inquit, episcopus noster solus passus fuisset, ostensum est mihi hoc, quasi Cyprianum ipsum interrogarem, an pati ictus doleret martyr futurus, de passionis tolerantia consulebat, dicens: Alia caro patitur, cum animus in caelo est, & nequaquam corpus hoc sentit, cum se Deo tota mente deuouit. O verba martyris, martyrem cohortantis. Negavit esse in passionis ictu dolorem, vt qui & ipse habebat occidi, animari constantius posset, quod nec paruum quidem sensum doloris de passionis ictu haberet. Postea, inquit, cum plures paterentur, contristabar in visu noctis, quod quasi a collegis meis remansissem. Et apparuit mihi vir quidam, dicens: Quid contristaris? Cui cum causam tristitiae meae dicerem, ait: Confessor es, tertio martyr eris per gladium, & sic impletum est. Nam confessus Christum primo in secretario, secundo publice, reclamante populo, iussus recludi, a collegio suo secundum ostensionem remansit, & productus post confessiones duas, tertio passionem perfecit. Deinde, inquit, cum iam Successus & Paulus cum comitibus suis coronati fuissent, & ego post infirmitatem conualescerem, video ad domum meam venisse Successum episcopum, vultu pariter & cultu nimis claro, cuius effigies difficulter agnosceretur, eò quod carnales oculi angelico splendore rutilarent. Quem cum vix agnoscerem, ait mihi: Misus sum nunciare tibi, quoniam tu passurus sis. Hoc cum dixisset, statim venerunt duo milites, qui me perduxerunt in locum quendam, vbi erat fraternitatis multitudo collecta, inter quos apparuit mater mea, dicens: Laudo te, quia nemo sic martyrium duxit. Et verè nemo. Nam, vt omittam carceris abstinentiam singularem, & vt accipientibus ceteris vel modicum cibum, qui de sordibus penuriae fiscalis exhibebatur, solus se ab ipso modico continuit, tanti habens ieiunij multis & legitimis fatigari, dummodò alios victu proprio saginaret.

Flauiani egregia pro conia.

Iohan. 19.

Memorabilis martyris morituri sententia.

Iohan. 15.

Ad illa igitur veniam, quod cum tanto honore deductus est, qui a tot sacerdotibus comitatus, eius disciplinis omnibus ordinatis, ad instar ducis dirigi meruit. Sic regnaturum cum Deo martyrem, iam spiritu ac mente regnantem, etiam itineris tota dignitas exprimebat. Sed nec de caelo testimonium defuit. Imber largus & lenis temperato rore descendens fluebat, ad multa proficiens: Primo, vt gentiles perniciousiter curiosos interuentu pluuiae refrenaret, & vt diuertendi daretur occasio, vt sacramentis legitimae pacis nullus profanus arbiter interesset. Et quod Flauianus ipse ore suo dixit, ad hoc pluebat, vt Dominicae passionis exemplo aqua sanguine iungeretur. Sic consummatis omnibus fratribus & pace perfecta, processit è stabulo, quod Fusciano de proximo iunctum est. Ibi cum editiorem locum & sermone aptum conscenderet, silentio manu facto, huiusmodi verba emisit: Habetis, inquit, fratres dilectissimi, nobiscum pacem, si Ecclesiae noueritis pacem, & dilectionis vnitatem seruaueritis. Nec putetis pauca esse, quae dixi, cum & Dominus noster Iesus Christus, passioni proximus, haec nouissimè dixerit: Hoc est mandatum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Et supremum illud

Iud adiunxit, & in testamenti modum vltima sermonis sui fide signauit, quod Lucinū presbyterum commendatione plenissima prosecutus, quantum in illo fuit, sacerdotio destinauit. Nec immeritò. Non enim difficile fuit, spiritu iam caelo & Christo proximate, habere notitiam. Deinde ad locum victimae, expleto sermone, descendit, & ligatis oculis ea parte, quam Montanus seruare ante biduum iusserat, fixis tanquam ad precena genibus, passionem suam cum oratione perfecit. O martyrum gloriosa documenta. O testium Dei experimenta praecleara, quae ad memoriam posterorum merito conscripta sunt, vt quemadmodum de scripturis veteribus exempla, dum discimus, sumimus, etiam de nouis aliqua discamus.

IGNATII MONACHI, QVAE FIT SINGV-  
LATIM, EXPOSITIO VITAE ET MIRACVLO-  
rum sancti Patris nostri Tarasij, Archiepiscopi Constantino-  
politani. Habetur in Metaphraсте.

Suidas huc Ignatij dicit fuisse diaconum & vatorum cu. stode ecclesie Constantino-politani. na, & Me. tropolitanus Nicæa. 25. FEBRUVA.



Ataturus per ingentem maris magnitudinem, inclyti patris & vita inaccessa praestantis, vecor ne aduersos ventorum flatus linguae agrestis, & vastorum fluctuum obscuritatis excitem, salumq; & tempestatem mihi procurem animae naufragij. Talis enim est inscitiae temeritas, quae orationem effundit tanquam paleam, ad nihil quod sit opportunum conducibilem, & affert damnum ei, quod oportet fieri & est vile, & in naufragium incidit multiloquij, quod fieri non potest, vt omnino effugiat peccatum, vt est Salomonis & diuina admonitio. Hoc meum reprimat ingenium & terret cogitationem, & refrenat orationem, & diuinarum viri dotum profundum intueri properantem, retardat. Sed cum altum longi temporis silētium res eius tegens esset multorum auribus damnum allaturum, vt quae teneantur desiderio audiendi res optimas & praestantissimas, quae ab illo in vita gestae sunt, vt quae sint plenae vtilitate animae, agere valere iubens omnem dubitationem, pauca quaedam de ipso, quae dignatus sum videre oculis, & quae accepi auribus, & quae ipsa noui experientia, & in mea humili & egena scio manere memoria, cum pura & sincera veritate in lucem edere, si Deus concedat, iam conabor. Nam etsi non possim dicere pro dignitate, non ideò vniuersum deseram: sed quia nolo abscondere talentum, sicut ille malus & piger seruus, ideò quod Deo gratum est prompto & alacri animo offerre pro viribus, etsi non potero debitum soluere cum foenore, in eo quidem certe, quod sortem exerceam & procurem, vt ei nihil detrahatur, ero aliqua ex parte accipiendus.

Prou. 10.

Math. 25.

Psal. 61.

Hic ergò sacrosanctus & magnus Tarasius, qui Christi mansuetudinem & humilitatem ab infantia vsque ad senectutem imitatus pulchre expressit, in cuius, sicut prius dixi, virtutum mare me vt natarem demisi, quisnam esset & vnde, & ex qua patria & parentibus ortus sit, arduum fuerit dicere, ijs etiam qui ex scientia sciunt ample & magnifice dicere, non solum mihi, cuius est planè humilis & abiecta oratio, tantam praecleari generis ab alto repetere magnitudinem, & a maioribus deductam eius stirpem recensere, qui gloriari non vult eiusmodi laudibus, neq; fluentibus diuitijs cor apponere, conuenienter diuino Psalmographo, vnaquam est meditatus. Hoc vnum autem possimus dicere, quod omni autoritate & maxima excellentia apud eos, qui per id tempus imperabant, Georgius eius pater, & rei nomen conueniens sortita mater eius Encratia, propter summam iustitiam primas partes obtinuerunt, ex patriciorum serie deriuati, appellati patricij. Quorum pater quidem cum ascendisset ad altitudinem tribunalis iudicialis, integreque & incorruptè ius omnibus ex aequo tribueret, Solone & Lycurgo antiquis illis legislatoribus, conspectus fuit longè iustior. Qui etiam aliquando rectam & legibus conuenientem tulit sententiam, cum quid esset iustum tunc ignorassent, qui videbantur imperium obtinere, neque id vellet exequi. Iuris verò dicendi difficultas in his fuit: Pauperculae quaedam foeminae, fuerant grauissimi criminis accusatae. Quenam autem fuerit ea accusatio, iam dicam.

Integritas patris eius in iure dicundo.

Accu-

Accusatae fuerant eadem fecisse laetentium infantium, per foramen domorum vel portis etiam clausis subeuntes, & ex improviso infantes interficientes. Quae etiam traherentur in iudicium ab ijs, qui credebant fabulis, & nolebant Christi Dei nostri sequi doctrinam, quae simulacris & phantasmatibus nequaquam decipitur. Est enim apud Graecos in fabulis foemina quaedam, Gello nomine, quae dicitur, cum immatura morte vitam abruptisset, quibusdam spectris accessisse ad recens natos infantes, & eos interfecisse. Huius fabulae improbo pellecti ac decepti spiritu, qui ea dicebant probabiliter, conantur etiam ad mulierculas transferre hoc execrandum scelus, & eis adscribere in spiritum conuersis, causam eorum, qui moriebantur ante tempus. O stuporem, O cordis oculorum caecitatem. Si corpus longitudine profunditateq; & latitudine compactum ac constipatum, in spiritum dissolutum procedit, & haec facere conceditur, Christus ergo, qui est ipsa veritas, dicens: Spiritus carnem & ossa non habet: reputatus est phantasma ab ijs, qui haec asserunt. Quinetiam Christus quoque, qui veram carnem accepit, & spiritum carnem & ossa non habere verè affirmavit Discipulis, nulla re circumscribetur, quae obstat, quò minus sit phantasia. Sic ergo censens & citra dubitationem iudicans Georgius, foeminas absoluit à criminibus. Qui tunc autem rerum potiebatur, (valde enim defendebat phantasiam) cum sensisset sic iudicasse Georgium, iussit eum ad se adduci. A quo euidenter edoctus de vero exitu latae se sententiae, eum quidem occidit per summam ignominiam: latam autem ab eo sententiam vel inuitus comprobatur, ut qui à criminibus absolutus conseruaret mulierculas. Et Georgij quidem constantiae & iustitiae pars hinc sita sit.

Iohan. 14.  
Lucæ 24.

Mater piæ  
suum in  
tuit filium.

Fit consul  
&c.

Psal. 1.

Iconoma  
chorum he  
relis.

Irene cum  
filio Con  
stantino  
Imper.

Mater verò clara pietate, & id, quod ipsa appellabatur, cernens proficere in filio, venerationem reddit suum filium & verè templum continentis. Et cum aequalibus quidem suis & improbis docens eum nullam habere consuetudinem: inire amicitiam cum ijs, qui amant decus virtutis, suadebat & eis coniungi iure charitatis spiritualis. Quamobrem ingressus per vniuersam virtutem, erat apud omnes reuerendus, ut etiam consulari dignitate fuerit honestatus: & electus sit primus scriba arcanorum Imperatoris: & in aula imperatoria luciferi instar resplenderet: ut qui diuinas quidem disciplinas abundè esset complexus: & ex externa eruditione collegisset, quae sunt praestantissima. Illas quidem meditando ad assecutum virtutis, & plantatus secus decursus aquarum diuinae cognitionis, ut rationales fructus proferret in tempore: harum autem vtilitatem per attentionem & cautionem in animo recondens obsignauit, per quas posset corrigere, quod est prauum & barbarum: & linguae suae imponere legem accuratè loquendi.

Cum sic deceterò per vtraque laudem esset assecutus, & totum se Deo dicasset per pietatem & puram conscientiam, venit ad habitum spiritualis perfectionis, & mundi munera obiens in mundo habitu, se à mundana remouit ambitione, & spiritui adaptans animum. Vas sacrum efficitur electione melioris, etiam ante sacerdotium, & pastor pecudum rationis compotum, qui pascebatur adhuc, praenunciabatur: & sperabatur fore, ut susciperet vniuersam omnium praefecturam, ut lucida lucerna iam accensa, igne virtutum mundum illustrans vniuersum, & omnem haeticam dispellens caliginem, & lucem procurans rectae fidei. Nec populum sua spes fefellit, ut qui mox acceperit id, quod desiderabat. Paulus enim, quem Cypria natum excepit Salamis, sanctè & integrè clauum regens sacerdotij, cum nefaria adhuc vigeret haeresis, quae accusat Christianos: eorum, inquam, qui a volent imaginem Christi veri Dei nostri carnis susceptionis: & eius, quae eum verè & propriè peperit Dei matris, & incorporarum, ut visa sunt, potestatum: & iam omnes sancti oppugnatores haeresis à breui & caduca hac vita excessissent, & traducti essent ad eorum, quae in vita gesserant, quae sit illic, discretionem: & serpentinae doctrinae virus etiam post exitum euomissent ex Ecclesia, aegre ferebat & animo angebatur Paulus, cum non haberet, qui ei opem ferret, & manum praeberet ad rectae fidei correctionem, propterea quòd omnes adhererent haeresi, eamque confiterentur & assentirentur. Caput itaque consilium dignum sua prudentia. Nam cum incidisset in morbum, qui ei mortem erat allaturus, & deducturus ad longeuam quae illic est, resolutionem, se clam subducit à sede: & cum venisset ad Flori monasterium, in numerum monachorum se retulit, mutato amictu.

Postquam autem notum fuit, quòd se demississet Pontifex, idque iam peruenisset ad aures eorum, qui per id tempus rerum potiebantur, Irene autem & Constantinus eius

eius filius, primas potentiae partes tunc pulchrè obtinebant) ij, quòd res accidisset noua & insolita, animo non parum conturbati, statuerunt venire ad dictum monasterium. Postquam verò agnouerunt Pontificem subijisse habitum humilitatis, ira repleti & metu, rogauerunt eum, qui se ad tantam dederat audaciam, quoniam fuisset causa Pontificis fugae & tonfuræ, reputantes num nibili esset facturus grauem Imperatoris indignationem. Paulus autem miti ac placida oratione (talis enim erat, si vllus alius) iram leniens imperatoriam, persuasit, ut irasci desisterent: & aperuit causam, quae eum ad hoc deduxerat, hoc modo verba faciens:

Me, O Imperatores, & morbus, & improuisus mortis aduentus, coegit hoc facere, multo autem magis ad id impulit Ecclesiae deformitas, quae laborat haeresi, & ex diurna mala opinione tantum accipit dolorem, ut ei inhaerit vibex immedicabilis: & ter iam per manus & atramentum inscripta haeresi assensio. Neque enim mihi licuit effugere retia malae opinionis: sed accidit, ut & lingua & manu in ea implicarer. Quod etiam me magis angit, ut quod exedat sensus animi. Video omnes orbis terrarum partes, quae in vestra manu tanquam in statera appenduntur, fidei immobilem conseruantes trutinam, & in recta permanentes doctrina & exultantes, ab ecclesia nostra longè dissidere, & tanquam à Christi grege alienas ones repellere. Et ideo recuso esse pastor coetus haeretici, & statui potius habitare sepulcrum, quam esse obnoxius anathematibus sacrae quaternioni sedium Apostolicarum. Sed cum sceptri potentiam in vestras manus Deus tradiderit, & imperialem curam gratis Christianissimi gregis, qui est sub sole, ne despiciatis tristitiam matris vestrae Ecclesiae, sed studete, ut ea rursus veterem recipiat pulchritudinem. Ne patiamini abominandam haeresim nunc quoque, tanquam suam ex querceto, ut dicitur, vastare ac perdere vineam vestrae imperatoriae & fidelis agriculturae, & à viam transeunte non trita & aspera mala opinione turpiter eam peruadi. Est vobis scientissimus agricola, qui aluerit botrum verè confessionis, & eum expresserit in diuina torcularia vnus & solius Ecclesiae, & cum implerit craterem sapientiae, parauerit fidelissimo populo poculum rectae sententiae. Et quemnam hunc innuis, ei dixerunt Imperatores? Tarasium mea significat oratio, qui est primus à secretis diuini vestri imperij. Illum scio, & quicumque rectè sapit, ecclesiam esse opportuna suscepturum: & virga quidem rationis particeps haeresum nugae esse exacturum: docendi autem & pastorali baculo introducturum & foras educiturum ad stabula & mandras veritatis, gregem diuinissimum.

Cum in auribus imperatorij sic seminasset orationem, & eam effecisset genitalem, & quae iam fructum tulerat in centuplum, grauitate morbi oppressus, ad tabernaculi dissolutionem, per mortem confidenter festinabat, adificationem à Deo per incorruptionem, ut dicam Apostolicè, sortitus. Et sic quidem se gessit Paulus: Imperatores autem in Pastoris electione mentem habentes occupatam, & Pauli sermone stimulati, in Tarasium aperte defigunt oculos: & eum, Deo volente, ut viduato gregi praeset, communi consensu sapienter eligunt. Eis assentiebatur, quidquid erat optimum & praestantissimum è sacro senatu, diuinus planè coetus: ut qui omnino scirent virum in omnibus praefulgere, & dignum, cui demandaretur dignitas pastoralis. Quidquid autem erat promiscuum ac circumforaneum, & lucernam redolebat haeticam, patris sanctitatem, etiam ante sacram ab eo acceptam vestem, ut ad arguendum vehementissimam & acutissimam suspectam habens securim, nolebat assentiri communibus suffragijs, non volens ab antiqua sua respiscere sententia: & malebat inuolui ceno limi haereseos, quam potari viuifico fluente puri & imperturbati fontis doctrinae Tarasij. Sed vicit id, quod iustum erat: & admissum est, quòd pro pietate ferebatur decretum. Iubent itaque Imperatores statim coram sibi Tarasium, ut quae Deo videbantur & legibus Ecclesiasticis, iura in eo confirmarent. Ille verò aderat cum pia & honesta specie, & quas à Deo habebat, gratijs circumdatus. Apud quem honestis & egregijs agentes sermonibus, & tanquam iam cum patre, de eo, quod erat postea constituendum, consilium ineuntes, vsi sunt verbis eiusmodi:

Non putamus latere tuam prudentiam, quòd praeteritis temporibus Ecclesiam inuasit vertigo haeretice caliginis, quae nihilo tolerabilius eam operuit, quam nona plaga Aegyptiaca, tenebrae, inquam, palpabiles, & vsque in hodiernum diem ceteri more serpit per gregem: & per vniuersum ferè mundum in animam commouit tempestatem.

Oratio Pauli  
Episcopi  
ad Imperatores.

2. Cor. 3.

Tarasius  
eligitur episcopus  
Cæstantinopolititanus.

Imperator  
oratio ad  
Tarasium.  
Exod. 10.



tem. Sed quoniam Deus ineffabili nutu eam produxit, & eius ductores, qui non iuste iustum persequi statuerant, iusto iudicio ab imperio exemit & à vita, & tanquam lampadem prælucentem nostram accendit potentiam, vt malæ opinionis abigamus tenebras, & faciamus exoriri Solem cognitionis: ecce te euocamus defensorem & propugnatores, & ad hoc certamen adiutores, vt qui sciamus te pulchrè posse armari ad rectam tuendam sententiam, & structa ex diuinitus inspiratis scripturis acie, pro ea confingere & te præclare gerere. Nè ergò terga vertas ad ea, quæ piè à nobis proponuntur, qui mûdanis opibus & copijs studemus procurare pacis vtilitatem: quinetiam pedibus & manibus opem ferre, & omnem mouere lapidem, vt dicitur in prouerbij, vt inueniatur quod queritur, & apprehendatur quod desideratur. Tempus est ergò vt contextatur præclara & valdè optanda Ecclesiæ tunica, quam scidit pestis hæresis. Nunc appropinquat dies insignis & salutaris, in quo Christus cessare faciens fremitum erroris simulacrorum, annuit copiosis suis miserationibus, vt eius veneranda erigeretur statua, quòd attinet ad humanitatem. Transiens ergò ad septum Sacerdotij, cum aduersus hæresim decertaueris, canè victoriæ canticum aduersus inimicos. A Deo præmium & coronam accepturus, egredere.

Tarasij ad Imperat. responsio.

Tarasius autem Imperatoris allocutione obstupescit, & tanquam à cælesti aliquo sono attonitus, respondit in hanc sententiam ad ea, quæ dicta fuerant: Tempestatem quidem, quæ in fidem & vniuersum commune vehementer irruit, & vsque ad fundamenta Ecclesiam periculosè agitauit fluctibus, & animæ naufragium multis conciliauit, nulla est auris, quæ non acceperit, etiam si pauci effugerint vim procellæ. Hunc verò sedare turbinem, & nocturnæ pugnæ luna non lucente hanc pacare procellam, maius est, quàm vt vllæ vires id queant præstare. Quis enim, quæ tam nefariè inualuit, consuetudinem, & naturæ vim accepit, & mundum propemodum iureiurando ad egit aduersus diuinam potestatem, conuerterit & fecerit discere, quod est melius, nisi Deus adspexerit & defenderit vestram diuinam potestatem? Ecclesia, quæ impietatis tyrannide olim fuit exuta veteris decoris pulchritudine, lacerisq; pannis diu esse induta sustinuit propter putria & imbecilla dogmata hæresis, nunc à Deo & à vobis ornetur pijs varietatibus. Per vos ergò renouentur mandata Apostolorum, per quæ refulsit splendor veræ fidei. Respirent sacrarum Synodorum pura decreta, quæ Euangelicis seruantur traditionibus, nec sustinent in æternum vllò modo posse surripi. Aperiantur vestibula paternorum dogmatum, & Christi pecudum in eis greges trãseant, & tanquam ex diuino paradiso confiteantur doctrinam rectæ confessionis. Per \*Caiaphaicum enim concilium facta est abortio foetus hæresis. Per œcumenicam Synodum nascantur filij Ecclesiæ, & ad mensuram ætatis Christi incrementum accipiant. Nam si hoc factum fuerit, & antiqua ac prima amictus dignitate fuerit decorata, & veræ opinionis pijs dogmatum Lucifer vestro studio eam illustrauerit, habebit omnes fideles in eadem sententia conuenientes, & suas animas profundentes, vt ea stabiliter fundata, conseruetur supra firmam petram fidei.

Constanti. nopolitanâ pseudosynodum dicit, qua damnatæ sunt imagines ab hæreticis.

Cum hæc coram Imperatore animæ vtilia declarasset mysteria, ipse eum rogat, vt eum quoquè de his differrentem audiat communis coetus populi. Nam hoc caput rectæ fidei ægrè ferēbat turba militaris, vt cui non videretur esse admittendas & adorandas venerandas imagines. Nutu ergò Ecclesiæ hoc facere incitatus, cum fuisset in inclyto Magnauræ palatio, vniuersa confluentē ciuitate & sacerdotali multitudine se quidem excusauit, validis demonstrans rationibus, qualis esset sacerdotij professio & dignitas, & ad quantam altitudinem euehat & magnitudinem, eum, qui vult ad hoc procedere: seque non esse idoneum ad id suscipiendum, vt qui iam olim fuerit implicatus in mundi dignitatibus, & in huius vitæ turbis & sollicitudinibus plurimum inuolutus, & mysticum hunc statum nondum gustauerit. Eum enim, qui ad hanc vocationem & hunc gradum properat, illotis, vt dicitur, manibus citò ad id insilire, & quæ non tangi possunt, tangere non est tutum: sed eum, qui est educatus in ijs, quæ ad hoc ferunt, iustificationibus, & directus Euangelicis & Apostolicis, vt par est, viuificis doctrinis, ad discernendam viam rectam & incuruam: vt illa quidem pastoraliter deducat ad meliora: hanc autem declinet & vitet, conuenienter diuinæ admonitioni, vt quæ procùl ferat à Deo & eius constitutionibus. His fretum, traduci oportet ad hanc magnitudinem. Me autem, vt scit Deus, ad hoc suscipiendum ministerium inuitum coegerunt Impe-

Imperatores, cum hoc mihi nunquam venisset in mentem, neque de hac vnquam re-ctione cogitasset. Tanquam electo ergò Dei populo & gregi meam communico conscientiam, vt si me huic maximo muneri volueritis alligare, & me huius iugum subire statueritis, Traditioni Oecumenicæ fidei vos quoquè ipsos inclinatis, & nè vos sequi pigeat patres, qui hac via sunt ingressi, & sex sanctis Oecumenicis Synodis, & ijs, quæ piè ab ipsis sunt decreta, consentire nè recusetis. Ad supernam enim hereditatem transmittunt eos, qui ipsis parent, & fiunt authores magnæ & immortalis remunerationis. Eius itaque admonitiones tanquam angeli voces admittit populus, & polliciti se instar ouium secuturos ducentem pastoraliter, se, vt Deo & ei videtur, in omnibus parituros affirmabant.

En vult vt œcumenicis obtemporent Concilij, modò ipsum velint habere Episcopu.

Tunc deceterò inspiratione principalis & diuini spiritus, conspirante etiam consilio Imperatoris, limi mundani mutata dignitate, & tonsa coma ritu Clerici, honestoque & venerando alio sumpto amictu, diuinis & spiritalibus inuocationibus, sicut Aaron & Phinees, suscipit vñtionem honoris sacerdotalis, & ascendit ad altitudinem cathedræ Pastoralis, luci lucem adiungens, & virtutem augens virtutibus, & modum superantibus profectibus datum, sacratissimum talentum multiplicans. Continentiam enim tanquam Eucratæ filius, & qui eum iam pridem abundè exercuerat, vsque aded sibi parauit ex eo, quòd esset paucis contentus, vt esset eius victus à rebus superuacaneis omninò alienus, & non luxurians vsque ad satietatem. Vitæ autem suæ habenas ita moderabatur, & animi perturbationum tumultus irâ reprimebat, vt esset omnibus diuinissimum exemplar propositum, cui nunquam persuaderi poterat, vt moueretur ad appetitum voluptatis.

Parfimoniam victus eius.

Cum autem ad diuinarum scripturarum meditationem sibi domesticam asscuiisset vigiliam, somnum vt membra soluens & inutile amandabat mancipium: & cum vsus exigeret, rursus iubeat adesse. Quis enim eum in lecto recumbentem, aut molliibus stragulis vnquam vidit inuolutum? Quis tunicâ & zonam super cubile dimittentem vnquam accepit, & præparauit, vt esset elegantior & concinnior? Quis ex eius pedibus vnquam detraxit calceos, & alligata spongia, vt mos est, leuigauit & polijt? Sed ipse erat sibi, vt dicitur, balneator, & inseruiebat sibi ad vsum corporis: in hoc quoque Christum magistrum diuino zelo imitans, qui dixit: Non veni vt mihi ministraretur, sed vt ministrarem: exemplum humilitatis præbens suis discipulis.

Catalogus virtutum eius.

Matth. 20.

Habebat autem precationem, quæ mentem sublimè ad cælos euehat, & soli Deo reddebat familiarem, & coniugebat incorporeis, & expellebat omnem tentationem, conuenienter Domini eloquio. Nullum enim erat tempus, quo non habebat solum eum genu flectentem & surgentem, & manus ad cælos extollentem, & supernè accipientem à Deo illuminationem. Humilitatem verò, vt quæ ei à puero fuerat familiaris, ita est complexus, vt non solum ea in ipso conspiceretur, & ex ea laudem assequeretur, sed etiam transfret ad alios, qui exemplo suo informabantur. Multis enim ex ijs, qui erant relati in numerum Clericorum, qui suos lumbos zonis cingebant aureis, & ornati erant varijs & preciosis vestibus sericeis, aurū quidem ademit: fecit autem succingere lumbos cingulis contextis ex pilis caprarum. Ijs verò, qui toti corpori ex iisdem filis purpureas vestes habebant contextas, excogitat tunicas remotas à curiositate nimia & delicijs, vt quæ essent vestitus honestus, & conuenienter ijs, qui Deo seruire statuerunt, & profitentur humilitatem. Ex quo quid euenit? Vt tolleretur quidem, quidquid damni ex eo nascebatur: honoraretur autem frugalitas, vt thesaurus quispiam preciosissimus. Castitatem verò, & quæ cum ea simul degit temperantiam, vt quæ sanctificationem conciliarent, appellauit sorores: per quas, quæ carnem inuadit, sordidam & adulterinam exterminans cogitationem, & ignominia affectiones depopulans, à Deo fuit redimitus victrice corona impatibilitatis.

Precatio.

Humilitas.

Castitas. Temperantia.

Commiſerationem autem & ditissimam in pauperes misericordiam, tam hilariter, vt ille dixit, impertijt, vt superaret omnes, qui suppeditabant pauperibus, & fieret nouus Ioseph, dans frumentum egentibus. Suæ enim mensæ obſonia in frustra cominuens, ad accipiendos eos, qui esuriebant, in dies eis parabat conuiuium. Abundè autem huius rei sunt testes vsque in hodiernum diem, definita receptacula eorum causa, qui hospitio accipiebantur & pauperum nostrorum fratrum. Quinetiam mansuram pecuniæ dationem alijs piè attribuit, in pugillaribus nomen vniuersiusque significans. Quo-

Misericordia in pauperes. Rom. 12. Gen. 47.

tidianam autem distributionem, quam manu sua propria in manus pauperum immittebat, quis ratio cinator dimensus fuerit Diophantus, aut multiplicans numerarit Nicomachus, quæ erat arena copiosior, & egenorum ventres reficiebat? Ieiunio vero, quod est ante Christi passionem, magnam erogare largitionem in diuersis locis & coenaculis, ijs, qui magna premebatur inopia, ipse excogitauit, vsque ad Christi lucem afferentis, festum festorum, resurrectionem.

Et ocio & tempore longo mihi opus fuerit, vt per ordinem collocem accubitus inuitatorum hospitem & profelytorum, claudorumq; & cæcorum & mutilorum ordinatam sequens consequentiam, & posteris dem exemplum munifici ac liberalis instituti. Tempus autem hyemis, quod erat acerrimum, niueq; & gelu & glacie terræ vinciebat inreftina, & ijs, qui in ipsa erant, imponebat instar collaris, frigefacientem eamq; grauissimam molestiam, quomodo in eos, qui horrebant, & laceris pannis erant obfiti, & solum pudenda contegebant, vsus machinationibus fouentis recreationis, propulsauit?

Vide singulare in nudos benigneitate.

Tunicas enim, penulas, & prætereà tegumenta ex crassissimis lanæ filis & staminibus confecta, & vellere denso graua, magno auri pondere emens, & ijs, qui sub dio miserè affligebantur, distribuens, arcebat grauem molestiam frigiditatis. In salutari autem prius dicto die reuerendæ Christi resurrectionis, post diuinæ synaxis & communionis peractum mysterium, adhuc sacris vestibus candidatus, ad veteris basilicæ iam dirutum locum, qui vocabatur Estia, veniebat. Illic enim parabat egentibus maximum, quo acciperentur, epulum. Quos cum fecisset recumbere, incipiebat ipse ministrare, vinum effundens ex cratère, & potum eis distribuens. Deinde cum hoc munus obijisset, ibat in domum suam patriarchicam, non aliorum hinnulorum, vt dicit fabula, medullis se nutriens, neq; mensa Sybaritica excipiens, nec quæ ventrem titillant & impinguant bellarijs, sed frugalibus obsonijs, & quæ non spectabant ad delicias, se reficiens.

Ipse ministrabat pauperibus cibum capitebus.

Philip. 2.

Quis ad tantam humilitatis altitudinem memoratur fuisse erectus ex ijs, qui vnquam fuerunt? Quis demissionem Christi sic est imitatus, qui paterni sinûs non exinanita magnitudine, nostræ paupertatis subijt speciem, & ministrando docens ad cælum euolare, fecit considerare cum paterna maiestate? Hic ipse, qui nunc laudatur, etiam si in medijs idæretur tumultibus, non solum amauit quietem & silentium, sed alijs quoque ea affatim suppeditauit, eos à mundo abducens & Deo reddens familiares, & virtutis efficiens filios, vt huius sanctæ vitæ & operationis genitor & productor. Huius autem rei fidem facit omnino, ex hereditate eorum, quæ ad ipsum legedotis ex bonis paternis redibant, ædificatum monasterium in sinistra parte Bosphori Thracij. In quo cum arborum rationis participum plantasset generosa germina, quæ pinguefcebant fluentis exercitationis, & augebantur copiosis condimentis abstinentiæ, ea fecit Christi agriculturam, tricesimum & sexagesimum & centesimum virtutum fructum fideliter producentia in sanctitate & iustitia. Ex quibus multi ab ipso sunt vocati ad dignitatem pastorem, & vt par erat, ornarunt possessionem sacerdotij: fueruntque columnæ immobiles fidei catholicæ: Quod quidem ostendit tenebrosa inundatio hæresis, aduersus quam fortiter pugnant, & nubem subeuntes multorum periculorum in persecutionibus & afflictionibus, & sub dio perpeffionibus, ad splendorem superni luminis, eam fuderunt ac dissoluerunt. In qua etiam suum cognitum reddidit magistrum, tantquam semper lucentem Luciferum. Et hæc quidem postea.

Construit monasterium.

Ipse autem perfectis virtutibus vsus est ad satietatem, cum mentem suam ad actionem prius exercuisset, vt ascenderet ad contemplationem, & eius fuisset capax receptaculum, concinnè animum adhibebat ijs, quæ ad rectam fidem pertinent, & vt quæ Deo volente visa fuerant, & Imperatoribus promissa erant, ad effectum venirent, contendebat. Hoc autem erat, vt Oecumenica procederet Synodus: & ab eo, quod iustum est, minime aberraret Ecclesia. Iussu ergo Imperatorum, omnes Pontifices ex vnaquaque regione & ciuitate proficiscuntur in ciuitatem regiam, & iam edicto conuentu in inclyto templo diuinorum Apostolorum, & iam sedentibus Episcopis in sedibus propositis, eccè quoddam examen vesparum, virorum, inquam, qui erant animis leoninis, ex exercitu Constantini, qui olim imperij sceptrum non pie administrarat, exurgens veluti ex quibusdam alucis malæ opinionis, accedit ad dictam ædem sacram, bellicis armis eam obstruendum. Qui cum venerandæ ædis atrijs appropinquassent, incondita voce locum replerunt, dicentes non esse ferendum infirmare & transgredi ea, quæ olim visa fuerant

Is fuit Constantinus Coptonymus.

Minæ Iconomachorum.

fuerant Constantino. Non enim permittemus, aiebant, illius abrogari dogmata, & prædicari esse statuendas imagines. Quod si quis hoc inceperit, & ante nostros oculos viderimus abrogari Synodum, quæ fuit ab ipso congregata, sanguine sacerdotum terram reddemus purpuream. Hæc dicebant, & in portas irrumpentes, volebant eos, qui erant intus, interficere.

Tunc nutu imperatoris potestatis sessionem relinquunt Pontifices: Imperatores autem in eos, qui res nouauerant, cum ira frementes, citò venerunt in suum palatium, eorum insolentiam & insurrectionem & euersionem vniuersi reputantes. Tarasius verò ad sacram accedens, timoris nullum signum præ se ferens, incruentum incipit sacrificium: & mystica communionem peracta, domum reuertitur: vbi vacabat prioribus laboribus, nempe in sacra scriptura & in demonstrationibus faciendis ex patribus eloquijs. Rursusque statuebat, necesse esse congregari Synodum, ne communitio hæretica in peius proficeret. Imperatores verò cum eos, qui illam seditiosam fecerant conspitationem, & insultauerant in gloriam eorum imperatoriam, zona exutos à militari dignitate exautorassent, & ab omni armorum auxilio desertos & nudos effecissent, iubent vnumquemque eorum ignominia notatum, redire in patriam. Non enim, aiebant, sustinet Deus tales parentes seditionis, habere defensores & propugnatores eius, quod ex eo relucet, palatij.

Turbatur per illos synodus.

Exautorantur seditiosi illi.

Hæc cum Deo volente sapienter statuisent, & aliquod tempus intercedere bonum esse existimassent, pulchro rursus mandato edicunt, vt in præclaram Bithyniæ metropolim simul conueniret cœtus Sacerdotum & Pontificum: Niceam, inquam, in qua Trinitatis, quæ est eiusdem essentia & expers omnis materia, aduersus Arrij & suorum rabiem acutissimus gladius fuit fabricatus: in qua Trinitas hypostaseon indiuidua diuisione, & diuisa vnione theologicè refulsit. Et cum sanctissima classis dicto citius in dictam venisset ciuitatem, Tarasius quoque venit ex vrbe regia, ex Apostolicis sedibus secum assumens eximios quoslibet & præstantissimos: Nempe ab Adriano quidem Papa Romano Petrum primum Presbyterum, & Petrum Monachum & Præfectum: ab Apostolica autem Diocesi, à Politiano, inquam, sacratissimo Papa Alexandrino, Thomani Monachum & Presbyterum: & à Theodoro Patriarcha Antiocheno, & ab Elia principe pastorum Elia, Iohannem Monachum Presbyterum & Syncellum: adducens etiam secum quosdam ex ijs, qui gerebant magistratus, pietate claros & gratia doctrinæ & facundia: inter quos fuit etiam Nicephorus, qui erat à secretis Imperatoris: qui cum vixisset in sanctitate, & esset ornatus diuinis virtutibus & doctrina ac dicendi scientia, Byzantij sedis patriarchalis suscepit honorem post Tarasij sanctam consummationem: & quicumque erant venerandi & eximij Monachi, qui mouebantur zelo disciplina & regulæ Ecclesiasticæ, & contendeant semper sequi synodalem accuratorem, profecti sunt Niceam.

Synodus Nicena 2. contra Iconomachos.

Die autem præstituta (is verò erat, in quo Tecla aperuit stadium cettaminibus foeminarum Martyrum) vnusquisque Episcopus, in sacerdotali gradu & habitu, sedebat in sua sede. Primus autem loqui incipit Tarasius, & sermonis ostium aperit Synodo. Deinde imperatorio & diuino edicto audientibus omnibus recitato, quod de recta & sincera fide magna voce acclamauit, post quod fuerunt etiam vocales Apostolicarum sedium ad eos, qui rerum potiebantur, responsiones, ordine canonicæ consequentiæ, Synodo resonantes, & omnes sanæ assentiri doctrinæ, & vt vnusquisque suam diceret opinionem, & quam de hac sana fide haberet sententiam & voluntatem aperiret, adhortantes, acclamauit sacrosanctus cœtus, ita esse, & se ita sentire de venerandarum imaginum antiqua effigione & adoratione, multis libris patrum allatis & synodalibus decretis, verisq; adductis sententijs & demonstrationibus, & diligenti perscrutatioe impressis in auribus omnium. Id autem non semel nec bis, sed ad septimam vsq; sessionem & auditionem toto die conspectum est fieri: quomodo etiam Acta scriptis mandata, per diuinam consequentiam & ordinem indicant. Tandem cum Tarasius & pius, qui cum eo erat, cœtus collectus patrum, venerandum decretum literarum tutis monumentis mandasset: & vt id saluum & integrum maneret, præcatus esset: & vt patres, qui primam aduersus furiosum Arrium victoriam erant consecuti, adiutores haberent, & eorum, quæ rectè decreta fuerant, custodes, Deum inuocassent: & vanæ inanisque huius sententiæ authores, & omnis hæresis inuentiones, ab arrio Ecclesiastico per anathema

Synodus Nicena 2. vide vt apud probet esse actionem & adorationem imaginum.

thema separassent, in urbem regiam delata orthodoxa dogmata conseruauerunt. Quos summa beneuolentia exceperunt Imperatores.

Erecta itaque cathedra ipsorum Imperatorum, & totius à Deo electæ Synodi, in iam dictæ Magnauræ insigni æde, & nouo decreto recitato, cum aures imperatorias diuinus implisset spiritus, (audiebant enim eos in vnum conuenisse concentum auxilio eius, qui omnia continet, & in vnam consensisse sententiam) admirati sunt accuratorem: & esse doctrinam diuinæ inspirationis, quæ ab eis decreta fuerant, sapienter iudicantes, penna & manu imperatoria ea optime comprobant & confirmant: & non vilibus donis Synodum profecuti, vnumquenque mittunt in suam ciuitatem & ad greges rationis participes.

Tarasius autem & Apostolicarum sedium mystæ eximij, cum ad sacrosanctæ Ecclesiæ venissent Præfecturas, & diuinis doctrinis populū instruxissent ac corroborassent, ijs, qui in clerum cooptati fuerant aut Episcopatum tenebant, nullum ante Synodum, aut in Synodo, aut post Synodum crimen intendunt de priori mala opinione, neque eos, qui ordinati fuerant ab Hæreticis, à pascuis segregant ecclesiasticis. Sed Synodalem, & paternam sequentes dispensationem, eos quidem, qui ad piam transfugerant sententiam, manibus suis complexi sunt tanquam fratres & collegas in munere Pontificatus: eos verò, qui in re aliqua claudicauerāt, & in ijs, quæ ad fidem pertinent, peruersis adspexerant oculis, & deinde à lapsu respuerant, & libellis comprahendendam abrogarant opinionem, ijsdem amplectentes visceribus, collocabant in suis sedibus, & in pacifico statu, & tranquillitate nullis agitata fluctibus, conseruauerunt Ecclesiam orbis terræ. Et in ijs quidem, quæ ad gloriosam fidem pertinent, sic magnus affectus Tarasius, ad eam rectè & apertè explicandam, & ad eos, qui vacillabant & vtriusque pedibus claudicabant, vt recto pede incederent persuadendos, magnum suscepit certamen & immensum laborem: quotidie quidem eos, qui accedebant, honestis monitis inducens: & si quos videbat corde peruersos, eos dirigebat verborum congressionibus, eosque legibus colligans veritatis, adducebat Ecclesiæ sacras hostias. Ostendebat autem nullam omnino habere consensionem aut conuenientiam, prout videbatur fidei accusatoribus, idolorum abominationes, cum pijs & diuinis figuris venerandarum imaginum. Nam illorum quidem, aiebat ille, producio simul inquinata cum primis exemplaribus, efficitur plena omni turpitudine: Harum verò cum sint veneranda prima exemplaria, necessario etiam simul veneranda apparent, quæ ex illis producuntur. Et sunt illa quidem inuenta gentilis falsæ religionis, efficta ex eo, quod nusquam est: hæc autem, quæ à Christiana rectè sunt sanctitate, ex eo quod est, ad id quod est, efformatæ, habent consequentem exemplaris archetypi sanctitatem. Cum enim inuenisset ecclesiam præstigatoris & circulatoris in morem affectam & errantem in montibus hæresis, & sustinentem famem & sitim, non panis & aquæ, sed famem audiendi verbi Domini, eam alens in pascuis quietis, & deducens ad semitas iustitiæ, gregem fecit pinguisimum, salutaribus pinguefactum actionibus, & dulci lacte fidei acrem hæretici fermenti amaritudinem expuentem, & effectum nouam consensionem.

Episcopi Synodi Nicenæ vt se gesserint erga Episcopos & Clericos Iconomachos.

Discrimen inter idola Ethnicorum & imagines sacras Christianorum.

Amos 8.

Tarasius Simoniam profligat.

Et primum quidem Simoniacæ crumenæ scindens vinculum, quo sancti spiritus donum venale proponitur, statuit vt Sacerdotum gratis fierent creationes & ordinationes: ex atrio ecclesiastico omnem pecuniariam expellens consuetudinem, & quidquid erat a sperum eiiciens, rectas facit semitas fidei, gregem multis prouocans sermonibus, & ascendens in sacratissimum ambonem, parabat mensam doctrine, ex diuinis inspiratis scripturis venans obsonia, ad alendas animas vitia. Quinctiam sparsim colligans cantica Dauidica, per perspicuitatem & euidentem rerū distinctionem, clarè aperiebat ea, quæ intelligebantur: adeo vt essent veluti in conspectu ijs, qui erant lecturi, & recta ijs, qui inueniunt cognitionem. Quod autem propemodum prætermisisset, & quod memoriam effugiens non erat enunciandum, & erat celaturum curam diuini patris, quam gerebat in eos, qui laborabant, qua ipse eos leuabat, & cuius, vt opinor, fuit ipse primus opifex, cum in hunc locum venerim, tanquam condimentum aliquod & mel dulce admiscens reliquo corpori orationis, viscera clementiæ & misericordiæ statui inferere in cordibus eorum, qui sunt benigni & clementes.

Nam aliquando quidam ex ijs, qui gerebant magistratus, splendore & gloria & diuitijs insignis, qui etiam, vt ensem imperatorium gestaret, honorem erat adeptus, pro magno

magno pecuniæ pondere luens pœnas, cum graues & acerbæ de eo haberentur quæstiones, neque ei quidquam daretur laxamenti, sed afflictione & cruciatu omni ex parte vrgeretur, deturbabatur in profundum desperationis præ animi ægritudine. Is cum noctem obseruasset intempestam, eos latens, quorum custodia fuerat creditus, ad templi diuinum se contulit refugium. Cum autem fuisset intra adyta, venerandæ mensæ mordicis apprehensis cornibus, ea tenebat cum magno tremore & timore. Cum ergo eum cognouissent aufugisse, metu nè idem subirent supplicium, velocibus pedibus venerunt ad diuinum templum, & eum adspicientes mensam diuinam apprehendisse, circumdant adyti ambitum, tempore cibi sumendi reo aperientes ingressum, non dantes locum, vt possit vti reliquis necessarijs: sed sperabant fore, vt cum proderet necessitas, & eum vel nolentem expelleret. Adhibebant itaque maiorem custodiam. Prohibent enim omnino ingressum ad aram, vt nemo eum sermone impertiret, aut ad eos, qui erant extra, aliquod verbum ab eo transmitteretur. Cum hæc igitur venissent ad aures Pastoris, cum repleuerunt maxima animi ægritudine, vt qui videret contumelionem diuinorum sacramentorum, mouere ad indignationem bonorum datricem Dei benignitatem.

Quidam ex magistratu reus confugit ad sacram.

Sed videte à misericordi patre suppeditatum tunc ei auxilium, & admiremini prudentiam. Eo enim tempore, quo oportebat cibum sumere cum, qui affligebatur, sacra veste se induens, proficiscitur ad adytum: & per dexteram portam ingreditur, quæ ad reficiendum virum erant necessaria, suppeditabat, abundè ex se afferens: & deinde abibat, cum relinquens. Si quando autem venter, cui negari non potest, eum cogeret facere, quæ sunt requisita naturæ, ex alto rursus descendens, & eum ad secessum deducens & expectans, & eum postea manu capiens, restituebat tribunali. Idque non semel & bis in die faciebat, sed quoties euocatus erat ad hoc ministerium ab eo, qui grauitè periclitabatur. Hanc infatigabilem diuini viri demissionem admirantes milites, & fieri non posse cogitantes, vt qui supplex erat caperetur, quandiu iusti manus eum regeret, improbum in eum struunt consiliū, quod superabat omnem fraudem & astutiam. Clam enim per alium aditum collocant insidias, vt quando ex sacris adytis ouem Pastor traheret naturæ seruientem, eam instar luporum raperent: quod etiam factum est. Nam cum sanctus viri, vt solebat, curam gereret, & ad requisita naturæ eum duceret, ij, qui securè latebant in insidijs, per aliam portam irrumpentes, eum rapiunt, & ad regiam per vim trahunt.

Tarasius eum cibum adfert.

Per insidias capitur à militibus.

Postquam sceleratam infeliciū machinationem in eum adornatam cognouit Pastor sanctissimus, ira & dolore arreptus, nulla vtens dilatione, ad Eleutherij aulam regiam (illic enim tunc fortè contigit degere Imperatricem) accedit. Cum ij verò patris aduentum sensissent, & eius præsentiam in ipsos futuram zelo plenam & instar acuti gladij suspicarentur, eum siuerunt extra regiam, ne sermone quidem dignati. Ille autem videns suum aduentum nihil sibi profuisse, Ecclesiasticæ pœnæ vinculis omnes communiter alligat, pronuncians indignos communionem Christi sacramentorum, si villo graui damno afficerent eum, qui confugerat supplex ad ecclesiam. Cum hæc ergo tanquam ex Apostolica autoritate liberè dixisset, est reuersus. Illi autem magistri linis adstricti, cum non possent effugere sacra retia pœnæ Ecclesiasticæ, de reo quidem non amplius habuere quæstionem tormentis, sed verborum solis examinationibus, de quibus agebatur pecunijs, trutinam exinanientes, tanquam innocentem eum absoluunt. Talis erat in omnes vir diuinus, diuina vindicans ac defendens, & pro gregis ouibus periculum adiens.

Tarasius excommunicat omnes, qui laederent eum, qui ad ecclesiam confugerat.

Cum autem & leges accuratè teneret, & in omni genere canonicæ rectitudinis esset exercitatus, quæ vniuerso communi incidebant lites iudicabat, & acutissima cogebat prolata sententiâ eos inter se conuenire: non pauperis, qui in ius vocabatur, flexus misericordia: neque quidquam personæ diuitis gratificans: sed in omnibus iuris indeclinabilem seruans distributionem, non dabat locum ijs, qui volebant proximo facere iniuriam. Sed fortè legum quidem rectam & nusquam propendentem conseruauit trutinam: despexit autem iura, quæ præclare statuuntur à canonibus? Minimè: sed cum sciret legum seueritatem, canonicæ authoritatis in multis esse sororem & consorem, vt prudens Iudex hanc cum illa contemperat, & ostendit esse legitimam canonum accuratorem in ijs, quæ canonicè corriguntur: legum verò rectitudinem in ijs, quæ

Leuit. 19.

quæ legitimè aguntur, canonicam obſignationem. Quòd autem non prodiderit hoc Dei & diuinum præceptum, ſed ex æquo canonem ſeruauerit & legem, non eſt obſcurus teſtis, quem eſt conſequenter adductura oratio.

Constanti-  
nus iuuenis  
in quo la-  
pius ſit.

Matth. 5.

Dictus fuit Imperator Conſtanti-  
nus iuuenis, deſiſtente matre Irene à cum illo con-  
iuncta reſtione imperij, & ſolus tenebat clauum adminiſtrationis. Qui cum eſſet alio-  
qui bonus, non omninò autem firmiter tenebat, quæ ad puram & ſynceram fidem per-  
tinent, & quod iuniorum mentibus sæpè ſolet vſuuenire, elatus vana ſui perſuaſione,  
quod ſibi videbatur, exiſtimabat iuſtius ſcriptis legibus. Is aggreditur inſirmare leges,  
& quod à Domino dictum eſt in Euangelij, patrociniò vtens ſua potentia: & cum  
ſtatuſſet à ſua coniuge facere diuortium, & aliam in animo haberet extollere ad im-  
perij altitudinem, iuuenis adornat facinus indignum ſua poteſtate. Id autem fuit mor-  
tiferæ inſidia, à coniuge Imperatrice ei parata. Affirmabat autem id eſſe venenum,  
quod cum potu hauſtum, mortem ſimul attrahebat. Quod quidem conabatur pro-  
bare & cuiilibet perſuadere, vt putabat. Putabat enim fieri non poſſe, vt fides ſibi non  
haberetur, cum eſſet Imperator, & verba faceret apud eos, qui ſubiecti erant eius im-  
perio. Nullus verò perſuadebatur, niſi qui gratificans Imperatori, propter gloriam in  
animum inducebat iuſto ius adimere.

Postquam autem excitata fama hoc tranſmiſit vſque ad atria eccleſiæ, & nefaria  
actio peruenit vſque ad aures Pontificis, id eum reddidit valdè dubium & perplexum,  
dum apud ſe cogitat, quomodò ſe armaret aduerſus hanc decertationem, & in ipſum  
Imperatorem, rei bellicæ peritiſſimum & fortiſſimum pugnatorem, ex pharetra & ar-  
cu telum iacularetur, iam olim honoratus ſacerdotali horum omnium nuditate. Cum  
hæc apud ſe magnus mente verſaret Tarasius, & pararet ſe ad congregiendum eum  
Imperatore, & decertandum armis ſacerdotalibus: ecce quidam ex ijs, qui gerebant  
magiſtratus, ab Imperatore inſtructus, renuncians quod factum ac comparatum inani-  
ter dicebatur veneficium, acceſſit ad gnomonem caſtitatis: cum quæ id quàm potui-  
ſſet accuratiſſimè & ſubtiliſſimè contexuiſſet, omnia eſſe veriſſima, & quæ nullam  
admittant calumniam, affirmabat: & vt conſentiret, vt Imperator poſſet venire ad ſe-  
cundum contractum matrimonij, inſtabat. Hæc cum dixiſſet, expectabat vt de ijs re-  
ſponſum acciperet. Cui, cum ex imo ſuſpirãſſet & lachrymabiliter ſubrifiſſet, ſanctus  
reſpondit: Si hæc, vt tu dixiſti, cogitauit Imperator, & carnem diuina lege conglutina-  
tam, & quæ vna cum ipſo facta eſt, ſtatuit excindere, neſcio quemadmodum feret gra-  
uiſſimum, quod in eum à gentibus inferendum eſt, probrum: aut quemadmodum eius  
poteſtas gregem coget ad temperantiam, & fornicationem puniet & adulterium, cum  
ipſe ſit tam turpium conuictus flagitiorum. Nam etiam ſi dederimus fide digna eſſe,  
quæ à te adducuntur, & eſſet mulieris euident maleficium, ſic etiam oporteret id ca-  
uere propter reuerentiam vocis Domini, quæ dicit: Qui dimittit vxorem ſuam, præ-  
terquam propter fornicationem, moechatur. Quemnam autem imperio excellentio-  
rem ſibi ſocietate matrimonij voluit coniungere, quæ ad tantum proceſſit flagitium?  
Sed hoc idèd prætexitur, vt honorabiles nuptiæ & torus immaculatus violetur: intro-  
ducatur verò dedecus fornicationis, & germanum ſemen fiat adulterinum, & alienet  
id, quod eſt cognatum, introducto furtiuo & turpi concubitu. Hanc ergò à nobis & ijs,  
qui ſunt noſtri ſimiles, accipe reſponſionem, & aperijs, qui miſerunt. Non enim cede-  
mus ijs, quæ à te iactantur. Mortem potiùs & grauiſſima ſupplicia, quàm in re-  
bus eiufmodi ei vilo modo velimus inferuire. Audiatur Imperator nos huic improbabilis  
conſilio non eſſe parituros.

Tarasius  
non vult  
conſentire  
in diuortij  
Constanti-  
ni Imper.

Matth. 5.

His verbis cæleſtibus attonitus is, qui imperatorijs ſeruebat reſponſis, vultu regens  
triftitiam, venit quàm citiſſimè ad eum, qui miſerat, eorum, quæ ille ſperabat, nihil  
quod ei eſſet cordi, omninò afferens. Poſtquam autem ſacroſancti paſtoris conſtanti-  
am vidit Imperator quercu eſſe firmiorem, quæ ab impetu ventorum non concutitur,  
in admiratione habuit, quod factum fuerat, timens nè inelyti patris mens inflexibilis  
nullo ſtrepitu terreretur. Rurſus ergò mittens, iubet ad eſſe ſanctum, credens, ſi co-  
ram aduiſſet, fore vt ſe ſubmitteret poteſtatis auſteritati. Cum ergò veniſſet in re-  
giam & ad ipſum Imperatorem, & cum eo de more confediſſet, habens ſecum ſenem  
illum Iohannem, quem, cum in ſynodali verſaretur expoſitione, admonuit oratio  
ſuiſſe legatum dicecſis Orientalis: multisquæ ſalutaribus admonitionibus apud  
Impe-

Vide con-  
ſtantiam.

Impératorem eſſet vſus Princeps Paſtorum, & non perſuaſiſſet. erat enim, vt eſt in pro-  
uerbio, hydram ſcindere, cum à lapſu liberare, qui iam ſuis inſtar volutabatur in forni-  
catione. Impulſus enim ab impudentia, his verbis vſus eſt ad Pontificem:

Ego quidem id, quod iam pridem mihi accidit, ad veſtram retuli ſanctitatem. Nihil Imperato-  
enim te volui celare, affectionem ac benevolentiam patris in te indicans. Porro autem  
nunc quoquæ per meam linguam imperatoriam, ſtatui clariùs agere meam cauſam. Imperato-  
ris ad Tara-  
ſij oratio.  
Meo enim imperio inſidiantem, quæ non ex Deo mihi vnita fuerat, adiutricem, cum  
lex apertè iubeat, quin ab ea poſſim diuertere, nemo contradicit. Nam cum ſint mani-  
feſta crimina, aut mors eam excipiet: aut, quod eſt benignius, per totam vitam ager  
pœnitentiam. Non enim ad quempiam ex vulgo erat tranſiturum, quod ab ea adorna-  
tum erat, ſcelus: ſed ad germanum coniugem, & fideliffimum Imperatorem, & genti-  
bus terribilem, & ad vniuerſum orbem terræ peruafurum erat maleficium. Quo quid  
eſſe potuerit periculoſius & magis horribile: adèd vt ipſa deinceps poſſit ad nullã con-  
fugere deſenſionem. eſt enim priuata omni oratione, & quæ ipſam commendare poſ-  
ſint, probationibus, vt quæ argumentorum, quæ euitari non poſſunt, habeat contra ſe  
veritatem ad perfectam condemnationem. Decerere autem vocat tempus, vt ipſa le-  
tiferæ potionis venena aperiam: vt cum veſtra ſancta viderit paternitas ſcleris magni-  
tudinem, id certum habens & exploratum, non ampliùs dubitet, neque vllam expectet  
moram aut temporis dilationem: ſed quamprimùm eam iugis ſubijciat canonicis, &  
perſuadeat ei vitam eligere quietam ac monaſticam, ſi velit eam manere inter viuos.  
Nam cum hoc maleficium ſit mihi poſitum ante oculos, fieri nõ poteſt, vt cum ea ampli-  
uſ ſeruem iura coniugij, aut amicè ampliùs cum ea coniungar & foedus ineam. No-  
cètem enim, vt dicit prouerbiũ, Deus quoquæ perſequitur. Innuit ergò, & allata ſunt  
vaſa vitrea cum liquore turbido curioſè compoſito ad falſam accuſationem: quæ ante  
faciem eius & magni patris ſtatuertunt, qui afferebant, quibus dicebat coniugem vel  
mortem ei eſſe machinatam, vel mentis emotionem. Videns ergò magnus Tarasius ijs,  
qui nequaquam conueniebant, nexibus captum Imperatorem, & falſi labyrinthis ita  
inuolutum, vt euadere non poſſit, labi in peccati periculum, ſacerrimum telum infigit  
in eius corde, ſic dicens:

Nè moueas, ô Imperator, arma ſurda aduerſus Dei leges, neque propter horum tranſ-  
greſſionem, claculum contra milites. Eſt enim imperatoriæ poteſtatis indicium, omnia  
cum libera facere cõſcientia, & nihil tectum ac diſſimulatum mente agitare aduerſus  
Tarasij re-  
ſponſio.  
eum, qui dedit coronam, & maxime euertendo diuinum eius mandatũ & voluntatem.  
Neminem enim later, nullum interceſſiſſe ſcelus ad ea, quæ nunc nefariè ſtruuntur ad-  
uerſus Imperatricem, & quæ eam volunt ſubijcere maleficorum veneficij, & affirmãt  
eam machinatam eſſe mortem maieltati tuæ incomparabili. Quis enim, vt priùs dixi,  
glorians ſpecie iuuentutis, comparari potuerit cum tua pulchritudine, vt à fraude in-  
eſicata tibi venenum præberet muliercula, & ſe ab ea, quæ eſt in te, abduceret amicitia  
& germano ardore? Quiſnam apparet maiori glorians excellentia, quàm veſtri imperij  
quadruplici purpura, quem oculis & nutibus pellectum ſummæ veſtræ prætulit digni-  
tati? Quis contra aduerſarios in tot prælijs ſe tam præclare geſſit ſupra veſtram pluſ-  
quàm Dauidicam fortitudinem, vt ab ipſa amaretur pluſquam tua imperatoria domi-  
natio? Non eſt, non eſt ita. Fuerunt hæc inuenta & excogitata, vt prætenderetur ad omnè  
vitium: propoſita, vt labem inurant ſceptro imperij: parabolam in gentibus, & motio-  
nem capitis in populis vos ponere grauiter vrgentia. Propterea legitima iurã veſtræ  
coniugalis & imperatoriæ vnionis non audemus diſſoluere, Dei legiſlatoris timentes  
ſententiam: neque verbis, quæ ſpectant ad accuſandam tuam coniugem, credere ſuſti-  
nemus, etiam ſi mille mortibus & tormentis ſubiecti fuerimus, vt qui ſciamus, diu tur-  
na inflammatione teneri tuam affectionẽ in mulierculam illam fornicatricem. Quin-  
etiam hoc quoquæ notũ facimus coram Deo in primis honorandæ tuæ purpuræ, quòd  
intra cancellos inuentæ menſæ, in qua ſacrificium magnæ hoſtiæ Chriſti venerabili-  
ter peragitur, non ſinemus ampliùs nobiſcum veſtram ingredi potentiam, nè nos quo-  
quæ audiamus, quod in execrationibus iam olim dicitur ad Sacerdotes: Calcãre attrium  
Ezech. 44.  
meum non adjicietis.

Hæc Tarasius, qui primi paſtoris Chriſti oues regebat ſpiritualiter, cum coram Impe-  
ratore pronunçiaſſet eum cordis contritione, orationem concludit ſilentio. Prædictus  
autem



autem Iohannes, cum ipse quoque ad Imperatorem multis esset vsus admonitionibus, sustinuit maximos fluctus ignominiae ab ijs, qui praetura dignitate gloriabatur & honore patriciatu: qui etiam minabantur se enses adacturos per intestina senis, vt qui imperatoriae potestati verba expueret contraria, & non cito acquiesceret voluntati Imperatoris. Cum autem firmam & stabilem manere vtriusque sententiam, Imperator his verbis sensisset & minis, feruente ira incensus, & sciens se non posse contra haec dicere, iussit eos a se expelli, viatores sine vrbicibus, & martyres, quod ad se attinet, proclamans corona redimitos. Quid hoc abest à Iohannis miraculo? Ille enim Herodē, qui post mortem fratris eius sponsam in sano amore tenebatur, arguit: Hic autem, cum adhuc esset superstes vxor Imperatori, & cum eo ornata esset imperij diademate, & deinde expulsa esset, non ferendum esse ratus quod factum fuerat, fuit conuenienter Psalmographo, ad matutinum acutissima reprehensio, etiam si cribro, vt dicitur, hauserit, & acinum inflaret, cum saucia esset & perflueret mens Imperatoris. Etenim cum statim eam, quae sibi matrimonij iure coniuncta erat, à se amandasset, & ab imperatoris aula alienasset, & priuato habitu & loco eam circumscripsisset, à tempestate & caliginoso illo salo, quod subierat animo, destitit, per separationem à germano suo membro. Cum verò voluaretur in coeno introducti illius concubitus, & maxima vi ei allata, crebro Pontificem incitasset, vt eius vertici contexeret coronam tenebrosi illius & occulti contra ctus, non fuit quod volebat affectus. Deceperò autem huc obibat, querens Sacerdotem, qui coronam contexeret, vt turpem illum celebraret hymenaeum.

Et de Imperatoris quidem in infirmo precepto recusatione, & diuini patris fortis ac generosa constantia, haec enus. Neque enim fas est res illius ulterius mandare monimentis literarum, quae ijs, qui audiunt, nullam afferunt vtilitatem. Hoc autem oportet commemorare, quod à tempore illius lapsus Imperator magnum oppressit Tarasium multis tentationibus, ei adhibens custodes, qui nomine quidem vsi sunt Syncellorum, moribus verò longè aberant à pietate. Quos nisi assumpsisset, & nisi per eorum oculos transisset, non licebat cuiquam ad diuinum & sapientem pastorem principem accedere, & ea quae videbantur, eloqui. Taceo, quantam Imperator ostenderit crudelitatem in eos, qui illi appropinquabant, & eum obseruabant germana seruitute, plagis afficiens & condemnans exilijs nulla iusta de causa, studens eum deicere à cura rerum diuinarum, & tentans eum afficere tristitia. Ille autem forti ac constanti excelsoque & infraeto animo ea, quae accidebant tanquam quae erant vtilia reputans, graues illos praefectos, tanquam Aegyptiacos operum exactores sustinuit, & in omni tentatione & labore se probum esse ostendit, adamantina Iobi ratiocinatione tanquam armis munitus, & illius inexpugnabilem imitatus patientiam, ad eò vt ignaue verbum insipientiae è labris suis nunquam emitteret. Neque enim habebat humilem & abiectum animum vir ille iustus in ijs, quae accidebant, sed virtutibus sublimem & excelsum, & pontificalibus canonibus & legibus pulchre erectum, & planè expertem omnis limosae nequitiae. Diuino enim sermone nutritus, & omnem sensum irrigans nitidis & sacrosanctis scatentibus fluentis, docebat habere oculum videntem omnem rectitudinem, & declinare theatralem omnem ostentationem, eum coercendo, ne circa res externas vagaretur.

Multos itaque ex ijs, qui erant in sacris, qui eorum certaminibus miradum in modum delectabantur, repressit, & vt se domi continerent, cum haec fierent, sibi quoque & diuinis scripturis attenderent, admonuit: & vt nullam turpem & ab honestate alienam auditionem omnino admitterent: Dauidicis verò fidibus portam aperirent, & ijs magis delectarentur, vt quae graues sermones & animae vtiliter continerent, quam indecoris & inhonestis canticis, quae canuntur cum tympanis & tibijs, persuasit. Omnem autem rerum suauium odoratum, qui mortem attrahit, admittere dehortabatur: eum verò, qui conseruabat suauolentiam Apostolicam, festinantem ad odorem vnguentorum Christi, maxime attrahere adhortabatur, & vociferari illud sponsae, quod in Cantico canticorum ad sponsum preclare canitur: Sauciata charitate ego, & curram ad odorem vnguentorum tuorum. Auersabatur autem in orruas & maleolentes non sanae doctrinae abortiones, vt quae essent causae tetri odoris male opinionis. hoc enim ante alia omnia precipiebat, declinare asperas vias haeresum: simul verò ferri citra errorem cum sulci axibus Ecclesiasticis, congruenter diuinae admonitioni prouerbij. Tactum autem, qui est

Asperae viae  
heresum de  
clinanda.

necessario minister gustus, cohibebat frenis legis spiritualis, vt rationis particeps attingeret alimentum & cibos salutare, & perpetuum animae praeberet epulum: ex quo accedit concoquens distributio eorum, quae in rō aggregantur immaterialiter: & excernitur omnis superfluitas malae habitudinis, quae dissoluit locum animae.

Sed quis in his tam se recte gessit, aut melius castigauit eorum repugnantias, quam pura & reuerēda Tarasij conscientia? Quis eo in diuinis fuit frequentius occupatus? Nunquam enim dedit ocium auribus, quando vocabat tempus precatationis: sed ipse semper sua sponte promptè accedens, Deo abundè offerebat primitias diuinorum hymnorum, tanquam fructuum oblationes: & neque eum retardabat aut emolliebat socordia, nec quocumque accessisset multitudo curarum publicarum, abstraheretur à precibus: sed cum suo tempore nunquam deesset precibus, rerum externarum turbam suscipiebat. Sic in diuinis mysterijs initiatus, & sic pulchre sacra peragens mysteria, vir vnus cognoscitur ex ijs, qui post gratiam, & ex ijs, qui in gratia & ante gratiam, refulserunt in Ecclesia.

Et vt nobis certa via & ratione procedat oratio, & regula collationis procedat immobiliter, cunctis ordinē accipiat comparatio. Etenim eos, qui in sanctitate & actione & contemplatione pulchre sunt educati, & qui erant propemodum carnis expertes & sanguinis, nihil amplius quam se habere sinebat, nisi quod seorsum in spe habitarent, & in solitudine & solos seipos exercere: aut quod cognoscantur etiam seruasse pauciores: reliqua autem virtutis praeuilegia, partim quidem ab eis sunt neglecta, partim verò longè ab eis abfuerunt. Martyrum autem eximiam & incomparabilem fortitudinem, & generosissimam phalangem quae ad sanguinem vsque restitit peccato, corporaque, & animas propter Deum prodegit, non ad tribunal se sistens tyranicum, in stadiumque, & arenam decertaturus prodies est imitatus, & erexit trophaeum veritatis: sed eos, qui haec & his maiora sustinuerunt, desiderans, & miris extollens laudibus, & coronas veluti quibusdam victoriam significantibus verborum diadematis, & eorum salutes ad Deum reuerens intercessionem, & vocans ad auxilium, paratam scripturam & librum sua sponte offerentem, in sacris templis, honorifice descriptis eorum certaminibus, posuit: vt ijs, qui viderent, aperiret vestibula compunctionis, & athletas induceret, eorum zelo accensos, vt similem, si tempus vocaret, beatam arriperent decertationem. Res enim eiusmodi seuit conciliare oculos, qui est bonum argumentum consecutus, & auditum precedere. Ipse enim secundum honorem post visum est adeptus, & cum oculo ab se, expositione eorum, quae sunt subiecta, figuras accipiat euidentes, auditus semper secundum locum tenet, vt dixit quidam sapiens.

Quis enim coloribus expressum videns eum, qui decertat, & ignem despicientem, & nube flagellorum circumdatum, & in his creatori confidenter spiritum emittentem, non calidis circumfunditur lachrymis, & suspirijs ac gemitibus compungitur? Quis eum, qui se exuit ad grauiora cruciatuum & suppliciorum genera, & postremo tortus fuit, adspiciens, non cordis contritione pectus tundens recedit? Quis eum videns, qui pro Christo se tradidit licitoribus, compedibus manicisque & fidibus constringi, & deinde fortiter expirare in supplicijs intolerandis, non admiratur patientiam, inuictamque excellenti animi virtutem & fidem? Quis alium spectans, qui ne aliquod verbum emitteret indignum pietate, & in lateribus & in dorso laniatur, non emollescit commiseratione? Quis non impletur admiratione & quatitur timore, quando videt eum, qui pro fide patitur, omnia membra sua distribuentem: dum sciinditur, & ad Dei sacrificium & oblationem ea secreuit, quae vsque ad musculos femoraeque & talos & tarsos diuiduntur immisericoorditer, non admiratur laboriosissimam in decertando patientiam? Quis eum adspiciens, qui leonibus obijcitur deuorandus, & dentibus eorum molendus, & veluti caelestis panis mensae caelesti conspergitur, non est intelligentia particeps illius martyrici spiritualis conuiuij? Quis eum contemplans, qui acerba catena propter Deum exagitarus, & in altum sublatus, & loris ac stutinis vibices habet extensas, & tandem gladio mortem subit, non seipsum omnino cordis contrahens contritionibus, conuertitur ad gratiam Dei glorificationem? Quis eum videns, qui rectus in ligno vincitur, & cuius exinaniuntur intestina frequentibus ictibus flagellorum, & qui diurnam illam sustinet in ligno perpeffione, & sine visceribus ingrediens, funebrem quandam saltat saltationem, non diuino telo in corde sauciatur, tabernaculumque & templum pietatis efficitur? Quis eum videns, cui caput tyrannica propter Christum fuit amputatum sententia, & qui

Martyrum  
ad Deū sa-  
lutes in-  
tercessionem  
& reueren-  
tiam & im-  
plorabat.

Vtilitas  
imaginum  
sanctarum.

neces-

Martyres,  
patroni  
nostri.

omne genus fluctibus seorsum fertur à reliqua cymba corporis, & nutu diuini auxilij, ea vnita, & per mare tanquam per aridam recto itinere ingredientia, etiamsi duritie cor habeat fluctuans, non statim venit ad portum tranquillitatis spiritalis? Quis eum, cuius yngues arundinibus acutis perforantur, & qui in bullientem picis lebetem præceps immergitur & rursus emergit, & gladio hostiliter consummat, adspiciens, non manus ad Deum sustulit, & non optauit deinde talem experiri cruciatum? Quis eos, qui gelu hyberno & aëris algore concresecunt, & nudi decertant, attentè cōsiderans, & qui crurum sustinent fractiones, & cum ardentibus carbonibus naturæ robore effugerint, in fluuio ruum fluenta mittuntur eorum reliquæ, non desiderauit eos habere patronos, & precibus at- trahere eorum acrem & dignam defensionem?

Actor. 7.

Hęc autē videris non solum fieri in masculis, sed etiam in fœminis, quæ paribus decertant certaminibus, & equuleorum & rotarum & ceterorum tormentorum nullam ducunt rationem: Quis enim hęc fieri adspiciens in mollissima natura, si veluti literas attendens legat colores, non muliebrem abijciat timiditatem, & fiducia indutus, non autem temeraria audacia, & ad Deum funebrem canat laudationem, & apertè pronunciet beatam hanc inuictam fortitudinem? Quis videns immaturorū puerorum ætatem in asperrimis doloribus tanquam in aquis innatam, & tanquam lac coagulatū, emulsum ex vberibus fidei, & omne genus tormēti & supplicij simul ferentem propter Christum, non coniecerit hoc esse opus diuini auxilij, quod & muliebrem imbecillitatem virtute virili fecit robustiorem, & impuberem ac puerilem imperfectionem ostendit spiritu ac sensu esse mutatam in senilem verustatem? Quis Teclam & Stephanum, qui primi post Christum athleticam portam aperuerunt martyribus, hunc quidem videns lapidibus appetitum, & occisorum per precum intercessionem apud Deum curam gerentem: illam verò & ferarum sequitiam despicientem, propter suam nō fictam in Christum, quem desiderabat, charitatem: non statim discit non malè precari inimicis, sed tanquam benefactoribus eis gratiam referre, & aduersus omnem belluinam & amentem decertare heresim?

Imago Christi crucifixi  
conspicua  
quod efficitur.

Sed transco ad Deum meum & Dominum, qui martyr est appellatus, & fuit posteris dispensator victoria: quem in ligno cernēs clauis affixum, & spongia aceto & felle potatum, & latere lancea punctum, & ex eo viuifica fluenta emittentem, horreo & à me discedo, honoroque eius inuestigabilem & stupendam sui demissionem, eiusque admiror summæ malorum tolerantia pelagus. Etenim propter clementia magnitudinem, & ineffabilem misericordia bonitatem, cum accepisset carnem eiusdem, cuius nostra, essentia, nequaquam se esse Deum inficiatus, verbo quidem veritatis, à verbi ministris atramento colorato, vt licet, annūciatur: re vera autem coloribus ab ipsis & eorum affectis circūscribitur & depingitur, non crassa materia cōmiserentibus simplicitatem & formæ vacuitatem: neque enim circūciditur, nec subit affectionem: sed quod sua natura cerni potest & contrectari quàm oprimè depingentibus & circūscribentibus. Quamobrem tota anima, corde & cogitatione, quæ sunt ab eis decreta, tuentes & amplectentes, & qui ex Deo sunt mentis nostræ gressus ab eo apertissimè habentes dilatatos, magno studio contendimus ad excipiendam, & vt fas est, adorandam Christi imaginem & eius perpeffionem, & ad nos exhibendos dignos sanctis, qui fuerunt à seculo. Quomodo ergo non ex his bonus efficitur aliquis, etiamsi cor habeat sententia lapideum? Quis non reueretur coloratam picturam, quæ fert exempla præteritis, per quæ doceri possunt veteres res gestæ, mundi ortus, legisq; & Prophetarum, senemq; & antiquam efficere cogitationem? Per quam accedit meditari diuina & magna gratia miracula, quæ ad Dei gloriam inducūt spectatores, qui omnia fecit in sapientia, & suos seruos per suam in ipsos beneuolentiam, maximis extulit honoribus: & propterea apertè voluit eos depingi ac describi, & eorū memoriam esse perpetuam in nostris cordibus. Quodnam ex his vnquam damnium ad animam redierit? Quisnam autem non potius ex ijs accepit vtilitatem? Quis ex crebra ac diligenti eorum consideratione non perpetuam comparauit memoriam salutis conciliatricem?

Iconoclastæ  
egregiè hic  
perfringuntur & confutantur.

Dic mihi enim, qui infamis & ignominiosæ partis ordinem laudas, o heretice, neque enim didicisti honorare, quod est dignum honore: qui idolis & venerandis imaginibus lubenter eandem tribuis ignominiam, quando profani & sancti scies differentiam, & ijs, quæ ex illis deducuntur, tribues id quod conuenit? Est enim proprium legis & cru-

eruditionis, sancta discernere à profanis, & immunda à mūdis: quomodo rursus est iniquitatis & inficitia, quæ inter se pugnant, simul cogere, permiscendo & confundendo omnia. Si enim Iouem cum Seruatore comparans, in eo quod venerabiliter exprimitur effigies, hoc affirmas sine omni distinctione: nunquid contumeliam & dedecus, quod Ioui, qui falso dicitur, tribuis, sanctæ quoq; Christi formæ iniures? Audiui enim te inania quedam huiusmodi adducere ac blaterare, & ijs, qui à Christi vocantur nomine, & Trinitatis gloriæ cultum, honorem & solam latriæ adorationem inuisibiliter & canunt & tribunt, intentare crimen idololatriæ, & malignè miscere, quæ non possunt inter se conuenire. Non das differentiam imaginis Christi & simulacri Iouis? Non honoras Christum, quod sit eius exemplar venerandum, & eum abominaris propter execrandam eius libidinem atque petulantiam? Non Christum Deum pronuncias, ob sanctitatem eius incomparabilem: & quæ expressa est per materiam, ab antiquis honoratam, Deū & hominem referētis imaginis admittis similitudinem: fabulosum autem illum parricidam, & eius, quæ à diuinitate excidit, effigiem transmittis in profundum, in qua ipse patris sui quæ abscederat, verenda est iaculatus? Nè tu Christum Seruatorem habeas propitium, qui materiali sanctorum expressa delectatur effigie, odio autem habet fatana & improborum eius satellitum abominatōnes: qui cum vident Christi & eius seruorum creatas imagines, euertuntur, ingemiscunt & desunt, & aduersus eos, qui hęc lubenter faciunt, strident dentibus, & puluerem excitant calamitatum. His encomiorum verbis excitans Tarasius, & in tabulis honorificè insculpens ab eis pro Christo suscepta certamina & pericula, eorum insisteret vestigijs, etiamsi manserit sine vibicibus, non autem eos à tergo sequebatur.

Videamus verò, an etiam contenderit cum ijs, qui erant in gratia. Nam cum Verbi discipuli, mentis in magistrum immutabilitatem per diuinam ostenderent confessionem, ipse quoque eam seruauit integrā & inuiolabilem, à materno utero & factis ipsum verum Deum prædicans, qui ex Maria in vltimis temporibus, & ex patre ante secula est genitus, æqualem patri, quod attinet ad eiusdem gloriæ virtutem diuinitatis. Sic cum Philippo & Thoma decretum protulit, Dominum & Deum Christum dicens, non pal-  
patis, quæ clauis confixæ fuerant, manibus, neque quæ sitis, quæ per lanceam factæ erāt, punctiōibus. Quamobrem beatum quoque finem apertè accepit per fidelem & feruentem confessionem. Sic Zebedei filium secutus est, qui appellatus fuit filius tonitrū: propterea quod apertè meminit in principio Verbum esse, & apud Deum esse: & erudi-  
ens effecit alios spiritu Apostolicos, propterea quod Euangelistarum diuinitus inspira-  
tum instrumentum, vt quorum voce mundi salus resonet, in ecclesijs, quæ erant vbi-  
quæ terrarum, coloribus expressum materialibus, conuenienter diuinæ & paternæ tradi-  
tioni, iusserit: vt mens compuncta per euangelicam sacramque effigiem & sanctita-  
tem, ad Deum, qui hęc eis inspirauit, multifariam honorem transmitteret, & efficere-  
tur receptaculum venerandarum auditionum. Andrea verò, qui fuit vocatus primus ex  
Apostolis, adeo fuit propinquus & coniunctus germano vitæ instituto, vt habenas eius-  
dem pastoralis cathedre, post tot secula, sed numero valde multiplicatè acceperit, & ad  
metam cælestis cursus gregem per virtutem deduxerit, & victoria eis causa fuerit con-  
tra aduersarios. Paulo autem fuit colligatus in eo, quod in docendo primas partes ob-  
tinuerit. Torum enim mundum verbi nexibus inclusum intra decreta Ecclesiastica, sa-  
pienter efficit populum Deo acquisitum & regale sacerdotium. Petrus verò, quod mul-  
torum patrum summus sit appellatus, & quod ei creditum fuerit ligare & soluere, quæ-  
cunque sunt vinculo digna & solutione, abundè expressit. Cum Præcurfore conuenien-  
ter quidem ei, qui ab ipso fuit prædictus, & dixit maiorem Iohanne non surrexisse inter  
natos mulierum, non audendum est eum in multis conferre, nisi solum in acri & præ-  
fracta libertate reprehendendi, zeloque, qui reprimi non poterat, affirmandum est non  
procul abfuisse Tarasium.

Vt autem eum quoque videas meritò sequi eos, qui floruerunt ante gratiam, hinc scies. Cum diuinitus moto coetu Prophetarum conspirauit diuino spiritu inspiratus: quandoquidem illi quidē populo, qui Duce Mose per mare rubrum nupèr fuerat à dura seruitute liberatus, & ab infano cultu idolorum admirabiliter transierat, post diuinū illum Dei contemplatorem, salutare portus diuinitus affuerunt, prophetia ancoras relaxantes, & validis pietatis alligantes rudentibus, & citra errorem deducentes ad terram

terram Dei cognitionis. Hic autem Ecclesiam, quæ non secus ac cymba in mari agitabatur fluctibus, & veniebat in periculum, nè faceret iacturam corû, quos vehebat, propterea quod decesset peritus gubernator, qui resisteret fluctibus, sanæ fidei clauo regens, in portu collocat: & eos, qui erant in ea, conseruatos, idolica & vana, quam in lingua habebant aduersus sacras imagines, ablata opinione, synodalibus paternisque & reâs circunvallauit decretis. Cum sacrosancto autem psalte Dauide concurrat in innocentia, & cum eo diligens decorem domûs Domini, non dedit somnum oculis & palpebris dormitatione, & requiem temporibus, donè seipsum exemplar Domino & tabernaculum Deo Iacob, sicut ille, exhibuit. Zelo motus cum Phinees, heresim & eius amatores tanquam veræ fornicationis introductores, & dogmatum adulterinorû genitores, confodit. Aaronis superauit sacerdotium. Non enim tintinnabula & mala punica, & lapides pectoris & superhumeralis, neq; mitra & cidaris & talaris, & auri lamina, hunc sicut illum amiciebant ritu sacerdotis: neq; sacrificium per sanguinem taurorum & hircorum, eius & populi expiabat ignorantias: sed moderatus amictus cum spiritu paupertatis, eum reddebat splendidum, & legali holocausto erant sacratiora, quæ ab eo offerebantur: vt qui agnum, qui tollit mundi peccatum, Christum sacrificaret facris inuocationibus, & fidelium distribueret manibus, & omnes adspargeret precioso illo sanguine, quem ostendens, dabat ad debitorum animæ solutionem.

Num. 11. Mosem autem expressit in eo, quod esset mitis, & in nullum ostenderit vestigium odij & malevolentiae, etiam si furiosus & maleuoli, patris Tarasij dicendi libertatē, quæ ad insipientium spectabat correctionem, iram & odium esse malè conicerint. Gustauit Iob tentationes, etiam si non in rebus similibus. Cum Iacob vt gratiæ Israëlitæ, & appellatus mens, quæ Deū videbat, simul purgatus sanctificatur anima & cogitatione. Simul cum Isaac fuit fide sanctificatus, etiam si non à patre, sed ipse cor suum in holocaustum offerens: cumq; fuisset victima & sacrificus, in odorem suauitatis obtulit pulcherrimum Deo sacrificium. Cum Abraham, eò quod fuerit pater spiritualis multarum tribuum & populorû, & crediderit, & ei, qui cum fecerat, purè seruiērit, diuinarum promissionum fructum esse consecutus. Sed quid eius virtutum transmittit mare atlanticum? Imponamus ergò rebus conclusionem, & ex proœmio finem efficiamus, & nè promisso non stare arguamur, plus quam par sit, producentes orationem.

Post plurima enim certamina, & profundum doctrinæ infinitum, & vitæ honeste puritatē, & veræ fidei confessionem, & ratione præditi gregis ad ea, quæ sunt præstantiora & diuina, eius monitis deductionem, & in alendis pauperibus copiosam suppeditationem, & assiduam sanctis rebus datam operam, & in pastoralis munere diuturnam moram, (viginti enim & duos annos pontificalem decorauit cathedrâ) ingruens morbus & valde grauem ei dolorem afferens, non persuasit vt obliuisceretur perpetui & diuini officij. Nam & morbo & senio laborans, nequaquam satiabatur sacrosancta mysterij celebratione: sed intento ad Deum amore ardens, & morbi nullam ducens rationem, pectore innitens mensæ lignæ, quæ ponebatur ante aram diuinam, sancta peragebat. ô fidem & sapientem in rebus diuinis diligentiam. ô interminatum in Deum amorem. Non enim curam gerebat corporis, vt cum rerum diuinarum eum cepisset farietas, mysteria diuina interromperet: sed laboribus corroboratus, & cum Paulo clamans: Cum infirmor, tunc potens sum, acriter vacabat diuino cultui. Inualuit ergò morbus, & eum deceterò cessare faciēs à diuinorum operatione, ei parauit lectum infirmitatis, quod vtinam nõ fecisset ante oculos eorû, qui eum nunquam in lecto conspexerant. Tunc tunc fit miraculum nouum & terribile, quod nos, qui aderamus, admiratione impleuit & timore, videntes eum veluti in ecstasi, & luctantem cum aduersarijs, qui non cadunt sub aspectum. Non enim aduersus carnem & sanguinem erat ei certamē: sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus spiritalia nequitiae. Tanquam enim verba faciens cum aliquibus, qui eum examinabant, & actæ vitæ rationem ab eo exigebant, ita causam suam agebat.

Quamobrem multis videbatur esse reus debendi, & rationē reddere exactionis. erat verò iustum iudicium superni auxilij omnem vitæ maculam eluere, & nullum illinc ferre delictum: appellari autē lucis participem, & simul obire celestibus materiae expertibus potestatibus. Nam quandiu quidem habuit linguam ijs, qui audiebant, sensa apertè explicante, verbis resistebat, & prompta dabat responsa ad ea, quæ obijciebantur,

tur, dicens se nullius eorum esse sibi conscium, quorum eum accusare voluerant: ô nulli culpæ affinem cum Deo coniunctionem. Non potuerunt maligni inimici eum vel parua in re deprehendere obnoxium, vel abominandis suis sceleribus ei aliquid affingere: sed eos redegit ad omnem cõsiliij inopiam, per generalem & terribilem inficiationem, vt nec in eum quidē possent vllam causam in speciem dicere probabilem. Quando autem linguæ obtorpuit instrumentum, nec se verbis poterat defendere, labro & manu & nutu eos euertebat, & non cessabat eos expellere. Videbatur enim nobis tãquam in inimicos ferociter fremere, & eos cum ira repellere, donè sensus cõperunt conuiuere. Tunc enim tranquillissimo habitu, vesperinas laudes celebrante Ecclesia, & clamante, Inclina Domine & exaudi me, ipse pelliceum hunc exiit amictum: & relicis vinculis carnis, venit ad luminosa atria celestium, & habitat in ineffabili lætitia, quæ percipitur intelligentia, ex ea, quæ hîc est, improbitate in anima nullum signū inferens. Nam cum hîc ageret, virtutibus morte affecerat mortale hoc tabernaculum, erubescerat enim dimidia ex parte naturam habere immortalem. Mortuus tamen est, existimo autem simul quoque cum eo virtutes esse mortuas, nisi fortè fallor, insigni audacia magnū quid & terribile eloquens.

Vniuersa verò ciuitas, inconsolabili luctu & lachrymis eum nõ cessabat desistere, tanquam suum patronum & defensorem. Qui autem fideliter tunc scepra administrabat, (is verò erat Nicephorus) nõ cessabat dolore cruciari. Procidens enim supra pedus gloriosi corporis, & ipsum regens purpura, funebrem faciebat lamentationem, eum vocans pastorem, patrem, imperij adiutorem, luciferum, qui nunquam occidit, reip. ducem ad ea, quæ sunt meliora, & diuinum magistrum, exercitûs inexpugnabile propugnaculum, inimicorum sua ad Deum intercessione strenuum profligatorem. Quid denique non faciens, quid non dicens, orbis terræ damnum reputans pastoris iacturam? Quæ autem in potestatibus & honoribus maximum splendorem obtinebat, Patris, tãquam qui contineri posset, cupiens prohibere decessum, lachrymis scedata, acerbeque eum reuocans & amplectens, & tanquam quæ multorum bonorum pateretur amissionem, perinde atque riuus, rigabatur lachrymis.

Ecclesiæ autem lætitia desiebat vtilissimum suum procuratorem, agricolam, plantatorem, eum, qui omni ætati incrementum dederat ad virtutem, qui nulli maculæ obnoxium conseruauit sacerdotium, qui omnem rugam malæ opinionis à diuinis atrijs absterferat, qui pro veritate sermones, tanquam preciosos lapides, in Ecclesiæ infixerat diademate, qui erat incorruptus Antistes, qui ad manuum impositionem donis allici nõ poterat, qui Simoniacæ magiæ aurum adulterinum esse ostenderat, qui erat Apostolorum successor in virtute, qui conuidebat & conuersabatur cum Patriarchis & patribus, qui cum electis consentiebat Synodis, qui omnia factus est omnibus, vt aliquos i. Cor. 9. omnino saluos faceret, conuenienter magno & diuino Apostolo. Monachorum autem cœtus religiosissimus, in eum, vt probum suum excitatorem, & summum ducem ad abstinentiam, ostendens tristitiam, & hymnos contexens lachrymis, prosequabatur ad patres, qui prius resulerant in exercitatione, patrem, qui erat continentiae propugnaculum inexpugnabile: Qui erant egēni, suum suppeditatorem: Qui orbi, oculum: Qui claudi, pedem: Qui nudi, vestem: Qui hospites, exceptorem: Qui in vinculis, visitationem: viduæ, defensorem: orphanis, adiutorem. Omnis conditio & omnis ætas confluebat instar fluminis, lectum rangens, & sacro illo spectaculo frui piè contendens. Et nisi Imperator populi tumultum & impetum militari manu citò repressisset, multi venissent in mortis periculum, dum trudent & vicissim trudentur, & laudabile ostendunt desiderium in eum, qui desiderabatur.

Sepelitur ergò gloriæ plenum inclytum corpus sanctorum virorum manibus, qui sembis & lintribus latum mare terram solidam effecerant, dum transirent ad monasterium ab eo edificatum in Bosphoro Byzantino, in venerando templo omnium martyrum, qui pro Christo sanguinem effuderunt, cum mensis Februarius quintum tenebat diem cum quintuplo quaternione. Eum autem longum tempus celare non poterit, est enim omni tempore exēstior. Natura enim virtutis non sustinet obliuionem. Non tamen inuidiæ hebetatur. Sui enim memoriā facit immortalem nostris animis, & non sinit dispergi & regi silentio.

Tempus est autem, vobis, qui estis virtutis studiosi, exponendi res à patre præclare

Yyyy gestas

Psal. 25.  
Psal. 31.

Num. 25.

Num. 11.

Et morbo  
& senio gra  
uatus, non  
cessat ab of  
ferendo sa  
crificio.

2. Cor. 12.

Ephef. 6.

Migrat è  
corpore, &  
abit in cae  
los.

Eximia lau  
des sancti  
viri.

i. Cor. 9.

Templum  
omnium  
martyrum.

Miracula  
ad eius se-  
pulcrum.

gestas in sepulcro, quas non poterit prohibere monumentum. Non est enim illius monumentum: sed est ille monumentum monumenti. Multi enim ad eum accedunt, & liberantur ab ijs, quæ ipsos vexabant, affectionibus. *o* miraculum. etiam postquam hinc excessit, eorum, qui hinc sunt, curam gerit: & ab ijs, qui quærit, inuenitur, & ijs, qui pulsant, aperit ostium medicantis suæ visitationis. A diuturno enim sanguinis profluvio grauitè quondam agitata quædam mulierculæ, & magnos subeuntes fluxus & tempestates, cum in medicamenta maximam partem suarum facultatum consumpsissent, & non potuissent inuenire mali tranquillitatem, Euangelicam illam profluvio sanguinis laborantem imitata mulierem præ laudabili impudentia, (non licebat enim mulier tangere monasterium, cum id inclitus pater olim constituisset) muliebri astu optime usæ, virili veste tegentes pudorē foemineum, & præ se ferentes speciem Eunuchorum, clam confugiunt ad egregij huius gubernatoris capiam, quæ nullis agitur fluctibus: & cum ex lampade, quæ in ea lucet, oleum hausissent, citissime appellunt in portum curationis. Quinetiam vir quidam, cui alter ex oculis lema cecutiebatur, cum fuisset prope diuinam thecam, & salutaris vntionis auxilio esset usus, lemam non ita multo post cluit, & à Deo visum aperte recepit. Alterius quoque manus, quæ allatrabat corpori, & longo tempore manserat in assiduo motu operatione mali demonis, sola inuocatione sacrosancti corporis, & vntione olei illius thecæ, quæ facit miracula, etiam si procul abesset, repressa est manus ab illa rabie, & reddita fuit sana sicut altera.

Oleo lampadis ad capsum eius iucris, multè curatur.

Multis quoque alijs, qui vexabantur à malis spiritibus, inuentus fuit pater medicus. Et demonum quidem expulit operationes: eos autem, qui tormenta sustinebant, alienauit voluntate & ope omnipotentis. Quinetiam quosdam, qui ab aduersa potestate spectris fuerant obstupescati, & qui surdos & mutos eos reddebat, torporem sustinuerant, & deinde ad diuinum viri sepulcrum fide manserant, per vtilem & salutarem lucentis olei vntionem, Deus visitauit, & liberatis à spectri vertigine, dedit ut auditu rursus & lingua sanè agerent, quæ ad ea pertinet. Quinetiam quæ ab inflammatione grauitè cruciabantur, & laborantibus dolores afferebant intolerabiles, diuina inuocatione olei thecæ, quod purgat ac mundat, asscuta sunt doloris relaxationem.

Leo Imperator Iconomachus sub morte ad videri.

Iam verò etiam aduersus hereticos, postquam hinc excessisset, diuinum zelum ardentè offendit. Leo enim adhuc imperatoris gloriæ sceptrum administrans, & Iconomachorum heresim nefariè amplectens, cum ei appropinquaret vitæ finis, quo erat gladio feriendus, ut ipse adhuc superstes sua voce declarauit, vidit beatum Tarasium in somnis ad eum accedere, & cum graui ira iubere cuidam, Michaëli nomine, ut eum in eum adigeret. Ille verò iussui morem gerens, gladio transegit Imperatorem. Hinc autem Leo multus in hoc fuit, cum, qui in somnis ipsum sauciauerat, Michaël omnino conans inuenire in sancti monasterio. Quamobrem cum quosdam ex ijs, qui in ipso erant, monachis ad se iussisset adduci, carceribus & tormentis eos subiecit, nocturnum eius interfectorem per eos sibi esse indicandū tremens: quem etiam, ut euerforem imperij esse extrema passurum: hoc enim ei persuasit vel inuito, quod factum erat, narrare monachis. A quibus cum nos quoque miraculum, tanquam maturum fructum decerpserimus, venimus ad vos fideles, afferentes craterem lætitiæ. Non enim præterierat tempus sex dierum, cum Michaël suscipit sceptrum imperij, & eum interficit. Ità Deus etiam post mortem glorificat suos famulos, & eos delet, qui nolunt ipsum piè colere.

Michaël Balb. Leo nem interficat.

Sed me tempus deficiet, narrantem præclari & diuini patris magna miracula, quæ tanquam in prato rosæ, ubique nascuntur, & hortantur, ut feramur ad vniuersumque electionem. Nos autem cum non habeamus linguam, quæ possit metiri ac referre, quæcunque à beato facta sunt miracula, hæcenus coeptum orationis cursum perficientes, malumus ad silentium transire, statuentes à periculo remotam requiem plus lucriferre, quam si vacamur cum periculo. Prompti enim & alacris animi insatiabilitas, sæpè arrogantiam solet conciliare. Tu verò veneranda basis sacerdotij, ne mea temeritatis reprehendas vomitum, qui audacissime, sed rudi & incondito sermone tam magnas referam narrationes: sed intensam meam benevolentiam ac fidem tanquam paruuni munus oblatum reputans, concede verbis locum, ut accipiantur & quiescant. Non enim obliuiscar utilitatis tuæ in me doctrinæ, nec feruentis mei in te ministerij medio-critatis: cum illius quidem delicijs me expleuerim in flore iuuentutis, & à te fuerim initiatus in ijs, quæ sunt optima & præstantissima ex trimetris, retrametris, trochaicis, & ana-

anapæsticis ac heroicis: hoc autem obièrim in sacris, quæ à te cōcinnè quotidie habitæ sunt, orationibus, ad animarum ædificationem, & augmentum vniuersæ venerandæ Ecclesie: quas celeri calamo & arameto notis excipiens, & optimis tradens scriptoribus studium adhibui, ut artificiosè referretur in codicem. Sunt eæ verò eiusmodi, ut per eas omnibus proponatur pius purusque cultus ac fides: publica autem notetur ignominia somnium hereticorum. Si enim tui obliuiscar, excidam à Dei memoria: & nisi tui meminero, lapidibus proiciar in profundum: & lingua, ut dicit diuinus Psalmographus, adhæreat faucibus, hoc est enim mihi omnium debitorum preciosissimum, tui semper habere in corde monumentum.

Deceterò autem æquum est, ut ad te conuertamur orationem, *o* Dei serue, quicumque es, qui me nolentem incitasti ad hoc certamen, & coegisti aggredi ea, quæ vires superant. Tibi mea accepta sit obedientia, & mea orationis adspiciens humilitatem & inornatam dictionem, me accuses negligentiam. Non enim diuino patri aliquid dignum attulimus, aut potuimus propè accedere ad dignitatem harum, quæ propè sunt, virtutum. Res enim eius omnem dicendi facultatem superant, ad eò ut omnes laudatores ex æquo non assequantur oratione eum, qui ipsi debetur, honorem. Ego autem, qui omnium longissime absum ab eo laudando pro meritis, propono promptam & alacrem voluntatem, ut accipiar, ut qui & laborem dicendi inopia, senioque, & morbo frangat. Tu verò mercedem ac remunerationem à Deo acciperis, intercessorem, defensorem & propugnatorem, & tuæ spei adimpletorem, quem ex Deo dilexisti, habes Tarasium. Qui & suis ad Deum intercessionibus assatim & securè præbeat, quæ sunt vsui ad hanc caducam vitam: & præstet, ut tuæ vitæ ita illic reddas rationem, ut reus non peragaris. Quod tecum detur omnibus consequi, qui purè ac sincère in Deum sperauerunt, eius gratia & copiosis miserationibus, intercedente intemerata & casta Dei genitrice, & celestibus & omnibus sanctis, Amen.

Intercessor, defensor, propugnat, Tarasius.

### VITA ET PASSIO S. NESTORIS EPISCOPI, EX QUODAM EGREGIO MS. CODICE DESCRIPTA: SED

*Stylo ferè mutato, & quibusdam redditis paraphrasticis, per F. Laur. Surium.*

*Consentiunt autem huic historię antiquissima Martyrologia.*



Ides nos admōnet in sanctorum martyrum redire memoria, & videre palmas & triumphos athletarum Christi, illustria nobis exempla suppeditantium: quos filius coronauit, glorificauit & pater. Athletas autem dico, non illos, qui umbratica nobis certamina exhibent, quorum laus dubia est & incerta victoria, & corona corruptibilis: sed illos potius egregios viros, qui vsque ad mortem decertarunt, ne negarent Christum filium Dei, tenentes fidissimam promissionem illius, dicentis: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui est in celis. Ex horum celestium planè athletarum numero est Nestor beatissimus: qui incidit in eam tempestatem, quæ Decius tyrannus, crudelissimis propositis edictis, iussit omnes inuocantes nomen Domini nostri Iesu Christi, vocari ad impura demonum sacrificia: si qui autem ea facere detrectarent, eos pœnis atrocibus subditos necari. Erat tum in Pamphylia Præses Pollio, qui Christianos ad edenda idolis immolata cōpellebat. Passi tunc sunt beati martyres Papias, Diodorus, Comon & Claudianus. Porro eodem tempore episcopi munere fungebatur S. Nestor, fide & religione per omnem vitam insignis, tantaque humilitate & modestia, ut ipsi etiam Irenarcho uita & conuersatio eius esset formidabilis, nec literis tyrannicis apud illum agere, aut illi se opponere auderet. Tandem cum suis communicato cōsilio, ita dixit: Non possumus quicquam aduersus Christianos, nisi prius illorum episcopus comprehensus sit, cui omnes obediunt. Non latuit Nestorem, quas illi insidias molirentur: itaque plebem omnem iussit abscedere, veritus ne luporum morsibus pateret: ipse verò nihil territus, non discessit à domo sua: sed orationi incumbens nocte ac die, hoc vel maximè Dominum pastor bonus rogabat, ut gregem suum conseruaret.

26. FEBRUA.

Matth. 10.

Nestoris vitam etiam Irenarchus ueretur.



Cingit ab hostibus dominus eius.

Interim persecutores & quidam ex ciuibus, homines nequam & improbi, domum eius undique circumdant, atque ex ijs vnus ad ostium accedens, clamare coepit & vocare Nestorem, qui tum orationi intentus erat: sed vnus ex pueris eius indicauit illi, adesse praeforibus, qui ipsum quaererent. Completis igitur precibus, egreditur ad illos. Tum vero illi submisso capite, eum reuerenter adorarunt. Quibus Nestor, Ecquemam, inquit, filioli causa est, ob quam huc ad nos accessistis? Responderunt illi: Omnis curia vocat te. Ille itaque signans se in nomine Domini Iesu Christi, placide admodum instar ouis illos sequebatur. Vbi autem in forum ventum est, curia omnis surrexit, eumque honorifice salutauit. At Nestor, Ignoscat, inquit, vobis Deus: cur isthuc facitis? Responderunt illi: Facimus pro dignitate, nam tua vita & conuersatio sic meretur. Deinde tollunt eum extra turbas ad locum quendam separatam: vbi cum permulta fuissent posita subsellia, iubet adferri thronum, in quo sedeat episcopus. Ille vero ait: Satis mihi honoris haftenus oblatum est: dicite iam, cur me accersiri volueritis. Tum Irenarchus, Nestor, inquit, Domine edictum Imperatoris? Et Nestor, Ego, ait, preceptum non Imperatoris, sed omnipotentis Dei noui. Irenarchus dixit: Assentire nobis, Nestor, tranquillo & prompto animo, ne voceris ad iudicis tribunal. Ego vero, inquit S. Nestor, caelestis regis preceptis & voluntati assentior. Respondit Irenarchus: Demonium habes. Dixit S. Nestor: Vtinam a demonibus immunes vos essetis, nec coleretis demones. Irenarchus dixit: Itane ausus es homo importunissime, deos nostros demones appellare? Respondit S. Nestor: Ego vero eos esse demones non solum verbis affirmo, sed etiam propria illorum, cum in energumenis coniurantur, confessione confirmo. Tum Irenarchus caput agitans: Ego, inquit, efficiam apud Praesidem, vt tormentis adactus, confitearis eos esse re vera deos, & non demones. S. Nestor, cum crucis Christi signum pinxisset digitis in fronte sua, dixit: Quid mihi tormenta minaris? Ego neque tua, neque Praesidis tormenta timeo, sed ea, quae Christus Deus meus minatur. Porro Irenarchus tradidit sanctum virum duobus Christianorum persecutoribus, & profectus est Pergam. Sequebatur autem agnus lupum. In ipso vero itinere accidit subito non mediocri tremor, & vox caelestis lapsa, confirmauit martyrem Christi. At illi terri, & obstupescati, dicunt ad Episcopum: Domine Episcope, quis hic sonus est, & vnde hic tremor? Respondit ille: Signum est Christi Dei mei. Cumque venissent ad urbem quarta sabbati, hora vndecima, manserunt extra oppidum in hospitio quodam. Postquam autem Irenarchus indicauit Praesidi de sancto Nestore, ille mane sedit pro tribunali, & beatus Nestor ei oblatum est. Porro Irenarchus praebuit relationem Urbano adiutori, qui iubente Praeside eam recitauit:

Litera ad Praesidem.

Eupator & Socrates torusque Senatus, Domino prestantissimo Praesidi salutem. Cum ad tuam celsitudinem allata essent scripta diuina Domini Imperatoris nostri, quibus iubebatur, vt Christiani omnes a sententia male ipsis inflata deducti, ad sacrificia perducantur: humanitas tua nihil seuerè & perturbatè, sed comiter & sedatè omnia agere voluit. Verum hac lenitate parum effectum est, cum illi obstinatis animis edictum Imperatorium contemnant. Nam & iste rogatus a nobis & a toto Senatu, non solum ipse non cessit, sed etiam omnes, qui illi parent, eius tanquam principis sui, exemplis animati, motigeros se praebere edictis noluerunt. Et nos quidem interim isti suadere non cessauimus, vt, quemadmodum inuicissimi principis literis iubetur, ad templum Iouis accederet: ille vero deos immortales contumeliosè & conuicijs proscidit. Sed neque ab Imperatoris, licet absentis, minimè ferendis iniurijs abstinuit: & in te quoque eadem procacitate usus est. Quamobrem compulsus est Senatus eum tuè exhibere celsitudini.

His lectis literis, Praeses dicit sancto Nestori: Quis vocaris? Beatus Nestor dixit: Seruus Christi. Praeses dixit: Ego non de conditione, sed de nomine percontatus sum. Nestor ait: Ego vero Christianus sum: & hoc nomen est mihi. Quod si verò etiam temporarium vis nomen scire, equidem Nestor vocor. Praeses dixit: Pone dijs thura immortalibus, & ego quamprimum scribam Augusto, vt te iubeat esse principem sacerdotum, & vt omnia tuae subiaceant ditioni, honoribusque & diuitijs auctus, multos annos possis preclarè & splendide viuere. Tum vero sanctus martyr sublatis in caelum oculis, sequè cruce signans, dixit ad Praesidem: Etiam si hoc corpusculum multiuarijs subdas cruciamentis, si vincula, si bestias, si ferrum adhibeas, donec spiritus hos reget artus, non poterò certè adduci,

Iterum sibi Crucem immit.

vt negem nomen Dei mei, quod est super omne nomen. His dictis, iussit eum Praeses suspendi in eculeo, & crudelissime torqueri. Parent crudeli domino crudeles ministri, & in sancti martyris latera tam profundè vngulas imprimunt, vt etiam costae nudarentur. Ille verò psallebat, dicens: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Iudex verò stupens ad tantam eius tolerantiam, dixit: Non erubescis mortalium omnium infelicissime, spem tuam collocare in homine, eoque violenta morte perempto? Beatus Nestor respondit: Sit planè hæc & mea & omnium, qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, confusio & verecundia.

Cum autem turbæ vociferarentur, vt eum Praeses tolleret è medio, per preonem eum interrogauit: Visne sacrificare dijs? Sanctus martyr in Christo benè confidens, respondit: Impijissime & sceleratissime fili diaboli, non modò tu Dei conspectum non vereris, qui tibi hunc donauit principatum: (per illum enim reges regnant, & principes imperant, & potentès decernunt iustitiam) sed me quoque compellis relinquere verum Deum, conditorem & saluatorem omnium nostrum, & adorare vana & saxea simulacra? Praeses dixit: Quid vis, nobiscum esse, an cum Christo tuo? S. Nestor cum ingenti gaudio respondit: Cum Christo Deo meo semper fui, & sum, & ero. Vidēs Praeses insuperabilem animi eius constantiam & inuictam tolerantiam, ita tulit sententiam in eum: Quandoquidem non vis consentire, Nestor, inuicissimo principi, neque sacrificare dijs immortalibus, sed mavis adherere Christo crucifixo sub Pontio Pilato: ego, vt sis benè deuotus Deo tuo, hanc in te fero sententiam, vt ligno affixus intereas. Itaque vir sanctus cruci affixus quidè est, sed ab ipsa cruce, tanquam è cathedra, docebat Christianos, dicens: Filioli, stabilis sit nostra confessio ad Deum, & non negemus eum, qui pro nobis passus est, ne legetur nostra perditione diabolus. Compatiamur ei, vt conglorificemur. Non negemus eum, ne ipse quoque neget nos. Memento illum missum à patre redemptorem animarum nostrarum, ad abolenda peccata nostra: qui peccatum non fecit, & pro nobis passus est: cui etiam nos omnes donauit pater, vt in nomine Iesu omni genu flectatur, caelestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Rursusque ait adstanti turbæ: Filioli, oremus & flectamus genua ad Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum: Omnibus autem flectentibus genua, & simul ipso de cruce orate, cum dixisset, Amen, obdormiuit in Domino.

Philip. 2.

Torquetur atrocissime Psalm. 33.

Prou. 8.

Mortis sententia in eum pronunciat.

Crucifixus confirmat Christianos.

Philip. 2.

## VITA SANCTI PATRIS NOSTRI PORPHYRII EPISCOPI GAZAE, EX SIMEONE METAPHRASTE,

Authore verò Marco eius ministro & familiari.



Sanctorum virorum certamina, & diuinum eorum zelum & desiderium, pulchrum est contemplari oculis. Dum enim cernuntur, digna euadunt quae amentur. Afferunt autem non mediocre quoque utilitatem, quae de ijs fiunt narrationes ab ijs, qui accuratè sciunt, subeuntes animos auditorum. Est visus quidem auditu fidelior: Persuadet verò etiam auditus, si à fide dignis dicantur, quae dicuntur. Atque si rerum quidè utilium esset eiusmodi narratio, vt in eam nihil posset aut negligentia aut malitia, & non veritati falsum infereretur, superuacuum esset hæc describere, cum sufficeret veritas ad edificationem, quae semper per successi-

26. FEBRUARII.

Cur scribatur sancto. in res gestæ.

onem inferretur auribus posterorum. Sed quoniam corrumpit ac perdit tempus, seu per obliuionem, seu per malitiam atque negligentiam, necessariò accessi ad hanc presentem descriptionem, ne processu temporis obliuioni mandetur hic vir sanctus, sanctus, inquam, Porphyrius. Meminisse enim rerum rectè & ex virtute ab eo gestarum, fit ijs, qui audiunt, opem ferens medicamentum.

Est verò absurdum, tragicos Poetas & alios eiusmodi, in rebus ridiculis & anilibus fabulis consumere orationem: nos autem despicerè sanctos viros & dignos, qui mandentur memoriae, tradi obliuioni. Quas non ergò dabo poenas, si non scriptis mandem vitam huius viri pij, vitam, inquam, philosophiae magistram, eius qui est amulatus vitam,

Yyyy 3

quæ

Ephc. 6.

quæ est in cælo, & qui bella gessit & decertauit, non solum aduersus duces & defensores in sani cultus simulacrorum, sed etiam aduersus vniuersum populum, plenum omni insaniam? Meminerat enim eorum, quæ à beato Apostolo dicta sunt: Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die terribili, & omnibus confectis stare. Hac armatura indutus, ad certamina descendit dictus Apostolus. Sed quauis tales & rãtos haberet aduersarios, qui Apostolo similem decertationem habuit Porphyrius, ei tamen parem victoriam est assecutus, & in media Gaza erexit trophæum, nempe in sancta Christi ecclesia, quæ fuerat ab eo condita. Præbuit autem ei victoriam, non humana natura, sed mens, quæ diuinam attrahebat gratiam. Nam cum fuisset Christi amator ardētissimus, omnia pati & facere sustinuit.

Quam multos bellorum impetus excepit hic ab aduersarijs? Quam multas sustinuit conspirationes & subannationes? Sed quoniam de præclaro viro fieri non potest vt dicamus omnia, quæ sunt & multa, & multis videntur incredibilia, pauca exponam, quæ memini, cum longo tēpore cum eo habitauerim, & ex beata illa & stupenda anima diuturnum fructum perceperim, quæ iam versatur cum angelis. Hic ergo, qui omne genus virtutis est sortitus, quis nō iure laudauerit? Atque scimus quidem, quod huius viri virtutem assequi nulla possit oratio: est tamen mihi aggrediendum, confidenti eius sanctis precibus. Conscribam autem illius laudationem, nō magnifica & splendida oratione. Neque enim verborum facundia solet ornare vitam eorū, qui sunt huiusmodi. Sed virtus factorum, ipsam quoque magnificam efficit dictionem. Ego itaque confidentis sanctis dicti sancti precibus, ad hanc accedo scriptionem, per ipsas à Domino Iesu Christo gratiam perens & opem, vt possim qualicumque occasione narrare sancti viri virtutem. Peto autem ab ijs, qui hæc scripta legent, nē diffidere velint ijs, quæ dicuntur. Ipse enim fui spectator viri virtutis, vt qui simul cum eo habitauerim, simul nauigauerim, & simul cum eo sim afflictus vsque ad vltimum diem eius ex hac vita decessus. Hinc verò mihi ducatur principium narrationis.

Gaza vrbs.

Gaza est ciuitas Palæstinae in cōfinio Aegypti: est autem non obscura, sed populo frequens & clara ciuitas. Illo verò tempore in ea vixit hominum insania in colendis idolis. Huius accepit Sacerdotium, qui à nobis laudatur, Porphyrius: qui patriam quidem habuit cælestem Hierusalem, (nam in eam fuit adscriptus) terrenam autem Thessalonicam. Erat verò ei genus insigne. Diuinus cum amor subijt relinquēdi patriam & splendorem generis & opes infinitas, & vitam amplectendi monasticam. Cumque nauigasset Thessalonica, venit in Aegyptum. Recta autem profectus in Scetem: & paucis post diebus dignatur venerando habitu. Et cum illic esset versatus quinque annos cum sanctis patribus, alius diuinus amor eum subijt adorandi sancta & veneranda Dei loca. Cumque illic fuisset & adorasset, abiens in partes Iordanis, habitauit in spelunca. Cum illic autem esset versatus quinque annos cum multa afflictione, ex magna siccitate & inæqualitate locorum illorum, incidit in magnum morbum. Vidēs verò se adductum in extremum periculum, Dei prouidentia accersit quendam ex suis notis, vt eum duceret Hierosolyma. Morbus autem erat scirrus hepatis cum continua febre tenuissima. Hoc ergo morbo inualecente, & assidue pungente intestina, & corpore tabescente, ipse non cessabat quotidie obire sancta loca, incuruatus, & non valens recto corpore ingredi, sed in nitens baculo.

Hierosolyma quotidiè inuisit sacra loca.

Accidit autem illo tempore, vt ego ex Asia nauigarem ad adorandum loca veneranda. Cumque in eis essem, diu ibi sum versatus, me alens operando manibus, callebam enim pulchrè scribendi artem. Adspiciens verò sanctum continenter vadentem ad Christi resurrectionem, & ad alia oratoria, mirabar, quod in tanta corporis imbecillitate, non dubitaret se sic cruciare. Quodam autem die cum ei occurrissem in gradibus martyrij, quod fuerat conditū à Constantino Imperatore, non valenti progredi accurrens & ei manum meam porrigens, rogauit ipsum, vt ei inniteretur, & gradus ascenderet. Ille verò nolebat, dicens: Non est iustum, vt ego, qui vado ad perēdam veniam peccatorum, nitar manui alterius. Sed sine, frater, Deum videre meū laborem, vt ineffabili sua clementia me quoque misereatur. Ibat ergo, & diuina audiebat eloquia, Doctoribus aures adhibens, & mysticam mensam semper participans. Deinde reuertebatur ad suum habitaculum. Et quamnam quidem vitam ageret, erat manifestum. Morbum enim adeo contemnebat, vt existimares ipsum habere morbum in alieno corpore. DEI enim

enim spes ipsum eo leuabat. Hoc autem eum solum malè habebat & mordebat, quod remansissent facultates, & non conuenienter ei, quod dicit Euangelium, venditæ essent & distributæ pauperibus. Causa autem huius impedimenti fuit, quod essent ei fratres pueri, quando excessit è patria.

Hoc ergo agrè ferens, petit à me, qui iam ei eram familiaris, (ei enim ministrabam propter eius infirmitatem) vt nauigarem Thessalonicam, & diuiderem facultates cum suis fratribus. Et cum dedisset mihi scriptum mandatum, & me Domino commendasset, dimisit præbitis mihi minimis impensis, neque enim opes suppetebant. Tunc cum statim venissem A scalonem, & naucm inuenissem, illinc solui: & cum spatio tredecim dierum secunda fuisset nauigatio, venimus Thessalonicam: & ostenso, quod in scriptis habebam, mandato, diuisi bona cum eius fratribus. Vendidi autem, quæ mihi obtigerant, possessiones ter mille aureis. Vestes verò & argentum mecum tuli, & alios mille quadringentos aureos: & cum omnia collegissem, post tres menses renauigauit. Cum autem spatio duodecim dierum venissem in emporium A scalonis, & illic iumentum conduxissem, & ea onerasset, ascendi in sanctam ciuitatem. Cum me autem adspexisset vir beatissimus, me est amplexus cum gaudio & lachrymis, (potest enim etiam gaudium exprimere lachrymas) ego verò ipsum non cognoscebam: habebat enim corpus valdè honestum, & faciem rubicundam. voluebam autem meos oculos, frequenter ipsum intuens. Ipse verò cum animaduertisset & subrisisset, placidè dixit: Nè mireris frater Marce, me videns sanum & robustum: sed disce causam sanitatis, & tunc admirere Christi benignitatem ineffabilem, & quemadmodum quæ sunt planè desperata apud homines, facile possunt apud ipsum corrigi. Ego verò rogauit ipsum, vt mihi diceret causam sanitatis, & quemadmodum talem morbum propulsaerit. Ille autem mihi respondit:

Quadraginta abhinc diebus cum ego essem in vigilia sancta Dominica, me inuasit dolor. Quem cum non possem ferre, iui & recubui prope sanctam Caluariam: & cum præ magno dolore essem veluti in ecstasi, video Seruatorem clauis affixum in cruce, & vnum ex latronibus cum ipso pendente in alia cruce, & incipio clamare & dicere vocem latronis: Memento mei Domine, quando veneris in regnum tuum. Respondens autem Seruator, dixit latroni pendenti: Descende de cruce, & serua illum, qui recubuit, quomodo tu quoque fuisti seruatus. Latro verò descendens de cruce, me cōplexus fuit & deosculatus: & porrecta dextera, me fecit surgere, dicens: Veni ad Seruatorem. & statim surrexi, & cucurri ad eum, & video ipsum descendisse de cruce, & mihi dicere: Accipe hoc lignum, & serua. Cumque accepissem & portasset hoc preciosum lignum, statim ad me redij ab ecstasi: & ab ea hora nullus dolor mihi fuit amplius, neque apparuit locus morbi. Ego autem, his auditis, valdè sum admiratus, & Deum glorificauit: & deceterò fui in virum magis affectus, & ei inserui diligentius. Reuera enim, cum renumerasset Dei seruo pecuniam, & cum ei restituissem quæcumque attuleram, mansi apud eum, ei inseruiens, & fruens spiritalibus eius orationibus. Erat profectò nulli reprehensioni affinis, mitissimus, misericors, habens etiam facultatem discernendi diuinam scripturam, & ea dissoluens, quæ in ea occurrebant, dubia, si vllus alius. Sed neque externæ erat doctrinæ ignarus, respondens & os obstruens hominibus infidelibus, & ijs qui non rectam habent fidem: amator pauperum, misericors, promptas habens lachrymas, senes honorans vt patres, iuniores vt fratres, pucros vt filios: moribus & sermone mitis & humilis, non in simulatione veritatis: neque enim erat in eo dolus: moderatissimus, adeo vt perueniret ad perfectam impatibilitatem, ab ira alienus, non memor acceptæ iniuriæ, non sinens Solem occidere super suam iracundiam, mortuas habens omnes animi perturbationes, præter iram, quam mouebat aduersus inimicos fidei.

Cum autem accepisset à me pecunias, & alia quæ attuli, & vendidisset vestes, & con-

flasset plurimum pecuniæ, reliquam omnem preciosam supellectilem paruo tempore dedit egentibus, non solum in sancta ciuitate, sed etiam in alijs ciuitatibus, vicis & monasterijs, & maxime ijs, quæ erant in Aegypto. erant enim valdè egeni illic monasteria. Quinetiam hospitibus, qui illic versabantur, fuit secundus Abraham. Quamobrem breuissimo tempore distribuit omnes suas facultates, adeo vt ipse egeret alimento quotidiano. Seipsum ergo dedit arti futuri coriarij, pelles lauans & consuens, & in

Yyyy 4

& in

Matth. 29.

Hic habes nomen auctoris huius historiae.

Visto mirabilis.

Luc. 23.

Eccè virtutum cæteris, quibus vir Dei erat præditus.

Omnia sua egentibus largitur.

2. Thes. 3.

1. Thef. 3. & in omnibus imitans diuinum illum Apostolum, qui nolebat panem gratis comedere. & licet posset ex alia manu operatione sibi victum querere, in omnibus tamen voluit esse imitator illius præclari viri, quem diximus, in afflictionibus, & laboribus, & persecutionibus, & periculis maris, & gentium infurrectionibus. Porro autem ego eum rogabam, vt communem vitam mecum ageret. erat enim mihi ex meo vitæ studio victus redundans copiam. Ille verò non sustinuit, dicens: Nihil intulimus in mundum, neque possumus aliquid efferre. Et rursus dicebat: Si quis non operatur, nec comedat. Ego autem liberè apud eum eloquens, dicebam: Cur ergò quando eras diues, non operaberis? nec sinebas vt operarer? Ille autem mihi respondit: Quod prius operabar, erat multis partibus maius, quàm quod nunc operor. Nam hoc nunc quidem alit vnum aut duos, illud autem prius alebat innumerabiles. Non solùm verò illam alebat multitudinem, sed etiam spiritale alimentum suppeditabat meæ animæ.

Fit inuitus presbyter. Cùm hæc ita se haberent, audijisset autem sancti Porphyrij nomen & vitam, qui erat sanctorum locorum Sacerdos, Praylius, eum accersijt, & inuitum ordinauit Presbyterum. Quinetiam ei credidit custodiam venerandi ligni crucis. Tunc cognouimus ea illi euenisse, quæ viderat in ecstasi, quando scilicet vidit Dominum in cruce, & cum eo latronem: Dominum autem dicentem, Accipe & serua mihi hoc lignum. Erat verò beatus Porphyrius, quando accepit ordinationem, circiter quadraginta annos natus. Hunc autem honorem adeptus, non mutauit mores priores, sed mansit in illa afflictione exercitationis. Erat verò illi alimentum panis sordidus & olera, idq; post occasum Solis. Alijs autem sanctis diebus hora sexta comedebat, accipiens oleum & caseum & madefacta legumina. Sumebat autem etiam vnum poculum vini temperati, idq; propterea, quòd se malè haberent eius viscera. Hanc viuendi rationem & regulam perpetuò seruauit toto tempore vitæ suæ. Tribus autem annis, postquam fuerat ordinatus, accidit vt Episcopus prædictæ ciuitatis Gazæ è vita excederet. Is erat Aeneas, qui minimo tempore gesserat Episcopatum. ante Aeneam autem Irenion, qui ipse quoque fuit cuius angelicarum potestatum, cuius laudes fieri non potest vt scribantur in digressionem: sed opus esset opere separato ad hoc, vt conscriberemus vitam huius dicti inclyti Irenionis. Alijs verò id relinquimus scriptoribus, qui eius vitam sciunt accuratè.

Cùm dormisset ergò prædictus vir sanctus, congregati, qui tunc erant Christiani, valdè pauci numero, cum suo clero, & consultantes palàm, cuinam traderent Episcopatum, nihil efficiebant, cùm exorta esset inter eos contentio, cùm alium quidem vellet Clerici, alium verò laici. erant enim re vera inter Clericos quidam vitæ honestate ornati. Cùm magna ergò esset confusio, & nihil deduceretur ad effectum, tandè visum est, vt quinque Clerici & totidem laici viri insignes irent ad Pontificem Metropolitanum, & peterent ab eo Episcopum, quem ei reuelasset spiritus sanctus. Pontificatus autem munus tunc obibat Iohannes, qui ipse quoque, erat vir probus & omni virtute ornatus. Cùm ergò ad eum accessissent Gazæi, rogârunt ipsum, vt daret eis Pontificem, potentem opere & sermone resistere idololatri. Quod cùm audijisset, statim indixit ieiunium: & post tres dies reuelauit ei Dominus de beato Porphyrio: & scribit epistolam ad sanctum Praylium Episcopum Hierosolymorum, cuius fecimus antea mentionem, vt ad ipsum mitteret beatum Porphyrium, propter quandam scripturæ questionem, quæ erat ab eo soluenda, erat enim beatus Porphyrius idoneus ad soluendum, quidquid erat difficile diuinæ scripturæ spiritus sancti.

Literis beati Iohannis credens pius Praylius, eum dimisit, iubens nè moraretur illic plùs quàm septem dies. Cùm autem audiuiisset beatus Porphyrius vim eorum, quæ scripta fuerant à sanctissimo Iohanne, primùm quidem fuit conturbatus: postea verò dixit: Fiat voluntas Dei. & cùm illa vespera me accersijisset, dicit mihi: Frater Marce, eamus & adoremus sancta loca & venerandam crucem. Multum enim est præterituum temporis, donèc sumus ea rursus adoraturi. Ego autem dixi: Cur sic dicis pater? Ille verò respondens, dixit: Præterita nocte vidi Seruatorem dicentem mihi: Redde depositum, quod apud te deposui. Volo enim te coniungere vxori, humili quidem & abiectæ, sed præditæ bonis moribus. Tu autem accipiens, orna eam, vt obliuiscatur prioris suæ mendicitatis. Nam etsi est abiecta & humilis, non est tamen aliena, sed mea soror germana. Tu verò caue, nè habens vxorem & domus curam gerens, ex iniustitia

Eccè mirū ieiunij effectum.

Eamus & adoremus sancta loca & venerandā crucem.

ta aut violentia aut iniquitate congreges. nam & me ad iram prouocabis, & eam molestia afficies. hæc enim ei quoque displicent. Sis verò solùm bono & prompto animo, & omnia tibi suppeditabuntur, vnde non expectas. Hæc mihi significauit Dominus Christus nocte præterita, & timeo, nè, dum volo expiare mea peccata, expiem etiam peccata aliorum multorum. Sed tamen Dei voluntati non licet repugnare.

Hæc cùm dixisset, profectus est, & ego cum eo: & cùm adorassetus sancta loca & venerandam crucem, isque multum esset precatus & lachrymatus, reposuit in aurea theca venerandam & viuificam crucem: & cùm eam turò clausisset, exijt, & vadens ad beatum Praylium Episcopum, tradidit ei clauem: & cùm accepisset preces, & ab eo fuisset Deo commendatus, est egressus. Cùm autem venissemus ad nostrum habitaculum, nos paramus: cōductis verò tribus iumentis, & accepto viatico, egressi sumus. Viatica autem erant omnia, quæ domi erant. Eramus verò quinq; in via: ipse beatus & ego, & duo agasones, & alius iuuenis minister, nomine Barochas, quem quidem inuenerat paulò antè beatus abiectum in platea, cùm esset in extremo periculo, eumq; accepit & collegit: & cùm multa in eum expendisset, Dei auxilio eum sanum reddidit. Ab illo ergò tempore manebat apud ipsum, ei mecum seruiens. De pio verò Barocha dicam procedente oratione. Illa autem die iter ingressi, sequenti venimus Cæsaream. Per totam autem ciuitatem dispersum fuit, eum aduenisse. erat enim beatus magni nominis, propterea quòd amaerit pauperes. Profecti verò sumus ad id, quod erat illic hospitium. Cùm autem audiuiisset beatus Iohannes Archiepiscopus, cursu ad nos accessit. Cumq; se inuicem salutassent & precati essent, paululum assederunt. Dixit autem ei Archiepiscopus: Surge frater propter Dominum, & vescere mecum, vt citò surgamus ad vigiliam sanctæ Domnicæ. ingressi enim sumus vesperè sabbato. Beatus verò Porphyrius rogauit eum, vt ei concederet vesperam propter viæ laborem. Dixit autem se post primum somnum surrecturum ad vigiliam. Cùm autem non potuisset persuadere Episcopo, surgens beatus, cum eo est profectus, me quoque, accepto. Fratrem enim Barocham dimisimus in hospitio prope vestes: & ab eo inuitati, coenauimus.

Cùm multa autem locuti fuissemus spiritalia, & parum dormissemus, surreximus ad vigiliam. Illa verò nocte accessit beatus Iohannes Gazæos, & dicit eis: Parati eritis ad exitum, hodie enim accipietis Sacerdotem, virum quem ostendit Dominus. Cùm fuisset autem manè, rapientes beatum Porphyrium, ordinârunt eum Episcopum Gazæ. Multum verò est lachrymatus, nec erat fatietas vlla eius lachrymarum. Dicebat enim se esse indignum tali Sacerdotio. Vix tandè autem, cùm Gazæi & qui illic Christiani inuenti sunt, eum consolati essent, quieuit. Cùm autem fecissemus sanctum Domnicæ ministerium, rursus inuitati sumus ad vespendum cum Archiepiscopo. Iussit verò nobis quamprimùm exire. cumque vnum alium illic diem egissemus, exiimus: dormiuimus autem Diopoli, & illinc, cùm pernoctassemus, sero vesperè ingressi sumus Gazam valdè lassæ & afflictæ. Hæc autem fuit causa afflictionis.

Prope Gazam pagi sunt in via, qui sunt dediti cultui simulacrorum. Eorum verò incolæ consultò totam viam strauerant spinis & vallis, vt non possent aliqui transire. Effuderunt autem coenum, & alijs malè olentibus fumis vaporârunt, vt nos fœtore suffocaremur, & veniremus in periculum, nè visum amitteremus. Vix tandè autem conseruati, circa horam nocturnam ingressi sumus ciuitatem. Hæc verò difficultas ac molestia beato accidit suggestione dæmonis. Sed id non agrè ferebat. existimauit enim diabolus has parasse insidias, quòd voluisset iustum ab eius ingressu auertere. Profecti autem sumus ad ædes Episcopi, quas ædificauerat prius nominatus sanctus Irenion Episcopus, simul cum sancta ecclesia, quæ vocatur Irenes. eam verò hoc nomen dicunt habere duobus modis. Dicunt enim Gazæi, quando capta fuit ciuitas ab Alexandro Macedone, quodam signo dato illic cessasse bellum, & ab illo tempore vocari locum Irenes, i. pacem. Hunc locum cùm inuenisset beatus Irenion coli à Gazæis, in eo construxit ecclesiam. Siue ergò propter ea, quæ prius dicta sunt, siue propter nomen conditoris, mansit sic appellata vsq; in hodiernum diem. Illinc ergò profecti sumus ad minimas ædes episcopatus, ab eo ædificatas.

Accidit aut, vt illo anno esset siccitas & defectus pluuiæ. Ciues verò omnes id ascribebant ingressui beati Porphyrij, dicentes: Nobis responsum dedit Marna, fore vt Porphyrius esset author malorum ciuitati. Cùm autem pergeret Deus non pluere, pri-

Viuitica crux in aurea theca asseruatur.

Ordinatus Gazæos Episcopus, sed valdè inuitus.

Idololatrarum nequitia.

Marna, idolum Gazæosum: est autem lupi. mo ter.

Notabile  
iunium, vi-  
gilias,  
Processione  
cum cruce,  
Visitatio-  
nem eccle-  
siarum.

mo mēse, qui ab eis vocatur Dios, deinde etiam secūdo, qui dicitur Epilleos, omnes affligebantur. Congregati autem Idololatræ in Marnæo, multa sacrificia & multas preces faciebant ea de causa. Dicebant enim, Marnam esse dominum imbrium. Marnam verò dicunt esse Iouem. Cùm autem perseuerassent septem dies, hymnos dicentes, & egredientes extra ciuitatem in locum, qui vocatur orationis, animum despondentes, reuersi sunt ad sua opera, nulla re effecta. His sic factis, congregati Christiani cum viris & foeminis & pueris, numero ducētis & octoginta, rogāunt sanctum Porphyrium, vt cum eis egrederetur & precaretur, vt dimitteretur pluuia. iam enim erat fames, eoq; magis, quòd beati ingressui adscriberent siccitatem. Persuasus autem sanctus, cùm edixisset iunium, iussit omnes vespere congregari in sancta ecclesia, vt illuc vigilias perageremus. Fecimus verò tota nocte triginta preces & totidem genu flexiones, præter choros & lectiones. Cùm fuisset autem manè, accepto signo venerandæ Crucis, quod nos præcedebat, egressi sumus cum hymnis ad antiquam ecclesiam, quæ est à parte occidentali ciuitatis, quam aiunt ædificasse sanctissimum & beatissimum Asclepam Episcopum, qui multas sustinuit afflictiones, pro fide orthodoxa: cuius vita & facta scripta sunt in paradiso deliciarum. Cùm ergò fuisset in dicta ecclesia, illic quoque sudimus totidem preces: & illinc egressi, inimus in sanctum martyrium gloriosi martyris Timothei, in quo repositæ sunt etiam alię reliquię Mauris Martyris & Thees, quæ relata est in numerum confessorum. Cùmque illic fecissemus totidem preces & genu flexiones, reuersi sumus in ciuitatem, factis tribus precibus & tribus genu flexionibus.

Multi cre-  
dunt idolol-  
atras.

Cùm autem fuisset circa ciuitatem, inuenimus eam clausam, erat verò hora nona. Idololatras enim hoc fecerunt, volentes dissipare populum, nè perficeremus supplicationes. Cùm autem mansissemus duas horas ante portam, & nemo esset qui aperiret, videns Deus populi patientiā fletusq; & ineffabiles lachrymas, maximè sancti viri, motus misericordia, quomodo tempore magni Eliæ Prophetæ, mouet ventum Austrum, & nubibus tegitur cælum, & incipiunt fieri fulgura & tonitrua, simul atque Sol occidisset, & decedit multus imber, vt existimarentur nō guttæ, sed grando è cælo deiici. Nos autem præ magno gaudio propemodum non sensimus. Nos enim eramus inuicem complexi. Quidam verò gentiles cùm adspexissent miracula, quæ Deus nobis fecerat, & credidissent, nobis portam aperuerunt, & commixti sunt nobiscum, clamantes, Christus solus Deus: ipse solus vicit. Conuenerunt autem nobiscum in sanctam ecclesiam, & illinc beatus eos dimisit in pace, Christi signatos signaculo. Erant verò viri numero centum vigintiseptem, & foemine xxxv. & infantes xlii. ex quibus erant puellæ quinque. Nos autem cùm fecissemus perfectam gratiarum actionem, recessimus vnusquisq; domum cum gaudio & pace. Tanta autem pluuia descendit illa nocte & altero die, vt omnes timerent, nè domus corruerent, ex quibus erant plurimæ constructæ ex lateribus. Pluit verò Dominus noster Iesus Christus assidue, ab octauo Lydenæi vsq; ad decimum, est autem apud eos Lydenæus, apud Romanos Ianuarius. Præcedunt autem quinque diebus eorum menses Romanos. Vndecimo verò die peregrinamus diem Theophaniorum Domini Iesu Christi, cum gaudio laudantes & gratias ei agentes propter omnia, quæ nobis fecit eius benignitas. Accesserunt autem gregi Christi eodem anno præter illos cxxvii. alij quoque cv. Alij verò idololatras non cessabant insidiari beato & reliquis Christianis. Quando enim eis Præses obtingebat gentilis, eum vel pecunijs corruptum, vel etiam per impiam eorum religionem persuasum, inducebant vt vexaret Christianos: & ab eo tempore beato Porphyrio non leuis eueniebat afflictio. Assidue ergò noctu & diu rogabat benignum & clementem Deum, vt eos ab errore conuerteret ad suam veritatem.

Historia  
Barochæ,  
ministri S.  
Porphyrij.

Quoniam autem superius memini beati Barochæ, de ipso narrabo reliqua. Habebat is zelum diuinum, vt si quis alius, multa enim grauiā sustinuit ab idololatræ. Cùm enim iussit ipse aliquando in vicum propter canonem Ecclesiasticum, non procul à ciuitate, erat autem is, qui canonem debebat idololatras: cùm ab eo verò canon exigeretur, isq; rem vellet protrahere & differre, & ex eo nata esset inter eos contentio, accersit impius agricola quosdam eius pagi, ei similes, & incipiunt verberare clauis beatorum Barocham, & portantes eum semimortuum, proiecerunt extra pagum in solitudinem. Illic verò iacebat mutus & nullo sensu præditus. Alio autem die, Dei benig-  
tate,

itate, transit per illum locum Cornelius diaconus, cum alijs duobus Christianis: & cùm inuenissent pium Barocham, & eum agnouissent, importarunt in ciuitatem. Cùm verò idololatras eum vidissent portari, arbitrati esse mortuum, conuersi sunt in furorem, propterea quòd existimabant esse abominandū, mortuum ferre in ciuitatem: & cùm eum vi eripuissent ab humeris eorum, qui ipsum portabant, incipiunt verberare pium Cornelium Diaconum, & duos Christianos: & ligato pede beati Barochæ, trahebant eum.

Interim autem renunciant quidam fratres beato Episcopo. Is verò conturbatus, me accersit, & alios tres fratres, qui sunt inuenti apud ipsum, & dicit nobis: Confidentes currite, o fratres, est enim tempus martyrij. Postquam aut peruenimus ad locum, vbi ligant beatum, concurrit populus: & alij quidem sanctissimum Episcopum afficiebāt contumelijs, alij verò videntes eius tolerantiam, & quòd, cùm contumelijs afficeretur, non irascebatur, sed rogabat vnūquēq; dicens, nè sic probris & contumelijs afficerent corpus, quod est obnoxium ijsdem afflictionibus, fiunt nostrarum partium, & in se inuicem conuertuntur ad plagas vsque. Nos autem cùm multam vidissemus confusionem, portantes pium Barocham, discessimus in sanctam ecclesiam. Postquam verò vidimus eum adhuc spirantem, eius curam gessimus. Pro eo autem fundebantur per totam vesperam & noctem intensæ preces. Omnes enim fratres conuenerant. Sanctus verò Episcopus non cessabat lachrymari, & Deum pro ipso rogare. Sciebat enim qualis esset diuinus eius zelus. Cùm autem vidisset Deus lachrymas sancti Pontificis & preces populi, (eum enim numerabant secundum Phinees aduersus idololatras) accelerauit ei suam misericordiam, & illa nocte aperit oculos eius, & incipit loqui, & petere dari sibi potum. Ego autē, qui ei assidebam, statim cucurri, vt renunciarer beato Episcopo, (præ magno enim gaudio oblatus sum dare ei potum, & mihi id accidit, quod ancillæ tempore beati Petri, quando audita eius voce, præ gaudio non aperuit ostiū: sed eum dimittens, primū annunciauit ijs, qui erant domi. Tale quid ego quoq; sum passus) Cùm id autem beatus audiisset Episcopus, non fuit victus ab animi afflictione, sed perseuerabat in precibus. Nos verò cùm intellexissemus eius firmitatem & constantiam, eum mittentes, recessimus ego & pius Cornelius Diaconus. assidebat enim mecum beato Barochæ. Postquam autem impleuit preces & omnem consequentiam sanctissimus Episcopus, ipse quoq; nobiscū sedens, interrogauit pium Barocham, quemadmodum id esset passus ab initio. Ipse verò narrauit nobis omnia.

Barochæ  
semiuuus  
restituit  
sanitati.

Acto. 12.

Dum nos autem consultarem quid esset faciendum, sit manè: & ecce Defensor populi cum Irenarchis, & duobus primoribus, Timotheo & Epiphano, & alijs multis, venientes incipiunt clamare & tumultuari, dicentes: Cur intulistis mortuum in ciuitatem, cùm patriæ leges hoc prohibeant? Interim autem contumelia quoque afficiebant beatum Episcopum. Nos verò cùm tumultum audiuissemus, egressi sumus: & cùm nos vidissent, coeperunt me verberare, & pium Cornelium Diaconum. Cùm autē eos, qui erant ex populo, vocassemus in testimonium, sanctissimus Episcopus os nobis obstruebat, vnumquēq; rogans & admonens, nè irascerentur tam inconsideratè. Illi verò impij, quo magis rogabantur, eo magis furebant, & virtum sanctum afficiebant contumelia. Cùm igitur pergerent tumultuari, confirmatur & corroboratur pius Barochas, & impletur diuino zelo, surgitq; & arripit fustem, & incipit verberare eos, qui incidebant: & eos inuadit merus, & incipiunt cadere vnus super alium fugientes, eosq; est persecutus vsq; ad id, quod tunc erat Marneium, reuertiturq; cum magna victoria nouus noster Sampson, stratis ipse quoque mille alienigenis. Ab illo ergò tempore ipsum timebant idololatras, & nec eius quidem nomen audire poterant. Breui autem post tempore dignati sumus ordine diaconatus ego & pius Barochas: ego quidem plannè indignus, qui eum assequer: ille verò meritissimo iure id assecutus.

Barochæ  
verberat  
impios ido-  
lolatras.

Iudic. 13.

Videns autem sanctus pater noster Porphyrius nefaria, quæ quotidie fiebant ab idololatræ, statuit me mittere Byzantium, vt peterem ab Imperatoribus, vt diruerentur templa simulacrorum. Gazæ enim adhuc maximè celebrabatur, quod vocatur Marneium: & scriptis literis ad sanctissimum Episcopum Constantinopolitanum, cuius laus & gloria memoratur ab omnibus, nauiganimus, & spatio viginti dierum edperuenimus: & redditis literis beato Iohanni, ore eum omnia docui. Cùm primū autem audiisset, id significauit Eutropio Cubiculario, qui tunc erat assiduus apud Impera-  
torem

Iohannem  
Chryso-  
stomum dicit.



rorem Archadium. Cumq; ei legisset epistolas beati Episcopi, & petijset ab eo, vt concurreret cum literis, acceptis ab eo promissis, exijt, & dixit mihi: Quietò animo esto, o fili. Spero enim in Dominum Christum, quòd suam, sicut solet, sit facturùs misericordiam. Ego verò non cessabam quotidie cum admonere. Ille autem mittebat & instabat Eutropio. Septem verò post diebus pronunciatùr edictum Imperatoris, vt clauderentur simulacra Gazæorum ciuitatis, & nè consulerentur amplius. Traditur autem hic iussus in manus cuiusdam Hilarij, hominis subadiubæ Magistrì. Ego verò tribus post diebus egressus sum Byzantio, & spatio decem dierum peruenio in ciuitatem Gazæorum, septem diebus præueniens Hilarium. Inueni autem sanctissimum Porphyrium ægrotantem.

Postquam verò ei tradidi responsum beatiissimi Iohannis Episcopi Constantinopolitani, & id legit, lætitia affectus, conualuit à febre. Dicebat autem, se in morbum incidisse ex multa afflictione idololatrarum. Septem verò post diebus venit dictus Hilarius, habens duos commentarienses consularis, & multos adiutores ex Azoto & Ascalone, & omnes ministros publicos. Statim autem comprehendit tres primores, & accepta ab eis satisfactione, ostendit eis diuinum edictum, quod iubebat, vt clauderentur idolorum templa Gazæ ciuitatis. & euersis omnibus, quæ erant in eis, simulacris, ea clausit. Marnæ verò simulacrum fuit latenter consuli, pro eo plurimis acceptis pecunijs. Rursus autem faciebant, vt solebant, idololatrà nefaria. Contigit verò aliud fieri miraculù, quod multos prouocauit, vt venirent ad cognitionem veritatis. Deus enim, vt qui sit clemens & misericors, scit per occasiones conuètere genus hominum ad lucem suam, quæ mente percipitur. Fuit autem eiusmodi id, quod accidit:

Mulier quædam clara in ciuitate, nomine Aelia, cum esset paritura, incidit in magni periculum. Fuit autem hæc causa periculi. Foetus eius non exibat secundum naturam, sed conuersus erat ad id, quod est præter naturam, & cum vnam manù emississet, non poterat reliquum corpus educi: erat enim obliquum in vtero: nec poterant obstetrices id deducere ad id, quod est secundum naturam. Cruciabatur verò mulier dolore ineffabili, foetum tunc impellentibus ad enixum doloribus. Fuit autem maius dolorum incrementum, cum successisset primo secundus dies, & similiter tertius dies maiorem dolorem attulisset, quàm secundus. Creuerunt autem dolores vsque ad septem dies, semper additamentum malo accipiente. Quinetiam voluerunt Medici eius foetum execare: sed cum vidissent eius virtutem cecidisse, omnem spem planè abiecerunt. Eius ergò parentes & maritus eius Heros, cum essent dæmonum dediti superstitioni, pro ea quotidie faciebant sacrificium. Adducebant etiam incantatores & vates, existimantes se ex eis vtilitatis aliquid accepturos: sed nihil id proderat. Erat autem eis fidelis nutrix, quæ affecta maxima animi ægitudine, pro ea fundebat preces in adibus oratorijs. Quodam ergò die ea in ecclesia orante cum lachrymis, ingressus est sanctus Porphyrius circa horam nonam, & ego quoque cum eo. Videt autem antum tristém Deum orantem cum lachrymis, stansq; eam rogauit causam. Illa verò eum contemplata, præcidit ad eius pedes, rogans eum, vt pro ipsa rogaret Christum.

Postquam autem cognouit sanctus causam à muliere, ipse quoque est lachrymatùs, erat enim summè misericors. Dicit verò nutrici: Audio illam domum esse deditam cultui simulacrorum, & seruari posse difficiliter. Sed tamen Deus potest omnia. Etenim per occasionem seruat eos, qui erant perituri. Abi ergò, & congrega omnes cognatos, & parentes, & maritum, & dic eis: Quoniam est hic optimus medicus, qui potest eam curare, si fecerit vt ea euadat hoc periculum, quid ei dabitis? sunt autem omnino tibi multa pollicentur. Dic verò eis hoc quoque: Si eam curauerit, hoc quoque mihi promittite, quòd eum non falleris, nec ibitis ad alium. Fac eos omnes extendere manus ad cælos, & promittere eos esse facturos omnia, quæ sunt polliciti. Et quado hæc fecerint, dic patuerenti mulieri coram omnibus: Sanat te Iesus Christus filius Dei viui. crede in ipsum, & viues. Cum autem audiisset anus, quod beatus dixerat Episcopus, isq; eam Deo commendasset, cucurrit domum: & cum inuenisset omnes fientes, & mulierem in extremo periculo, rogauit eius parentes & maritum, nè angerentur animo. Dixit autem: Me ad vos misit optimus medicus, vt mihi promittatis, quòd si ea curetur, ipsum non negabitis. Cum verò audiissent eius parentes & maritus, dixerunt: Si voluerit omnes nostras facultates accipere, non recusabimus. videamus solum viuam nostram filiam.

Ineffabilis dolor mulieris ex partu non naturali.

filiam. Dixit autem nutrix: Manus vestras in cælum extollite, & fidem date vos non esse negaturos medicum. Illi verò alacri animo & cum lachrymis manus extenderunt, dicentes: Toto tempore vitæ nostræ eius erimus. Quamnam enim consolationem habituri sumus, si ea decedat? erat enim eis vnica, scitaque & elegans moribus, si vlla alia. Cum hoc autem audiisset nutrix, magna voce dixit coram omnibus: Dicit magnus Sacerdos Porphyrius: Iesus Christus filius Dei viui te curat. crede in eum, & viues. Statim verò mulier cum valde eiulasset, edidit foetum viuum. Omnes autem, qui illic sunt inuenti, obstupescit exclamauerunt: Magnus est Deus Christianorum: magnus est Sacerdos Porphyrius.

Dic autem sequenti parentes mulieris, & maritus & cognati & omnes necessarii, euntes ad beatum Porphyrium, procciderunt ad eius pedes, petentes Christi signaculum. Beatus verò cum eos signasset & fecisset catechumenos, dimisit illos in pace, præcipiens eis vt vacarent sanctæ ecclesiæ: & paulo post cum eos catechesi instituisset, baptizauit etiam infantem cum muliere. Vocauit autem nomen eius Porphyrium. Qui fuerunt verò illuminati propter occasionem mulieris, erant numero sexagintaquatuor. Quo magis autem videbant idololatrà multiplicari Christianos, eo magis efferebantur, & non sinebat eos obire officia ciuilia: sed eis vtebantur tanquam malis famulis. Videns autem rursus beatus Porphyrius magnam iniuriam, quæ fiebat Christianis, & non ferens, adspiciens verò probris & contumelijs appetitos, proficiscitur Cæsaream ad beatum Iohannem Archiepiscopum, & rogat eum cum lachrymis, vt præbeat ei quietem. Dicebat enim, se non posse amplius pati graua & absurda, quæ fiebant à Gazæis. Beatus autem Iohannes cum audiisset, rogabat eum, vt æquo & forti animo pateretur, & retineret Episcopatum. Respondens verò sanctissimus Porphyrius, dixit ei: Te attestor coram Deo, qui non est adspicibilis, & spem nostram Iesum Christum, Dominum omnis rei creatæ, & adorandum & viuificum sanctum spiritum, nè despicias meam petitionem, nè requiratur à nobis interitus animarum innumera-bilium. Sed rogo te, pater, vt mecum nauiges ad urbem regiam, vt rogemus Imperatores, rege cælesti annuente, vt euertant templa idolorum. Respondens autem beatus Iohannes, dixit ei: Fili, iusta quidem est petitio, sed non est aptum tempus. iam enim imminet conuersio hyemalis. Respondit beatus Porphyrius: Si vult nos Deus esse & Gazæ populum conuètere, potest etiam seruare in hyeme. Tu verò pater, eius fidens clementiæ & misericordiæ, id velis, & iter nobis succedet feliciter. Dicit ei beatus Iohannes: Fiat voluntas Christi.

Postquam autem beatus Iohannes est ei pollicitus, scribit ad me, vt quamprimum venirem Cæsaream, & afferrem mecum tres libros, & quadraginta tres nummos, qui ei restabant ex reditu sanctæ ecclesiæ. Ego verò acceptis literis, cum sumpsissem libros & nummos, protinus sum egressus: & cum venissem Cæsaream, inueni sanctissimos Episcopos paratos ad nauigandum. & cum post duos dies soluissemus, nauigamus vicesimo tertio mensis: & cum Dei benignitate fuisset nobis secunda nauigatio, spatio decem dierum appulimus ad Rhodum insulam. Erat autem tunc in insula, in auersa eius parte, quidam monachus, nomine Procopius, qui nunc est relatus in numerum angelorum. Dormijt enim quinque abhinc annis, cum vixisset vitam nulli culpæ affinem, in ieiunijs & vigilijs, & summa paupertate. Habebat verò donum quoque prophetiæ, & virtutem expellendi dæmones. Cum nos autem, vt dictum est, Rhodum appulissemus, & audiuissemus de vita sancti viri, necessarium duximus eum non præterire, sed eius angelica frui consuetudine: & cum rogauissemus, vbinam haberet monasterium, ad eum profecti sumus, nauigantes in cymba: & cum peruenissemus, pulsauimus ostium. Statim autem egressus, per se nobis aperuit, etiam si haberet apud se alium discipulum.

Cum autem adspexisset sanctissimos Episcopos, præcidens in terram, eos adorauit. Deinde surgens, me quoque, est osculatus & pium Eusebium Diaconum, quem secum ducebat sanctus Iohannes Archiepiscopus. & cum nos introduxisset in oratorium, retrocessit, dans priorem locum beatissimis Episcopis, dicens: Decet vos Sacerdotes habere priorem locum: me autem humilem & abiectum, & qui ordinationem non sum assecutus, posteriorem. Tunc cognouimus sanctissimum Procopium esse perspicendi potestate præditum. Cum enim nos nunquam adspexisset, neque de nobis audiuisset,

Multi accedunt ad Christi religionem.

Christiani male à Gazæis accipiuntur.

Nauigat vir sanctus Cæsariæ in insulam.

Procopij monachi encomion.

cognouit per spiritum eos esse Episcopos, beatissimos, inquam, Iohannem & Porphyrium, & idè eos affecit honore dicendi preces priori loco. Deindè post preces sedimus, & cum esset nobis locus multa animæ utilia, rogauit causam susceptæ itineris molestiæ. Beatus verò Porphyrius ei omnia narrauit de Gazæis, quantum sit eorum furor in colendis simulacris, & quàm multa mala ab eis patiantur Christiani: & quòd ea de causa ascendunt, vt rogent Imperatores, vt euertantur templa idolorum.

Procopius  
exreuelati-  
one docet  
sanctos epi-  
scopos, vt se  
Constanti-  
nopolim ge-  
tere debeant.

Cum autem audiisset sanctus Procopius Anachoreta, dixit: Domine Iesu Christe, conuerte tuos famulos à fraude diabolica, ad fidem illuminatam. Deindè dicit sanctissimis Episcopis: Nè sitis anxij animo, o patres. Deus enim, qui nouit zelum vestræ fidei, iter vobis diriget, & dabit omnia, quæ sunt vobis cordi. Agite ergò, ea vobis dabo monita quæ Deus reuelauit meæ humilitati. Primum conuenite sanctissimum Episcopum Iohannem, & cum eo preces ad Deum fundite, & ei rem exponite: & ipse est vobis consulturus ea, quæ ipsi reuelauit Dominus. Non potest enim loqui in palatio, quoniam ei irascitur Imperatrix Eudoxia. Ipse ergò vos commendabit Amantius Cubiculario domine, viro pio & qui habet in honore Sacerdotes: ipse vos introducet ad Imperatricem, & quando ad eam ingressi fueritis, vos est benignè exceptura. Exponite ergò ei rem vniuersam, & iubete eam valere, & exite. In secundo autem, ad eam ingressu, postquam vos eam huius rei admonueritis, dicite ei: Speramus in Christum filium Dei, quòd si rei præsentis studueris, est tibi daturus filium masculum. Cum hoc autem audièrit, est læta futura. est enim prægnans, & hic est mensis nonus, ex quo concepit: & est factura omnia, vt rem vobis reddat effectam Deo annuente.

Nos autem cum audissemus quod dixerat vir sanctus, & credidissemus ijs, quæ fuerat locutus, & ipse nos Deo commendasset, egressi sumus: & soluentes illo die, nauigauimus: & post alios decem dies peruenimus Byzantium: & accepto hospitio, die sequenti iuimus ad sanctissimum Archiepiscopum Iohannem. Cum verò cognouisset, quinam essemus, nos accepit magno honore & obseruantia. Nos autem rogauit, quam de causa hunc viam laborem sustinuissemus, & ei narrauimus: & cum cognouisset, recordatus est nos longo antè tempore hoc rogasse literis: & cum me agnouisset, benignè est complexus. Rogat verò nos, nè angamur animo, sed spem habeamus in Dei misericordia. Dixit autem nobis: Ego quidem non possum loqui cum Imperatore, cui enim me iritauit Imperatrix, quoniam eam reprehendi propter possessionem, quam cum concupisisset, eripuit. Et mihi quidem non est hoc curæ, quòd irascantur. Scipos enim læserunt, non me. Nam & si lædant meum corpus, animæ multò magis proderunt. hoc tamen relinquamus Dei misericordiam. De nostro autem edicto, si videatur Domino, cras accersam Eunuchum Amantium, qui est Eunuchus Imperatricis, & multum potest apud eam, & est verè Dei seruus, & ei rem exponam, & est magnum studium adhibiturus Deo annuente.

Nos verò, cum ille sic nobis promississet, & nos Deo commendasset, iuimus in nostrum hospitium. Die autem sequenti, iuimus ad sanctum, & inuenimus apud eum Cubicularium Amantium: rei enim nostræ curam gesserat. & eo accersito, de re nostra eum docuerat. Postquam autem ingressi sumus, & cognouit Amantius nos esse eos, de quibus cum ipso fuerat locutus, surgens adorauit sanctissimos Episcopos, facie inclinata in terram. Illi verò cum cognouissent quisnam esset, eum sunt complexi & osculati. Porro autem eis quoquè iussit sanctissimus Episcopus Iohannes ore proprio Cubicularium docere de re sua. Sanctissimus autem Porphyrius ei omnia narrauit de idololatriis, quemadmodum liberè & confidenter faciunt res nefarias: & quemadmodum affligunt & vexant Christianos. Ille verò audiens fleuit, & impletur zelo diuino, & dicit eis: Nè sitis anxij patres. Dominus enim Christus est defensor suam religionem. Orate ergò vos, & ego loquar cum Augusta, & spero in Deum vniuersorum, fore vt consuetam suam faciat misericordiam. Die autem crastino, vos ad eam introducam, & ipsa ore vestro à vobis docebitur, quæ vultis: inuenietis verò eam à me prius instructam. Cum hæc autem dixisset, nobis valere iussis recessit. Nos quoquè, cum multa spiritalia locuti essemus cum sanctissimo Archiepiscopo Iohanne, isq; nos Deo commendasset, recessimus.

Die verò sequenti nos accersit Cubicularius Amantius per duos Decanos, vt iremus in palatium: & surgentes, properè iuimus. Inuenimus autem ipsum nos expectantem.

tem. Qui accepit duos Episcopos, & eos introduxit ad Augustam Eudoxiam. Postquam verò eos adspexit, prior salutauit, dicens: Benedicite patres. Illi autem eam adorauerunt. Sedebat verò super aureum lectum, & dicit eis: Ignoscite mihi Sacerdotes Christiani propter ventris, quæ me premit, necessitatem. Debebam enim in vestibulo occurrere vestræ sanctitati. Sed propter Dominum orate pro me, vt quod est in vtero, in lucem edam cum Dei benignitate. Sanctissimi autem Episcopi admirati tantam eius demissionem, dixerunt: Qui benedixit vterum Saræ & Rebeccæ & Elizabeth, benedicat & viuificet id, quod est in tuo ventre. Postquã verò locuti sunt alia quoquè, verba spiritalia, dicit: Scio cur hunc viam laborem susceperitis, me enim prius docuit Amantius Eunuchus. Quòd si vos quoquè me vultis docere, iubete patres. Iussi autem, docuerunt omnia quæ pertinebant ad idololatrias, quemadmodum securè faciebant res impias, & quemadmodum sua potentia opprimebant Christianos, non sinentes eos obire vllum officium publicum, neque sua prædia colere, ex quibus vectigalia publica pendunt imperatoriæ potentiam. Cum hæc audiisset Imperatrix, dixit: Nè sitis anxij, patres. Spero enim in Dominum Christum filium Dei, fore vt persuadeam Imperatori ea facere, quæ decent vestram sanctam fidem, & vos hinc dimittat compotes desiderij. Abite ergò & vos reficite, estis enim defatigati, & orate, vt Deus opem ferat meæ petitioni.

Cum hæc autem dixisset, iussit afferri pecunias: & cum accepisset circà tres pugillos, dedit sanctissimis Episcopis, dicens: Hæc interim accipite ad expensas. Episcopi verò his acceptis, cum multum ei benedixissent, exierunt. Exeuntes autem, magnam pecuniam partem distribuerunt Decanis, qui præerant portis, adè vt pauca apud eos remanerent. Imperatrix verò, cum Imperator esset ad eam ingressus, docuit eum negocium Episcoporum, petijt autem, vt euertentur templa Gazæ. Imperator verò cum audiisset, agrè tulit, dicens: Scio illam ciuitatem esse deditam cultui simulacrorum, sed est in nos grato animo in pensitandis vectigalibus publicis: quæ quidem confert plurimam. Si ergò eorum templa repente diruamus, metu se in fugam conijcient, & perdemus tantum canonem. Sed si videtur, eos particulatim affigamus, idololatrias adimentes dignitates, & alia ciuilia officia, & iubeamus templa eorum claudi, & non amplius celebrari. Cum enim afflicti fuerint, ad omnes redacti angustias, agnoscent veritatem. Nam quod exuperat, si idem sit repentinum, graue est ijs, qui sunt subiecti. Imperatrix autem cum id audiisset, fuit magno dolore affecta, erat enim acris & feruens in fide. Imperatori verò hoc solum respondit: Dominus est opem laturus seruis suis Christianis, seu nos velimus, seu nolimus. Hæc nobis narrauit pius Amantius Cubicularius.

Die autem sequenti accersijt nos Augusta, & cum de more prior salutasset sanctos Episcopos, iussit eos sedere. Postquam verò locuti essent multa verba spiritalia, dicit eis: Locuta sum cum Imperatore, & aliquantum agrè tulit. Sed nè animo angamini. Deo enim volente, non sum cessatura, donec vobis satisfiat, & egrediamini affecti vestrum, qui est ex Deo, scopum. Episcopi autem his auditis, adorauerunt. Stimulatus verò sanctus noster Porphyrius, recordatus eius, quod dixerat beatissimus Procopius Anachoreta, dixit Imperatrici: Labora propter Christum, & ipse pro tuo labore est tibi daturus filium, qui viuet & imperabit, te vidente, & co fruenta multos annos. Cum hoc audiisset Imperatrix, repleta est lætitia, & ruber euasit eius vultus, & ei accessit maior ea, quam habebat, pulchritudo. ea enim, quæ apparent, ostendunt ea, quæ latent. Dicit itaq; sanctissimis Episcopis: Orate patres, vt quomodo dixistis, Deo volente, pariamus masculum: & si hoc factum fuerit, polliceor vobis me facturum omnia, quæ petitis. Quia etiam aliud quoquè, quod non petijstis, sum factura, Christo annuente. Sanctam enim ecclesiam ædificabo Gazæ in medio ciuitatis. Abite ergò in pace, & quiescite, assidue pro me rogantes, vt cum Dei benignitate pariam: & paulopost id implebo. Cum ergò valedixissent Episcopi, & eam Deo commendasset, egressi sunt ex palatio. Precabamur autem, vt pareret masculum. credebamus enim ei, quod dixerat sanctus Procopius Anachoreta. & ibamus quotidie ad sanctissimum Iohannem Archiepiscopum, & fruebamur sanctissimis eius eloquijs dulcioribus super mel & fauam. Veniebat verò ad nos Amantius Cubicularius, aliquando quidem ferens responsa Imperatricis: aliquando autem etiam, vt nos conueniret.

Paucis autem post diebus patit Imperatrix masculum, & imponunt ei nomen Theodosium, quod erat nomen eius aui Theodosij Hispani, qui imperauit simul cum Gratiano.

Eudoxia reuerenter accipit episcopos.

Eudoxia Archadium hortatur, vt euertat templa demonum apud Gazæos.

Præclara laus S. Iosannis Chrysofomi.

Theodosius iunior nascitur.

tiano. Natus verò iunior Theodosius, fuit in lucem editus in purpura. Vndè etiã cum primùm fuisset natus, fuit renunciatus Imperator. Fuit autem magna lætitia in ciuitate, & fuerunt quidam missi per ciuitates, qui hæc renunciarent, donaq; & munera. Domina verò cum primùm peperisset, & surrexisset è cella puerperij, misit ad nos Amantium, dicens nobis per ipsum: Ago Christo gratias, quòd per vestras sanctas preces Deus mihi donauit filium. Precemini ergò, patres, illi vitam, & mihi humili & abiectione, vt impleam ea, quæ sum vobis pollicita rursùs, ipso volente Christo, per sanctas vestras preces. Cum autè impleti essent septem dies à puerperio, nos accersit, & nobis occurrit in porta cubiculi, portans infantem in purpura. Inclinauit verò caput, dicens: Benedicite patres mihi & filio, quem donauit Dominus per sanctas vestras preces. Infantem quoq; tradidit, vt ipsum signarent. Sancti autem Episcopi & ipsam & infantem signauerunt signo crucis: & cum peccati essent, sederunt.

Postquam autem ipsi locuti essent multa verba plena compunctione, dicit eis domina: Scitis patres, quid de re vestra statui facere? Dominus verò meus Porphyrius respondens, dixit: Quæcunq; statuisti, ex Deo statuisti, etenim in hac nocte reuelatum fuit meæ humilitati per visionem, me esse Gazæ, & stare in delubro, quod illic vocatur Marnium, & tuam pietatem mihi tradere euangelium, & dicere: Accipe, lege. Ego autem cum aperuissem, inueni locum illum, in quo dicit Dominus Christus Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Tu verò, domina respondens, dixisti: Pax tibi, esto fortis & strenuus. Post hæc autem sum excitatus: & ex hoc persuasum habeo, fore vt Dei filius tui animi instituto opem ferat. Dic verò nobis domina, quid statueris. Imperatrix respondens, dixit: Si Christo placuerit, paucis post diebus dignabitur infans sancto baptisinate. Ite ergò, & facite supplicationem, & petite in ea, quæcunq; volueritis: & quando egressus fuerit infans ex venerando baptisinate, tradite supplicationem ei, qui ipsum portabit: ego autem docebo eum, quid facere oporteat: & spero in Dei filium, eum rem totam esse dispensaturam è voluntate suæ clementiæ. Nos autem his promissis ab ea acceptis, cum ei & infanti multum benedixissemus, egressi sumus, & euntes fecimus supplicationem, in charta multa ponentes, non solum euersionem simulacrorum, sed etiam priuilegia dari sanctæ ecclesiæ & Christianis, & præberi redditum. erat enim pauper sancta ecclesia.

Cum autem dies præterisset, venit dies, in quo erat illuminandus nouus Imperator Theodosius, erat verò coronata & ornata vniuersa ciuitas holoserico & auro, & omni alio ornamento, adeò vt non posset quispiam explicare ornatum ciuitatis. Quin etiam fluctuantem habitatorum multitudinem, licebat intueri variatam multiplici & diuerso genere vestium. Non est autem mearum virium dicere splendorem illius ornatus, sed illorum, qui sunt in dicendo exercitati: ego verò transibo ad præsentem veram conscriptionem. Baptizato iuniori Theodosio, & ab ecclesia egresso in palatium, licebat rursùs intueri virtutem eorum, qui præerant multitudini, & vestem eorum resplendentem. erant enim omnes candidati, vt existimaretur multitudo esse niue repleta. Præcedebant autem Patricij, illustres, & omnis dignitas cum ordinibus militaribus, omnes portantes cereos, vt putarentur astra cerni in terra. Erat verò prope infantem, qui portabatur, ipse quoq; Imperator Archadius, vultum habens hilarem & nitidum magis quàm ea, quam gestabat, purpura. Vnus autem ex Proceribus portabat puerum in splendida veste. Nos verò admirati sumus, videntes tantam gloriam. Dicit autem nobis S. Porphyrius: Si ea, quæ paulò post euanescent, tantam habent gloriam: quanto magis cælestia, quæ sunt parata sanctis, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt? Stetimus autem nos in vestibulo sanctæ ecclesiæ, habentes etiam chartam supplicationis.

Postquam verò fuit egressus à baptisinate, exclamauimus dicentes: Rogamus tuam pietatem, chartam quoq; porrigentes. Cum autem adspexisset is, qui gestabat puerum & cognoscebat rem nostram, (eam enim priùs didicerat à domina) iussit chartam ei accipi, & cum accepisset, constitit: iussit autem fieri silentiũ, & cum soluisset, legit partem: & cum inuoluisset, subiiecit manũ capiti infantis: & cum id inclinasset, clamauit coram omnibus: iussit eius potentia ea fieri, quæ sunt in supplicatione. Omnes autem cum adspexissent, sunt admirati: & adorabant Imperatorem, eum beatũ pronuncian-

Visio S. Porphyrij.

Matth. 16.

Theodosius baptizatur.

Omnes ferunt cereos.

Esa. 64. 1. Cor. 2.

ciantes, quòd dignus esset habitus, qui videret in vita filium imperantem: exultabat autem audiens. Imperatrici quoque Eudoxiæ fuit annunciatum, quod factum fuerat propter suum filium. Lætata est autem, & genibus flexis Deo egit gratias. Ingresso verò infante in palatium, ei occurrit domina, & eum accepit & osculata est: & eum portans, ipsum quoque salutauit Imperatorem, dicens: Beatus es domine, propter ea, quæ viderunt oculi tui in vita tua, & Imperator lætabatur audiens. Cum autem Imperatrix eum vidisset hilarem, dixit: Si videtur, sciamus quidnam continet supplicatio: vt omninò fiant, quæ in ea continentur. Imperator verò iussit legi chartam: & postquam lecta fuit, dixit: Grauis quidem est petitio: sed grauior est recusatio, quoniam hæc est prima iussio nostri filij. Dicit autem ei domina: Non solum prima iussio, sed etiam in hoc sancto habitu & pietatis gratia supplicatio, & petita à viris sanctis. Vix tandem annuit Imperator, cum domina valde ei instaret. Hæc omnia renunciauit nobis pius Amantius.

Eudoxia permouet Archadiũ, vt tandem annuat precibus S. Porphyrij.

Die autem sequenti nos accersit Imperatrix: & cum de more prior salutasset sanctos Episcopos, iussit sedere, & dixit eis: Vestris precibus concessit mihi Deus rem vestram, idque factum fuit eius auxilio. vidistis autem, quam via & ratio sum vsa. Sed si videtur, crastinò die accersam Quæstorem, & coram vobis iubebo, vt conuenienter ei, quod continet supplicatio, fiat rescriptum diuinum ex nomine duorum Imperatorum: & vt semel dicam, faciat omnia quæ consequuntur. Episcopi autem, his auditis, ei multum benedixerunt, & eius filio, & Imperatori. Cumq; multa alia differuissent animæ vtilia, postquam valedixissent, exierunt. Die verò sequenti accessit Quæstorem & nos. Dicit autem ei: Accipe hanc chartam, & conuenienter ei, quod in ea continetur, diuinum rescriptum manda literis. Quæstor verò, accepta charta, diuinum rescriptum distulit celeriter, nobis presentibus. Ei autem suggestimus, vt duces & consulares & res eorum deputaret ad ferendam nobis opem. Postquam verò perfectum fuit diuinum rescriptum & subscriptum, rogauimus dominam, vt hoc negocium mandaretur alicui viro illustri. Iussit autem Amantio quærerere virum bono zelo præditum Christianum, cui hoc negocium deberet committi. Multi enim ex ijs, qui tunc erant in dignitatibus, simulatè habebant fidem, de quibus sumpsit pœnas diuina iustitia. Cum enim rescisissent Imperatores, eos non rectè se habere circa fidem intemeratam, eos priuauerunt suis dignitatibus, eosq; & in corpore punierunt, & multauerunt pecunijs. hæc autè facta fuerunt antea. Quocirca iussit Augusta negocium nostrum committi viro Orthodoxo. Commissum verò fuit cuidam nomine Cynegio ex consistorio, qui fuit vir admirabilis & fide feruens. Eo autem accersito, iussit Augusta, vt omnia idola vsq; ad solum euerteret, & igni traderet. Porro ei quoq; manu sua dedit pecunias, dicens: Accipe ad sumptus, & nihil capias à sanctissimis Episcopis.

Cum talia autem mandata accepisset à domina, egressus est promptior & alacrior. Cum transgressus verò reliquum hyemis, & fecissemus sanctos dies festos paschales & diem resurrectionis, parabamus nos ad nauigandum. Rogauimus autem admirabilem Amantium, vt id significaret dominæ, vt eam iuberemus valere. Ille verò cum hoc audisset, fuit magno dolore affectus, propterea quòd nos essemus nauigaturi. nos enim tantum dilexit, vt ipse rogaret dominam, vt eum dimitteret ad orandum in sanctis & venerandis locis. Timebat autem domina eum dimittere, nè si illuc iret, fieret monachus, & ibi maneret. Sciebat siquidem viri vitam, erat enim reuera nulli culpæ affinis, multas præbens elemosynas, & perpetuò ieiunans, & multos hospitio accipiens, & concurrens ad pios vsus. Hactenus quidem de pio Amantio: Dominæ verò de nobis significauit, & ingressi sumus ad eam, & dicit sanctissimis Episcopis: Quando Deo volente nauigabitis? Illi autem dixerunt: Propterea sumus ingressi, vt iuberemus tuam valere potentiam. Illa autem dixit: Recordamini semper me & mei filij. Iussit verò protinùs afferri pecunias. Quæ cum fuissent allata, dixit domino meo Episcopo Porphyrio: Accipe pater hæc ducenta, & ædifica, quam sum pollicitus, ecclesiam in medio Gazæ: & significa mihi, si opus habueris pluribus pecunijs, & eas statim mittam. Construe etiam Xenodochium, vt excipias fratres, qui veniunt in tuam ciuitatem, & tribus diebus eis sumptum præbeas. Dedit autem sanctissimo quoque Iohanni aureos mille, & vasa preciosa vtrisque. Ad sumptus verò dedit vtrisque ad centum aureos.

Dies festi Paschales.

Præclare Amantij Eunuchi virtutes.

Eudoxie liberalitas.

Obtinuit autem prædictus sanctissimus Iohannes Episcopus Cæsareæ, quæcunq; voluit

Item Ar-  
cadij Impe-  
rat.

uoluit priuilegia ratione suæ ecclesiæ. Cumque peccati essent, & multum benedixissent dominæ & eius filio & Imperatori, exierunt. Rogarunt etiam, ut ingrederentur ad Imperatorem. Imperator autem eos interrogauit, an essent omnino expediti, & an Augusta eis aliqua donasset. Ipsi vero dixerunt: Sumus omnino expediti à sospite vestra pietate, & pia vestra coniuge, & à filio vestro, quem Deus custodiat, fueruntque multa & magna nobis donata. Statim autem iussit etiam Imperator Præfectis, eis dare ex publicis vectigalibus Palæstinæ circa viginti libras auri. Dedit autem ipse quoque, pro sumptibus circiter unum pugillum, qui inuentus est continere circiter nummos quinquaginta. Cum vero ei quoque multum benedixissent, sunt egressi. Egimus autem in ciuitate alios tres dies, donec accepimus legationem quadraginta librarum. & post tres dies nauem ascendentes, nauigauimus Gazam, viciniam tertio Xanthici, qui est apud Romanos octauusdecimus Aprilis.

Propter  
nauclem  
Arrianum  
horrida ex-  
istit tem-  
pestatas.

Præclarissimus vero post nos egressus est Cynegius, vsus publico nauigio. Peruenimus autem Rhodum spatio quinque dierum, valde vero studebamus ire ad sanctum Procopium Anachoretam. Cumque nos valde rogasset nauclerum, ut nobis concederet tres horas, non concessit, dicens: Non possum ventum inuenire tam secundum. Nos autem ei dicebamus: Possunt preces sancti viri nos seruare, & dare nobis ventum secundum: nauclerus autem indignatus, non admisit nostram petitionem. Sed cum aquati fuisset, soluius. Valde vero cruciabamur, quod non licuisset nobis eum conuenire. Precibus ergo ab eo petimus, ut nobis ignosceret, & pro nobis oraret ut salui effemus, & effectum redderemus opus, quod fuerat nobis commissum. Cum ergo Rhodo nauigasset, & duos dies in maris tranquillitate & serenitate felix fuisset nobis nauigatio, repente oritur tempestas, ventique, & fulgura & tonitrua, & in altum tollebantur fluctus instar montium, & attollebatur nauis, ut nos existimaremus eam nubes tangere. Erant autem clamores & lachrymæ & oratio ad Deum: implorabamus quoque preces sancti Procopij Anachoretæ. Cumque fuisset vespera, & tempestas non cessaret, permansimus vigilantes totam illam noctem: circa matutinum autem ex multa afflictione parum dormitarunt sanctissimi Episcopi, & videt in somnis dominus meus Porphyrius sanctum Procopium Anachoretam, dicentem eis: Nauclerum catechismo instituite & obsignate, (est enim ex execranda hæresi Arrij) & efficit, ut ipse anathemate notet Arrium, & malam eius fidem, & statim cessabit tanta tempestas. Propterea enim, quod sit ipse ex dicta hæresi, non concessit vobis, ut ad me veniretis. Eum tamen catechesi instituite, est enim rectam doctrinam à vobis accepturus.

Mira res,  
abiurata à  
nauclo  
Arriana hæ-  
resi, cessauit  
maris tem-  
pestatas.

Hæc cum audisset sanctus noster Porphyrius, fuit excitatus, & nobis accersitis narrauit, que viderat in somnis. Statim vero vocato nauclero, ei diximus: Vis nauem tuam esse saluam, & nos omnes, & ante omnia tuam animam? Ille autem dixit: Non est hoc rogandum. Ei vero dixerunt Episcopi: Abnega malam tuam fidem, & crede in rectam fidem: & saluus eris tu, & nauis, & omnes nos. Dicit eis nauclerus: Quoniam video vos habere præscientiam, (comprehendistis enim, quæ erant in corde meo, cum nemo id vobis renunciauerit) Ecce dico vobis: credo, ut creditis, & abnego hæresim Arrij. Rogo autem vos, ut per ocium me ex sanctis scripturis illuminetis in recta fide. Sancti vero Episcopi eum acceperunt & obsignarunt, super eum suis precibus, & eum quoque impertierunt diuinis sacramentis. Interim autem cessarunt fluctus, & vesperè mutatus fuit ventus, & feliciter nauigauimus: & cum fuisset in pelago alios quatuor dies, quinto mane ad nauigauimus in maritimam partem Gazæorum, quam vocant Maiumam. Postquam autem descendimus, nos cognoscentes, qui illic erant Christiani, exceperunt cum Psalmodia. Similiter vero ex ciuitate quoque, cum audiuissent, occurrerunt nobis, habentes signum venerandæ crucis, & ipsi psallentes. Commixti sunt autem, qui erant ex duobus locis, & facti sunt non paruum populus. Erant enim plures, qui erant ex maritima, propterea quod haberent multos Aegyptios vini mercatores. Idolorum vero cultores, videntes ea, quæ fiebant, dissecabantur: sed nihil audebant facere, quoniam audiuerant, in quanto honore fuissent habiti sanctissimi Episcopi apud Imperatores, & quod essent euertenda simulacra: & magna angebantur cura & animi ægitudine.

Postquam autem fuimus ingressi ciuitatem, in loco, qui vocatur Tetramphodos, id est,

est, quadriuium, stabat statua marmorea, & dicebant eam esse Veneris, erat autem simulacrum Veneris tur-  
pra aram marmoream: statuæ verò effigies erat nudæ mulieris, quæ habebat aperta to-  
ta sua pudenda. Statuam autem in honore habebant omnes ciues, maximè verò mulie-  
res, lucernas accendentes. Dicebant enim eam in somnis responde-  
re ijs, quæ volunt inire matrimonium. Decipiebant autem se inuicem mentientes. Se-  
pè vero iussi à demone contrahere matrimonium, tantum abfuit ut id rectè eis procede-  
ret, ut inter eos fierent diortia, aut malè cohabitarent. Hæc cognouimus ab ijs, qui fu-  
erant auersi ab errore, & veritatem agnouerant. Quinetiam nonnulli idololatræ, non  
ferentes calamitates grauium coniugiorum, quæ iussi fuerant contrahere à demone  
Venere, succentes, confessi sunt deceptionem. Tales enim sunt demones, ut qui de-  
cipiant, & nihil unquam veri dicant. Neque enim possunt aliquid certè præscire: sed ex ve-  
risimilibus præ se ferunt se præscire apud eos, qui eis seruiunt. Quomodo enim possunt  
verum dicere, qui exciderunt à veritate? Quod si in aliquibus contingit eos diuinare,  
hoc fit ex eo, quod euenit: quomodo etiam accidit in hominibus, ut sepe quedam præ-  
dicant futura de re, quæ est euentura. Ea ergo quæ ex ijs, quæ accidunt, successerunt, quod  
quidem rarè sit, admiramur. Quæ autem coniectura non assequimur, quod quidem fit  
assiduè, silemus. Hactenus quidem de demonibus & de eorum deceptione.

Dæmones  
ut ventura  
prædicant.

Cum nos ergo, ut dictum est, nauigasset in ciuitatem, & venisset in locum, in  
quo erat dictum simulacrum Veneris, portarent autem Christiani venerandum li-  
gnum Christi, hoc est, figuram crucis, videns demones, qui habitabat in statua, nec vide-  
re sustinens signum, quod ferebatur, turpiter egressus ex marmore, deiecit ipsam sta-  
tuam, & confregit eam in multa fragmenta. Accidit verò, ut duo idololatræ starent pro-  
pe aram, in qua stabat statua: & corruens, vnus quidem caput fregit in duas partes, alte-  
rius autem humerum & brachiale. Stabant enim ambo, sanctum populum subannan-  
tes. Multi autem ex gentilibus, cum vidissent signum quod factum fuerat, crediderunt,  
& commixti cum laicis, vnà cum eis sunt ingressi in sanctam ecclesiam, nomine Irenen.  
Fuit autem illo die magnum gaudium inter Christianos, tribus de causis: Primum qui-  
dem, quod sanum recepissent sacerdotem, & qui ea fecerat quæ desiderabat. Secundò,  
quod contriti essent dii gentium, & facti essent tanquam puluis, qui dispergitur ab area  
æstiuæ: quinetiam similiter atque ipsi contracti sunt, qui confidebant in eis. Tertio au-  
tem & maximè, quod conseruata sunt animæ, quæ errabant, & accesserunt gregi Chri-  
sti. Cum eos verò obsignasset Episcopus, dimisit in pace, iubens ut vacarent sanctis scri-  
pturis, erant verò viri numero XXXII. & septem mulieres. Cum duos autem alios di-  
es fuisset Gazæ Iohannes Archiepiscopus, profectus est Cæsaream: quæ Christiani omnes  
& sanctus Episcopus deduxerunt vsque ad duo milliaria.

Vide virtus  
tem vene-  
randæ figuræ sanctæ  
crucis.

Post decimum autem diem venit admirandus Cynegius, habes secum Consular em  
& Ducem, & magnam manum militarem & ciuilem. Præsciuerunt verò multi ex idolo-  
latris, & exierunt à ciuitate: alij quidem in vicos, alij autem in alias ciuitates, erant verò  
complures ex diuitibus ciuitatis. Eorum autem ædes, qui fugerant, annotauit quem di-  
ximus, Cynegius. Die autem sequenti, accersitis ciuibus, præsentibus Duce & Confu-  
lari, aperuit eis literas imperatorias, quæ iubebant, ut euertentur simulacra & delu-  
bra, & igni traderentur. Cum primum verò id audiissent idololatræ, euertunt magna  
voce, aded ut id egrè tulerint magistratus, & in eos cum minis miserint milites, qui eos  
virgis & clauis verberabant. Christiani autem cum magno gaudio laudibus prosequen-  
bantur Imperatores & magistratus. Statim verò cum magistratibus & cohortibus mi-  
litaribus impetum fecerunt & euertunt delubra. Erant autem in ciuitate simulacro-  
rum publica templa octo: nempe Solis, & Veneris, & Apollinis, & Proserpinæ, & Heca-  
tes, & quod dicebatur Hierion, seu sacerdotum. & Fortunæ ciuitatis, quod vocabant  
Tycheon, & Marnion, quod dicebant esse Critæ generis Iouis: quod existimabant esse  
gloriosius omnibus templis, quæ sunt vbique. Erant autem alia quoque plurima simu-  
lacula in ædibus & pagis, quæ nemo posset numero subijcere. Demones enim cum Ga-  
zæorum animam ut ductilem apprehendissent, errore impleuerunt vniuersam ciuita-  
tem, & quæ circuncircà sita erat, regionem, hoc autem eis accidit ex nimia simplicita-  
te. Quamobrem traducti ad sanctam fidem, fiunt magno zelo incitati Christiani. Hactenus  
quidem de Gazæis.

Delubra de  
monū euer-  
tunt Gazæ.

Iussi ergo milites, cum Christianis ciuitatis & maritima eius parte, impetum fecerunt



in simulacra. Et primum cum voluissent euertere simulacra & Marnium, repulsi sunt. Illis enim idoli sacerdotes, cum prius de eo audiuissent, portas interioris templi intrinsecus magnis lapidibus obstruxerunt: & cum exportassent in ea, quæ dicuntur adyta, quæcunque erant vasa in templo preciosa: quinetiam ipsa deorum ipsorum animalia, illic occultauerunt: & per ipsa adyta fugerunt per alias vias. Dicebant enim, dicta adyta habere multas vias in diuersa loca. Repulsi ergo, sicut prius dixi, conuersi sunt ad alia simulacra: & alia quidem euerterunt, alia verò igni tradiderunt. Cum ergo rapuissent omnia, quæ in eis erant, vasa preciosa, sanctus autem Porphyrius anathemati subiecisset in ecclesia quemlibet ciuem Christianum, qui ex delubris aliquid accipit ad lucrum proprium: nullus ex fidelibus ciuibus aliquid accepit, nisi milites, & qui illic inuenti sunt aduenæ. Obibat ergo cum laicis ex clero viri pii, & ipse sanctus Porphyrius Episcopus, reprimentes eos, nè aliquid acciperent. Fuerunt verò decem dies euercentes templa simulacrorum.

Post dictos autem dies consilium ceperunt, quonam modo vterentur Marnio, & quid ei facerent. Alij enim dicebant, id debere effodi: alij autem, comburi: alij, locum purificari, & sanctificari ad Dei ecclesiam. & erat de ea re magna deliberatio. Tandem sanctus Episcopus edicit populo ieiunium & orationem, vt eis reuelet Dominus, quidnam eos facere oporteat. Cumque illo die ieiunassent, & Deum de hac re precati essent, vesperè peregrerunt sanctam synaxim. Cum perageretur autem, puer circiter septem annos natus, stans cum matre propria, repente exclamauit, dicens: Comburite intus templum vsque ad solum. Facta sunt enim in eo multa graua, & maximè hominum sacrificia. Id verò hoc modo comburite: Afferte picem humidam, sulfur, & seuum porcinum, & hæc tria commiscete, & vngite portas æneas, & ignem in eas iniicite, & sic totum templum comburetur. Non potest enim aliter fieri. Id autem quod est exterius, finite cum ambitu: & postquam fuerit combustum, purgantes locum, ædificate illic sanctam ecclesiam. Dicebat autem hoc quoque: Testificor vobis coram Deo, nè fiat aliter. Neque enim ego sum, qui loquor, sed Christus, qui in me loquitur. Hæc autem dixit lingua Syriaca. Postquam verò audiérunt, omnes admirabantur & Deum glorificabant.

Venit autem hoc miraculum etiam ad aures sancti Episcopi: & cum manus suas ad celum extēdisset, Deum glorificauit, & dixit: Gloria tibi Pater sancte, quoniam abscondisti à doctis & sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Iussit autem puer suam quoque matrem, postquam dimissa esset ecclesia, inueniri in episcopi ædibus. Separato itaque puero, dixit Episcopus mulieri: Adiuro te per filium Dei viui, vt dicas, an suggestionem tuam aut alicuius alterius, te sciente, filius tuus illa est locutus, quæ dixit de Marnio. Mulier autem cum hæc audiuisset, dixit: Tradò me ipsam terribili & tremendo Christi tribunali, si vnquam præsciui aliquid ex ijs, quæ filius meus hodiè est locutus. Sed si videtur tibi, eccè accipe puerum, & cum minis de eo habe quæstionem: & si dixit alicuius suggestionem, metu confitebitur: Sin verò nihil aliud dicet, est euident, quod à spiritu sancto fuit inspiratus.

Cum hoc audisset Episcopus, quod dixerat mulier & laudauisset, iussit eam paululum secedere, & introduci puerum. Cumque adductus esset puer, dixit ei: Quis tibi suggestit, vt loquereris in ecclesia illa, quæ es locutus de Marnio? Puer autem tacebat. Iussit verò sanctissimus Episcopus afferri flagellum, & extendi puerum ad hoc, vt ab eo terreretur. Ille autem tenens flagellum, alta voce clamauit, dicens: Quis tibi dixit, vt loquereris? dic, nè flagello cædaris. Puer verò stabat mutus, nihil loquens. Tunc nos, qui eramus circa ipsum, hæc ei cum minis diximus, ille autem erat immobilis. Tandem postquam omnes cessassent, os suum aperies, dixit puer lingua Græca: Vrite templum, quod est intus, vsque ad solum. Multa enim graua in eo facta sunt, & maximè hominum sacrificia. Hoc autem modo id vrite: Afferte picem humidam, & sulfur, & seuum suillum, & miscete hæc tria, & vngite portas æneas, & ignem eis immittite: & sic templum comburetur. Aliàs enim non potest fieri. Quod est exterius autem, finite cum ambitu: & postquam fuerit combustum, expurgato loco, statuite illic sanctam ecclesiam. Testificor enim vobis coram Deo, nè posse aliter fieri. Non enim ego sum, qui loquor, sed qui est in me Christus. Admiratus est autem sanctissimus Episcopus Porphyrius, & omnes qui cum eo erant, audita pueri libera loquendi fidutia, & quod partitè & distinctè

Ieiunio & oratione quæ non obtinetur à Deo:

Matt. 11.

Puer loquitur Græcè, cum nunquid didicisset.

for. \* ego

esset locutus. Accersita verò matre, eam interrogauit, an ipsa aut filius eius sciret linguam Græcam. Illa autem iureiurando affirmabat, neque se, neque suum filium scire Græcè. Cum hoc rursus audiuisset sanctissimus Porphyrius, laudauit Dominum: & afferens tria numismata, ea dedit mulieri. Puer autem cum vidisset numismata in manu matris suæ, exclamauit, dicens lingua Syriaca: Nè accipias mater, nè tu quoque auro vendas donum Christi. Rursus autem cum id audiuisset, summè mirati sumus. Mulier verò reddidit tria numismata, dicens Episcopo: Ora pro me & filio, & commenda nos Deo. Sanctus autem Episcopus eos dimisit in pace.

Manè verò congregatis religiosi Clericis & Christi amante populo, & præterea admirabili quoque, Cynegio & magistratibus, dixit eis, quomodo locutus est puer de Marnio. Cum autem audiuissent, mirati sunt, & communi consensu dixerunt, vt sicut dixerat puer, sic combureretur. Allata ergo pice humida, & sulfure, & seuo suillo, & his tribus mixtis, vnixerunt portas interiores: & fasis precibus, ignem admouerunt, & statim vnuerfum templum cum arripuit, & fuit exustum. Quotquot autem milites & hospites poterant, rapiebant ex igne, quæ inueniebant, seu aurum, seu argentum, aut ferrum, aut plumbum. Erat verò illic quidam ex Præfectis militaribus, quos vocant Tribunos, qui aderat combustioni templi. erat autem, vt apparebat, Christianus: in occulto verò erat idololatra. Hic ergo cum interesset, & videret conflagrationem & direptionem, quæ fiebat à militibus, dissecabatur: & sub prætextu, quod curaret vt seruarent ordines, flagellis crudeliter cedebat, quem inueniebat ferentem aliquod spoliū. Cum hæc fierent, & ab igne corrupti essent parietes, repente lignum ardens incidit in Tribunal, & ei duplicem affert mortem. Perfracto enim capite eius, vsit reliquum corpus: & statim fideles milites & Christi amans populus, scientes eum esse propensum ad simulacra, Deum glorificauerunt, & dixerunt illum psalmum, qui dicit: Quid gloriaris in malitia, potens iniquitate? Tota die iniustitiam cogitauit lingua eius. Tanquam nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam magis, quam bonitatem: iniustitiam magis, quam loqui iustitiam. Dilexisti omnia verba submersionis, linguam dolosam. Propterea Deus destruet te in finem: euellet te, & emigrare te faciet ex tabernaculo tuo, & verbum tuum ex terra viuentium. & quæ deinceps sequuntur in psalmo. Dies verò plurimos perpetuò arsit templum.

Postea autem facta est etiam domorum perscrutatio. erant enim multa simulacra in plurimis atrijs: & quæ inueniebantur, partim quidem igni tradebantur, partim autem in coenium iaciebantur. Inueniebantur libri quoque pleni prestigijs & incantationibus, quos quidem dicebant sacros, ex quibus sua faciebant mysteria & alia nefaria idololatrarum. Ipsi quoque eadem passi sunt, quæ dii sui. Accurrebant autem multi ad sanctam fidem, alij quidem metu, alij verò condemnantes priorem suam viuendi rationem. Omnibus verò portas sancta aperiebat Ecclesia. Meminerat enim sanctæ scripturæ, quæ dicit: Pulsanti aperietur: & qui querit, inuenit. Et rursus: Siue prætextu, siue veritate Christus annuncietur. Dicebant autem quidam ex fidelibus sancto Episcopo, non oportere eos accipere, qui accedunt propter metum, sed eos, qui bono proposito. Sanctus verò Episcopus dicebat ijs, qui hæc dicebant:

Sunt etiam virtutes, quæ casu & calamitate accidunt hominibus. Quomodo qui seruum aliquem possidet improbum & ingratum, prius eum admonet, vt sit semper memori & grato animo: Postquam autem eum nullo modo videt parere admonitioni, ei decetero metum infert necessariò, plagasque & vincula, & alia huiusmodi: non volens eum perdere, sed seruare, & agnoscere id, quod oportet. Talem etiam Deum existimate, qui fert patienter nostrum ingratum animum: sæpè autem suadet, quæ sunt nobis utilia, per scripturas & alios viros sanctos. Nobis verò non parentibus, volens omnino, vt bonus & benignus nos possidere, & non repellere, nobis infert suum timorem & disciplinam, nos inuitans, vt cum necessitate agnoscamus id, quod oportet. Quamobrem dicit scriptura: Quando interficiebat ipsos, tunc querebāt eum, & conuertebantur, & manè vigilabant ad Deum. Et rursus dicit propter eos, qui resiliunt & iugum à Deo excutiant: In camo & freno confringes maxillas eorum, qui non appropinquāt ad te. Oportet ergo, o filij mei, admonere humanitatē per metus & minas & disciplinam. Propterea rursus dicit: Bonum est, quod humiliasti me, vt dicam iustificationes tuas. Hæc autem à me dicta sunt propter eos, qui volunt accedere ad nostram sanctam fidem. Nami

& si

Marnium comburitur et diripitur.

Tribunus simulacrum Christi ad simulacra, nus diuinitus puluitur Psal. 51.

Inquirunt per domos simulacra & libri impij.

Matth. 7. Philip. 1.

Psal. 77.

Psal. 31.

Psal. 118.

& si dubitantes accesserint, potest eos mollire tempus, Christo annuente. Vt autem aliud quoque vobis renunciem: si non conspecti fuerint fide digni, vt qui iam fuerint in mali habitu: qui ex eis nascuntur, possunt esse salui, vt qui cum bono conuerterentur.

Apud Gae-  
zos crevit  
religio  
Christiana.

Cum hec sanctus dixisset Porphyrius, & persuasisset fratribus, accipiebat omnes, qui volebant illuminari, catechesi eos instituens multis diebus, non solum ante baptismum, sed etiam postea. Assidue enim docebat verbum, non splendida & magnifica vtēs oratione, & se volens ostentare: sed simplici vtens dictione, & omnia soluens ex scriptura. Accesserunt ergo illo anno gregi Christi circiter trecenta nomina, & ab illo tempore augmentum accipiebant singulis annis res Christianorum. Marnio vero omnino exusto & constituta ciuitate, statuit beatus Episcopus cum religioso clero & Christi amante populo, sanctam ecclesiam condere in loco exusto, quomodo ei reuelatum fuerat, quando erat Constantinopoli. propter quod etiam acceperat pecunias a religiosissima Imperatrice Eudoxia. Dimissis ergo magistratibus & Christi amante populo, retinuit partem auxiliij, ne fieret aliqua nouitas post eorum exitum. Non propter hoc autem solum: sed etiam, vt opem ferrent ad congregandam materiam aedificij dictae sanctae ecclesiae. Quidam autem consulebant, vt aedificaretur sicut positum fuerat idoli templum. Erat enim formae rotundae, circumdatum duabus porticibus, se inuicem interius subeuntibus: eius vero medium erat ad emittendos vapores constitutum, septentrionaleque; & extensum in altum. Habebat autem quaedam etiam alia, quae decebant simulacra, apta ad execranda illa & nefaria, quae fiebant ab idololatriis. In hac ergo forma & positura dicebant quidam aedificandam esse sanctam ecclesiam: Alij vero contradicebant, dicentes ipsam quoque posituram memoriam esse delendam. Qui autem hoc dicebant, persuadebant omnibus, vt qui recte dixissent. Dixit vero sanctissimus Episcopus: Hoc quoque relinquemus consilio.

Ecclesia Ga-  
zenis ad  
crucis figu-  
ra extructa.

Prou. 21.

Interim autem dum repurgatur locus, venit Magistrianus, epistolae afferens imperatoris semper memorandae Eudoxiae. Continebant vero literae salutationem & precum petitionem pro suo marito & filio. Erat autem in alia charta intra literas descripta forma sanctae Ecclesiae in figuram crucis, quomodo huc quoque Deo volente cernitur: & continebant literae, vt conuenienter dictae figurae sanctae conderetur ecclesia. Letatus est autem sanctus Porphyrius, cum legisset & vidisset formam descriptam. Sciebat enim hoc quoque factum fuisse ex diuina reuelatione, & meminit scripturae, quae dicit: Cor Regis in manu Dei. Continebant autem literae, preciosas quoque columnas esse mittendas & marmora. Eiecto autem cinere & ablatis omnibus abominationibus, relicta rudera marmorum Marnij, quae dicebant esse sacra & in loco inaccessio, maxime mulieribus, ea censuit sanctus Episcopus in crustari in platea ante templum, vt conculcarentur non solum a viris, sed etiam a foeminis, & canibus, & porcis, & bestijs. Hoc vero idololatriis fuit magis molestum, quam templi consecratio. Quamobrem complures ex eis, maxime autem mulieres, vsque in hodiernum diem marmora non ascendunt.

Processio  
cum effigie  
S. Crucis.

Psal. 94.

Breui autem post tempore edieit ieiunium vno die: & cum dimissae fuissent preces matutinae, iussit pius Episcopus quemlibet virum Christi amantem, afferre ligones & rastra & alia huiusmodi instrumenta. Hoc vero vespera prius edixerat, vt omnes mane inuenirentur parati: quod etiam factum est. Congregato autem populo cum dictis instrumentis in sancta ecclesia, quae appellabatur Irene, iussit omnes psallentes simul proficisci in Marnium, quod olim fuerat. Ipse vero sequebatur, portans sanctum Euangelium, & circa se habens plium clerum, reuerentiam imitans Christum cum discipulis. Praecedebat autem populum semper memorandus Barochas, venerandae crucis portans effigiem. Ab utrisque vero partibus populi, erant milites, qui relicti fuerant ad continendam in officio ciuitatem. Euntes autem psallebant, & in versiculorum psalmi intercisione dicebant, Alleluia. Erat autem psalmus quem dicebant: Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo Saluatori nostro. Praeoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus supra omnem terram. Quoniam in manu eius sunt fines terrae & altitudines montium. Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud, & aridam formauerunt manus eius. Venite, adoremus & procidamus ei, & ploremus coram Domino, qui fecit nos. Quoniam ipse est Deus noster, & nos populus paescuae eius, & oues manus eius.

Dicebat autem alios quoque psalmos, donec ingressi sunt in Marnium. Hortatus est autem

autem sanctus Porphyrius Episcopus Ruffinum quendam architectum Antiochenum, virum fidelem & scientem, per \* quod fuit etiam perfectum totum aedificium. Is accepto \* quem gypso, designauit posituram sanctae ecclesiae, conuenienter formae, quae missa fuerat ab inprimis pia Augusta Eudoxia. Cumque precatus esset sanctissimus Episcopus & genu flexisset, iussit populum fodere. Statim autem omnes vno animo & eadem alacritate fodiebant, clamantes: Christus vicit. Non licebat vero videre differentiam inter virum & mulierem, aut senem aut puerum: sed promptus & alacer animus vires praebat omnibus. Et alij quidem fodiebant: alij autem terram exportabant, adeo vt paucis diebus fuerint & omnia loca effossa, & terra egesta. Prius itaque preparata materia, & ingentibus lapidibus ex tumulo, qui dicitur Aldioma, a parte Orientali ciuitatis, & alia materia, sanctus rursus, congregato Christi amante populo, multisque precibus & Psalmodyis dictis in loco, ipse primus se succingens, coepit portare lapides, & iacere fundamenta. Deinde pij quoque Clerici, & omnes laici letantes & magna voce psallentes, adeo vt audirentur a tribus milliarijs ex ciuitate. Factum est autem illo die magnum miraculum.

Sunt putei intra sacrum ambitum, ex quibus est vnus ab occidentali parte sanctae quae nunc est, Dei Ecclesiae, non parum profundus. Tres ergo pueri sitientes, iuerunt ad bibendum, & appropinquantem ori putei, se inclinabant, innitentes ligno, quod erat in ore putei, vt solent facere pueri: & fracto ligno, tres ceciderunt in puteum. Quidam vero, qui forte illic aderant, iuerunt & renunciarunt populo, quae facta fuerant. Fuit autem non paruum tumultus, omnibus concurrentibus ad puteum. Cum vero quod factum fuerat, cognouisset sanctissimus Episcopus, ipse quoque currens ad locum, iussit fieri silentium. Quo facto, coepit precari & rogare Deum cum multis lachrymis, vt viuos & illesos conseruaret pueros: & maxime propter idololatrias, ne dicant, Vbi est Deus eorum, in quem sperabant? Et cum fuisset hora vna humi inclinatus, & surrexisset, iussit aliquem descendere per funes cadorum, & scrutari pueros. Clamabant enim, qui erant ex populo, appellantes pueros: neque erat vllus, qui eos inferne audiret ex puteo. Cum autem vir ille descendisset, inuenti sunt tres pueri, sedentes super magnum lapidem, illesi & hilares, inter se colloquentes. Cum vero vir ille eos adspexisset, valde est admiratus, & Deum glorificauit, & inferne clamans, dixit: Laudate Dominum, viuunt enim tres pueri. Cum autem audiuisset sanctus Episcopus & populus, letati sunt: & demissa magna sporta, iusserunt simul efferri tres pueros. Erant enim parui, ad sex vel septem annos nati. Sporta vero accepta, is, qui erat inferius, tres illos ligatos fecit tuto sedere, iubens eis claudere oculos, donec sursum peruenissent, & dicere: Iesu Christe, serua nos. Cumque hoc fecisset, clamauit vt apte funem traherent: & trahentes, dicebant hymnum trium puerorum: Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum. Cumque peruenissent, & eos adspexisset sanctissimus Episcopus, (erat enim is stans in ore putei, & tenebat funem) repletus gaudio & lachrymis, exclamauit, dicens: Benedicite omnia opera Domini Domino, & laudate Dominum. Postquam autem eos e sporta sustulerunt, scrutati sunt, nunquid fracta esset aliqua pars eorum corporis, & nihil inuentum est in eis male affectum.

Sed magnum adspeximus miraculum. Inuenti sunt enim tres pueri habentes signa crucis tanquam acu infixam. Vnus quidem in media fronte, alius autem in summa dextra manu circa digitos: alius vero in humero dextero. Erant autem pulchre expressae cruces, neque obliquae, neque incuruae, sed vnus mensurae, vt apertum esset, eas diuina esse signa. Neque enim eis afferebant dolorem, neque eduxerant sanguinem: sed erant impressae tanquam ex cinabari. manserunt autem in eis longo tempore ad hoc, vt viderent omnes & admirarentur. Nam multi etiam ex alienigenis cum vidissent, crediderunt. Cum vero ille quoque ascendisset, qui propter pueros descenderat, iureiurando affirmabat, dicens: Quando eos immisi in sportam, & sursum ferebantur, videbam circa eos tanquam fulgur, donec peruenissent ad os putei. Fuit autem Christianis illo die letitia: cultoribus vero simulacrorum, dolor & offensio. Aedificium autem procedebat in dies, omnibus prompto & alacri animo operantibus. Neque enim erat, qui vllum sua mercede frustraretur: sed etiam amplius praebat, se munifice gerens in eos, qui operabantur. Dicebat enim iustum esse, vt non execrationem, sed benedictionem acciperet omne opus aedificij.

Anno

Anno autem sequenti mittit Eudoxia Imperatrix columnas, quas erat pollicita: quæ quidem erant magnæ & admirabiles, numero triginta. Duæ verò vocantur Carostia: quæ quidem sunt in sancta ecclesia, lucentes tanquam smaragdi. Cum ij autem adnavigassent, qui eas ferebant, rursus apparuit studium, promptusq; & alacer animus populi Christum amantis. Omnes enim cum audiissent, statim ecurrerunt ad litus: non solum verò viri, sed etiã foeminae & pueri & senes. omnes enim corroborabat fidei desiderium. Et cum currus adduxissent, impositam vnamquaque columnam traxerunt, & in templi hypethro eam deposuerunt: & rursus reuersi sunt, & aliam attulerunt, donec omnes portarant. Et de his quidem hæc tenens.

Iulia Manichæa quosdam corruptos, neophytos,

Hæresis Manichæorum depergitur.

Idem cetera nostra ætate fecerunt hæresiarum.

Tit. 3.

Matth. 7.

Facit signum Crucis in ore suo, disputaturus cum Manichæa.

Illo autem tempore venit in ciuitatem mulier quædam Antiochena, quæ vocabatur Iulia. erat verò ex execranda hæresi eorum, qui dicuntur Manichæi. Cumq; cognouisset aliquos esse recens illuminatos, & in sancta fide nodum stabilitos, in eorum irrepens animos, eos corrumpebat per doctrinam suam, oculos prestingentem & incantantem: sed multo magis per pecuniæ erogationem. Qui enim inuenit dictam impiam hæresim, non aliter potuit inescare aliquos, nisi datis pecunijs. Eorum enim doctrina, ijs quidem, qui sapiunt, plena est omni blasphemia & condemnatione, & anilibus fabulis, quæ attrahunt mulierculas, & viros pueriles, qui leuem habent mentem & cogitationem. Ex diuersis enim hæresibus & gentilium dogmatibus hanc suam peruersam constituerunt opinionem, callidè & vafre volentes omnes capere. Deos enim multos dicunt, vt placeant gentilibus. Præterea tempus ortus obseruant, fatumque & astrologiam asseuerant, vt securè peccent, vtpotè quod non sit in nostra potestate peccare, sed ex fati necessitate. Porro autem Christum quoque constantur. Dicunt enim eum hominem fuisse visionem. Et tenent ipsi quoque visionem dicuntur esse Christiani. Ea enim prætermitto, quæ sunt ridicula & digna execratione, nè eorum, qui hæc legunt, aures impleam molesta auditione & prodigiosis narrationibus. Res enim Philistionis, Sceni & Hesiodi, & aliorum, qui dicuntur philosophi, commiscentes cum rebus Christianis, suam hæresim constituerunt: Quomodo enim pictor mixtionem faciens ex diuersis coloribus, efficit existimationem hominem, aut bestiam, aut aliquid aliud, ad decipiendos eos, qui adspiciunt, vt stultis quidem & insipientibus videatur esse verus: ijs autem, qui sapiunt, vmbra & deceptio & humana excogitatio: Itã etiam Manichæi ex diuersis dogmatibus haurientes, effecerunt improbam suam opinionem: vel potius ex diuersis serpentibus virus congregantes & miscetes, lethiferum effecerunt venenum, ad hominum animas interimendas.

Vt autem prius dictum est, cum illic versaretur pestifera mulier, quidam fallaci illius doctrina sunt seducti. Post aliquot verò dies, cum id cognouisset à quibusdam fidelibus sanctus Porphyrius, eam accersitam interrogauit, quænam & vendè esset, & quamnam haberet opinionem. Illa autem & patriam, & se esse Manichæam, est cõfessa. Ijs verò, qui erant apud ipsum, ira motis, (erant enim quidam pii) eos rogat beatus, nè irascantur, sed patienter eam admoneant & semel & bis: seruã id, quod dictum est à sancto Apostolo. Deindè dicit mulieri: Abstine, o soror, ab hac mala opinione: est enim satanica. Illa autè respondit: Dic, & audi: & aut persuadebis, aut persuadeberis. Sanctus verò dixit: Para te ad crastinum diem, & veni huc. Illa autem cum valere eum iussisset, est egressa. Beatus autem cum ieiunasset, & Christum multum rogasset, vt diabolũ pudore afficeret, paratus fuit in diem sequentem. Aduocauit verò quosdam ex pijs Clericis & Laicis, ad disputationem suam & mulieris. Die autem sequenti accedit mulier, habens secum duos viros & totidem mulieres, quæ erant iuniores & formosæ, omnes verò pallidi. Iulia autem erat prouecta ætate. Ducebatur autem tota eorum disputatio à scriptis & orationibus mûdanæ disciplinæ: multo verò magis Iuliæ. Erat autem humilis eorum habitus, & modesti mores: & quod dicitur, extrinsecus oues, intrinsecus verò lupi rapaces & venenata animalia. Omnia enim dicunt & faciunt cum simulatione. Deindè iussi sedere, disceptabant & inquirebant.

Sanctus autem Porphyrius, ferens sancta Euãgelia, cum fecisset signum crucis in ore suo, coepit eam rogare, vt diceret suam opinionem. Illa verò coepit. Frater autem Cornelius Diaconus, qui fuit paulò antè nominatus, sciens notis scribere, quibus vtitur in iure, iussus à beatissimo Episcopo, notabat omnia, quæ dicebantur & opponerentur, me & fratre Barocha admonentibus. Disputationem autem non scripsi in hoc libro, propterea

pterea quod sit magna: vt qui velim compendio hoc scriptum mandare literis: eam verò in alio libro exposui ijs, qui volunt scire sapientiam, à Deo datam sanctissimo Porphyrio, & aniles fabulas, quas effutijt prodigiosa loquens & venefica Iulia. Quam quidem citò est perfecta diuina iustitia. Postquam enim multa horis plurimis esset fabulata, & cõsuetas dixisset blasphemias in Dominum & Deum vniuersorum, motus à diuino zelo sanctus Porphyrius, videns eum, qui omnes fines cõtinet, tam qui cadit sub adspicium, quam qui non cadunt, blasphemijs & maledictis inCESSI à muliere, in quam operabatur diabolus, & quæ se submittebat illius voluntati, in eam tulit sententiam, dicens: Deus qui facit omnia, qui est solus æternus, neque principium habens nec finem, qui glorificatur in Trinitate, tuam percuriet linguam, & obstruet os tuum, nè loquatur blasphema. Sententiæ autem prolationem consecutum statim fuit supplicium. Coepit enim tremere Iulia & mutari vultu: & manens in ecstasi longum tempus, non loquebatur: sed erat muta & immobilis, habens apertos oculos & intuentes sanctissimum Episcopum. Qui verò cum ea erant, cum adspexissent ea quæ sustinebat, magno timore sunt affecti: eam autem consolabantur, & carmina cantabant ad eius aures: & non erat vox, nec auditus.

Vltio diuina persequitur blasphemiam mulierem.

Cum longo autem tempore mansisset muta, emisit animam, profecta ad tenebras quas in honore habuerat, eas lucem esse arbitrans, cõuenienter scripturæ, quæ dicit: Væ ijs, qui faciunt id, quod est dulce, amarum: & quod est amarum, dulce: qui tenebras ponunt lucem, & lucem tenebras. Iussit autem sanctus componi eius corpus & tradi sepulturæ, misertus humanæ naturæ. erat enim summè clemens & misericors. Quicumque verò quadiuerunt id, quod factum fuerat, valdè sunt admirati: non solum qui erant nostræ fidei, sed etiam alienigenæ. Qui autem cum ea erant, duo viri & mulieres, & quicumque ab ea corrupti fuerant, currentes prociderunt ad pedes beatissimi Episcopi, dicentes: Errauimus: & petebant poenitentiam. Beatus verò fecit omnes subijcere anathemati Manetem, authorem eorum hæresis: ex quo etiam appellati fuerunt Manichæi. & cum plurimos dies eorum institisset catechesi, adduxit ad sanctam Catholicam Ecclesiam. Occasione autem illorum, alij quoque ex alijs gentibus poenitentia ducti, fuerunt illuminati.

Esa. 3.

Post tempus autem quinq; annorum, perfectum fuit opus sanctæ magnæ ecclesiæ. Appellata verò fuit Eudoxiana, ex nomine inprimis piæ Imperatricis Eudoxiæ. Peregit autem dedicationem sanctissimus Episcopus Porphyrius die Resurrectionis sancti Paschatis splendide ac magnificè, non parcens sumptui: sed congregatis omnibus Monachis, qui erant circitèr mille, cum alijs pijs Clericis & Laicis & Episcopis, hilariter transegit omnes dies sancti Paschatis: & licebat videre choros angelicos, non solum in Ecclesiastica consequentia, sed etiam in Horis, quando fiebant. Non solum enim erat mensa sensilis, sed etiam spiritalis. Nam post obsonium dicebatur psalmus, & post eorum hymnus. Idolorum autem cultores videntes, quæ fiebant, corde tabescebant. Vndiquaque enim veniebant hospites ad videndam pulchritudinem & magnitudinem diuine sanctæ ecclesiæ. Dicebatur enim maior, omnibus ecclesijs, quæ erant illo tempore. Ea de causa quando iecit ab initio fundamenta, reprehendebatur à quibusdam fidelibus, quod eam magnam descripsisset, cum essent pauci Christiani in ciuitate. Respondens autem sanctissimus Porphyrius, dixit: Nè sit vestra fides parua. Spero enim in Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, quod sit multiplicaturus gregem suum, & amplioem faciet hanc domum, ex eo quod non possit capere multitudinem Christianorum. Non est enim humanum dogma Christianorum, vt adspiciatur ad tempus & dissoluatur: sed diuinum, & quod accipit incrementum. Hæc & talia semper differebat beatus Porphyrius fidelibus, non solum in ecclesia, sed etiam in vnoquoque loco, illuminans & iuans populum Christi amantem. Post dies autem festi populos dimisit in pace, vnumquenque ad suos.

Episcopus dedicauit Ecclesiam splendide ac magnificè.

Templum Gazæ amplissimum.

Postquam verò condidit & sanctificauit dictam sanctam Ecclesiam, constituit, vt daretur vnicuique hospiti, qui erat in ciuitate, sumptus vnus diei. Suppeditabat autem vnicuique mendico, tam peregrino quam ciui, quotidie ad sex obolos, præter ea, quæ ipse perse præbebat ijs, qui ad ipsum accedebant, in veste, argento, & auro: vnicuique præbens cõuenienter suæ dignitati, neque vllus ex ijs, qui indigebat, erat expers suorum donorum. In diebus autem ieiuniorum sancti festi Paschalis, suppeditabat vnicuique pauperi

Largissime S. Porphyrius elemosinam.

pauperi ad decem obolos quadraginta diebus. Iussit autem in pio suo testamento, omnino dari dictos decem obolos quadraginta diebus: & assignato reditu, ex quo volebat eos dari, in dicto testamento statuit, ut nisi hec quotannis suppeditaretur, dictus reditus veniret ad sanctam Cæsaream ecclesiam. Hæc verò postea facta sunt.

Idololatraz  
Gazens  
vertitur in  
feditione.

Diripiunt  
domū epi-  
scopi.

Sanctus vir  
declinat fu-  
rorem im-  
piorum.

3. Reg 17.

Gazæi à  
Proconsule  
castigatur.

Idolorum autem cultores quo magis adspiciebant proficere Christianos, eo magis furebant & studebant malis afficere Christianos, & ante omnes, sanctum eorum pastorem Porphyrium. Nam cum aliquando orta esset de prædijis controuersia inter Occonomum sanctæ ecclesiæ, & Sampsychem, qui erat primus inter Idololatrias, videns pius Barochas Occonomum affici iniuria, eum defendit, & cepit contumelijs afficere dictum Sampsychem. Cum id autem audiuisset reliqui Curiales, congregati inuaserunt Occonomum & pius Barocham. Simul verò cum curialibus ascenderunt etiam multi ex ciuibus, inuenta occasione malè afficiendi fideles, & ex parua, ut dixerit quispiam, scintilla tantus est ignis accensus, ut omnes Christiani in periculum venirent, ne perirent. Tanto enim furore perciti fuerunt idololatraz, ut ipsi gladios & clauas acceperint, & septem homines occiderint, & alios multos sauciauerint: Deinde his non contenti, in ipsum Pastorem irruerunt. Quidam autem, qui bono lætabantur, præcurrentes, renuntiârunt sanctissimo Episcopo incurSIONEM multitudinis. Cum verò audiuisset beatus, me accersito, dixit: Fugiamus frater, & parum occultemur, donec transeat ira Domini. & ascensis muris, fugimus per tecta. Idololatraz autem, fractis portis domus episcopalis, ingressi sunt: & cum non inuenissent sanctum Porphyrium, diripuerunt omnia, quæ illic sunt inuenta.

Ego autem & beatus Porphyrius per tecta fugientes, inuenimus puellam circa quatuordecim annos natam: quæ cum sanctum agnouisset Episcopum, præcidit ad eius pedes. Beatus autem rogauit eam, quænam esset, & quibus nata parentibus. Puella verò respondens, dixit se esse orbam patre & matre, & auiam habere anum, corpore imbecillam: seque operari, & se alere & suam auiam. Rogauit verò eam, an esset Christiana. Illa autem rursus dixit, se non esse, sed iamdiu abhinc esse cupere, si sit digna. Clemens autem Porphyrius cum audiuisset, quod dixerat puella, & compunctus esset, lachrymatus est, dicens: Quam propensum est ad bonum, genus Gazæorum: sed aduersarius studet impedire bonum eorum animum: quem Dominus percutiet verbo oris sui. Dixit autem puella: Affer ad nos huc floream in hoc tectum, ut hic maneamus, donec sedetur tumultus ciuitatis: & ne renuncies alicui, nos hic esse. Illa verò iureiurando affirmavit, se ne auiaz quidem suæ indicaturam. Cum autem per quoddam tectum ascendisset in domum suam, attulit floream, & eam strauit: & præcidens ad beati viri pedes, rogauit eum, ut vesceretur modicis suis cibis, & ne suam dedignaretur paupertatem: erat enim circa vesperam. Sanctus autem volens fieri imitator magni Prophetæ Eliaz, dixit puellæ: Festina filia, & affer, ut Dominus det tibi per me alimentum spirituale & carnale. Illa verò properè descendit, emitque panem & oliuas & caseum, & legumen madefactum. Attulit autem omnia, & apposuit nobis, dicens: Accipite domini mei, & benedicite paupertati meæ. Beatus verò rursus compunctus, fleuit, cum præuidisset, quod habitura erat fidem in Christum. Cumque surrexisset, & preces fudisset solitas, & fedisset, comedimus. Ego quidem comedi caseum & bibi vinum: sanctus autem comedit panem & madefactum legumen, & bibit aquam. & cum dimisisset puellam ad suam auiam, nos in tecto dormiuimus. erat enim tempus æstatis. Porro autem puellæ quoque nomen interrogauimus. Dixit verò, Salaphtha, quod interpretatur Græcè Irene, id est, pax. Diem quoque sequentem transegit in illo tecto, bona Irene nostræ curam gerente prompto & alacri animo.

Postquam autem cognouimus esse sedatum tumultum ciuitatis, nocturnè ambulauimus ad sanctam ecclesiam. Cumque ascendissemus in aedes Episcopales, in ijs nihil inuenimus, nisi pius Barocham iacentem & adductum in extremum periculum ex plagis, ei illatis ab impijs idolorum cultoribus. Post paucos verò dies cum cognouisset Proconsul, quæ facta fuerant in ciuitate, vocabatur autem Clarus, mittit Commentariensem cum magno auxilio, & conijcit in custodiam eos, quos ostenderunt ij, qui gerebant res publicas, & adducit Cæsaream: & de alijs quidē sumpsit supplicium, alios verò dimisit cæcos neruis bouum, & non paruo incusso timore, sic sedauit ciuitatem. Paucis verò post diebus recordatus est sanctus Porphyrius bonæ illius puellæ, quæ nos accepit, & eam per me accersit.

uersit. Illa autem venit currens, habens etiam aliam mulierem, quam dicebat esse amatam. Ingressæ verò ad beatum Episcopum, prociderunt ad eius pedes: qui eas benigne accepit, tanquam pater beneuolus. Dixit autem puellæ: Re vera, ô filia, cupis fieri Christiana? Illa respondit: Iam tibi dixi, ô domine, me iamdiu abhinc hoc teneri desiderio, & nunc adduxi testem meam amatam, quæ ipsa quoque tenetur eodem desiderio. Ille autem lætus, ei & eius auiaz iussit dari quotidie argenti quatuor nummos: eius autem amatæ dedit vnum nummum, & cum eas signasset signo crucis, dimisit, eis iubens, ut vacarent precibus, & per catechesim institutioni catechumenorum. Misit autem ad eius quoque domum pius Timotheus, Presbyterum & per catechesim institutorem, & ei iussit signare auiam puellæ. Nam, sicut prius dixi, corpus habebat imbecillum & solutum. Tres autem illæ per catechesim institutæ, paulopost dignatæ sunt venerando baptismo.

Postquam verò sanctum deposuisset habitum, sanctus, accersita puella, dixit ei: Vis te viro iungamus legitimo matrimonio? est enim tibi tempus nubendi. Neque enim nostra scriptura prohibet honorabiles nuptias. Puella autem cum audiisset, quod vir sanctus dixerat, cepit flere & dicere: Bone pater, postquam me cõiunxisti viro magno, vis me ab illo disungere, & dare viro humili & nihili? Nequaquam hoc feceris, domine mi. Admiratus autem sanctus, dixit ei: Et quis est is, quem tibi coniunxisti? Illa verò respondit: Iesus Christus Seruator nostrarum animarum, verus meus sponsus, à quo non separabor in æternum. Cum audiuisset sanctus & compunctus fuisset, est lachrymatus, adeo ut præ magna compunctione puellam sit complexus, & eius caput deosculatus. Erat enim re vera planè impatibilis, & præ magna ad misericordiam propensione promptus ad effundendas lachrymas. Porro autem nos quoque, qui eramus apud ipsum, cum vidissemus gratiam sancti spiritus datam piæ puellæ, glorificauimus Deum, qui dat electis suis sapientiam & gratiam. Dimisit verò illo die puellam.

Contigit autem in ipsis diebus anum requiescere, & migrare ad Dominum. Tunc aduocata puella, accersit beatum pius Manaridem Diaconisam, quæ interpretatur ipsa quoque Græca lingua *quærens*, id est, lucida. Ei commisit Salaphtham, ipsi dato habitu regulari. Et cum eam Deo commendasset, dimisit in pace. Ea verò suscepit talem viuendirationem, qualem non habuit alia illo tempore, quotidie ieiunans, & post ieiunium modico panis vescens cum sale & madefacto legumine, aut subtiliter comminuto olere & aqua sola. Vinum enim non sumebat omnino. Diebus autem festis utebatur oleo, & vescebatur oliuis. Nihil autem aliud gustabat, quod fuisset igne coctum. In ieiunijs verò Quadragesimæ, secundo quoque die comedebat legumina madefacta, aut comminuta olera sine pane. Totam autem sanctam Paschalem hebdomadam transigebat, nihil sumens, præterquam quinta sancta feria, post Communionem sanctam, aquam calidam: & corpus suum vsque adeo macerauerat, ut qui videbant, putarent se vmbra adspicere. Fuit autem alijs quoque multis exemplum. Sunt enim æmulati vitam sanctæ puellæ Salaphthæ: quæ in hodiernum vsque diem videtur viuere. Est enim mundo morte affecta, viuunt autem Christo, & est cum ipso perpetuo: cuius sanctarum precum sumus nos participes. Et hæc quidem dicta sunt de sancta puella Salaphtha.

Beatissimus autem Episcopus Porphyrius, cum regulam constituisset Ecclesiasticam & omnem consequentiam, & alios paucos annos fuisset superstes, postquam sanctam sanctificasset ecclesiam, in morbum incidens, pius fecit testamentum. In quo cum multis legasset, & omnes Christum amantis populi Deo cõmendasset, in pace dormiit cum sanctis, secundo mensis Dystri, anno, ut est Gazæorum computatio, quadringentesimo octogesimo: episcopatus ab eo gesti vigesimo quarto, mense vndecimo, & præclaro peracto certamine aduersus idololatrias vsque ad diem suæ dormitionis.

Et nunc est in paradiso deliciarum, intercedens pro nobis cum omnibus sanctis: quorum precibus nostris miseretur pater & Deus cum filio & sancto spiritu: Cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

Aaaaa 2

DE

Puella baptizata non vult alium sponsum præter Christum.

Accipit habitum regularem.

Vitam viuunt abstinentiam.

Est multis alijs exemplum.

Sanctus Porphyrius decessit.



DE S. VICTORE CONFESSORE SERMO  
B. BERNARDI ABBATIS, QVO VITAM ILLIVS

*summatim compræbendit. Quiescit autem hic S. Victor in mo-  
nasterio Arremarenfi Trecentis diæcesis.*

26. FEBRVA.

Pfal. 126.

Matth. 25.

Pfal. 88.



Victoris vita & gloria specialis, non tam ad gloriam, quàm ad virtutem prouocat omnes, qui recto sunt corde. Non re-cti planè, sed peruersi est animi, antè querere gloriã, quàm exercere virtutem, & velle coronari, qui legitime non cer-tauerit. Vanum est vobis, inquit, ante lucem surgere. Ità est. Frustrà ad celsitudinem nititur glorię, qui prius non claru-ir virtute. Frustrà fatuę virgines sponso obuiam surgunt, quarum lampades extinguuntur: & idè fatuę, quia vacuis glorianur lampadibus, virtutis oleum non habentes. Ab-sit mihi gloriari, nisi in gloria illorũ, quibus propheta con-gratulans, ait: Domine, in lumine vultus tui ambulabunt,

& in nomine tuo exultabũt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur. Et infert: Quoniam gloria virtutis eorum tu es. Pulchrè non eorum, sed virtutis eorum gloria commenda-tur. Quæ enim sine virtute est gloria? Profectò indebita venit, præproperè affectatur, periculosè captatur. Virtus, gradus ad gloriam: virtus, mater glorię est. Fallax gloria & vana est pulchritudo, quam illa non parturiuit. Sola est, cui gloria iure debetur, & secu-rè impenditur.

Sancto Victori nec virtus, nec gloria deest, sed quemadmodum ambæ res, & quo or-dine in homine procefferũt, id operè precium intueri. Pugnavit fortiter, viriliter supe-ravit, & sic demũm gloria & honore coronatur. Quomodò nempe in gloriosus remansit- set bellator fortis, humilis Victor? quanquam nec in die virtutis suæ sine gloria fuit, si- gnis & prodigijs admirandus.

Infans ad-  
hoc in ma-  
tris vtero  
demonibus  
terrori est.

Habemus, dilectissimi, in vita Victoris, & quod dignè miremur, & quod salubriter imi-temur. Mitor vina dedisse in eremo, non vitem, sed fontem. Miror & stupco infantem adhuc in vtero paucis fuisse paucis demonijs, quippe ab ipsis præcognitum, & iam tu nec ex nomine designatum. Nec vacuum nomen, vbi hostium fuga, & extorta confes-sio, victoriam concessit infantulo. Quis item non miretur, furem à demone deprehensum, & rursũm à demone mox hominem liberatum? Quis etiam non omni admirati- one stupendum ducat, carne circumdatum hominem, cælis patentibus carnis oculos su- perno infingere lumini, & videre visiones Dei, angelico insuper mulceri cantico, doceri oraculo? Hęc atque similia in sancto homine veneramus, non æmulamur. Meritò qui- dem, quando & sine salutis periculo possunt non fieri, & sine salutis periculo nequeunt vsturpari. Tutius sanè æmulanda solidiora, quàm sublimiora, & quæ magis virtutem re- doleant, gloriam minũs.

Catalogus  
virtutum  
S. Victoris.

Coloff. 3.

Studeamus proindè moribus conformari, cui in mirabilibus similari, & si volumus, nõ valemus. Aemulemur in viro sobrium victum, deuotum affectum: æmulemur man- suetudinem spiritus, castimoniam corporis, oris custodiam, animi puritatẽ, ponere fre- num iræ, & modum linguę, dormire parcius, orare frequentius, commonere nos met- ipsos psalmis, hymnis & canticis spirit ualibus, diebus iungere noctes, & diuinis laudi- bus occupare. Aemulemur charismata meliora. Discamus ab ipso, quod mitis & humi- lis corde fuit. Aemulemur, inquam, quod extitit liberalis in pauperes, iucundus ad ho- spites, patiens ad peccantes, benignus ad omnes. Hoc enim melius. In his forma est, cui imprimamur: in miraculis gloria, à qua reprimamur. Illa lætificent, ista ædificent: moue- ant illa, ista promoueant.

Epulemur, dilectissimi, ad mensam diuitis vocati, mensam abundantem panibus, de- licijs cumulatam. An non diues, qui nos exemplis reficit, protegit meritis, lætificat si- gnis? Diues planè, in cuius hodiè conuiuio solenni angeli & homines pariter congre- gantur. Hi, vt reficiantur: illi, vt deliciantur: isti, vt proficiant: illi, vt gaudeant. Cuius vita repleta bonis, quid nisi mensa referta cibus? Nec tamen omnibus omnia apponuntur, sed vt tollat quisque, quod sibi expedire & conuenire videbitur.

Et

Et ego quidem consilio salubriori diligenter considero, quæ mihi apponũtur. Cau- tum est mihi eligere mea, & aliena non tangere. Non extẽdam manum ad gloriam mi- raculorum, nè si attentauero, quod desuper non accepi, perdam meritò & quod vide- or accepisse. Non leuo cum illo oculos ad rimanda secreta cælestia, nè oppressus à glo- ria, confusus resiliam, serò confugiens ad cõsiliũ sapientis, qui ait: Altiora te nè quæ- sieris, fortiora te nè scrutatus fueris. Infertur mensis vinum nouum aquarum ruben- tium, non tango: quia non mihi appositum scio, qui similiter elementa mutare, naturas innouare non valeo. Cerno item in mensa Victoris, angelos illũ audisse canentes. Nun- quid videbo & ego mihi supernos exhiberi cantores, aut certè citharcedos illos de Apo- calypsi coram me citharizare in citharis suis? Imperat ille demonibus adhuc in corpõ- re viuens, vinctum in corpore soluit, iam corpore solutus. Cibi sunt, sed non mei: equi- dem iocundi & sapidi, sed non tangit illos anima mea, quoniam non est inopi mihi, vn- dè sufficiam talia redhibere.

Ecc. 3.

Apoc. 14.

At si diligenter considero, ecce præ oculis in mensa sancti, censura iudicij, disciplina vigor, sanctitatis speculum, vitæ forma, virtutis insigne. Hęc à me & absque præsum- ptione sumuntur, & salubriter insumuntur, & si dissimulo, districte repossuntur. Audi adhuc, quænam mihi iurè apposita putem. Si panem doloris, & vinum compunctiõnis de diuitis mensa obtuleris, tollo securus, qui sum pauper & inops. Erunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, & poculum meum cum fletu miscebo. Pars mea hæc, qui do- lenda commisi. Nec me tamen pigebit, vt æstimo, cibi huius, quoniam qui apposuit sci- entiam, addit & dolorem. Sed & si temperantię, si iustitię, si prudentię vel fortitudinis exempla appareant, ea incunctoranter sumo, sciens quia talia oportet me præparare. Hęc mihi apponi, hæc à me repetitum iri non dubito. Nunquid signa & prodigia exigenda à nobis sũnt, vt ea diuiti vicissim præparemus?

Ecc. 1.

Frates, vasa sunt in honorem illi, qui nos inuitauit, non tibi pauperum. Tu ergò, qui inuitatus es, diligenter considera, quid tibi ille, quid sibi met apposuerit: non enim quic- quid in mensa apponitur, tibi apponitur. Quid si in poculo aureo fuerit propinatum? Non poculum tibi, sed potus apponitur. Sume potum, & pone aurum. Ergò exempla bonorum opetum & restitudinem morum pater familiã communicat ita domesticis, vt prerogatiuam sibi retineat in miraculis. In his tamen atque illis, ille glorificandus est, cuius munus sanctè viuere, cuius virtus signa facere est: qui in Trinitate perfecta viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

VITA SANCTORVM ANDRONICI  
ET EIVS CONIVGIS ATHANASIAE,

*Authore Simeone Metaphraste.*



In diebus Theodosij magni Imperatoris, erat in magna vi- be Antiochia iuuenis quidam argẽtarius, nomine Andro- nicus. Accepit autem vxorem filiam argentarij, nomine Iohannis. Erat verò eius nomen Athanasia. Erat enim re- vera Athanasia, id est, immortalis & factis & cogitatione. Erat autem Andronicus valdè pius, & plenus bonis operi- bus. Similiter verò eius quoquẽ vxor, erant autem valdè diuites. Sic verò vitam suam agebant argentariam, & fa- cultates suas diuiserunt in tres partes: vnã quidem in ra- tionem pauperum, & aliã in rationem Monachorum, & aliã in rationem facultatum & officinã. Vniuersa autem ciuitas amabat dominum Andronicum propter eius modestiam.

27. FEBRVA.

Andronici  
& Athana-  
siae pietas.

Facultatũ  
distributio.

Cognouit autem suam vxorem: & cum concepisset, peperit filium, & nominauerunt eum Iohannem. Cum verò adhuc in vtero cõcepisset, peperit filiam, & nominauit eam Mariam. neque amplius appropinquauit vxori Andronicus. Conferebat autem suum studium ad diligenter & lubenter laborandum, cum alijs Christi amantibus argentarijs, Dominico & die secundo & quarto & in parasceue, à vespera vsque ad matutinum ibat tinenter.

In matris  
monio vi-  
uunt con-  
tinenter.

Aaaaa 3

Andro-

Andronicus ad lauandos viros suos fratres. Similiter autem eius quoque vxor ad lauandas diligenter mulieres. Post tempus verò duodecim annorum, ingressa est quodam die manè domina Athanasia à voluntario illo labore ad videndos suos filios, & inuenit eos suspirantes. Illa autem conturbata, ascendit in lectum suum, & posuit ambos supra pectus suum. Beatus verò Andronicus ingressus, coepit clamare in vxorem suam, quòd multum dormiret. Illa autem dixit: Noli irasci domine mi. pueri enim sunt infirma valetudine: & cum tetigisset, inuenit eos teneri à febre, & dicit suspirans: Fiat volūtas Dei: & iuit extra ciuitatem, ad precandum sanctum Iulianum. Illic enim iacebant eius parentes. Fuit autem illic vsque ad horam sextam: & reuersus, audit eiularum & tumultum, qui fiebat domi suæ. Ille verò conturbatus cucurrit, & inuenit omnem ferè ciuitatem domi suæ & pueros mortuos.

Proles moriuntur.

Iob 1.

Athanasia apparet S. Iulianus.

Cumque vidisset infantes in lecto simul iacētes, ingressus in suum oratorium, se proiecit ante Seruatorem, & flens dixit: Ipse egressus sum nudus ex utero matris meæ, nudus quoque illuc reuertar. Dominus dedit, Dominus abstulit: Sicut Domino visum est, ita fiat. Sit nomen Domini benedictum ex hoc nunc & vsque in seculum. Vxor autem eius quærebat se suffocare, dicens: Moriar cum meis filijs. Conuenit verò vniuersa ciuitas ad efferendos pueros, adeò vt illic esset Patriarcha cum toto clero suo. Eos verò deposuerunt in martyrio sancti Iuliani supra auos suos. Accipiens autem beatum Andronicum Episcopus, ingressus est in aedes eius. Illius autē vxor noluit abire in domum suam, sed dormiit in martyrio. Media verò nocte apparet ei Martyr in habitu Monachi, dicens ei: Cur non sinis eos, qui hinc sunt, requiescere? Illa autem dixit: Domine mi, nē mihi irascaris. Nam sum valdè afflicta. Habebam autem duos solos filios, & hodie ambos simul extuli. Ille verò dicit: Quot annos nati erant tui pueri? Illa verò dicit ei: Vnus erat duodecim annos natus, altera verò decem. Ille autē dicit ei: Cur igitur illos desles? Vtinam desleres peccata tua. Dico enim tibi mulier, quòd quomodo natura hominis exigit cibum, & fieri non potest, vt non detur ad comedendum: ita etiam pueri in illo die poscunt à Christo bona futura, dicentes: Iuste Iudex, priuasti nos rebus terrenis: nē nos etiam priues cælestibus. Illa autem cum audiisset, est compuncta: & mutauit lectum in gaudium, dicens: Si ergò viuunt filij mei in cælo, quid fleo: & conuersa, quæsiit Abbatem, qui ei fuerat locutus, & cum totum locum obijisset, non inuenit. & sciscitatur à lanitore, dicēs: Vbi est Abbas, qui est modò huc ingressus? Dicit ei lanitor: Vides omnes ianuas obseratas, & dicis, Vbi est Abbas, qui modò est huc ingressus? Eam autem erudit Paramonarius, vt qui sciuisset eam vidisse visionem. Illa verò metu correpta, rogauit vt abiret in domum suam. Eam verò accepit lanitor, & introduxit in domum suam: & narrauit marito suo ea, quæ viderat.

Nudant se omnibus facultatibus suis, Gen. 12.

Tunc dicit ei beata Athanasia: Re vera domine, etiam viuentibus filijs voluī dicere, & erubui. Ecce ergo etiam post mortem eorum dico tibi. Si me audias, conijcies me in monasterium, & deslebo peccata mea. & dicit ei: Abi, proba tuam cogitationem vna hebdomada, & si permanferis in hoc proposito, loquemur. Illa autem cum rursus venisset, idem dixit. Beatus verò Andronicus accersit socerum suum, & ei tradit omnes suas facultates, dicens: Ad sancta loca proficiscimur ad orandum. Si quid ergò nobis acciderit humanitūs, habebis has facultates, vt de eis facias, quod tibi videbitur. Rogo ergò te, vt rectè agas cum tua anima, & ex ijs, quæ hinc sunt, fac Nosocomium & Xenodochium monachorum. & manumissis seruis suis, dedit eis legata. & accepta parua benedictione & duobus equis, exijt noctū ex ciuitate, ipse & vxor eius soli. Beata autem Athanasia emittens vidit domum suam, & sursum adspiciens in cælum, dixit: Deus, qui dixisti Abraham & Saræ, Egredere è terra tua & è cognatione tua: & veni in terram, quam ostendam tibi: ipse nunc quoque deduc nos in timorem tuum. Ecce enim relinquimus domum nostram apertam propter nomen tuum: nē ante nos claudas ostium regni tui, & flentes ambo abiē runt: & cum ad sancta loca peruenissent, adorarunt. & cum multos patres conuenissent, veniunt ad sanctum Menam Alexandriæ, & fruuntur Martyre.

Circa horam autem nonam adspicit Andronicus, & videt monachum contendentem cum Laico, & ei dicentem: Cur abbatem iniuria afficis? Is verò ei dicebat: Domine, locaui bestiam meam ad Scetem, Ego verò ei dico: Eamus iam, vt totam noctem ambulamus, & crās vsque ad sextam, vt perueniamus ante æstum diei: & non vult vt iam eamus

mus

mus. Dicit ei dominus Andronicus: Habésne aliquod aliud animal? Is verò dicit: Maximè. Dixit autem ipsi: Vade, duc illud ad me, & veni, & accipiam ego vnum animal, & Abbas vnum. quoniam ego quoque volo ire ad Scetem. Andronicus verò dicit vxori suæ: Manè hic apud sanctum Menam, donè descendam in Scetem, & accipiam benedictionem à patribus, & reuertar. Dicit ei vxor eius: Accipe me tecum. Ille verò dicit ei: Mulier non ingreditur in Scetem. Illa autem dicit ei cum fletu: Habebis me apud sanctum Menam, si remanseris, & me non collocaris in monasterio. Cumque se inuicem salutassent & complexi fuissent, fuerunt separati. Ipse autem descendit ad Scetem: & cum adorasset sanctos patres in Laura, audiuit de Abbate Daniele: & cum eò accessisset, non sine magna difficultate eum potuit conuenire: Seni verò omnia exposuit. Dicit autem ei senex: Abi, & adduc vxorem tuam, & faciam tibiliteras, & depones eam in Thebaide in monasterio Tabennesiotarum. Andronicus autem fecit, sicut dixerat ei senex, & abiens, duxit eam ad senem. Qui locutus est eis verbū salutis: & factis literis, misit eos ad monasterium Tabennesiotarum. Reuerso verò Andronico, dedit senex habitum, & docuit quæ ad statum pertinent monasticum, & mansit apud eum annos duodecim.

Andronicus proficiscitur ad patres in Scetem.

Ambo sunt Monachi.

Post duodecim autem annos rogauit senem, vt se dimitteret ad sancta loca. Ille verò benè precatus, eum dimisit. Abbas autem Andronicus iter faciens per Aegyptum, sedit sub spina, vt animam recrearet ab æstu. Ecce autem ex Dei dispensatione veniens in habitu virili eius vxor, quæ ipsa quoque ibat ad sancta loca. Cumque se inuicem salutassent, cognouit columba coniugem. Ipse verò quomodo potuisset cognoscere talem, quæ emarcuerat, pulchritudinem, & quæ videbatur vt Aethiops? Dicit ergò ei: Quò vadis domine Abba? Ille verò dicit ei: Ad sancta loca. Ipsa autem dicit ei: Ego quoque volo illuc ire. Ipsa ergò rursus dicit ei: Si velis, eamus ambo simul. Sed tanquam non simul simus, ingrediamur silentio. Dicit Andronicus: Vt iubes. Deinde ipsa dicit ei: Non es reuera discipulus Abbatis Danielis? Ipse verò dicit ei: Maximè. Dicit ipsa: Preces senis nos comitabuntur. Dicit Andronicus: Amen. Cum autem simul ingressi essent, & adorassent sancta loca, reuersi sunt Alexandriam. Dicit Abbas Athanasius Abbati Andronico: Vis maneamus simul in cella? Dicit Andronicus: Certè, vt iubes. Volo autem primùm ire, & accipere preces senis. Dicit ei Abbas Athanasius: Vade, & expectabo te apud Octauum decimum: & si venias, sicut iter fecimus, manebimus silentio. Nam si te non ferat, nē vèneris. Ego enim te expectabo apud Decimum octauum. Ille autem profectus, salutauit senem, & de eo ipsi renunciauit. Senex verò dicit ei: Vade, & dilige silentium, & mane cum fratre. est enim monachus, vt esse oportet. Eo autem reuerso, cum inuenisset Abbatem Athanasium, manserunt simul, timore Dei muniti, alios duodecim annos: & non cognouit Abbas Andronicus eam esse suam coniugem.

Andronicus non nouit vxorem suam.

Ingressi sancta loca adorauerunt.

Simul degunt, nec tamen coniugem agnoscit Andronicus.

Sæpe ergò ascendebat senex ad eos visitandos, ea illis differens, quæ pertinebant ad vtilitatem. Semel autem cum ascendisset senex, & eos valere iussisset, antequam iret ad sanctum Menam, venit ad eum Abbas Andronicus, & dicit ei: Abbas Athanasius vadit ad Dominum. Reuersus verò senex, inuenit eum magnis compressum angustijs, & coepit flere Abbas Athanasius. & dicit ei senex: Cum te oporteret gaudere, quòd migras ad Dominum, lachrymaris? Dicit ei Abbas Athanasius: Non ploro, nisi propter Abbatem Andronicum. Sed fac hanc charitatem, postquam me sepeliēris. Inueniens schedulam sitam ad caput meum, lege eam, & da ipsi Abbati Andronico. Cumque ipsi preces dixissent, communicauit & dormiit in Domino. Venerunt autē ad eis faciendas exequias: & ecce inuenta fuit sexu mulier, & auditum fuit in tota Laura. & mittens senex, exciuit vniuersam Scetem & interiorem solitudinem. & venerunt omnes Laure Alexandriæ, & conuenit vniuersa ciuitas, & Monachi Scetæ, ferentes legumina. ita enim mos est in Scete. Cū ramis ergò & palmis extulerunt venerandas reliquias Athanasia, Deum glorificantes, qui tantam tolerantiam præbuit mulieri. Expectauit autem senex septimum diem beatæ Athanasia. Postea verò voluit senex accipere secum Abbatem Andronicum, sed non id sustinuit, dicens: Moriar cum mea domina. Cumque eum rursus iussisset valere Senex, priusquam ipse iret ad sanctum Menam, venit ad eum frater, dicens: Laborat Abbas Andronicus, & est redactus ad angustias. Senex verò rursus misit in Scetem, dicens: Adeste huc venientes. Abbas enim Andronicus

Athanasius abijt ad Christum.

Honorificè tumulatur.

Androni-  
cus sequitur  
Athanasia.

cus sequitur Abbatem Athanasium. Illi autem cum audiissent, acceperunt, & inue-  
nerunt cum uiuentem. A quo cum accepissent benedictionem, dormiit in Domino.

Preces fan-  
ctorum adiu-  
uant nos.

Exortum est ergo bellum inter patres Decimioctauis, & Monachos Scetiotas, di-  
centes: Noster est frater, & eum habebimus in Scete, ut nobis opem ferant eius preces.  
Patres autem Octauidecimi, dicebant: Ponemus eum cum sua sorore. Vehementer  
igitur instabant Scetiotæ, & dicit Archimandrita Octauidecimi: Si quid senex dixerit,  
faciamus. Abbas uero Daniel dicebat eum oportere illic sepeliri. Illi autem non au-  
diebant eum, dicentes: Est senex, & non timet amplius bellum corporis. Nos autem  
scimus inuiores, & volumus fratrem, ut nobis opem ferant eius preces. Sufficit enim  
uobis, quod reliquimus uobis Abbatem Athanasium. Cum uero uidisset senex esse  
magnam perturbationem, dicit fratribus suis: Si me non audiatis, ego quoque hic  
manebo, & sepeliar cum meo filio. & tunc quicuerunt, & extulerunt fratrem Andro-  
nicum. Dicunt ergo seni: Eamus in Scetem. Dicit eis senex: Sinite, ut faciam septi-  
mum diem fratris. & non sinerunt eum manere. Ita confidit Abbas Daniel suo disci-  
pulo. Oremus nos quoque, ut veniamus ad mensuram Abbatis Athanasij & Abbatis  
Andronici, precibus omnium Sanctorum Christi: Cui gloria & potentia simul cum  
patre & sancto Spiritu, Nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

VITA SS. LUPICINI ET ROMANI ABBATVM,  
AVTHORE D. GREGORIO TVRONEN. EPISCOPO,  
*Libro de Vita Patrum, Cap. 1.*

28 FEBRUA  
quod ad Ro-  
manum at-  
tinet.  
Matth. 25.



Eries Euangelicæ admonet disciplinæ, ut domesticæ largi-  
tionis pecunia nummularijs sceneratâ, cum digno multi-  
plicationis fructu, dispensante Domino, restaretur: nec  
altis defossa foucis recondatur ad detrimentum, sed rati-  
onabili dispensatione porrecta, aternæ vitæ crescat ad lu-  
crum: ut incipiens retributionis Dominus quæ commo-  
dauit inquirere, cum vsuris receptis scenerationis suæ du-  
plici satisfactione talentis, dicat: Eugè, serue bone, quia  
super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra  
in gaudium Domini tui. Prædestinatorum est enim ista  
cum Dei ope perficere, qui ab ipsis incunabulorum vagi-  
tibus, ut sæpe de multis legitur, Dominum scire meruerunt, cognitoque eo, nunquam  
ab eius præceptionibus recesserunt, neque post baptismi sacramentum niueam il-  
lam, pollutentemque regenerationis stolam impudicis actibus polluerunt: qui merito  
sequuntur Agnum, quocumque ierit: quosque ipsius Agni candor egregijs lilijs de-  
coris, nullo tentationis æstu marcentibus, coronauit. His denique fertis dextera in-  
clytæ dominationis extenta inchoantes prouocat, vincentes adiuuat, victores ad or-  
nat: quos nominis sui titulo præsignatos, de terrenis gemitibus eleuans, in calorum  
euchit gaudia gloriosos. De quorum niueo electionis numero & illos esse non ambi-  
go, qui Lorenis eremi opa lustrantes, non modò Dei templum effici meruerunt,  
verum etiam in multis mentibus Spiritus sancti gratiæ, tabernacula parauerunt, id est,  
Lupicinus, Romanusque germanus eius.

Ibidem.

Apoc. 14.

Lupicinus  
cogitur ad  
nuptias: Ro-  
manus eas  
respuit: si-  
mul de deserto  
petunt.

Igitur Lupicinus ab exordio ætatis suæ Deum toto requirens corde, literisque insti-  
tutus, cum ad legitimam transisset ætatem, genitore cogente, cum animi non præbe-  
ret assensum, sponsali vinculo ne ditur. Romanus uero adhuc adolescentior, & ipse ad  
Dei opus animum extendere cupiens, nuptias refuta uit. Parentibus uero relinquenti-  
bus seculum, communi consensu eremum petunt: & accedentes simul inter illa Lo-  
rensis deserti secreta, quæ inter Burgundiam Alemāniamque sita, Auenticæ adiacent  
ciuitati, tabernacula figunt: prostrati que solo, Dominum diebus singulis cum psalterij  
modulamine deprecantur, victum de radicibus quærentes herbarum. Sed quoniam  
liuor illius, qui de caelo delapsus est, semper insidias humano generi consuevit intende-  
re, contra hos Dei seruos armatur, hosque per ministros suos à cœpto itinere nititur reuo-

reuocare. Nam lapidibus vrgere eos dæmones per dies singulos non desinebant: &  
quotiescunque genua ad orandum Dominum deflexissent, statim imber lapidum su-  
per eosdem, iacentibus dæmonijs, decidebat: ita ut sæpe vulnerati, immensis dolo-  
rum cruciatibus torquerentur. Interea ætas adhuc immatura cœpit iniurias quoridi-  
ani hostis metuere, nec passa diutiùs sufferre dolores, relinquens eremum, ad propria  
ire deliberat. Sed quid inuidia non cogat inimici? Verum ubi relinquentes hoc habi-  
taculum, quod expetierant, ad villas propinquiores sunt regressi, domum cuiusdam  
pauperis ingrediuntur. Percontatur mulier, de quo itinere milites Christi uenirent.  
Respondent non sine confusione, se reliquisse eremum, & quæ eos causa à cœpto distu-  
lerit opere, per ordinem pandunt. At illa ait: Oportuerat vos, o viri Dei, contra insi-  
dias diaboli viriliter dimicare, nec formidare eius inimicitias, qui sapius ab amicis Dei  
superatus occubuit. Aemulus est enim sanctitati, dum metuit, ne, vnde ille perfidia vi-  
lis corrui, genus humanum fide nobilitatum ascendat. At illi compuncti corde, &  
seorsum discreti à muliere, dixerunt: Væ nobis, quia peccauimus in Deum, dimittendo  
propositum nostrum. Ecce nunc à muliere arguimur pro ignauia. Et qualis nobis  
in posterum erit vita, si ea, vnde æstu inimici expulsi fuimus, non repetamus?  
Tunc armati vexillo Crucis, sumptis in manu bacillis, regressi sunt ad eremum. Qui-  
bus uenientibus, iterum eos insidias dæmonis lapidibus cœperunt vrgere: sed persisten-  
tes in oratione, obtinuerunt à Domini misericordia, ut remota tentatione, liberi in il-  
lo diuini cultus famulatu, expeditique perseverarent.

Relinquit  
eremum ob  
demonum in-  
festationes.

æstu

Sed citò ed-  
reducunt, &  
vincunt de-  
mones.

His denique in oratione persistentibus, cœperunt ad eos turba fratrum hinc & in-  
de confluere, & audire verbum prædicationis ab eis. Cumque iam beati eremita popu-  
lis (ut diximus) publicati fuissent, fecerunt sibi monasterium, quod Condati scone  
uocitari voluerunt. In quo succisis syluis, & in plana redactis, de laboribus manuum  
propriarum victum querebant. Tantisque feruor de DEI amore proximos locorum  
accenderat, ut congregata ad officium DEI multitudo, simul habitare non posset.  
Fecerunt itaque aliud monasterium, in quo felicis alucaris examen instituerunt.  
Sed & hoc deinceps cum DEI adiutorio ampliato, tertium intra Alemāniæ ter-  
minum monasterium locauerunt. Ibantque vicissim hi duo patres visitantes fili-  
os, quos diuinis imbuerant disciplinis, prædicantes in singulis monasterijs ea, quæ  
ad institutionem animæ pertinebant. Lupicinus tamen Abbatis super eos obtinuit  
monarchiam. Erat autem valde sobrius, & cibo potuque abstinent, ita ut plerumque  
tertia tantum die reficeretur. Cum uero eum, sicut corporis humani deposcit neces-  
sitas, sitis arriperet, vas cum aqua exhiberi faciebat, in qua manus immersas diutiùs re-  
tinebat. Mirum dictu: ita absorbebat caro eius aquam appositam, ut putares eam per  
os eius assumi: & sic ardor sitis extinguebatur. Erat autem seuerus valde in distri-  
ctione fratrum, nec quenquam non modò peruersè non agere, verum etiam nec loqui sine-  
bat. Mulierum quoque vel colloquia, vel occurfus valde vitabat. Romanus ita erat  
simplex, ut nihil de his penitus ad animum duceret: sed omnibus tam uiris, quam mu-  
lieribus æqualiter flagitatam benedictionem, diuinitatis nomine inuocato, tribueret.  
Lupicinus igitur Abbas cum minus haberet, vnde tantam sustineret congregationem,  
reuelauit ei Deus locum in eremo, in quo antiquitus thesauri reconditi fuerant. Ad  
quem locum accedens solus, aurum argentumque, quantum leuare poterat, monaste-  
rio inferebat: & exinde cœempto cibo reficiebat fratrum multitudines, quos ad Dei  
officium congregauerat: sicque faciebat per singulos annos. Nulli tamen fratrum pa-  
tefecit locum, quem ei Dominus dignatus est reuelare.

Mira Lupi-  
cini absti-  
nentia.

Reuelantur  
ei thesauri  
absconditi.

Factum est autem, ut quodam tempore uisitare fratres, quos in illis Alemāniæ rē-  
gionibus diximus congregatos: & accedens meridie, cum adhuc fratres in agro es-  
sent, ingressus est domum, in qua cibi coquebantur ad reficiendum: uiditque diuerso-  
rum ferculorum apparatus magnum, ac piscium multitudinem aggregatam, dixitque  
in corde suo: Non est dignum, ut monachi, quorum vita solitaria est, tam ineptis utan-  
tur sumptibus. Et statim iussit preparari æneum magnum: cumque locatus super ignem  
feruere cœpisset, posuit in eo cunctos simul quos parauerant cibos, tam pisces, quam  
olera, siue legumina, vel quicquid ad comedendum destinatum fuerat, dixitque: De  
his pulchris nunc reficiantur fratres: non delicijs vacent, quæ eos à diuino impediunt  
opere. Quod illi cognoscentes, valde moleste tulerunt. Tunc duodecim uiri, habito  
confi-

Damnat  
magnum cœ-  
porum appa-  
ratum.

Romanus  
Lupicinum  
reprehendit.

consilio, iracundia inflammati, reliquerunt locum, & abiērunt per deserta vagantes, & ea, quæ erant seculi delectabilia, inquirentes. Reuelatumq; est statim per visum Romano, nec ei voluit diuina miseratio rem actam occultare. Regresso igitur Abbati ad monasterium dicit: Si sic futurum erat, vt ad dispersionem fratrum abires, vtinam nec accessisses ad eos. Cui ille: Noli, inquit, molestè ferre, frater dilectissime, quia ea acta sunt. Nam scias purgatam esse aream Domini, & triticum tantum in horreo positum, paleas autem esse reiectas foras. Et ille: Vtinam nullus abscessisset ex eis: sed nunc indica mihi, quæso, quot exindè abiērunt. Qui respondit: Duodecim viri cothurnosi, atq; elati, in quibus Deus non habitat. Tunc Romanus cum lachrymis ait: Credo in illo diuinæ miseracionis respectu, quia nec illos separabit à thesauro suo, sed congregabit, & lucrì eos faciet, pro quibus pati dignatus est. Et facta pro his oratione, obtinuit, vt reuerterentur ad gratiam omnipotentis Dei. Dominus enim compungi fecit corda eorum, & agentes pœnitentiam pro excessu suo, congregauerunt singuli congregationes suas, & fecerunt sibi monasteria, quæ vsque hodiè in Dei laudibus perseverant. Romanus autem persistebat in simplicitate & operibus bonis, visitans infirmos, & saluans eos oratione sua.

Eccè quanta  
orationis  
virtus.

Factum est autem quodam tempore, dum iter ageret ad visitandos fratres, vt occupante noctis crepusculo, ad hospitium diuerneret leproforum. Erant autem nouem viri. Susceptusq; ab eis, statim plenus charitate Dei, iussit aquam calidam fieri, atque omnium pedes manu propria lauit, lectulumq; spatiosum fieri præcepit, vt omnes in vno stratu requiescerent, non abhorrens luridam maculam lepræ. Quod cum factum fuisset, obdormientibus leprosis, hic inter decantationes psalmorum vigilans, extendit manum suam, & tetigit latus vnus infirmi, qui statim mundatus est. Tactusq; salubri iterum tetigit alium, & ipse protinùs est mundatus. Cumq; se sensissent reditos sanitati, tetigit vnusquisque proximum suum, vt scilicet expergefacti, rogarent sanctum pro emundatione sua. Sed cum tacti ad inuicem fuissent, & ipsi mundati sunt. Manè autem facto, adspiciens omnes nitente cute effulgere, gratias agens Deo, & vale dicens, ac singulorum oscula libans abscessit, mandans eis, vt semper ea, quæ Dei erant, & retinerent pectore, & operibus exercerent.

Romanus  
leprolos san-  
nat.

Lupicinus autem iam senex factus, accessit ad Chilpericum regem, qui tunc Burgundiæ præerat: audiērat enim cum habitare apud urbem Ianubam. Cuius cum ingressus est portam, tremuit cathedra regis, qui ea hora ad conuiuium residebat, exterritusq; ait suis: Terramotus factus est. Responderunt qui aderant, nihil se sensisse commotionis. Et ille: Occurrite quantocyus ad portam, nè fortè aliquis aduersari cupiens regno nostro, adit quasi nociturus nobis. Non enim sine causa hæc sella contremuit. Qui protinùs concurrentes, offenderunt senem in veste pellicea, & dixerunt regi de eo. Qui ait: Ire, adducite eum in conspectu meo, vt intelligam cuius ordinis homo sit. Et statim adductus, stetit coram rege, sicut quondam Iacob cum Pharaone. Cui ille ait: Quis es, vel vndè venisti, aut quod est opus tuum, vel quid necessitatis habes, vt venias ad nos? Cui ille: Pater sum Dominicarum ouium, quas cum Dominus spiritalibus cibis iungi administratione reficiat, corporalia eis interdum alimenta deficiunt. Idè petimus potentiam vestram, vt ad victus vestitusque necessaria aliquid tribuatis. Rex verò hæc audiens, ait: Accipite agros, vineasque, de quibus possitis viuere, ac necessitates vestras explere. Qui respondit: Agros & vineas non accipiemus, sed placeat potestati vestræ aliquid de fructibus delegare, quia non decet monachos facultatibus mundanis extolli, sed in humilitate cordis Dei regnum iustitiæque eius exquirere. At rex cum audisset hæc verba, dedit eis præceptionem, vt annis singulis trecentos modios tritici, eodemque numero mensuras vini accipiant, & centum aureos ad comparanda fratrum indumenta. Quod vsque nunc à fisci ditionibus capere referuntur.

Gene 47.

Post hæc autem cum iam senes prouecta que essent ætatis, Lupicinus Abbas scilicet & Romanus frater eius, ait Lupicinus germano suo: Dic mihi, frater, in quonam monasterio vis tibi parari sepulcrum, vt simul quiescamus? Qui ait: Non potest fieri, vt ego in monasterio sepulcrum habeam, à quo mulierum accessus arcetur. Nosti enim, quod mihi indigno & non merenti Dominus Deus meus gratiam tribuit curationum, multiq; per impositionem manûs meæ, ac virtutem crucis Dominicæ à diuersis

diuersis languoribus sunt erepti. Erit autem concursus ad tumulum meum, si ab hac luce migrauero. Ideoque eminens à monasterio in monte paruulo sepultus est: super cuius deinceps sepulcrum, magnum templum ædificatum est, in quod ingens frequentia populi diebus singulis accurrit. Multe enim virtutes sibi in Dei nomine nunc ostenduntur. Nam & cæci ibi lumen, & surdi auditum, & paralytici gressum plerunque recipiunt. Lupicinus autem Abbas obiens, intra monasterij basilicam est sepultus, reliquitque Domino pecuniæ creditæ multiplicata talenta, id est, beatas congregationes, in eius laude deuotas.

Romanus  
extra mona-  
sterium se-  
pultus pro-  
pter mira-  
cula.

## F I N I S.

## DEO LAUDES ET GRATES.

ALPHABETICVS TOMI PRIMI DE SANCTIS, A SVRIO  
collecti, aucti & recogniti, sub nomenclatura mensium IANVA-  
RII & FEBRVARII, ordo.

a, b, c, d, e. A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, V, X, Y, Z. Aa, Bb, Cc, Dd, Ee, Ff, Gg, Hh, Ii, Kk, Ll, Mm, Nn, Oo, Pp, Qq, Rr, Ss, Tt, Vv, Xx, Yy, Zz. Aaa, Bbb, Ccc, Ddd, Eee, Fff, Ggg, Hhh, Iii, Kkk, Lll, Mmm, Nnn, Ooo, Ppp, Qqq, Rrr, Sss, Ttt, Vvv, Xxx, Yyy, Zzz. Aaaa, Bbbb, Cccc, Dddd, Eeee, Ffff, Gggg, Hhhh, Iiii, Kkkk, Llll, Mmmm, Nnnn, Oooo, Pppp, Qqqq, Rrrr, Ssss, Tttt, Vvvv, Xxxx, Yyyy, Zzzz. Aaaaa. Singuleq; connexiones, aut (quemadmodum à typographis vocatur) signaturæ sunt aut signant terniones: exceptis duernionibus duobus, videlicet, d & e.

Sequentes hos paginarum numeros, 43. 479. 789. 803. 804. 948. 3075. 1079. restituat lector sedulus locis suis.

Admonendus hic venit diligens Lector, in conficiendo huius Tomi Indice non nihil erroris alicubi obrepisse. Nè igitur, dum forte in ea loca inciderit, quod quærebat, non inueniens, in casto labore fatigetur, (id quod in ijs omnibus vsu veniret, quæ paginam 1078. & deinceps seqq. vsque ad 1095. adscriptam habuerint) paginam proximam binario minorem capiat: vnde futurum est, vt etiam hac in parte se voto suo minimè frustratum sentiat.